HIc loquitur in plurali:†quia regulariter nedum princeps, sed etiã quilibet magistratus qui personã reip.repręsentat,debet loqui in plurali.secundũ Polib.li.v.c.iiij.& vide qđ legit & notatur in verbo, singularis.de re iud.in vj.c.cùm ab vno.& de crimine falsi.c.q̃ graui.& per Archi.in c.sicut, de electio.libr. vj.in gl.ista litera.

IN TEXTV IBI,

Nous auoir receu.

1 *Iustè precantes ex audiendi.*

NOta ꝙ † iustè de precantibus nõ est denegandus assensus.institu. de his qui sunt sui vel alieni iuris.§.sed dominorum.

IN TEXTV IBI,

La supplication.

1 *An supplicanti cõtra ius concessum valeat,*

ADuerte, † quia principi supplicandum est. vt C. de precib.imper.offeren. Et vt valeat quod per supplicationẽ impetratur,non debet esse damnosum fisco,nec iuri,vel vtilitati publicæ cõtrariũ.C.de precibus impera.offeren.l.iij.& l.omnes.C.si contra ius vel vtili.publi.neq; mẽdosum.l.fi.C. de diuer. rescri. ꝙ si princeps per supplicationẽ aliquid concedat cõtra ius diuinũ,cõtra ius humanũ, vel cõtra ius ciuile auferendo dominiũ rei meæ:vel contra legẽ:an debeat dicere,non obstãte tali lege: vel sufficiat dicere, non obstante quacũque lege in contrariũ faciẽte?De his omnibus vide Bart.Bald. do.Ias. post alios in l. omnes.C.si cõtra ius vel vtili.publi.De j.ij.& iij.q.per Feli.in c.quæ in ecclesiarum,de constitutio.De tertia an possit rescribere contra ius ciuile,per Alex. & Ias. in l.iij.§ si is pro quo.ff.quod quisque iuris.nõ obstã. vide Feli.in c.nonnulli.in x. col.in versic.fallit. de rescrip.Alex.& Ias.in d.§.si is pro quo. vide in tractatu clausularum in quinta charta Alex. Iaso. & Aret.in l. quod in rerum§.fi.in primo notabili. ff. de lega.j. faciunt quæ dicit Alex.in cõsi.suo cexxv. incipien. Viso titulo quæstionis.in iij.col.in ij.vol.

IN TEXTV IBI,

Les gens des trois estatz.

1 *Conuocatio triũ statuum Burgũdiæ qualiter fiat.*

QVomodo† & qualiter fiat conuocatio istorum trium statuum?Io.Fab.insti.de pœna teme.litig. §.omnium, dicit quòd quando curia Frãciæ vult facere colectas,non vocat nisi prælatos,Barones,& villas notabiles,& isti sũt tres status.De iure verò quomodo fiat conuocatio taliũ,ponit Bar.in l. omnes.ff. de iusti. & iure. ¶ Hodie verò de consuetudine mittuntur literæ authoritate principis ad Prælatos,& Barones,particulariter, & ad incolas cuiuslibet ciuitatis & villæ, vt mittant aliquos ex ipsis sufficientes ad locum in eis descriptum, & ad certam diem causa audiendi & faciendi super proponendis, secundum quod eis videbitur expedire.

IN TEXTV IBI,

Nous eussent esté remõstrez les grãds inconueniens.

NOta ꝙ persuasio & suggestio quæ fit principi super aliqua lege vel ordinatione faciẽda debet esse iusta & vtilis his inter quos disponit.iij.distin.c.erit autẽ lex j.dist.c.ius generale.ita dicit Ioan.de Platea in l.placuit.C.de palatinis sacrarum largitionũ,l. xij.†& aduerte ꝙ ad publicã vtilitatẽ ptinet amputare prolixitatem,& inuolutionẽ processuũ.l.properãdum. in prin. C. de iudiciis. Bal. in proœmio C.in §. quibus.in ij.col.c.finem litibus.de dolo, & contum.

1 *Prolixitas, & inuolutio processuũ amputanda.*

ADDITIO. Aduerte tñ † quod imperatores Romani etiã locuti fuerunt in singulari.vt in l.j.C.quomodo & quãdo iudex.ad idem tex.in l.ij.C.de appel. Et etiam iurisc̃onsulti,vt in l.j.ff.de test.milit.& in l.ij. §.pe.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.& dicit Bar. in l.j.C.de vet.l.xij.cùm Deo omnipotenti bene dicatur,tu,non fit iniuria imperatori si dicatur,tu.†Et etiam dicit Cy.in l.vnica.C.vti possidet qđ Iulius Cæsar inuenit modũ loquẽdi in statu dignitatis in numero plurali.vide etiã tex.in l.ij. C. de donat. inter virũ & vxorem.tamẽ semper & vbique loquuntur in plurali,quando statuunt,ordinant,aut præcipiunt,vt in infinitis legibus,quas fastidiosum esset allegare.

2 *Loquũ maioribus in singulari an liceat.*

3 *Loquẽdi modũ plurãliter in statu dignitatis quis reperierit.*

IN TEXTV IBI,

Redigées par escript.

NVnquid de esse & essentia cõsuetudinis sit necessaria scriptura,dixi in principio, in titulo generali,in prima gl.hui⁹ voluminis.& vide quæ dicit Philippus Decius in rub.de constitutio.vbi plenè ponit an de essentia legis sit necessaria scriptura.

ADuerte,quoniã, vt dicit Iacobi. de sancto Geor. egregius doctor, & qui multa consilia fecit ex partibus Galiæ,quippe bonus practicus, Cõsuetudines nostræ Burgundiæ probantur per apertura libri ex quo sunt redactæ in scriptis:& vt audiui à multis, qui fuerũt eius discipuli,habebat semper eas præ manibus:Ideo de eis sæpissimè in suis lecturis facit mẽtionẽ. Et ita dicit in l. de quibus.col.iiij.ff.de legi.Et quoniã fuit discipulus præceptoris nostri do. Ias. vt ipse testatur in l.j.C.de edicto diui Adriani tollen.egregius & præstans doctor fuisse perhibetur:nam sæpe solet similis filius esse patri,& magistro discipulus notat gl.fi.in c.fi.de cõsecratione,distinctione v.quæ pro hoc allegat c. cùm beatissimus.xxiiij.q.j.

IN TEXTV IBI,

Et declaration.

PEr hoc satis apparet quod voluit solùm consuetudines antiquas redigere in scriptis,& nullas nouas facere:† quia qui declarat nõ dicitur nouum facere vt tenet Oldradus consi.clxvj.

1 *Declarãs nihil nouũ facit.*

ADDITIO. Vide plura ad hæc per Mat.de affli.in constitutione regni Siciliæ,in constitutione quæ incipit,exceptiones, in quinta quæstione primi notabilis.in ij.libro.

IN TEXTV IBI,

Ordonné que six de nos conseilliers.

SIc in petendis tabulis fuerunt decem. ff. de origi. iur.l.ij.§.exactis.Tres verò in institutionibus cõponendis. vt in proœ. inst. in §. cumque hoc Deo.& §. quas ex omnibus.Et sexdecim in cõpilatione Digestorũ.l.ij.§.quæ omnia.C.de veter. iur.enucleã. Et quinque in cõpilatione noui Codicis. vt C.de Iusti,

BIU Cujas

Codi.compo.& hæc omnia ponuntur in prima rub. C.de nouo Codic.faciẽdo.§.quibus ſpecialiter.in gl. ¶Nam vt hîc videmus conſilio ſapientum patriã ſuã regebat,cùm cõſiliarios haberet.† Nam impoſſibile eſt ſalubriter principatum diſponere,niſi conſilio ſapiẽtum agatur:vt ait Policrat.in lib.v.c.vj. Cùm etiã diſſipentur cogitationes vbi nullum eſt conſiliũ.Pro uerb.xv.vnde Roboam ideo regnũ perdidit,quia cõſilium illorum qui ſibi ſtatuti fuerãt pro conſilio audire negauit.iij.Regum.xij.c.trãſumptiuè in c.eccleſia.xvj.q.j.& vij.q.j.c.denique,vbi Ioan.de turre crema ta ponit,quomodo ex cõſilio ſenum noluit benignè agere,ſed ex cõſilio iuuenũ imperioſè viuere cũ populo.& ideo ex xij.tribubus Iſrael decem cõſtituerũt ſibi Hieroboã regẽ.Aſſuerus autẽ,q a vſus eſt cõſilio ſapiẽtũ,triũphauit ſuper cxxvij.prouincias, Heſter.j.c.& omnẽ terrã,& cũctas maris inſulas fecit tributarias.ibi,c.x.Et ſalus ibi eſſe dicitur,vbi multa cõſilia.Prouer.xj.& ideo ſemper principes debẽt vti cõſilio conſiliariorũ vide in hoc plenè per Lucãde Pẽna,in l.omnes C.de decurionibus li.x. vbi ponit cõſilij deſcriptionem,& q cõſilia ſunt vtilia & neceſſaria principi & etiã reip.¶†Sed quales eſſe debeant,bene cogitãdũ eſt:iuxta illud Eccleſia. vj. ca. cõſiliarius ſit tibi vnus de mille.& ſũt introducẽdi in cõſilio ſapiẽtes,graues moribus & experti. De ſapiente habetur Tho.iiij.c.Conſilium ſemper à ſapiente perquire. & Eccleſiaſti. xxj. ſcientia ſapientis tanquã inũdatio abũdabit,& cõſiliũ illius ſicut fons vitæ permanebit. & ideo ibidẽ viij.c.dicitur,Cum fatuis conſilium nõ habeas:non enim poterunt diligere, niſi quæ eis placent.Itẽ debẽt eſſe graues moribus & experti, iuxta illud Eccleſiaſtici xxvj. Quàm ſpecioſum à canicie iudiciũ.†Graues enim homines dicuntur à quinquageſimo anno vſque ad lx.ſecundum Archi.in c.eſtote.j. q.j.& ibi Io.de Turre crema.Et tales ſenes ætate præſumũtur magis probi,q̃ iuuenes.c.ſi officia.ix.diſt.& maior ſciẽtia in eis præſumitur.c.porrò.lxxix.diſt.& maior morum grauitas.c.j.xij.q.j. & ſermo veracior. c.conſanguineos.xxxv.q.vj.& maior iuſtitiæ examinatio.c.ſi qd verò.lxxxvj.diſt.¶†Iuuenes etiam quãdoq;ſenes propter virtutũ copiam dicuntur ſecundũ Archi.in c.eſtote.ſuprà alleg.& in c.fundamenta.col. iij.de ele.li.vj.& in multis cõmẽdãtur, quia ſunt perſpicaciores ingenio.gl.in i.Gallus,in prid.in verbo,ſi filius.quæ incip.ecce conſiliũ.ff.de lib.& poſth.Et ſecundum Philoſophũ ſunt liberales,animoſi, bonę fidei,miſericordes,verecũdi & magnanimi:& ideo nõ ſolùm ætas inſcipitur,imò etiam virtus,per not.in c. cùm in iuuentute.de præſum.& ibi Panor.q dicit, q nõ qui maior fuerit in honore eſt iuſtior, ſed qui eſt iuſtior,eſt maior.¶†Et ideo no.q ætas aliquando per virtutes ſuppletur.c.monachus nouiti.lxxvij.diſt.& in c.de illis.de deſpon.impu.Et qui ſint præferẽdi,an iuniores,an ſenes,vide do.meũ Iaſ.in l.cùm quid, in prima lectura,in iij.& iiij. col. ff. ſi certum peta. Aduerte tamen ad illud quod dicitur,

Roma vetus veteres cùm te rexere Quirites,
Non bonus immunis,nec malus vllus erat.
Defunctis patribus,ſucceſſit praua iuuentus,
Conſilio cuius præcipitata tu es.

¶Et quòd ſeniores ſint præferendi,vide amplè per dominum Guil.de Monteferrat.in ſuo tractatu de potestate concilij generalis,in quinta parte.

ADDITIO. Et quod dixi in Catalogo gloriæ mũdi,in xj.parte.in xvij.conſideratione. & in x. parte in xxix.conſideratione.Intellige tamen, dummodo nõ ſint ſenes decrepitæ ætatis:†quia tales præſumuntur nõ habere ſenſum,per id quod habetur ij.Reg.c.xix. verſi.erat autem Betzelai Galaadites ſenex valde, id eſt octogenarius, & quod voluit Albe. in l. ſeniũ. C. qui teſt.face.poſ.ad quod etiã facit quod dicit Cato, Cùm ſapias animo noli irridere ſenectam.Nam quo cũque ſene ſenſus puerilis in illo eſt. & vt refert Bal. in l.quid ergo.§.pœna grauior.col.vj.in repeti. ff. de his qui notantur infami. Odofred.dicit,† quod Bulgar.antiquus iuris ciuilis gloſſator, & optimus interpres,adeò ſenuit quòd cum pueris ludebat ad palmã & dicit beat⁹ Greg.in homiliis, †quod in ſenili ætate ſtatura curuatur,ceruix exſiccata deprimitur, frequentibus ſuſpiriis vrgetur,virtus deficit loquentis, verba anhelitus intercidunt,& ſi lãgor deſit ſenibus ipſa ſalus ægritudo eſt.& vt dicit Philoſo.in ij.Rhetorico.Pueri habent quinque proprietates,quas ſimiliter habent & ſenes,maximè decrepitę ætatis.vna eſt, quòd ſunt puſillanimes, eo quòd ſunt humiliati à vita:alia eſt q ſũt formidoloſi, & omnia pertimeſcẽtes & ideo vt infert ex multis Stephan.Ber.in conſil. ſuo cccxxxvj.in iij.col.in j.volu. in eis eſt defectus & minoritas ſenſus,ex quo in eis poteſt conſiderari imbecillitas ſenſus quæ facit magis præſumere metum in muliere,ideo concludit idem in ſene.¶ Ideo ex his videtur dicendum,quòd iuuenes ſine ſciẽtia & virtute non ſunt aſſumendi in cõſilio:exemplo Roboã, qui deſpecto ſenum conſilio adhæſit iuuenibus, vt dictũ eſt antè.Nec etiã adulatores ſunt aſſumendi pro conſiliariis principum,†Nequiores etenim hoſtes ſunt, quàm illi qui foris ſunt.c.ſi inimicus.xciij.diſtinct.Et ſunt adulatores,de quib⁹ loquitur Proph.Pſal.xxvij. Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autẽ in cordibus eorum. Adulator enim (teſte Greg. ſuper Ezech.c.ix.)ſcorpio eſt,qui palpando incedit,ſed cauda ferit.vnde Eſa.iiij.Populę meus qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt. Ideo ſit princeps memor q domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus adulatoriè tradit⁹ fuit. Luc. xxij. Sunt igitur adulatores fugiendi vt hoſtes. Hiero.in epiſtola ad Teclam. Et meliora ſunt vulnera diligentis,quàm fraudulenta blandientis. Prouer. xxvij.Et quòd adulator multa mala faciat,vide Arch. & Io.de Turre crema.in c. ſunt nonnulli. & in c. ſeq. xlvj.diſtinct.†Itẽ etiam extranei non ſunt admittendi in conſilium principis.vnde Eccle.c.viij.Cum extraneis conſilium non habeas.Et debent eſſe fideles: vnde dicit Bern.lib.iiij.de conſideratione,ſi quo minus fidelis inuenietur aut prudẽs,potius fideli committendum eſt.& Eccle. xxxvij. A malo cõſiliario cõſerua animam tuam. Item iracundi & ſubiti nõ ſunt in conſilium admittendi.Vnde dicit Sene.in prouerbiis.ſunt igitur duo cõtraria cõſilio,feſtinatio,& ira. Item luxurioſi.nã teſte Ambro.lib.ij.de officiis, vbi luxuria eſt,ibi intemperantia, ibi vitiorum cõfuſio. hæc omnia ponit Guil.de Rouille in deſcriptione iuſtitiæ,& iniuſtitiæ.li.iij. cap.de conſiliariis. quẽ vide.

ADDITIO.Aduerte tamen q ſi princeps aliquos ad conſilium,aut de conſilio ſuo elegerit,nõ eſt in facultate aliquorũ,nec permiſſum aliquibus diſputare an ſit dignus, aut non:& cõtrà faciens puniri poteſt, vt tenet Matthæus de afflictis in conſtitutione regni Siciliæ,in cõſtitutione quæ incipit, diſputatur.quod quomodo ſit intelligẽdum,vide eundem ibi. Et vide cũdẽ Mat.in cõſtit.quæ incipit,vt vniuerſis, in gloſſa vij.vbi quærit de quatuor.Primo quid ſit conſiliũ.Secundò quales debeãt eſſe regij cõſiliarij.Tertiò qualiter ſe habere debeant in conſilium regij conſiliarij.

Quartò

1 *Princeps conſilio ſapientũ agi debet.*

2 *Conſiliarii principis quales eſſe debeãt.*

3 *Graues homines qui.*

4 *Iuuenes quãdoque ſenes dicuntur propter virtutes.*

5 *Aetas virtutibus ſuppletur.*

6 *Decrepiti præſumuntur inſcientiã.*

7 *Bulgarus ad quod de lirium in ſenio peruenerit.*

8 *Seneſcentis incommoda.*

9 *Adulatores periculoſiſſimi eſtis ceteris.*

10 *Qui non ſint admittendi in conſilium.*

Seneca.

BIU Cujas

Quartò quando sit consilium faciendum.

IN TEXTV IBI,

Se informeroyẽt desdictes coustumes.

SImilis modus adhibitus fuit circa antiquam consuetudinem à principe confirmatam in naucleris, seu negotiatoriis casibus post interrogationem & attestationem cum iureiurãdo super ipsa facta: vt in authẽ.de vsur.nauti.col.ix.similiter†Roma. popu.decẽ viros pro iure habẽdo misit,qui decem tabulas eburneas retulerunt,tam de iure scripto Athenien sium,q̃ non scripto Lacedæmoniorũ.Sed quia postea aliquid deerat quod emẽdationẽ postulabat seu desiderabat, data fuit potestas per vnum annũ decem his viris, vt ius & leges corrigerent,addendo & detrahendo:& si opus esset,interpretarẽtur,& vt eas facerẽt:qui duas tabulas addiderũt.Et sic lex xij.tabularũ dicta est, vt ff.de orig.iur.l.ij.§.v.Et per gl.inst.de iu.nat. §. ex nõ scripto.vers.& nõ ineleganter.super verbo,institutis.

1 Decem viri legẽ xii. tabul. ex Græcia in Latium trãsportauerunt.

IN TEXTV IBI,

De noz parlements.

QVæro,†quid dicatur parlamentũ? Aduerte quia glossator pragmaticæ sanctionis in ti. de cõclu. eccle.Gallicanæ,in ver.parlamẽta, dicit, quòd simile verbũ ponitur in c.decet.de immu.eccle.lib.vj. &ibi ponit de curia†parlamẽti Parisien.quæ fuit instituta de centũ cõsiliariis.s.de xij.Paribus Franciæ,octo magistris requestarũ dom⁹ regis:& lxxx.aliis cõsiliariis. xl.laicis,& xl.clericis.Inter quos sunt quatuor præsidẽtes Laici, & hoc instar senatus Romani à Romulo instituti,in quo erant centũ senatores.l.fi.C. de peti. hęred.nota.ff.de senato.in rub.C.de cad.tol.in l.vnica.Et vocabãturvenerabilis cœtus.C.de legi.l.leges. & patres conscripti.C.de emen.Iust.codi.l.j.in prin. & in l.quisquis.C.ad legem Iul.maie.not.Archi.in c. fundamenta.de elec.in vj.Et in necem eorum machinantes,tenẽtur lege Iulia maiestatis. Cẽsentur enim pars corporis principis.d.l.quisquis.Et rebellãtes in iustè in his quæ ad eorum officiũ spectãt, vt rebelles regni puniuntur ,vt habetur in extrauaganti Hẽrici. †quoniã vt sicut à sentẽtia senatus non appellat. ff. à qui.ap.non lic.l.j.ff.de mino.l.præfecti.ij.q.v.c.anteriorum, nec etiam ab arresto parlameti. Not. Specu. in tit.de ap.§.vidẽdum.circa fi.ad hoc quod not.Bal. in proœ.Digestorũ.Panor.in rub.de app.† Cõtra illud tamẽ supplicari põt,siue proponi error,vsque ad xxx.ann.olim,hodie vsq; ad bienniũ:vt in ordinatione Ludoui.xj.publicata in dicta curia anno 1479.instar supplicationis porrectæ superiori.l.j.C.de sentẽ. præfec.præto.¶ Et dicit Io.Fab.in l.fi. C. de legi. † ꝙ magistri parlamenti possunt facere leges, sicut senatus poterat.l.non ambigitur.ff.de legi.ista omnia dicit glossator pragmaticæ sanctionis in dicto loco.

1 Parlamẽtum quid.

2 Parlamẽtum Parisiẽ.ex quot & quibus cõstitutum sit.

3 Ab arresto parlamenti non appellatur.

4

ADDITIO.Pulchra in materia parlamẽtorũ,maximè parlameti Parisiensis,ponit Benedi.in sua repetitio.c.Rayn.in verbo,& vxorẽ nomine Adelasiã. in 2.decis. num. 188. vsque ad num. 192. de testa. & etiam dixi in catalogo gloriæ mundi in vij. parte , in nona consideratione.¶† An autem curia parlamenti possit ad se auocare causas in alia curia inferiori existentes,& iam inchoatas.vide Guido.papæ quæst. sua ccccxl.Et ibi plura allegat de materia auocationis causarum per superiorem. Et an episcopus possit auocare causas coram prælato inferiori inchoatas,& illi inhibere,ne amplius de eis cognoscat : vide Dominicum de sancto Gemi.in c.de persona.xj.q.j.post Arch.vbi videtur tenere ꝙ nõ. Et licet nõ sint tot numero in hoc parlamento Burgundiæ, tamẽ ex priuilegio Christianissimi regis Ludo.xj.illa cadẽ potestas quæ est data parlamẽto Parisiẽsi,est data huic parlamento nunc tempore regis:sed quã potestatẽ habuerit dux Philippus erigendi parlamẽtum, nescio:cùm etiã viderim plura arresta in Burgundia , quæ tẽpore Ducũ data fuerunt in Parlamẽto Parisi. sub quo tũc erat dux Philippus tãquam vnus ex Paribus Frãcię, & alii duces Burgundię eius prædecessores.Imò vidi quasdã literas antiquas , quib⁹ cõstabat qđ curia cãcellariæ quæ est in Burgũdia , fuit data duci Burgundiæ per regem Frãciæ in priuilegium: cùm ex sua mera potestate instrumenta sub suo sigillo non haberẽt executionem paratam,nisi in vim concessionis huius modi cancellariæ.

IN TEXTV IBI,

De nostre conseil.

AN minor possit esse de consilio,vide do. meũ Ias. in l.in prouinciali.§.sed in publico.ff.de no.ope. nun.Quales autem debeant esse consiliarii principis & quę sit laus boni cõsilij.in principe,vide Guliel.de Monteferrato,in tracta.suo de potestate generalis cõcilij Basili.in quinta parte.dixi antè super tex.*ordõne.* & in catalogo gloriæ mundi,parte ij.in xvij.considerat.quapropter hîc non insisto.

ADDITIO.Dixi in catalogo gloriæ mundi,in vij. parte,in xij.& xiij.cõsiderationibus,de laude & excellentia cõsiliariorũ parlamentorũ,& de laude& excellentia cõsiliariorũ principis in suo magno cõsilio,cuius authoritatis sint,posuit Ioã.Mõtaigne,& cum eo Nicolaus Boeri⁹ in tractatu de præeminẽtia & authoritate sacri magni consilij,de quo feci mentionẽ in d. catalogo gloriæ mũdi in pluribus locis.Et vt constat ex huiusmodi præfatione,cõsiliarij dicti principis erant de sua patria,& de ducatu Burgũdiæ,qui melius sciebãt cõstitutiones patrię,quàm extranei:ideo optimè & consultissimè faciebat capiẽdo consiliarios ex sua patria,&non alienos.quod etiam laudat G.Bene. in repet.c.Rayn.in dicto verbo,& vxorẽ nomine Adelasiam,in 5.decis.nu.488.& sequentib.

IN TEXTV IBI,

Nostre ville de Dijon.

DIuion†erat castrũ in campo plano muris fortissimis circundatũ, turribus xxxiij honestatũ , terras habens fertiles,per quas à Meridie Oschara haud procul à muro fluit,piscib⁹ diues. Ab Aquilone alter fluuius per portã ingreditur, ac super põte decurrẽs, pérque aliam portã egrediẽs , molendina vertit velocitate:murus ad xx.pedes quadratis ædificatus lapidibus,desuper minores habẽs suppositos lapides:in altitudinẽ pedibus xxx.in latitudinẽ xv.porrigit. Portæ ibi quatuor à quatuor plagis cæli.Quod cùm tantæ sit magnitudinis,cur vrbis vocabulo caruerit,mirum habetur.Hoc quidem ab Aurelia. Imperat.constructũ antiquitas asseruit.Ita dicit Annonius monachus de gestis Franco:lib.ij.c. xxiiij. & Greg. Tur. li. iij.c.xvij.†Est autem Diuiõ castrum quod à pluribus templis Deorum Diuion noscitur nuncupatum, firmissimis muris in media planitie & satis iucunda compositum,terras valde fertiles atque fecũdas habẽs, ita vt aruis semel scissis vomere,semina iaciãtur, & magna frugum opulentia subsequatur.A Meridie habet Oscharam fluuium piscibus valde prædiuitem,ab Aquilone verò alius fluuiolus venit: qui per portam

1 Diuionis castri situs descriptio.

2 Diuion castrũ vnde dictum. Commẽdatio Diuionis.

portam ingrediens, subtus pōtem decurrēs, per aliā rursum portam egreditur, totū munitionis lacū placida vnda circunfluens, ante portam molendina mira velocitatè deuertit. ¶ Quatuor portę àquatuor mū di plagis sunt positæ, totúmq; ædificiū magistrali cementariorum peritia compositum, trigintatres exornans turres: æquali à se mensura distantes, attamē simul vniformes. Muri verò illi⁹ de quadris & albis lapidibus vsque in xx. pedes, desuper autē illinito, sed tamen quadrato lapide ædificati habentur. Quorum status firmiter fundat⁹, ne fortè aut terrę motu, aut arietis creberrimo euerterentur ictu. Multos secus eosdem puteos docti foderunt artifices, & quadrāgulas non pariter voluerūt extruere turres, ne possent eas quatere arietes. Habent quippe in latum pedes xv. in altum autē pedes xxx. Habet enim in circuitu fontes pretiosos. A parte autem Occidentis montes sunt vberrimi vineisq; repleti, qui tam nobile falernum in colis porrigunt, vt respuant Scalonum. ¶ Quod oppidum cur ciuitas non sit, ignoro. Nam veteres ferunt hoc castrum seu oppidum, ad instar vrbis à Marco Antonio, qui Aurelian⁹ dictus est, quiq; tertius post Seueri decessum Romanum obtinuit imperiū, potēter ædificatum. Et in vita sancti Grego. Lingonen. dicitur hoc castrum ab eodem imperatore ad instar vrbis fuisse ædificatum circa annum Domi. ccxx. ¶ Prædictis etiam satis concordat legēda sancti Benigni sic inquiēs, Beatissimus sacerdos & gloriosus martyr Benignus † ad locum cui Diuion vocabulum est, spiritu sancto plenus accessit: vbi tunc castrū nouum præceptione imperatoris Aureliani, summo studio, ingētique manu construebatur. Ibíque xxj. annos residens, veritatem, quam nouerat, populis annuntiare nō cessabat. Interea Aurelianus Imperator omnib⁹ Galliæ partibus peragratis, sanctorū martyrum innumeras dedit strages. Ad ipsúmque castrum Diuion. tandem venit, ibíque sanctum Benignum atrocissimè (vt eius sacra testatur historia) martyrizari fecit. Cúmque noui oppidi operosa mœnia surgere, & ingenti cura turrium munimina præparari cerneret, lætus admodū placere sibi dixit operis elegātiam: Iussitque illico vt ædificarent templa Ioui, Saturno, & Mercurio. Ioui quidem, quòd ipsum maximū, regémq; affirmabat esse deorum. Saturno verò, quòd quasi ad ipsum pertineret temporum cursus, quódque sationum copious per illum mortalibus daretur prouentus. Mercurio nihilominus ædem construi imperauit, quia is totius prudentiæ, sed & diuersarū artium præsul erratica miserorum credebatur esse dementia. Nūc autē in quadruplo est augmētatū, & est villa (vt vulgari sermone vtar) eminētissima. In qua à Meridie est castrū, intus & extrà ,,pfundissimè mira fortitudine in terra cōstructum tempore Caroli viij. cuius muri desuper grossis lapidib⁹ quadratis liniti, (quod vulgò dicitur *à plate forme*) quasi sunt solo adæquati, adeo vt vndiq; bellare possit, debellari verò minimè. At verò secus Oscharam fluuium, & circa portam ipsius Oscharæ, turris noua rotūda & fortissima, grossis lapidibus extructa est sub Ludouico xij. Francorum rege, versus Orientem ad portam sancti Petri, & respicientē ex latere ad Septentrionem. Nuperrimè tempore Christianissimi regis nostri Francisci primi, est vnum fortalitiū mira & inaudita fortitudine, & latitudine, ex grossis, & quadratis lapidibus desuper linitis cōstructum, cuius fortitudinem omnes admirantur. Et vulgo dicitur *bouleuard*, quod est Latinè antemurale, vt hoc verbo vsus est Propheta Hiere. Threno. ij.

3 Diuion castrum à quo conditum.

Sancti Benigni martyrium.

IN TEXTV IBI,

Nous eussions commis.

HOc etiā fuit factum in compilatione Digestorū & Codicis: vt habetur in l. ij. §. exactis: ff. de orig. iur. Et dicit ibi Albe. in ij. col. Itē facit, quòd sępe datur potestas, & committitur sapientibus, vt illud qđ per eos fuerit ordinatum super aliquibus valeat, ac si fuisset per consilium ordinatum, aut per principem dantem potestatem.

SIc etiam videmus ꝙ in potestate data quibusdam, de quibus in d. l. ij. fuerunt omnes nominati, etiā cum eorum dignitatibus, vt hîc. & de cōditoribus & nominibus eorum qui leges xij. tabularum exposuerunt, habetur distinct. vij. per totum. Et à quo tempore cœpit ius consuetudinarium & constitutionis, ponitur in cap. fin. in fin. vj. distinctio.

IN TEXTV IBI,

Ausquels nous auons ottroyé de les nommer.

QVæritur † an ad faciendum huiusmodi consuetudines, & eas in hanc formam redigendum, fuerit necesse quòd princeps cōsenserit, & sic ꝙ tres status patrię prædictas consuetudines fecerint de cōsensu superioris. Ioan. Fabri in §. ex non scripto, in ij. col. ibi, sed nunquid requiritur consensus superioris. insti. de iure nat. gen. & ciuili. quærit de hac quæstio. Et primò videtur tenere quòd popul⁹ potest inducere consuetudinem sine consensu superioris, per glossam ibi. Et vt dicit, videtur tenere Innocen. in rubr. & in c. pen. & in c. cùm P. de fide instrumen. nec sufficeret tolerantia, imò opus est expresso consensu, secundum Innoc. vt nota. in cap. cùm nō ignores. de præb. dicit tamen quòd credit cōtrarium. Et ita resolutiuè tenet: nā ex quo populo talis potestas data est per legem. §. ex non scripto. institut. de iur. nat. l. de quibus ff. de legibus. Et, vt dicit, est mirabile quòd populus possit tacitè legem superioris tollere, & non expressè & probat per simile, & per tex. in c. licet. de const. lib. vj. Et ideo videbat, quòd nō erat necesse quòd princeps concederet, seu daret hanc potestatem nominādi committendos ad se informandum: cùm qui se nō intromittit de causa præparata, nec de causa præparā te: vt tot operetur oppositū in oppositō, quot ,,posito in proposito, secūdū Aristot. in ij. Ethico. cùm sit ecōtrà: quòd qui est iudex, & se intromittit de causa præparante, sic etiā debet se intromittere de causa præparata. ¶ Sicut ergo populus potest ipsam consuetudinē facere sine principe, sic potuit cōmittere delegatos ad se informādum sine licētia principis. Sed quicquid sit, veritas est in cōtrarium: & satis colligi potest ex dictis Alber. de Rosa. in rub. C. quę sit long. consue. Et satis videtur facere tex. in l. si non speciali. iuncti l. fin. C. de testam. & melius facit text. in c. cùm consuetudinis. de consuetu.

1 Consuetudines quę inducit populus sint alię quā consensu principis.

ADDITIO. Et an populus possit sibi facere legē municipalem, vide amplè Mat. de affli. in præfat. constitutio. regni Siciliæ. in iij. q.

IN TEXTV IBI,

A sçauoir.

DIctio † scilicet, aliquando stat limitatiuè. dom. Iason in l. si pluribus. in vltimo notabi. ff. de legatis. j. 1

In textu

BIU Cujas

IN TEXTV IBI,

Mesſire Ferri de Clugny, docteur es Loix, & en Decret, Chanoine, & official d'Autun.

1 Heduensiũ ciuitas multos habuit viros excellentissimos.

HAec ciuitas Heduen. † multos habuit doctores, & in iure perissimos, multum excellentes temporibꝰ suis, & inter alios habuit hũc de Clugny: qui fuit in iure perissimus, canonicus & officialis Heduen. & tandem episc. Tornacen. ¶ Ex illa enim ciuitate Heduen. fuit oriundus: & ex illa nobili domo de Clugnyaco: quę floruit non solùm in hac patria, verumetiã in Gallia in officiis regalibus, & aliorũ principũ Galliæ: ab anno domini millesimo, vsq; ad hæc tempora. Ex illa enim fuerunt Balliui Niuernen. Altissiodoren. Heduẽ. Auxeti, & Diuionen. plura & diuersa officia in domibus principum, scilicet Christianissimorum regum Franciæ, & ducum Burgũdię obtinẽtes. Et etiam his temporibus vltimatè præteritis fuerunt multum excellentes viri, videlicet prædictus do. Ferrinus de Clugny, de quo hîc fit mẽtio: qui tãdem fuit episcopus Tornacẽ. & proclamatus Cardinalis. Et tẽpore Sixti papæ missus per ducem Burgũdiæ, & legatus cum duce Cliuiacẽ. in cõcilio Mãtuano, q fuit cãcellarius illiꝰ statꝰ, dignitatis seu ordinis, qui dicitur, *l'ordre de la toison*. ¶ Fuit & eius frater domi. Guiliel. de Clugny, episc. Pictauien. qui tãdẽ fuit cancellarius Franciæ, & vir magnæ experiẽtię & magnę authoritatis apud Christianiss. regem Frãcię Ludouicũ xj. Qui quidẽ multis fundationibus & donis dotauerum & decorauerũt plures ecclesias, maximè ecclesiam Heduẽ. Tornacen. & Pictauien. ¶ Fuit magister Ioannes de Clugny eorum frater, qui fuit doctor in vtroque iure, consiliarius & magister requestarũ ordinarius illustrissimi principis Philippi ducis Burgundiæ: do. de Monthelon, sancti Romani & de Raigneo: qui habuit tres filios, videlicet nobilẽ virum domi. Guiliel. de Clugny, do. de monthelõ, qui fuit tempore suo consiliarius Caroli ducis Burgundiæ, do. Bartholomæũ de Clugny, cano. Heduen. & archidiac. Aualonem. & domi. Antoniũ de Clugny priorẽ de Colchiis. ¶ Sunt & his temporibus nostris, & ex descendentibus ex dicto domino Guil. de Clugny, do. Guil. de Clugny canonic. Heduen. & prior commẽdatarius de Colchiis: & nobilis vir & do. Ludouicus de Clugny eius frater, domi. de Monthelon. Sunt etiã ex illa domo de Clugny aco plures nobiles in Burgundia, qui de ea descenderunt: quos laboriosum esset enumerare: qui omnes sunt ex illa prosapia & progenie de Clugny, habente ortum & originẽ ex hac ciuitate Heduen. Nónne etiam fuit ex hac nostra ciuitate Heduen. ille inter omnes excellentiss. domi. Nicol. Rolin cancell. Burgundię, qui tot, tam egregia & tam excellẽtia fecit, vt vix in x. volu. scribi possint tot castra, tot ecclesias, tot hospitalia fecit, & dotauit, vt vix numerari possint: Cuius nomen in æternum firmabitur, & stabile manebit.

Viri excellẽtes de domo de Clugnyaco.

Nicolaus Rolin.

2 Numerus episcoporũ Heduen.

IN ea † enim nostra ciuitate Heduen. fuerunt multi episc. numero xxiiij. cum duobus, vsque ad hæc tempora. Inter quos sunt xij. canonizati & in catalogo sanctorum descripti, videlicet Sanctus Amator, S. Rethitius, S. Supplicius, S. Cassianus, S. Pigmenius, S. Euphronius, S. Pragmatius, S. Proculus martyr, S. Racho, S. Agripinus, S. Siagrius. De quo fit mentio in c. episcopos. xvij. dist. vbi hęc ciuitas vocatur Augustodunum, vt dicam infrà. S. Leodegarius martyr nouus. Et plures alij nati in ciuitate Heduen. qui fuerũt martyres, & canonizati, vt S. Symphorianus, S. Faustꝰ eius pater, & S. Augusta eiꝰ mater. Quorũ corpora sunt reposita in tribus monumẽtis existẽtibus in quodã monasterio extra muros Heduenses, quod dicitur & nuncupatur sub titulo S. Symphoriani. fuit etiam Heduen. quidam S. Germanus Parisiorũ episc. qui erat de vico S. Anastasiæ, qui nunc dicitur vicus S. Blasij. ¶ † In prædicta etiã ciuitate requiescit corpus beati Lazari, quem Christus à morte suscitauit: vbi à multis veneratur. Sunt etiam quædam reliquiæ S. Leodegarij episcop. Heduen. quem Ebroinus princeps palatij martyrio mori fecit: tẽpore cuius Ebroini, quidã Leudesilus Heduen. fuit princeps palatij, qui hodie dicitur Connestabilis in Francia. vt refert Ioann. le Maire, in iij. tract. iij. lib. suarum illustrationũ Franciæ: qui proditoriè fuit occisus ab Ebroino. † Hi enim Hedui populi finitimi sũt Aluernis, Biturigibꝰ, Sequanis, ac Sebusianis: iuxta Celtas: hi adhuc nomen priscum Latinè retinẽt, inter Burgũdos nũc nominati: † nec citra Ararim flumẽ, quod nũc Sagona appellatur, aliquos habẽt fines: nec hodie sunt Sebusianis finitimi: in ducatu Burgundiæ & Francorum regno siti. † Ciuitas horum Heduorũ episcopalis est in prouincia Lugdunen. vt hæc omnia satis patent in Comment. Iulij Cæsaris: † & aliquãdo Augustodunũ fuit dicta: vt habetur in c. episcopos. xvij. dist. vbi papa Gregor. scripsit Augustodunensi episcopo. ¶ Et quòd Augustodunum dicatur, & Hedua, scribit Iacobus Philippus Bergomen. in dicto suo supplemẽto Chronicorum, lib. iiij. vbi dicit quòd tãtæ fuit potentiæ: vt Romanorum auxilio vniuersam plenè sub iugauerit Galliam.

Episcopi Heduenses canonizati.

3 Corpus beati Lazari.

Reliquiæ sancti Leodegarij.

Leudesilus Heduen.

4 Heduorũ fines.

5 Arar nũc dicitur Sagona.

6 Hedua ciuitas est episcopalis

7 Augustodunum.

DE Heduis enim Iulius Cæsar in suis Comment. in multis locis facit mentionem. Etiam in j. l. in initio ponit de Diuitiaco & Lisco: qui præerant summo magistratui, † quem Vigobertum Hedui appellabant: qui erat annalis: & vitæ & necis in suos potestatem habebat. ¶ Apud nos hodie vnicus tantùm huic magistratui præsidet: qui non habet prædictã potestatem, & alludendo vocabulo vocatur in vulgari, Viger, nec de causis criminalibus cognoscit, imò solùm detinet hodie incarceratos per xxiiij. horas, & remittit ad Balliuũ qui est iudex regius, vt prætendunt officiarij regij: facto tamen processu contra criminosos profert sententiam criminosam secundum quod fuit data per Balliuum seu eius locũ tenentem. Et vidi processum in hac ciuitate Heduen. inter procuratorem regium & Vigobertũ Heduen. super eo quod dictus Vigobertus dicebat & prętendabat se debere interesse in discussione processus, & vocari in sententiæ prolatione, aliàs quòd illam non pronũciaret: nec etiam executioni demãdari faceret. Pendet adhuc processus in curia: nõ insisto, tum quia aduocatus regius, tum quia Heduus † Horum Heduorum semper fuit vna factio, quæ erat contraria factioni Aluernorum, cùm de potentatu inter se per multos annos contenderent, nec aluerni & Sequani potuerunt gerere bellum contra Heduos, nisi vocatis Germanis mercede. Hos enim Senatus Romanus fratres & consanguineos sæpe numero appellauit. Hi enim totius Galliæ principatum tenuerũt: vt habetur in j. libr. Commenta. Cæsaris, de bello Gallico. Ciuitas enim Heduorũ, erat inter Celtas, & maximâ fuit authotitas Heduorum, maximè apud Cæsarem, Belgas, & Nouiodunum oppidum oppugnantẽ, quorũ ciuitas erat magna; & authoritate ac multitudine

8 Vigobertus Heduorum magistratus, & eius potestas.

9 Heduorũ factio.

Heduorũ authoritas

homi

hominum præstabat: vt habetur in præd. Commen. lib. ij. & etiam li. v. in fi. Heduos enim & Rhemos Cęsar in præcipuo semper honore habuit: Heduos pro veteri ac perpetua erga pop. Rom. fide, Rhemos verò pro recentibus belli Gallici officiis. lib. iij. Commen. Cæsaris de bello Gallico. Et tãta fuit authoritas Heduorũ apud Cæsarẽ: vt petẽtibus ipsis, hostibus parceretur, vel saltem cum eis humanius ageret ur, concesserit. Et etiã summa authoritas erat in Heduis: magnæq; erant eorum clientelæ: & maiores quàm Sequanorum. Ex quo Sequani Germanos atque Ariouistum sibi adiunxerãt: eósque ad se magnis iacturis, pollicitationibúsq; perduxerant: præliis verò compluribus factis secũdis, atq; omni nobilitate Heduorum interfecta tantũ potentia antecesserant, obsidésque ab Heduis, Principum filios acceperũt: & publicè iurare fecerũt, & coëgerunt nihil cõtra Sequanos cõsilij inituros: & partem finitimi agri per vim occupatam possiderent, Galliæq; totius principatum obtinerent. ¶ Quod vidés Diuitiacus, & hac necessitate adductus, auxilij petendi causa Romam ad Senatum profectus, re infecta redierat, aduentu Cæsaris, facta commutatione rerum, obsidib⁹ Heduis p Sequanos redditis, veteribus cliẽtelis restitutis, & nouis p Cæsarem comparatis, quòd hi qui se ad eorum amicitiã aggregauerant, melioréque cõditione atque imperio se vti videbãt reliquis rebus eorum gratia dignitatéque amplificata Sequani principatum dimiserant. in locum eorũ successerãt Rhemi, quos quòd adęquare apud Cæsarẽ gratia intelligebatur: & videbatur eos gratiam seu amicitiam Cæsaris acquisiuisse. Nam hi qui propter veteres inimicitias nullo modo cum Heduis coniugi poterant, se Rhemis in clientelam, hoc est quandã subiectionem & confœderationem dederant: quos Rhemi aduersus Heduos diligenter tuebãtur. Ita & hoc modo nouam &, repẽtè collectam seu quæsitam authoritatem tenebant: & eo tũc statu res erat vt longè principes haberentur Hedui: secũdum verò locum dignitatis Rhemi obtinerent. Ita scriptũ est lib. vj. Commenta. Cæsaris. & vt dicit Ioannes le Maire, lib. iij. suarum illustrationum Galliæ, tenebãt illã patriam quæ hodie dicitur Ducatus, & Sequani illam quæ hodie dicitur Comitatus. Ita dicit Ioãnes le Maire, in ij. tractatu tertij lib. illustra. Franciæ. ¶ Inter hos enim Heduos fuit maxima discordia & dissẽsio pro electione gubernatoris illius anni: cùm duo fuissent electi, Conuictolitanes scilicet & Cotus, ex antiquissima familia natus: cuius frater Valeciat⁹ anno eodem magistratum gesserat. Et erat talis discordia, quod ciuitas erat in armis, Senatus diuisus, & populus & clientelæ diuisæ. Ratione cuius missi fuerũt legati ad Cæsarem, qui timens ne tanta & tam coniuncta populo Romano ciuitas, quam ipse semper aluerat, ad vim atq; arma descẽderet: atq; ea pars quæ minus consideret, auxilium à Vercingentorige imploraret, in Heduos proficiscí statuit, Senatúmq; omnem & quos in cõtrouersia esse sciebat ad se cõuocauit. ¶ Audiénsque leges in ciuitate esse: ne duo ex vna familia viuo vtroque nõ solùm magistratus creari possent, sed nec etiam in Senatu esse possent, Cotum magistrum deponere Cõuictolitanem per sacerdotes more ciuitatis intermissis magistratib⁹, creatũ potestatem seu magistratum obtinere iussit. Hoc facto hortatus fuit Heduos controuersiarum ac dissensionis obliuiscerentur. Hæc omnia habentur in lib. viij. Commen. Cæsa. sed pro certo prædicta exhortatio non profuit vsque ad hæc tempora. Et in eodem lib. vij. habetur quomodo Conuictolitanes non fuit memor beneficij accepti, imò pro beneficio iniuriã fecit Cæsari: mittendo Lictanicum cum decem millibus hominum, ad Gergouiam in auxiliũ Aluernorum contra Cęsarem & Romanos. Et etiam ibi habetur, quòd Heduorum aliquos impulit auaritia, aliquos iracundia, alios temeritas, quæ maximè est illis innata, cùm facilè credant. Sed tandem his superatis & deuictis per Cæsarem: eisdem indulsit & pepercit Cæsar. ¶† Credo tamen (licet nihil dicatur in Commenta. ipsius Cæsaris expresè) quòd Hedui inter se habuerũt tales dissensiones (vt soliti sunt) quòd ciuitas passa est quandam ruinam, seu aliqualem destructionem, & statim postquam Cæsari contrariauerũt, quod per Cæsarem aliam passi fuerunt. Licet aliquãtulum & quibusdã militibus in bello captis pepercerit, eo quòd ab illo tempore Hedui non fuerũt in authoritate & honore in quibus fuerãt. quam authoritatem nõ amisissent, nisi passi fuissent cladem & destructionem. ¶ Aliam verò passi fuerũt tempore Clotildis, quæ fuit filia regis Burgũdiæ, cùm Gondomarus rex Burgundiæ se retraxit in ciũitatem Heduen. quæ tunc obsessa fuit per Childebertum & Clotariũ in qua occisus fuit dictus Gõdomarus, vt dicũt quidam. Alij dicunt quòd solùm eius vxor fuit captiua: & quòd ipse aufugit. Et credo quòd tunc fuit vna destructio huius ciuitatis Heduen. Plutarchus verò in vita Cæsaris facit mentionem de destructione huius ciuitatis: cùm dicit, Deinde receptis in fidem quos facti pigeret, haud destitit, quòd Heduorum gentem qui aduersus bellum susceperant, deuicit. Hi superiore tempore fratres se Romanorum prędicantes manifestissimis habebantur honoribus. ¶ Et † eos fratres Romanorum vocat M. Tull. Cicer. lib. vij. suarum epistolarum, epistola incipiente, Legi tuas literas. Et dicit Cornelius Tacitus lib. xj. Hedui primi Senatorium ius in vrbe adepti sunt: datum id fœderi antiquo, & quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano vsurpant. ¶† Et de huius ciuitatis prima constructione & destructione (quæ aliàs dicta fuit Augustodunum, vt dictum est antè) ex magistri Petri Turelli Heduen. Diuionen. gymnasij rectoris viri vndequaque literatissimi epistola ad magistrum Bartholomæum Vilibrameum Heduen. canonicum ea sequentia excerpsi. ¶† Augustodunum nomen à Græcis habuit: siquidem olim (dum ante Alexiam condita fuit inter Celtas literiloquos idioma Græcum peculiare erat, & magis assuetum. Et vltrà dixerim, Latinum sermonem nondum fuisse natum: vt planius ex Berosо Babylonico, & Xenophonte secerni potest, imò & experientia nouimus. Dum puerulus quidam adhuc ferme in verbis librum indoct⁹ bibliam appellauit. Adde multa Græcorum vocabula vt organum, vrina, bos, fama, pater, & multa id genus cum nostro naturali sermone plusquàm cũ alio coire. ¶ Dicitur ergo Augustodunum ab ὠδὴ, quod Græci nuntiant afgi, nos verò auge: quod est splendor & mulieris nomen proprium. Nescio † tamen si gestum fuerit, quod sæpissimè ab Augustodunensibus incolis audiui: istic. s. dũ staret ciuitas, carbũculu fuisse, qui suo splendore totã vrbem illustraret: quod enim communis fama famat (vt inquit Franciscus Petrarcha) non omnino deperditur. Et δύνω, id est, duno quod est vestio siue induo, Sic ista ciuitas à suis cõditoribus & colonis splẽdorẽ induit: Augustodunũ, id est, splendorẽ indutus. ¶† Descendamus igitur ad cõditores. Lucifer iij. Iouis filius (vt docet Bocacius

libro

Heduorum strages.

Heduorũ magna cõtrouersia.

Heduorũ lex.

Cæsaris oratio.

Heduorum ruina. *10. Alia.*

Alia & tertia.

11 Heduorũ Romanorũ fraternitas dicta.

12 Prima Heduorũ Genesis.

13 Augusto dunum nomen est Græcum.

14 Augustodunum vnde dictum.

15 Augustodunensium conditor.

BIU Cujas

libro de genealogia deorum) genuit Dedalionẽ: qui genuit Augem cognomẽto Chionem, id est, candorem siue niuẽ: quã Apollo duxit in vxorem. nec mirum, quoniã Apollo, Phœbus, Sol, nũquam sine Auge, id est, splẽdore minus quàm vir sine vxore esse potest. Hic Augustodunum omnium primus fundauit, & suæ vxoris Auges nomine, ciuitatem Augustodunum vocauit. Nec ineptum est vnum multis nominib⁹ vocari. Vxor enim Apollinis modò Auge, id est splendor, modò Chione, id est, cãdor, siue nix vocata est. Venustas mulieris hoc effecit. Sed rogo properemus gressum: quippe horum terminorũ tanta vicinitas morã parere nõ debet. Candor eñ & splẽdor nimium cõsociantur. ¶†Ideo à Chione Castrichion nomẽ sibi peperit. Nescio mehercule quo errore castrũ caninum alij dixerunt. ¶†Hinc est vt Niuernia illa regio propinqua (quasi niue vernans) nomen habuerit. At iam flagrum me cogit ad iter incœptum redire. Apollo postea noster Augustoduno solutus, Delphõ insulam adiuit, patriam profectò relinquens: quia de vxore Auge siue Chione nescio quid mali suspicaretur. Tun enim (vt scribit Gulielmus Bergomensis in supplemento chronicorum) Apollo, Sol, Phœbus, de liquiũ eclypsis passus fuerat, & forsan meritò, † cùm Plutarch⁹ in suis apophthegmatib⁹ affirmauerit tria olim fuisse scorta nobilissima, scilicet Chione siue Auge, Lais, & Lesbia. Cui adstipulat Aulus Gell. in noctib⁹ Atticis, & ille satyricus Iuuenalis, loquẽs de Chione. Nata erat huic Chione quæ dotatissima forma, Mille procis placuit, bis septẽ nubilis annis. Quis mehercule, nisi fons, Chionem, id est lucem odisset? placet ergo lux. †Virgilius Polydorus libro de inuentoribus rerum scribit, Apollinem Phœbũ omnium primum herbarum naturas cognouisse, quibus plurimorum morbos leuaret: ppterea à rudibus deus est habitus, cùm ægrotãtes multi ex suis remediis sanitatem cõsequerẽtur. Et huic assentit noster Beros. ¶†Et vt narrat Eusebius in libro temporum, Apollo, Phœbus, Sol, regnauit circiter annũ mũdi 1611. Diluuiũ verò (Philonis Hebræi testimonio) exundauit circa annum mundi 1556. † Quo colligitur Augustonum fuisse incœptũ anno vel circiter à salute generis humani ab aquis lv. Et illis tẽporibus, authore Beroso Babylonico, apud Celtas, vbi sita est hæc ciuitas, regnabat Magus qui Rothomagũ, Magũtiam, multásque alias ciuitates fundauit. Et apud Babylonicos Ninus Beli filius, filij Nimbroti, imperiũ habebat. Et vt ne vsque digrediar, paucos latere debet. † quod Noe, alias Ogyges, Ianus (quia ante & post diluuium humanũ genus cognouerit) Pan, Natura, Genius, & Gallus, quia Galeri nos ab aquis seruauerit (vnde nauem Galerim vocamus) genuit Iopetum, siue Iapetũ, siue Iaphet, Iopeti autẽ filius fuit Samothes, cognomento Dis siue Pluto. Isto quispiam illa ętate nõ fuit sapientior, propterea Samothes cognominatus est: & hic (vt scribit Berosus) Celtas colonias fundauit, dũ iam apud Babylonicos siue Assyrios Nimbrotus xv. annos monarchiam tenuisset, suóq; nomine † Samothei dicti sunt Galli vsque ad Celtem, à quo Celtæ postea nomen habuerunt. Et Galathę à Galathe filio Galli, vt inferiùs scribemus. ¶ Hic Samothes genuit Magum, de quo suprà. Dum enim Rothomagũ Magus, Apollo Augustodunũ fundabat, vel paulò vltrà, vel citrà, quoniam hominum ætates lõgiores essent. ¶†Magnus verò genuit Sarrona. Sarron autẽ Druydẽ, vnde dicti Druydæ Gallorũ philosophi, qui Carnutum & Augustodunũ habitauerunt, vnde in diem vsque hodiernum mons est apud Augustodunũ, mõs Druydum appellatus. Druydes genuit Bardum, Bardus Longonẽ, † vnde Lingones populi quasi Longones: Longo Bardum iuniorẽ, Bardus Celtã, Celta Galatheam, quæ ex Hercole siue Hercule Libyco Galathen filiũ susceptit, vnde Celtę Galli nomẽ habẽt. Hic Hercules nomine proprio erat Libyus, cuius iam placet genesim describere. † Noe Pan genuit Chan, cognomento Zoroastẽ, necnon Ensemia, id est infamẽ, quia magicis artibus quas excogitauerat verenda patris Noe fascinauerit. Cham Ensemius genuit Osyrim, id est Iouem iustũ, qui genuit Libyũ cognomẽto Herculẽ. Hic Hercules Italiã petens, per Celtiberos Celtásq; meauit, omnes tyrannos qui tunc illas infestabant regiones demoliens, confundésque. Propter ꝙ à Gallis dict⁹ est ἀλεξίκακος, id est alexicacos, hoc est defensor mali. † A quo nomine Alexiã ciuitatem quã apud Semurium fundauerat, vocauit. ¶Nõ possem satis admirari insciti am illorum Alexiẽsiũ, quid ad huc nomen sui oppidi nesciuerunt, dicentes Sinmurum. Legant, quæso, Vallam in c. de Synceris. vt discant, sine, nõ intrare cõpositionem: aut cacephatosę dicant Sine muro. ¶†Sciant præterea, quòd dum Hercules Libius Alexiam ædificabat, milites sui (vt tũc moris illorum erat) nonnunquam aut pigme, id est pugna, aut disco, id est lapidum iactu, aut diaulo, id est cursu (hunc ludum barbarissimi barras appellãt) aut alma id est saltu, aut palestra, id est lucta contendebant. Et victores, vt in Olympico certamine, oleastro: In Pithiis ludis lauru: in Isthmiacis pinu: in Nemeis apio herba: ita illic (quoniam forsitan aliorum penuria erat) apio herba vincẽtes coronabãtur. Quod Auicenna libro ij. Semurion vocat vnde Semurion oppidũ Alexiense, habet nomen. Sed ad semitam redeamus. ¶Post Bardum iuniorem regnauit Luẽs, deinde Celtę, inde Galathę: vnde Galli antea Celtę & Samothei dicti sunt. Cætera Berosus noster habet. Quis iam errorem eorum videre non posset, qui Augustodunum ab Augusto adhuc ferme heri regnãte, dici voluere? Et (quod stoliditatẽ eorum auget) Augustum ab augendo, quod absurdum reputabis si Sypontino credas: † Augustus enim (ait) sacer vel maiestatis plenus interpretatur. † Sed melius coniecturare possent Augustodunũ ab Augurio appellari. Druydes eñ Druydum montem incolentes, ciuitatem forsan auditorũ frequẽtia ampliantes (siquidem omni eruditionis genere pollebant) nomen ab augurio, quo tunc augurabantur, ciuitati imposuerunt. Et si sic foret, non lõga esset à priori temporis intercapedo, si Apollinis nostri Druydísq; ætatem cognoueris. † Iam in mentem venit, dũ Druydæ à dryos, id est quercus, (quia quercuum viscо sua sacra peragebant) dicuntur. Illud facinus mirabile, quòd dum sacrum diui Lazari corpus Augustodunũ transferretur, & fortè brumali tempore sub quercu quadam reponeretur, viruit arida quercus. ¶†Sed quare Hedua? certè ab Heduis ciuitatis accolis. Nempe Hedui (vt testantur cosmographi recentiores) populi sunt, Galliam Celticam superiorẽ habitantes, quos Arar, id est Sagona, disterminat à Sequanis. † Celtica autem Gallia illa est, quæ Arari ab Oriente, Sequana à Septentrione, Ligeri à Meridie, & ab Occidente maridimetitur. ¶Hedui igitur dicti sunt ab ἡδὺς, id est Hedus, hoc est suauis qa suaues sunt. Propter qđ Romani eos in fratres, vt scribit Põponius Mela, & Diodorus Siculus asciuerunt. Ab Hedua etiã vocati sunt Heduatici populi, Menapiis, id est Brabantinis vicini, Scaldem fluuium accolentes.

¶Sed

16 *Castrichion.*

17 *Niuernia regio vnde dicatur.*

18 *Tria scorta nobilissima.*

19 *Apollo primus herbarum inuentor.*

20

21 *Augustoduni antiquitas.*

22 *Ninus Noe cognomina.*

Pluto. Samothes.

23 *Samothei. Celtæ. Galli.*

24 *Druydæ Gallorum philosophi.*

Mons Druydum.

25 *Lingones.*

26. *Hercules Libyci genesis.*

27 *Alexia ciuitas.*

28 *Semurion oppidum vnde dictum.*

29 *Augustus vnde dictus.*

30

31 *Druydæ vnde dicti.*

32 *Hedua quare sic dicta*

Hedui populi qui.

33 *Gallia Celtica quæ.*

BIU Cujas

¶Sed à quo tantã ruinam tãta ciuitas accepit? Si Plutarchum libro de viris illustribus legas, Caiũ Iulium Cęsarem id egisse haud dubitabis. Nam cùm superatis (ait) Heduis Aluerníque multi cum Vercingẽtorige duce (qui castellum *du Vergier* erexit) in Alexiã confugissent, eam obsidione circumsepsit.

34 *Quid influxus cælestes Heduis influant.*

Sed iã humi satis serpsimus, in cælũ quæso eamus, inquirẽtes quid cælestes influxus huic tã antiquæ ciuitati syderauerint. † Ista ciuitas tertiã leonis faciẽ pro horo scopo suo habet, quę est Martis. Sed leo totus solis est domus. Et in illa facie, testis est Abraham Auenarim, & Petrus Albanus, bacellari imago ascẽdit, plaustrum trahẽtis. In quo vir quidã & puer paruulus sedent, sed vir manu sinistra vestimentũ gerit. Similiter ascẽdit coruus & serpẽtis nigri dimidium, & asini equíque posteriora. Et secundum Indorũ Sapientes Maurus fœdus & multi laboris ascẽdit. In cuius ore deliniamenta sunt, in manu autem caro. Secũdum verò Ptolemæum vrsa maior ascendit. Tute secundum hæc supradicta Heduorũ mores inclinationésq; naturales perpẽde. Quibus Mercurius in ascẽdẽte auget subtilitatem ingenij & scribaniã. Et quia retrogradus furta influit multa, maximè, vt sobri⁹ loquar, dulcia. Mars in decima domo, significat magistratum & dominium vi & violẽtia acquirendũ. Luna in nona significat lõgas eorum peregrinationes & prolixa itinera felicia, & bonos nũtios. Item subitas excogitationes siue speculationes, sed religionẽ mobilem. Iupiter in duodecima significat temerarios & insçios sculptores, filiósq; ineptos, inimicos, diuites, sed debiles. Sol in secunda domo significat diuitias, cùm sit dominus ascendẽtis, quia tamẽ est in suo detrimento significat hypocritas, religionem fictã, vsurarior, & auaros. Venus in tertia domo in scorpione, quod suum detrimentum est, significat malitiam fratrum, dominium cum proditione, & malam in eodẽ perseuerationem propter mulieres. Item paruas vias difficiles, nũtios non procul veniẽtes falsos, maximè in matrimoniis. Sed significat gaudium & desideriũ in pudibundorũ ornatũ, facítque scortorum amatores infelices. Saturnus in quarta domo significat ꝙ viles homines magis studẽt thesaurũ facere quàm nobiles. & quia dominus horę est Saturn⁹, & pars fortunæ in terminis Mercurij venit, ꝙa triplicitas diuersa est, significat lucrum & acquisitionẽ cum magnis labore & anxietate: bonos autẽ amicos, sed malos nepotes, vt ex vndecima domo cognosci potest. Vxores liberaliores viris: verùm quia domin⁹ septimę domus est in quarta, quæ est fouea, significat damnũ in vxoribus per mortẽ. & tamen in causa sunt mulieres thesaurorum inuẽtionis. Dominus sextæ domus Saturn⁹ est qui significat seruos imbecilles, sed fideles. Morbi ergo eorũ sunt Saturnini, vt phthisis, catarrus febris ethica, splenetica, hydropisis, ventris solutio, grauiores morbi, vt lepra, elephãtia, podagra, cãcer, & omnes qui ex frigiditate proueniunt.

Leo igitur istorum ascendẽs significat mediocris staturæ homines, lati cordis & audacis suo principi & aliis fideles, qui leonibus delectãtur, cósq; pingunt in vexillis, tesseris, peristromatibus, auleis, & id genus lapides & herbas & belluas solares amãt naturaliter, vt sunt carbũculus, electrum, heliotropiũ, & cætera, & aurum. Quid si accipitrem diligunt? Nõne Dedali ideo Auges pater in spauernium, vt Bocatio placet & Ouidio, mutatus fuit. Sed de his hactenus.

Alia ruina Heduen.

Aliam ruinã passa fuit hæc ciuitas Heduen. ante tẽpora Constantini imperatoris patris Cõstantini magni, quæ facilè cõprehẽdi potest ex quadam oratione facta Constãtio Imperatori cùm hanc ciuitatem Heduen. ingrederetur, post illius cladem & destructionem. Quam habui à reuerẽdo in Christo patre domino Philippo Brunet, episcopo Nigro pontẽ. suffraganeo Heduen. sacræ theologię professore, cuius tenorẽ hîc inferere volui. Ex qua multa de hac ciuitate Heduensi comprehendi possunt, quæ nolo mihi attribuere, ne sim occultatur alienæ laudis. ¶Tenor prædictæ orationis talis est:

35 *Oratio coram Constantio imperatore in ciuitate Heduen. habita.*

SI Flauia † Heduorum tandem æterno nomine nũcupata, sacer Imperator, commouere, si funditùs, atq; huc venire potuisset, tota ꝓfectò coràm de tuis in se maximis, pulcherrimísq; beneficijs vna voce loqueretur, tibiq; restitutori suo, imò (vt veriùs fatear) cõditori in ea potissimùm ciuitate gratias ageret, cuius eam similem facere cœpisti. Sed quoniam nõ potest, gestit animo quæ natura nõ patitur, clamorésq; suos, quibus quotidie laudes tuas tollit, in cælũ exaudiri à te nõ sinit, interiecta lõginquitate suã: id quod fieri decebat gaudiorum patriæ meæ nuntium spõte susceptum, vt essem iã non priuati studij literarũ, sed publicæ gratulationis orator. ¶Nolui enim, sacer Imperator, cùm in illo aditu palatij tui stratum ante pedes tuos ordinẽ indulgẽtiæ tuæ voce diuina, porrectaq; hac inuicta dextera subleuasti, numini tuo gratias agere. Nec mihi verba, quãuis impata, defuissent. Quis enim aut præparare ad beneficia tã insperata potuisset? aut à tanta gratulatione cohiberet? Sed habui rationem loci & tẽporis, ne meus ille ardor animi, studiumq; dicendi tibi quidem (quod mihi ad immortalitatem sufficeret) probaretur. Sed propter assistentiũ paucitatem minus quàm te dignũ esset, iret in populo: sed te vno de salute nostra tractãte moraretur oratio, quæ pro magnitudine meritorum tuorũ manifestare non posset.

NVnc itaque cùm in hac vrbe quæ adhuc assiduitate præsentiæ tuæ præ cæteris fruitur, habebit enim felicitas æmulam Flauiã nostram, totus amicorũ tuorũ comitatus, & omnis imperij apparatus assistit. Et cùm omnes homines omnium fere ciuitatũ, aut publicè missi, aut ꝓ se tibi, supplices adsint, dicã, Imperator, quæ libẽter agnoscas, & cæteri nobis indulta non crederẽt, nisi te cognoscente dixisse. ¶Primum est autem sacer Imperator, in agẽdis gratiis ostendere id quod indultum sit nõ fortunæ felicitatis sed iustæ fuisse clemẽtiæ. Nam cùm omnes homines coràm non indigentes iuuare, boni sit principis, tum præcipuè benemeritis, & grauiter affectis subuenire, sapientis est. Quod cùm ostẽdam, non tam studio prędicandæ patriæ meæ, quàm officio demonstrãdę prouidentiæ tuæ, tum potissimè beneficiorum tuorũ magnitudinem prosequar, maiore voto quàm ingenio. ¶Quænam gẽs toto orbe terrarum in amore Romani nominis Heduis se postulet anteponi? Qui primi omnium inter illas immanes & Barbaras Galliæ gentes plurimis senatusconsultis † fratres populi Romani appellati sunt. Et cum cæteris à Rhodano ad Rhenũ vsque populis, nec pax quidẽ posset nisi suspecta sperari, soli & consanguinitatis nomine gloriati sunt. Et nuper (vt media præteream) diuum Claudium parentem tuum, ad recuperandas Gallias soli vocauerunt. Et ante pauciſſimos annos (quod maximè prædicandum est) plurima patris tui beneficia partim reb⁹ effecta perceperũt, partim animo seruata lætãtur. ¶† Fuit olim Saguntinis fœderata, sed cùm iam tædio belli Punici nouare imperium omnis cuperet

36 *Heduorum fratres populi Romani dicti.*

37 *Heduorum olim Saguntinis fœderati.*

Hisp

Hiſpania, fuit amica. Maſſilia ptegi ſe maieſtate Romana gratulabat. Imputauere ſe origine fabuloſa in Sicilia Mamertini, in Aſia Ilienſes, ſoli Hedui nó metu territi, non adulatione cópulſi, ſed ingenua & ſimplici charitate, fratres populi Romani crediti ſunt, appellariq; meruerũt. Quo nomine prẽter cætera neceſſitudinũ vocabula, & cómunitatis apparet, & dignitatis ęqualitas. Deinde cùm finitimę nationes ipſi illi Romanæ fraternitati, nó gloriæ inuidẽtes, & vſq; in pniciẽ ſuis odiis incitatæ Germanos ſibi auxiliarios inuocaſſent, princeps Heduus in ſenatũ venit, rẽ docuit, cùm quidẽ oblato cõſenſu minus ſibi vẽdicaſſet quã dabatur, ſcuto innixus perorauit, impetrata ope Romanũ exercitũ Cæſarémq; cis Rhodanũ primus induxit. ſemita enim Galliæ vſq; ad id tẽporis trãſalpina Gallia nominabatur. Sed tantũ Hedui totũ iſtud quod Rheno, Oceano, Pyreneis mõtibus, cũctis Alpibus cõtinetur, Romano imperio tradiderũt. Hybernis hoſpitaliter prębitis, ſuppeditatis largiter cõmeatibus, armis fabricãdis, pedeſtribus equitũ copiis auxiliãtibus. Ita in vnã pacẽ ſociatis omnibus, Celtarũ Belgarúmq; populis eripuere Barbaris quicquid iũxère Romanis. Dicet aliquis, vetera iſta ſunt: & quidẽ hoc ſanctiora ꝙ vetera. Bonis em̃ meritis cũ ætate dignitas & põdus accedit: atq; vt magnæ natu parẽtes magis magiſq; in dies veneramur & colimus. Fratrũ verò æqualitas, & librorũ ſoboles blandiore, licet leuiore tñ animos tãgit affectu. Ita bñficia antiqua grauiora ſunt, q̃uis præſentia ſuauiora eſſe videãtur. Sed tñ ſi illa vetuſtate obſoleuernut, qd hæc recẽtia quæ pueri vidimus? Attẽde quæſo quãti ſit, Imperator, ꝙ diuũ Claudiũ parentẽ tuũ ad occupãdas Gallias primi ſolicitauerũt, expectãtéſq; eius auxiliũ ſeptẽ mẽſibus clauſi, & oĩa inopiæ miſerãda ppeſſi, tum demũ irrũpendas rebellibus Gallicanis portas reliquerũt, cùm feſſi obſeruare nó poſſent. Cúmq; omni tẽpore de pop. Ro. benemeriti fuerint, tñ liberos in ſeruitutẽ abduci, & agros ſuos vaſtari viderũt. Quòd ſi vobis & conatib⁹ Heduorũ fortuna fauiſſet, atq; illi Reipubli cæ reſtitutor implorãtib⁹ nobis ſubuenire potuiſſet, ſine vllo detrimẽto Romanarũ viriũ, ſine clade Catalaunica cõpendium pacis, recõciliatis ꝓuinciis attuliſſet fraternitas Heduorũ. Ob hæc igitur merita & priſca diuus pater tuus ciuitatẽ Heduorũ voluit iacentẽ erigere, pditámq; recreare. Nõ ſolùm pecuniis ad calẽdaria largiendis, & lauacris quæ corruerãt extruendis, ſed & methicis vndiq; trãſferendis, vt eſſet illa ciuitas prouinciarum velut vna mater, quæ reliquas vrbes quodammodo Romanas prima feciſſet.

Heduorum in Romanos bene merita.

Heduorũ calamitas.

DIxi quàm benemeritis Heduis ſubueneris, Imperator, ſequitur (vt dicã) quàm grauiter afflictis. Qui locus nimiùm quantum mihi plus ſuppeditaret orationis, ſi fas eſſet audiẽte te de rebus triſtioribus immorari. Vt igitur in prædicandis laudibus patriæ meæ, verecundia modũ fecit, ne arrroganter inſurgerent, ita in cõmemorandis eiuſdẽ malis, & meus dolor, & tuarũ auriũ conſuetudo cohibebit. Nihil enim libẽter audis niſi quod tuis gratularis. Sed tamẽ quęſo, imperator, iniũge patientiã ſenſib⁹ tuis, vt quemadmodũ præſtantes ſcientia medici non aſpernantur vulnera inſpicere quę ſanãt, ita nunc tu pauliſper audias Heduorum labores, quos ſuſtuliſti. Neque enim potes ſine experimento miſericordię ad laudem clementiæ peruenire. Iacebat illa ciuitas nõ tam innixa Romanis, quàm virium defectione proſtrata, ex quo tam noui ſenſus examinauerat acerbitas, nec tamẽ iuſtè queri poterat, cùm & agros qui deſcripti fuerant haberemus, & Gallicani cẽſus cõmuni formala teneremur, q fortunis nemini poſſumus æquari. Quò magis, Imperator, clemẽtiæ tuæ gratias agimus, qui remediis ſpõte cõceſſis feciſti, vt quod non poteramus iure petere, iuſtè obtinuiſſe videamur. Haberem⁹ em̃, vt dixi, & hominũ numerũ, q delati ſunt, & agrorum modũ, ſed vtrunq; nequã hominũ ſegnicia, toruáque perfidia pdidimus. † Vnde enim nobis, venis, aut neruis. aut ipſe ille de proximo † tricaciſſimus ager, aut arator quorũ redditus cũ labore cõtendunt. Quãquã meritò quiuis ignoſcat cultorib⁹ ipſis, quos piget laborare ſine fructu, ſiquidẽ ager qui nunquã reſpõdet impẽdiis ex neceſſitate deſeritur etiã inopia ruſticanorũ, quib⁹ in ære alieno vacillãtibus, nec aquas deducere, nec ſyluas licuit excidere. Ita quicquid olim fuerat tolerabilis ſoli, aut corruptũ eſt paludibus, aut ſentibus impeditũ. Quinetiã ipſe ille pagus Arebrignus manu ſeritur, inuidia† cuius in loco vitiũ cultura perſpicua eſt. Nã retro cætera ſyluis & rupibus inuia ſecurarũ ſunt cubicula beſtiarũ. Illa autẽ quę ſubiecta & vſq; Ararim porrecta planicies, fuit quidẽ, vt audio, aliquãdo iucunda, cũ per ſingulorũ fines cõtinua cultura pro curſus fontiũ vallibus patẽtib⁹ euehebat. Nũc autẽ intercluſis vaſtitate meatibus, quicquid humilitate fuerat vberius, in voraginẽ & ſtagna cõuerſum. Ipſe deniq; vineæ quas mirãtur ignari, ita vetuſtate ſenuerunt, vt culturã iam penè nõ ſentiant. Radices enim vitiũ quarum iã neſcimus ætatem millies replicando congeſtæ altitudinẽ debitã ſcrobibus excludunt: & ipſam propaginẽ non debitã ſed obtectã perdunt imbribus eluendã, & ſolibus perurendã. Nec poſſumus, vt Aquitanis aliiſque prouinciis familiare eſt, nouis vitibus locum vbique metari, cùm ſupra ſaxa perpetua ſint, infra humiditas pruinoſa. Nã quid ego de cæteris ciuitatib⁹ illius regionis loquar, quib⁹ illacrymaſſe tuteipſe confeſſus es? Vidiſti enim nõ vt per agros aliarũ vrbiũ omnia ferè culta, aperta, florẽtia, vias faciles, nauigera flumina ipſas oppidorũ portas alluẽtia. Sed ſtatim ab eo fluxu quo retrorſum via ducit in Belgicã, vaſta omnia, inculta, ſquallentia, muta, tenebroſa, & vt militaris via ſit cõfragoſa, & alternis mõtibus ardua atque præceps, vt vix ſemiplena carpenta interdũ vacua tranſmittat. Ex quo ſæpe accidit, vt obſequia noſtra tarda ſint, cũ paruarũ frugũ nobis difficilior ſit euectio, quàm cęteris plurima rum. Horũ locorũ, Imperator, ingeniũ eſt huiuſmodi, vt te eorũ aſpectũ nõ horruiſſe loco ſit ſummi beneficij, recreaſſe verò planè nõ hominis, ſed diuinum opus omnes fatebũtur, nos propriè beneuolẽtia colemus ſempiterna. Quò magis, Imperator, pietati tuæ gratias agimus, qui cùm ſcires itinerũ, regionum noſtrarum aditum atque aſpectum tã fœdum, atq; aſperum, tamen illò deflectere, & vrbem illam ſola opis tuæ expectatione viuentem illuſtrare dignatus es.

Locus hic depraua-tus eſſe videtur.

Agri Heduen ſteritas.

BOni principis eſt, libenter ſuos videre felices, ſed melioris, inuiſere etiã laborantes. Dij boni, quiſnam ille tum nobis illuxit dies? Iam enim ad prædicãda remedia ordine nominis tui, ſuperuenit oratio. Cùm tu (quod primum nobis ſignũ ſalutis fuit) portas ipſius vrbis intraſti, quæ te habitu illo in ſinũ reducto, & procurrentibus vtrinque tenoribus amplexu quodam videbantur accipere. Miratus es, Imperator, vnde ſe tibi tanta obuiam effunderet multitudo, cùm ſolitudinem ex vicino monte vidiſſes. Omnes enim ex agris omnium ętatum homines conuolauerunt, vt viderent quem ſuperſtitem ſibi libẽter optarent. Quod enim ad propagandos aliorũ principum

Conſtãtini in Heduã ingreſſus.

BIU Cujas

solenni verborum more iuratur, tibi, Cõstantine, soli vltra omniũ nostrũm facta victuri securè vouemus, cui tam longa ætas propria debeatur. Magna est profectò vis post diuturnã ægritudinem atque mœstitiã surgẽtiũ gaudiorũ: caluit in nobis vltra vires nostras animus ad lętitiã, vt quodã prędagio futurę felicitatis elati, tãta te exultatione susceperimus, quasi iã indulgentiã, qua vsurus eras, haberemus. Exornauim⁹ vias quibus in palatiũ peruenitur, paupere quidẽ supellectile, omnium signa collegiorum, omniũ deorũ nostrorum simulachra pertulimus, pauciſſima clarorũ industria modulorum, per compẽdia sæpius tibi occursura pertulimus. Diuites nos crederet qui veritatẽ studio æstimaret. Sed enim prouidentiã tuam latere non potuit, quãuis bene dissimulata paupertas: intelexisti officiosam & honestam inopum vanitatẽ: spõtè nos ad numinis tui aditum vocas: spõte affari, spõtè (quod opus desideramus) interrogare dignatus es. Hæc sunt impe. vera beneficia, quæ non precibus efflagitata, sed ex volũtaria tua benignitate proueniũt, & citra vllam petendi molestiã adipiscendi voluptatem dederunt. Neq; enim parui negotij est, Imperator totius orbis, pro se peculiariter rogare, sub tantæ maiestatis affectu perfricare frontem, vultum cõponere, cõfirmare animum, verba concipere, trepidanter dicere, aptè desinere, expectare responsum. Has omnes difficultates, Imperator, verecundiæ nostræ remisisti. Non solùm vltro percunctando quid remedij poscęremus, sed etiã tibiipsi suggerendo quæ nos tacebamus: dum nos iacentes ad pedes tuos clementissimo attollis affatu. Vidimus misericordiam tuã humentibus oculis eminentem: ibãt per hæc ora lacrymæ nobis salutares, tibi glorioſæ, & nos inuicem iam dolore discusso florebamus gaudio. Nam sicut agros diuturno ardore sitiẽtes expetitus votis imber vbertat, ita lacrymæ tuæ pectora nostra gaudiis irrigabãt, vt quãuis nefas esset te flente lætari, vinceret tamen gratulatio religionẽ, cùm lacrymæ illæ essent pietatis indices, non doloris. Et hæc quidem nobis ad summã gratulationem sufficere potuissent, etsi remediorum nostrorũ spem distulisses, & quibus nos opibus leuaturus esses, dubium reliquisses: sed tã prõpta est in te natura bonitatis, vt quod pia mẽte cõceperis, statim voce declares. Sic ingenui largiq́ue fontes, vt vbique possint ire festinant, sic celeriter in terras cælo missa perueniunt: sic denique diuina illa mẽs quæ totũ mũdum hũc gubernat, quicquid cogitauit, illud fecit. In quo tamen, Imperator, si consilium amici callidioris admitteres, esset quod fortasse reprehenderetur, nimiùm te scilicet facilè ea quæ sis tributurus aperire, sine vllo artificio cito promere, quæ sperare diu debeant. Nescis, Imperator, tua commendare beneficia: præstanti celeritate occupas tẽpus optandi. Sed enim indulgentiæ celeritate vicisti, Imperator, ipsa elemẽta, quibus animam viuimus. Diu vẽturi hominis patatus optatur. Diu vagitus incõditi locuturam differunt vocem. Diu fruges homines cohibet, ver elicit, æstas flore solidat, calore maturat, tu nobis vitam pariter totam dedisti: tu fructus meritorum tuorum statim nos metere, & incõditis referre iussisti. releuaturus censum definisti numerum, reliqua debita remissurus. quãtum deberemus interrogasti. quæ interrogatio manifesta promissio fuit. Nã cùm is qui omnia potest, quid sibi debeatur interrogat, nõ curiosè percunctatur, vt sciat, sed libenter cupit audire quantum remittat. Separatè igitur vtique dicam, neque enim quasi per satyram confundenda sunt tua beneficia. Septẽ millia capitum remisisti, quartã ampliùs partẽ nostrorum censuum, & tamen vtrum sufficeret, hoc nobis sæpius requisisti. Quos vtrũ ne verecundos dicã nimiùm, an satis gratos? qui reticuimus, hæsimus, indulgentiæ tuæ amplè fluenti modum fecimus: plus adhuc præstare cupiebas, si ausi essemus exposcere.

Imperatoris Constãtini in Heduos liberalitas.

QVantum sit hoc beneficium, imò quàm necessarium nobis, quàm vtile etiã deuotionis officiis non queo satis dicere. Remissione ista septem milliũ capitum, vigintiquinque millibus dedisti vires, dedisti opem, dedisti salutem. Plusquã in eo cõsecutus es quàm roborasti, quàm rescidisti, in eo quod remisisti. Quater tantum, ter firmũ certúmque redditum est, id quod irritò petebatur. Siquidem desperatio perferẽdi debiti etiam id quod dari poterat, inhibebat. Nec erat ratio conandi, cùm non esset spes vlla cõplendi. O diuinam, Imperator, tuam in sananda ciuitate medicinã. sicut ęgra corpora & onerata stupentium torpore membrorũ re secata aliqua sui parte sanãtur, vt immunita vigeant quę exacerbata torpebant, ita nos nimia mole depressi leuato onere cõsurgimus. nescit taxare indulgẽtiam tuã qui te putat septem millium capitũ sola donasse. Donasti omnia quæ stare fecisti. Quanquam enim adhuc sub pristina sarcina vacillemus, tamẽ leuior videtur quia nemo præfertur: exonerãdi præsumptio dat patientiam sustinendi. Certè & tum liberi parentes suos chariores habẽt, & mariti cõiuges non grauatè tuentur, & parentes adultorũ non pœnitet filiorum quorum onera sibi remissa lætantur. Ita omnium pietas olim fessa respirat, & suos quenquam iuuat numerare securum, cùm plures adiuuãt obsequia paucorum. Quò magis spe futuri tẽporis eleuamur: recreatur animus securitate prętériti remissiq́ue: reliquis nihil est quod respectandum timendúmque sit quod aliquid virium pẽsitationibus nocet. Ita duorum tẽporum (quæ sunt maxima) molestia liberati sumus, vnum atq; id nimium breui labore trãsigimus. Nam cùm præteritum tempus pro modo suo lõgum, futurum autem infinitum sit, præsens tẽpus breue, & semper in partẽ vtrãque mutabile, cùm & à præterito relinquatur, & trãseat in futurum. Vnus hic annus prope sensum non habet difficultatis, duorũ temporum præteritorum indulgẽtiis coarctatus, & quasi terminus quidã posit⁹ felicitati & vtriusq; cõfinij: q nos & in præterito liberos facit, & in futuro securos. Quinq; annorũ nobis reliqua remisisti. O lustrũ omnib⁹ lustris felicius. O lustrum quod meritò hãc imperij tui æquauit ætatem. Nobis ergo præcipuè te principẽ dij creauerunt, quibus singulis hęc est nata felicitas, ex quo tu impare cœpisti. Quinquennalia tua nobis etiã perfecta celebrãda sunt. Illa enim quę te incipiẽte susceptа, omnibus populis iure cõmunia, nobis hæc propria quę plena sunt. Prędara fertur Catonis oratio de lustri sui felicitate. Iam tunc enim in illa vetere Rep. ad cẽsorum laudẽ ptinebat, si lustrum felix condidisset, si horrea messis implesset, si vindemia redundasset, si oliueta larga fluxisset. Quid ergo nos conuenit gratulari de hoc indulgentiæ tuæ lustro? lustro quo licet nulla frugũ fuerit vbertas, fecisti tamen vt omnia videantur fuisse largiora quàm fuerint. valet enim nos tantùm habuisse quãtum debere debuimus, valet plena fuisse horrea, plenas cellas, cùm in nullis reliquis hæreamus. Hoc nobis est ista largitio, quod terra mater frugum, quod Iupiter moderator aurarum, quicquid illi parcius dederunt, nobis tamen ex beneficio tuo natum est. Quænam toto orbe terrarum auri argẽtíque metalla tam

larga

BIU Cujas

larga sunt: Quis Tagus, quisve Pactolus tanto fluxerunt auro quàtum liberalitate tua consecuti sumus? Nos enim maioris est muneris abs te accepisse: quinimò quãto est durius extorqueri qđ propriũ fuerit, q̃ non acquirere quod fuerit alienũ, tãto dulcior est remissa soluẽdi necessitas, quàm lucrandi optata cõmoditas. Quã multi, Impera. Auguste, quos inopia latitare per saltus, aut etiã in exiliũ ire cõpulerat, ista remissione reliquorũ in lucẽ exeunt, & in patriã reuertuntur? desinunt pristinã accusare pauperiem, desinũt odisse agrorũ suorũ sterilitatẽ, resumũt animos operi, præparant culturã, meliorib⁹ admittũtur auspiciis, reuisunt domos, referunt dona tẽplis, præsertim cum tu omniũ nostrorũ reseruator aduenerís, & quasi illa maiestatis tuæ comes & socius flagrabit tota ciuitas, gaudiis perstrepet, & cùm proficiscéris, fortasse retinebit. Dabis enim veniã, amoris nostri cõtumeliã feres, omniũ sis licet dominus vrbiũ, omniũ nationũ, nos tamen & nomen accepimus tuũ iã non antiquũ. Bibracte quidem huc vsque dicta est Iulia Polia Florentia, sed Flauia est ciuitas Heduorum. Finis.

ADDITIO. De laude & excellentia huius ciuitatis Heduen. dixi amplè in Catalogo gloriæ mundi, in xij. parte in lx. consideratione. †

IN TEXTV IBI,

A eschange d'autres.

1 Mortuo vno delegatorum expirat iurisdictio.

NOtanter istud fuit dictũ & insertũ in literis commissionis, † quia mortuo vno delegatorum vel mandatorũ simpliciter expirat iurisdictio, aut cõpromis. nisi aliud sit expressum in delegatione, vel cõpro. cap. vno delegatorũ, de offic. deleg. qđ tñ limitat Felinus ibi in deleg. trib⁹ limitationibus, de qbus per eũ ibi. & quia etiã text. ibi dicit idẽ esse in arbitrio, Feli. dicit nõ esse idẽ in omnibus, sed ponit aliquas differentias, quas videre poteris, & ibi etiã ponit in quib⁹ conueniunt. & de delegatis ad vniuersitatẽ causarũ, hoc casu, in æquiparentur ordinariis, ponit Feli. amplè in c. causam matrimonij. de offic. delegati.

2 Causa per plures ordinarios decidenda, an pars eorum aliis absentibus cognoscere possit.

IN ordinariis verò iudicibus † quando causa est decidenda per plures qui simul habẽt cognitionem, nũquid alius siue duo in absentia aliorum possint de causa cognoscere siue decidere, vide Alex. in l. si vni. ff. de re iud. vbi dicit q̃ sic in interlocutoria, per glos. ibi, nisi sit interlocutoria, per quã quis citatur ad videndũ sententiam ferri in litis contestatione & attestationibus, & in illa quæ habet vim diffinitiuę, vt ibi per eum. vide de hoc per Feli. & alios in c. prudentiã, in titu. de offic. deleg. Panor. in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. Alexan. in l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. j. dixi in tracta. meo clausularum, in clausula, aut vnus vel duo vestrum. non repeto.

IN TEXTV IBI,

Que par mort.

1 Mors omnia soluit.

MOrs enim † oĩa soluit. l. in summa. ff. de re iud. l. Neratius. ff. de re. iur. in authen. de nup. §. deinceps. colla. iiij. Spec. in tit. de emphyt. §. j. vers. cl. cum seq. & seq. & Bar. in l. decẽ. ff. de verb. obliga. l. pen. ff. quæ sen. sine appel. glo. in c. licite. in versic. nunquam. 2 xxxij. q. viij. ¶ Adde † q̃ mors est terminus vitæ. in authẽ. de hære. & fal. §. his omnibus. & quæ inopinatè venit. ff. de condi. & demon. l. lege. & repet. in auth. vt factæ no. constit. §. penul. maximè propter peccatum. xj. q. iij. episcopi si sacerdotali. & vide quod ibi nota.

ADDITIO. Quomodo terminus vitæ à diuina prouidentia est constitutus, vide Matthæũ de afflictis in cõstitutionibus regni Siciliæ, in constitutione quę incipit, terminũ. in j. nota. & ibi in iij. nota. ponit quæstionẽ, an sententia condemnatoria ad mortẽ per iudicem pro delicto tollat pœnam purgatorij. †

ET quomodo mors ex dispositione Dei contingat ponit Guiliel. Benedict. in sua repetit. c. Raynu. in verbo, mortuo itaque testatore. j. nume. xxvij. de test. vbi multa de morte, & ibi dicit, q̃ Deus sæpe mortẽ citius & cõtra naturã cõtingere permittit nostris peccatis & demeritis exigẽtibus, secũdũ gl. in c. qua frõte. de appell. vt notatur in c. qualiter. *le second.* de accu. † Nã ꝓpter illud homo citius moritur. de pœnit. di- 3 stinc. j. prædixerat. Itẽ ex cuius cogitatione turbatur humana fragilitas. C. qui test. fac. poss. l. hac cõsultissima. §. at cum humana. Item mors omnes tã liberos quàm seruos absorbet. ff. quãdo acti. de pecul. est an. l. j. §. alienatio. Eius enim fortuna cõmunis est oĩbus. C. de pactis. l. licet. omnia quoq; soluit, omnium terminus est, vt suprà. ¶ Et nihil mali in morte timendũ est, & illam potius virtuosi affectent quàm timeant, est tamen grauissimus dolor. notat ipse Benedi. in dicta repet. in verbo, testamentum. iiij. nu. viij. vsque ad nu. xviij. vbi amplè de prædictis. & q̃ non est flẽdum de morte suorum. ¶ Aduerte etiam † quia mors tollit ingratitudinẽ. Ange. in l. his solis. C. de reuo. don. tollit accusationẽ cõtra mulierẽ de adulterio. Anton. de Butrio in c. fin. de do. Tollit feloniã vasalli cõmissam contra suũ dominũ. gl. & ibi doct. in l. omnimodo. in verbo, non licebit. C. de inoffic. test. Tollit causam cõmissam per vasallũ contra dñm, propter quã debebat proprietate feudi priuari. tex. & ibi Bald. in cap. j. in §. domino. si de feudo fue. cõtro. inter do. & agna. Tollit seu finit mandatum ex parte mandãtis & mandatarij: ex parte mandãtis. l. mandatum. C. man. l. inter causas. ff. mand. Ex parte mandatarij. l. si quis alicui. §. morte. ff. mand. Tollit societatem. l. ideo, & l. nemo. & l. verum. ff. pro socio. Tollit irregularitatem, cùm clericus percutiẽs mortuũ etiam si habuisset animũ interficiendi, etiam si fuisset viuus, non incurrit irregularitatem, secundũ Archi. in c. fin. xxv. q. j. Tollit iurisdictionem delegati per mortẽ delegantis. c. gratum. c. relatum. c. licet vndique. de offic. deleg. habetur in l. more. ff. de iurisdic. om. iudi. Tollit crimina, ita † q̃ iu- 5 Corpus dex non potest facere suspendere corpus mortuum. not. doct. in l. ij. C. qui testa. facer. poss. Et multa quæ non possunt fieri nec pro mortuo, nec cõtra mortuũ ponit Hippoly. de Marsil. in l. fin. in v. & vj. colum. ff. de quæstio. & ibi an possit excõmunicari. Multa etiã quæ posſũt fieri mortuis sicut viuis, & in quib⁹ viuus & mortuus æquiparẽtur, ponit idem Marsil. in d. l. fi. in vij. & viij. col. Et adde Lucam de Penna in l. iubemus. C. de præpo. sa. cubi. lib. xij. vbi ponit quòd accusatur atque dãnatur mortuus. mortuo exhiberi debet honor & reuerentia. dolor tangit mortuos, ita q̃ in cõtumeliam mortui aliquid fieri potest, & iniuria mortuo fieri potest, & eius anima dicitur contristari. Et hæredes tenentur vindicare iniurias mortuorũ. ex quibus & pluribus aliis ibi per eũ amplè declaratis, concludit indulgentias etiã mortuis posse concedi, & prodesse posse.

mortuum suspendi nõ potest.

ET aduerte ad id quod dicit Cardi. in cle. j. vt lit. pendẽ. j. colum. q̃ † mors dicitur à morsu primi hominis qui per esum pomi mortem incurrit. † & est triplex mors, vna est immatura, scilicet iuuenum: altera infantum quę est acerba: altera matura & naturalis, scilicet senum. vt dicit Cardi. in d. clem. j. vt lite pẽden. j. colum. & dicit Hugo de clausſro animæ † se-

6 Mors vn de dicta.
7 Mors triplex.
8 Mortis tres numij.

BIU Cujas

cũdo, quòd tres sunt nuntij mortis, scilicet casus, infirmitas, & senectus: casus dubia, infirmitas grauia senectus certa determinat. casus nuntiat mortem latẽtem, infirmitas apparentem, senectus præsentem. ex hac incertitudine mortis timor, ex grauitate dolor, ex certitudine senectus: nõ obstinatio, sed humilitas & afflictio sequi debet.

DE his tribus nuntiis vide Guiliel.Bened.in d. sua repet.c.Rayn.in verbo, mortuo itaq; testatore.j. nu.ix.& x.de testamentis.& ibi quomodo mors contingit per varios casus. quos vide. Sed aduerte quoniam mors qualitercũque cõtingat, dicitur casus fortuitus.ibidẽ nu.xxvj. ¶ De probatione autem mortis quomodo probari debeat, ponit Bar.& alij in l.ij.§. si dubitetur.ff.quemadmodum test.ape.Barto. Bald. & alij in l.si quidem.C.solu.matri.Sali.in l.ea quidẽ. C. de accu.in pen.col.Alex.consil.suo xxiiij.in iiij.col.& in consil.xcviij.in iiij.vol.Bald.in l.iij.in ij.col. C. de proba. ¶Et an posset probari per famam, vide dominum meum Iason.in l.cum ea quæ in fi.C.de transac. vide etiã Feli.in c.quoniã frequenter.in fi. vt lite non cõtesta.vbi allegat plures remissiones. vide etiã Alex. in d.§.si dubitetur.¶ Aduerte tamen ad id quod dicit Bal.in l.fin.C.de edi.di.Adrian.tollen.q; † mors probatur & præsumitur statim q; constat testamentũ esse publicatum post mortẽ, & penes hæredem esse, & vt dicunt Salice.& Alexan.in d.l.fi. q; satis ab hærede probatur mors producendo testamentũ. quod nota, quia quotidie istud in curiis nostris practicatur. & vide quę dicit do.meus Iason in d.l.fi.in iiij.col.C.de edi. diui Adria.tollen.& Alexã.in consil.iiij.in ij.vol. Rapha.Cuma.in consi.xliiij.& dicitur mors iusta & necessaria absentia.Bart.& Bald.in l.ea quæ.in fin.C.de tempo.in integr. restit. peten. ¶ Aduerte quòd mors multum operatur in vno casu, scilicet quòd statur libro rationũ cum iuramento alicuius, si mortuus fuerit talis sufficit pro hærede liber rationum, & mors operatur iuramentũ. ita dicit domi.meus Iason in repe.l.admonendi.in xlviij.col.ff. de iureiuran.

9 Mors qualiter probatur.

IN TEXTV IBI,

Maladie.

ADuerte,† quia infirmitas est impedimẽtum sufficiens. facit text.in c. tenor de re iudic. extrà, & in l.quæsitum.ff.de re iudic.vbi Alex.dicit quòd non solùm infirmitas proprij corporis, sed etiam infirmitas suorum est impedimentũ sufficiens, per gloss.in c. communis. xxiij.distin. ita etiam dicit do.meus Iason in l.ij.§.si quis iudicio. ff.si quis cautio. & in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.ope.nũ. ¶Et an infirmus vel impeditus teneatur mittere procuratorẽ, ponunt doctores in d.l.quæsitum. & do. meus Iason in d.§. si quis iudicio. vbi ponit regulã cũ limitationibus & sublimitationibus. ¶†Et aduerte q; infirmitates proueniunt ex quinq; causis. Prima vt iustis per patientiã augeatur meritum, vt Iob. Secunda ad custodiam virtutum, ne superbia subintret, vt in Paulo. Tertia ad corrigendum peccata, vt habetur in c. cùm infirmitas. de pœniten.& remissio. Quarta ad gloriã, vt legit de cæco nato, & de Lazaro. Quinta ad initiũ pœnæ, vt in Herode, vt his versibus continetur, quos ponit Petr. de Ancha.in d. c. cùm infirmitas. Vt probet, vt dãnet, vt incipiat, vt mereatur, Vt pareat Christi gloria, pœna dat. ¶†Et duplex est infirmitas, mentis, scilicet & corporis.xv.q.j.§.ij.& §. vt itaque.xlix. dist.c.huic.& mẽtis siue animi infirmitas est duplex, vna est quæ vitiũ appellatur, qua infirmitate anima à Deo separatur, vt ira, odium, & similium, alia infirmitas animi non est peccatum, sed pœna peccati, vt obliuio & ignorantia.d. §.vt itaque. Corporalis etiam est duplex, vna enim est langor naturæ, quæ carnis concupiscentia dicitur siue fomes, alia propriè corporis infirmitas dicitur, qua elementorum & humorũ discordia turbata caro affligitur, & tandem dissoluitur. d.§.vt itaque.& vt dicit text.in c.si quis.xxiij.q.iij.ista infirmitas corporis confert saluti animæ. ¶ Et quomodo probetur infirmitas, vide per Panor.in c. querelam.in ij .de procu.

1 Infirmitas sufficiens est impedimentum.

2 Infirmitates quinque ex causis prouenjunt.

3 Infirmitas duplex.

Animi.

Corporis.

ADDITIO. Vide Matthæum de afflictis in constitutionibus regni Siciliæ, in constitutione quæ incipit, edictorũ.in j.lib.in xiij.not.& in viij.gl.& in constitutione, quæcunque. ponit quòd infirmitas simulata vel fraudulosa non excusat. †

IN TEXTV IBI,

Empeschement.

ET hoc est, quoniam cùm † iudex datus est impeditus, alius dãdus est.l.iudex datus.ff.de iu.l.j. C. de peda.iu.Bal.in suo tra.de quæstionibus emergentibus circa merita causæ.in j.q.

1 Iudex datus, to, alius vi debet.

DE impedimento † quomodo debeat probari, & de eo protestari, dicam infrà, in §. xx.incipiente, ENtre toutes autres gens. in glos. *qu'elle ait empeschement*, infrà, *des droictz & appartenances à gens mariez.* & dicit tex.in l.licet.cũ ibi not.ff. de arbit.quòd etiã ætas, valetudo, profectio vrgens, occupatio propriorũ negotiorum, aut munus aliquod reipublicæ, excusationẽ præbent.quod nota.

2 Impedimentũ, liter probatur.

IN TEXTV IBI,

Bailly.

DE hoc termino vide textum, cum glo.in cle.j. in verbo, potestas.de pœ.tex.in cap.dilecto,in prin. de senten.excom.in vj.

IN TEXTV IBI,

Chalon.

CAbilon† quod olim Cauillonum dicebatur, erat oppidum Heduorum, inter Celtas ad ripas Araris fluuij sensim fluentis, cui hodie Sagona nomẽ est, vbi rei frumentariæ, commerciique, & cõmeatus causa sæpe Romani negotiabantur, Matiscon. oppido finitimum. Tunc erat in finibus Heduorum, nũc autẽ est ciuitas episcopalis in prouincia Lugdunẽsi, in Ducatu Burgundię, & Francorum regno sita, nomen retinens, vt dicit Raymundus Marlianus in suis expositionibus terminorum Commentariorum Cęsaris, in litera C, in verbo, Cauillonen. Et erat antiquitus Comitatus, sed propter iniuriã quã Guilielmus Comes Cabillonensis fecit in Cluniacen. † Ludouicus Rex Francorũ vastauit & destruxit Cabilonen. ciuitatẽ, & illam dedit & donauit Duci Burgundiæ, vt narrat Antonius monachus de gestis Francorum lib.v. cap.lvj. ibi, expleto hoc insigni opere. narrat etiam idem Antonius in d.lib.de gestis Francorũ, eodem lib. v. c. xv. quòd tempore Vvanij comitis Cabilonen. per Lotharium regem Francorum fuit destructa igne & incendio, præter vnam paruam basilicã, quæ stupendo miraculo cum hincinde cincta fuerit fœuientibus & lambentibus flammis, tamen nũ potuit aduri, & fuit consecrata Deo in honore beati Georgij martyris, dicit tamen quòd Lotharij voluntas non erat vt ciuitas succenderetur. Isti Cabilonen. habent solùm modo scabinos & procuratores quos eligunt die sancti

1 Cabilon oppidum, quod nũc Cauillon.

2 Cabilonẽsis dest.

Antonius.

Miraculum in excidio Cabilonẽsi.

Ioannis

Ioannis Baptistæ singulo anno. Heduenses verò habent Vigobertum, qui est Heduorũ iudex q̃ eligitur singulis annis per incolas ciuitatis Heduẽ. de quo suprà dixi, & infrà dicam in multis locis. ¶ Et fuit aliàs quæstio inter Heduen. & Cabilonen. quis in cõgregatione gentiũ trium statuum præcedere debeat; an Vigobertus Heduen. an primus scabinus Cabilonen. & me existen. Diuione in camera illorũ de villis fuit dictum quòd Vigobertus Heduen. præcederet, & etiam fuit aliàs ita dictũ per curiã de balliuo Heduen. ꝙ præcederet balliuũ Cabilonẽ. & hoc est propter antiquitatẽ ciuitatis Heduen. quæ quãta qualisque fuerit satis attestantur & demõstrant dicta in gl. præcedenti, super verbo, d'Autun, & adhuc vestigia restant & ruina antiquorũ murorum. Et ideo in memoriã pristinę dignitatis adhuc eidẽ deferendũ est. arg. l. fin. ff. de decurio. & eorũ quæ dicit Feli. in c. quæ in ecclesiarũ. in xxix. col. extrà, de constit. & in c. super literis. in xviij. col. extrà, de rescriptis. & quę dicit dominus meus Iason in l. iij. in iij. colũ. ff. de acquirẽ. possess. † & ideo etiam videmus quòd episcopus noster Heduen. in cõgregatione triũ statuũ huius patriæ præsidet, & præcedit omnes alios, cùm sit decanus episcoporũ seu suffraganeorum prouinciæ Lugdunen. Imò licet sit tãtum episcopus, portat & habere potest palliũ, quod est signum & authoritas archiepiscopi, & nescio aliũ episcopum in Gallia præter episcopum Ipodien. pallio vtentẽ. Et credo hos duos episcopos posse vti hoc signo & authoritate pallij in tota Gallia, quod priuilegium habuit episcopus Heduẽ. tempore sancti Siagrij episcopi Heduen. vt habetur in c. rationis ordo. 100. distinctione.

Episcopi Heduen. dignitas.

IN TEXTV IBI,

Nos patentes lettres de commission.

1 Delegato sine literis non creditur.

DIcitur hoc notanter † quia sine literis non creditur delegato. c. cum in iure peritus. extrà, de offi. deleg. & ibi notatur per gloss. & docto. quòd licet exhibeatur sentẽtia delegati, ei tamen non creditur, nec præsumitur pro sentẽtia, nisi ostendatur commissio. ita etiam dicit Bald. in l. vnica. C. ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouocare. nec etiã creditur iudici, si se delegatum dicat, argu. de testi. in antiquis. c. cùm à nobis. & idem dicit lex in arbitro, quia non stat ur verbo eius si dicit iuramẽtum à partibus interpositum. l. iiij. §. sin autẽ. C. de arbitris. l. vnica. C. de mãdat. princi. in princi. vnde etiam gloss. prædicta notat esse cauendum cuicunque impetranti à principe causam cõmitti vel delegari, vt si sententia lata fuerit pro eo à delegato, ita bene custodiat commissionem sicut ipsam sententiam lapsu temporis, cum si cõueniretur & ostẽderet sententiam sine commissione non valeret ei, nisi probaret de commissione, sed si inseratur ipsa commissio in sentẽtia per tabellionẽ iudicis authoritate, stabitur eidem sententiæ, etiam si originale commissionis non appareat, vt C. de testa. l. publicati. nota. in dicta glo. cum ibi nota. de materia plenè per Felinum, Decium, & alios in dicto. c. cùm in iure peritus. vbi amplè ponit quãdo credendum est alicui sine literis.

IN TEXTV IBI,

En ensuiuant le contenu en nosdictes lettres de commission.

ADuerte, quia † forma mandati est exacta diligẽtia sequenda, & fines mandati diligẽter sunt custodiendi, & qui excedit, videtur facere cõtra formã l. diligenter. ff. mandati. instit. mandati. §. is qui. notatur plenè per omnes in c. cum dilecta. de rescriptis. & quando fines mandati possunt transgredi, ponit Ioã. Fabri in dicto §. is qui. ad quem recurre. & de hac materia vide etiam per do. meum domi. Iason in l. trãsactionis pactum. C. de transactio. vbi ponit quasdam ampliationes & limitationes. & etiam tractat. Bal. in c. j. in iij. col. vt lite non contest. quam limitationẽ ponit idem do. meus in l. si mora. in vij. col. ff. solu. matr. & ad id quod dicit idem Iason in dicta. l. trãsactionis. † ꝙ etiam qualitas mandati est seruãda, adde eũdem Iaso. in l. non solum. in penu. col. ff. solu. matri. & non solùm quod fit contra mãdatum est nullum, sed etiã quod fit citra mandatum, vt dicit Barba. in consilio xliiij. in iij. col. in j. vol. vbi satis amplè. ¶ Aduerte etiã ad limitationem quam ponit do. meus Iason in l. si & me & Titiũ. in ij. col. ibi, item facit ista lex, quòd si aliquis &c. ff. si cert. peta. & quia dicitur hîc antè, per Barba. ꝙ si aliquis faciat citra vel præter, quòd nõ dicitur seruare formam, videtur contrà, per id quod dicit do. meus Iason in l. puberem. C. de iure delibe. & in l. qui quartam. ff. de legat. j. vbi dicitur quòd qui pinguius adimplet, dicitur seruare formam mandati. cogita, quia nolo hîc transportare simul collecta per Feli. & alios.

1 Forma mãdati seruanda.

2 Qualitas mandati seruanda.

VIde etiam ad hoc quæ dicit Guiliel. Benedict. in repeti. c. Raynu. in verbo, in eodem testamento relinquens. j. numero lxvij. vsque ad numerũ lxxvij. de testamentis.

IN TEXTV IBI,

Et pour accomplir l'effect d'icelles.

NAm vt dicit Bal. in l. proinde §. Papinianus. ff. de acqui. hęred. qui facit aliquem actum videtur eo proposito facere vt habeat effectum. †

IN TEXTV IBI,

En tresgrand nombre.

ADuerte, † quia pro magnitudine semper præsumitur. c. in canonicis. xix. distin. quoniam quod à pluribus recipitur, maioris est authoritatis, quàm qđ à paucioribus. glos. in c. puto. ij. q. vij. & quod à pluribus quæritur sapientibus faciliter inuenitur. xx. distin. de quibus. & per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur. l. vltima. C. de fideicom. & integrum est iudicandum, quod plurimorum sententiis confirmatur. c. prudentiam. de offi. deleg. facit text. in c. graue. xxxv. quæst. ix.

1 Multitudo diuitis ac pluralitatis cõmoda.

ADDITIO. Matthæus de afflictis in constitutionibus regni Siciliæ, in consti. quæ incipit, sæpe cõtingit. in j. nota. † reprobat multitudinẽ, maximè in tribunalibus, vbi dicit, ꝙ malus est mos ædere iudices vnius tribunalis tribunalibus ordinariis constitutis, quoniã ex hoc causatur difficilis congregatio, vt docet experimentum, & sic causæ prolongantur. †

2 Multitudo quando & in quibus vitanda.

IN TEXTV IBI,

Lesquels ils ont examiné.

QVia consuetudo † in facto consistens probanda est. c. j. de constitu. & plenè & diligenter, vt dicit Bartolus in l. consuetudinis. C. quæ sit longa consuetu. contra Petrum, & qualiter debeat probari per testes, & quòd aliquãdo probatur per libri apertionẽ

1 Consuetudo in facto consistens probanda.

BIU Cujas

quando est redacta in scriptis per authoritatem superioris, vt hîc, vide plenè per Bart. in d. l. cõsuetudinis. & per Alber. de rosa. in rub. C. quæ sit lon. cõsuet. sed quia in hac patria non probatur per testes, non aliter insisto, sed solũ per scripturã, de quo satis dixi in prin.

2 † & quãtùm ad consuetudinẽ per testes probandam, ꝙ testes debẽt deponere tria, scilicet vsum populi, frequentiã vsus, & tẽporis diuturnitatem. & quid si testes dicant ꝙ ita est consuetudo, & quid si probatur ꝙ fuit obtenta in contradictorio iudicio, & quid sit cõtradictorium iudiciũ, vide docto. in dictis locis, & gl. in c. abbate sanè. de verbo. signifi.

IN TEXTV IBI,

Bien & vtilité.

1 Nouarũ rerum constitutio vtilitatẽ præ se ferre debet.

ET hoc est, quia † in rebus nouis cõdendis seu cõstituendis cuidẽs debet esse vtilitas. l. in rebus. ff. de cõstit. princ. in c. cũ cõsuetudinis. de cõsuet. & semper etiã debet esse cõsuetudo rationabilis, & non cõtra vtilitatem. c. j. de consuet. c. erit autem lex. iiij. dist. qualis autem debeat esse consuetudo ponit Alber. de Ros. in d. rub. C. quæ sit long. cons. in xiij. col.

IN TEXTV IBI,

Et par l'aduis & consentement.

1 Consuetudo per quos inducatur.

QVæro, per quos † inducatur cõsuetudo? Bart. in l. cõsuetudinis. C. quæ sit long. consuet. & Alb. de ro. in d. rub. dicunt quãdo quærũt, an vna pars populi possit inducere consuetudinẽ, & dicũt ꝙ sic, imò nõ prodest minori parti protestari de cõtrario, si maior pars cõsentiat, quia nõ curatur de cõsensu minoris partis. Ioan. Fab. in §. ex non scripto. ibi, sed quid maiore parte. instit. de iur. nat. Et dicit ibi Ioã. Fab. & Bar. in l. j. C. de sum. tri. ꝙ populus nõ potest inducere cõsuetudinem sine licentia superioris, non tamẽ concludiuè hoc tenet, sed contrariũ, quod non credo verũ, per ea quæ suprà dixi in gl. *ausquelz auõs otroyé*, sed concludiuè idem Ioã. Fabr. hoc tenet in §. sed & plebiscita. & meliùs, instit. de iur. nat.

2 Cõsuetudo in dubio non præsumitur transire in principem.

SEd an in † principem sit translata potestas cõdendi consuetudinem? dicendum est secundum Bart. in d. l. consuetudinis. circa princip. quòd non, quia in eũ non potuit transferri, cùm procedat ex tacito cõsensu populi. arg. l. si patronum. §. qui fideicom. ff. ad Treb. & sic dicit hodie populũ Romanũ posse facere consuetudinem generalẽ, cùm potestas legis consuetudinariæ non sit trãslata in principem, sed eã patiendo videtur eam quãdoque indulgere. vt ff. de his qui notan. infa. l. quid ergo. §. v. & l. cùm plures. §. locator. ff. loc. & de exer. l. j. §. magistrum. & constat principẽ indulgere ex speciali priuilegio posse. C. de testa. l. si non speciali.

DE materia consuetudinis in reliquis me remitto ad Alber. in d. rub. C. quæ sit longa consuet.

RVBRICA PRIMA

Des iustices, & droicts d'icelles.

IN TEXTV IBI,

Iustices.

Dictio, Iustice quid significet.

PRIMO aduertendum, est quòd istud verbum, *Iustice*, hîc positũ sumitur pro iurisdictione: nihilominus cùm per magistratus & iurisdictiones exercentes administretur iustitia, vnicuique quod suum est tribuendo, nõ omittam hic inserere, & præsupponere aliqua de iustitia. Et quoniam omnis quę à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à diffinitione proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputetur: vt ait Cice. lib. j. offi. quæritur quid sit iustitia. Et vt ait Iurisconsul. in l. iustitia. ff. de iust. & iure. & Iustinianus in §. j. insti. de iu-

1 Iustitia quid.

stitia & iure. † Iustitia est constãs & perpetua volũtas, ius suum vnicuique tribuẽs. Quod an sit vera illa diffinitio, & de multis aliis diffinitionibus me remitto ad gl. & docto. ibi.

2 Iustitia cæteris virtutibus præponenda.

ET aduerte † ꝙ meritò præponitur titulus de iustitia: cùm sit virtus cæteris præponenda, plurib' de causis. ¶ Ratione originis: qm̃ vt habetur Psalm. lxxxiiij. Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit. ¶ Et aduerte † ꝙ quidditates iustitiæ sunt bonũ & æquum. Cùm vt habetur in §. j. instit. de iustitia & iure. & in l. j. ff. de iustitia & iure. Iustitia est ars boni & æqui. † Quæ quidem bonitas & æquitas

4 Iustitiæ quidditates quæ.

sunt essentiæ trinitatis seu deitatis. Imò dicit tex. in c. existimãt, xj. quæst. iij. quòd nomen Domini quod est Christus, est ipsa iustitia. † Ex quo constat iustitiã esse ortam à Deo. Nõ est enim dubium legem in statu innocẽtiæ processisse. Adam enim ne arbore vetita vesceretur legem accepit, qua violata iuris seruato ordine excluſi pœnã sustinuit. Tacẽdumne est, ꝙ cęlum, ꝙ pondera, ꝙ totius mũdi machina, sua quodque lege à rerum creatore coercitũ, est, quod de sese lex ipsa gloriatur, Dominus (inquiens) possedit me initio viarũ suarũ. & alibi, Cum eo eram cũcta componens. † Nemo etiã est qui nesciat legẽ tabulis sculptã Mosem à Deo accepisse: à quo toto iuris scripti seges proserit. † Quicquid enim posteri legum scriptores in monumentis reliquêre, id totũ tanquam simiæ (vt Ficinus ait) à Mose pro Eusebij sententia mutuati sunt. Plato quoque quos de legibus libros fecit, à Deo legũ conditore exorditur: quòd leges sine Deo constitui non posse asserat. Denique idem Plato in Prothagora cæteras humanas disciplinas à Prometho, id est, humana prouidentia, solam legem à Ioue per Mercurium, id est, à Deo per angelum processisse testatur.

RAtione † nobilitatis: quoniam vt inquit S. Tho. ij. ij. q. lviij. art. vltimo, Iustitia propriè dicta est nobilior omniũ virtutum moralium; & ideo inquit Aristot. v. Ethic. Præclarissima omnium virtutũ videtur esse iustitia: & neque Hesperus, neque Lucifer, ita admirabilis &c. ¶ † Ratione perfectionis: quoniam vt ait Aristot. in loco hîc antè alleg. Iustitia est virtus maximè perfecta: quoniam perfectæ virtutis est vsus: & in ipsa simul omnis virtus. Et vt ait Iustin. in auth. vt omnes obe. iu. in princ. colla. v. Vnam quidem esse

omnium

omnium perfectissimam virtutem arbitrandum est hominibus, quæ iura omnibus distribuit. Hęc ex causa cognominata iustitia.

ADDITIO. Vide de hac Pet. Belugũ in suo speculo principũ in ru. de ꝓpositione principis in curia faciẽda. nu. vj. ¶†Ratione perpetuationis, cũ iustitia sit ꝓpetua & immortalis: vt habetur Sap. j. c. Immortalis enim est, quia facit homines dignos immortalitate ętĕrnę glorię. Vel dicitur perpetua & immortalis, quia regia sedes per succedentes generationes firmat, corroborat, ac perpetuat. Ideo dicitur Prouer. ix. c. Rex q̃ iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternũ firmabit. ¶†Et ex oppositio propter iniustitias & iniquitates nõ solũ reges & principes priuãtur dignitate & officio dominãdi: sed plerunq; ex hoc ruunt regiæ domus, atq; clarissimorũ principũ familię ac generationes extinguũtur. ¶Hinc August. de xij. abusionum gradibus ait. Super omnia verò regis iniustitia, nõ solũ presentis imperij facię fuscat, sed & filios suos nepotes, ne post se regni hæreditatẽ teneãt obscurat. Et de his etiã vide Lucã de Pen. in l. iudices, in pe. col. C. de dig. li. xij. vbi etiã ponit quæ sunt de iustitia regis, & quę rex in administrãdo iustitiã debeat facere. Nõne etiam habetur Ecclesiastici x. c. ꝙ regnũ de gẽte in gentẽ trãsfertur propter iniustitias, & iniurias, & cõtumelias, ac diuersos dolos? & hoc est, quia quid sunt regna nisi latrocinia, remota iustitia, vt dicit Augu. li. iiij. de ciuitate Dei. c. iiij. Et ideo meritò dicitur Deuteron. xxv. ꝙ Deus auersatur omnẽ iniustitiã. ¶†Ratione etiã vtilitatis, quoniã iustitia est vtilis sibiipsi, omnibus, & reipublicę. Sibiipsi verò, quoniã ꝑ ipsam docetur honestè viuere, iuxta l. j. §. j. de iusti. & iure. §. iuris præcepta. insti. de iust. & iure. & habetur etiam Ecclesiasti. iiij. c. Pro iustitia agonizare ꝓ anima tua, & vsq; ad mortẽ certa pro iustitia: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Et etiã habet Psal. xliiij. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. Et in multis locis habetur de præmio iustitiæ: & quia laborioſum esset hîc scribere, omitto. ¶†Et aduerte qm̃ iustitia profuit Traiano infideli, quoniã precib⁹ Gregorij propter eius iustitiam fuit à pœnis inferni eductus: vt refert Luc. de pen. in l. ij. in iij. col. C. de exacto. tributorũ. lib. x. Ioã. Fab. in proœmio institutionũ. §. j. & Guil. Bened. in sua repe. c. Rayn. in verbo qui cum alio matrimoniũ cõtrahens. nu. 129. de testa. vbi etiã dicit, qui veram gloriam adipisci vult, iustitiæ fungatur officiis, secundum Cic. iij. offi.

10 *Iustitia est perpetua.*

11 *Iniustitia regiæ domus ruunt.*

12 *Iustitia omnibus vtilis.*

13 *Traianus imperator ab inferno liberatus.*

serui. vrb. prædio.†æquum est enim cùm plures offendat qui occupat rem publicā, quæ publico & cūctorum vsui seruit, durius puniatur. Quantum enim quis distat in numero personarum in se offensarum, tantū in numero criminum punitur.ff.de iniur.l.j. §. fi.& ff.de sepul.vio.l.iij.§.si ad plures. & xxxj. q. j.ca. quomodo. Ex quo enim nobilior res offenditur, grauior pœna cōstituenda est.argu.l.emptori.§.j.ff.de euicti.& in authen.de nō alie.§.hæc igitur. colla. ij.& xxij.q.ij.c.mouet. & C. de his qui ex publi. ratio.l.fi. lib.x.& istud tenet Lucas de Pēna.C.de diuersis prędiis vrb. lib. xj. vel etiam potest dici quòd teneantur pœna quinquaginta librarum auri. C. de operi.pub. l.qui sine. Et ista omnia dicit multū eleganter Matth. in commento cōstitutionis Federici imperatoris, super iure protomiseos.in gl.in verbo, est autem.in iij. & iiij. colum. ¶ Sed ad quem pertinet iurisdictio viæ communis.vide Baldum in l.si plures.in iiij.col.C.de condi.inser.quem vide plenissimè.¶Nunquid autem possit quis occupare viam publicam sine authoritate principis.vide Ludo.Bologni.consil.lv.

37 Via publica an possit concedi priuato per regios officiales.

ADDITIO†Et aduerte quòd officiales regis non possunt concedere aliquam viam publicā alicui priuatæ personæ sine speciali licētia regis, vt tenet Bal. in rub.C.de contrahen. empt.in j. colum. Matthæus de afflictis in constitutione regni Siciliæ, incipiente, puritatem, in vij. notabili. & in constitutione incipiente, beneficium.in iiij.notabili.in ij.lib.†

38 Qui teneantur ad refectionē viarum.

SEd hīc incidenter quæro,† qui teneantur ad refectiones viarum? & in hoc dic secūdum doctrinam Bartol.in l.per Bithyniā.C.de immunit. nemini conce.lib.x.quòd aut est via publica, aut priuata. Si publica, aut est in ciuitate, & tūc quilibet ante domum suam debet eam munire.Si extra ciuitatem, tunc debēt fieri expensis communibus, imponendo collectā pro quantitate patrimonij.¶Et quo ad primum: quo ad nos in Burgundia habemus cōcordiam factam p tres status huius patriæ, quòd in ciuitatibus & villis muratis quilibet tenetur facere pauimenta ante domum suam, etiam si sit nobilis, & etiam ecclesiastici viri:& hoc est iuridicum quo ad ecclesiasticos.vt per textum in l.fi.ff.de loco & itine. pub. & l.ij.§.fi.ff. ne quid in loco publi. imò etiam tenentur ad refectionem pontium & constructionem de nouo. vt tenet Salicetus in l.ad instructiones.C.de sacrosanct.eccle. & docto.in l.placet. C. eodem. ¶ Aut via est priuata, & tunc aut est in via prout est ius eundi, & dicitur seruitus,& tunc refectio incumbit ei qui habet viam, non ei qui debet, qui solum tenetur pati. l. refectionis.ff.communia prædiorum.¶Aut est via priuata facta ex collationibus priuatorum, & tunc ad priuatos spectat.l.ij.§.viarum.ff.ne quid in loco publico.¶De refectione autem & reparatione aggerum fluminis; vide Bartol.in d.l.per Bithyniam.

39 Sanctimonialem cognoscēs.

ITem†qui attentat rapere sanctimonialem, vel eam cognoscit carnaliter, vel cum ea de facto matrimonium contraxit. l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleri. & in authen. de sanctis. episcop. §. si quis rapuerit.collatio.ix.¶Aduerte, quia papa nō potest includere monialem inuitam.Oldra.consil.xcvj. ¶Item raptores virginum, viduarum & sanctimonialium, & auxilium & fauorem ex certa scientia ad committēdum raptum præbentes.tex.in l. raptores. C. de episc.& cle.& in l.j. C. de rapto,virg.¶Quid autem de illo qui rapuit puellam nondum viri potētē?

Raptores virginum.

dic quòd capite puniuntur,& suspenduntur tales. vt dicit Ioan. Fabri in §. item lex Iuli. ibi:item etiā maior pœna imponitur.instit.de publi.iudi.& vide Guidonem papæ quæstio. ccccclv. vbi plenè ponit quomodo puniatur de iure:& dicit, Videtur quòd de hoc sit tex.in l.si quis aliquid.§.qui nondum.ff.de pœnis. tamen Bal.in suis statutis, in ver. adulter. dicit quòd contra illum textum, si casus sibi eueniret, faceret talem de capitari.

ADDITIO. Vide de hac q. Matthæ. de afflictis in constit.regni Siciliæ quæ incipit,si quis. in vij. notabili.†

ADuerte tamē ad vnum singulariſſimum dictum Matt.mathesilani, quem pauci sciunt. Nam dicit tex.in d.l.j.§.vt huic pœnę.C.de rap.virg.† ꝙ stuprantes virginē siue aliam etiam volentē, subiacere debēt huic pœnę capitali.¶ Aduerte ꝙa istud non est ita absolutè, & simpliciter verū: cùm stuprans virginem, vel aliam honestam honestè viuētem, puniatur tantummodo in confiscatione partis bonorum si sit honestus. Si verò sit vilis vel humilis persona, relegabitur, & castigabitur in corpore. Et ad illū §.vt huic pœnæ, dicit quòd debet intelligi secundū præcedentia.s.vbi violētia interuenit in rapina mulieris interuenit:vt quia quis rapuit per vim mulierem de domo patris vel fratrum ipsis resistentib.tunc etiam si mulier dicat, ego sum cōtenta, debent tales ad mortem cōdemnari.& ita dicit Mathesil. in notabili suo xcix. Nota text.quem pauci sciunt. ¶ Intellige tñ, nisi ille qui stuprauit adiurauerit se eam vt vxorem cognouisse,& idem promisisse, quia tūc excusatur à pœna; vt dicit Ioā.de platea in dicto.§.item lex Iulia.in pen. col. insti. de publicis iudiciis vbi de materia stupri.

40 Stuprū virginem qualiter puniatur.

ADuerte etiam quòd hæc pœna locū habet in decipiente cum auri datione, aut aliàs. vt dicit Angel.in §.vnico.in authenti.de leonibus. collatio. tertia.& dicit Salicetus in l.vnica. C. de raptoribus virginum, in fine, quòd persuasio dolosa in talibus plus est quàm violenta coactio: allegat l. si quis seruo C. de fur. l. j. §. persuadere. ff.de seruo corrupto.l.ij.§.si quis volentem. ff. de libero homine exhibendo. dixi alibi plenè de materia.

ADDITIO. Vide in Catalogo gloriæ mundi, in xij.parte.in xxxvj.consideratione, vbi posui de excellentia iuris. & vide Hippolytum de Marsiliis in consi.lxxj.nume.xxj.& xxij.& xxiij.& dic idē in allicīente verbis & adulāte. vt dicit Matthæus de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, si quis dicam rapere.in principio.& ibi de materia raptus.& in iij. quæstio. de seducēte p verba & ꝓmissiones. ¶ Quod intellige sanè, quoniā filia fatetur, aliàs in sui præiudiciū eidem creditur quod stuprauerit: vt dicit gloss. in l.penultima.C.de fideiusso.de qua gloss. vide Alexand.consilio xxxiij.col.v.in ij.volum. dominū meū Iasonē in l.si diuortio. ff.de verborū obligationibus. Et vide Rapha.Cuman.in consilio suo xcv.incipien. Christophorus. Et Hippolytū de Marsiliis in singularibus suis singula.lxv. vbi dicit quòd requiritur traductio de loco ad locum. Et ideo si quis inueniat virginem,& prostrauit eam in terram,& eam carnaliter cognouerit,non punietur pœna raptus:vt dicit ibi.

ADDITIO. Contrarium tamen obseruat curia, si probetur vix copula carnalis, quia punit tales ad mortem, & bene, quia capite puniri debent & vltimo supplicio, per textum in l. qui cœtu. §. qui vacante. & l. in eadem. §. præterea punitur. ff. ad legem Iuliam de vi publica,& per textum in l.mariti.§. fi.ff.ad

BIU Cujas

41 *Mater agens pro raptus aut defloratione filiæ.*

fi.ff.ad legem Iuliã de adulterijs. Sed † an mater possit agere in iudicio ꝓ defloratione filiæ aut raptu? & videtur quòd nõ.cũ tex.in c.j.de adulteriis,tantũ loquatur de patre.tex.tamen in.l.amplius.ff.de liberali causa.ibi,necessarium est dare facultatẽ etiam matri, videtur facere ꝙ sic, ex quo est iniuria quę tãgit sanguinem totius generis & ꝓplis.dicit tamen Ange.in l. vnica.C.de rapto.virgi.quòd cõsanguineis puellæ raptæ vel defloratæ datur potestas vlciscẽdi de facto,nõ autem ꝙ in iudicio aliqua actio eis cõpetere videatur. quod est contra dictum Cy.in d.l. vnica. de quo per Hip.de Marsi.in consi.lxviij.nume.ij.iij. & iiij. in j.volu.ꝙ iniuria facta vni ex consortibus vnius generis,aut ex vna domo,dicitur facta toti generi, & potest vendicari per alium. de patre enim non est dubium quòd magna afficitur iniuria,vt dicit Sali. in l. iij.C.ad legem Iuliam de adulterijs.

42 *Gloriãs se rapuisse puellã an puniendus.*

ADDITIO.†Quid autem de illo qui non cognouit aut rapuit, sed gloriatur se cognouisse & rapuisse iuuenculam,an sit puniendus?vide Matthæũ de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, in quæstionibus.in v.col.vbi tenet quòd sic.†

ADuerte tamen ad vnum mirabile dictum quòd statur iuramento virginis contra deflorantem, quòd erat virgo.ita dicit not. Barbat. in addi. ad Bal. in c.j.§.iniuria.in apostil.respondeo.de pace iura. firmam.Cardina.in c.j.extrà de adulte.quod nota.

43 *Raptus an committatur ex iã corrupta.*

ADuerte ad vnũ singula.quod dicit Hippo.in singulari suo lxxiiij.†quòd si rapiens solutam probat quòd alias fuit tacta & cognita ab alio, nõ punit pœna raptus vt rapiens: quia non præsumitur ꝙ rapuerit ꝑ vim,cùm aliàs consenserit alteri. vt ibi dicit. contrariũ tenet Matthæus de afflictis.Et etiã aduerte quòd nõ punitur pœna raptus ex affectu, etiã si pucnerit ad aliquẽ actũ exteriorem,nisi fuerit secuta copula carnalis:vt tenet Ioan.de anani.in c.cũ causa.extrà de raptorib⁹.Cæpola cõs.lvij.Hippoly. de Marsi. in l.is qui cum telo.nume.lxxix.de sicariis.& in cõsil. cv.incipiẽte,circa præsentẽ casum,in xiij. & xiiij.nume.Aduerte quia prima die Februa. anno dñi millesimo ccccxcvj. fuerunt certi condemnati ad mortem propter traductionem cuiusdam filiæ per ciuitatem Parisien.de loco ad locum, & per plura loca,licet nõ fuerit ab eis cognita.†

Raptus an procedat si nec copula.

43 *Hæretici qualiter puniantur.*

¶ Item†capite puniuntur & ad mortem hæretici, si nolint redire ad fidem, prius moniti vt ad fidem catholicam reuertantur.C.de hære.l.Arriani.no. xxiij. quæst.iiij.c.quando vult Deus.

ADDITIO.De hæreticis quomodo debeãt in diuersis casibus puniri, vide amplè per Mat.de afflictis in cõstitu.regni Siciliæ,quæ incip.incõsutilẽ.in xviij. notabili.†vbi dicit ꝙ maius est crimen læsæ maiestatis diuinæ,ꝙ committit hæreticus,quàm crimen læsæ maiestatis quod committitur contra principẽ, & ibi amplè quomodo committitur in multis casibus qui hodie ex doctrina Lutherana pullulãt in Germania.¶Itẽ publici & famosi latrones & fures, vt ff. de pœnis.l.capitaliũ.§.Grassatores.& §.famosos. dicam infrà,in capitulo,*Si aucun cõmet simple larrecin.* ¶ Item & alij qui committunt in legem Iuliam maiestatis: quod fit multis modis,vt l.j.ij.& iij.ff.ad legem Iuliã maie.& l.fi.C.eod.Et dicam omnes modos alibi.

44 *Hæresis crimẽ læsa maiestate maius. Latrones & fures.*

ADDITIO.Matthæ.de afflictis in c.j.in verbo,& bona cõmittentium crimen læsæ maiest.in ij.charta, quæ sũt regalia,in vsibus feudorũ,ponit xlv.modos. Et vide inter alios de occidẽte cõsiliariũ regis, quòd tenetur hoc crimine,vt tenet idẽ Mat. in cõsti. regni Siciliæ,quæ incipit, humanitate.in x. notabili. & ibi allegat posuisse xxx. specialia in illo crimine, in d. c. primo.quæ sint regalia.†¶ Aduerte tamen ad vnum, quòd assumens in se magistratum propria authoritate,punitur pœna legis Iuliæ maiestatis. Guido papæ consi.suo xxix.incipien.ille incarceratus, in principio. Dixi ꝯ.ver.item qui authori. sua. & vide Lucã de Penna in l.j.in x.& xj.col. C.vt nemo ad suum patro.lib.xj.& ibi dicit nullum esse maius delictum seu grauius in genere læsæ maiestatis,quàm illud in quo aduersus corpus iustitiæ exercetur.

45 *Magistratum propria authoritate occupans.*

ADDITIO. Aduerte quòd mouens guerram cum vexillis cõmittit crimen læsæ maiestatis,vt dicit Mat. de afflictis in constitu.regni Siciliæ,quæ incipit,Comes Baro.Et de vsurpantibus iurisdictionem principis vide eundem in constitu.quæ incipit,cum satis.& in præludiis.in xiij.q.& in constitut. si quis in posterum, vbi videre multa poteris de vsurpantibus iura principum quomodo sunt puniendi.†

ADuerte tamẽ quòd videt esse text.in l.j.in princ. ff.ad leg.Iul.maiest. quòd infringens saluãguardiã principis puniat lege Iulia maiestatis,cui⁹ pœna est capitalis.l.iij.ff.eod.& confiscatio bonorũ, l.quisquis.C.eo. Sed tamen dic quòd puniũtur extraordinariè,cùm certa pœna nõ sit statuta à iure.l.j.ff.de effra. & expila. Ita tenet Guido papæ in sua deci. ccccxviij.Sed vide Io.Fab.in l.denuntiamus.C.de his qui ad eccl.cõfu.& vide materiam plenè per Stephanum Aufrerij, in sua dec. ccccIxxxix. ¶ † Aduerte tamẽ ꝙ clerici infringentes saluãguardiam principis,puniũtur per ipsum principem vel eius iudicẽ: prout tenet Petrus Iac.de Aureliano,quẽ allegat Iordan⁹ Brixius in sua rep.c.contrahentes. in ver. in Rhemẽ.diocesis inuitis, in iij. col. ¶ Hinc est ꝙ iudices seculares cognoscentes de infractione saluæguardiæ per clericos, nõ incidũt in sentẽtia excõmunicationis, ꝓ certo tamen nõ sunt tuti iudices in foro cõsciẽtiæ: cùm multa iura sint quæ vrgent in contrariũ.Et dicit Ioan. de Platea in l.cũ sæpe.C.de ero.mili.anno.lib.xij. ꝙ saluaguardia generalis& specialis nõ potest dari sine literis principis: nec alij iudices quàm iudices principis possunt dare saluamguardiã,nisi habeãt ex cõcessione principis,cõsuetudine,vel præscriptione.Et ad huc tales saluæguardiæ per tales iudices debent dari de certa re speciali.Alber.de rosa.in l.illicitas.ff.de offic. præsi. Imò etiam iudices principis in toto regno non possunt dare saluamguardiam generalem, cùm istud sit ꝓhibitũ per ordinationes regias nouas, vbi dicam de materia. ¶ Quid enim operatur ista saluaguardia qua vtuntur plures,cùm timent eis iniuriam inferri:dicũt & verbo ꝓtestãtur se esse ĩ saluaguardia regis aut alterius:an hæc ꝓtestatio aliquid operet:ita quòd si super tali ꝓtestatione aliquis inferat iniuriã alteri protestanti possit dici infractor saluæguardiæ regis?Bart.exanimat hanc q. in l.de pupillo.§. si quis ipsi.ff.de no.ope.nuntia.Et dicit ꝙ ea quæ post fiunt, debent reuocari,cùm interim sit sub ꝓtectione principis.Ex quo ergo cùm per consuetudinem nostram cõmuniter in tota Gallia obseruatã, † quæ est de iure(vt dixi)inferentes iniuriam,seu violentiã existenti in saluaguardia principis tanquã infractores puniũtur,ita & tales puniri debent:& ita obseruatur in hac patria. Et ita etiã tenet Bar. in d.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.ope.nuntia.vbi dicit tñ ꝙ statim debet iudici denuntiari. Et quia dixi ꝙ laici puniunt clericos de infractione saluæguardiæ: vide infrà,in titulo j.§. *si aucun commet*, in gloss. *s'il n'a grace*, ibi, xvij. fallit.

46 *Clerici rumpentes saluãguardiam à quo puniantur.*

47 *Saluãguardiam infringentes quomodo puniantur.*

Additio

ADDITIO. Vide in his quomodo hîc saluaguardia principis ligat clericos. Matt. de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit, si quis in posterũ. in v.vj. & vij. quæstionibus.† ¶ Itẽ mathematici & aruspices. vt C. de venefi. l. iiij, & l. exceptis. ¶ Item qui ad dictos mathematicos accedunt: vt l. nemo. C. de mathema. ¶ Item plagiarij qui pueros & filios furantur. l. quoniam. & l. fin. C. de plagia. ¶ Item fabricãtes falsam monetam. C. de falsa mone. l. pe. intellige de bona moneta & vsuali in patria vbi fabricat. Item nõ intelligitur de viliſſima, ita pulchrè Alexan. in consi. ciiij. incipiente, statutum loquens, in j. vol.

Mathematici & Aruspices.

48 Solus princeps monetam cudit.

ADde† ꝙ de iure communi nullus põt cudere seu fabricare monetã nisi solus princeps. Nec princeps potest eam mutare, nec facere minoris valoris sine consensu populi in notabili quãtitate: & cursum communem præsens tollere non potest, vt per Ioan. fabri in rub. C. de fal. monet.

ADDITIO. De hoc vide amplè p Mat. de afflictis in præfa. cõstitutionũ regni Siciliæ, in xlj. q. vide etiã Albertũ Brunũ in tra. quẽ fecit de monetis, & p Frãciscum Curtiũ seniorẽ in tractatu monetarũ, in quib⁹ locis poteris videre de materia monetarũ. Et de falsificãtibus monetã, vide eũdẽ Mat. in cõsti. quę inci. adulterinã, in iij. libro.† nõ tñ ita punit⁹ expendẽs falsã monetã sicut fabricãs, sed miti⁹: vt dicit Hipp. de mar si. in consi. suo xlvij. in ij. iij. & iiij. col. & ibi dicit idem de vtente falso instrumẽto, ꝙ nõ ita punit⁹ sicut fabricãs, sed mitius, & in cõs. xxiiij. nu. xix. & in cõsil. xlix. & in consi. xxx. num. xvij. & in consi. xxxix. num. lij. & in consi. xliij. num. xlviij. Et aduerte ꝙ tõdens monetam nõ punit⁹ pœna mortis nisi sit aurea. & ita debet intelligi. l. quicunq; ff. ad legẽ Cornel. de falsis, prout ita illã intelligit Hipp. de marsi. i cõs. suo lxxj. in ij. co.

49 Monetã falsam expendens mitius punitur. quã fabricans.

Pœna tondentis monetam.

† ¶ Item not. qđ is qui nummos aureos raserit vel tinxerit, vel finxerit, si sit liber, dãnat⁹ ad bestias, si seru⁹, vltimo supplicio punit⁹. ff. de fal. l. quicũq; nummos.

Seditiosi.

ITem ad mortẽ punitur seditiosus, qui ciuitatẽ vel populũ ciuitatis concitat ad rumorẽ, clamando, viuat vel moriat⁹. C. de seditio. l. j. & l. seq. & l. desertorẽ. §. qui seditionẽ. ff. de re mili. Alber. de Rosate in l. capitalium. §. solent. ff. de pœ. dicit per illum tex. ꝙ† faciens insultum in ciuitate turbulenter clamando, *à larme, à larme, à laide, à laide*, punitur pœna capitis: ꝙ intellige dummodo non habeat iustã causam acclamandi: vt dicit Bar. in l. prohibitũ. C. de iu. fisci. lib. x. & qñ dicat⁹ turbari ciuitas: vide Barbat. in consi. lxxij. in ix. & x. col. in ij. vol. Sed aduerte quòd propter tumultum & seditionem quis incidit in crimen læsæ maiestatis. l. j. in fi. ff. ad leg. Iuliam maiesta.

50

ADDITIO. Qui dicantur seditiosi, ponit amplè Nicolaus Boërij in suo tractatu de seditiosis in ij. prę̃sumptione. Et dicit Ioan. Fabri in l. j. & ij. C. de seditiosis, quòd plebs quæ de facto, & per potentiam se defendit, vel tẽtauit se defendere, incidit in crimẽ seditionis, vt refert Boërius vbi supra. Et de pœna seditionis: & quomodo & qualiter fiat seditio, vide Philip. Decium in regu. nõ est singulis. ff. de regul. iu. ¶ Et aduerte etiam quòd qui scit tractatum cõtra principem, & non reuelat: tenetur crimine læsæ maiestatis. Bartol. in l. vtrum. ff. de parricidi. Decius in regu. culpa caret. de reg. iur. ff. dixi alibi. ¶ Itẽ qui facit famosum libellum de altero ad infamiam, contra veritatem. l. j. C. de famo libell. ¶ Item qui comburit domũ vel bladum alicuius: vt ff. de incen. rui. & naufra. l. is qui ædes. De incendiariis quomodo puniãtur, vide amplè Baldum in l. data opera. C. qui accusare non possunt.

Famosum libellum scribens.

VIde Ioan. Saxon, in consuetudinibus Turon. tit. *des droictz de haute iustice.* artic. j. fol. xxxviiij. & ibi in fi. gl. ponit quòd ille qui incendij arcendi causa vicini sui ædes deponit, nõ tenetur de illo, si magistratus mandato fecerit. l. si alius. §. est & alia. ff. quod vi aut clam. si illud fecerit iusto metu duct⁹. l. si quis fur no. ff. ad legem Aqui. quoniam vt dicit gl. in d. l. tunc tua res agitur paries cũ proximus ardet. Et neglecta solent incendia sumere vires. & dicit Oddo de Senõ. in trac. de interdictis. tit. de interdicto, ꝙ vi aut clam. in fine. idem si non possit haberi copia iudicis. In casibus multis possunt destrui ædes vicinorum, & in quibus vicinia tenetur. vide G. Benedicti in sua repe. c. Raynu. in verbo, domum, num. xxvij. de testa. Vide etiam Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, super incisionibus, in ij. notabili, vbi amplè de pœna incendiariorum. & in constitu. quæ incipit, iustitiariis. in ix. notabili. & in constitutio. quæ incipit, doloſe, in iij. libro.†

¶ Item qui in turba cum armis ædes alienas & villas præliauerunt, fregerunt, & spoliauerunt. vt ff. ad leg. Iul. de vi pub. l. penul. ff. de sica. l. si quis.

ADuerte, quia ex quo hic text. l. hi qui. ff. ad l. Iuli. de vi publica, multum practicatur in Francia & per curiam contra illos qui dicuntur, *volleurs*, requirit perfectionem omnium positorum in d. l. scilicet quod expilauerunt, effregerunt & expugnauerunt & in turba, cum telis. dicã infrà, in tit. j. §. v. in glo. *s'il n'a grace du Prince.* xxj. casus in eo qui intrauit domum. Et ista lex, hi qui, est multum practicata in talibus† q⁹ dicuntur *volleurs* quoniã etiam in illis propter difficultatem probationis, quoniam vt cõmuniter fit de nocte, curia admittit turbam. etiã si sint quatuor aut quinque cũ telis, & etiã admittit domesticos & impuberes: & hoc maximè, quia maximè frequentabãtur talia delicta, & ita vidi in pluribus obseruati. dixi tamen in casu emergenti, quòd illa lex requirit consummationem actus in omnibus, quare sufficit quod expugnauerint, aut effregerint, aut expilauerint, & in turba cum telis.† ¶ Item explorator missus ad explorandũ de hostibus. vt ff. de re milita. l. desertorẽ. §. is q⁹ hostes. ¶ Item venefici qui mala venena cõficiunt, & vẽdunt mortifera medicamẽta. ff. de pœnis. l. capitalium. §. venenarij. & l. j. & iij. ff. de sica argu. illorũ. Idẽ potest dici de vẽdentibus carnes venenosas, morbosas & mortiferas. ¶ Item miles qui gladio accepto fregit carcerẽ, & aufugit. l. siquis aliquid. §. penul. & fi. ff. de pœnis. ¶ Item miles qui in exercitu arma vendidit, vel alienauit. vt d. l. desertorem. §. miles. ff. de re militia. ¶ Item qui falsauit literas papæ. de crimi. fal. c. dura. & c. licet. & c. ad falsariorum. & ibi not.

Volatores qui, & qualiter puniantur.

Exploratores

Venefici.

Carcerem effringens.

ADDITIO. De falsicantibus literas Regias vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, qui literas. in iij. lib. vbi ponit multa quæ in dicto crimine non considerantur, quæ regulantur in aliis falsitatibus.† Quoniam primò vt dicit in falsitate literarum non est distinguendum an literæ falsificatæ cõtineant iustitiam vel gratiam, prout in alio casu distinguunt doct. in c. ex literis, de fide instrumen. Secundò non consideratur nec distinguitur an fiat per notarios cancellariæ, an per partem, prout distinguit glo. & postea doct. in c. licet, de crimine falsi. Tertiò nõ distinguitur an talis falsitas, rasura, aut mutilatio sit alicui nociua vel non, secundũ quod alibi distinguitur in l. damus, vbi Bartol. Bald. & Salicetus. C. ad l. Corne. de falsis. de quo per Alexan. in consilio lxx. in vj. col. & in cõsilio lxxiij. in iij. col. in

52 Falsitates literarum.

BIU Cujas

col.in j.vol.& plura alia quæ allegat idē Matthæus in dicto loco.Quartò nō distinguitur an modica sit rasura vel magna, qđ sit in aliis.vt tenet Ant. de But.in c. ex literis,in fine.de fide instrumēto. Hipp. de Marsil. in cōs.lxxx.in iij.col.nu.xxviij.& in cōs.ciij.in iiij. col. nu.iij. vel in loco substātiali vel nō: vt distinguit Gofredus de trāno in sua summa, in tit.de crimine falsi. & Feli.in c.ij.de rescript.& Marianus de Senis in c. fi. de crimine falsi.Ioā.de anania in c.accedēs, de crimine falsi. Quintò nō distinguitur an ille qui fabricauit falsas literas regis visus fuerit vel nō qa fabricādo tūc dicitur ꝙ visus est,nisi doceat à quo habuerit.l. q falsos.C.ad legem Corn.de falsis.hęc declarat Alber.de Rosa.in l.quicunque.C.de seruis fugit.Sextò non distinguitur an illæ literę falsificatæ sint iustæ vel iniustæ.prout dicit Abbas in c.olim,de rescriptis. subdēs tamē qđ pœna in hoc esset moderanda. Etiā aduerte ꝙ est moderanda in illo qui tantum vtitur & nō fabricauit,prout dixi ante in hac eadem gl.quando dixi ꝙ mitius punitur exponens falsam monetā quàm fabricans.Et vide etiam decisionem Matthæi.xxj. quā ipse allegat,an habeat locū in illo qui incepit fabricare & nō perfecit.& multa singularia de falsitate, vide ibi p dictum Matthæum. † vt etiā dicit Hippol.de Marsi. in cōsi.cv.nu.vij.& nu. viij. dicit ꝙ in generali remissione nō cōprehenditur crimen falsi,prout dicit Bar. in l.Lucius,in fi.ff.ad Turpilianum.Et aduerte,qa dictū fuit in causa emergēti contra Guilielmū du castel, ꝙ ex quo literæ regiæ falsò signatæ,& sigillatę sigillo adulterino fuerūt apud eū repertę,& nō docuit à quo habuit,præsumptio erat ꝙ ita fecerit eas,ita ꝙ pōt cōdemnari. facit tex. in l.maiorem.C.ad leg. Corne. de falsis. & quæ dicit Ludo. Rom. in sing. suo cccxxvj. inci. eoipso. vbi dicit quòd eoipso quòd libri hæresis reperiūtur penes aliquē,præsumitur hæreticus,& potest de hæresi cōdemnari.quod in simili allegat Hippol.de Marsiliis in cōs.lij.incipiēte, misericordia dni. in viij.col.nu.xxxiij.& xxxiiij.vbi etiam arguit de illo apud quem res furtiua fuit inuenta,ꝙ præsumit contra eum,vt ibi per eū.& in repetitione. l.fi. C.de probatio.charta.lxxxij.& sequenti. †

53 Falsi crimen an veniat sub generali remissione.

Libri hæretici arguūt hæreticum.

ITem ille qui in bello mādata iudicis,protestatis,vel capitanei nō seruat, etiā si bene gessit.vt d.l.desertorē.§.in bello.ff.de re milita. Hinc narrant historici Q.Fabiū,quāuis magna victoria superasset Samnites: tū dānatus fuit à Papyrio dictatore,cōtra cuius mandatū bellū gesserat eo absente, licet impetu populi à morte liberatus fuerit,vt per Liuium lib.ix.not. Ioā. de Ligna.in tracta.de bello.c.xxix.& est text. in c.fin. xxij.q.ij.vbi est exemplū, quomodo Ionathas fregit iuramentum & præceptū Saulis patris eius, qui precib⁹ populi liberatus est,cùm hostes vicisset,& morti dedisset.Et vide Feli.allegantē illum tex.in c. causam quæ.in v.col.de iudi. ¶ Item ille qui murum ciuitatis rumpit,vel transcēdit.vt d.l.desertorem.§.necnon.ff. de re mili.& l.fi.ff.de rerum diui.Intellige tamen tēpore guerræ & non pacis:quia mitiùs punitur,Lucas de Penna in l.vnica.colum.vj.C.de colo.illyri.lib. xj.

54 Adulteri.

¶ Item † adulteri puniūtur pœna capitali.l. quanuis. C.ad leg. Iul. de adulte.intellige dūmodo illa cū qua commissum est adulterium,nō sit vilis persona.l.quæ adulterium commisit.& l.si ea quæ.C.de adulte.facit illud qđ dicit Alex.cons.ciiij.in j.vol.vbi dicit,ꝙ verba legis & statuti non habent locum in vilissimis,nec comprehendunt viles personas.Aduerte etiam quòd adulteri non gaudent immunitate.vt est gloss,notabilis in l. fideli. C. de his qui ad ecclesias confugiunt. quod tamen non obseruatur.dicam alibi. †

DE pœna autem adulteri vide Ioā.Sanxon. in consuetudinibus Turonen. titul. *des droicts de haute iustice*, art.j.fol.xxxviij.Dicit tamen Ioā.Fabr. in §. ex non scripto.institu.de iure natura.& in l.j.C. quæ sit longa consuetudo,quòd de cōsuetudine adulteria nō puniuntur in Francia,quod malè,vt dicit Ioā. berberij in suo viatorio iuris.tit.de adult.in principio.

QVæ autem indicia sint sufficientia ad torturam in adulterio, raptu & violentia mulieris,ponit Matthæus de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit,in quæstioni.in v.col.& ibi quid de confessione illius qui gloriatur se rapuisse etiā patre absente. Et † quādo maritus recepit mulierem adulteram, & eam reconciliauit, non amplius potest eam accusare, vt dicit idem Matth. in constitutione quæ incipit,qui post crimen,in ij.lib.Et de pœna adulterij vide eundem Matthæum in constitutione incipiēte, legum asperitatem.in iij. lib. Et an crimen adulterij possit puniri per iudicem laicum, aut ecclesiasticum, aut per vtrunque in suo foro,vide eūdem Matthæum in constitutione quæ incipit,maiestati nostræ. Et de adulterio an sit graue crimen, vide doctores in cap. at si clerici.§.de adulteriis. extrà, de iudiciis. dicit tamen Bertrandi in consilio suo cccxvj. numero xij. & xiiij.in ij.parte quòd adulterium crimen est lęsæ maiestatis proximum, & est furto longè grauius, & ita sunt grauissima crimina adulterium & raptus, quòd conatus in eis punitur:vt tenet idē Bertrandi in consilio suo clxix. numero j. in tertia parte licet contrarium tenuerit Hippolytus de Marsiliis in raptu, in consilio cv.†

55 Maritus recipiens vxorem adulterā an possit eam accusare.

Adulterij crimen.

ITem etiam custos carceris qui custodit mulierem: quia si eam cognoscat,punitur pœna capitali, & omnes habentes custodiā mulieris eam cognoscētes. Ioan.Fab.in §.item lex Iulia.in fi.inst.de pub.iudiciis. De dicto Ioan.Fabr.in d.§.item lex Iulia. vide Paridē de puteo in tract.de syndicatu, in litera A. in verbo, adulterium.fol. xviij.

ITem † sodomitæ.l.cùm vir nubit in fœminā. C. de adulte. Legitur enim Leuitici. xx.ca. qui dormierit cum masculo coitu fœmineo,vterq; operatus est nephas:morte moriatur:sit sanguis eorū super eos.Pessimum enim est tale delictū,vt dicit August.de adulter.coniug.& habetur xxxij. q.ij. c. adulterij. & dicit Paul.j. ad Corin.c. vj. Neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Tales enim Lactantius Firmianus lib.vj.c.xxiij. diuinarum institutionū appellat impios & parricidas. & huius delicti sciunt Itali practicā.Et de detestatione illius vitij, vide Barba.in cons.suo lxiij.quod est vlt.in j.vol.& ibi post illud consilium ponitur disputa.Anast.Pluti: an sodomita testari possit.

56 Sodomitæ.

ADDITIO. De detestatione huius criminis vide Matth.de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quę incipit,legum asperitatem.in iij.lib. & sodomiæ crimen nō probatur per auditum,vt tenet Hippolyt. de Marsil.in consilio suo xxviij.in ij.colum. nu.iiij. & v.

¶† Item pœna capitis puniri debet,qui rebaptizatus fuerit,cū sit species hæresis.l.ij. C.ne sanct. baptisma reiter.Et dicit sanctus August.lib.ij. de vnico baptismo.& habetur de consecrat.distinct.iiij. c. ostēditur. Ostenditur illos impiè facere qui rebaptizare conantur. ¶Item punitur pœna capitis qui propria authoritate & temeritate extrahit de ecclesia illum qui ad eā fugit,vel extrahere conatur: quia committit in legē Iuliam maiestatis, nisi esset homicida, vel adulter,

57 Rebaptizati.

Extrahens de ecclesia ad eam cō-fugientem.

BIU Cujas

vel raptor virginum.nã istos licet extrahere. vt C. de his qui ad eccle.cõfug.l.fideli.& l.fi. vel etiam nisi esset exactor tributorũ.vt in aurhẽ.de manda.princi. §. neq; autẽ homicidã.Idem de homicida ex proposito qui dicitur, *de guet à pensée*, vt infrà dicetur tit.proximo.c. v. nu.113. Et fuit factum hoc anno in ciuitate Heduensi,p officiarios regios huius ciuitatis Heduẽ. qui extraxerũt Ioan.Paris homicidã ex proposito, de ecclesia fratrũ mino. qui ab illa extractione appellarunt ad curiã:nihilominus fuit dictũ per curiã parlamẽti,ꝙ officiarij regij facerẽt eius processum:nec fuerunt auditi prædicti fratres petẽtes ipsum reponi in ecclesia eorũ,à qua extractus fuerat.dixi.j.titu.j.in §. *si aucun commet simple larrecin*, in gloss. *s'il n'a grace du Prince*,versi.secũdùm ergo canones.ibi,aduerte tamẽ quòd in Gallia practicatur.

58 Idololatræ. ITem† qui adorãt idola,stellas,& planetas Dei.vnde legitur Sapiẽtiæ xv.loquẽs de idololatria malorum.Digni sunt morte qui spẽ habent in talibus,& q̃ faciũt illos:& qui diligũt & qui colũt.& habetur Esa. c.j.Et cõteret scelestos & peccatores simul,& qui dereliquerunt Dominũ cõsumẽtur. confundẽtur enim ab idolis quibus sacrificauerũt.Et idẽ Esa. c. ij. Et repleta est terra eius idolis:opus manuũ suarũ adoraue rũt,quod fecerũt digiti eorũ. & incuruauit se homo, & humiliatus est vir.& ideo Esa. Cõfundentur cõfusione qui confidũt in sculptili:qui dicũt cõflatili, vos dij nostri. Præceptũ enim est Dei, non adorare deos alienos:nec facere sculptile.Habetur eñ Exo.xx. Locutúsq; est dominus cunctos sermones hos:Ego sum Dominus Deus tuus, q̃ eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Non habebis deos alienos corã me. Non facies tibi sculptile:neque omnẽ similitudinem quæ est in cælo desuper,& in terra deorsum,neq; eorũ quæ sunt in aquis sub terra:non adorabis ea,neq; coles.Ego enim sum dominus Deus tuus, fortis, zelotes:visitãs impietatẽ patrũ in filios in tertiã & quartam generationẽ eorũ qui oderunt me:& faciens misericordiam in millia,his qui diligũt me, & custodiũt præcepta mea.¶Prohibetur etiã adorare idola, vt habetur Exod.c.xxiij.& Leuit.xix.& Sapi.c.xiij.& xiiij. Meritò ergo leges (cũ talia committere sit cõtra præcepta Dei) imposuerunt pœnam mortis committẽtibus tale delictũ:vt habetur primò de illis qui faciunt sacrificia:vel adorãt idola:vel statuas illicitas : ꝙ tales capite puniuntur.vt est tex.in l.j.& ij.& l.nemo.C.de paganis.& principes populi adorãtes falsos deos,suspendũtur in patibulis contra solem.Bald.in c.j.§.iniuria.de pace iuramen.firmãd.& vide quod not. in c. cum quid.de iureiurando.

59 Blasphematores Dei. ¶Item † Dei blasphematores puniũtur pœna capitali,vt in auth.vt non luxu.contra naturam.coll.vj.

ADDITIO. Quantum ad blasphemiã communem quæ est in Francia & Burgundia: vt dicit Bartholomeus de Bellenzinis in c.j.de maledicis,puta per corpus Christi,aut membra Dei,qua pœna tales puniãtur,ponũt doctores in c.j. & in c.statuimus. de maledicis.sed hodie apud nos habuimus ordinationẽ regiã,cui standum est,quæ fuit facta per Ludouicũ. xij. qui fuit maximus zelator fidei,& amator iustitiæ:qm̃ pro j. ij. & iij. & iiij. vicibus pœna pecuniaria duplicanda:respectu primæ triplicanda & quadruplicãda: applicanda,vt dicit ordinatio, pro tertia parte denũtiatori.pro v.ponetur *au carcant*, vituperandus & vilipendendus seu impune iniuriandus ab omnibus:& cum hoc mulctabitur pœna pecuniaria. pro vj. vice scindetur ei labium superius cum ferro ardenti:ita ꝙ dentes appareant.pro vij.vice scindetur ei labiũ inferius cũ ferro ardenti vt antè.pro viij.vice abscindetur ei lingua,vt in eo in quo peccauit,puniatur,secũdum quod in simili dicitur de teste deierãte:vt dicit gl.in l. omnes.C.de delatorib⁹,lib.x.vt facit tex.in auth.oẽs. C.cõmunia de succes.in fi.Et de blasphemantibus sanctos,aut imagines sanctorum,vide Matt.de affl. in cõstit.regni Siciliæ,quæ incipit,inconsutilẽ.in vj.col. & in cõstitutione,blasphemãtibus.in iij.lib.vbi ponit x.quæst.ad quẽ recurre post Ioan.de anania in c.fi.de maledicis.in xiij.& xiiij.& xv.col. † vbi ponit de eradẽte & destruẽte imaginẽ beatæ Mariæ virgi. aut alicuius sancti & vide Angelũ in disputatione sua incipiẽte,in refulgẽti deliciarũ palatio.in ix.col.vbi dicit, ꝙ cõtra tales debet esse vltio dura,& seuera pœna. & ita fuit factũ contra aliquos,qui sectã Luteranam insequi volebant.vide etiã Hipp.de Marsi.in sua practica causarum crimina.in §.& quia,nu.xxv.vbi dicit,ꝙ quandoque ex sola percussione quis punitur ad mortem:puta si quis percutiat imaginẽ aut tabulã in qua sit imago Dei,beatissimæ virginis,vel sanctorũ,vt dicit Angel.in l.ex senatu.ff.de sicariis. & est tex. in c.ij. §.fi.de offic.ordina.in vj. ¶†Item qui præpositum vel capitaneũ in bello deseruit,vel non defendit:vt l. desertorem.§.fi.ff.de re milita. ¶ Itẽ deportatus qui aufugit de insula:vel dãnatus ad bestias, qui aufugit. ff. de pœnis.l.capitalium.§.in exulibus.& l. qui cũ §. j. & ij.ff. de re militari.Sic etiã potest dici argu. prædictorum:ꝙ bãnitus qui reperitur in loco bãni, potest ad mortem dãnari,per iura hîc antè allegata. ¶ Item qui hostib⁹ secreta reuelat.l.omne.§.explorator.ff.de re militari.l.si quis aliquid.§.j. ff. de pœnis.vel cõmilitonem suum vulnerat.vel qui astãtibus aliis in bello aufugit. l.omne delictũ.§.quæ in acie. & seq. ff. de re mili. ¶Itẽ proditores & trãsfugæ.l.proditores.ff.de re milit.&fautores traditionis.l.fautores.ff.de pœnis.& proditor patriæ.l.fallaciter.C.de abolitioni.Quis dicatur proditor:& quomodo puniãtur proditores,vide Lucam de Penna in l.fi.C.de delato.lib.x. & in l.j. C.de peti.bono.subla.in ij.col.lib. x. vbi ponit quib⁹ modis quis dicatur proditor.vide etiam Arch.& Ioã. de Turre cremata in c.clericus.xlvj. dist.

Desertor. Deportat. aufugens. Bannitus. Hostibus secreta reuelans. Trãsfugæ. Proditor.

ET quòd sint Deo hominibus & iuri odiosi, vide Hippolyt.de Marsil.singulari suo xvj. incip. ꝑditores.& ibi nu.iiij. ponit illud dictũ vulgare , ꝙ ꝑditiones placẽt, nõ ꝑditores.† Et quis dicatur ꝑditor, vide eundem Hippolyt.in consilio suo j.in principio. & etiam aduerte ꝙ omnis qui dat alicui potionẽ venenatam, dicitur proditor:vt dicit Iacobus Butrig.in l.j.C.de malefic.& mathem.facit l.ideo.C.de his quibus vt indignis.& l.ij.C.quæ res exportari debeat. & dictum euangelij:qui intingit mecum manum in paropside,ille me tradet.& dicit Paul.de Cast.C.de statuis & imaginibus.in fine,ꝙ adulatio est species proditionis.& etiam dicitur ꝑditor qui permittit trãsire gentem inimicam.l.si quis Barbaris.C.de re militari. lib.xij.& dicit Ioã.And.in c. pro humani. de homicidio.in vj.quòd gerentes bella sine diffidatione, dicũtur agere proditorie. †

61 Proditores quo dicendi.

ITem custos belli q̃ aufugit.l. qui exeubias. ff. de re milit. ¶ Itẽ seruus qui militiam exercet.l. qui abomni.ff.de re militari.¶†Item q̃ manus intulit suo cẽturioni siue capitaneo.ff.de re mili.l.milites.§.irreuerens miles.A simili potest dici , quòd idẽ erit de Baliuo vel eius Locũ tenente:quòd si quis manus intulerit in eum,poterit capitaliter puniri.Hinc dicit Bal. in c.j.§.iniuria.in princ.de pace iura. firm.in princip.

61 Manus inferentes iuris seruientibus.

quòd

quòd dans alapam prælato seu iudici, potest capitaliter puniri. Et potest etiam per ipsum iudicem puniri: quod an sit verum, vide omnino quæ dicit dominus meus dominus Iason in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. om. iud. & in l. principalibus. ff. si cert. pet. in iij. col. & Feli. in c. ex literis. in x. col. extrà de cõstitutionib. Aduerte, qa Lucas de Penna in l. ij. in j. col. C. de desertori. dicit, quòd qui magistratum habet, si percutiat, nõ debet repercuti. & ibi ponit quæ pœna sit cõtrà illum qui manus intulit suo cẽturioni, duci, magistro, vel correctori. ¶ Itẽ turbator pacis, capite punitur. l. fi. §. fi. ff. de re mili.

63 Priuatos carceres habentes.

ITem † qui priuatum carcerem habet & exercet: & personas cõtra earum voluntatem tenet in carcere priuato: siue in domo, vel in vinea, vel in agro. l. j. C. de priuat. carcere. dicit tamen Cyn. in d. l. j. quòd si pater vel dominus ponat filiũ vel seruum in domo sua in carcere, non punitur pœna d. l. & rationem reddit: quia pater vel dominus faciunt ad correctionẽ, quæ est eis permissa. dicta autem lex loquitur quãdo fit ad custodiam. ¶ Adde etiam ꝙ dicitur quis committere carcerẽ priuatũ, qui ponit aliquẽ sub custodia datis fideiussoribus. Et paria sunt, ꝙ quis sit sub vinculis, vel sub custodia datis fideiussoribus. Luc. de Penna in l. si grauius. C. de dignita. lib. xij. & in l. sequẽt. eodem lib. Et quia hîc antè dicitur si contra eorũ volũtatem: idem etiam si volentes: vt dicit Ioannes Fabri, in suo breuiario. in l. nec seruis. C. de pœnis.

64 Latronum receptatores.

ITem † qui latrones receptat scienter, & cũ eis partitur res robatas, & dat eis auxilium & fauorem, vt l. j. & ij. C. de receptato. Limita, nisi quis receptauerit consanguineum vel affinem. l. fina. ff. de recept. Et istud est de iure Romano, secus tamen de iure Lõgobardorum inter Francos: quia nulla fit differentia an receptẽt affinem etiam patrem vel fratrem, vel receptent penitus extraneum, quia semper talis Francus receptans latronem, reputatur quasi latro, & iudicat infidelis ad patriam, sicut ille erat, nisi iurauerit cum viginti testibus sacramentalibus, qui similiter Franci sint, ꝙ nesciebat cum latronẽ. ¶ Et ita statutũ fuit per regem Pipinũ, & suã legem promulgauit in die sancti Ioan. Baptistæ post magnam missam corã multitudine & copia. de qua vide Alua. in c. j. de recepta. in tit. de pace iura. firman. ¶ Hęc materia receptatorũ nimis crudè intelligitur: & multi tenent quòd receptatores rerum furatarum furca suspendi debent prout famosi latrones & fures consuetudinarij: qđ video non bene probatum iure, vt ꝯ. j. dicã in §. v. huius tituli, in gl. j. in additione ibi posita.

65 ADde quod dicit Bar. in l. omnes. C. de agri. & cen. lib. xj. † ꝙ caupo & stabularius receptans nõ punitur: quia ex quo publicè hospitatur, nõ tenetur hospitantium cõditiones inquirere: cùm inuitus ad hoc cogatur. l. j. in fi. ff. fur. aduer. nau. caupo. stabula. ¶ Itẽ & ille qui cum inimicis tractat mortem amicorũ. C. de re mili. l. si quis Barbaris. C. vbi cau. fisca. l. vniuersi. ¶ Itẽ officialis qui prouentus publicos rei Romanę subtrahit: & dantes ei auxiliũ & fauorem. institu. de publi. iudi. §. lege Iulia pecul. & sequen.

Peculatus crimen.

ADDITIO. De isto crimine peculatus vide Matt. de afflictis in cõstitutione regni Siciliæ, quæ incipit, cum iusta prouidentia, in vij. notabili: hodie in Francia multum practicatur propter infinita latrocinia, & excessiua quę fuerunt reperta in officiariis finantiarum, ita quòd multi fuerũt destructi, & in corpore & in bonis, fortè alibi pœnam. † ¶ Item qui frumentum exercitus lucrifaciat. l. iiij. C. quæ res vend. non poss.

¶ Item seruus falsitatem committens. ff. de fal. l. j. §. fi. Et licet dictũ fuerit ꝯ. in prin. huius materiæ, ꝙ nemo punitur pœna capitis, nisi sit in dolo, tamẽ seruus cõmittẽs falsitatẽ etiã ignorãs, in casu punitur pœna capitis. Ita pondero text. in l. diuus j. ff. de falsis. cogita. ¶ Item adde ꝙ qui se gerit pro notario qui nõ est, punitur pœna mortis. Alex. in cõs. suo 50. in ij. col. in iij. vol. Dominus meus Ias. in l. præscriptione. col. v. C. si contra ius vel vti. pub. Feli. in c. super literis. xviij. col. de rescrip. ¶ Item seruus faciens violentiam. C. ad leg. Iul. de vi. pu. l. serues. ¶ Item mulier quæ seruo se supponit. C. de mulie. quæ prop. ser. se subie. l. j. ¶ Itẽ mulier quæ se aĩali bruto subiecit. c. mulier. xv. q. j. ¶ Item Iudæus qui Iudæum cõtra Christianum defendit: vel conatur eum trahere ad sectã suam. C. de Iudæis. l. ij.

Seruus fal sum cõmittens.

ITem Iudæus vel hæreticus qui emit mãcipiũ Christianũ. C. ne Christianũ mancip. l. j. ¶ Item qui ferrũ vẽdit, vel arma portat ad hostes. vt ff. de publicanis. l. cotẽ. ferro. & C. quæ res expor. non pos. l. j. & ij. ¶ Itẽ qui furantur victualia quæ ducũtur ad exercitum. C. quæ res vendi non pos. l. fi. ¶ Itẽ qui emunt frumenta publici canonis in litoribus, puniunt pœna capitis. l. qa nonnunquã. C. quæ res vẽd. nõ pos. Itẽ vendentes purpuras & ementes, qbus princeps, vtit, cùm sedet in maiestate. l. j. C. quæ res vẽd. non pos. vel qui emit muricẽ, & tingit purpurã. per d. l. j. vt dicit Bal. in l. data opera. C. de his q accus. nõ pos. ¶ Itẽ qui aliquẽ castrauit. ff. de sica. l. lege. §. fin. & C. de eunu. l. j. Castrati enim illo tempore nõ erãt digni bonis nec dignitate: vt voluit Valerius Maximus lib. vij. in tit. de test. quæ rescissa sunt. c. qd mamerci. ¶ Item qui eã cuius tutor est corrũpit. C. si quis eã cuius tutor fuerit. l. j. ¶ Item qui spiritualia vendit, vel sanctorũ reliquias, pœnã capitalem cũ simonia cõmittit. j. q. j. c. qui studet. & tales incidũt in hæresim, vt dicit Gregorius in registro: quando dicit si presbyter per pecuniã ecclesiam obtinuerit: nõ solùm ecclesia priuetur, sed etiã sacerdotij honore spolietur: quia altare & decimas, & spiritũsanctum emere vel vendere, simoniacam hæresim committere nullus fidelium ignorat.

Castrans aliquem.

66 Vendẽs spiritualia.

ITem qui fracto carcere aufugit. ff. de effracto. l. j. ff. de re mili. l. milites agrũ. §. eius fugam. Quod quomodo sit intelligendũ: vide plenè per dominum meũ do. Iason. in l. admonendi. in lectu. in xviij. col. & in repet. in lxiiij. col. ff. de iureiuran. in quibus locis limitat illud dictum tribus limitationibus. ¶ Item lenę, & lenones, vel mulieres quæ propter vestimẽta, vel alio modo: & maximè virgines & cõiuges trahũt ad meretriciũ, vt in authen. de lenoni. §. præconizamus. col. iij. Et tex. in l. j. ff. de extraord. crimi. canonizatus in c. solicitatores. de pœnit. distin. j. quòd solicitatores delicto perfecto capite puniuntur, imperfecto deportãtur. & tales debẽt expelli de ciuitate sicut leprosi, aut pestiferi, vt dicit Guil. de cug. in l. nullus. C. de summa trini. ¶ Item qui aggerem Nili rũpit, vel alterius fluminis in simili. l. j. C. de Nili aggeri. non rumpendis. talis enim comburitur. Bal. in l. data opera. C. q accu. non pos. Alios quatuordecim casus in quib⁹ quis cõburit, ponit Albertus de Gãdino in suo tractatu maleficiorũ. in tit. de pœnis. in xxiij. & xxiiij. col. ex quibus hîc ponuntur plures. ¶ Itẽ † qui vtitur veste religiosa in vituperiũ religionis: talis enim punit capite. vt notatur in authen. de sanctissimis episco. §. penult. coll. ix. ¶ Item magister vel gubernator nauis, qui absente domino aliquid illicitum reposuit in naui, propter quod esset confiscanda, punitur pœna capitali. l. cotem. §. dominus. ff. de publicanis.

Effractor carceris.

Lenones & lenæ.

Virginum stupratores quomodo puniantur.

67 Religionẽ irridẽs.

BIU Cujas

ITem si quis ꝑtrahat extra domũ suã matrẽ familias pro debito, & eã ꝑsonaliter capiat, capite punitur. l.j.C.de officio diuersorũ iudi. Bal.in l. consentaneũ. post glo.ibi in verbo,ad cogendũ.C. quomodo & qñ iudex. ¶Item nocturnus populator agrorum est capite puniẽdus.l.j.C.quando liceat vnicuique se sine iudic.vindica. ¶Item vastatores vinearum.l.ij.ff.arborũ fur.cæsa.Vide Ioã.Sanxon. in consuetu.Turonen. titulo,*des heritages defensables*, art.vj.& ibi quale sit vtilius in redditu an pratum an vinea.

Nocturnus populator.

¶Item qui aliquẽ conatur extrahere de religione.l.eũ quicunque.C. de apost. ¶ Item qui imaginem saluatoris facit in humo,vt pedibus opprimatur.l.j.C. nemini licere signum saluato.

ADDITIO. Quid de illo qui frangit picturas sanctorum factas in ecclesia,vel imaginem crucifixi, vel gloriosæ virginis,vel alicuius sancti,vide Matthęũ de afflictis in constitutione regni Siciliæ quę incipit, incõsutilem.in vj.col.iam dixi antè† ¶Itẽ ille qui armata manu vel corpora vel ossa mortuorum extrahit de sepulchro.ff.de sepul.violato.l.iij.§.aduersus.

Alimenta denegans.

ITem qui denegat alimẽta ei cui dare potest aut tenetur.l.necare.ff.de libe.agnosc.& facit tex. cũ glo. in l.ij.C.de infanti.exposi. quòd si quis exposuerit filiũ suũ dicatur ipsum necare.arg.d.l.necare.& ideo vt homicida puniẽdus est. ¶ Itẽ qui authoritate sua furcas erigit,vel cũ sit priuatus,vtit imperio,vel insignia seu repræsentãtia magistratum gerit:vt dicit Bal. in l. data opera.in iiij.col.C.qui accusa.nõ possunt.vbi ponit multos ex casib⁹ prædictis. Aduerte quomodo sit puniẽdus qui in se iurisdictionem vltra quàm habeat gerit:vt sunt Comites & Barones,qui aliquãdo attingunt & cognoscũt de his quæ spectãt ad solum principem.vide amplè Lucam de Penna.in l.j.colum. x.& xj. C. vt nemo ad suum patroci.lib.xj. ¶ Et dicit Gulielmus de ludo in suis singularibus,articulo v. quòd iudex occupãs alienam iurisdictionem est capitaliter puniendus.

ADDITIO. Vide ad hæc Mat.de afflictis in consti. regni Siciliæ,in constit.quæ incipit.iij. col.in ij.q,vbi dicit quòd saluægardiæ,quas defensas vocat, nõ possunt concedi nisi nomine principis.

68 Condẽnatũ demanibus iustitiæ eximẽs.

ITem eximens †de manibus iustitiæ cõdemnatũ ad mortem:aut confessum & conuictum de crimine: quia tunc punitur pœna criminis lęsę maiesta.tex.est in l.cuiuscunque.ff.ad l.Iuli.maiesta.domi. meus Iaſ. in l.j.§.qd prætor.ff.ne quis eũ qui in ius voc.& Alexand,vbi plenè:& intellige quando eximens eximit à iudicibus,ab imperatorevel summo principe:secus si ab aliis inferioribus.ita dicit Ioan.Fab.in §. pœnales, in vlti.col.inst.de acti.& ibi dominus meus Iason qui dicit non esse alibi. ¶Ideo tyranni qui cùm habẽt aliquam administrationẽ à principe in aliqua ciuitate, & videt se potentes,faciũt se dominos ciuitatum per partialitates,tales suspẽdentur:vt dicitur Nume.xxv. e.Tolle cũctos principes populi:& suspende eos cõtra solẽ in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. ¶Hinc dicit Bart,in l.j.C.de condu.& procura.lib. x. quòd habentes maiorem dignitatem & authoritatẽ apud principem,si delinquunt in principem, magis sunt puniendi.

69 ET aduerte † ꝙ animaduertere in corp⁹ est de mero imperio:vt suprà dixi,& posui casus. Qui quidem intelligũtur in corpore rationabili : quid autem si animaduertatur in corpus irrationabile?vt est text. & exemplũ. c.mulier.xv.q.j.dic quòd idem est.Ita tenent Lud.Rom.& Imo.in locis allegatis per dominũ meum in d.l.imperiũ.in vij.col.vbi etiã dicit istud extendẽdum si animaduertatur in corpus inanimatum, puta in corpus mortuũ: in cuius cadauer aliquãdo animaduertitur:vt habes gl.in l.ij.ff.arbo. fur.cæsa. & istud idẽ tenet do.meus in l.ij.in ij.col.C.q testa.face. pos.Ibi † ponit de seipsum interficiẽte qui debet furca suspẽdi.vide de hoc Ioan.Sanxon.in consue.Turo. titulo, (*des amendes*) articulo si. in fine.

70 Seipsum interficiens furca suspendi debet.

ET sic patet ꝙ animaduertere in corpus naturaliter in totũ est de mero imperio. Quid aũt si aiaduertat ciuiliter:puta deportãdo vel banniendo,vel etiam amittendo libertatẽ?dic idem.ita notatur per omnes in d.l.imperiũ. Aduerte etiam quia ecclesia potest bannire clericũ suum.c. in synodo.lxiij.distinct.

ITem quid si animaduertatur in partẽ corporis tantum:puta mutilando membrum,vel abscindendo? dic idem.Et tenet. Cy.in l.si quis non dicã rapere. in xix.q. C. de episc. & cle.in l.transigere. in iij.q. C. de transactio.Bal.in l.reos.in iij.col.C.de accu.& in l.data opera.in xv.col.in fi.C.qui accus.non pos.vbi dicit, ꝙ amputatio est de mero imperio. Facit,text. in §. & hoc iubemus.in authen.de collato. colla.ix.Amanellus de claris aquis in singularibus suis,art.lix. vbi est tex.ꝙ ex quo membri abscisio est pœna capitalis,non potest interuenire ꝓcurator. † Et aduerte ad casus in quibus fit condemnatio in amissione mẽbri. Dic tamen quòd auris præcisio non est de mero imperio: nec fustigatio.vt tenet Alber.de rosate in l.fi.C.de officio eius qui vicem alterius. in fine.

71 Casus in quibus fit condemnatio in amissione membri. Licuisum mẽbri.

PRimò in seruo fugiente ad Barbaros. C. de seruis fugi.authen.sed nouo iure. ¶Secundò in exactore tributorum falsum cõmittente in officio suo:qui manum amittit secundũ Lombardos:vt in Lõbar. de his q falsum fecerũt instrumentũ.l.j.& ij. ¶Tertiò in falsariis monetæ:qui similiter amittunt manũ:vt in Lõbar.de his q mone.fal.l.j. ¶Quartò in eo qui fecit instrumentũ alienationis feudi.de ꝓhi.feu aliena.c.imperialẽ.§.scriba verò punitur in amissione manus. Et ponit Iaco. Ardizoni.xxiij.casus in quibus punitur in amissiõe man⁹.ita ponit in summa sua in vltima charta,sub rubrica,vbi q manũ amittit.prout refert Alua. in tractatu differentiarũ suarũ:post feuda, in centesimo notabili.¶Quintò qui fregit pacẽ vulnerando aliquẽ,similiter manũ amittit,vt in vsi.feud. de pace tenen.§.si quis alium.¶Itẽ & in furto secundũ iura Lõgobar.quoniã membrũ amittũt fures : nam secũdùm dicta iura amittũt oculũ pro primo furto, pro secundo nasum,pro tertio laqueo suspendũtur, vt in Longobarda,de latronibus.l.si quis.& etiam secũdum leges nostras municipales:vt habemus infrà tit.proximo in c. *si aucun commet simple larrecin*, vbi plura dicã de furto quomodo debeat puniri.


8

9

10

11

SEd † iuxta hoc quæro: pone ꝙ feudatarius vel emphyteuta, qui dicuntur dñi vtiles, reperiant thesaurū in re feudali, vel emphyteutica: nūquid thesaurus sit domini directi aut feudatarij, vel emphyteutę. videtur quòd sit feudatarij vel emphyteutæ: cum sit dñs vtilis. Ita tenet glo. in d. §. thesauros. Spec. tit. de emphyt. §. nunc aliqua. versic. cxxxij. ¶ Sed dicit Ioan. Fab. in d. §. thesauros, ꝙ aut reperitur res immobilis, puta, argentifodina: & tunc est domini directi. Aut reperitur res mobilis, puta thesaurus in pecunia numerata, & tunc feudatarij: sed pro hoc nil allegat. ¶ Paul. de Cast. cōsi. suo cccliij. quærit † ad quē spectet commodum minæ auri & argenti, an ad nobilem tenentem in feudū à barone, an verò spectet baroni. Et ibi notanter consulit per multa argumenta, quòd ad nobilem feudatarium, & non baroni. Et istud cōsilium in consiliis nouis, impressione noua, quod est multūm notabile. dicit tamen Bart. in l. cuncti. per illum text. & etiam Ioan. de Platea. C. de metal. lib. xj. † quòd de auro, argento, & lapidibus, qui fodiuntur in prædiis priuatorum, fiscus debet habere decimam: & ibi ponit Ioan. de Platea quomodo metallarij à principe deputati, posūt inuito domino in alienum ingredi fundum, & metalla quærere: quod non possunt in thesauris. d. l. vnica. C. de thesauris. lib. x.

12

13

14

Quid

BIU Cujas

15 QVid autẽ † si emptor alicuius rei inuenerit thesaurũ in re empta, nũquid ille thesaurus sit emptoris, an vẽditoris? dicit Bar. per illũ tex. in l. à tutore. ff. de rei vẽdi. quod si est thesaurus, erit emptoris: si pecunia, venditoris: dicit tñ Aluaro. in tit. quæ sunt regalia. & Cardi. Ale. q̃ si venditor vendit p̃ errorem, nõ putãs ibi esse thesaurũ, aut nõ cogitans: q̃ reddetur ei thesaurus: si verò ex certa sciẽtia vẽdit, & nihil exceptuauit, tũc videtur omnia trãstulisse. vt l. j. ff. de condic. inde. & l. Campanus. ff. de ope. li. Idem dicit ipse Aluaro. si quis vẽdidit tunicam, in qua esset suta pecunia, & ignorabat, quoniam dicta pecunia non videretur vendita. arg. l. j. ff. de his quæ in testa. delen.

16 QVid autem † in creditore qui reperit thesaurum in domo vel fundo pignorato? dic quòd p̃ medietate diuiditur. tex. est ad literã in l. si is qui. §. fi. ff.

17 de acquir. rerum domino. ¶ † Quid autem in vsufructuario, qui reperit thesaurũ in re in qua habet vsum fructũ? dic prout in d. l. si is q̃. hîc antè allegata. ¶ Aut verò q̃s reperit in fundo alieno, & tunc sic distingue, aut à casu inuenit, vt arando, vel alio quocũque casu, nõ studio perscrutãdi, nec data opera, tunc medietas est inuentoris, alia verò medietas debet esse domini illius loci, vbi repertus est thesaurus. d. §. thesauros. & d. l. j. aut verò inuenit data ad hoc opera, & nõ arte magica: & tunc inuẽtor nihil debet habere, siue hũc thesaurum inuenerit domino volente; puta quia sit mercenarius ad hoc locatus: vt tenet glos. in d. §. thesauros. & Io. Fa. & Ang. ibi, siue etiam domino ignorante, & eo inuito. d. l. j. C. de thesau. circa medium, quia totus acquiritur domino, dictis iuribus. ¶ Dicit

18 tamen Florianus in l. statutæ. ff. de vsufruct. † quod si thesaurus inueniatur per canem ad id doctum, cedit domino canis, quod rarò contingit, ideo nõ est multũ insistendũ. Et ita dicit refert & sequitur Iacobinus de sancto Georg. in l. singularia. col. ij. ff. si cer. pet.

19 *Pecuniam in terra condere, & de thesauris effossis & inuentis.*

ADDITIO. † Aduerte tamen an liceat pecuniam abscondere subtus terram, vide in l. peregrè. ff. de acqui. poss. & vide Matthæũ de afflictis in constitution. regni Siciliæ, in constitutione quæ incipit, dohanæ secuti. in prin. vbi ponit de thesauro. Et an competat aliqua actio vel interdictum si abscondero pecuniam in alieno solo, & dominus non vult quòd fodiam in suo vt inueniam pecuniam absconsam. †

AVt quis reperit thesaurum in loco proprio Cæsaris, hoc est principis non recognoscentis superiorem, & tunc, si data opera, nihil lucratur, sed totus acquiritur principi. Si verò reperit casu fortuito, tũc dimidia est inuentoris, & dimidia principis. l. iij. §. fi. ff. de iure fisci. & in c. vnico, quæ sunt regalia. p̃ gl. &

20 doc. ibi. † Eadem est distincto faciẽda de thesauro reperto in locis fiscalibus, aut in locis religiosis, licet quidã voluerint dicere q̃ thesaurus repertus in loco religioso sit in totũ inuentoris: p̃ dictũ. §. thesauros. Et ad hoc etiã vide gl. in dictis locis. & in l. j. in princi. ff. de rerum diuisio. Sed cum hodie religiosæ sint ecclesiæ, nunquid ecclesiæ applicabitur? dicam infrà.

AVt verò thesaurus reperitur in loco qui in nullius bonis est, & tunc totum est inuentoris, vt te-

21 nẽt Cy. & Bal. in l. itẽ lapilli. ff. de rer. diuisi. ¶ † Quæro, q̃d si reperiatur in ecclesia vel fundo ecclesiastico thesaurus, nũquid acquiratur ecclesiæ? facit tex. in d. §. thesauros. & in d. tit. quæ sunt regalia, q̃ nõ, sed inuentoris. & idẽ facit text. in d. l. iij. §. fi. ff. de iur. fisci. ¶ Sed contrarium tenent Aluaro. & Cardi. Alex. scilicet q̃ debet acquiri dimidiũ ecclesiæ. mouetur, quia ecclesia habet dominium dictæ rei. l. fi. C. de sacr. eccl. Ergo debet habere dimidiam partem tanquam dominus rei: vel totum, habita distinctione de qua suprà, scilicet quia aut casu fortuito, aut data opera.

22 ITem † etiam, quia ecclesia non debet esse deterioris conditionis quàm priuatus, imò potius melioris: pater per titu. de statutis & consue. contra libert. ecclesi. in vsi. feud. & pro hac parte videtur sentire glo. in §. ferę. instit. de rerum diuisio. &c. ita etiam tenet Ioan. Fab. in d. §. thesauros. & Ioan. Pet. de ferrariis in sua practica Papien. in forma libelli, in actione reali, in glo. iure dominij, vel quasi. in iij. col. illius glo.

23 QVæro, † quid de equo, aut quolibet alio animali dimisso in pascuis à domino, vel eius famulo ad pascendum, nunquid dicatur, *espaue*, & sic oberrare, ita quòd comprehendatur sub hac nostra consuetudine? dic quod non, vt tenet in specie Bart. & Alex. in l. iij. §. Nerua filius. ff. de acquir. poss. itantum, quod occupans talem equum tenetur pœna legis, si quis in tantam. C. vnde vi, prout dicit ibi glos. in v. quæst. secundæ partis principalis, & ibi Bart. post glo.

IN TEXTV IBI, Aduenues & trouuées.

NVnquid requiratur apprehẽsio in territorio, an sufficiat sola inuentio illius animalis oberrantis? videtur quòd sufficiat sola inuentio ex aspectu oculi, cũ dicunt Aluaro. & Card. Alex. in c. j. quæ sunt regalia. in vsibus feudorum, quòd ad occupãdũ thesaurum solus visus sufficit, & non requiritur tactus, p̃ glos. fin. in §. item lapilli. instit. de rerum diuisi. ¶ † Tu dic, quòd verbũ inuenire simpliciter prolatũ, requirit apprehensionem, & captionẽ. Hinc est quòd si ali quis viderit animal oberrans, vel vacans in territorio alicuius domini, & cum voluerit ipsum apprehẽdere & retinere, & illud animal cœpit ita currere, q̃ nõ fuit apprehensum in illo territorio, sed in territorio alterius domini, nõ dicitur inuentum secundum cõsuetudinem: ita quòd acquiratur domino territorij, vbi primò fuit visum, cum verbũ, inuenire, requirat apprehensionem & captionem, ita est tex. ad hoc cõmuniter allegatus, in l. si Barsatorẽ. C. de fideiuss. Bar. in l. j. in vj. col. ff. de acq. poss. & in l. nunquã nuda. ff. de acqui. re. do. p̃ Cy. in l. licet. C. de acqu. poss. Ang. in l. mancipia. C. de seruis fu. & in l. qui seruum. ff. de ver. ob. cũ aliis alle. per Ale. consi. xxiiij. in xviij. col. in ij. vol. Hinc dicit Ang. in l. j. C. de peti. bono. subla. lib. x. † quòd si statutum punit inuentũ de nocte, non habet locum nisi fuerit apprehensus, per text. in d. l. si barsatorem. Et ita refert & sequitur Feli. in c. cum nõ ab homine. in iiij. col. de iudic. ¶ Hinc etiã dicit Ange. & Alex. in d. l. qui seruũ. ff. de verb. oblig. † quòd statutum puniens portantẽ arma, requirit quòd apprehendatur cum armis, & non sufficit sola inuentio. Ita etiã refert & sequitur Ias. præceptor meus in l. si priusquam. ff. de no. ope. nunciatio. ¶ Hinc cum assiderem capitaneo iustitiæ Mediolani, & semel fuisset discceptatus iste articulus corã me, eo quia p̃babatur quòd quidam portauerat arma, & visus fuerat p̃ tres testes: dubitabatur nũquid incidisset in pœnam statuti. dixi quòd non. Et propter hoc illustrissimus dominus Carolus de Ambasia magnus magister. Locumtenẽs regis in partibus Italiæ, fecit edictum vniuersale, addendo ad tale statutum, quòd si quis inuentus fuerit, &c. & fuerit visus, dummodo probatum fuerit per tres testes omni exceptione maiores. ¶ Hinc etiã dicit Baldus in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. † quòd si quis promiserit mihi soluere decẽ ducatos

1 *Dicta inuenire quid importet.*

2 3 4

quos

quos accepit à me mutuò, vbicunque fuerit inuẽtus, non dicitur inuentus, nisi personaliter fuerit citatus.

IDem puto de verbo reperire, cum vsus obtineat ꝙ inuenio & reperio nõ differant, secũdũ Laur. Val. elegãtia. ccc. quẽ allegat Feli. in c. ij. in iiij. col. de rescr.

5 *Inuenire & reperire quomodo differant.*

¶ Aduerte tamen, † quia propriè inuenire, est quod quæritur, reperire autem, quod fortuitò occurit: ita dicit Lucas de Penna in l. inter chartulas. C. de conuenien. fisci debito. lib. x. sed nihil allegat. & ita tenet & dicit differre Feli. in c. ij. ℣. allegato.

ADDITIO. Hanc differentiam facit Matthæus in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, si damna clandestina, in fine, allegans illud Ouidij, Tu non inuenta, reperta es.

HInc de verbo, reperire, ꝙ requirat apprehẽsionẽ & captionẽ, facit: nã cũ iure cautũ sit, † ꝙ dom⁹ 6 sit tutissimũ refugiũ. Hinc est ꝙ ex ea quis extrahi nõ debet. l. pleriq;. ff. de in ius voc. Decidit Bal. & Lu. Ro. & post eos sequit̃ do. me⁹ in d. l. pleriq;. in ij. col. in ix. ampliatione illius legis. ff. de in ius vocã. † ꝙ si aliquis sit repert⁹ extra domũ, & familia eũ insequẽte domũ aufugit, ꝙ nõ põt capi in domo, quia licet fuerit reptus extra domũ, tñ quia nõ fuit apprehensus nec captus, nihil ꝓfuit illa inuẽtio, nec nocuit illi, eò ꝙ solũ fuit repertus. Et dicit do. meus Ias. veritatis amator, ꝙ istud est tenẽdũ, quicquid teneat Bal. more solito sibi cõtrari⁹ in repe. magna l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fid. ca. vbi tenet contrariũ cõsiderato initio, per doctrinam Bart. in l. quod ait lex. §. j. ff. de adul. ¶ Vide Bald. in l. qs sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. ff. de ædil. edict. vbi dicit ꝙ si fuerit capt⁹ in aliena iustitia, tenet restituere. ¶ Sed quid fiet de pastore q amisit, seu perdidit istud animal, an teneatur restituere dño? Aduerte quia tenetur, nisi probet dolũ abfuisse. l. si quis ex argentariis. §. vlt. ff. de eden. Et idem in custode carceris. l. vlt. ff. de cu. & exhib. reo. † Nam custos tenetur de mala custodia, si lupus bestias comedat. l. qui mercedem. ff. locati. c. tres personas. xxiij. q. iiij.

IN TEXTV IBI, Au territoire.

1 *Territoriũ quid.*

QVæro † quid dicat̃ territoriũ? Dic ꝙ territorium est vniuersitas agrorũ infra fines cuiuscunq; ciuitatis. l. pupillus. §. territoriũ. ff. de ver. sig. Soci. cõsi. clxxxvj. † Et dictũ est territoriũ, eo ꝙ magistratus ei⁹ loci intra eos fines terrẽdi. i. submouẽdi ius habẽt. gl. pe. in c. fi. de cõsti. lib. vj. & à terrẽdo dictũ est territoriũ. per dictũ tex. in d. l. pupillus. Inno. in c. cũ ad sedẽ. de resti. spolia. in gl. in verb. cũ pertinẽtiis. & Io. An. in gl. in verbo, territorio. in c. vbi periculũ. §. porrò. de electio. lib. vj. Barb. in consil. suo xj. in ij. col. in j. vol.

2 *Territorium vnde dictum.*

3 *Territorium sonat superioritatem.*

Hinc est, † ꝙ cũ istud verbũ territoriũ, sonet superioritatẽ coërcitionis, vt d. l. pupillus, & c. licet causam. de ꝓba. ꝓprietas verò denotet idẽ dñiũ à formali vsu fructu, vel cũ eo coniũctum. vt C. de probatio. l. proprietatis. ff. de vsufr. l. ij. §. ne tñ. & vsufru. accrescen. l. j. §. interdũ. † appellatione territorij non venit ꝓprietas. ita Oldr. consi. suo clxxvj. incip. Factum tale est, in vertice. vbi in hoc comparat territorium & districtũ.

4 *Proprietas quid denotet.*

Denotat etiam in tantum habere ius superioritatis, ꝙ per territoriũ denotatur exercitium iurisdictionis. Clemen. ne Romani. §. sanè. de electio. & ita exponit gl. in l. quæcunq;. C. de fundis limitroph. lib. xj. ita Soci. in cõsil. clxxxj. inci. Visis articulis transactionis. in iij. col. in ij. vol. Vide Bal. in consil. cccxix. incip. Ad euidentiam præmittendum est. in prima parte.

ADDITIO. An autẽ appellatione territorij veniat mare: vide Matthæũ de afflictis in cõstitutione regni Siciliæ, quæ incipit, si damna clãdestina. in iij. col. in j. nota. vbi ponit qd veniat appellatiõe territorij. & de mari vide Petrũ Girard nota ꝙ mare. in suo singu. xv.

DIffert † autẽ territoriũ à districtu, quia districtus est spatiũ maris vel aquæ, munitũ iurisdictione. Territoriũ dicitur spatium terræ munitũ iurisdictione. ita dicit Bald. in rub. quæ sunt regalia. sed mihi videtur ꝙ istud non est verum, † quia etiã territoriũ dicitur in mari: vt patet p text. in d. c. vbi periculum. §. porrò, de electio. in vj. Et ideo dicit Cardi. in clemen. ij. quæ incipit, ne Romani. §. sanè. de electio. ꝙ districtus & territoriũ sunt idẽ. & vide quæ dicit in clemẽ. pastoralis. §. vt illud. de re iu. Ang. & Alex. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. † & dicitur districtus duob⁹ modis: seu 7 nuncupatur duplici respectu. Vno modo inquãtũ distinguitur à iurisdictione, & honore in eodẽ loco: & sic districtus, significat merũ imperiũ & mistũ inquãtum illa sonat in executionẽ vel factũ, dicitur enim à distringẽdo, & isto modo accipitur tex. & ibi per Ioã. An. Hostien. & Abba. in c. licet causam de proba.

5 *Territorium à districtu quo modo differat.*

6

DE huiusmodi differẽtia vide Iac. de sancto Geor. in l. fi. col. ij. ff. de iurisd. om. iu. & etiã ponit in l. cũ aliquis. C. de iure delib. qũo ꝓbantur territoria & fines: de quo statim dicetur, etiã quando iurisdictio inhæreat territorio aut personis. ideo etiã de hoc vide eundẽ Iacob. in l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iud.

SEcũdò dicit̃ districtus ad differentiã localẽ ciuitatis & eius comitat⁹: & isto modo cõiter accipit̃, vt habetur in d. cle. ne Romani. §. sanè. Et secundũ hunc modũ dicunt ibi Paul. de Leazaris & Pet. de Anc. † ꝙ 8 statutũ loquẽs de ciuitate & comitatu nõ cõprehẽdit districtũ. Et ita dicit Frã. de Arè. in consil. lxxvij. inci. & ratio scribẽdi. † Dicẽs vlteriùs ꝙ nũquã bene vidit 9 declaratũ quid sit district⁹: vnde dicit quod ꝓpriè est dñium vel territoriũ accedens ciuitati in subiectionẽ vltra fines simul cũ ciuitate statutos, intra quos quicquid est, vocatur territoriũ. ff. de ver. sig. & comitat⁹, secundum Bal. in l. j. §. cùm vrbem. ff. de off. præf. vrb. quicquid autem de nouo accidit, nisi concedatur sub nomine comitatus, dicitur districtus, secundum Cy. & Bal. in l. etiam. C. de iur. dot. & sentit Pet. de Anc. licet istos non alleget in d. cle. ne Romani. §. sanè.

9 *Districtus quid sit.*

MVlta alia ad materiã districtus seruientia hîc nõ inseró, sed de his te remitto ad Feli. in c. Rodulphus, in xij. & xiij. col. de rescrip. & in c. licet causã, in prin. de ꝓba. ¶ † Quomodo autẽ ꝓbatur ꝙ vna terra sit de territorio alicuj⁹, do. Bal. in l. data. in xvj. col. C. qui ac. nõ pos. in vers. super ista cadit testimoniũ. dicit ꝙ qñ vertitur quæstio, an ager Titian⁹ sit de territorio Perusij vel Rhanubij, testes inducti vt ꝓbent, debẽt reddere rationẽ super iurisdictione. Et quia viderũt cõmunẽ Perusij ibi furcas erigere, vel malefactores ibi capere, vel viderũt homines illius agri ibi obedire, saltẽ in faciẽdo. ¶ Hinc dicit idẽ Bal. in l. iij. C. de nat. libe. p illũ text. † ꝙ ꝓbat ꝙ vnũ castrum, vel vna villa sit de territorio talis ciuitatis, eo ipso ꝙ ꝓbatur ꝙ vnum castrũ vel vila subibat onera illius ciuitatis: vel quia ibi soluebat collectas, & quædã alia in dictis locis. alle. & eundẽ Bal. refert & sequitur Ale. in cõsi. suo xliij. incip. De celerrima expeditiõe requisitus. in fi. in j. vol. ita etiã tenet Feli. in c. cũ Berthold⁹. in pen. col. de re iu. p tex. in §. si quis ex qualibet. in authen. quib. mod. na. effi. sui. col. vij. dicit etiam Soci. in cõsi. suo lxxxvj. in ij. col. in j. parte, probatur quòd vna terra sit de finibus territorij alterius terræ, quia est intra fines illius territorij. per ea quæ dicit Bald. in rubr. C.

10 *Quòd terra sit de territorio alicuius domini, quomodo probetur.*

de con

de contrah.emp.versi.xxij.quęro.Et Pau.de Cast.qui alleg.illũ tex.in l.j.ff.de acqu.poss.& circa istud dictũ ipse Soci. facit notabilẽ cõsiderationẽ in cõsi. cxxvij. inci.Visis capitulis.repetito,in cõs.clxxxj.Et dicit idẽ Bal.†ꝙ districtus & fines iurisdictionis,& earũ pertinẽtiæ probãtur diuersis modis. ¶ Primò præmittẽdo ꝙ interdũ loca territoriorũ sunt euidẽter & notoriè distincta,quãdoq; p vias regales, quandoq; p flumina,quandoq; per mõtes vel valles, quandoq; p lapides seu terminos,vel signa multum apparẽtia:& istis modis territoria cõmuniter distinguũtur secundum Ioã.An.& Gof.in c.cũ causã.de ꝓba. ¶Interdũ etiam ꝓbãtur fines iurisdictionũ p expressas, vel tacitas assertiones.vt C.de cõtrah.& cõmi.sti.l.optimã.& l.cũ aliquis.C.de iure deli. ¶Interdũ p vulgi opinionẽ, & iudiciũ rusticorũ,q in hac materia sũt duo testes magis idonei,q̃ alij,vt l.j.§.j.ff.de flumini. & quãtò sunt simpliciores & rustici,tãtò sunt credibiliores: qa nõ deponũt nisi de possessiõe facti,tãquã oculis suis sem per astãtibus sup ipsa loca.vt not.ff. de ver. obl. l. stipulatio ista.§.hæc quoq;. ¶Itẽ quandoq; probãtur p sẽtẽtias iudicũ & arbitrorũ.vt ff.de arbi.l.inter castel lianũ.& insti.de off.iud.§.fi. interdũ per perceptionẽ reddituũ.C.finiũ regũdorũ.l. si quis super. Quãdoq; ꝓbantur per appositionẽ custodũ in cõfinibus, vt ff. de fundo instru.l.si ita.§.mulier villæ custos. interdũ p exercitiũ†iurisdictionis,exactionẽ talliarũ,& similia.Per ista enim ꝓbãtur districtus seu territoria:tã in terra quàm in mari:imò in cælo & in aëre: qa vsq; ad cẽlũ debet esse libertas possidẽtis.vt in d.c.vbi pericu lũ.de ele.li.vj.s̃.alle.†& hoc modo furca significat dominiũ aëris,qa suspẽsi pẽdẽt in aëre:& ista est magna significatio meri imperij,†qa cõsistit ĩ quatuor,sicut sunt quatuor elemẽta:vt hîc antè dictũ est:ĩ igne, q̃n quis cõburitur ꝓpter maleficiũ, in aqua quãdo quis ponitur in culeo,& in amnẽ proiicitur.vt in l.j.C. de patribus q filios occiderũt.in terra, vt cũ quis in terra ꝓsternitur,& decapitatur.vt l.iij.C.de episc.audiẽ. cũ similibus. ista omnia dicit Bal. multũ notabiliter in cõsi.ccccxv.inci.qualiter ꝓbẽtur,in v. parte suorũ cõsi.quod est repetitũ in cõsi.cccclxviij,in tertia parte,& ĩ cõsi.ccccxx.in j.parte.nisi ꝙ in hoc vlt.in prin. ponitur factũ, super quo postmodũ factũ est cõsiliũ. in aliis verò nõ.& dicit Ale.in cõsi.xxiij.inci.Viso ꝓcessu causæ vertẽ.in v.vol.ꝙ si ꝓbetur quã exercuisse iurisdictionẽ in homines,& imposuisse eis onera, & ab eis exegisse, & ꝙ homines alicuius terræ obediãt alicui,per tales actus probatur quod illa terra est de territorio & pertinentiis alterius. Item adde quod p solutionem census probatur subiectio. Soci.in cõsil. suo lxxiiij.in ij.col. ¶†Sed an iurisdictio inhęreat territorio vel personis.Io.An. in c.cum cõtingat. de foro comp.dicit,ꝙ licet quis non habeat territorium,si tñ habet potestatem in certas personas,propter illas dicitur habere territoriũ.Et faciunt quæ dicit Bar. in l.j.in fi.ff.de iurisd.om.iud.de quo vide p Feli.in c.Rodulphus.in xij.col.versic.territorio.& ĩ ver. pædicta. de rescrip. Et de prædictis vide etiam Feli. in c. licet. de probatio.& Socin.in consi.suo lxxiiij.in ij.col.

12 Districtus & fines iurisdictionis & earum pertinẽtiæ, quomodo probentur.

Per expressas vel tacitas assertiones, Vulgi opinione.

Per sententias iudicum. Perceptione reddituum. Custodum appositiõe.

13 Exercitio iurisdictionis.

14 Furca signat dominium aëris.

15 Merum imperium consistit in quatuor.

Solutione census.

16 Iurisdictio an inhæreat territorio, an personis.

IN TEXTV IBI,

Sont & appartiennent.

AN dns acquirat directũ dominium vel vtile,vide do.meũ Ias.in l.traditionib⁹.col.iij.in ij.gl.C. de pac.Et de verbo,ptinere,vide l.verbũ illud ptinere.ff. de ver.sig.restringitur tamen ad causam specificatã in libello,Ioan.Petr.de Ferrariis in forma sententiæ definitiuæ.in gl.super verb.pertinere.& per eundem in forma libelli in actione reali, in glo. super verb. spectat & pertinet.Et vide gl.& doct.in c.inter dilectos. de fide instru.& an sit verbum directum vel obliquũ. Bar.in l.j.ff.de dona. in fin. & an sit directum vel cõmune.idẽ Barto.in l.fidei commissa.ff.de legat. iij. & per eundẽ Bar.in l.Scia.in fi.ff.de dona. causa mortis.

IN TEXTV IBI,

Hault iusticier.

QVis dicat habere altã iustitiã: satis dixi in rubrica hui⁹ cõsuetudinis,& põt cognosci ex his quę dicũt doctores in l.Imperiũ.ff.de iurisd.om.iud. & dic †ꝙ imperiũ dicitur & consistit in quatuor, sicut sunt quatuor elemẽta. Nã sunt q habẽt potestatẽ in aëre, vt quia furcas habent,vt suspẽdãtur malefactores.Itẽ in igne:quia cõburũtur.In aqua,quia ponũtur in culeo,& in amnẽ proiiciuntur. C.de patribus qui filios occide.In terra, vt cùm quis in terra ꝓsternit & decapitatur, vt l.iij.C.de episc.audi. talis dicitur habere magnũ imperiũ.ita Bal.ĩ cõsi.suo.ccccxlv.inci. Qualiter ꝓbentur.in j.col.in v.parte. ¶†Itẽ aduerte ꝙ ille q est iustitiarius in aliqua terra,habẽs ibi iurisdictionem,licet alius habeat proprietatem,potest se dicere dñm.Panor.in c.pro illorum. de pręben. per illũ tex. qui hoc videtur dicere.dicam infrà,in §. *le droit de indire.* ¶ Sed quid si sint duo domini qui habeant ius p præuentionem,vide Bar.in l.si maritus.ff.de adul.

SEd quæro,† nunquid ille qui habet executionem *du bacon*,dicatur maior.In pluribus enim locis huius patriæ aliquis habet condemnationẽ,alter habet executionem:quis istorũ dicatur habere altã iustitiã, gl.multũ nota.in l.j.ff.de iurisd.om.iud. & ibi Alex.& Ias.dicũt ꝙ maioris iurisdictionis est executio, quàm pronũtiatio.Et ideo dicit Bal. ꝙ aliquãdo sunt aliqui iudices q possunt pronuntiare,& nõ exequi,& tũc is qui potest exequi est maior.Vnde dicit Pan. in c.sup quæstionũ.in §.porrò.de off.dele. ꝙ iudex qui habet exequi,habet iurisdictionẽ in executionis actu.Et dicit Panor.in c.pastoralis.§.qa verò, de offic. deleg. ꝙ iudex qui habet exequi sententiã alterius iudicis, nõ est illo inferior.vide gl.j̃.in hoc eo.ti.§.*quand le signe*, in verb. *le Seigneur hault iusticier.* Vigobertus† tamen Heduẽ.qui habet exequi sententias Baliui Heduẽ.nõ dicitur eo maior: qa à Vigoberto ad Balliuũ appellatur,ideo,&c. dicam alibi amplius. Et adde quæ dicit Bal.in l.si quis filio.§.irritũ.ff.de iniu.rup.test. † ꝙ in causis capitalibus propiè ipsa sentẽtia dicitur esse de mero imperio secundũ aliquos ibi:sed dicit ipse ꝙ nõ solũ sentẽtia,sed & processus,causa,& executio. dicit tñ ꝙ ille qui habet sententiæ prolationẽ,habet merũ imperium,& nõ ille qui habet cognoscere,tamen nõ põt diffinire. quod facit pro Vigoberto Heduen. de quo hîc antè dixi, qui licet non possit cognoscere de causis capitalibus secundum hæc tempora(licet olim vitæ & necis potestatẽ habebat in suos,) tamẽ habet prẽferre sententiam Balliui,seu eius Locum tenentis ad personam cõdemnati:& illa prolata, exequi facere.Dicit tamen idem Bal.in c.j.§.j.in iij.col.in ti.quid sit inuesti.& Oldra.cõsil.vj. † ꝙ si ad vnum pertineat condemnatio,ad alium executio:ille ad quẽ pertinet executio,potest erigere furcas altero inuito:ergo habet merum imperiũ,cùm erectio furcarũ sit meri imperij.Et habetur.j̃.hoc eo.tit.§.*quand le signe de haulte iustice*, &c. Ergo cùm ad Vigobertum pertineat executioni demandare sententiam Balliui,sequeretur ꝙ deberet habere merum imperium: quod tamen non

1 *Imperiũ consistit in quatuor.*

2

3 *Executionem habens dubacon, an sit maior.*

4 *Vigobertus Heduẽsis non est maior Balliuo.*

5

6

est verum,

BIU Cujas

est verũ, quia istud debet facere per modũ subiectionis,& non per modum superioritatis.¶Adde tamen, quia vt dicit Anto.de Butr. in c.ad audiẽtiã nostram, ext.de consuet.†non valet statutum vel cõsuetudo p quod vni tribuitur cognitio,& alteri facultas iudicãdi.Cõtrarium tamen tenet Barba.in d.c.ad audientiã nostrã. vbi dicit, ꝙ ille text. nõ probat notabile Ant. & alle. ibi plura iura, vbi quis in multis casibus cognoscit,& alius diffinit,& vide gl. in c. cùm ecclesia. ext.de cau. pos. & proprie. Et ad prædicta dic ꝙ verũ est, ꝙ ille qui exequitur iure ꝓprio,est maior eo qui profert sententiam.Secus si tanquam inferior & subditus maiori, vt dicit Iacobus de Beluiso in practica iudiciaria in criminalibus,titu.de fuga reorum. xiiij. col.dic tñ ꝙ ille q cõdemnat,habet confiscationẽ.vide Bart.in tracta.Tyberiadis.col.ij.ad principium.

§. SECVNDO.

LE Seigneur haut iusticier qui a droict d'auoir & prendre espaues,prend celles qui aduiẽnent en sa iustice & seigneurie, & les garde par l'espace de xl. iours, durans lesquels xl. iours, il doit faire crier par trois edicts huictaues, lesdictes espaues au marché du lieu, s'il y a marché, ou au plus prochain lieu d'ilec où il y aura marché: ou és lieux accoustumez, ou és egliſes voisines à la messe parrochiale. Et si durant lesdictz xl.iours, celuy à qui est ladicte espaue vient, & la preuue estre sienne, elle luy est rendue, en payant les despens que ladicte espaue a faict, si c'est beste pasturant. Et si dedans ledict terme de xl. iours il ne viẽt, le Seigneur l'applique à son proffit,apres lesdicts quarante iours passez. Et ne la pourra ledict haut iusticier appliquer à soy, iusques à ce que lesdictes solennitez seront accomplies.

ICsta cõsuetudo est etiã in comitatu Burgũdiæ,in tit.*des iustices*, §.viij.& in comitatu Niuernen.§. ij. ibi, *& pour faire ladicte declaration*,in tit.*des iustices*.

IN TEXTV IBI,

D'auoir & prendre.

1 *Habere verbũ quot modis accipiatur.*

ISte est præposterus ordo, quod an vitiet, vide in l. præposteri.C.de test.†Et verbum habere, dupliciter accipitur.l.habere duobus,ff.de verb.sig.Et refert dicere,apud te habes,& penes te habes.l.penes. ff.de verb.sig.& capitur cum effectu,l.nomẽ.§.fi.ff.eo, tit. & vide Bart.in l.j.§.hoc interdicto.ff. ne quid in loco publico.vbi verbum habere, refertur ad conductorẽ tantum.& an sit verbum directũ, vide Bar.in l. fideicõmissa.§.hæc verba.ff.de lega. iij. & an denotet dominiũ,Bart.in l.j.§.potestatis.ff.de pecu.Et an trahatur ad futura,Bart.in l.certarum,in fi.ff.de testa. tute.

IN TEXTV IBI,

Prend.

ADuerte, quia aliud est capere, aliud recipere. vt dicit tex. in l.aliud est capere. ff. de verb. signif. ¶†Et aliud est capere, & aliud accipere, quia capere intelligitur cum effectu, & accipere sine effectu. Et capere est etiam propria authoritate, sed accipere de manu alterius. ita dicit Philippus Decius in regula iuris,non videtur quisquam,ff.de reg.iuris.

1 *Capere & accipere quomodo differant.*

IN TEXTV IBI,

Par l'espace de xl. iours.

QVæro,pone ꝙ aliquis dominus tenet vnum animal oberrans,per xx.dies,& pendente illo tempore,fecit fieri proclamata,postmodum illud animal recessit & aufugit,& iterũ apprehensum fuerit,& factum aliud proclama: & tenuit ipsum dominus per alios xx.dies, nunquid dicatur iste dominus applicuisse formã & solennitatẽ nostræ consuetudinis,ita ꝙ illud animal efficiatur dñi illius?¶Videtur primò ꝙ sic,per tex.multum not.in l.Paulus.§.fi.ff.de lib.cau. vbi dicit text. ꝙ si relinquat libertas seruo, si triẽnio cõtinuo seruierit, tñ si antequã tẽpus triennij sit cõpletũ,recesserit à seruitio, si postmodũ tẽpus triennij perfecerit,dicitur adimpleuisse conditionem,quę tñ est specificè adimpléda.¶Ecce ergo quomodo etiam admittitur cumulatio temporis, etiam in his quæ sunt de forma,licet etiã tempus debet esse continuũ. Multò ergo fortius in casu nostro,vbi non est forma, nec etiam tempus debet esse continuum.¶Ad idem facit tex.in l.seruus qui testamento. §. j. ff. de statu li. †vbi seruus qui debebat operas dare p septennium, si aufugit per annum, non dicitur seruiuisse per septennium,nisi postmodũ cõpleuerit illũ annum.¶Ecce ergo quomodo admittitur cumulatio temporis,igitur in casu nostro admittetur etiam ista cumulatio.

1 *Casus plures de cumulatione & continuatione temporis.*

IN contrarium videtur facere tex.in l.pe. C. de domest.& prote.lib.xij. vbi effectus peracti temporis nõ cõsideratur qñ quis decessit,& nõ cõtinuò perfecit tẽpus.quẽ ad hoc alle.Alex.in cõsi. suo liiij. incip. viso pũcto subtiliter.in ij.col.in iiij.vol.Idem Alex.in cõsi. suo xxxiiij.in v.vol.facit dictũ Bar.in l.fi.§.quoties.ff.de publicanis.†vbi nouitius nõ dicit ꝙ stetit p sex mẽses,& recessit,& postmodum iterũ stetit per alios sex menses,quia ista tempora nõ coniunguntur. quem tex.ad hoc allegat do.meus in repe.l.admonẽdi.in xc.col.ff.de iureiur.& in l. si idẽ. ff. de iurisd. omiu.& idẽ Alex.in d.cõsi.¶Hinc dicit Ang.in l.quoties in stipulationibus.ff.de verb.oblig.& Alex.in d.l.si idem, † ꝙ si statuto caueatur ꝙ q steterit in carceribꝰ per annum,debet liberari amore Dei,& aliquis stetterit in carceribus per sex menses: denuò incarceratus steterit per alios sex menses, nõ dicit stetisse p annũ, ita vt debeat liberari.allegat Spe.i tit.de statu p annũ. §.j.versi.xxxvij.cũ multis aliis.ponderant etiã dictionem,per,quæ denotat perfectionem,l.vrbana.§.pernoctare,ff.de verb.sig.quæ etiam veniet ponderanda in consuetudine nostra.facit etiam dictum Ang. in §. hæc autem tria,in procemio digest.vbi dicit de statuto ciuitatis Senarum quo cauetur, quod quicunque retinuerit bannitũ duobus diebus puniatur in mille florenis:ꝙ si quis retinuerit bannitum vna die,& per interuallum plurium dierum postea retinuit alia die, ꝙ talis retinens sic bannitũ non debet puniri pœna statuti:& refert se vidisse determinari p gl.ibi,in verbo,denarũ,ga tales dies ita separati,nõ debent iungi.

2

3

Quid

4 Cumulatio tẽporis in fauorabilibus admittitur.

QVid dicendum in hac nostra consuetudine? do. & o. distinguũt,† ꝙ aut sumus in materia fauorabili, & tunc admittitur accumulatio, per d.l. Paul⁹. & l. seruus ꝙ testamẽto, ſ. alleg. quæ loquuntur in libertate, quæ qdẽ libertas est multũ fauorabilis, cũ eadẽ sit causa libertatis & piæ causæ. tex. est ĩ l. j. §. sinautẽ, in verb. ad hanc pietatis rationẽ. & ibi Bal. C. de seruo cõmuni manu. no. Bar. in l. proximè, ad finẽ. ff. de his quæ in test. delẽt cũ aliis infinitis allegatis ad hoc per do. meũ in l. quidam existimauerunt, in iiij. col. ff. si cer. pet. & l. si vnus. C. de testa. & in l. captatorias. in pe. col. C. de testam. mili. & in l. dedi. *la premiere*, §. idẽ erit, ff. de condict. ob causam. & in l. j. §. si quis ita. ibi, vltra omnes stringe. ff. de verb. oblig. ¶ Hinc per hãc differentiam voluit dicere idem do. meus in d. l. si idẽ. quòd cùm liberatio quæ fit de incarcerato amore Dei, qui stetit per annum, sit fauorabilis, debet liberari qui stetit per sex menses, & iterum per sex mẽses cum interuallo, quia debet fieri cumulatio temporis. Non enim ista liberatio est ita fauorabilis: cùm si sit in carceratus pro delicto, fauorabile est, & reipublicæ vtile quòd puniatur, cùm reipublicæ interſit, ne delicta maneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. ¶ Aut† verò sumus in materia odiosa, & tunc dicunt docto. quòd non debet admitti cumulatio temporis, per iura superius allegata.

5 Cumulatio temporis in odiosis non admittitur.

QVid dicendũ in casu nostro? Si dicas in casu nostro est tẽpus, ergo est de forma: & qui non obseruat tẽpus, dicitur nõ obseruare formã. Bald. singulariter in aut. quæ supplicatio, prope fi. C. de preci. impera. offeren. per tex. in l. si oportet. §. consequens. ibi: non aliter audiri, si non fuerit conseruatũ constitutũ tempus, ff. de excu. tuto. Dominus meus Ias. in l. iij. §. denique. in ij. col. ff. de iureiur. in l. ij. §. prius, ĩ ij. not. ff. de vulg. & pup. Et latè in dicta authẽ. quæ supplicatio. Feli. plenè in c. cùm delicta. in ix. col. ext. de reſcrip. ¶ Poteris dicere quòd in d.l. Paulus, erat etiã tempus continuum de forma, cùm erat appoſita cõditio, quæ est de forma. Bald. in authen. matri & auiæ. in j. col. C. quando mu. tutelæ off. fun. potest. & tñ ibi admittitur cumulatio temporis: igitur &c. Dicendũ est ꝙ cùm hæc nostra consuetudo sit odiosa & nõ fauorabilis, cùm dominus re ſua ſine facta & culpa ſua priuetur, ꝙ tale tempus non poterit cumulari, imò requiritur quòd sit continuũ. arg. ſupradictorũ.

IN TEXTV IBI,

Durant leſquels.

ADuerte, ꝙ proceſſus factus poſt tempus ſtatutum à lege vel ſtatuto, est nullus. Bald. in l. j. properandum. in prin. col. iiij. verſi. circa iſtam materiã. C. de iudi. Faciũt quæ dicit Feli. in c. paſtoralis, col. xj. ext. de excep. imò ſi à iudice aliud tẽpus aſſignaretur, talis aſſignatio eſſet nulla. Bal. in l. fi. §. ſed quia per illũ tex. C. de iur. delib. Fel. in dicto loco. Cogita bene hoc ꝑpter multos caſus ſuperueniẽtes in hoc paſſu.

IN TEXTV IBI,

Crié par trois edicts.

ISta noſtra conſuetudo & præcedens, videntur eſſe introductæ ꝑpter dictũ Ang. in l. ſi vacantia. in v. col. repetitionis illius l. C. de bo. vacã. lib. x. ſed videtur quòd dictũ Bar. ſit cõtrariũ, in l. rem quæ nobis, in fi. ff. de acqui. poſ. dicit enim Ang.† ꝙ bona quæ ignorant cuius ſint, ſi fiat proclamatio de eis, ratione proclamationis dicuntur vacantia, ſi non appareat dominus, & tunc fiſco ſunt applicanda. Et tamẽ dicit Bartol. vbi ſuprà, ꝙ talia bona ratione proclamationis ſunt in nullius bonis, ergo fiunt occupãtis, & nõ domini terræ ſeu fiſci. & iſtam differentiam Bart. ſuprà relatam, retulit Alex. in conſi. ſuo iiij. incip. videretur ex his, in vij. col. in ij. vol. Vide ad hoc, vt iam dixi ſuprà, Alex. & Iaſ. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poſ. & vide quod conſuluit do. Fede. de Senis conſil. cvij. incip. domine Franciſce. vbi dicit, quòd ſi res aliquæ reperiantur in agro meo, nec fuerunt per dñm eiectæ (& ſic pro derelicto adhuc haberi non poſſunt) quòd talis cuius est ager nõ poteſt has retinere, donec facta fuerit proclamatio per iudicem loci, cõſuluit tamẽ, quòd ſi nõ reperiatur dominus, quòd ſe curior eſt via quòd vendãtur & pauperibus diſtribuãtur: & iſtud conſilium allegauit Alex. in l. prætor ait. §. de eo. ff. de dam. infect. ¶† Olim iſta edicta ꝑponebantur in albo Prætoris. Bart. in l. & poſt. ff. de iudic. ſed hodie fiunt per nuntium. vt Bar. ibi glo. verò in authẽ. qui ſemel. C. quomodo & quando iu. dicit, ꝙ talia edicta fiebant in quadam dealbatione in prætorio. Item fiebant per voces. Item per nuntium, quod magis eſt in conſuetudine. & vide per Bar. & alios in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex.

vacantia & cui cedant.

2 Edicta per quem proponantur.

ISta enim† proclamata debẽt, vt moris eſt, fieri voce præconis, vt in ij. cõſtitutione C. circa finem. ibi, edictis ex more ꝑpoſitis. ita dicit Bart. in extraua. ad reprimendũ, in verſi. publice. & dicit ibi, quòd ſufficit quòd notarius vel præco referat ſe præconizaſſe ꝙ ciuitatẽ in locis publicis, vel etiam in locis conſuetis ſe præconizaſſe, etiam ſi non exprimantur loca, nam talia loca cõſueuerunt eſſe notoria, & ſic expreſſio nõ eſt neceſſaria. ff. de contrah. emp. l. cum ſeruo. §. fi. & dicit Bar. quòd ita obſeruat conſuetudo. Cautius tñ erit ſi de hoc fiat ſcriptura, ſicut dicit idem Bar. de tẽpore quo debeant durare proclamata. nã licet diſpoſitione iuris tale tẽpus nõ ſit introductum, & ſic debeat eſſe arbitrarium. l. j. ff. de iure delib. & ſic nõ debuiſſet de eo fieri mentio per præconem: dic tamẽ ꝙ cùm hoc ſit per cõſuetudinẽ ſtatutum tempus, ſcilicet octo dierum inter quodlibet proclamatũ, debet fieri mentio de tali tempore in ſcriptura proclamantis, vt omnia ſint ſolenniter facta. ¶ Et ſufficiunt generaliter iſta proclamata in omnibus vbi non eſt certa perſona quæ requiri poſſit. Inno. in c. fi. qui matri. accuſa. poſ. faciunt ea quæ dicit Zabarella in conſil. ſuo lxxiiij. incip. in nomine indiuiduæ trinitatis, Amen. Alleg. Abb. in ij. col. vbi allegat dictũ Inno. ſuprà relatum. & ibi Panor. & in conſi. lxviij. in ij. col. & hoc probat tex. in authen. ſi omnes. C. ſi minor ab hær. ſe abſti. & ſunt quædam citationes, vt eſt tex. in auth. ꝙ ſemel. C. quomodo & quando iudex. ¶ Et iſta proclamata facta in ciuitatibus ligant tantùm exiſtentes in ciuitate, vt dicit Roffredus Beneuentanus in libellis ſuis, in rub. ſi quis ius dicenti nõ obtempera. & ideo ſi qs vellet probare ignorantiã, puta quia erat abſens, auditur, ita quòd non ligatur: cùm vt dictum eſt, proclamata non ligant ignorantes. vide in hoc Panor. in conſi. xxxv. in j. vol. Zabarellam in conſi. xxxiij. & in conſi. xl. Alberi. de roſa. in rub. C. ne filius pro patre. in vlt. col, vide etiam. l. interdum. §. licet. & §. diui. ff. de publi. ca. vbi ignorantia craſſa ſupina non prodeſt.

3 Proclamata per quem fieri debeant.

1 Bona ratione proclamationis dicũtur vacantia & cui cedant.

ADDITIO. Quomodo autem intelligatur quòd conſtitutiones & proclamata nõ ligent ignorantes, vide Matth. de afflictis in conſtitutione regni Siciliæ, quæ incipit, homines. in ij. & iij. col.†

INſurgere video magnum dubium in hac conſuetudine. nam ſi iſta proclamata fiunt in locis hic ſpecifi

BIU Cujas

specificatis,nõ potest esse quòd nesciatur cuius sit, si ille qui amisit,fuerit illius dominij vbi fiunt ꝓclamata. ¶Si verò fuerit absens,aut minor, non põt habere locum hæc nostra,consuetudo, per ea quæ nũc dicã. Et ideò consuetudinem nostrã limitabo duobus modis. ¶Primò limito nõ habere locum si res reperta in territorio fuerit alicuius absentis, cùm talia ꝓclamata nõ ligẽt absentẽ.not.in c.cùm in tua. qui matrimonium accu.possʃ.Alex.consil.xxxj.in v.vol.Barb.in cõsilio lxxx.incipiente,sapientissimus refert Iob. in iiij. vol. ¶Limito secundò non habere locum in minore, quia proclamata nõ ligant minores in præscriptionibus statutariis,vt est ista,maximè in dãno. per l. fi. cũ ibi not.per Bar.in fi.C.in qui.cau. in integr. restit. nõ est necesʃ.& dicit expresʃè Alex.in d.consi.xxxj.incip. ponderatis his quæ in themate mouẽtur. per Bar. in d.l.fi.& in l.etiam,*la seconde*.ff.de mino.† vbi præscriptio statutaria non ligat minores.Pan.in c.cõstitutis. de in integ.restit. ¶Nunquid autem talia proclamata ligent clericos?Vide Bertachinum in tract. suo de episc.in iij.parte secundæ partis principalis, in ij.col. ¶Quid si nõ faciat proclamare, & reperiãtur post xl. dies?vide tex.in c.non debet.xj.quæstio. iij.Et de ista notificatione & publicatiõe,vide Angel. aret. in §.fi. instit.de rerum diuisione.

Cõsuetudinis limitatio.

4 Præscriptio statutaria non ligat minores.

IN TEXTV IBI,

Huictaues.

OLim edicta habebãt interuallum decem dierũ, vt in l.per interuallum,ff.de iudi.& C. de iudi.l. properandum.§.j.Sed hodie triginta dierum inter edictum & edictũ,vt in auth.qui semel. C. quomodo & quando iudex.& dicuntur continui,vt dicit ibi gl. in verbo interualla. ¶Hodie verò apud nos hoc casu sunt de octo diebus in octo diebus, & de hac materia edictorum solennitate illorum,& an iudex possit mittere vnum edictum pro omnibus, vide gl.in c.j. de milite vas.qui cõtu.est.Et de citatione collegij vel vniuersitatis,vide Io.Fab.in §.omnium.insti. de pœna temere litigantium.

Edictorum interuallũ.

ADDITIO.Vide Mat.de afflictis, in consti. regni Siciliæ,quæ incipit,dubitationem iurisperitorum.in iij.not.vbi amplè,& dixi infrà in tit.*des forestz*. §.*gens de Poëte*,in glo.j.†

IN TEXTV IBI,

Au marché du lieu.

BAr.in d.auth.qui semel,hîc antè allegata,C.quomodo & quãdo iudex.dicit quòd præco hoc clamando dicit in platea,vel in aliis publicis locis,& an hoc sit notorium vel manifestum.Bar.ibi,& in l.scriptus.ff.de reli.& sumpt.fune.Et dicit Io.Fab.instit.in prin.†quòd illud dicitur esse notorium quod in iudicio fit,vel indicitur in ecclesiis diebus festiuis populo congregato, vel in publicis & magnis assisiis.Et quid si aliquis dicat hæc edicta ad se non peruenisse. vide gl.in ver.non probatur.lxxxij.distin.

1 Quæ dicantur notoria.

2 ADuerte † etiam quòd in mercato non fiunt executiones & pignorationes, nec etiam in nundinis.de mercato est tex.in auth.vt non fiant pignoratio.colla.v.de nundinis,Bal.& Sali.in l.j. C. de nũdinis.& vide Bertachinum in tracta. de Gabellis, in ij. parte viij.partis principalis.

IN TEXTV IBI,

Et la preuue.

Signis recognoscũtur anomalia.

ADuerte, quia animal per signa recognoscit,Bar. in l.stigmata, C.de fabricen.libr. xj. Et vide quæ dixi j͂.hoc eo.ti.§.vij.ĩ gl. *Et sera suffisammẽt reprouuée*. & §.viij.in gl.*le signe*.ver.j. ¶Et de signatura facta alicui rei,vt puta arborib.signatis in nemore,aut portis aut dolio vini,& aliis huiusmodi, an ꝑ eã tradat possessio,& transferat dominiũ:vide Ioan.Sanxon. in cõsue.Turoñ.ti.*des hypotheques*,&c.arti.ij.fo.cxxj.col.ij.

SI vis scire modos probandi dominium,vide plenè per Bar.Alex.& Moder.in l.rẽ quæ nobis.ff.de acq.pos.vide do.meũ Iaʃ.in §.omniũ.in xiij. xiiij. & xv. col.insti.de actioni.practi.Papieñ.in forma libelli, in actione reali,in gl.iure dominij. Et vide pulchram apostillam ibi in verbo,dominij.Bart.in l. ob maritorum.C.ne vxor pro marito.Soci.in consi. suo lxxxix. in iiij.col.dicit,ꝙ cum sit difficilis ꝓbationis, & per indicia probetur,c.tertio loco.de proba.gl. in l.cum res. C.de proba. quòd dominiũ non probatur per instrumẽtum emptionis solum, sine aliis adminiculis, per gl.in d.l.cùm res.per l.proprietatis. C. de proba.

Modi probandi dominium.

QVid † de instrumento locationis, nunquid ꝑ illud probat dominiũ ? dic quòd non. ita nota. in c.inter dilectos,ext. de fi.in stru.qñ prĩcipaliter deducit in iudiciũ.iuxta notata p Spe.in ti.de emphiteu.§. nũc aliqua.vers.lij.& vers.liij. ꝓbat in l. legata inutiliter.ff.de adimẽ.leg.Bal.& alij in l.ad ꝓbationẽ. C.loca.tamẽ qñ concurrũt alia indicia,instrumentũ locationis ꝓbat dominiũ,Ita tenet singulariter Bar. in d. l.ad probationem.Faciunt dicta per do.meum Iaʃ.in l.ij.lxxxiij,col.C.de iure emphyteuti. & per Soci. in consi.suprà alleg.& in consi. cclxvj.in iiij. col.& in cõsil.clxxxvij.incip.in controuersia.in ij.col. vide Abb. in consi.lxxv.inci.ciues quidã Senenses.in j.volu.vbi dicit,quòd † ꝑ solutionem census seu canonis pro ecclesia,probatur dominiũ directum. Vide etiã quæ dicit Alex.in consʃ.suo xij.in j.col.in iiij.volu.incip.Viso processu.Vide Feli.in c.cùm Bertholdus, in antepen. col.ext.de re iudi.vbi etiam pleniʃsimè ponit, quãdo per solutionem canonis aut pẽsionis rei locatę ꝓbetur possessio. Vide Guil.Bened.in sua repe.c. Rayn.in verb.& vxorem nomine Adelasiã.nu.cxvj.& cxvij.& cxviij.de testamẽtis. ¶Dicit & tertiò Soci. in d.consi. lxxix.ꝙ dominiũ ꝓbatur per æstimum prę sumptiuè: vt dicit Bal.in l.si pater.C.de actio.emp.per illũ text. Idem Bal.in l.quidam in suo.ff.de cond.instit.faciunt & alia allegata per eundem Soci. in d. consi.cui adde Bal.in l.indicia.C.de rei vendi.Bar.in l.quod in littore.ff.de acquir.re.do. Bart.in l.rura. C. de omni agro deser.lib.xj.Lanfran.de Oriano.in c.quoniã cõtra falsam.in verb.testiũ depositiones.in sua repe.ver. istud tñ not.ext.de ꝓb.vbi ponit ẽt satis amplè quomodo probetur dominiũ.& Alex.in consi.suo cxlvij. in vlt. col.in v.vol. inci. an marito supportãti onera. Idẽ Alex.in consilio suo clxxxv.in vltima co.in v.vol. idem Alex.in consi.xxxvj.circa medium j.col.in v.vol.Bal. in consi.xxxvij.inci.quidam narrans,in quinta parte. & in consi.j.in prin,in v.parte. Franci.de Arc.in cõsi. lxvj.incip.in præsenti consultatione.

1 Instrumẽtum locationis an probet dominium.

2 Census solutio probat dominium.

PRobatur † etiam dominium per tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium ẽt directum.Bal.in l.traditionibus in antepe. col. C. de pactis.per tex.in l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æstiua.quem tex.non inducit Bald. sed dominus meus Iaʃ.in §.omnium.in xiiij.col.suprà alleg. inducit sic:nam dicitur in d. §. † ꝙ longinquitas tãti temporis habet vim constituti:constitutum enim habet vim consensus.l.j.in prin.ff.de consti.pecu.& cõsensus inducit directũ dominiũ, vt vult Bal.in auth. nisi tricennalis.C.de bon.mater.igitur,&c.Idem Iaʃ.

3 Tempus immemoriale probat dominium.

4 Temporis immemorialis vis.

BIU Cujas

in d.l.traditionibus.Ang.in d.§.ductus aquæ. Alexã. consi.vj.inci.viso themate.in j.vol.& domi.Card.Floren.in consi. cxviij.inci.monasterium sancti Iuliani. dicit ℔ habet vim tituli.c.j.de præscr.lib.vj. & tex. in c.super quibusdam.§.præterea.de verb.sign. ¶Facit l. viros.C.de diuersis officiis.lib.xij.Cyn.in l.j.C.de emancipat.libero.†Feli.in c.de quarta.in pen.col.ext. de præscrip.& dicit Bal.in c.j.in j. col.in fi. quæ sunt regalia ℔ tale tempus habet vim priuilegij cõcessi à principe.℔ gl.in d.§.prẽterea,in verb. memoria. & ita refert do.meus las.in l.de ℔bus.in x.col. ff. de legi.

5 Gabellarum inductio. ¶Hinc est† quòd licet non sit licitum inducere gabellas nisi per superiorẽ.l.vectigalia. ff.de publica. tamẽ exactio vectigaliũ præscribitur tãto tẽpore cuius initij memoria non extat in cõtrariũ.ita tenet Bar.in l.si publicanus.in §.in omnib⁹ vectigalib⁹.ff.de publica. Bal.consi.cxij.in ij.parte,consuluit Panor.in cõs. suo xx.incip. Super quæstione vertente inter commune. Hinc etiam dicit Cardi.Flor.in cõsi.xxxviij.incip.dominus Comes.†℔ cùm ius nauigãdi sit de regalibus, & ad superiorem pertineat,non potest præscribi,nisi tali tempore cuius initij memoria non extat in cõtrarium.¶Adde† ℔ tale tempus non requirit allegationem tituli.Nam etiam requirit bonam fidem,vt dicit Io.Franciscus Balbus in suo tractatu de præscriptio. in tertia parte principali in vj.quæstio.in xxix.col. Et quãdo sufficiat allegare titulũ & probare tempus, vide eundem plenè in dicto tracta.in iij.parte principali:ibi,decimò quæro,in v.col. illius tertiæ partis. vbi amplè examinat materiam huius præscriptionis.

6 Ius nauigandi.

7 TAle enim tempus sufficit,cùm vim habeat priuilegij. † dicit ibi Cardinalis quòd tale tempus est centum annorum.allegat Cy.in l.ij.C.de seruitu.Dicunt tamẽ doctores in c.j.de prescrip.in vj.in glo.memoria,†℔ ad probandũ tale tempus,requiritur ℔ testes sint quĩquagintaquatuor annorũ, & deponãt de quadraginta.Et ibi est gl.notabilis quę optimè ponit quomodo probatur præscriptio talis, scilicet tãti tẽporis.Dicit tamẽ Guido Papæ quæstione cccccclxxiij. quod est necessaria probatio centum annorũ,que ℘batio qualiter fieri possit,ponit idem Guido in quæstione sua ecclvij.Quomodo põt fieri. Dicit ẽt Ale.in cõs.suo cxxxvj.in vj.col.in ij.vol.℔ testes debẽt necessariò dicere ℔ cõmunis opinio est nõ extare memoriã in cõtrariũ, quod nota singulariter. Et ℔ ita semper viderũt & audierunt à suis prædecessoribus, & ℔ nunquam fuit obseruatum cõtrarium.& ista sunt articulãda per aduocatos,aliàs reperient se deceptos in probatione:quia testes hoc nesciunt dicere nisi interrogentur,vide infrà,in ti.*des forestz*.§.ij.vbi posui modum articulandi hanc præscriptionem tanti tẽporis. ¶ Differunt tamen præscriptio tanti temporis cuius initij memoria nõ extat in contrariũ, & præscriptio cẽtum annorum,vt dicit Cardi. Flo. dictus Zabarella,in c.si diligenti.in fine,de præscriptioni.

8 *Tempus cuius initij memoria non existit, quod dicatur,& quo modo probetur.*

9 ADDITIO.Vide ad hoc Matthæum de afflictis in cõstitutione regni Siciliæ,quæ incipit, cũ vniuersis, in vj.notabi.in iij.lib.Et de probatione dicti tanti tẽporis,vide eundem Matthęum in cõstitutione quę incipit,quadragenalem.in penu.gl.eo.iij.lib. †¶ Et dicit Barba.in consil.suo xlj.in xj.& xij.col.in j.vol.†℔ ea quæ cõpetũt principi,& sunt Cæsaris,possunt acquiri & haberi,aut ex priuilegio,aut tanto tẽpore cuius initij memoria non extat in contrarium:cum tale tempus habeat vim priuilegij.Facit quod dicit cõsulendo Raphael Cuma.in consi.lxxxiij.in vlt.col.inci. Quia causa decimalis.Et dicit Soci.in cõs.suo cxxvij. in j.volu.quod est repetitũ in cons.clxxxj.℔ tale tempus habet vim priuilegij.& quod dicit Bal.in consil. ccccclxviij.in ij.col.in iij.parte, quod est repetitum in consi.ccccxlv.in quinta parte,†de pedagiis,passagiis & ordinariis,quia talia præscribi non possunt nec acquiri,nisi per tantũ tempus cuius initij memoria nõ extat in contrarium.Idem dicit Alex.in iure imponẽdi pedagia,in consi.lviij.in ij.& iij.col.in ij.vol.

10

11

COntra tamen omnia supradicta videtur tenuisse contrarium Cardi. Flo.in cõsi.lvij.inci.Magnifico domino Comiti.in j.col.quando dicitur, † ℔ ius conferẽdi beneficia non potest acquiri per laicum etiam per tale tempus,nec facit ad hoc,vt dicit,℔ tale tempus habet vim tituli & priuilegij, qa illud est intelligendum quod procedere debeat quo ad ea quæ quis potest possidere sine licentia principis, & sic nõ intelligitur in his quæ sunt per principem in priuilegium concedenda.ita tenent Io.Monachi, & Io.An. in c.ij.de priuileg.in vj.Soci.in consil. suo cclx.in pẽ. col.dicit,℔ licet tale tẽpus habeat vim priuilegii, nõ tamẽ est priuilegium.dicit enim, videmus quòd multa cõcedi possunt, quæ tali præscriptione nõ possunt quæri.vt in d.c.ij.de priuileg.lib.vj. ¶ Item argumẽtatio quæ fit de tali tẽpore immemoriali,℔ habeat vim priuilegij,intelligitur in capaci,quia in incapaci non valet talis argumẽtatio.Feli.in c.dilecto. de testibus. Et de materia præscriptionis decimarum, vide infrà tit.vltimo,§.*toutes choses prescriptibles*.& Boërium ibi allegatum,in addit.ibi posita.¶ Et vide etiam Matth. de afflictis in cõstitutione regni Siciliæ, quæ incipit, dubitatio.in v.co.ibi,tertiò pondero.vbi dicit, quòd id quod non potest concedi per priuilegium, non acquiritur tali prescriptione.†

12 Ius conferendi beneficia, nõ potest acquiri per laicum.

SEd cũ videas in hac materia præscriptionis decimarum,in tit.de prescriptione,§.j.vbi dicit ℔ nũquam possunt præscribi,nisi duobus concurrẽtibus, videlicet primò quòd tenentur per laicos in feudum ab ecclesia,& nõ sufficit ℔ habeãt denominationes à dominis temporalibus,sed requrit℔ doceãt de infeudatiõe ab ecclesia, aut saltẽ de denominationibus ab ecclesia,& non à dominis temporalibus.Secundò,℔ sit fama ℔ eas habuerũt infeudatas ante Lateranẽse concilium,& vide allegata per eundem ibi.

COntra etiam prædicta videntur facere quæ dicit Zabarella in consi.lxxxix.vbi dicit quòd licet ecclesia p̃scribat decimas alienas cũ titulo vel solo cursu temporis immemorabilis , nõ tamẽ laicus: qa tẽpus eum capacem efficere non potest,dicit An. Siculus in c.causam.de præscri.& in c.quanto.de consue. & in c.nouit.de iud.& Ant.de But. in c. peruenit. de censi.Bal.in l.oẽs.in fi.C.de p̃scri.xxx.anno. Domini. de sancto Gemi.in c.catholica.xj.distin.& in d.c.ij.de priuile.Barb.& Io.de Ana.in c.de hoc.de simo.ad qđ Barb.in c.nobis,de iure patro. sup verb. de sua iurisdictione.& c.℔ sicut.de electio.†vbi dicit℔ ille q est incapax ratione personæ, non facit se capacem p tale tempus.Et sic cum in decimis præscribẽdis laicus sit incapax,vt dicit Zabarel.laicus per tale tempus non præscribit decimas,& de hoc vide in c.cũ apostolica. de his quæ fiunt à præla.vbi omnes concludũt quòd quando currit fama priuilegij cum tali tempore, tũc etiam laicus potest præscribere decimas.Tenent Feli.& alij in d.c.causam,ext.de præscrip. Et vide decis. capellæ Tholosanæ ccccxxxix.& Io.de Imo.in consi. xxxviij.¶Ita etiam tenet Hippo.de Marsil.in singulari suo lxxx.incipi.tu habes quòd cursus. †¶ Per prædicta dixi quòd parochiani sanctæ Sabinæ Heduen. diœce

13 Incapax cum ratione personæ nõ facit tempus memoriale.

diœcesis,nō potuerūt præscribere ius ꝓcipiēdi quartā partē decimarū contra magistrū Antonium Rami, curatū dicti loci,fratrē meū vterinū, nec ēt ius percipiendi vnā partē oblationū.per c.quia sacerdotes. & c.hāc consuetudinē.x.q.j.etiā per tale tēpus, ex his q̄ dicta sunt.& faciūt quæ dicit Hosti.in summa de parochiis.Et vide ad prædicta Philippū Deciū, Barba. post Ant.Bal.Panor.& Are.in c.decernimus, de iudi. & vide Feli.in c.cū ex officij.in v.& vj.co.ext. de præscriptio. vbi dicit quòd requiritur allegatio tituli seu priuilegij.imò plus dicit, quod nō sufficit allegare titulū seu priuilegiū,in materia in qua non est verisimile ꝙ Papa aliquem priuilegiat.Ex quo dixi quòd q̄dā friuola allegatio tituli,seu cuiusdā priuilegij (qđ non verisimiliter concederet Papa)non profuit, nec prodest dictis parochianis. ¶Adde ꝙ simplex cōuētio allegata inter quēdā curatū alicuius ecclesiæ parochialis,& parochianos eiusdē nihil ei prodesse potest, cū non sit titulus validus.argumēto eorū quę dicit Pan. in c.dudum.in iiij.notabili, extrà de decimis. quē ēt allegat Guil.Bened.in sua repet.c.Rayn. in verbo, & vxorem noīe Adelasiā:nu.ciiij. de testa. vbi dicit ꝙ si ex tenore cōcessionis regiæ cōstet de nullitate tituli in feudis per textū in d.c.dudum. Et nota in tali materia,ꝙ nullus est titul⁹ valid⁹ in hac materia, nisi cōcessio in feudum ante concilium Lateranense,secūdū quod notatur in dicto c.cum apostolic.vel priuilegiū apostolicū,vt satis colligi potest ex dictis Ioānis Frāciſci Balbi in tractatu suo de præscriptio.in quīta parte principali.in xv.xvj.xvij.& xviij.col.v.partis.Et etiam contra prædictam conuentionem opponebat quòd nō erat causa specifica,sed erat causa in genere, quæ nō sufficit.Bar.in l.cū de in rē verso.ff. de vsuris.

14 ADde†quòd in præscriptione tanti temporis nō requiritur scientia illius cōtra quem præscribitur.Ita tenet do.meus Iaso.in l.imperium.in viij.col. ff.de iurisd.omn.iudi.qui multa ad hoc alleg.Felin.in c.cum nobis .in iiij.col.extrà de præscript.Bald.tamē in consi.cccxx.incip.verba rescripti magnifici. in iij. parte,videtur tenere cōtrarium.Nam, vt dictum est, vectigalia non præscribuntur nisi in tanto tēpore:vt etiam tenet ibi.Et tamen tenet ꝙ in præscribēdis vectigalibus requiritur scientia illius contra quem prę scribitur.Nunquid autē per aliam præscriptionē minorē acquiratur dominium directum,ponit Fel.in c. cæterum.versi.an per præscriptionē.extrà de iudi.Soci.verò in suis fallentiis in litera D.in xcvij.fallentia. ponit regulam cū quatuor fallentiis. ad quē recurre.

15 Dominium probatur per famam antiquam. ITem † etiam probatur dominium ꝑ famā antiquā prout dicit gl.singularis in l.atqui natura. §.cū me absente.ff.de neg.gest. quam glo. dicit esse singularē Ang.in l.Titius.ff.quib.mod.pig.vel hypo.solui.& idem Ang.in d.§.cū me absente. dicit se obtinuisse:& istud refert Barb.Siculus in consil.suo viij.incip.Scribitur præclarè apud prophetam.in ij.co.in j.vol.& Alex.in consi.iiij.in vj.col.in iij.vol.Barb.in consi.vj.in vij.col.in ij.vol.dominus meus Ias.in repetitiōe.l. ad monēdi.in lxxxiij.co.ff.de iureiur.& dicit Soci. in cōsil.suo.lxxxvj.in j.volu.quod incipit,consiliis nostris trinus Deus.in ij.col.quod est repetitū in cōsi. clxvj. ꝙ per communem opinionem & famam antiquā ꝓbatur dominium.allegat infinita. Et dicit idem Soci. in cōsi.suo clxxxvij.in iij.col. quòd ita est communis opinio,quicquid voluerit dicere Abb.in c.veniēs. de testi.Idem dicit Ale.in cōs.j.in fine.in iiij.vol. sufficit enim,vt dicit, quòd testes dicant cōmunem opinionem & famam fuisse quòd à tempore centum annorum &c.talis res fuit talium prædecessorum.Dicit ēt Fran.de are.in cōs.suo xv.incip. reuerendissime pater & domine.in ij.& iij.col.ꝙ dominia maximè vniuersalia probanē per famā,si testes reddant causam sui dicti.Notanter dicit, si testes reddant causam sui dicti: quia quacunq; specie probationis dominij,semp requiritur quòd testes deponētes super eo reddāt causam sui dicti,etiam si non fuerint interrogati. Bar. in trac.de testibus.versi.testis dicit aliquē.in ij.co.ita tenet Inn.in c.cum causam.de testi.Bar.& alij in l. solā. C.de testi.Bal.in l.conuenticulam.C.de epis.& cle.imò fortiùs,si testis deponat super dominio:& dicat, qa vidit & audiuit, adhuc nō sufficeret nisi aliter specificaret causam.ita tenet notabiliter Io. de Imo.in l. sciendū.in x.col.ff. de ver. obl. quē refert & sequitur Alex.in cōsi.cxlviij.incip.excellentissime domine vicarie.in ij.vol.Et ista refert & sequit̄ do.meus Ias.in l. ait prætor. *la secōde.* §. si petitor.in j.col.ff.de iureiur. & maximè istud procedit cum ꝓbatur dominiū ꝑ famam:vt dixi antè:† quia etiam testes deponentes super fama debent reddere rationē sui dicti, etiam non interrogati:vt notat Inn.in c.cum causam. de probatio. non enim sufficit simpliciter probare famam. vt dicit Bar.in l.de minore,§.plurimum in fi.ff.de quæstio.& Bald.in l.proprietatis.C.de probatio.sed oportet probare causas vnde fama traxit originem. l. decurionum.C.de pœnis. ita refert & sequitur Alexan. in consi.suo lxxij.incip.Inspecto diligenter processu. in pen.col.in j.vol.¶Item†dic quòd testis interrogatus super fama nesciens quid sit fama, non probat. Fel.in c.cum contingat.in iiij.col.de rescrip.

16 *Deponens super fama reddere debet rationē dicti sui.*

17

18 *Casus in quibus testis tenetur reddere rationē dicti sui.*

MVlti † sunt alij casus in quibus tenetur testis rationem sui dicti reddere, etiam si non sit interrogatus, quos incidenter hîc inserere cum præcedētibus decreui.

TErtius ergo casus est quādo testis est interrogatus super causa criminali.Ita tradit Sali.in l. fi.C. de probationi.Ale.in cōsi.suo xl.inci.Viso ꝓcessu inquisitionis formatę.in v.col.in j.vol.do.meus in l.ait prætor.*la premiere.*in pe.col.ff.de iureiur.& in sua diuina & aurea repetitione.l.admonēdi. in xciij.col.ff. de iureiur. & vide quæ dicit Soci. in suis fallentiis in verbo,testis interrogat⁹,in v.fallētia, cui⁹ dicta nota.

ADDITIO. Quoniā hîc est quæstio de probatione in criminalibus secundum l. fi. C.de ꝓbatio.aduerte qm̄ illa lex contra opinionē aliquorum tenet in terminis, ꝙ ēt in criminalibus sufficiunt indicia indubitata, quoniā ibi textus pēsitat ꝙ delicta ponant̄ in publicā notionē quæ munita sit vel idoneis testibus: hoc primò:vel instructa à pitissimis documentis,hoc secundò:vel vt dicit tex. indiciis ad ꝓbationē in dubitatis,& luce clarioribus expedita, hoc tertiò; ecce ergo quomodo text. † æquiparat indicia indubitata testibus idoneis, cum ibi ista tria disiūctiuè ponātur ad inducendam publicam notionem delictorū.& facit tex.in l.si hi qui.C.ad legem Iuliam de adulteriis. in fi. vbi ex indiciis euidentibus habetur delictū cōfessum & conuictū, etiam vsque ad mortē: quod tenent Bal. & Salice. in d. l. fin. & plures aliquos citat Hippolyt.de Marsi.in consi.iij.nu.iiij.& in consi. vij. nu.xxxv.& in cons. lxxxviij. nu.xix.& in sua practica causarum criminalium.in §.quoniam.& Fel.in c.tertio loco.de probationi. insequēdo Bal. in dicto loco, & in l.excipiuntur.ff.ad Sille. quod obseruat curia in atrocioribus,vbi probatio sui natura est difficilis.†

19 *Indicia indubitata & euidentia.*

QVartus casus est quando deponit super negatiua. ita tenet Bal.in l. cum hi. §. si integra. ff. de

BIU Cujas

trãsactio.& idem Bal.videtur sentire in d.l. solam. C. de testibus, Are. q̃ fuit subtilitatum princeps, voluit istud quodam modo limitare in c.tertio loco.de probatio.in ij.col. ver. sed ad primum. post eum vide ibi Feli.& Soci.in suis fallẽtiis.in verbo,testis non interrogatus.in j.fallentia.

QVintus casus est,si examinetur super æstimatione vel valore alicuius rei:de quo per Feli.in c.ad aures,in fi.de rescriptis.Et dicit Deci⁹ in regula,quatenus cuiusque.ff.de reg.iur. quòd testis deponendo debet causam sui dicti reddere,etiam non interrogatus:quod quomodo intelligitur,vide eundem ibi.

SExtus casus est,si examinetur super furore vel dementia alicuius.Bal.Paul.de Ca. & Ias.in l.furiosum.C. qui testa. facere pos.& quædam allegat Soci. in consi.xlij.in ij.col.in j.vol.

SEptimus casus est quãdo testis examinatur super notorio:nam tũc reddere rationem sui dicti tenet etiã non interrogatus.Abb.Panor.in c. cõsuluit. j.de app.Alex.cõsi.cxxxvj.in vj.col. in j.vol. licet cõtrariũ in hoc teneat Card.Floren.c.cùm causam. in iiij. col. de testi.& Anto.de But.in c.super hoc.in vij.col. ext. de renũ.de veritate cuius vide Feli. in c.cum causam. ibi,idem dicit de fama,quæ nota perpetuò.

¶Octauus casus est in teste deponente super consuetudine.Alex.in consi.suo cxxxvj.hîc antè allega.

NOnus casus est si testis deponit sup eo quod est iuris,ita Alex.in consi.suo ij.in ij.col.in iij.volu. Hinc dixit ibi Alex.quòd sicut testis debet in talibus reddere rationem sui dicti:sic etiam nuntius in sua relatione debet reddere rationem eorum quæ egit, ita quòd omnia acta per eum in sua relatione includi debent:& dicit Bar.in l.iiij.§.prætor.in ij.col.ff.de dam. infecto.

DEcimus casus est in teste deponente super amicitia vel inimicitia,vt tenet Bal.in l.data opera.C. qui accusa. non poss.& in l.solam.in ij.co.C.de testi. licet cõtrariũ tenuerit Car.Flo.in d.c.cũ causam. Sed Feli.ibi dicit quòd dictum eius potest sustinci, quãdo testis deponeret de inimicitia propria in aliũ, per tex.in c.inquisitionis.versic. & an fides nullas inimicitiarum causas, extrà de accusa.

VNdecimus casus est qñ testis deponit super infamia alicuius,vel super fama. Fel.in c.cum oporteat.ext.de accu.Ang.in l. ea quidẽ, in repetitione.in xj.col.C.de acc.Bal.in l.qd ergo.ff. de his q̃ not. infa.

DVodecimus casus est quãdo testis est productus ad reprobandum aliquod propositũ ab aduersario.Bal.in l.presbyteri.in vlt.col.C.de epis.& cleri.

DEcimustertius in teste deponẽte super aliquo æquiuoco,vt tenet Anto.de But.in c.vestra,de cohabitat.cleric.& muli.quẽ allegat Barba. in c.si quãdo.col.iiij.de rescrip.

ISti enim omnes casus possunt comprehendi sub re
20 Regula gula,quæ est,† quòd testis qui deponit in his quæ sunt perceptibilia iudicio intellectus,& nõ sensu corporeo,debet causam sui dicti reddere, etiam nõ interrogat⁹.ista ponit Bar.in tract.de testib.in ij.col. ponit Abb.in d.c.cum causam.& ibi omnes.Ad quos maximè Aret.& Feli.est recurrendum.Bar. & Bal.in d.l.solam.C.de testi.Alex.consi.cxxxvj.in iiij.col.in j.volu. Soci.in consi.suo cxliij.inci.Diu profectò anceps fui. in iij.col.in j.vol.quod est repetitũ in cõs.clxxv.Et in ista regula subiicit dictum de dominio, districtu, iurisdictione,iure decimandi,de fama,de notorio;& q̃stimatiõe seu valore,de cõsuetudine,de amicitia, vel inimicitia,de negatiua, & infiniti casus in hoc cõprehendi possunt.¶Ampliatur enim etiam si non simpliciter super iudicio intellectus, sed quando iudiciũ & ratio intellectus laborat quantumcunque cõsistat in facto.Et hoc per Inn.in d.c.cum causam.& ibi per Feli.quem vide. Ex quo in dicta regula cum d. ampliatione comprehenditur,quando probatur quẽ esse furiosum,dementem vel ebrium,vt s̃.dixi. ¶Alium casum ponit Fel.in d.c.cum causam,multum notabilẽ: videlicet, quando examinatur testis ad reprobãdum tabellionẽ.& alle.Bal.in l.presbyteri,in vlt.col. C.de espisco.& cler.& iste sit xiiij.¶Alium casum addit videlicet, quãdo est vnus testis examinatus, vt deferat parti iuramentum suppletiuũ:non debet deferri tale iuramentũ,nisi testis reddiderit causam sui dicti, etiã nõ interrogatus.Bal.in c.ij.§.sacramentũ.in j.col.ver. vnum scias, de consuetudi. rect. feud. Alex. in consi. xxxij.incipiẽ.Viso pũcto & dubiis.in j.col.j.vol.& in consi.suo cxxxvj.suprà alleg.Do.meus. Ias. in sua solenni repet.l.admonendi,in lxx.còl.cum seq.ff.de iureiur.Fel.in c.cum causam.in iiij. limitatione:ext. de testibus.& iste est.xv.¶Pro xvj.adde vnum casum, q̃ si testis non fuerit interrogatus de causa per negligẽ tiam partis,quòd causam dicere non tenetur:secus si per negligentiam iudicis,aut per suam ignorantiam, quia tunc hoc casu dictum eius non probat.Io.An.in d.c.cum causam.de testib. ¶ Cum ergo hodie per ordinationes regias iudices teneãtur testes interrogare de causa sciẽtiæ,si non interrogẽt, & dicitur potius omissa per eorum negligentiam & ignorãtiam, quàm per ignorãtiam partis:& ideo semper & in omni causa testis nõ reddens causam sui dicti non probat, per illud dictum Io.An.de quo Soci. in dictis suis fallentiis.in verb. testis non interrogatus causam sui dicti. ibi,limitatur dicta regula. Et ideo ex quo p tales ordinationes datur forma in examinãdo testes, si testis non fuerit interrogatus de causa, quia non est obseruata forma,nõ valet talis examinatio. ita tenet Barb. in c.si quando, col.iiij. ext. de rescrip. ¶ Multos alios modos probandi dominium, vide per Io. Fa. Ang.& do.meũ Ias.in §.omniũ.insti.de actio. ¶An possit probari p iuramẽtũ rei, ita q̃ reus si eidẽ deferatur iuramentũ,teneatur iurare.videtur quòd sic secũdũ l.manifestæ turpitudinis. ff. de iureiur. tamẽ intellige illã legem secundũ quod dicit Hipp.de Marsi.in singulari suo lxxxiij.inci.in re vulgi,scilicet dummodo actor habeat aliquam præsumptionẽ vehementem.†

Alij mõ probãdi minimum.

QVæro iuxta prædicta, nũquid sufficiat probatio per vnum testẽ cũ iuramẽto suppletiuo. Bal. in d.l.admonendi.videtur tenere quòd sic:sed cõtrariũ dic esse verius,p ea quæ dicit Bar.in l. ait prætor. §. si iudex.iuxta fi.ff.de re iu.& Bal.in l.i bonæ fidei.C.de re.cre.& iureiu. vbi dicunt,q̃ quãdo ꝓbatio requiritur in statuto,& conditionaliter ponit, tũc debet impleri in forma specifica & propria:sed iuramẽtũ suppletiuum,non est propria probatio,vt plenè hoc tractat.& ponit do.meus.Ias. in rep.legis, admonẽdi.ff. de iureiur.in j.col.Et Lanfran.de Oriano in repe.d.l. admonendi.in xvij.col.vers.xxj.conclusio. Sed sic est quòd probatio hîc deducitur in conditionẽ, vt patet quando dicitur, *Et si durant lesdictz xl. iours celuy à qui est ladicte espaue uient, & la preuue estre sienne.* Igitur concludẽdum est, non sufficere probationem semiplenam cum iuramẽto suppletiuo. ¶ Sed q̃a suprà feci mentionem de probatione dominij, esset bonũ scire q̃d sit dominiũ. Et dicit Bar.in l. si quis vi.§.differentia.ff.de acqui.pos.† quòd est ius de re corporali liberè disponendi, nisi prohibeatur: prout etiam

An probatio unius testis sufficiat,cui iuramẽto suppletiuo.

21 Dominiũ quid sit.

dicit

dicit Soci.in cõsilio suo clxxvj.quod incipit,præsens consultatio.in iij.col.¶Quot autem sint modi acquirendi dominium,vide infrà titulo,*des forests & pasturages.§.j.*

IN TEXTV IBI,

En payant les despens.

ISta cõsuetudo in hoc est optimè fundata : cumistæ expensæ factæ fuerint,ne res peat:cũ dicit tex.nostrę cõsuetudinis,*que ladicte espaue aura faict,si c'est beste pasturant.*Nemo enim vt lupus viuit vento,propterea necessariũ est,vt in istis animalib⁹,si velint cõseruari, fiant impensæ:quæ fiunt ne res pereat:& possunt tales impensæ de iure repeti per actionẽ negotiorũ gestorum.l.si pupilli.§.si Titij.ff.de neg.gest.& ibi Bart. Sed apud nos ꝓ talibus dabitur actio seu cõdictio ex lege,virtute nostræ consuetudinis. & similes impẽsæ repetuntur in alio simili casu,vt per tex.in l. q̃ agros. C.de omni agro deser.l.xj.¶Sed nunqd iste dominus pro custodia istius rei possit aliquid petere? Pone em̃ ꝙ sunt multa animalia quæ posita fuerũt in quodam prato ad pascendum, post æstimationẽ expensarũ factarum rõe comesti, nunquid debeat adhuc æstimari custodiæ impensa? Bart.in l.cum quæritur.§.prædiis. ff.de leg.iij.dicit,ꝙ tales impensæ quæ fiunt causa custodię non repetũtur,sed bene compensantur cũ fructibus. Ideo licet dominus videatur tempore illorũ quadraginta dierum solum custos illius rei inuẽtæ in suo territorio,nõ põt pro custodia aliquid petere.Ita etiam tenet Bart.in l.fi.ff.de impen. in rebus dota.factis.cũ aliis alleg.per Alex.ibi,& in d.§. prædiis.Præpositus in c.ius naturale.in vlt.col.j.dist.Bald.in l.j.in ij.col.C.de fru.& litium expen.dicit,ꝙ si illa custodia erat necessariò fienda per petitorem : ꝙ talis impensa est repetẽda.per l.si ita.§.fi.ff.de fundo instru.¶Et aduerte ꝙ tales expensæ sunt ad plenũ probandæ si sint magnæ : vt not. per Alex. & Ias.in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib. si verò sint paruæ, tunc sufficit probare per coniecturas.Ita Bal.consi.cclvj.in v.parte,in fine illius consilij.Imò dicit Ias. in d.§.in computatione.ꝙ etiam impensæ probantur per iuramẽtum quando sunt paruæ.Vide Bar.in l.j.col.ij.ff.de condictione indebiti.¶Hæc consuetudo videtur esse fundata super tex.Deuter.xxij.c.vbi dicit text.Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo,etiam si non est ꝓpinquus frater tuus, nec nosti eum:duces in domum tuam,& erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus & recipiat.Similiter facies de asino &c.

IN TEXTV IBI,

Apres lesdicts quarante iours.

QVæro,pone ꝙ aliquis superuenit post dictũ terminum,& ꝓclamationibus factis cũ debita forma,nũquid si probauerit dictam rem esse suã, poterit illã recuperare à domino , & vtrũ dominus teneatur ei restituere solutis expen.quæ fuerint factæ pro cõseruatione rei.¶Super hoc est aduertẽdũ, † ꝙ omnis terminus statutus à lege siue ciuili siue municipali est perẽptorius:& ideo nihil põt de eo immutari, & post talẽ terminũ nõ est licitũ aliquid ꝓponere.l.fi.ff. de decre.ab ordi.facien.¶Hinc dicit Inn.in c. cum in tua.& post eum Card.Ale.ꝙ cùm statuitur tẽpus à lege,nõ est necesse apponere ꝙ post tale tempus nõ audiatur,quia istud ineſt.¶Hinc dicitBal. in l.diffamari, in ij.col.C.de ing. manu. ꝙ si lex municipalis statuat tempus, post illud tempus quis non est audiẽdus , & cõtra talem terminũ l.municipalis non datur reparatio,nisi probetur impedimẽtũ,vt C. de adul.l.ob cõmissa.l.facta.§.si qs bonorũ. ff. ad Treb. vbi dicit Iac. de Arena,ꝙ fortior est exclusio bonorum legalis quã repudiationis.& vide Feli.in c.ij.in vij.col.de constit. vbi multa alia allegat.¶Item etiã in text.nostro nõ est priuandus dominus re sua post præfixum tẽpus nisi ratione proclamationũ,quæ fiunt in talibus. Post ꝓclamata em̃ & edicta quis amplius non est audiẽdus. vt dicit Pet.de Anc.in consi.suo cccvij.inci.Efficax.& videtur fortis alle.per tex.in c.fi.in fi.de elec.in vj.igitur &c.Et dicit ibi text.glo.& doct. ꝙ talia edicta seu proclamata vim peremptorij habẽt:post quod perẽptorium nemo auditur.Dicit enim tex.legis,† ꝙ peremptorium inde hoc nomẽ sumpsit,ꝙ perimit disceptationem,hoc est vltra non patitur aduersarium ter giuersari.ff.de iudi.l.& tertium. vbi hæc verba ponũtur in text. ibi,& nisi opponendi viam perimet, frustra peremptorium diceretur.

2 *Peremptoriũ,vnde dictum.*

VIdetur tamen dicendũ ꝙ adhuc talis,quia amisit rem suã,sit audiẽdus,etiam post terminũ & proclamationes factas.Et primò sic. Nam si lex nõ dicat post terminum nullus auditur.tamen adhuc post terminum potest quis audiri. pro hoc adduco gl.in c.cupientes.§.ꝙ si ꝑ viginti.in verbo,expectati,de elec.in vj.vbi dicit.gl.ꝙ terminus assignatus à lege,ita demũ inducit priuationẽ iuris absq; morę purgatiõe;si sint tamen latæ sententiæ.& Ang.in cons.suo lxiiij.incip. Quando.in ij.col.in j.vol.põderat illã gl.ad hoc. Vel si iam sit executũ illud super quo petitur admitti ad moram purgãdã iuxta ea quæ dicit not. Pau.de Cast. in cõsi.suo lxxxix.inci.Quia per supra scriptos,in prima parte antiquorum consiliorũ,in noua impressione.Et mouetur p l.si is cui.ff. de leg. ij. & l. si ob rem non defensam.ff.de cõdi.& demon.per quas leges dicit Dy,ita tenere in l.si seruum.§.sequitur.ff. de verb. obli.In casu enim nostro dicendũ videtur:ꝙ si dominus nondum alienasset aut cõsumpsisset rem,& si res adhuc est integra,& non est executa , ꝙ posset adhuc petens & probans secundum formam consuetudinis audiri:licet terminus sit peremptorius, vt supra dixi: ad minus per restitutionem in integrum, per nota.in c.coram.de in integr.restit.¶Teneas tamen pro firma conclusione, quod hîc antè dictum est:quòd post solennitates debitè obseruatas non est audiendus.

ADDITIO. † Quãdo dilatio data à iudice habeat vim peremptorij,& terminus dicatur peremptorius: vide Matt.de affl.in constit.regni Siciliæ,quæ incipit, accusationem.in j.notab.in ij.lib.†

3 *Terminus peremptorius.*

IN TEXTV IBI,

Et la pourra.

VIde Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falsam.col.xx.ad fi.de proba.†Et de dictione , non potest,quomodo importet necessitatem : vide in c. j. de reg. iur. in vj. dixi plenè alibi infrà titu. *des droicts* &c.§.j.gl.*ne peust.*

1 *Dictio, non potest, importat necessitatẽ.*

IN TEXTV IBI,

Iusques à ce que lesdictes solennitez seront accomplies.

ADuerte,†quia his in quibus de iure solẽnitas exigitur nihil consequi potest nisi prius solenniter fuerit actum l.ij.& l.fi.cum multis aliis.C.de prædiis mino.c.prudẽtiam,de off.deleg.c.nulli. cum sua gl.j. extrà de re.eccle,non alie.¶Sed quis probabit huius-

1

1 *Terminus à lege statuti sunt peremptorij.*

modi solẽnitates non fuisse cõpletas. gl.& do. in l.ij. C.si quis ignorans rẽ minoris. ¶Et quia hîc fit mẽtio de solennitate, dic† ꝙ solennitas ab eo quod solet nomen accepit, secundũ Papiam. & debet scribi per vni cum l.ad quod.ff.ex quibus cau.ma.l.sed & si.§. soléniũ.de admi.tut.l.cũ plures.§.solennia.& l.sequ. §.in soluẽdis, cum aliis alle.per Luc.de Pen.in l.ij.C.de fi. instr.lib.x.vbi dicit,† ꝙ solennitas ad hoc inducta videtur, ne id quod agendũ est quisq; prout velit instituat.l.ij.§.deinde ex his leg.ff.de ori.iur.& facit d.l.ij. C.de fide instr.& l.iij.C.de bo.va.lib.x.Et est solennitas quoddam vestimẽtum rei cui interuenit.l.j. ff. de mil.test.Et quæ cum maiori solẽnitate celebrant', difficilius dissoluuntur.l.iij.§.vlt.in j.gl.ff.de adi.le.& ꝙ duplex est solennitas, scilicet extrinseca & intrinseca & quomodo præsumantur, amplissimè per do. meũ Ias.post alios in l.sciẽdũ.ff.de verb. obl. & quomodo solennitas suppletur; & omissio vitiet contractum, vide Luc.de Pen.in l.iij.C.de iu.fis.lib.x.

2 Solennitas vnde dicta.

3 Solẽnitas ad quid inducta.

ADDITIO. Materiã solennitatis & formæ amplè ponit Albertus Brunus in tract. quem fecit de forma & solennitate: ad quẽ recurre, cum sit amplissimus.†

§. TERTIO,

CEluy qui trouue espaue, & la retient sans le signifier dedãs vingt & quatre heures à la iustice, ou aux officiers du seigneur haut iusticier, au territoire duquel ladicte espaue est trouuée, est amendable de soixante solz enuers ledict haut iusticier, auec restitution de ladicte espaue.

LEsta cõsuetudo est etiã in comitatu Burgundiæ, in tit. *des iustices.* §.vlt.& in comitatu Niuernẽ.§.iij. ¶Suprà in prin. in j. & ij.cõsuetudine, satis amplè disputaui, sup qua erat fundata hæc nostra consuetudo, habẽs in se tria capitula: quæ disponit, *des espaues.* & maximè in hoc ꝙ debet denuntiari domino & significari. Et videbatur (vt dixi ante §.j.super verbo, *espaue*) ꝙ potius debebat dari eẽo, vt distribuatur inter pauperes. finaliter dixi ꝙ videbatur fundata consuetudo in hoc ꝙ ratione proclamationũ quæ fiunt, bona sic inuẽta quæ nescimus cuius sint, dicuntur vacãtia, & ideo tã quã sint fisco applicãda, debẽt illi qui habet ius fisci præsentari. Sed adhuc mihi videbatur illud satis leue, nũc finaliter & ꝑ tota resolutione nescio super quo fundetur dicta nostra consuetudo, nisi super l. si quis aurum.in tit.de fugacibus.in Longobarda.† Quę qui dẽ voluit & ordinauit, ꝙ si aliqua res inueniatur, & nesciatur cuius sit debet portari ante iudicẽ. De qua l.fecit mentionem vnica & sing.gl.quæ est in l. falsus §.qui alienum.in verbo, ἐυρεσεα quæ incip.aliàs, me nyntra, græcũ est.ff.de fur. ¶Et dicit Io.Fab.in §.fi.insti.de rerum diui. quòd talis inueniẽs talem rem debet proponere libellum continentem quòd talem rẽ inuenit, & quòd redditurus est, per d.l.falsus.§.qui alienum.Feli.in c.cum dilecti.col.viij.de accusa.

1 Res inuẽte iudici præsentari debent.

SEd aduerte, quia vt videmus per hũc titulum, domini terrarum Burgundiæ per consuetudines nostras habent iurisdictionem, quæ datur eis per cõsuetudinẽ, quod fieri potest, cum cõsuetudo iurisdictionẽ tribuere possit. Felinus remissiuè in c. ex parte de cant.in ij.col.de rescri.ver.cõsidera.j.qđ an sit intelligẽdũ de simplici, at de mero & misto imperio, disputãt doct.in c.cũ contingat.de fo.cõp.& p Feli.in c.super qõnũ.§.si verò, in vlt.col.ver.limita.v.de offi.del.

ADDITIO. Vide Matt.de affl. multas cottas allegantẽ in rub.cõstit.regni Siciliæ, quæ incipit, cũ satis. & in ij.no.illius cõstitutionis. ¶Et an iurisdictio acqsita ex cõsuetudine per sciẽtiã illorũ de quorũ præiudicio agit, extẽdatur ad coërcitionẽ delictorũ in corpus Feli.in c.auditis.in xiiij.col.versic. declaratio. de prescript. Quando prescriptio extendatur ad connexa & accessoria. Feli.in c.cum ex iniuncto.de hære.

SEd quæro iuxta hanc nostrã cõsuetudinem: pone ꝙ aliquis inuenit aliquã rẽ quæ nescitur cuius sit, & illã intra tẽpus à lege nr̃a municipali statutũ presẽtat dño, sed dicit se nó velle in manib⁹ dñi ponere, do nec pretiũ inuẽtionis sit ei solutũ, nũqd sit audiẽdus? Bar.in l.falsus.§.q alienũ.ff.de fur.hîc antè alle.hanc opinionẽ determinat, & dicit, ꝙ aut res est iã inuẽta, & tũc ñ possũ aliqd petere ꝑ inuẽtione.d.§.q alienũ. aut res nõ est inuẽta sed inueniẽda, & tũc possũ petere pretiũ inuẽtionis.ff.ad legẽ Rhodiã de iactu.l.ij.§. portio.& idẽ in l.iiij.§.si tibi indiciũ.ff.de cõd.ob tur. cau.ita etiam tenet Ia.in d.§.si tibi indicium.in j.col. vide Feli.in c.cum dilecti, col.viij.hîc antè alleg.

NAm præmium potest dari ad rem inueniẽdam, vt hîc antè dicitur: cùm etiã possit dari ad indicã dũ malefactorẽ.l.in quęstionib.ff.adl.Iul.maie.& l.ij. C.quib.ex cau.ser. ꝑ prẽm.libert.acceper. prout fecit Senatus Roman⁹ (vt inquit Salustius in Catilinario) ad detegendã coniurationem Catilinæ, vel ẽt quandoq; præmium datur occidẽdi, quod fieri pót de iure l.cum nauarchorum.vbi Io.de plat.C.de nauicularis.lib.xj.& habetur.j.regum xvij.c. & ij. regum v. c. & j.paralip.xj.de quibus vide G.Benedicti in repet.c. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. nu.ccccccix.& cccccccx.de testa.

SEcũdò† quæro, aliquis inuenit aliquod animal in fundo suo, quod sibi magnũ damnum intulit: nũquid possit illud retinere donec admonuerit dominum, & fuerit sibi damnum per dominum emẽdatũ? ¶Videtur primò de hoc esse text.apertus in l. hoc amplius.§.de his autẽ.ff.de dã.infe. vbi habetur ꝙ si res tua collapsa fuerit in fundo meo, potero retinere donec damnũ fuerit mihi emendatum. Et ẽt bene facit tex.in l.ratis.ff.de incẽ.ruina & naufra.vbi ad hoc no. istũ tex.Bart.& istud tenet Bal.ꝙ possum retinere donec admonuerim dñm, & sit mihi consultum de dãno. Ita tenet Bal.ĩ l.requirẽdi.C.de ser.fugi. arg.l. capite quinto.ff.de adulte.per quẽ tex.ita tenet Richar. Malũbræ.& Spe.in tit.de acto.ver. sed pone, inuenio pecudem.Roma.verò & Ale.in d.l.hoc amplius.§.de his autem, dicũt ꝙ potes retinere vt cognoscas dñm, postmodũ contra cũ agere possis. Vide Io. An. & Panor.in c.si læserit, de iniu.& dam.dato.Bar.Cæpol.in tract.de seruitutibus.tit.de seruitu.iuris pascẽdi.in x. col.ponit hanc quęstionem, satis amplè distinguẽdo, quẽ vide.sed Bar.in d.§.de his.& in d.l.ratis.dicit cautius esse ꝙ reponatur in manibus iustitiæ. ¶Tu dic ꝙ ista sunt sublata consuetudine nostra, sed stãte nostra consuetudine tenetur statim intra tempus statutum reponere in manibus iustitiæ, vt fiãt ꝑclamationes, prout suprà ordinatũ est; & in hoc non est dubium.

2

IN TEXTV IBI,

Sans le signifier.

¶Vide Bar.in l.cũ satis col.ij.C.de ag.& censitis li.xj.

In textu

IN TEXTV IBI, Est amendable de lx. solz.

1 *Inuentor rei alienæ si non restituit cõmittit furtũ.*

ISTud est introductũ optima ratione: vt videlicet tollat inuẽtoribus occasio incidẽdi in furtũ. † inuẽtor eñ rei aliænæ si nõ restituit, sed apud se retinuerit, cõmittit furtũ. Tex. est in d.l. falsus. §. q alienũ. ff. de fur. Æquũ est eñ vt ꝓ furto ad aliquid cõdemneť, ne delictũ remaneat impunitũ, qđ interest reip. l. ita vulnerať. ff. ad legẽ Aquil. nã ista pœna de iure ꝓ isto simplici furto erat arbitraria, vt in fine dicã. Sed nũc in ista specie fur. est ordinata ista simplex pœna in hoc casu. q̃ nõ poterit augeri neq; diminui ꝓ iudicẽ, cùm sit certa & determinata. De q̃bus pœnis, quę infligi possunt ex furto, latius infrà dicam. §. v. hoc eo. ti. Et vide Bar. in l. inficiãdo. §. infans. ff. de fur. vbi põit q̃ñ pluralitas actuũ inducit pluralitatẽ delictorũ. & q̃ñ nõ. IOannes Fabri in §. fi. in fin. instit. de rer. diuisi. facit mẽtionẽ de hac cõsuetudine: & dicit q̃ hodie nostri iusticiarij regis Frãciæ sibi vsurpãt, q̃ inuenta faciunt sibi reddi: & trahũt ad emendas non reddẽtes, quod contra ius, & malè faciunt. ¶ Sed pro certo est bonum quærere nunquid istud furtum quod cõmittit iste talis inuentor, non restituẽdo domino loci, ex quo punitur pro dicto furto in lx. solidis. debeat cõnumerari inter furta, ita quod aggrauet secundum vel tertiũ furtum. Dicam infrà eo. ti. §. *si aucun commet simple larrecin.* An ista consuetudo liget ignorantes dixi suprà, in hoc eodem tit. §. ij. in gl. *crié par trois edicts.*

§. QVARTO.

LE droict de indire, imposer & leuer ayde en quatre cas. C'est à sçauoir, pour voyage d'outre mer nouuelle cheualerie, mariage d'vne fille tant seulemẽt, & pour la rançon du seigneur, appartient au seigneur haut iusticier. Et sur les hommes subiects en haute iustice.

ISTA cõsuetudo est etiã in comitatu Burgundiæ in titulo, *des iustices*, §. j. Et de hac materia munerum quę est diffusa in iure: tam per diuisiones quàm alias, de quibus per discursum titulorũ, de mune. & hono. ff. & C. in l. placet. C. de sacrosanctis eccl. & in omnibus titulis qui sunt in xj. lib. C. & per Petrum Helie in tractatu quẽ fecit de muneribus. & per canonistas in c. cũ apostolus. de cẽsibus. de quo dicam infrà. & in c. vnio. x. quęstione. iij. & per S. Thomam in quibusdã epistolis ad ducẽ Brabãtiæ & Lotharingiæ, & in omnibus prędictis locis multa reperi, sed ꝓ nũc aduertè, q̃ † tenẽť homines subdicti ad multa dominis suis. Primò eñ illis obedire in iustitia tenetur. argu. l. quisquis. C. de episc. & cler. cùm eis iustitiam habeat dominus ministrare. Spe. in ti. de feudis. §. quoniã. ver. xvij. prope finẽ. imò qđ plus est nõ põt fieri per pactũ, q̃ dominus nõ teneať administrare iustitiã, & reddere ius subditis. Bal. qui pro & cõtra arguit in cõsi. suo ccccl xxxiij. inci. Magnificus. in j. parte consil. in ij. col. Adde † q̃ princeps tenetur suis subditis ad tria. ¶ Primò teneť eis administrare iustitiã suis sumptibus. ¶ Itẽ seruare subditos à grauaminibus & oppressiõibus, & de his duobus vide Lucã de Penna in l. j. in viij. & ix. col. C. ne rustica. ad vllũ obseq. deuocẽtur. l. xj. & plenius in l. annonas. C. de erog. milit. annonæ. lib. xij. vbi dicit, q̃ sigillũ literarum iustitiæ debet gratis cõcedi. Imò quod plus est, non potest fieri per pactum q̃ princeps aut dominus nõ teneatur administrare iusticiã, & reddere ius subditis, vt tenet Bal. qui arguit ꝓ & cõtra in cõsi. suo ccccl xxxiij. incip. magnificus. in j. parte in ij. col. Et aduerte † q̃ officium regis est iudiciũ & iustitiã facere. xxiij. q. v. c. regũ est. virtuosos benignè fouere, ecclesiam defensare, & ecclesiasticas personas, hæreses impugnare, oppressos releuare: vt dicit Lucas de Pẽna in l. vnica. C. de conduc. & procu. li. xj. ¶ Tertiò tenetur princeps subditis facere cudere monetam in illo valore in quo est metallum antequã cudatur, vt tenent doct. in l. j. ff. de contrah. emp.

2 *Principes ad quæ teneãtur subditis suis.*

1 *Subditi ad quæ teneãtur dominis suis.*

3 *Officium regis quod.*

ITem † subditi tenentur ad seruitia propter quæ habent mansum & terras: puta præstationẽ operarũ, vel par caponum, vel aliud simile. l. in rebus. ff. de rerũ permu. Spec. d. versic. xvij. ¶ Item tenẽtur domino ad charitatiuum subsidium, casu quo indiget, q̃ ipse dominus pro tali charitatiuo subsidio, seruitia personalia sibi debita æstimare ad pecuniam, & illã exigere ab homine suo, vel mãdare potest vt seruiãt alteri per eadem seruitia. ar. si libertus artem. ff. de ope. libe. Ita Bal. in l. j. in fin. C. de operis libe. ¶ Et sic ex prædictis videť inferri, q̃ si homines teneãtur dominis ad seruitia personalia, q̃ vltra æstimationẽ illorũ seruitiorum dominus non potest ab eis exigere charitatiuũ subsidium. Ipse tamen Bal. in c. conquerente, de offi. ordi. dicit, q̃ possunt imponere subditis suis subsidia, postquam Bursam suã euacuauerũt sed prius debent incipere de suo, vt vult Bal. & Cy. in l. nẽminẽ. C. de sac. sanc. eccles. Sed tamen quando equitat exercitus principis, loca vicina habent illi prouidere de expensis necessariis. Ita Bal. in d. l. neminem. per tex. in l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruc.

4

ET aduerte † q̃ subsidiũ duplex est, quandoq; dicitur voluntariũ, quandoq; necessariũ. Voluntariũ dicitur esse illud qđ gratiosè est concessum: & censeť esse quædã donatio, quæ à liberalitate procedit: & ꝓpriè videtur esse in hac patria nostra ducatus Burgũdiæ illud qđ dicimus feuagia. ¶ Licet enim rex Frãciæ neq; alij principes ꝓpria authoritate possint imponere tallias hominibus huius patriæ ducatus Burgũdię secundũ libertates generales prędicti patrię cõcessas: attamen vidimus q̃ in hac patria gẽtes trium statutũ cõcedũt quãdoq; & maximè de tribus annis in tribꝰ annis christianissimo regi nostro Francorũ dona gratiosa. xxx. vel xl. M. francorũ. & ista vocãtur apud nos feuagia. † sed subsidia dicuntur volũtaria à subuenio, subuenis. ¶ Aliud est subsidium necessarium quod imponitur coactè homini vel populo. & istam differẽtiã seu distinctionẽ videtur facere iurisconsultus in l. munus ꝓpriè. ff. de verb. signi. & vide quæ in simili dicit Guido pap. deci. sua ccclxxj. Et aduerte ad id qđ dicit Io. Blesen. in summa quam fecit super tit. de feu. in tit. quib. mo. feu. amit. † q̃ quotiescũq; dominus opus habet, & necessitas illud exposcit, potest imponere collectam subditis, & talliare subditũ. Et ꝓ hoc alleg. c. prohibemus. de censi. cum ibi nota. & in hoc dicit se sequi Roffre. in sua summa libellorum.

5 *Subsidiũ duplex.*

Feuagia quid.

6 *Subsidiũ vndedictũ. Necessariũ subsidium.*

7

ITem tenentur subditi præstare alimenta si indigeat. Spec. in versi. xvij. per l. necare. ff. de li. agnosc. c. pasce. lxxxvj. distinct. habetur in c. j. de notis feu. in feu. Et per Præpositum in c. licet. si de feudo fue. cõtrou. in vsibus feu. ¶ Sex † enim enumerat Spec. in tit. de feu. §. quando, versicu. & nota quòd vasalli ad quæ

8 *Subditi tenẽtur dominis suis ad sex.*

BIU Cujas

tenentur homines subditi domino.

Exercitui necessaria suppeditare.

PRimò enim dicit, quòd tenentur conferre pro exercitu imperatoris secundum qualitatem & quãtitatem rei quam à domino tenet & recognoscit. Nũ qd aũt dominus iubere possit subditis suis, ꝙ seruiãt sibi in exercitu & caualcatis. vide per Bal. in cõsi. suo ccccclxxxvj. in vlt. col. suprà alleg. & ibi ponit. nũquid seruire possint per substitutum.

SEcundò dicit Spec. ꝙ tenẽtur præstare subsidium pro Corredo Imperatoris. s. quãdo imperator trãsit illum locũ, tenẽtur eum procurare. Et cum dominus transit per loca sua, homines debent sibi dare hospitium, & alia victui necessaria iusto pretio, & forũ consuetum tenere, & communia sumi.

Hospitari principem.

ADDITIO. Item etiã adde ꝙ nobiles incolæ ciuitatis tenentur ire obuiã principi, & ipsum expectare cũ iucũda receptione: & debet honorari in sua receptione. (Nam tota ciuitas Hierusalẽ exiit obuiã Iesu; sciderúntq; ramos de arboribus, dicẽtes & clamãtes, Osanna, benedictus qui venit in nomine domini.) Et hoc cũ munerib⁹, nec debet salutari sine munere ad instar regis Parthorũ. Refert Petrus cãdidus in prooemio Apiani. Alex. in prin. de bellis à ciuitatibus acceptasse munus ab Heneo, & dic qua rex ingredit dñt milites adesse barba tõsa, & veste pulcherrima & decora. ij. Reg. xix. c. ista dicit Vincẽtius Cigault in tractatu suo de bello Italico, in iij. c. regali. ver. veniam⁹. Hoc anno dñi M. ccccxxj. die iij. mensis Augusti, Frã ciscus primus rex Frãcorũ fecit introitũ suũ in hac ciuitate Heduen. vnà cũ domina Claudia regina, q̃ hîc cũ matre prædicti regis mãsit vsq; ad diem xxiij. illius mensis, & eidem orationẽ habui nomine ciuitatis: & ab eo confirmationem priuilegiorũ obtinuit ciuitas.

Principi obuiam ire.

Francisci primi regis Francorũ in ciuitatẽ Heduen. introitus.

SEd quẽrit iuxta prędicta, qũo debeat dari tale hospitiũ, & q tenẽtur, & q nõ? Et primò dic ꝙ qñ dat hospitiũ tã ꝑ receptione principis, quàm ꝑ hospitatiõe hospitũ, debet de domo vniuscuiusq; fieri diuisio in treis partes. prima em̃ & melior debet dari dño domus secunda hospiti, tertia verò debet dari iterũ dño domus. ¶ Ista oĩa ponũtur in l.ij. C. de metatis & epidemc. nisi tñ miles sit illustris, quia dimidiã partẽ dom⁹ habere debet. d. l.ij. & gl. in l.iij. §. eos. ff. de mune. & ho. ¶ Et aduerte, qa istud munus, est mun⁹ reale. d. l.iij. §. munus hospitis, ff. de mũ. & hõ. A quo munere dñt excusari doctores legũ, l. medicos, & ibi doc. C. de ꝑfesso. & medi. ar. l. archiatros. C. de metatis. l. xij.

Cõsuetudo super alimẽtis militibus præstandis.

ADDITIO. Nec valet cõstitutio ꝙ subditi teneanẽ præstare alimẽta militibus sine ptio, nisi princeps sit in tãta necessitate, ꝙ non habeat de suo, vt tenet Mat. de affl. in constit. regni Siciliæ, incipiente, quãprimũ, in viij. not. & ibi in v. not. & in illa quęstione enumerantur hi vj. casus, de quibus hîc. †

SEd aduerte ad vnũ singulare, ꝙ impetrãs immunitatẽ suæ domus, seu exẽptionẽ, vt vicinorũ domus grauent, adhuc tenetur ad soluẽdũ tertiã partẽ pẽsionis domus eius. Si verò impetret ẽt immunitatẽ dictę pẽsionis domus, si aliàs erat priuilegiatus, ꝑdit priuilegiũ rõne suę dignitatis. Si verò nõ erat priuilegiat⁹, punit⁹ in cẽtũ libris auri. ita est tex. multũ not. in l. oẽs & ibi doc. C. de met. & epid. l. xij. & si fuerit assignatũ hospitiũ vni militi per forrerios seu metatos, & signũ fuerit appositũ in domo, delẽs illud signũ punit⁹ pœna falsi. ita est text. in l.j. C. de met. lib. xij. Excusantur multi ab his hospitiis, de qb. in l. pe. C. co. & maximè Comites, vt est etiã tex. & gl. in l. eos. C. de exc. mũ. li. xij. ꝑpter quẽ semel dixi Papiæ, ꝙ magnific. dñs Comes Frãciscus de Becharia, debebat excusari ab hospitio militũ, qd nolebãt permittere Papienses. Sed tñ habuit literas exẽptiõis ab illustri dño, magno magistro Frãciæ, Carolo de Ambasia, ibidẽ Locũtenen. regio, qui eo ꝙ Comes esset, iussit ipsum in tali hospitio nõ molestari. ¶ Multa hîc dicere possem de hospitio militũ, sed qa hic §. est iam satis oneratus, me remitto ad Surgetum, in suo tractatu quem fecit super hac re.

ADuerte ꝙ dãs hospitiũ nõ põt in alio grauari. l. oẽs, in prin. C. de met. li. xij. ¶ Tertiò, subditi tenẽtur pro redemptione dñi captiui. ¶ Quartò, ꝑ filia dñi maritãda & dotãda. ¶ Quintò, tenent⁹ ꝑ dño, vel filio eius milite faciẽdo, si qua expẽsa opus esset. ¶ Sextò, ꝑ emẽda aliqua terra dño. Ita tenet Spe. in d. loco s. alleg. & in ti. de maio. & obed. ver. eodẽ modo. ¶ Ita ẽt dicit & tenet G. Bened. in sua repet. c. Rayn. in verbo, & vxorẽ noĩe Adelasiã. in iiij. decis. quasi in prĩcipio, de testam. vbi ponit de talliis qũo imponi possũt. Tamen Io. And. in addit. ad Spe. in trib⁹ casib. tenuit cõtrariũ, dicẽdo hoc nõ reperiri in iure scriptũ: & finaliter cõcludẽdo ꝙ in istis est attẽdẽda cõsuetudo ista. Bal. in c.j. §. similiter, de c. Conradi. in vsibus feu. Albe. in l.fi. C. de iurisd. om. iu. Idẽ tenet Bal. in l.j. C. de auro coro. ¶ In istis ergo iiij. casibus erit attẽdẽda cõsuetudo nostra, quæ hoc vult, in reliquis verò nõ tenẽtur subditi. ¶ Ista ponit, alia addẽdo, Alex. ĩ apostil. ad Bar. in l. placet, in ver. collectã. C. de excu. mũ. li. x. allegãdo Alb. de Rosa. in suo dictionario, in verb. dominus. Io. Fa. in §. æquæ, in xiij. col. inst. de actio. Sed vt ait Imol. seruãda erit consuetudo nr̃a in dictis iiij. casibus, & si in reliquis eis imponat⁹ collecta, domini præsumuntur feciss̃e per vim & oppressionem. Io. An. in c.j. de præscrip. li. vj. Bal. in c.j. in ti. qualiter vasallus debeat fideli. ¶ † Nunquid aũt domini possint cogere subditos ad contribuendum pro reparandis eorum castris, molendinis, & aliis rebus. Ia. Rebuf. in l.j. C. de ciuib. vrbis. Alex. dicit quòd non.

Pro terra emenda.

COntrarium tenet Guido papæ in cons. suo j. ibi, præterea ex alio capite. per tex. in l. turres. & in l. omnes prouinciarũ. C. de operib. publicis. ꝑ quos dicit ꝙ homines alicuius territorij tenẽtur reficere muros villarũ & castrorũ, ẽt si nõ habitẽt in eis idẽ tenet in sing. suo ccccclxiiij. Et do. meus Ias. in l. diuortio. §. impẽdia. ff. sol. matr. & Ang. ĩ d. l. turres. C. de ope. publicis. † Dñs tñ põt custodire castrũ vasalliticũ inuito vasallo, tẽpore necessitatis. & illud custodiet cũ dicto vasallo. vt tenet Bal. in ti. de inuest. de re aliena facta. vide Io. Sãxon. in tit. *des droicts de chastellenie.* arti. j. in fi. ¶ †† Itẽ ẽt nũquid dñs possit cogere subditos ad seipsos armandũ, ad fugandũ, & capiẽdũ latrones & acta iustitię exequẽdũ. Lucas de Pen. in l.j. C. ne rusti. ad vllũ obsequiũ deuocẽtur. in ij. & in iij. q. p sex. col. li. xj. vbi amplissimè arguit ad partes. Et ibi in secunda. q. ponit, an burgẽses ciuitatum teneãtur dare homines armatos regi suis expensis pro guerra faciẽda? vbi cõcludit ꝙ nõ: vide eum. Et etiam si vasalli vadãt ad guerrã ad seruiendum principi prout tenentur, nõ possunt aliquid exigere ab eorum subditis ꝑ fractibus seu expensis fiẽdis aut factis in bello, vt tenet Ia. Rebuf. in l. si penes quos. C. de agrico. & cẽsitis. l. xj. †

10

11 Princeps an possit cogere subditos ad capiẽdum latrones.

HOdie tñ in Frãcia sunt quędam ordinationes, ꝙ tẽpore guerræ tenẽtur subditi ad quasdã paruas munitiones castrorũ. ¶ Aduerte etiã, ꝙ si princeps cõcedat alicui priuilegiũ imponendi collectã, ꝙ nõ potest illud reuocare, licet omnia alia priuilegia sint reuocabilia. Ita notat Bart. in l. hi qui in si. ff. de iur. immuni. Et istud ius imponendi collectas est de regalibus, vt dicit & tenet Iac. Rebuf. in l.j. C. de exact. tribu. lib.

BIU Cujas

bu.lib.x.& Alex.in consi.suo cxlv.in ij.vol. & ideo soli principi non recognoscenti superiorem debet cõpetere. quod no. Imò videre quòd alteri per principem concedi nõ possit, per ea quę dicit Lucas de Pẽa in l.contrà,in vij.col.C.de re militari.li.xij.†

SEd quæro iuxta prædicta,nunquid dñs possit in istis quatuor casibus imponere sine cõsilio subditorum? ¶ Aduerte†quia vt dicit Præpositus in proœmio feudo. xxiij. col. ꝙ sicut episcopus nõ potest impõere charitatiuũ subsidiũ sine cõsẽsu capituli & cleri.Ioan.Andreas in c.cùm apostolus,in titu.de censibus.sic ipse prìceps sine cõsilio subditorũ,illis renitẽtib⁹, vbi nõ sit iusta causa,nõ poterit ab initio extorquere,vt in d.c.cùm apostolus.facit quod dicit Inno. in c.j.de stat.monach. ¶†Ex iusta eñ causa ab inuitis potest dñs extorquere.Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure.Ange.in cons.ccvj. incip.Inter ordinamenta.& dicit Bal.in d.l.ex hoc iure,in fi.col.ꝙ olim rusticisolucẽbãt principi tantum xxxj.denarios, hodie ita excoriãt,vt vix dimittãt spiritũ precariò.Bona gl.in l. ager.§.j.ff.de verb.sig.& notat de prędictis Alberi.in l.fi.C.de iurisd.om.iud. Et plenè Iacobi. de san. Geor. in tractatu homagiorum,in x.col.vbi ponit plura.

13 *Dominus ex iusta causa potest ab inuitis extorquere.*

14 *Subditi implorare possunt superiorẽ cõtra dominũ iniustè exigentem.*

ADuerte tñ †ꝙ si dñs iniusta seruitia exigat à subditis siue hominib⁹ suis, homines possut implorare officium superioris,vt dñi oppressionẽ reprimat & soluere non teneãtur:vt vult Spec.in loco ꝛ.alleg. Aluar.in c.j.in v.col.apud quẽ vel quos controuersia feu.nec erit isto casu dñs iudex,vt vult Spe.in d.tit.fi. de feud.§.nunc dicamus.versi.cæterum.Bal.in c. j. in fi.col.de capitaneo q curiã vẽdidit, in vsibus feudorũ.dicit†ꝙ dñs super taxatione vel impositione onerũ nõ est iudex,nec põt sibi ius dicere.ita Oldra.cõsi. suo ccxxxiiij.incipit, Factum tale est.Et tenẽdũ est ꝙ dñi & barões vltra istos iiij.casus nõ pñt taliare subditos,vel eis imponere collectas sine authoritate prĩcipis.Textus in l.j.C.de superindicto,lib. x. nec vltra modũ cõsuetũ pñt talliare.l.j.C.in quibus causis colo.cẽsi.lib.xj.& l.cum satis.C.de agri.& censi.Et licet homines subditi iam p plures vices indebita seruitia dñis suis soluerint,nõ tamẽ p hoc pñt adstrĩgi ad illa soluenda.nec iuuabit dñm illa solutio, qa præsumit metu extorta.Bal.in tit.de pace cõstãtiæ, in verb.pactiones.& facit ad p̃dicta quæ no.Io.And.in c.prẽsenti in nouella,de off.ordina.lib.vj.& in c.cũ singula.de præbẽ.in vj.Io.And.post gl.& alios in c. cùm apostolus.de cẽsi.in vj.si tñ seruitia & onera sint iusta & rationabilia, põt dñs ꝓpria authoritate ab illis inuitis exigere.Spe.in d.§.qm.ver.xviij.& doc.in d.c.cũ apostolus. ¶Itẽ quæro,†nunquid dñs ꝓ defensiõe patrię possit facere talliã, & imponere collectã hominibus suis:Ioã.Raynaudi in c.imperialẽ.§. firmiter.& ibi alij,de prohi.feud.aliena.p Fede.tenẽt ꝙ dñs ꝓ defensione sua & suæ patriæ, põt cogere subditos vt ei cõtribuãt,& eos cogere,vt ei inseruiãt. ¶Nũquid aũt psonaliter vel nõ ? & ẽt si velint per substitutũ,an possint:Ponũt Aluaro.& alij in d.c.imperialẽ.§.firmiter. suprà alleg.Vide in hac materia singulariter Lucã de Penna in l.j.C.ne rusticani ad vllũ obsequiũ deuocẽ. in ij.& iij.q,per v.aut vj.col.vbi plura multum singularia adducit pro vtraque parte,& dixi hîc antè.

15

16 *Dominus pro defensione patriæ potest facere taliam.*

ITẽ si velit subditus ire ad guerrã & defendere:nũqd possit ei denegare pecuniã ? tenet ibi Aluaro ꝙ sic.Et aduerte qa Panor.in c.sicut,& infrà.in fi.de iureiur.quẽrit,†nunquid subditi vocati à dño ad bellũ teneantur ire ? & finaliter dicit ꝙ si dñs inuaditur,& sit timor subitaneus & improuisus:ꝙ oẽs apti ad pugnã seu custodiã tenẽt fauore reip. Imò & etiã clerici tenẽt ad custodiã murorũ.vt in c.peruenit. & ꝙ ibi notat,de immuni. eccl. facit c.omni timore. xxiij. quę.vij.& dicit Bar.in l.fi.C.de cursu pub.li.xij.Nota istã legẽ cõtra clericos:& ꝓpter istã societatẽ Heluetiorũ quæ venit in ducatu;deprædãdo,currẽdo,& occidẽdo:vt possint clerici grauari ad datia & collectas & alia onera sordida: vt contra dictas gentes repararentur:quod est notandum. Et ita etiam dicit & tenet do.meus Ias.in d.l.placet.C.de sac.san.eccle. in iij.col.

17 *Subditi vocati à domino ad guerrã an teneantur ire.*

IN contrariũ in hoc videt facere tex.in d.l.placet.C. de sacrosan.eccl.dicẽdo sic, †Ecclesia non tenetur ad munera extraordinaria,vt d. l. placet.sed tale munus est extraordinariũ,cùm non habeat certã formã. †nã ecclesia est exẽpta à superindicto.tex.in d. l. placet.†sed superindictũ est munus extraordinarium qđ ꝓpter necessitatẽ belli indicitur:vt declarãt gl.& Bar. in rub.C.de superindicto.li.x.Pro hoc facit text.in c. reprehensibile.xxiij.q.viij.vbi dicitur, † ꝙ clerici nõ tenentur ad custodiam ciuitatis,etiam cõtra pyratas. Ad idem facit,quia ecclesia non tenetur contribuere ad refectionem murorum ciuitatis:quãuis ista impẽsa respiciat publicam vtilitatẽ. gl. in l.ad instructiones,in tit.C.de sac.san.eccl. secundum quã consuluit Panor.in consi.iij.quod incipit, Casus super quo cõsilium petitur.in j.vol.Vide contrarium infrà,in glo. *& sur ses hommes*,ver.Ad hoc etiam tenentur,in additione ibi posita vbi dicitur ꝙ tenẽtur &c. ¶ De custodia vero vrbis,de excubiis,vigiliisque exercendis, & de præfectis vigilum, vide Franciscum Patricium in libro de institutione reipub.lib.iij.ti.x. vbi succinctè tractat quomodo vrbs custodiri debeat,quæ mala ex cubiarum seu custodum negligẽtia efficiat,quam curam debent habere ipsi custodes & præfecti : quales debeãt deligi:& quomodo debeãt disponi tam inter diu quàm noctu:quocirca si opus sit,ad eum recurre.

18 *Ecclesia nõ tenetur ad onera extraordinaria.*

19

20 *Superindictũ quid.*

21

POssent adduci ad ista, tradita per Alex. & alios in l.si ex toto,in prin.ij.col.ff.de leg.j.vbi quęrit;pone ꝙ cõcessa est immunitas alicui à collectis & impositionibus,nunquid si fiant collectæ rõne guerræ debeat etiã esse immunis:nã ex quo dicit ꝙ securius est ꝙ ponat ꝙ sit immunis ab ordinariis & extraordinariis muneribus:cùm p hoc videbit esse immunis etiã à collectis quæ fiunt ratione guerræ. Videtur ꝙ cùm ecclesia sit immunis ab extraordinariis, & etiam erit immunis à collecta quæ fit ratione guerræ.Tangit etiam Ant.in c.peruenit.de immu.eccle.

QVid dicẽdũ ? in hoc casu dubio tenenda est opinio Bar.cũ modificatione Pan.in c.nõ minus,de immu.eccl.& illã tenet ibi Pet.de ancha.& Panor.cũ sua limitatione & modificatiõe. videlicet dummodo talis necessitas æquè immineat eccl. & impuniat nõ per principes seculares,sed per iudices ecclesiasticos. Facit bene tex.in c.ij.cui' initiũ est,puenit. & ibi Pa. ad hoc illũ notat,de immuni.eccle.†vbi clerici tenẽt ad custodiã murorũ ciuitatis tẽpore imminẽtis belli qa istud respicit cõem vtilitatẽ & necessitatẽ. Ita tenet.Alex.cons.suo.lxxviij.in i..col.in ij.vol.Bar.Cæp. in tracta.seruitu.rustic.in tit.de via. q. xxv.& vide de hoc plenissimè per Cald.cõsi.ij.in tit.de cẽsi. & Luc. de Penna in l.ij.de quibus mun.vel præstatio.C.titu. xlviij.lib.x.Et an omnes subire debeãt custodiam ciuitatis qui in ea morãtur:vide eundem de Pen. eo.li. in l.iij.C.de inco.& vbi quis domici.&c.

22 *Clerici tenẽtur ad custodiam murorum tẽpore belli.*

ADuerte tñ quia in regno Franciæ Christianissimus rex noster potest imponere subsidium sup

BIU Cujas

viris ecclesiasticis ꝓ defensione suæ patrię,qñ imminet necessitas, ẽt inconsulto Romano põtifice:prout declarauit Bonifacius in bulla quæ est redacta in l.liliorũ,cuius tenorẽ posuit lo.ferraut in iurib⁹ & priui legiis regni .†Qui qdẽ rex solus,& nullus ali⁹ põt imponere nouũ vectigal,ẽt in sua terra seu proprio dominio & patrimonio:alij aũt reges tm̃ pñt exigere:vt in terminis de rege Frãciæ dicit Sali.in l.j.C.noua vecti.impo.nõ posse.& vide Io.fa. in l.nõ quidem, quæ est lex.j.C. noua vectig. vbi dicit ꝙ etiã alij principes subditis consentientibus in regno Francię nõ possũt imponere.Ita in terminis tenet Petrus Iacobi, in sua pract.in tit.de mune.quod impo.personis pro rebus.

23 Rex Franciæ imponere potest nouum vectigal.

ADDITIO.De hac Bonifaciana de qua hîc proximè dixi meminit etiam Guil.Benedicti in sua repe. c. Raynutius in verb.& vxorẽ noïe Adelasiã.nu.cxxxvj. Imò ẽt vt dicit,istud videtur esse de iure,cum,vt dicit Panor.in c.sicut,*le dernier*,de iurei. † ꝙ quoties princeps inuaditur,si timor sit subitaneus & improuisus, eccl.cõtribuere tenet.& dicit ibi,ꝙ ista est ęqua iuris veritas.de quo plenè p Lucã de Pẽna. ĩ l.ij. & iij.C.de qbus mune.vel pstatio.nemini se excusare liceat.li.x.

24 Principi subitanee inuaso, ecclesia cõtribuere tenetur.

FAciũt ꝓ hac opinione & decisione illud qđ habetur iiij.Reg.xiiij.ca. vbi Ioas rex Israel ꝓ necessitate tulit oẽ aurũ,& argẽtũ & vniuersa vasa quæ inuẽta sũt in domo dñi.Et iiij.Reg.xvij.cap.vbi Exechias similiter dedit oẽ argẽtũ qđ reptũ fuerat in domo dñi ꝓ necessitate patriæ,& vt ei subueniret.Et ẽt hoc est, †qa bona ecclesię & facultates sunt deputatæ vt oppressos & captiuos redimãt.c.sacrorũ. c. sicut c.aurũ, & c.gloria epi.xij.q.ij. †Et ideo ꝓ defensione patriæ & imminẽte necessitate clerici tenẽtur soluere tributũ imperatori & regibus.ca.tributũ.xxiij. q.viij. Et ideo si ꝓ redẽptione captiuorũ sint facultates eccles. deputatę,multò magis ꝓ defensiõe patriæ,vbi immi net vrgẽs necessitas.qm̃ melius est in tẽpore occurrere,quàm post illum vulnus remedium quęrere.arg.l. fi.C.in quibus causis in integr.restitu.non est necess.

Ioas rex Israel. Exechias rex.

25 Bona ecclesiæ ad quid deputata.

ADDITIO.Et istud tenet G. Bñdicti in sua repe. c.Ray.in verb.& vxorem noïe Adelasiam.nu.cxxxvj. & ibi ponit qũo illud j.Re.xviij.c.cùm dicit,ius regis &c.ẽt intelligit de iusto rege in casu necessitatis.& ita tenet Mat.de affli.in præfat.constit.regni Sici.in xvij. quæst.imò ẽt quolibet tempore vĩ ꝙ debet intelligi, cùm tex.loquatur per verbũ, ius,qđ nõ põt sonare in iniuriã.†Ex qbus & pluribus aliis motiuis,Christianissimus Franciæ rex noster Franciscus primus,anno dñi 1522.cùm inuaderetur in Italia & in suo ducatu Mediolani ab Hispanis,Italis,& Alemãis,in Picardia ẽt à Flamingis,Sicãbris,& Anglis,ĩ Cãpania,ab Alemanis,in Vasconia,ab Hispanis,in vim illi⁹ bullæ Bonifacianæ petiit tributũ ab eccles. Gallicanis. ¶ †Sed tamẽ ecclesia ipsa Gallicana pluribus de causis dixit se non teneri ad huiusmodi tributa,tam de iure diuino,& ciuili quàm canonico,quoniam dicebat libertatem ecclesiarum esse de iure diuino.

26

27 Francisc⁹ primus rex Frãciæ petiit tributum ab ecclesiis Gallicanis.

28 Quomodo dicta ecclesia Gallicana se defenderit Iure diuino.

PRimò ꝓbatur,Nu.ca.iij.& c.viij.Nã quamplures libertates in ædificatione tẽpli, rex Salomon obtinuit à deo,vt iij.Reg.c.viij. & c. ix. Et ipse Deus Exod.xix.ait, Mea est eĩ omnis terra:in qua disposuit vt ecclesię& sacerdotes eorũ essent liberi ab omni potestate secularĩ.habet ẽt ij.Macha.c.iij. vbi Deus noluit ꝙ ecclesia violaret, ẽt in bonis tẽporalibus secularĩ, quæ erant in tẽplo deposita ꝓ custodia. Multò ergo minus in bonis clericorũ & ecclesiarũ. Cùm ꝓpter vnumquodq; tale, & illud multo magis authẽ. multo magis.C.de sa.san.eccle. Nã etiã Pharao, licet tyrãnus,†iussit priuilegiũ suorũ sacerdotũ obseruari. vt habet Geñ.xlviij.Emit igit Ioseph omnẽ terrã Aegypti,vẽdẽtib⁹ singulis possessiones suas præ magnitudine famis,subiecitq; eã Pharaoni, & cũctos populos eius,à nouissimis terminis Aegypti,vsq; ad extremos fines eius,præter terrã sacerdotũ quæ à rege tradita fuerat eis,&c.Hoc idẽ & melius habet & fuit in obseruãtia,j.Esdræ.c. vij. † vbi rex Artaxerxes statuit in dñio suo,vt sacerdotes Dei essent immunes in persõis & bõis.Cùm ibi dicat, vobis quoq; notũ facim⁹ de vniuersis sacerdotib.& Leuitis,cãtorib⁹ & ianitoribus nathinæis & ministris dom⁹ Dei huius,vt vectigal & tributũ & annonas ñ habeatis potestatẽ imponẽdi sup eos. ¶ † Apud Paganos ẽt verũ deũ nõ colẽtes,fuerũt multi principat⁹ & dñationes,ꝙ multũ honoris suis sacerdotib⁹ tribuebãt, imò eos ab omnib⁹ muneribus & pstationibus immunes tenebãt,vt erãt Druydes apud Gallos,tempore Iulij Cęsaris,& apud Heduos (ꝙ totius Galliæ principatũ ferè tũc obtinebãt)& tales suos sacerdotes immunes omnib.mũeribus & pstationibus tenebãt,vt refert Iulius Cęsar li. vj.suorũ Cõmẽtariorũ,in hæc verba,Druydes reb⁹ diuinis intersũt,sacrificia publica ac priuata ꝓcurãt, religiões interpũtant.& paulopòst,Druydes à bello abesse cõsueuerũt,neq; tributa vnà cũ reliqs pẽdũt,militiæ vacationẽ omniũq; rerũ hñt immunitatẽ Ex qb. facilè cõstat,ꝙ Druydes erãt tũc apud ipsos Gallos sacerdotes,aut illos eisdẽ cõparare possumus.Nã & pœnã(vt ibi patet)excõmunicationi similimã inferebãt. Multò plura exẽpla ad ꝓpositũ de libertate ecclesiastica apd Iodocũ Clichtoueũ in suo trac.de reg.off.c. vij.videre poteris, vbi de ecclesiarum oppressoribus recitat exẽpla,in quos vĩdex fuit Deus, ideo eũ vide.

29 Pharao sacerdotes honorauit.

30 Artaxerxes sacerdotes immunitate donauit.

31 Idolatræ etiã sacerdotes honorabant.

Druydes Gallorum sacerdotes.

DE iure etiam ciuili dicebat dicta ecclesia hãc immunitatẽ esse vt in l.placet.C.de sac.san.eccle.& ita fuisse ordinatũ per Ludo. Imperatorem. vt habetur in secundum canonicum.xxiij.q. viij. & in c. sancitum,eadem causa & quæstione.

Iure ciuili.

ET etiã de iure canonico.c.quanquã,de cẽsibus in vj.c.nõ min⁹, & in c.ãduersus, ext.de immunita. ecclesia.cum vulga. ¶ Et ad Bonifacianã respondebat ꝙ fuerat reuocata per eundẽ Bonifaciũ q eã cõcesserat per dictum c.quãquam, & per extrauagãtem Benedicti vndecimi.de immunita.ecclesiarum.

Iure canonico.

IMò etiã†ꝙ papa hoc non potuit cõcedere, nec cõtra ꝑdictã immunitatẽ seu libertatẽ, tãquã de iure diuino introductam(vt dictũ est suprà)venire, aut dispensare c.literas, de rest.spo.& ibi gl.ordinaria iuxta tex.in c.à nobis,& de decimis.& ibi p Abb.& alios,c. cùm ad monasteriũ.de stat.reg.vt tenet Richa. in iiij. dist.xxviij.art.iiij.& Ale.de Ales in 3.parte.q.50. mẽbro.viiij.art.iij.cũ multis aliis in pluribus locis alleg.

32 Papa contra ius diuinũ dispẽsare nõ potest.

IMò†etiã,qđ plus est præcepta canonica non debẽt sine maxima ecclesiarũvtilitate,aut necessitate,mutilari aut laxari.facit tex.in c.& si illa.j.q.vij. & est determinatio beati Augusti.in c.omnibus.xxxv. quæst. ix.& in c.loci.eadem causa & quæstione.

33 Canones siue necessitate non laxand.

VEl etiã dicebat ꝙ illa Bonifaciana nũquã fuerat recepta in obseruãtia, & iõ nullas habere debebat vires.†Cũ lex seu statutũ,qđ nõ est receptũ in obseruãtia,nullas habeat vires.gl.in c. j. de treuga & pace.& ibi p plura Fel.gl.in c.j.in verb.statuta. de cõsti. tex.in c.j.xvj.distin.tex.in c.fi.§.hæc & si leg. iiij. dist. do.Ias.in l.rem nõ nouã. vbi ponit plures decisiones. C.de iudiciis.& in l.de quibus,col.viij.ff. de legibus. Alex.cõs.suo vj.inci.viso themate.in ij.col.in j.vol.& in consi.cxxxj.in j.vol.& in consi.xviij.in ij.col.

34 Lex nõ recepta in obseruãtia, nullas vires habet.

Vel

35 Philippus Pulcher.

VEl etiam dicebatur † ꝙ tale priuilegiū cōcessum Philippo Pulchro Francorū regi per supradictū Bonifacium, fuit ei cōcessum ob timorem, eo ꝙ dict⁹ Philippus Pulcher ipsum Bonifaciū detrudi fecit in carcerē, in quo mortuus est post trigintaquinq; dies vt dicit Platina: vel post vigintiquatuor vt dicit Philipp⁹ Bergomē. in suo supplemēto chronicarum. Sed hoc nō est verū, cùm ipse Bonifacius regnauerit octo annis, & datū fuerit supradictū priuilegiū Pōtificatus sui anno tertio, quo tēpore nulla erat cōtrouersia inter prædictos Bonifaciū & Philippū Franciæ regem.

Platine & Philippi bergomensis error.

Philippi Pulchri in Bonifa. papam ingratitudo.

SEd potest dici ꝙ ipse Philippus Pulcher tale priuilegium amittere potuit propter ingratitudinē per eum postea in summum Pontificē (vt patet ex gestis p eū. de quibus p Platinā, Philippū Bergomensem, & Guaguinum lib. vij. suarū chronicarū) cōmissam, etiā quia propter eā videt illud reuocasse p c. clericis laicos. de immuni. ecclesia lib. vj. ¶ Lucas de Penna in d. l. ij. cōcludit, † ꝙ princeps non recognoscēs superiorē in suo regno, potest exigere subsidiū ab ecclesiasticis psonis vrgēte necessitate inuasionis, & piculi sui regni. ¶ Facit dictum Ludo. Romani, in l. si vero, §. de viro. ff. solu. matri. vbi dicit, ꝙ iura phibētia clericis imponi onus collectarū, nō intelligūtur nec extēdūtur ad casum in quo est necessitas ꝓpter publicā vtilitatem, † quæ tueri nō potest sine subsidio clericorū: tunc eis licitè potest imponi onus collectarum.

36 Princeps quo casu subsidiū possit petere à clericis.

37 Vtilitas publica nō sine clericis.

ADDITIO. Et illud dictum refert & sequit⁹ Hipp. de Marsil. in practica causarum criminaliū, §. aggredior, nu. lxiij. Et quō clerici & ecclesiasticæ psonæ teneantur ad refectionē pontium & murorū, vide Bertrādi, in cōs. suo cxxiij. in j. parte. † qđ diceret esse verū ratione bonorū tēporalium virorū ecclesiasticorū, & quæ tenent⁹ in feudū à principe, cùm talia de sui natura sint subiecta defensioni patriæ, & eo ꝙ bona tēporalia clericorū, maximè in Gallia, sunt subiecta cōstitutionibus & ordinationibus regiis. notat Bal. p illū tex. in c. cùm veniss̄et, de eo q̄ mittit⁹ in possessio. causa rei seruan. Et aliàs nō posset. & ita debent intelligi omnes decisiones canonistarum in suis locis plenissimè allegatę, quas non transporto, cùm sint vulgares.

38 ADuerte tamen † ꝙ si Rex vendat aliquam partem sui regni, emptor illius non pōt vti hac immunitate seu huiusmodi priuilegio in terra empta, sicut dicimus in emptoribus rerum clericorū, qui non gaudent immunitate qua antè gaudebāt clerici. ita tenet Spec. in tit. de immunitate ecclesiæ, §. fin. quē allegat Philippus Francus in c. quanquam, in glo. negotiādi. de censibus, in vj. & Guid. Papæ in sigul. suo, cclxxiij. vbi etiam allegat Archidia. c. quanquā de cēsibus. & hoc est, quia Rex vendēs oppidum cum mero, misto imperio, & iurisdictione, etiam nihil in se retinēs, nō videtur transtulisse in emptorem ius regiū, vt dicit Iacobinus de sancto Georgio, in l. Imperium, in j. lectura. col. iij. ff. de iurisdict. om. iu. quoniam ista sunt iura regia, vt dictum est antè, igitur.

IN TEXTV IBI,
Indire imposer, & leuer aydes.

1 Indictum & superindictū quid.

QVæro † quid sit indictum & superindictum? adquerte ꝙ tempore Romanorū singulis prouinciis vltra tributū cœpit à principio extraordinē iniūgi in dictum, quod non omni anno, sed semper p singula lustra præstabatur. Nam in primo quinquennio præstabatur tantū ferri, in secundo quinquennio tātum argēti, in tertio quinquēnio tantū auri. vt declarat⁹ in rubri. de indict. l. x. & dicit ibi gl. ꝙ ab ista institutione notarij sumpserunt modū: quia instrumētis semp apponūt indictionē, quā si vis scire cōputare, vide gl. C. de nouo codi. cōfir. in fin. versi. vij. Spe. in tit. de instru. editi. in ij. col. in §. breuiter. versi. post annos domini. & dicit glo. in d. rub. ꝙ Romani ante natiuitatē Christi computabant annos ab indictione, Hebræi à diluuio, Græci à ludo Herculeo, qui fiebat per singula quinquennia in monte Olympo. Sed hodie omnes Christiani ab annis dominicæ incarnationis.

ADuerte etiam quia adhuc habemus vectigal, Archimandiam, Theoloniā, portoriū, pedagiū, guidagiū, tributū, gabellam, indictum & superindictū, nouum vectigal, vectigale prædiū, & vectigal, & munus. qđ munus diuidit⁹ in mun⁹ ordinariū & extraordinariū. ¶ Vectigal † enim qñq; dicit⁹ pēsio fundi. l. lex vectigali fundo. ff. de pigno. sed propriè vectigal dicit⁹ octaua pars eius qđ vehit⁹: quæ pars nomine vectigalis fisco præstat⁹. l. vniuersi. & l. à legatis. & l. à præstatiōe. C. de vectigal. & cōmiss. gl. in l. j. §. hic titul⁹. ff. de publica. Azo in summa C. de vectiga. Sali. in l. vectigalia. C. noua vectiga. imponi nō posse. gl. in l. eum qui vectigal. de verbo. sig. ff. & dicit Sali. in d. l. vectigalia, ꝙ vectigalia seu gabellæ non solùm exiguntur de rebus quæ vehuntur de loco ad locū, sed ēt de his quæ sunt intra ciuitatē vel oppidū ob idētitatē rōnis. & refert Suetonius de vita Caij Caligulæ, versi. vectigalia noua. ibi ex gerulorū diurnis quæstibus, ꝙ Caius Caligula fuit prior q̄ auxit vectigal ex diurnis quęstibus gerulorū. & dicit beat⁹ Tho. sup epistola ad Roma. c. xiij. lect. j. ꝙ vectigal. est quod tribuitur pro reparatione & custodia de mercimoniis. † Et qñque dicitur archimandia secundum vnam expositionem, quā ponit Bal. in c. j. in prin. quæ sint regalia, in vsibus feudorum. † Quādoque dicitur theolonia à tollendo. d. c. j. & ibi Bal. † Qñq; dicitur portoriū secūdū gl. in c. sup quibusdā, de verb. signi. vbi ēt vide de salinariis quæ dicantur. de quo ibi per gl. Host. Inno. & Abba. Sicu.

2 Vectigal quid.

C. Caligula.

3 Archimāda.

4 Theolonia.

5 Portorium.

PEdagium † verò à pede dictum est, qđ à transeūtibus soluitur. d. c. super quibusdam. §. præterea, & ibi gl. & doct. & not. in c. quanquam, de cēsi. li. vj. & ibi. Ioā. And. innouel. & Abb. in c. innouamus. co. tit. & in c. super quibusdam. Et aduerte † ꝙ pedagium nō est seruitus debita colligēti: quia de natura seruitutis est pati nō agere. ff. de serui. l. quoties. §. fi. sed est quędam iurisdictio circunscripta loco. † Et ideo pōte destructo sine spe refectionis non posset exigi vectigal à transeuntibus per aquam ibi vbi erat pōs, nec in nouo ponte infrà vel suprà facto, quia locus erat iurisdictio limitata, & ipse pons in rerum natura desiit esse. Et omnia loca sunt naturaliter libera trāseūtibus. ff. quemadmodum ser. amit. l. si locus. §. fi. Si autem pōs in loco veteri reficiatur: tunc ius vectigalis ipso iure reuocatur sine restitutione in integrum. d. l. si locus. ita Bal. no. in l. si plures. in iij. col. C. de condit. inser.

6 Pedagiū vnde dictum.

7 Pedagium non est seruitus.

8

ADde, † an rex Franciæ habeat priuilegium cōcedendi pedagia, vel mutandi nouam monetā. Vide Hostien. in summa de cen. in §. ex quibus causis, in ij. col. dicit Io. fa. in authen. hoc nisi. C. de euic. quòd si princeps mutet monetam, quòd subiecti debēt seruare, etiam si fortè in debiliorem. vbi dicit quòd ista est consuetudo Franciæ. ¶ Et dicit idem Hostien. in iij. col. † quòd exactiones pedagiorum & salinariorum & guidagiorū reprobatę, sunt nisi ab imperatore vel Rege, vel Lateranen. consilio sint concessæ, vel aliàs ex longissima consuetudine cuius nō extat memoria de cōtrario, & qui aliàs accipiunt, perpetuo exilio dānādi sunt. & ibi ponit an princeps possit concedere

9 Rex Frāciæ an possit concedere pedagia, vel mutare monetam.

10

cedere sine causa. & quæ sit iusta causa. ¶ † Aduerte ēt
11 ad id qđ dicit in d. §. in j. col. de principib⁹ mutātibus monetā ꝓ lucro tēporali in grauamē populi qa tenētur ad satisfactionē. Caueāt ergo, dicit, sibi principes mutantes monetam, nā in foro pœnitentiali & apud deū adstringūt. ¶ † Et exigētes pedagia tenētur tenere
12 *Pedagia exigētes tenētur tenere loca tuta.* loca tuta, Gui. pa. decisione sua. ccccxiij. & saluare sol uētē in psona & rebus. Host. vbi suprà. Ex quo ꝓpter hoc, & dictū beati Tho. suprà relatū, dixi, dñs de Vitello tenet ad refectionē & reparationē pōtis de Vitello, ex quo ibi pcipit pedagiū, guidagiū, & vectigal. Et maximè quia hoc tenet Bartho. Veron. in tractatu suo serui. rusticarum, in tit. de seruitute viæ. in xv. col. ibi, hoc tamen fallit. allegando prædictas rationes, & hoc quia fuit mihi dictum ꝙ ibi percipit pedagium.

ADDITIO. Vide Matt. de afflictis in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, Comes, Baro. † Adde Bal. in tit. q feud. dare possunt. §. abbatis. & de pace iura. fir. §. con uenticulas. ita ꝙ si fiant robarię in eorum terra iurisdictiōe, aut territorio, tenētur aut malefactorē exhibere, aut robariā restituere. ita dixi in tit. *des retraicts*, §. j. in glo. *heritage*. Facit l. nc quid. ff. de incendio, ruina, naufra. Guido papæ. q. ccccxiij. ¶ Et est † guidagiū
13 *Guidagiū quid.* quod datur alicui vt tutò conducatur per loca alterius, secundum glo. & Abb. vbi suprà.

14 ADuerte † itaq; ꝙ noīe vectigalis ēt tributū cōprehendit, nō tn ꝓpriè, vt p gl. & ibi doc. Et Ang. de
15 *Tributum quid.* piglis in l. imperatores. ff. de publi. † dicit aūt tributū ꝓpriè qđ fisco vel principi soluit ꝓ bonis immobilib. l. ij. §. si qd. ff. de hęred. vel act. vēd. & gl. xj. q. j. c. si tributū. & gl. ī c. generali. de elec. in vj. & Bar. in l. placet. C. de sa. san. ecc. & qđ p Bal. in l. neminē. co. ti. notat in l. ij. & fi. C. sine censu vel reli. glos. in d. §. hic titulus l. j. ff. de publican. l. j. & ij. C. de anno. & tribu. lib. x.

16 *Gabella quid.* GAbella † verò vel vectigal soluitur pro bonis mobilibus: id est pro his quę vehunt. d. l. vniuersi, cū
17 *Prædiū vectigale quid.* similibus suprà alleg. ¶ † Et dicitur prędium vectigale quod præstat vectigal fisco. l. etiā, cum gl. C. de prędi. mino. ff. si ager vectigal. p to. l. lex vectigali, de pigno. ff. sed Archi. in c. si morte. §. j. xxiij. q. vlti. dicit tributū esse qđ soluit per regiones, sed vectigal dicit quod datur ꝓ his quæ vehunt per patrias, vel dicit tributū quod domi soluitur, vectigal verò qn ad domū vehit, vt in gl. ad Romanos. c. xiij. † Et dicit tributū à trituris vel à tribu, quia prius soluebatur p singulas trib⁹ secundum Isidorum. † inde & tributi dicebātur, qui præerant tribus partibus populi Romani: cuius sumptus appellabantur tributa, secūdū Archi. vbi suprà.

18 *Tributū vnde dicatur.* 19 *Tributi qui dicantur.*

20 ET adde † ꝙ tributum est signū subiectionis, non tamē plena ꝓbatio. c. recipimus, de priuile. & gl. in c. magnū. xj. q. j. & Inn. in c. præterea, de trāsac, quē sequitur Bal. in margarita, ver, census. & in l. iij. & ibi Ang. C. de natu. li. & in l. data opera. xvj. col. C, qui accusa. nō pos. & no. in authē. quibus mo. na. effi. sui. §. si quis. & in c. ij. vbi etiā doct. & Abb. sicu. de cēsi. & Alex. de imo. in consi. xxxiij. quarta parte, & glo. in c. tributum. xxiij. q. viij. ¶ † Fuit autē primo statutū tri-
21 *Tributū quis primo instituit.* butum à Cæsare Augusto, vt continetur in euāgelio. Exiit edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis &c. secundum Archi. in d. c. magnum. vbi etiam dicit Christū præcepisse solui tributū Cæsari. Quinetiam christus ipse soluit tributum Cęsari, vt dicit ibi tex. ver. si enim censum filius Dei soluit, & tn nemini fuit subiectus, secūdum gl. ibi, in verbo, omnis. pro materia autem tributi, vide gl. ordi. in rub.
22 C. de anno. & tribu. lib. x. ¶ Aduerte, † qm vt dicit Ioā. Fab. in §. p traditionē, inst. de rerū diui. hodie soluunt in Frācia taliæ pro subsidio regni loco tributorū. quē refert G. Benedicti in sua repet. c. Raynu. in verbo, & vxorē nomine Adelasiā. nu. ccccxxv. de testamētis. † *Tallię in Frācia solūtur loco tributorum.*

ET adde † ꝙ sinonyma sunt tributum, census, pen-
23 sitatio, & annua præstatio, secundum gl. in l. j. tit. de publi. ff. quod verū est secūdum Bar. & doct. ibi, & Abb. in d. c. innouamus. qn debetur fisco, nō qn priuato vel ecclesiæ, vnde ex verbis Bar. vbi suprà, sumitur † ꝙ cōtractus censualis propriè dicitur per quē omne
24 *Cōtractus census in quo datur.* ius transfertur in cēsuariū: hoc acto, ꝙ aliquid soluat nomine census quo casu censuarius non soluēs nō cadit à iure suo, qa pōt morā purgare. c. constitutus. de religio. domibus: sed præsumitur infidelis, sicut qui soluit censum præsumitur fidelis, secūdū Bal. in Margarita: verbo, census. hinc dicitur qđ non soluere censum, est vsurpare libertatē. vt inquit Bal. in l. plures. C. de fide instru. † qn autē cōcedens retinet sibi aliqd
25 *Pensio quid.* vt directum dn̄ium, vt emphyteuta, dicitur ꝓpriè pē & canon vel canon, & non census: & tunc nō soluēs cadit à iure suo. c. potuit. de loca. l. ij. C. de iu. emph. ¶ Quid aūt differat tributū à collecta. Bal. in l. neminē. C. de sa. san. eccl. dicit collectā ex æstimo cōis prouenientē esse munus ordinarium, nō aūt tributū: qa nō cōtinet vniforme & rectū secūdū Spe. in tit. de cle. coniu. Sed vide melius per Bal. & Sali. in l. fi. C. sine cen. vel reli. vbi Sali. loquēs dicit latius esse vocabulū publicę pēsitationis q̄ tributi: strictius & ꝓpriè loquēdo nō largè. tunc quicqd tribuit pōt dici tributū, strictè verò tributū nō est id qđ iure emphyteutico fisco debet, tn est publica pēsitatio. ¶ † Sūt em̄ secundū Sali. & doct.
26 *Munerum plures species.* multæ munerū species: quædā sunt merè psonalia: vt quæ indicunt psonis propter psonas: & cōsistūt in labore psonæ, quædā sunt merè realia, quæ imponūtur propter rem, & quæ rei possessorē comitātur: quę tributa nūcupātur, & faciunt prædia tributaria: quædā sunt mista cōsistentia in labore psonæ, & in rebus. vt ꝙ qs vadat cū bobus, mulis, vel curru in exercitū: rel ꝙ rustici cōducant lapides vel calcem ad castellanū: quædā sunt neutralia ad prædicta, licet in rebus consistāt, & horū aliqua indicunt psonæ & ꝓpter psonā, vt si psona laboret, sed vt soluat ꝓ persona publica solidum annuū pro quolibet: † & hæc capitatio nūcupatur l. sacro sanctæ. C. de sacrosan. eccl. l. fi. C. si ꝓpter pēsi. publi. aliqua indicuntur personæ; nō ꝓpter psonā, sed propter res possessas: vt sunt collectæ. Et hoc munus quandoque dicitur ordinariū, quandoque extraordinarium: de quibus infrà proximè dicam.
27 *Capitatio quid.*

28 *Vectigalia sunt munera personalia.* ADuerte tn † ꝙ vectigalia seu gabellæ dicuntur munera psonalia, quę imponunt psonę ꝓ rebus: vt tenet Bar. in l. j. § hic titulus. ff. de publi. & sic intelligitur qđ dicit Bar. in l. j. x. col. de mulie. & in quo loli. xj. vbi dicit munus esse munus reale. p l. ij. C. de priuile. vete. & l. fi. C. de cano. largi. lib. x. ¶ † Est & nouū
29 *Vectigal nouū.* vectigal, qđ dicit siue imponit de nouo, siue vltra soli tū augeatur vel minuat. l. vectigalia. C. noua vectig. impo. non poss. ¶ † Publicani autē dicūtur, qa publica
30 *Publicani qui sint.* vectigalia habent cōducta. l. quātæ. §. fi. ff. de publi. & talis fuit sanctus Matthæus apostolus, vt dicit gl. in l. cū qui vectigal, ff. de verb. signif. & in d. l. j. §. hic titulus. † Dicuntur ergo publicani, qa publico fruūtur, si
31 *Publicani vnde dicti.* ue fisco soluāt, siue pēdāt vectigal, vel ēt tributū cōsequantur, & oēs qui aliquid à fisco cōducūt, rectè publicani appellant. d. l. j. §. hic titul⁹. Sed largo mō dicūtur publicani, quasi publicè peccantes: secundū Abb. Sicu. post Ioan. And. in c. nouit. de iudi. super gloss. Et
32 *Ethnici vnde dicti.* † Ethnicus, vbi loquit de monte Aethna Siculo ignē vomente: dicens ibi esse os & sinum inferni. Proprie

tamen

tamen dicũtur publicani hi qui habẽt cõductũ vecti gal à populo Romano: impropriè verò qui ab aliis ciuitatibus vel municipiis. d.l.eũ q.& ideo directũ edictũ de publicanis hẽt locũ in publicanis populi Romani: sed vtile in aliis. l. sed & hi. §. ꝓpterea. ff. de pubb. l.j. §. j. e. ti. Quod tñ in Venetis nõ ꝓcedit, q non re cognoscũt superiorẽ: vt tenet Bal. in l.j. fi. de re. diui. & per Salic. in l.iij. ff. de nau. fœno. † & dicuntur habere rẽpublicã sicut Romani: & in eorũ publicanis locꝰ est directo edicto, nõ vtili, vt tenet do. Bartho. Cæpol. in d.l.eum qui vectigal. in ij. no. ¶† Guidagia verò licitè accipiũtur, cùm dentur propter locationẽ operarum, ad tutè conducendum, secundum Ioan. And. & Abb. Sicu. in c. super quibusdam. §. ꝓpterea. de ver. signif.

33 *Veneti habent rẽpub. vt Romani.*

34 *Guidagia licitè accipiũtur.*

35 *Indictũ quid sit.*

ESt ergo † munus ordinariũ quod & indictũ appellatur: secundũ tex. & Bar. in l.j. C. de indic. li. x. qñ procedit lex vel ꝓuisio generalis, ꝙ singulis mẽsibus vel annis, quisq; allibratus soluat vnũ solidũ ꝓ libra: tunc quia habet tractũ successiuũ & regulatũ: & non cõcernit tẽpus præsens, dicitur ordinariũ, sicut q̃do ꝓuinciales soluebant aurũ vel ferrum, vt not. in rub. C. de indi. li. x. † & si huic vnico solido ordinario adiiciatur aliquid singulis tẽporibus soluendũ: vt cũ imponitur duplũ, q̃doq; decuplũ quolibet mẽse, vocat superindictũ, quod ẽt ordinariũ est: quia toties soluit ordinario, quoties & ordinariũ. C. de indi. l.j. lib. x. licet extra ordinẽ ponatur de necessitate. secũdum gl. & Bar. in l.j. C. de superindi. eo. lib. † Illud singulariter no. in ꝓposito, ꝙ non potest indictũ, seu munus ordinariũ imponi, seu collecta, nisi prius populis notificetur, vt se prꝑent. Casus est no. secundum Bart. in l. ij. C. de indic. lib. x. & ibi etiã ponitur forma notificationis dicto casu fiendę, quod tñ hodie non seruatur.

36 *Superindictum quid sit.*

37

38 *Indictio quid.*

† Ab indicto traxit nomẽ indictio, quę erat apud Romanos cõputatio dierũ. s. annorũ xv. quibus tripartitis per lustra. j. ꝓ quinquẽnia soluebatur imperatori aurum argentum, & ferrum. vt per gl. ordi. in j. const. C. in rub. C. de indic. li. x. & plenius per Spe. de instr. edi. §. j. ver. post annos. & vers. breuiter. & seq. † Apud Græcos verò tẽpora computabãtur per quadriennia, quod spatium appellabatur Olympias, dicta eo ꝙ in Olympo mõte spectaculũ fiebat in quarto anno: ꝙa sic filius Herculis ludum instaurauit: qui ab Hercule quolibet anno exercebat in Olympo, vt docet Soli.

39 *Olympias quid.*

Olympiadis prima initium.

post principiũ. Incœpit prima Olympias, post deletã terrã: anno. cccc viij. ante vrbem verò conditam anno xxviij. ab Helienſibus instituta. vt ibi per Soli. quo tẽpore regnabat rex Ioathã, & Romulus & Remus generati sunt ex matre Ilia, vt legitur in historia scholastica. ij. Regum c. anno ij. Phareæ regis &c.

40 *Munus extraordinariũ q̃d dicatur.*

EXtraordinarium † verò munus est qñ eius impositio non fit prouisione vel lege generali seu regulari: nec ob causam ordinariã & successiuã, sed ob causam extraordinariã occurrentẽ, vt pro hastiludiis: vel pro latrunculis, ne damna inferãt, vel ob aliã similẽ causam momentaneam, quæ reiterationem nõ expectat. Et sic debet intelligi gloss. l. rescripto. §. fin. ff. de mun. & hono. & in l. placet. C. de sacrosan. eccl. † quę dicit collectam esse munus extraordinariũ: quod etiã tenet Bar. in cons. punctus quæstionis talis est. Quidã legitimus &c. per l. pater. C. de vaca. mun. lib. x. dicit ergo post Sali. vbi suprà ꝙ † omnia quæ ordinariè debentur reipublicæ, pensitationes publicæ nuncupãtur. Tributa verò sunt quæ non debentur ex prædiis, vel ex capitibus, vel quæ non à singulis personis, sed à ciuitatibus vel à Baronibus debẽtur Cæsari: siue in auro, siue in specialibus, in signũ subiectionis, quæ ẽt

41 *Collecta est munus extraordinariũ.*

42 *Pensitationes publicæ.*

census vulgo nuncupatur. & Bal. in l.ij. C. sine cẽs. vel reli. & quod per Bar. in l.ij. ff. de iure imm. & in Spec. de cleri. coniu. Archi. & Io. An. in c.j. de immu. eccles. li.vj. & per Bar. in l.j. in vlt. col. C. de mulic. in quo loco. lib. x. † Nec est omittendum ꝙ decima papalis accedit potius collectę, quàm tributo. & ideo debet solui potius in diœcesi ecclesiæ, quàm in diœcesi rerũ. secũdum Bal. in l. neminẽ. C. de sacrosan. eccl. ¶ Quot autem sint munera, & quæ sint, videas plenissimè do. meum Ias. in l. placet. C. de sac. sanc. eccle. ad quem tẽ remitto pro præsenti. & Calde. cons. ij. de censi.

43 *Decima papalis.*

AD vnum tamen aduerte, † ꝙ princeps, lex, vel statutum potest facere munera quę sunt extraordinaria, ordinaria. Calde. in cons. vij. in rub. de constit. & in consi. ij. de censi. hîc antè bis alleg.

44

IN TEXTV IBI,

Mariage d'vne fille.

ISTud tenet Alex. in cõsi. suo xxxvj. inci. viso themate & dubiis. in j. & ij. col. in ij. vol. vbi multũ in hoc põderat cõsuetudinẽ. ¶ † Et notanter dicit, *d'une fille*, quia pro secunda filia non põt dñs exigere istud munus, sed tantũ pro vnica. vt dicit Gui. pa. in q. sua. lvij. in fi. † Et hoc quia sermo simpliciter prolatus, intelligit de vna vice. l. boues. §. hoc sermõe. ff. de verb. sign. De qua regula vide. ff. tit. *des successiõs*. §. x. ĩ cõs. ibi posito vers. Adde ꝙ verbũ simpliciter prolatũ &c. Et per hanc doctrinã & quædã alia, Io. Sanx. in cõsue. Turonen. tit. *des loyaulx aydes*, art. iiij. tenet † ꝙ etiam si filia fuerit semel maritata, & maritus eius cõsumpserit dotem, si moriatur ille maritus, & velit filia iterum maritari, quòd pater non põt exigere iterum istud indictũ: quod nota. Et satis faciunt verba nostrę cõsuetudinis, qñ dicit, *tant seulement*, quæ est dictio taxatiua. Et ibidem quærit dictus Sanxon in fine, † quid si velit ingredi monasteriũ, an possit pater pro ea exigere istud munus. De hac quæstiõe in terminis videatis Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. ꝙ tenet ꝙ in isto casu etiã subditi tenentur. de quo vide amplè G. Benedicti in repetitio. c. Ray. in verbo, dotem quẽ ei dederat. in princ. in iij. & iiij. col. nu. clxiiij. de testa. facit tex. in authen. nisi rogati. C. ad Trebellian. Quic quid dicat si casus mihi eueniret, tenerem quòd non. Non insisto nunc.

1

2 *Dominus à subditis exigere potest certum quid pro dotãda filia.*

3 *An plus quã semel.*

4 *An pro ingrediente monasterium.*

ADDITIO. Vide Mat. de afflictis in consti. regni Siciliæ quæ inci. quamplurimũ. in j. quęstione iij. li. †

5 *An pro spuria.*

SEd iuxta hoc † quæritur nunquid istud habeat locum in filia spuria, etiã si pater voluerit maritare filiam spuriã: nunquid tenentur subditi ad istud onꝰ? Marti. Laudensis in c.j. an apud iudi. vel dominũ quę stio seu. debe. deter. dicit se consuluisse, ꝙ sicut vasalli tenentur pro filia legitima maritanda, sic etiam ꝓ filia naturali & spuria domini maritãda. † quoniã quẽadmodum pater tenetur præstare alimenta filiæ spuriæ de iure canonico. c. cum haberet. in fi. de eo qui du. in matri. ita etiã tenetur eam dotare. prout tenet Bar. in authen. ex complexu. C. de incest. & nefa. nup. dominus meus Ias. in §. fuerat. in xxiiij. colu. instit. de actio. Panorm. in consil. 50. inci. omnipotentis dei postulato suffragio. videtur primò dictum. in ij. volu. & in consilio suo cxv. incip. punctus quęstionis talis est. in ij. & iij. colu. in eod. volu. † cùm de alimẽtis ad dotem bonum sit argumentum: prout tenent prædicti doct. in dictis locis, quicquid voluerit dicere Imol. in l.j. ff. solut. matrimo. maximè tenetur pater ad dotandum filiam, quãdo non habet vnde possit dotari. Vnde si non habet vnde se alat, aut se dotare possit, te-

6 *Pater dotare tenetur spuriã.*

7 *Arg. de alimentis ad dotem valet.*

netur,

BIU Cujas

fietur vt tenet Bald. in l. neque mater. C. de iu. dot. per quod est responsum ad tex. & ibi Bar. in l. vxorē. §. pater naturalis. ff. de leg. iij. Et istud in specie tenuit Prę po. in c. j. §. similiter. de capit. cōradi. in vsibus feudo. & intellige pro prima filia, seu ꝓ primo matrimonio, & non pro secundo. Ita tenet Guido papæ in decisio. suis, decisi. lvij. vbi quædam posuit in materia.

ADDITIO. Vide etiā cundē Matthæū de afflictis in dicta cōstitutione regni Siciliæ, quę incipit, quàm plurimum, in vj. notabili. in vj. dubitatione. in iij. li. †

GVuilelmus Benedicti in sua repeti. c. Ray. in verbo, dotem quam ei dederat. nu. xliij, xliiij. & xlv. de test. dicit prędicta esse vera: nisi filia spuria haberet vnde se alat, vel sciret aliquā artem honestam, ex qua possit sustentari: quod etiā intellige verū, nisi esset nobilis, vt habetur i repeti. c. per vestras, fol. xcvij. num. de don. inter vir. & vxo. vbi etiam dicit Ioan. Lupus qui repetiit prædict. c. ꝙ cum presbyter qui maritauit filiam in presbyteratu procreatam non potuerit ei de suo dotem dare, potest repeti per hæredes dotantis petitione hæreditatis, vel condictione ex lege, etiam si filia possedisset per triginta annos: allegat Bart. ita tenentem in consil. suo cxix. incip. do. Dominicus.

8 *Dominus an possit munus ille dexigere pro sorore maritāda.*

ITem quæro † nunquid frater dñs possit imponere istud onus ꝑ sorore maritāda, cogita: q̄ aliàs dixi ꝙ nō inueni cōsiliū Alex. qui cōsuluit hāc esse dispositionē iuris in filia. Et posuit casum suū in sorore. & cōsuluit ꝙ dñs poterat cogere pro sorore maritanda. ita cōsuluit Alex. in d. cōsi. xxxv. in ij. vol. suprà alleg.

ADDITIO. Vide ad hanc quæstionem aliqua quę colligi possunt ex dictis Matthæi de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, quam plurimū, in vj. notabili. in xiij. & xiiij. dubitatione. †

CRedo tamen ꝙ ista cōsuetudo nō habeat locū in fratre. quia vt dicit Ioan. Fabri in §. æquè. instit. de actio. in xv. col. in materia actionis negatiuæ, istud indictū seu istud munus est quędā seruitus quę cōsuetudine induci pōt: †

9 *Odiosa nō debent extendi.*

& iō cùm sit odiosa seruitus, nō debet extēdi extra terminos & verba statuti: cum ēt istud, s. dotare, nō spectet ad fratrē sicut ad patrē. Bal. in l. fi. in iij. col. versi. sed nunquid frater. C. de do. ꝑ mis. Dñs meus Ias. in §. fuerat. in xxiiij. col. inst. de act. vna tñ rō multū faceret in casu, in quo soror nō haberet partē feudi: quia feudū nō trāsiret ad fœminas: qa ista rō videtur esse eo qa cū feudatarius maritat filiā, diminuit de suo feudo; iō ne feudū ita diminuat, voluit princeps eis dare istud ius ꝙ à subditis pro maritagio vni⁹ filiæ posset habēs altā iustitiā exigere vnā collectā sup suis hoībus subiectis in alta iustitia, ne feudū suū ita grauaretur: quæ rō habere posse locum in fratre, q hoc casu teneretur dotare sororē, si aliūde nō haberet: vt in locis hīc antè alleg. Ergo idē ius videretur. ¶Et ad id qđ dicitur, ꝙ cōsuetudo nostra tñ loquit̄ de filia, & nō de sorore: ergo nō est extendēda extra suos terminos, cū sit stricti iuris. l. qcqd astringēdæ. ff. de verb. obl. dici pōt ꝙ frater illud munus nō exiget tanquā frater; nec vt habeat vt frater, sed vt hæres, q succedit in iuribus patris, & oneribus: & sic vt hæres patris in quē transeunt oēs actiones tā actiuæ quā passiuę, secūdū no. in toto tit. ff. de hęre. act. & in §. j. inst. de perpe. ac tēpo. act. poterit istud munus exigere. ¶Non credo adhuc hoc indistinctè verū, sed posset sic distingui: Aut verò pater antequā moreret eā dotauit: assignādo certum quid pro dote, & eā subarrando: & exinde secuta sunt spōsalia & nuptiæ, & petiit istud munus, sed nō exegit. Et ideò hoc casu videtur ꝙ filius possit hoc petere, & exigere tanquam creditū hæreditarium, qa omnes actiones in filium trāseunt actiuè & passiuè. Aut verò pater dotauit filiā & nupsit: sed anteq̄ petierit munus mortuus est & tunc si habet vnicā filiā, posset dici ꝙ filius ei⁹ posset istud munus petere & exigere: eo quia est iam debitū patri per complementū cōditionis, quia maritauit: nec est amplius in spe; sed in esse productum, ergo etiā & filio. Et quia etiam statutū vult, ꝙ pro vnica filia possit peti, & cum non habeat nisi vnam, clarū est ꝙ ꝑ illa exegisset: cum esset iam sibi debitū. Si verò pater plures filias habuisset: nec dicit statutū ꝑ qua, ideò istud stat in mente, & proposito, quod cū fuerit retentū, nihil operatur, nec videt ꝙ trāseat ad filios: ex quo eū pater non declarauit eius voluntatē de qua filia volet, videtur ꝙ nec ēt eius filius possit declarare, nisi dicatur ꝙ ex æquo istud ius eligēdi est in facto & cōpetit patri suo, iure suo, quia tenetur dare dotē, ita qđ si non capiat super hominibus suis, capiet sup suo, ideo transit ad hæredes. l. illud. vbi Bart. ff. de opt. lega. ¶Et de declaratiōe volūtatis an trāseat ad hæredes, nō insisto, cū nihil ad propositū, sed Bart. & alij in l. centesimis. ff. de verbo. obl. ¶Et ideo videtur, ꝙ ex quo istud ius cōpetiit patri ita & filio: qa trāsit ad eū, credo bene ꝙ istud ius, s. imponendi pro vna filia cōpetit filio quando casus ei accidit, sicut cōpetebat patri, sed qđ istud ius cōpetēs patri, si petiisset eo viuēte trāseat ad hæredes, s. vt hæres ex persona defuncti, ius qđ debebatur defuncto patre posset filius & hæres petere. nō credo istud. Aut verò pater eā dotauit, & eā subarrauit, siue despōsauit, sed antequā fierēt nuptiæ: & ipse filia existente in sponsalibus mortuus est pater, & qa statutum requirit matrimoniū & non sponsalia: ideo videtur quòd nō exiget, imò etiam si pater suam voluntatē declarasset, & iam istud munus petiisset, quia ipse pater stātibus tātummodo spōsalibus nondū nuptiis factis, nec matrimonio cōsūmato nō potuisset petere. Ergo nullū ius trāsmisit filio. & faciūt in proposito quæ dicit Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. vbi habetur † ꝙ qñ relinquitur ꝑ dote, seu matrimonio, requirit cōsummationē matrimonij: nec sufficit assignatio patris seu destinatio ad matrimonium. Nam vt ibi dicit Bar. nō potest dici nupta ante matrimonium, & ante illud non pōt habere debitū ex cōsuetudine seu statuto eidē collatum in tempus matrimonij, & ibi Bar. pulchrè examinat q. de statuto dictante ꝙ filia dotata per patrē non possit dicere testamentum patris nullum, ꝙ nō sufficit ꝙ fuerit ei assignata dos; nisi nuptię secutę fuerint & matrimonium. de quo dicetur infrà, in ti. *des successions. § femme mariee de pere & de mere*, de quo etiā per dominū meum Ias. in l. si pater, in xij. & xiij. col. C. de instī. & substi. ¶Facit in hoc casu nostro, quia illa cōstitutio dotis habet̄ pro suo matrimonio. Et ideo etiā si ñ fuisset à patre dotata, & succederet in iure suo in bonis paternis, nō posset petere vt persona patris, & tanquā hæres: quia non habet locū isto casu statutum, quod loquitur in patre. ¶Et concluſiuè dico, ꝙ istud munus non debetur secundū verum sensum statuti, nisi petat̄ à patre, licet dicatur in statuto, *appartient*, quod est verbum præsentis tēporis: sed hoc est, quia vbicūq; cōpetit alicui aliquod ius, seu in fauorē eius est aliquid introductū: intelligitur ꝙ habere debeat si petatur, per regulā l. iiij. §. hoc aūt iudiciū. ff. de dam. infe. de qua per dñm meum Ias. in l. vniuersa. C. de preci. impe. offe. ¶Concludendum est ex supradictis, ꝙ frater non pōt petere istud munus pro sorore maritāda si nō petierit pater, aut ēt si petierit, & non

10 *Relicta pro dote non quirunt cōsummationē matrimonij.*

fuerint

BIU Cujas

fuerint secutæ nupt. De primo satis clarũ est, cũ text. nostræ consuetudinis tm̃ loquaẽ de patre. De secũdo satis ꝓbatur, cũ istud munus exigaẽ ꝓ onerib⁹ dotis, & sic habeẽ loco dotis, in cuius locũ succedit. iudicaẽ ergo de eo sicut de dote. §. fuerat. insti. de act. l. si eũ q. §. q iniuriarũ. ff. si quis cau. sed dos nõ dr̃, nec debeẽ, nisi sint nuptię. l. fi. §. j. C. de dona. ante nupt. in cano. nostrates. xxx. q. v. l. stipulationẽ. ff. de iu. dot. & ẽt dicit text. *pour le mariage à une fille*, sed nupta seu maritata dici non põt ante matrimoniũ. l. qđ pupillæ. ff. qñ dies leg. ce. do. Iason in l. j. C. de insti. & substi. igiẽ &c.

11 *Dominus an possit exigere collectam ante euentum cõditionis.*

ET qa in prædictis dixi, † ꝙ requiritur cõsummatio matrimonij, etiã patre viuẽte in hoc casu: qd in aliis casibus: an scilicet possit exigi à dño ista collecta, seu istud mun⁹ ante euẽtũ cõditionis: hoc est antequã dñs fuerit vltra mare: vel maritauerit filiã, vel fuerit miles: vel fuerit captus ī bello: licet sit in ꝓxima dispositiõe, vī ꝙ ex quęstione debitũ cõditioneẽ: qa nõ debetur nisi in illis casib⁹, & adueniẽte vno illorũ casuũ: qđ nõ debeẽ ante euentũ cõditionis. §. ex cõditionali. insti. de verb. obli. nec posset etiam exigi post incœptũ negotiũ, si incœperit nauigare ad faciẽ dũ votũ vltramarinũ: si incœperit maritare filiã, puta eã desponsando alicui: qa ex quo debetur cõditionaliter in euẽtũ illorũ casuũ, illa cõditio debet impleri in forma specifica. Bar. & post eũ do. me⁹ Ias. in l. Gallus. §. & quid si tm̃. ff. de li. & posthu. & facit pro casu matrimonij. l. sancimus. C. de nup. in casu tñ voti vltramarini videtur secus, per not. in c. licet. de voto. in quo casu videreẽ sufficere iter esse arreptũ. arg. eorũ q̃ dicũtur de arreptione itineris ad curiã, secũdũ not. in l. de pupillo. §. si quis. de no. oper. nun. secũdũ vnũ intellectũ Bart. ibi, & secundũ lec. c. nouerimus. & c. ad hæc. & c. vt debitus honor. extrà de appel. & eius qđ dicitur, † ꝙ cõditio deficiẽs casu habetur pro impleta. l. reprehendenda, cum ibi no. & in l. j. C. de insti. & substi. sub condi. fa. ex quo videtur ꝙ si talis existens in peregrinatiõe moriatur, vel alio casu impediatur, poterũt sui hæredes exigere istum munus: & istud videtur esse de mẽte gl. & Io. Fab. in d. §. ex conditionali. insti. de verb. obl. dum dicunt, ꝙ tale debitũ conditionale transit ad hæredes & contra hæredem: maximè in stipulatione facti quod non requirit industriã ꝑsonæ. In aliis aũt duobus. s. militia & nuptiis, dixi satis ꝙ in his requiritur ꝑfectio actus: nec sufficit incœpisse, nec etiam destinasse: † cũ incœptio operis nõ habetur ꝓ opere perfecto, nec destinatio ad locum habetur ac si esset in loco: Et quod incœptio operis nõ habeatur pro opere, vbi aliquid est addẽdũ: est tex. in l. cũ Silleianũ. C. de his q. vt indig. ibi, nihil actũ esse credimus, dum aliquid supereẽ addendũ. & dicit do. meus Iason l. si pro fundo. in iij. col. C. de transactio. ꝙ imperfectum dicitur nullũ. idẽ dñs meus dñs Ias. in l. sub prætextu. *la seconde*, in iij. col. C. de transac.

12 *Cõditio casu deficiens pro impleta habetur.*

13 *Inceptio operis non habetur ꝓ opere perfecto.*

ADDITIO. Quid in nepte, si nõ exegerit ꝓ filia, vel in filia primogeniti? vide Matthęũ de afflictis ī dicta cõstitutione, q̃ plurimũ. in vj. notabili. in ij. dubitatione. Et in tertia dubitatione quærit an habeat locũ in amita. Et in quinta dubitatione q̃rit an habeat locũ si dominiũ spectet ad fœminã sicut ad virũ: possit ẽt fœmina ꝓ maritãda sua filia exigere hmõi sub. † ¶ Restat nunc de quarto, scilicet de redemptione domini captiui, & hoc casu non potest peti ante casum: si nõ est captus; non potest redimi: quia priuatio præ supponit habitum. l. decem. ff. de verb. obli. ca. ad dissoluendum. de despon. impu. libr. si decem. ff. de sol. c. cum accessissent. extrà, de constitutionib. & requiruntur tria ad hoc vt peti possit, vt infrà dicam.

14 *Quæstio.*

SEd iuxta † prædicta quæri posset: dominus aliquis habens altã iustitiã est captus in bello, & fuit positus pro sua redẽptione ad certã summam, quæ quidẽ fuit exacta, & imposita sup hominibus suis: & cũ portarẽtur pecuniæ in loco vbi detẽtus est, moritur ibi: an postmodum eius subditi à quibus exactũ fuit dictũ munus, possint illud quod soluerunt repetere ab hæredibus dicti captiui? Ista quæstio potest nũc euenire in multis q sunt captiui apud Anglos: & ideo ex prædictis sufficit dare materiam cogitãdi. nihil aliud dico: & in hoc vltimo casu plura sũt necessaria ad hoc vt exigatur istud munus. videlicet primò ꝙ fuerit captus in iusto bello, & ꝙ non pugnet cõtra superiorẽ hominũ à quibus vult munus exigere. faciunt not. ꝑ Ioan. Fab. in §. itẽ ea quæ. l. j. inst. de re. diui. & in rub. insti. de iu. natu. text. est in argu. in l. sed & si. §. fi. ff. ex quibus cau. maio. & plura alia quæ hîc omitto: cùm nihil ad propositum: & dicam alibi.

15 *Quæstio.*

PEr hîc † antè dicta posset decidi quæstio de eo qui filiã suã ante ætatẽ legitimã alicui nuptui dedit: q eã trãsducit ad domũ & ei soluit dotẽ: ita ꝙ talis q eã accepit in vxorẽ sustinet onera matrimonij: an si pater velit exigere istud mun⁹, possent hoĩes subditi cõtradicere: & dicere nõdũ filia vestra est nubilis ętatis: nos ñ tenemur donec matrimoniũ cõtrahere possit, de iure verò nõ põt cõtrahere matrimoniũ ante xij. annũ: nõ est hui⁹ ætatis, ergo nõ tenemur ad istud onus: qa actus actiuorũ sunt in patiẽte bene dispositio, & id possumus ꝙ de iure possumus. cũ ergo de iure ante xij. annũ non potest contrahere matrimoniũ. de despõ. impu. per totũ. ergo si contrahat antè, nõ dicit matrimoniũ de iure: ergo ꝑdicto matrimonio homines nõ tenẽtur. cogita: quia istud crederẽ verũ: si eueniret in facto: & multis rationibus posset cõprobari.

16 *Filia absque cõsensu patris nubẽs: an possit petere istam collectam.*

SEd adhuc † insequendo materiã huius gl. & vt melius circa eã deẽ materia cogitãdi: quæro, pone ꝙ filia nubat absq; cõsẽsu patris, & eo inuito, vtrũ possit petere istud munus, & exigere? videẽ ꝙ nõ. qa cessante causa, cessare debet & effectus. c. cũ cessante. de appel. sed causa propter quã cõsuetudo nostra voluit istud munus exigi est, vt patri succurratur ad sustinẽdũ onus dotãdi quod habet: cũ teneatur dotare filiã, vt dixi. & no. Bar. in l. q liberos. ff. de tit. nup. quæ tñ causa cessat in isto casu: cùm † hoc casu pater nõ cogatur dotare filiam: sed eã poterit exhęredare: per §. cau sas. in fi. auth. vt cùm de ap. cog. coll. viij. quod etiam videẽ procedere de iure canonico. c. honorãtur. xxxij. q. ij. faciũt no. in l. Titia. in prin. ff. de verb. obli. & hoc no. Bar. in l. obligationũ. ff. de act. & obli. s. ꝙ pater nõ cogitur talem filiam dotare. ita ẽt tenet ꝑ multa do. meus Ias. in §. fuerat in xxiiij. col. insti. de actio. & opi. Bart. in d. l. obligationum, tenet Pan. in c. j. de adul. de qua materia etiam do. meus Ias. in l. q se debere. ff. de cõdi. ob cau. & in l. diuortio. in vj. col. ff. sol. mat. & in auth. sed si post. xxv. an. C. de inof. test. † Et hoc est qa ratio quare pater teneẽ dotare filiã, & ad hoc officio iudicis cogitur, est vt possit reperire maritum cui nubat: sed ipsa maritata cessat ratio. & pro hoc videẽ casus in §. si quis eã. auth. de nup. col. iiij. Si ergo nõ dotat eam prout nõ teneẽ, vt dictũ est, ergo non poterit istud munus exigere. ¶ Ista opi. posset esse vera per dicta Bart. & docto. hîc antè alle. † quãdo filia non excederet xxv. annũ: & duxerit se & suo genere maritũ in dignum: secundum not. per doc. in d. auth. sed si post xxv. an. C. de inoff. test. Bal. in l. pe. C. de spõsa. & istud est verũ de iure ciuili, nec enim tales nuptiæ sunt laudandæ

17 *Pater filiã quæ absque cõsensu suo nubit dotare non tenetur.*

18 *Ratio quare pater tenetur dotare filiam.*

19 *Filia suo genere indigno nubẽs non dotatur.*

BIU Cujas

dandæ nec honestæ, teste Lucio Apuleio de asino au reo, lib. iiij. dicēte: impares cū nuptiæ, & præterea in villa, sine testibus, & patre non cōsentiēte factæ, legitimæ nō possunt videri, ac per hoc spurius iste nascetur. ¶ Sed quid dicendū de iure canonico, in quo non requiritur cōsensus patris, vt est tex. in cano. sufficiat. xxvij. q. ij. & gl. in l. Paulus. ff. de statu hominū. an hodie si filia nubat ante xxv. annū inuito patre, possit p eū exhæredari, & sic an possit ei denegare dotē: qa ex eis causis ex qb. pater pōt exhæredare, ex eis pōt denegare dotē. Bal. in auth. res quę. C. cōmunia de leg. & ēt facit, ex qbus alimēta denegantur, denegat' dos. gl. in l. fi. in verb. intelligi. C. de dotis ꝓmissio. sed ex qbus causis pōt exhæredari, ex illis possunt alimēta denegari. gl. in l. si qs à liberis, in verb. detulerat. ff. de libe. agnoscēdis. §. igitur oēs. in auth. vt cū de app. cogno. gl. & Bar. in l. fi. C. de alen. liberis. igitur, &c. Pau. de Cast. in d. auth. sed si post, dicit ex quo pater offendit', licet de iure canonico matrimoniū teneat tñ erit iusta causa exhæredādi, & sic denegādi dotē & alimēta. mouetur, quia ius canonicū disponit tantū de validitate matrimonij: nō aūt aliq̄d disponit circa iniuriā patris: sicut in simili in l. j. & ij. C. de secū. nup. q̄do mulier nubit intra annū luctus, licet ꝑius canonicū excusēt à pœnis infamiæ, tñ ius canonicū nihil disponit, vel immutat circa lucrū qđ filiis primi matrimonij est acquirendū. gl. est in c. cū secūdū. de secū. nup. dñs tñ meus do. Ias. in d. auth. sed si post. tenet cōtrariū & dicit ꝙ hodie ista nō est iusta causa exhęredādi filiam vel priuādi dote, attento iure canonico: & dicit ꝙ istuc tenent Panor. & Hostien. in c. j. de despon. impub. Et idem Panor. in consi. suo xij. qđ incipit, Vt clarè materia thematis, in j. vol. & istud comprobat Panor. in d. cōsi. per multa. Dñs meus in d. authen. cō probat istud quatuor fundamētis, & facit vltimū: qa licet filia nubat sine cōsensu patris, tamē adhuc tenetur pater eam dotare: cū de iure canonico non requiratur consensus patris. ita tenet gl. in c. hoc sanctum. xxxij. q. ij. gl. in c. de raptoribus. xxxvj. quæst. j.

An idē sit de iure canonico.

Cautela pro filia quæ nubit absque cōsensu patris.

ET aduerte in hoc casu, quia qñ filia maritat se sine consensu patris, cautela est ꝙ promittat aliq̄d noie dotis, quia ad hoc tenetur pater. ita not. doct. in c. j. de adult. & stupro. ¶ Itē facit secundū & tertiū fundamētū, quia, vt dicit, correcto vitio, per qđ intelligit' correcta pœna. c. nō debet. de consang. & affi. iuncto c. de gradibus. xxxv. q. viij. Et quoties aliquid desinit esse delictū, ꝑ illud desinit & pœna. Istud patet ex not. per Bal. in l. decuriones. C. de infa. igitur, &c. ¶ Et ad primū fundamētū do. meus videtur inferre, ꝙ si nubat seruo, & sic indigno: ꝙ hoc casu etiā de iure canonico poterit exhæredari, & sic priuari: qñ scilicet hęc duo simul concurrerent, scilicet ꝙ indigno, & ꝙ ante xxv. annū. & his duob' cōcurrētib. esset iusta causa exhęredādi. l. iij. §. si emācipat' fili'. ff. de cōtra ta. Etiā de iure canonico gl. est in d. c. de raptorib. & Arch. ibi firmat. Ant. de But. in c. accedēs. de procu. Bal. in l. si pater. C. de spōsa. & in l. nec filium. C. de nup. & in l. j. ff. sol. mat. tñ tenet cōtrariū, ēt in hoc insequēdo Io. de Imo. in d. c. accedēs. quē sequitur Alex. in l. j. ff. so. ma. in xvj. co. quia neutra ex istis causis est hodie sufficiēs ad exhæredādū filiā, nō quidē illā quæ nupsit sine cōsensu patris, vt dictū est, nec illā quæ nupsit indigno vel vili: quia licet illa esset iusta causa exhæredationis de iure digest. vt est tex. in d. §. si emancipatus fili'. tamen hodie non est iusta causa, cum non enumeret' in §. causas. in authen. vt cū de appel. cognosci. Ita tenet Bar. in d. §. si emācipatus. & in l. libertum. C. de nupt.

Et hoc credo esse verū. ¶ Istam quæstionem satis succinctè examinauit Ioan. Sanxon in cōsuet. Turoneñ. tit. *des loyaulx aydes*, art. iiij. fo. lij. ¶ Latius hanc quæstionem examinaui in meo Catalogo honorū seu gloriæ mundi, in vlt. parte, in cōsideratione de tribus ꝑceptis iuris. vbi tenui quòd etiam de iure diuino & canonico requiritur consensus patris.

SEd † iuxta prædicta quero, pone tñ ꝙ pater noluit petere munus ꝑ dote suæ filiæ maritatæ, an possit cogi officio iudicis ad instantiā seu requestā filiæ ad illud petēdū, & cōuertēdū in dotē filiæ, nā. vt hîc ante dictū est, pater tenet', & pōt cogi officio iudicis ad dotandū filiā. Ergo cū teneatur dotare, & ad hoc potest cogi, videtur etiā ꝙ pōt cogi ad petēdū istud munus, qđ est surrogatū & datū in locū dotis & pro dote. Et etiā, quia, vt videtur, inspecta mēte statuti, istud mun' imponitur & cōceditur patri pro vtilitate filiæ. sicut ergo videmus ꝙ quādo actio datur patri pro filio corrupto, ita etiā filio, vt hîc antè dictū est: ergo videt' ꝙ si daretur actio patri pro filia: & ad aius vtilitatem ꝙ etiā potest cōpelli' pater ad petēdū, cum sit in vtilitatē filiæ. ¶ Credo tñ ꝙ veritas est in cōtrariū: qa inuitus agere nō cōpellitur; in rubro & nigro C. vt nemo inuitus agere cogat, maximè quādo nulla actio est in iudiciū deducta, vt dicit ibi glo. † & cum dotare filiā sit onus ꝑsonale, qđ incūbit patri. l. fi. C. de dotis promis. non esset dicēdū ꝙ filia posset cōpellere patrem ad agendū contra suos subditos, vt soluāt ei dotem. bene potest filia per superius dicta compellere patrē suum officio iudicis ad eam dotādam, sed hoc debet intelligi de suo proprio patrimonio, & maximè cum ista collecta, seu munus, sit quid odiosum & contra libertatem, ergo restringendum in suis terminis.

20 An pater possit cogi ad petendum munus filiæ dotandæ.

21 Dotare filiam est onus ꝑsonale.

Quæstio.

ITem quæro, pone ꝙ sit quædam pauper domicella quæ habet in bonis quosdā homines, in qbus pōt verificari statutū seu cōsuetudo nostra, vtrū possit ꝑ se maritāda istud munus exigere? & videtur ꝙ sic. qa, vt videmus, statutū respicit fauorē mulierū, vt facili' ꝑpter dotē & bona inueniāt maritū, propter qđ succurritur patri, & causa propter quā patri succurratur in hoc casu est fauor mulierū, ergo multo fortius succurretur ipsi filiæ, cū alteri ꝑpter eā succurratur, qa ēt est in ea maior ęquitas, & ratio statuti magis fauet ei quàm patri, igitur ex illa maioritate rationis & ęq tatis extendimus statutū: quod potest fieri secūdū gl. & doct. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Et facit quod in simili dicitur de patre cui datur actio ꝑ filio corrupto. l. vt tātū. §. j. ff. de seruo corrupto. tamen etiam licet de iure nō caueatur, datur ipsi filio, vt tenet Ioan. Fab. in §. omnes. insti. de actio. argu. l. præses. C. de serui. & aqua. ¶ Sed tamen mihi videtur quod contrariū sit verius, per regulam generalē, † ꝙ statuta sūt stricti iuris: & ideo non sunt extēdēda. Bar. in l. quicquid astringēdæ. ff. de verb. obli. l. si serui vestri. C. de noxa. Quomodo autem extendatur statutū ad casum largum, improprium & fictum, vide do. meum. in l. ꝙ se patris. C. vnde liberi. in xxij. col. Et dicā infrà, in cōclusione harum consuetudinum.

22 Statuta nō sunt extendenda.

ADDITIO. Vide in hoc quæ dicat Matt. de afflictis in constit. regni Siciliæ, quæ inci. quamplurimū. in vj. not. in iiij. dubita. in iij. lib. vbi quærit, an illa cōstitutio habeat locum in dominū se maritātem, & facientem festiuas nuptias, vbi tenet, ꝙ nō habet locū in seipso, sed in hoc sunt diuersæ rationes. †

VLtimò in hac materia gloss. quæro de qęstione notabili: quidā habet vxorem quæ habet homines illius conditionis: & ex primo viro habet filiā, &

Quæstio notabilis.

maritus

maritus ex alia vxore habens aliã filiam, maritus vult pro sua filia maritãda istud munus exigere, homines suæ vxoris nolunt, & dicunt ꝙ sunt contenti soluere pro filia suæ vxoris, sed nõ pro filia mariti. Dicit etiã vxor ꝙ non vult ꝙ exigat pro filia mariti, sed pro filia sua: an maritus his non obstãtibus possit exigere pro filia sua, & an subditi admittantur ad istud opponendũ, ꝙ mulier possit opponere, est videndum. Et ꝓ decisione huius dubij, sunt videdi duo articuli. Primus, an dos cõstante matrimonio sit in bonis viri. & secũdus, ꝙs dicat dñs dotis cõstãte matrimonio.† De primo credo ꝙ dos sit in bonis mariti cõstante matrimonio. l. eũ qui. §. idem respõdit. iij. ff. ad municipales. Et facit tex. in l. bonorũ. §. in bonis. ff. de verb. & rerũ sig. vbi non solũ ea quæ in dominio nostro sunt, dicũtur esse in bonis, sed etiã si quid est in actionibus, petitionibus, & prosecutionibus: cùm ergo dos sit in petitione & prosecutione, dicitur esse in bonis nostris. † Desecũdo autẽ, nunquid maritus sit dñs rei dotalis, iste est pũctus, quia tex. nostrę consuetudinis dicit, *appartient au seigneur hault iusticier*, põderandum est ꝙ dicit, *appartient*, † quod est verbum pertinet, qđ importat rationẽ dominij & possessiõis. Fel. in rub. ext. de rescr. Pan. & ibi scripsi ad Panor. meũ, in c. fin. ext. de iudiciis. & etiã dicit tex. *au seigneur hault iusticier*, quod est tãtum dicere, ꝙ istud ius competit seu ꝑtinet dño altę iustitiæ: ergo videndũ est ꝙs istorũ sit dñs: an maritus vel vxor. † quia statuta non recipiunt interpretationẽ extẽsiuam, seu nõ impropriãtur, dixi hîc antè. nec improprietas habet locũ in statutis. do. meus Ias. in l. qui se patris. hîc antè alleg. C. vnde liberi. & ideo cognito ꝙs istorũ sit ꝓpriè dñs, clarè apparebit de solutione huius dubij: & de hoc doct. amplè tractãt in l. in rebus. C. de iure do. & in l. doce ancillam. C. de rei vẽdi. Et posito ꝙ sit dñs; ex quo tamẽ est impropriè dominus. l. j. §. si vir. ff. ad Silleia. quæ improprietas nõ recipitur in statutis: ideo vẽ ꝙ ad maritũ non spectat exigere tale ius, sed potius ad vxorẽ. & facit, ꝙa maritus non potest ꝓcipere fructus ex rebus dotalibus, quando in breui non renascuntur. l. diuortio. §. si fundũ. & ibi not. ff. solu. mat. sed istud ius est huiusmodi, ꝙa nõ fit omni anno, sed semel tãtum, & pro vnica filia, ergo ad maritũ nõ debet spectare. Et isto motiuo vtit̃ præceptor meus domi. Rochus de Curte, in tract. suo de iure patro. in gl. ipse, vel is à quo cãm habet, in xxviij. quæst. qñ examinat quæstionẽ an in prẽsentatione ratione iuris patronatus præferat prẽsentatus à marito, an prẽsentatus ab vxore. Et credo istud esse verum, & quòd non solũ ipsa vxor possit istud opponere, imò etiam ꝙ subditi possunt denegare istud munus ꝓ filia mariti, cùm nõ sint ꝓpriè subiecti marito, sed impropriè: cogita, ꝙa casus euenit, & est in facto in marito petente istud munus pro sua militia, super homines suæ vxoris, & est inter nobilem virũ Petrũ de Rye, & homines de Pysi qui sunt homines suę vxoris, ex quibus dixi, tales non teneri ad prędictũ munus. Et multa alia dixi, quæ hîc non quadrarent ad propositum.

23 An dos cõstãte matrimonio sit in bonis viri.

24 An maritus cõstãte matrimonio sit dominus dotis.

25

26 Statuta non impropriantur.

ADDITIO. Vide ad hoc Matth. de afflict. in dicta cõsti. regni Siciliæ quę incipit, quamplurimum, in vj. notabili, in viij. dubitatione, vbi quęrit an illa constitutio quæ est similis huic cõsuetudini habeat locũ in vsufructuario vel creditore ꝙ tenet feudũ in pignus. Et not. multa ex dictis per eum, vbi dixi, quòd nõ debentur vsufructuario, quia non sunt in fructu, sed debentur proprietario. dicit tamẽ in vij. dubitatione, ꝙ mulier quæ habet aliquam terrã pro donario licet sit vsufructuaria tantum, potest petere istud indictum. †

HOc anno do. M. ccccxxv. cùm multi casus euenirent ex captione plurium nobilium cum rege nostro Francisco in Italia apud Papiam, die xxiiij. qui fuit dies S. Matthiæ in Februario, cõsului pro pluribus. prima fronte fui in hac opinione, tandẽ post satis lõgam cogitationem videns ꝙ oẽs nostri aduocati ita tenebãt, volui accuratius cogitare & inuestigare si ista essẽt veritas, & tãdẽ mihi visum fuit ꝙ nõ, imò ꝙ veritas est ꝙ maritus põt illud indictũ exigere ab hominibus suæ vxoris, & de terra & seignoria quã maritus habet à sua vxore, siue illã habeat in dote, & siue aliũde: siue etiã sua vxor fuerit tm̃ in illa doharia, hoc est vsufructuaria pluribus de causis descriptis in quodã consi. quod feci super hac materia, & incip. hoc anno dñi M. ccccxxiiij. die verò xxiiij. Februarij &c. & maximè quia ad maritũ spectãt & cõpetunt oẽs fructus vndecunq; proueniant, vt dicit Bar. in l. fi. ff. sol. matr. etiã si propter rẽ proueniãt. Alberi. in rubri. C. de vsufru. etiam si sint immobilia, vt dicit Iac. de S. Geor. in tract. suo feudorum, in verbo, de castro rubei montis. in ij. col. plura dixi & allegaui in d. consi. quæ hîc ꝓlixitate omissa non repeto. & secũdum hanc meã nouã opinionem in pluribus fuit concordatũ cum prædictis dominis, in casu maximè redemptionis eorũ. Eo quia ex quo habuerũt onus. s. interessendi in bello cũ dicto Rege, æquum est vt eos sequantur commoda.

IN TEXTV IBI,

Nouuelle cheualerie.

ISTud potest sustineri per text. in l. vnica. C. de auro coro. lib. x. & licet illa lex tãtum loquatur in principe: tñ potest consuetudo facere idem in habẽte merũ imperium, vt dicã infrà. ¶ Intellige dũmodo sit miles ꝙ cõsueuit arma sequi, & nõ de otiosis, vt facit tex. in l. ne quidã putarẽt. C. de testa. militar. & ita etiã dictat consuetudo. Turon. tit. *desloyaulx aydes & roucins de seruice*, & ibi Ioan. Sãxon, qui aliqua ponit de militibus. & ibi ponit † ꝙ miles põt creari extra territoriũ à Rege, Duce vel Barone: cùm sit simplicis facultatis, & voluntariæ iurisdictionis, scđm Bar. in l. ij. C. de dignita. li. xij. & in l. fi. C. qui milita. non possunt. lib. xij. †Et miles tẽpore quo est captus in bello, nõ debet habere stipẽdia. l. j. & ibi Bar. C. de re milita. lib. xij. ¶ Cõtrariũ tenet Martinus Laudẽ. in trac. de milite, articulo iiij. †Et si nõ recipiat pagã in tẽpore debito. s. tempore quo faciũt ostensiones suas, nõ potest vltra petere. Bart. in l. fortissimi. C. de eroga. mili. anno. lib. xij.

1 Miles creari potest extra territoriũ.

2

3

ADDITIO. An etiam possit dominus pro faciẽdo fratrem suum militem imponere tale indictum Matt. de afflictis in dicta constitutione, quamplurimum. in iiij. notabili tenet quòd non.

QVid † si dñs terræ habẽs iustitiã altã voluerit doctorari, vt sit aduocatus, nũqd etiã poterit imponere subsidiũ & talliã? Vẽ primò dicendũ ꝙ sic, † nam doctores aduocati militare dicunt, ad instar militis ar matæ militiæ, l. aduocati. C. de aduoca. diuerso. iudiciorũ. Secũdò, nã priuilegia cõcessa militibus, concedũtur doctoribus & aduocatis. Primò enim, vt habet per Bar. Ang. & alios, in l. miles. ff. de re iudi. sicut miles nõ potest cõueniri vltra quàm possit. sic etiã aduocatus & doctor. ¶ †Itẽ, vt dicit ibi Bar. sicut miles non potest dare cõcubinæ suæ, etiam nec aduocatus & doctor. ¶ Multas & infinitas alias ęquiparationes posuit Alex. in l. cẽturio. in j. ij. & iij. col. ff. de vul. & pup. quæ ad hoc possunt allegari, quæ non transporto.

4 Doctores aduocati militare dicuntur.

5 Aequiparatio militis & doctoris.

SEd aduerte † adhuc vnum, ꝙ sicut miles nõ potest torqueri, l. milites. C. de quæstio. Ita nec aduoca-

BIU Cujas

tus,nec doctor torqueri posſũt,imò dicit do.Iaſ.præ-
6 Miles nõ potest torqueri nec doctor. ceptor meus,in l.j.in ij.colum.C.de iuris & fac.ign.ꝙ non valet cõſuetudo vel ſtatutũ in contrarium,ꝙ doctor & aduocatus torqueri poſſint.vide ad hoc eundẽ do.meum in l.de quibus.in xvij. col.ff.de legi. Et cõcluſiuè tenet Alex.in d.l.Centurio, per decẽ æquiparationes,ꝙ priuilegium conceſſum militi,&doctoribus concedi videtur,quia tamen dicunt communiter doctores,quòd in talibus attẽditur cõſuetudo (vt ſuprà dixi) nolo pro præſenti firmare,† maximè etiã cũ
7 Interpretatio ſumit robur ex communi vſu loquẽdi. quælibet interpretatio aſſumit robur ex cõmuni vſu loquẽndi. l.librorum. §.quod tamẽ Caſſius.ff.de leg. iij. † ſed ex cõmuni vſu loquẽdi, appellatione militis nõ venit doctor,igitur.¶† Sed nũquid fœmina poſſit
8 exigere ꝓ militia ſui mariti,vt dicatur ipſa miles? vi-
9 detur quòd non : † quia militia eſt officiũ virile.¶ Itẽ
10 quia cõſuetudo noſtra loquitur in maſculo,ergo non debet extendi ad fœminas.Primũ probatur in l. iura. ff.de legib.& ſecundum ꝓbatur in l.j.ff.de verbo.& rerum ſignifica.Sed videtur ꝙ ſic,quia maritus eſt dominus rei dotalis:& ideo videtur quòd tanquam dominus rei vxoris poſſit illud exigere.Dixi ſuprà in gl. *du mariage d'une fille.* in quadã quæſtione.& iſtud munus poſſunt exigere impuberes, quia poſſunt eſſe milites,l.fi.C.de re milita.

Quæſtio. SEd iuxta iſtam noſtram conſuetudinẽ quęritur de quęſtione,pone quòd aliquis habẽs altam iuſtitiã in aliquo loco,nũquam vſus fuerit tali priuilegio vel iure ſibi competẽte,ex lege noſtra municipali, nec ꝓ ſe,nec per ſuos prædeceſſores,etiã à mille annis, nũquid nunc poſſit vti & leuare ſubſidiũ & adiutorium in caſibus hîc expreſſis in noſtra conſuetudine? ¶Vi-
11 detur primò dicendũ quòd non:† nam in his quæ cõceduntur per modũ facultatis aliquid faciendi,ſi non vtatur per decẽnium,non competit amplius facultas petendi.per text.in l.j.ff.de nundinis. vbi dicit Bart.ꝙ qui priuilegio non vtitur per decẽnium,perdit priuilegium.¶ Hinc infert contra Aretinos, qui habuerũt priuilegium doctorandi,cùm non vſi fuerint illo priuilegio per decennium, illud perdiderunt. imò dicit
12 Competentia ex conſuetudine, ſi non petatur per decennium, perdantur. Bar.in l.licitatio.§.earum rerum.ff.de public.† quòd illud quod competit ex conſuetudine, ſi fuerit ceſſatum per decennium à petitione illius,perditur.per d. l.j.ff.de nundinis.& maximè iſtud deberet procedere in caſu noſtro,per ea quæ dicit Archid.in c.j.xxv.q.ij. in fin.in gl.j.cùm iſtud ſit in prẹiudicium multorum, quòd ad iſta ſubſidia & adiutoria tenentur multi. Si enim eſſet in præiudicium tãtum ſingularis perſonæ, puta concedentis priuilegium,tunc ſecus,vt dicit ibi Archi. quod eſt notandum. Et facere videtur ad propoſitum Guido Papæ deciſione cccxvj.† vbi dicit, ꝙ
13 Tallia præſcribi poteſt. homo talliabilis poteſt liberari à tali conditione prẹſcriptione. Et fuit illa deciſio mihi ſemel allegata in caſu ſubditorum baronis *de la Mothe ſainct Iean*, qui dicebant ſe non teneri ad iſtud ſubſidium, eò quòd auus baronis maritauerat vnam filiam, & non impoſuerat eis.Item fecerat vltra marinum votum, & etiã pater dicti baronis maritauerat matrẽ dicti baronis, & ipſi baroni erãt xxxvj. anni quod fuerat captus in bello,& ſubditi eius non fuerunt impoſiti.

An præſcribi poſſit cõtra munus hoc. COntrarium tamen in caſu noſtro tenendum eſt, primò per ea quæ notanter dicit Bartol.in l.cum ſcimus,circa medium.C.de agr.& cen.lib.xj.quòd licet terræ recommẽdatæ quæ tenentur ciuitati Peruſij in ſuis caluacationibus concedere gentes armigeras,ſi ſteterunt per centum annos quòd nihil conceſſerunt, eo quia Peruſij erant in hoc de ſuis gẽtibus copioſi,per hoc Peruſini non dicuntur perdidiſſe illud priuilegium.Sic etiam in caſu noſtro ſi dominus alicuius fuerit ità potens, & ſui prædeceſſores per tẽpora præterita,quòd non habuerũt neceſſitatem imponendi ſubſidiũ, nõ per hoc dicitur perdidiſſe ius ſuũ, quod ſibi competit virtute noſtræ conſuetudinis. Facit dictum Bald.in l.imperiũ.in vij.col.ff.de iuriſ.om. iud.faciunt & alia pulchra alle.per do.meum Iaſ.in l. falſo.C.de diuer.reſcri. & per Feli.in c.cũ acceſſiſſent. in ix.col.de conſtitutio. quæ hîc tranſportare nõ curo.Et dicit domin.meus Iaſ.in l.de quibus,in viij.col. ff. de legibus. † quòd per non vſum legis vel ſtatuti, nũquam etiam tollitur lex vel ſtatutum quando ho-
14 Lex vel ſtatutũ per non vſum nõ tollitur. mines non ſunt vſi,eo quia caſus non accidit,vel non fuit expediens. & hoc etiam tenent Cyn. & Pet. in l. ij. C. quæ ſit longa conſue. & Albe. de Roſa. in rubr. quæ ſit longa conſue. Iſtam quæſtionem ponit Iaco. de S.Geor. in tract.de homagiis,in ix. col. verſ. iuxta prædicta formo vobis quæſtiones.¶Et in contrarium adducta non obſtant per ſequentia.ſ.quia ſemper remanebat dictus baro dominus, & ipſi ſemper erant ſubditi ratione iuriſdictionis, & ideo donec præſcripſiſſent ſubditi ſubiectionem, non poterant præſcribere illud onus quod debetur domino ratione ſubiectionis,maximè etiam quia dicit Iaco.de S.Georg. in loco alle.quòd ſi tale onus debeatur ex cõſuetudine, nunquam poteſt præſcribi,eo quia dominus vtetur, quæ no.¶ Et aduerte quia melius ad propoſitũ faciũt quæ dicit Alexan.in conſil.ſuo cxxxvj. in vj.col. in ij. vol.vbi dicit † quòd per non vſum collectandi collectaneos,non tollitur ius collectandi.Intellige tamen
15 Non vſus collectãdi nõ tollitur ius collectandi. niſi dominus eſſet prohibitus,& ꝓhibitioni acquieuiſſet,ſecundum Pa.in c.fi.de reſtit.ſpol. cum concor. †Poteſt hîc adduci materia, quòd ea quæ ſunt facultatis & voluntatis non prẹſcribuntur.de qua per docto.in l.licet.C.de iure deliberan.in l. cum notiſſimi. vbi gloſſ.C.de prẹſcri.xxx.vel xl.anno.per Pa.in c.accedens.de conceſ.præben.per eundem in c.abbate.de verbo.ſignifica.per Albe.in l.ij.C.de pa.inter emp.& in l.hæc autem iura.ff.de ſer.vrba.prædio.per Ang.in conſ.lv.& in conſ.ccxlj.per Pau.de Caſt.in conſ.xliij. Barba.in conſi.ſuo.lij.

IN TEXTV IBI,

Pour la rançon.

VIde de Crema ſingula.ſuo clxvij.incip.Redimẽs. vbi dicit † quòd non eſt pro tallia maius pretiũ 1
exburſandum quàm fuerit ſolutum. Ad materiã huius gl.vide quod dixi hîc antè in gl. *mariage d'une fille*, ibi,reſtat nunc de quarto.

ADDITIO.Aduerte † ꝙ ad hoc vt ſubditi teneantur adiuuare dominum ſuum exiſtentem in carcere, requiruntur tria copulatiuè,quæ ponit Matt.de affli. in d. conſti. quàm plurimum,in tertio nota.in tertio li.Et dicit ibi,quòd quando ſubditi ſciunt dominum captiuum debent ſe offerre, nec debent expectare ꝙ ſint requiſiti.& vide eundem in iiij. nota. 2 Subditi qualiter adiuuare dominum captiuum ſe habeant gerere.

ET in materia redẽptionis captiuorũ † nota ſingu- 3 Redẽptio captiuorũ
lare tex.in l.ſi captiui.C.de epiſc.& cler.de quo ꝓ Benedict.in repet.c.Rayn.in verbo, & vxorẽ nomine Adelaſiã,in v.deciſ.nu.260.vbi eſt tex. ꝙ priuatur ſucceſſiõe filius qui negligit redimere patrẽ, & ibi vſque ad numerũ 269.ponit quædã ſpecialia in materia redemptionis captiuorũ,quæ etiã habẽt locũ in captiuis ex maleficio,vt tenet gloſ.in c.ſanctorum.xij.q.ij. quam ſequuntur Bald.Imo.Alex.& do.meus Iaſ.in l. quãuis.cum l.ſequenti.ff.ſoluto matrimonio.&Paul. de Caſt.

BIU Cujas

de Cast.in dicta l.si captiui.quos si non redimant hæredes priuantur successione.ex quo dixi in contingẽtia facti ꝙ quidã substituti renuẽtes & impediẽtes alienationẽ bonorũ restitutioni subiectorũ ꝑ redemptione illius per mortẽ cuius sunt subiecta restitutioni,debẽt priuari dicta substitutione, quoniã in tali casu bona restitutioni subiecta possunt alienari,etiã nõ obstante defensa & contradictione substitutorum,vt tenent docto.in authen.res quæ C.cõmunia de legat. & fideicommiss. & Benedicti in dicto loco.†

IN TEXTV IBI,

Et sur les hommes subiectz.

ADuerte qa per hæc verba clarè denotatur ꝙ istud munus est personale, & non reale. Et facit multũ notabiliter doctrina Bart.ibi,& apostillæ ad ipsum in l.vnic.C.de mulie.& in quo loco. libr. x. Et ideo istud facit contra aliquos qui volũt imponere prædia extraneorum existẽtia in sua alta iustitia:licet domini prædiorũ non sint sui homines,quia tex. dicit, *sur ses hommes.* ¶Sed quia,vt hîc videmus,omnes homines tenentur ad tale indictum, † an dominus possit vni dare immunitatem in præiudiciũ aliorũ,decisio Thosa.cccxlviij.dicit,ꝙ immunitas data à principe, valet,sed data ab inferiori à principe nocet tantum ipsi concedenti,& non aliis hominibus,ita ꝙ semper potest tali habenti immunitatem imponi,sed per dominum dantem immunitatem nõ potest exigi.Et an ciuitas possit vni ex ciuibus hanc immunitatem cõcedere,distingue vt ibi per eum.

1

2 *Subditus quis dicatur.*

ET aduerte † ꝙ dicitur subditus, id est,sub alterius iurisdictiõe positus.Panor.in c.significasti. in iiij. col.de foro compe. ¶Aduerte,quia subditi dicuntur tripliciter.vt dicit Boërius in cõsuetudinibus septenę Bituricen.tit.de iurisd.om.iu.§.iij.in glo. subditi.

ET ideo sufficit ad hoc vt teneatur ad istud subsidium ꝙ sit iustitiabilis,nec requiritur ꝙ sit talliabilis aut manusmortuæ:maximè etiã quia istud onus est personale, & ideo sufficit quòd debeat homagiũ ꝑsonale ratione iurisdictionis, de quo homagio ꝑsonali ratiõe iurisdictionis loquit̃ Præpositus in proœmio feu.in xxj.col.& Iacob.de S.Geor.in v.col.vbi satis dicit,ꝙ etiam homo dicitur qui est subditus ratione iurisdictionis,maximè etiam quia in hac nostra cõsuetudine dicitur tantum,*sur ses hommes subiectz*,& ita iudicatũ fuit anno do.M. ccccviij. in mense Decembri,in hac ciuitate Heduen. pro dño Barone de mõte S.Ioan. cõtra suos homines de burgo S.Ioã. qui tantum sunt subiecti ratione iurisdictionis. ¶ †Aduerte etiam quòd feudatarij dicuntur subditi & veniũt appellatione subditorũ,vt tenet Soci.in cõs.suo cclxxij. in fi.pe.col.¶†Nec obstant quædam per eos alle. maximè inquantũ dicebãt ꝙ cõsuetudo dicit,*sur ses hommes*.quia licet sint iustitiabiles,tamen nõ sunt sui homines:& ꝙ dicebãt ꝙ dicta cõsuetudo debet intelligi de hominib.manusmortuę,aut talliabilibus,& ita,vt dicebãt,debet intelligi cõsuetudo nostra,aliàs cõprehendi possunt nobiles & clerici,quod est absurdũ dicere,nisi in casu necessitatis suprà posito. ¶†Facit, qa hoc pronomẽ suum,de sui natura importat dñium & proprietatẽ.& dicit gl.in l.ij. ff.de cond. insti.non dicitur meũ,nisi totũ sit meum. de quo ꝑ Bar. in l.seruiclectione.§.j.de leg.j.Et ideo videbatur † ꝙ ad hoc vt dicerentur sui homines, ꝙ requireretur ꝙ essent aut talliabiles,aut manusmortuæ,aut corueabiles, & eo maximè quia communis vsus loquẽdi ita se habet,ꝙ sui homines dicunt̃ vno de tribus modis, & nõ aliàs,

3 *Suũ pronomẽ quid importat.*

4 *Sui homines qui sunt.*

qui consonare multum videtur cum propria significatione horum verborũ, *ses hommes*, à quo non est recedẽdum,præsertim in materia statuaria,cùm sit stricti iuris.l.j.§.is qui nauẽ.ff.de exer.l. non aliter. ff. de leg.iij.imò potius hæc nostra cõsuetudo videret̃ posse debere restringi ad tales homines,de quibus suprà, ne subditi tantum ratione iurisdictionis, qui in reliquo sunt franci & liberi, indebitè damnũ patiãtur in oneribus & impositionibus,quib⁹ alij homines serui onerant̃ & grauant̃,qd̃ esset nimis durũ,† cũ maximè fauendũ sit libertati,maximè vt dicti frãci liberi euitent damnũ,cũ euitationi damni magis est fauẽdum q̃ aduẽtitio lucro in dubio.l.in re obscura.ff.de re.iu. Tũ etiã cũ in euitatione dãni sit alius fauor libertatis, cui multũ fauendũ est.l. inter pares. ff.de re iud. imò cauendũ est ne oneretur vel grauetur libertas.l.Titio centũ.§.libero.ff.de condi.& demon.¶Quomodo libertas sit multũ fauorabilis,patet,cùm cunctis rebus sit fauorabilior.l.libertas.ff.de re.iu.† Et ꝑ ipsa & nõ cõtra ipsam iudicare debem⁹.l.inter pares.ff. de re iu. extra eodẽ.c.vltimo. Est enim libertas lumẽ vitæ nostræ.l.j.§. optamus. C. de offi.præfe. præto. Aphricæ. † Et seruitus est mortis imago,secũdum Pol.libr. vij. c.xviij.& per multa alia comprobat Luc. de pen. in l. vnica.C.de capita ciuium censibus eximenda, lib.xj.

5 *Fauentiũ libertati.*

6 *Pro libertate iudicãdum.*

7 *Libertas lumẽ vitæ.*

ADDITIO. Vide quæ in hoc dicit Matthæus de afflictis,in constitution.regni Siciliæ, in constitutione quæ incipit,probationum defectu,in viij.& ix.no. in iiij.lib.†

QVia ad hoc dicit̃ ꝙ hæc fuit superflua consideratio de hoc ꝑnomine, suũ: per verba posita in nostra consuetudine, *sur ses hommes*, quia consuetudo nostra dicit, *sur ses hommes subiectz*.†Et nũc est clarum ꝙ qui subiicitur ratione iurisdictionis, dicitur homo subiectus:hinc est,quòd etiã tenet̃ prẽstare homagiũ. & ratione homagij subiicit̃ iurisdictioni,quia ex quo subest iurisdictioni alterius alicuius tamẽ tenetur ad homagium personale, ꝙ fit nulla re à dño percepta. Sed vt ibi de defensore & protectore proficiat,secundũ Spe.in tit.de feu.§.qm̃.vers.secũdò quęritur.& dicit ibi Spe.vers.primo autem circa.†quòd per tale homagium non amittitur libertas,sed dominus tenetur tales defendere cõtra alios in persona & in rebus, & ea ratione sunt aliqua subiectione subiecti dño, licet sint liberi:quia subsunt iurisdictioni illius dñi.l.quisquis cẽsibus.C.de epis.& cle.cuius etiã dicunt̃ homines cũ qualitate adiecta post scilicet subiectionẽ, & ideo nõ dicuntur simpliciter homines, sed homines subiecti.prout loquit̃ consuetudo nostra.& ideò non obstat illud qd̃ dicitur,ꝙ nisi fieret talis interpretatio viri ecclesiastici cõprehenderentur, † qa ad hoc dico ꝙ nõ possunt dici homines subditi,cùm subsunt tantũmodo in iurisdictione in persona eorũ episcopis,& non possunt se facere iustitiabiles dominorũ tẽporalium,& personis eorũ,vt tenet Iac. de S. Geor.in tra. homagiorum.in iij.col.& ideo bene fuit iudicatũ pro dicto barone.

8 *Subiectus quis dicatur.*

9 *Per homagiũ non amittitur libertas.*

10 *Clerici nõ possunt dici subditi.*

IVxta superius dicta,qa superius dictum fuit, quòd sicut episcopus non potest imponere charitatiuum subsidiũ sine cõsilio cleri,ita etiã dñi nõ possunt imponere subsidiũ seu indictum sine cõsilio procerũ & maiorũ suorũ dñorum.¶†Queri põt,q̃ possint imponere charitatiuum subsidium, & in quibus casibus. ¶Et primò dic, quòd episcopi,archiepiscopi,patriarchę seu primates in ciuitatibus & diœcesib⁹ suis text. est in c. cõquerẽte.de of.iu.or. & in c. cùm apostolus. §.prohibemus.de censi.¶De papa autem non est du-

11 *Charitatiuũ subsidium qui possũt imponere.*

BIU Cujas

bium,quia quãdocunq; sibi vĩ, potest exigere charitatiuum subsidium,cùm † sit dñs omnium, vt inquit Hostien.in sum.de cens.§.ex quibus causis. ¶ Et possunt etiam reges imponere ista subsidia,sed prius sibi debẽt imponere,postea subditis, si mẽsa regis nõ sufficiat.Ita dicit Bal. in d.c. conquerente, in fi.alle.l. ab omnibus.§.si à Titio. & quod ibi no.Dyn. ff. de leg.j. & vide amplius in tit. *des mainsmortes*, §.xviij.in gloss. *mainsmortables*, ver.hîc antè vidimus.

12 *Papa est omnium dominus.*

13 *Archiepiscopus & patriarcha.*

SEd† quęro,nunquid archiepiscopus & patriarcha possint exigere charitatiuum subsidium extra suã diœcesim ab ecclesiis suæ ꝓuinciæ:licet Host.& Ant. de But.in cap. vt præteritæ. de elect. cũ quibus videt trãsire Calde.in suis consiliis,consi.xiij.teneant quòd patriarcha de iure põt ꝓpter magnas expẽsas pro cõmuni vtilitate ecclesię factas exigere charitatiuũ subsidiũ ab omnib⁹ ecclesiis q̃ sunt de patriarchatu suo, ꝓ illũ tex.& per regulã,qđ oẽs tãgit,de reg. iur.lib.vj. vbi idẽ vĩ sentire de archiepiscopo quò ad illos de sua ꝓuincia:tñ veritas est in cõtrarium, prout vĩ esse tex. in c.Romana.in fi.de pœni. & remis.lib.vj.vbi solum ꝑmittitur metropolitano ꝙ possit subditos suffraganeorũ ad subsidiũ charitatiuũ monere:quasi velit tex. ꝙ non possit cõpellere. Et hoc ibi sentit Host. & Dominic. de S. Geminia.ex quo eĩ non vĩ archiepiscopo permissum in sua prouincia:ei ergo censet prohibitum,per tex.in c.Roma.de supplen.negli.pręla.lib. vj.ibi:cùm id non inueniat à iure cõcessum.& ꝑ tex.in c.pastoralis,in prin.de offi.or.nec obstat c.cũ apostolus.§.prohibemus.versi.sustinemus autẽ.ibi, moderatum ab eis valeãt auxiliũ postulare. de censi. qa dico ꝙ ille versi.solùm refert ad principium §. ꝓhibemus, aduersando ei quod dixerat ꝓhibendo ne epi subditos suos talliis grauare præsumant, loquẽdo de solis episcopis.Non autẽ refertur ille versi.valeãt &c.ad §. quocirca, ꝓximè prędecedentẽ,vt dicebat de ꝓcurationibus eꝓrum & archiepiscoporũ ꝓuincias visitantium:† qa relatio fieri debet ad ꝓxima,vt in c.cùm dilecti.de do.& l.si idẽ cũ eodem.§.fi.& ibi no. de iurisdom.iu.& quia ex quo constitutio est diuisa per paragraphos,clausulæ appositæ in vno, non referũtur ad alium.vt no. gl.in c. vnico, in verb. sic postulatus, de postu.prælа.lib.vj. & in cle.cupientes.§.fi. de pœnis. Diuersitas eĩ capitulorũ facit ꝙ dictũ in vno non cẽsetur repetitũ in alio,vt plenè no. Bart.in l. prætor.§. erat ita q̃.ff.vi bono.rap.& in l.talis scriptura.de leg. j.& Panor.in c.secundo requiris,de appel.Et qa si illa interpretatio fieret,ꝙ dictus versi.sustinemus aũt,haberet locũ in archiepiscopo quo ad prouinciã suam, posset per eam inferri grauamẽ ecclesiis,contra c.j.de cõsue. & idẽ dico de patriarchis quo ad ecclesias patriarchatus sui.† Et idẽ de primate q̃ idẽ est fere in omnib⁹ quod patriarcha,vt est tex.in c.ij.xcix.dist.& in c.cleros.xxj.di. quoniam ad instar archiepiscoporum in prouincia sua, patriarchæ seu primates,in patriarchatu suo nihil pñt nisi quatenus de iure eis hoc reperitur permissum.tex.est in c.conquestus.in ix.q.iij. & in c.duo simul,de off.ord. Nec obstat dictum c. vt præteritæ.qa ille tex.dũ dicit de bonis patriarchatus, intelligitur de bonis cameræ ecclesiæ patriarchalis, nõ autẽ de bonis ecclesiarũ quæ sunt in patriarchatu, quod indicãt ibi verba sequentia, dummodo nõ fuerũt bona ecclesiæ occupata.Et ita illum textũ intelligit ibi Goff.& Abb. Sicu. ¶ Prædicta tamen intellige vera, nisi cõsuetudo eis tribueret hanc facultatẽ exigendi charitatiuum subsidiũ etiam à prouincialibus vel existentibus de patriarchatu,quia talis cõsuetudo bene valeret,vt expressè tenẽt Io. An.in d.c.vt præteritæ.de electi.& Gaspar Cal.in suis cõsi.in tit. de cẽsi. cõsi.iij.pro quibus est casus expressus in termi.in extrauag.Benedi.xij.quæ inci. Vas electionis .§.permissis quoque.in verb.vel cõsuetudine.bene facit tex.in d. c.conquestus.& in c.Romana.de so.compe. lib. vj. & in c.Romana.§.j.de ap.lib.vj.Dicit tamen An. post Inno.& Host.† ꝙ si subditi suffraganei archiepiscopo metropolitano denegarẽt charitatiuum subsidiũ, vel hospitiũ ab eis gratia expetenti non archiepiscopus, sed episcopus suus eos punire poterit, qa inhumaniter se habuerũt cõtra suũ archiepiscopũ,vt ipse Anto. de But. refert in c.cùm ex officij in j. col.de præsc.

14 *Relatio fiat ad proxima.*

15 *Quid de patriarchis Primas.*

16 *Archiepiscopus an possit punire subditos suffraganeos.*

¶ Et intellige supradicta etiã in episcopis & archiepiscopis electis & confirmatis,& nondũ consecratis,qa poterunt exigere charitatiuũ subsidiũ, † cùm hoc sit iurisdictionis,& nõ ordinis.probatur in c.conquerẽte.in fi.de offi.ord.iuncto c.transmissam.de electi. caueant tamẽ ꝙ potius expediãt bullas suas,ne incurrãt pœnam extraua.Bonifa.viij.quæ incipit,iniunctæ.

17 *Charitatiuum subsidium ob iurisdictionis non ordinis.*

ITem † etiam dic, ꝙ Cardinales ab ecclesiis seu capellis subditis titulis suis, in quibus de iure cõmuni eis cõpetit iurisdictio, vt est tex.in c.querelam, de elect.possunt exigere charitatiuũ subsidiũ, sicut possunt eas visitare,& ab eis ꝓcurationes recipere:vt est tex.in c.cum apostolus.§.j.de censi.& hoc per doctrinam Io.Mona.in c.vnico,de maio.& obedi.lib.vj.vbi dicitur,† ꝙ Cardinales in ecclesiis seu capellis subditis in titulis suis,habent iurisdictionem episcopalem, & iura episcopalia:& refert ita papam sibi respondisse. quem sequuntur Io. An. & Dominicus de sancto Gemi.& Panor. in c. his quæ. de maio.& obe. melius per Car.Zaba.post Matthæum, in cle. ne Romani. §. irritum.in iij.quæst. de electio.

18 *Cardinales.*

19

NVnquid † autem cõmendatarius perpetuus ecclesiæ cathedralis (prout sunt cõmuniter Cardinales)possit exigere charitatiuum subsidiũ ab ecclesiis sibi subiectis,acsi haberet dictã ecclesiã in titulũ? dic ꝙ sic,per ea quæ notat Arch.in c.nemo deinceps. de ele.li.vj.& in c.qui plures.xxj.q.j.& Inn.in c. si cõstiterit. de accu.& Card.Zabar. post Genzelinum, in cle.fi.in xij.q.de procur.vbi dicunt, † ꝙ licet cõmendatarius non habeat titulum ecclesiæ,tamẽ habet legitimam administrationẽ : & potest exercere iurisdictionẽ quæ cõpeteret episcopo titulato.& faciũt quę dicit And.Sicu.in cons.suo ij.in ij. vol.dicam alibi.

20 *Cõmendatarius perpetuus.*

21

QVid autẽ † de administratore dato ꝑ papã ecclesiæ cathedrali vacãti,an possit à subditis illi⁹ ecclesiæ exigere charitatiuũ subsidiũ ? dic ꝙ sic,ꝑ c. cui, de ele.lib.vj.& in c.vlt.in fi.de sup.negli. prælа. in vj. & in c.cum nobis olim,in fi.de elect. ¶ Et idem dicendũ est de coadiutore episcopo simpliciter dato,per ea quæ not.Ioan.And.& Anto.de But. in c. vlt. de cleri. ægro. vbi dicit ꝙ coadiutor simpliciter datus episcopo,omnia potest quæ potest eꝑs, præter alienationẽ sibi inhibitam,per c.vnicum,de cleri. ægrotan.lib.vj.

22 *Administrator datus à papa.*

23 *Coadiutor episcopi.*

IDem † dic in legato papæ, qui in sua tota prouincia potest exigere charitatiuum subsidium, maximè quando est legatus de latere.probatur per doctrinam Spe.in tit.de legato.§.nunc ostendẽdum.in vlti. col.versi.legatus.vbi dicit, † quòd legatus papæ cui commissum est plenæ legationis officiũ, in sua prouincia omnia liberè & immediatè poterit, quæ siue de iure, siue de cõsuetudine quilibet ordinarius siue legatus exercere posset, siue sit abbas siue episcopus, siue archiepiscopus,siue patriarcha, siue primas, vel alius quicũque. † Nam ipse legatus maius imperium

24 *Legatus papæ.*

25

omnibus

BIU Cujas

omnibus post Romanũ pontificẽ,in sua ꝓuincia habet.c.si abbatẽ,de elect.lib.vj.facit l.& ideo.ff.de offi. procon.& lega.cum l.si in aliã.§.fi.ff.eo.vbi dicitur ꝙ legatus plenissimã habet iurisdictionẽ:nã iurisdictio legati fauorabilior vī quàm iurisdictio ordinaria episcopi,per tex.in c.si à sede.in fi.de præben.lib.vj.& in c.dilectus.de offi. leg. Hinc est ꝙ maior fauor à iure tribuit exactioni procurationis quę debet legato papæ,quàm illi quæ debetur episcopo,vt est tex.in c.cũ instantia.de censi.& in c.accedẽtes,de præscri. in d.c. cum ex officij.eo.tit.& intellige dũmodo sit iusta & legitima causa,de quibus infrà plenissimè dicam.

26 Prælati seculares inferiores episcopis.

QVid † autem in pręlatis secularibus,qui sunt inferiores episcopis?puta archidiaconis, decanis, archipresbyteris,prępositis,& similibus,nũquid possint exigere charitatiuũ subsidiũ ab ecclesiis prælaturæ seu dignitatibus suis subiectis?Quicqd dicat gl. in c.cum apostolus.de cẽsi.in verb.exactiones.& Gof. ibi,& Archi.in c.dictum est.xciiij.dist.teneas ꝙ tales prælati non possunt exigere charitatiuũ subsidiũ,nisi hoc habeãt ex priuilegio vel consuetudine,prout tenet Host.in summa de off.ord.§.qd ptinet.versi. quid si religiosi tallias exigunt.& idẽ Host. & Ant.de But. post Pet.& Abb.antiquũ,in d.c.cum apostolus.& ista est opinio cõmunis, quã tenet Archi. in c. iuxta sanctionẽ.xvj.q.j.ꝑ qua facit tex.ĩ d.c.cũ apostolus.versi. Archidiaconi verò siue decani nullã in presbyteros seu clericos exactionẽ exercere præsumãt.†Et idẽ dic in abbatibus & priorib⁹ qui nõ possunt exigere charitatiuũ subsidiũ ab ecclesiis secularibus,vel regularibus monasteriis suis nõ pleno iure subiectis. Facit ad hoc c.auaritię,de prębẽ.cle.qa regulares.§.eadẽ quoque authoritate.de supplen.negli.præla.c. ꝓhibem⁹. de censi. in ecclesiis aut monasteriis eorũ pleno iure subiectis,dic vt per Archid.xvj. q. ij. in summa.& c.j. & per Ant.de But.in c.de monachis, de præbendis.

27 Abbates & priores.

28 Generalis ordinis alicuius.

ET aduerte ad id quod consuluit Calderi. in consi. iij.de censi.vbi dicit,† ꝙ si generalis totius ordinis fecit magnas expensas in promotione pro cõmuni vtilitate religionis,poterit ꝓpter hoc exigere charitatiuum subsidiũ à tota religione,si non potest soluere de bonis prælaturæ. ¶†Nũquid autẽ capitulum sede vacãte,possit exigere charitatiuũ subsidiũ à diœcesanis.gl.in c.cupiẽtes.§.ad hoc.& ibi Ioã.Mona.Archi.& Gemi.de elec.lib.vj.tenẽt ꝙ sic. & idem Gemi. in c.vnico.ver.xvij.an possit,de maio.& obedien. lib. vj. ¶Sed dicunt Hostiẽ. & Anto.de But.in c.fi.ne sede vacan.ꝙ volens cautè soluere sede vacãte, debet procurare ꝙ iudex iubeat ei quòd soluat,& eius authoritate soluat, sicut in simili ꝓuidet lex soluẽti administratori pupilli.vt l.ait prætor.§.permittitur,ff.de mino.† Et idẽ dic in collegio cardinalium sede vacante quando imminet grandis & euidẽs necessitas,& periculum ecclesiæ.per text.in c. vbi periculũ.de elec.lib. vj.gl.ord.in c.ad succidendos,in verbo, sede vacante, de schismaticis.lib.vj.

29 Capitulum vacãte sede.

30 Collegiũ Cardinalium sede vacãte.

31 Ecclesia vacans an teneatur ad charitatiuũ subsidium.

NVnquid † autem ecclesia vacãs seu carens rectore teneatur ad solutionem charitatiui subsidij. dic ꝙ sic,per tex.optimum cum gl.in verbo, onerib⁹. in c.præsenti.§.porrò,de offi.ordin.lib.vj.& in c.charitatẽ.xij.quæst. ij. vbi patet quòd ista solutio fiet per œconomum.

ADDITIO. Quid in pensionario super aliquo beneficio,an teneatur ad decimam papalem, aut donũ principis pro rata fructuum totius beneficij habẽdo respectum ad suam pensionem,seu pro rata pẽsionis, vide dixi infrà,in tit. *des droictz & appartenances à gens mariez*,§.vj.in glos.*& supporter la moitié des charges*, in additione ibi posita. Sed iuxta prædicta quæro, † qñ episcopus vult exigere charitatiuum subsidiũ à clero suo,an requiratur cõsensus capituli?Inno.in d. c.cum apostolus.Ioan.An. & Anto. de But.tenent ibi ꝙ epꝰ non debet hoc facere sine consensu capituli,& suorũ clericorũ,licet Calde.in cõsi.iij.s.alle.de censi.videatur tenere ꝙ non requiratur consensus capituli, qñ est vrgẽs & euidens necessitas seu iusta causa exigẽdi. 32

33 Causa iusta exigendi charitatiuum subsidium quæ sit.

QVæ † autem sit iusta causa exigendi charitatiuũ subsidium,videndum est. Et primò dic ꝙ causa manifesta & rationabilis, ex qua non nimis grauãtur subditi est iusta.Tex.est in c.cõquerente. de off. ordi. & in c.cum apostolus.§.prohibemus. de censi.& dicitur causa ratiõabilis releuatio oneris debitorũ:& expensæ nimis graues & intolerabiles,puta ꝓpter guerram pro iure ecclesiæ tuẽdo exortã,secundũ Hosti. in summa,vt ecclesiastica beneficia.§.vnico.ĩ iij.col.ver. sed quæ potest esse iusta causa. vbi etiã dicit, † ꝙ potest imponi propter emptionem magnam quam fecit pro fabrica ecclesiæ nimis sumptuosa.Et ponit etiam idem Host.in tit.de cẽsi.§.ex quibusdam causis.versi. item potest fieri exactio moderata.

34 Pro fabrica ecclesiæ.

ITem † etiam potest exigere episcopus charitatiuũ subsidiũ qñ facit expẽsas pro aliquibus negotiis cõmunibus totius diœcesis,secundum Inno.in c.j.circa fi.de statu mo. ¶Itẽ etiã qñ episcopus facit magnã expensam in litigãdo pro iuribus ecclesiæ suæ, vel quicũque sit casus superueniẽs propter quem supportãdum habet necesse talia petere, secũdum Ant.de But. & Io.de Imo.in d.c.conquerente. circa finem,de offi. ordi.Archi.in c.quia cognouimus.x.q.iij.Spe. in titu. de feu.§.quoniam.versi.& no.ꝙ vasalli.Cy.in l.neminem,in vlt.q.C.de sac.sanct.eccle. 35 Pro negotiis communibus.

ITem † etiã potest episcopus exigere charitatiuum subsidiũ pro expẽsa facta in promotione sua ꝓ soluenda bullarũ annata in camera apostolica, vel prosequẽda electione sua in curia,iuxta c.cupientes.§.ad hæc.& §.si verò.vbi etiam bona gl.in verbo, discreta, de elect.lib.vj.& istud hodie solẽt episcopi nostri temporis in principio suarũ promotionum deducere ad effectum, quia semper episcopi electi, & in principio solent pro iucundo suo aduentu exigere istud charitatiuum subsidiũ:sed non video quomodo clero possit dici iucundus aduentus. 36 Pro expensis in promotione sua.

ADDITIO. Vide Matth.de afflictis in consti.regni Siciliæ quę inci.quamplurimum,in ix.& x.notabili.†

Episcopi Heduensis laus.

REuerendus tñ in Christo pater do.Iacob.Huraut huius nostræ Heduen.diœcesis epꝰ prudenter in principio suæ ꝓmotionis egit,cùm pro iucundo suo aduentu ac charitatiuo subsidio nihil vltra exigerit quã à singulis sacerdotib⁹ ad dictũ iucundũ aduentũ obligatis vnius missæ celebratio:& pro salubritate & ꝓsperitate christianissimi regis nostri Frãcorum Ludouici duodecimi obtinẽda,qui tunc grauiter ægrotabat.Ex quo cõsiderãdus est zelus amoris ipsius epi erga Christianissimum regem, & suos diœcesanos.

37 Pro emptione facta pro necessitate ecclesiæ.

ITem † etiã potest episcopus exigere charitatiuum subsidium à subditis suis, quãdo pro fabrica ecclesiæ suæ sumptuosa prout dictum est,vel alia magna re ecclesiæ suę necessaria,facit magnam emptionem,secundum Host.in sum.vt eccle.benefi.§.j.versi.sed quæ potest esse iusta causa.& in titul.de censi.§.ex quibus causis.versi.item potest fieri exactio.Anto. de But. & Io.de Imo.in c.conquerente.circa fi.de offi.ord.quod est intelligendum quando illa magna emptio est ad vtilitatem publicam dictæ ecclesię,puta quia emisset

BIU Cujas

pro ecclesia vnū castrū qđ erat valde necessariū statui ecclesiæ suæ, & sine quo ecclesia nō erat bene secura de statu suo, prout determinat Old. cōs. suo ciiij. inci. Circa ꝓpositā quæstionem. intellige etiā prædicta si eps vltrā necessaria sibi & familiæ suæ non potest de reditibus suæ ecclesiæ satisfacere debitis cōtractis ꝓ fabrica illa. ar. c.j. & c. de his, de ec. ędifi. & c. cōcesso. & c. quatuor, xij. q. ij. sed si eps magnā emptionē fecisset ꝓ ecclesia, vt ex ea maiores fructus perciperet, & sibi imbursaret, & amplioré statū retineret: tūc nō posset exigere charitatiuum subsidiū à suis subditis. ar. c. cū causam, de præbē. qa hoc est irrationabile. vt d. c. cùm apostolus. Et ꝓ prædicta limitatur dictū Spe. in tit. de feu. §. qm̄. in pe. col. vers. & nota q̄ vasal. vbi dicit simpliciter, q̄ vasalli comitum vel baronū imperij tenētur domino conferre pro aliqua terra emenda.

38 *Pro itineratione.* ITem † etiā potest episcop⁹ exigere charitatiuū subsidiū à subditis suis ꝓ itineratione sua, si talē expensam subire nō possit ex reditib⁹ suæ ecclesiæ: prout tenent Inn. in c.j. circa fi. de sta. mona. Host. Ant. de But. & Io. de Imo. in c. cōquerēte. de off. ord. & gl. in verb. pro regiis. in c. vnio. x. q. iij. Bald. in l. si qs ad declinā. in viij. col. C. de episcop. & cler. & est text. in c. ea quæ, de cēsi. dūmodo eps accedat ꝓ vtilitate cōmuni vel suæ ecclesiæ, aut visitet limina beatorum Petri & Pauli, vt impleat iuramentū à se præstitū, iuxta formā ca. ego N. in fi. de iureiu. Et ita ꝓpriè loquit̄ c. ea quæ, prędalle. aliàs si accederet ꝓ priuatis negotiis, vel causa salarij, vel solatij, non poterit exigere charitatiuum subsidiū. arg. c. cū ꝓ causa, cū gl. vlt. de procu. c. vt prę teritæ. de elec. cū gl. ibi, sup verbo, fecerūt. & arg. c. statutū. §. insuper, cū gl. in verbo, propter causam. de rescrip. lib. vj. tex. in l. ex parte. in princ. ff. fami. erciscun. Hanc restitutionē ponit Abba. Sicu. in c. cùm apostolus, de censi. vbi dicit q̄ ita demū licebit episcopo exigere charitatiuū subsidiū pro itineratione sua, si talē expēsam subire non potest ex reditibus suæ ecclesiæ.

39 *Vocatus ad concilīū generale.* ITem † etiā potest à clero suo exigere charitatiuum subsidium, si est vocatus ad cōciliū generale ad qđ ire tenetur, vt est tex. in c. episcopus ad synodū. xviij. dist. secūdum Inn. in c.j. circa finem, de statu mo. quē sequuntur ibi Ant. de But. & Abb. qui bene pōderat illud dictum Inno. Idem Abb. in c. cōquerente. de off. or. & in c. dilectus. eo. tit. & Bal. in l. si quis ad declinādam, in viij. col. C. de epis. & cler.

40 *Pro expensis faciēdis pro aduentu principis.* ITem † etiam potest episcop⁹ postulare à clericis suis charitatiuum subsidium pro expensa facienda pro aduentu regis, vel imperatoris seu principis: præsertim si ab eo tenet regalia, sed non debet eos grauare, vel ad hoc cogere: secūdum Archi. post Hug. in c. vnio. x. q. iij. dicit tamē tex. in l. neminē. C. de sac. sanc. eccle. q̄ etiam potest eos cogere. & hoc clarius dicit Inno. in c. non minus. de immuni. eccle. no. Spe. in tit. de feu. §. qm̄, in pe. col. versi. & nota q̄ vasalli comitū & baronum tenentur cōferre seu cōtribuere in sumptibus, qñ imperator transit per loca eorum. Aliter tñ ibi loquitur Ioan. An. in additio. post Rofre. vbi præcisè loquitur an vasalli imperatoris teneātur ei ministrare expensas dum transit per eorum loca quando vadit Romam pro corona suscipienda.

41 *Amplius quam semel.* SEd iuxta † prædicta quæro an episcopus possit à subditis suis semel dūtaxat, an pluries exigere charitatiuū subsidiū. Abb. Sicu. in c. cùm apostol⁹. de cēsi. dicit q̄ sic, non tantum semel, sed etiam pluribus vicibus: dummodo subsit rationabilis causa. mouet̄ per §. prohibemus. d. c. cùm apostolus, ibi: dū dicit, quę aliquoties superauerunt. pro hac opi. facit tex. in c. visitandi, cū gl. xviij. q. ij. c. fi. de cēsi. lib. vj. & c. mādamus. de offi. archidi. & c. cùm venerabilis, de censi. ¶ Nunquid autem possit exigere vltra bis vel ter. vide no. ꝓ Bal. in l. si duo, per illū tex. ff. de arbi. & in l. j. C. de his quæ pœnę nomine. & Ang. in l. oratione. ff. de fer. & l. si finita. in prin. ff. de dāno infe. & Arch. in c. nūc verò. ix. q. iij. vbi ponūt quot vices iportat verbū, quoties.

42 *Papa an possit laico concedere decimam fructuum beneficiorū.* NVnquid † autē papa possit concedere laico seu principi seculari decimā fructuum beneficiorū certæ prouinciæ, vel dominij. papa Alexāder vj. anno dñi M. cccxcviij. concessit decimā fructuum beneficiorū in Gallia christianissimo regi nostro Ludouico xij. semel & pro vno anno tantùm, & propterea dicit glos. ij. in cle. si beneficiorum. de decimis. quod sæpe practicatur in Frācia, cōcludendo q̄ fieri potest, & eā sequitur ibi Paul. de Leazaris dicens, q̄ potest esse iusta causa, quia cōceditur in subsidiū terræ sanctæ. c. fi. de voto. c. ad liberādam, de Iudæis. ¶ Causa enim quæ mouebat Alex. vj. fuit ad debellandum cōtra Turcas, qui multum opprimebāt Christianos. quæ quidē causa iustissima fuit. Et prædicta etiā tenet Cardi. Zabar. in d. cle. si beneficiorū, in iiij. q. & istud satis vī ꝓbari ex his quæ notāt Ioā. An. & alij, in c. cum apostolica, de his quæ fiunt à præla. sine consen. cap. vbi habet̄, q̄ ante conciliū Lateranense papa cōcessit laicis in Gallia decimas, quæ sunt merè spirituales, & dicit q̄ licet fuerunt cōcessæ, eo q̄ Galli certauerūt pro defensione ecclesiæ, quæ propter oppressiones hereticorū prę multitudine quorū grauabatur, ab his oppressionib⁹ liberata est. si ergo concessio taliū decimarum licita fuit, multò ergo fortius erit licita ista simplex concessio decimæ papalis, † cùm etiam papa possit laicū habilitare ad merè spiritualia, vt est glos. or. in §. verum. xxxij. dist. & in c. decernimus. & ibi doct. de iu. & per Spe. in tit. de lega. §. nunc ostendendū. ver. lx. Curia tñ Romana non fecit ꝓpterea, nec facere intendit tales cōcessiones perpetuas, sed solùm ad tempus, secundū gl. in d. cle. si beneficiorum, in verb. ad tēpus. Si tamen hanc perceptionem papa cōcederet laico, seu principi seculari in perpetuū, teneret concessio: secundū Cardi. Zaba. in d. cle. si beneficiorum. in iiij. quæst.

43 *Papa non potest habilitare laicum ad merè spiritualia.*

SEd † iuxta prædicta quęro, ponam⁹ q̄ in prædictis oriatur cōtentio inter epm̄ & clerū, puta quia clerus dicat nō subesse causam rationabilē, qs erit iudex cōpetens super hoc? Old. in cōs. ccxxxiij. concludit q̄ hoc casu episcopus, scilicet stāte dubio, an causa exigēdi charitatiuū subsidiū sit causa rationabilis vel nō, nō erit iudex cōpetens. Et propterea dicunt Host. Io. And. & Ant. de But. in c. cùm apostolus. de cēsi. q̄ hoc casu eligent̄ arbitri, qui hoc terminabūt. ꝓ c. si cleric⁹. §. j. xj. q. j. Et dicit Io. An. sic fuisse de facto obtentum. & idem tenet Arch. in §. iuxta sanctionē. xvj. q. j. Host. tamen in summa de censi. §. ex quibus causis. vers. qđ si subditus dicat. dicit, q̄ in hac controuersia si eps sit reus, recurretur ad metropolitanum: si verò clerus sit reus, eligētur: si verò sit appellatum, tunc recurretur ad iudicem ad quem est appellatum. Et ibi dicit, q̄ an causa sit rationabilis vel nō, stabitur arbitrio superioris, secundū gl. notabilem, in verb. rationabilis. in d. c. cum apostolus. Et vide quid dicāt Pau. de Leaza. Car. Zaba. Pet. de Anch. & Ioan. de Imo. in cle. j. de excess. prælato. qui sequuntur Hostien.

44 *Quæstio.*

NVnquid autem iudices de prædictis cognoscentes, debeāt in dubio præsumere causam rationabilem? dic quòd non. cùm tex. in c. conquerente, in fi. de offi. ordinarij, & in c. cùm apostolus. de censi. non solùm requirat causam rationabilem, sed q̄ sit manifestè

BIU Cujas

festè rationabilis. Ex quo innuit, ꝙ in dubio nõ debet præsumi rationabilis. facit tex. in c. si quis prępostera. 50. distin. & in c. ego solis. ix. distin.

ET vt à diuerticulo repetatur fabula ludi, redeam[9] ad principalẽ materiã huius nostri §. & huius nostrę gl. in qua dictũ est in principio, ꝙ istud munus est munus personale, & ibi multum póderaui hęc verba, *sur ses hommes subiectz en haute iustice*, per quæ verba, apparet ꝙ tantũ de personis loquitur, & ideo cũ nihil dicat de bonis, videtur ꝙ si fuerit quidã q̃ domiciliũ semper cõduxit, & ex arte absque patrimonio vixit, ꝙ nõ tenetur ad istud onus: quia cũ statutũ sit stricti iuris, ideo nunquã extendendũ, iuxta nota. in l. ij. C. de noxali. nõ debet interpretari ꝙ etiã extẽdatur ad bo-
44 na, & ꝙ loquat̃ de bonis. Sed † si ita intelligatur, & cẽseatur munus personale, & nõ reale, sequeretur ꝙ tale ius qd̃ hîc datur dominis, posset esse eis inutile: & sic statutũ seu mens statuentium de nihilo seruiret, cõtra legem, non cogendũ. §. Sabinus. ff. de procu. vbi ars & natura nihil operãtur frustra. l. qui bis idẽ. ff. de verb. obli. & hoc sic. Nã nõ est inconueniens ꝙ quis in sua terra seu territorio quo habet altã iustitiã, nullos habeat homines ratiõe patrimonij & bonorũ, sed quod sint tantum cõductores prædiorũ, seu coloni partiarij, qui apud nos dicũtur mitãsarij: quod põt esse in loco vbi sunt hoïes liberi, & nõ in loco manusmortuæ: qui etiã licet non sint manusmortuæ, tenent̃ ad istud munus, dummodo sint iustitiabiles in alta iustitia, vt summariè dixi in prin. huius glos. Et hoc casu videret̃ ꝙ tales non tenerentur ad istud munus: cum nulla ibi habeãt bona, seu patrimoniũ. Dñi autẽ prædiorũ qui essent residẽtes in alio loco, nõ etiã tenerent̃ ad istud munus, cũ tãtũ eorũ bona sint subiecta in iurisdictione, & nõ ipsi: & sic dñs altæ iustitiæ priuaret̃ isto iure.

45 *Munus hoc an exigendum sit per æs & libram, per capita, an per familias.*

¶ † Pro enucleatiõe huius dubij, videndũ est quomodo exigi debeat istud munus, an scilicet per æs & librã, per capita, an per familias. Et distinguendum est, quia aut est personale munus, vt dixi, aut reale vel patrimoniale, an verò mistum. Bar. in l. si se non obtulit, in §. actor. ff. de re iudi. Bar. & Bald. in l. j. §. ꝙ si nemo. ff. quod cuiusque vniuer. no. distinguendo vt dictum est: dicũt ꝙ munus patrimoniale & mistũ debent exigi per æs & librã, scilicet secũdũ vires & facultates patrimoniorũ. l. oẽs. C. de operi. pub. & dr̃ onus patrimoniale vbi vertit̃ sumptus, l. munerũ, §. patrimoniorũ. ff. de mu. & ho. ¶ Et aduerte qa Bar. in l. j. C. de mulieribus, & in quo loco, li. x. facit tria mẽbra de hoc munere patrimoniali: ad ibi dicta recurras cũ casus euenerit. Si verò sit munus psonale, & hîc vr̃ insistendũ, cũ videatur istud munus huius nostrę consuetudinis esse personale: & tunc dic prout dicit Bar. in d. §. actor Bal. in l. j. ff. quod cuiusque vniuersi. reliquendo pro nũc distinctionẽ Bar. in d. l. j. C. de mulie. ꝙ aut causa propter quã imponitur istud munus, respicit personã seu mun[9] personale. Et isto casu imponitur per capita: vt puta si fiat statutũ Senæ dicẽs ꝙ vnusquisq; à xx. annis & suprà, vadat in exercitũ: tunc si fiat in hoc casu collecta pro redimendo istud munus, tũc imponetur per capita, & non per æs & librã. Ita dicit Bald. in d. l. j. & §. illud. insti. ꝓ socio. l. secũdũ naturã. ff. de reg. iur. & faciunt quæ dicit Soci. in cõsil. suo cxxix. in pe. col. ibi, tertiò principaliter. Aut verò causa seu onus principale muneris respicit patrimoniũ seu fumãtes, tũc hoc casu imponitur secũdũ vires & facultates patrimonij, scilicet p æs & librã. Ita Barto. in d. loco, & Bald. & Io. de pla. in l. j. C. de muneri. Et prędicta omnia sunt vera in casu claro, sed in dubio quid dicendũ est? Bar. in d. §. actor, dicit † ꝙ in dubio collecta imponitur pro viribus patrimonij. per l. rescripto. in fi. ff. de mu. & ho. & quia suprà diximus, ꝙ videbatur ꝙ istud munus est personale, & videtur esse satis clarum, vt dixi, per hæc verba, *sur ses hommes subiectz*, tamen potest dici, ꝙ licet istud munus sit personale, & personæ imponatur tãtùm: istud tamẽ imponitur pro rebus existẽtibus in iurisdictione domini, & sic causa originaria propter quã imponit̃, videtur esse ꝓpter patrimonium: & ideo debet imponi per æs & librã, secũdum vires & facultates patrimonij. & istud est etiã, quia licet non sit clarum ꝙ sit munus reale, nec etiam est clarum ꝙ sit personale. Et ideo cùm sit dubium obscurũ propter argumenta quæ possunt hincinde fieri, idem dicemus quod de munere reali, scilicet quòd imponitur p æs & librã, & secundum vires, & facultates patrimonij hominũ existentium in iurisdictione dñi, vt fieri consueuit, & ita obseruatur in hac patria. ita dicit Bar. in d. l. si se non obtulit, §. actor. ff. de re iu. & in l. j. §. fi. ff. de mu. & ho. Et vide amplè de hac materia p Pe. Iac. in suis libellis, in tit. de munere quod imponit̃ personis ꝓ rebus. ¶ Et hoc casu homines subditi imponant & diuidant collectã secundum facultates patrimoniorum, nec dominus hoc faciet, dixi suprà, si tamen homines nolint istud imponere seu diuidere inter eos, dominus hoc poterit, ipsis primò vocatis. l. fi. C. de mu. pa. li. x. vt dicit Bar. in d. §. actor.

46 *Collecta in dubio imponitur pro viribus patrimonij.*

ADDITIO. Quomodo sit imponẽdum huiusmodi indictum, vide cũdem Matthæum in dicta cõstitutione, quamplurimum. in vj. notabili.

SEd iuxta prædicta quærit Alex. in d. l. si se non obtulit, in additione quæ incipit, Item quia hîc dicit̃ in tex. ff. de re iu. † an villa ipsa possit sibiipsi imponere collectã, an verò hoc spectat ad superiorẽ, & vt dicit, vr̃ quòd spectet ad superiorẽ, quia vr̃ esse de regalibus, c. j. quæ sunt regalia. dicit tamen quòd Ang. habuit hãc quæstionẽ Paduę & obtinuisse ꝙ villa possit sibiipsi collectã imponere. allegat gl. in authẽ. quibus mo. natu. effic. sui. §. si qs igitur. in verb. persoluat. Sed Io. de Imo. dicit, ꝙ illa glossa hoc non dicit, sed dicendum est, vt dicit Ioã. de Imo, ꝙ vbi imponitur collecta ex causa legitima, quia ꝓpter debitum vniuersitatis, possit ipsa sibi eam imponere. per no. in l. j. §. ꝙ si nemo. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine. sed si ex causa volũtaria, nõ; puta qa vult de nouo facere domũ, vel aliqua mœnia de nouo in loco vbi non fuerũt anteà. per nota. in d. c. quæ sunt regalia. Alex. verò in dicto loco dicit, ꝙ melius dicetur cum Bar. in l. j. C. de superindicto. lib. x, & in l. j. C. de mu. & in quo loco. eo. lib. iiij. col. ver. venio ad secundũ. vbi dicit, & concludit, ꝙ aut collecta imponitur pro necessitatibus villę, & tunc villa potest sibiipsi collectã imponere. d. §. ꝙ si nemo. Sed vbi pro donando principi, vel vtilitate publica totius imperij, nõ potest villa sibiipsi eã imponere, sed spectat ad superiorem, seu villa habet facere cum licentia superioris. d. l. j. C. de superindicto. & d. l. placet. C. de excusatio. munerũ, lib. x. & per not. per Bar. in d. §. quòd si nemo. & ibi etiam cum aliis alle. p do. Alex. in d. l. si se non obtulit. ¶ Vide decisionem capellæ Tholosanæ. cccxlviij.

47 *An villa sibiipsi possit imponere collectam.*

ADDITIO. † Vide de hoc dubio Matthæũ de afflictis in constitutione regni Siciliæ, in constitu. quæ incipit, dubitationes iurisperitorũ, in primo nota. & ibi an venientes de nouo ad habitandum teneantur pro debito præterito cõtribuere. & in iiij. nota. quòd potest cogi ad imponendum collectam pro executione sententiæ ex iussu & præcepto iudicis, & ibi quo-

48 *Habitator nouus ad debitũ præteritum an tenea-tur.*

BIU Cujas

modo fit executio cõtra vniuersitatem. Et aduerte ad id quod dicit idem Matthæus in cõstitutione quæ incipit, generalia iura. in ij. lib. in iij. nota. quòd si imponatur collecta pro delicto vniuersitatis, non tenentur qui non deliquerunt, nec pueri. †

ET ideo videmus quòd cùm aliquid donatur principi, puta vt sunt feuagia in hac patria ducatus Burgũdię, de triennio in triennium, vel qñ imponit pro vtilitate publica totius patriæ, vt quãdo leuatur vnus denarius sup salino salis, ꝑ reparatione ciuitatis, istud non fit sine licentia principis, vt videmus quotidie.

SEd vidimus ꝙ Suitensibus existentibus ante Diuionẽ habita concordia cum eis (quæ tamen non tenuit) fuit exacta magna quãtitas pecuniarum super villis & ciuitatibus huius ducatus: ita ꝙ multi nõ imponendo per æs & librã, sed super aliquos, & vbi poterat verisimiliter suspicari ꝙ erant pecuniæ. Et fortè super cẽtum hominibus fuerunt leuata duo mille scuta auri, nũc officiarij ciuitatis volunt imponere istud super tota ciuitate, & vnoquoq; secũdum eius facultates volunt imponere ad dictã summam, ita & ad effectum quòd illi qui fuerũt grauati & oppressi primò sint imbursati de parte quam vltra eorum facultates dederunt, & quæ fuit ab eis exacta, an istud possint facere sine licentia superioris? ¶ Cogita ex his quæ hîc antè dicta sunt, & aduerte, qa vt dicebatur, istud erat ꝑ vtilitate publica ex quo erat & impositũ fuit propter societatem Suitẽsium seu Sueuorum deprædare volentiũ hanc nostram patriam ducatus Burgundiæ, & ideo etiã ecclesiæ fuerunt impositæ. ¶ Ad hoc etiã tenentur ecclesiæ: vt tenet Bar. in l. nullus. C. de cursu publi. lib. xij. Doct. canonistę in c. quanquam. de cẽsibus, in vj. & in cle. præsenti, eo. tit. & in c. non minus. de immu. eccle. dñs meus Ias. in l. placet. in iij. col. C. de sacrosanct. eccle, vbi dicit, † ꝙ etiam ecclesia tenet ad reparationem murorum. & dixi in prima glo. hoc eodem. §. versi. item si velit. Et vide Guido. papę q. vij. & lxxviij. Et etiam ecclesia tenetur ad collectam quæ imponit pro feudis, si teneat feuda: vt tenet Io. Fab. & do. meus Ias. in d. l. placet. & dixi suprà in pluribus locis in hac gl. ¶ Imò, quod plus est, cùm in Francia feuda originem habuerunt, & fuerunt introducta ꝑ stipendiis militum, vt ex eorum fructibus viuant, & eorum vice stipendium percipiant pro defensione reipub. ad quam tenẽtur ex huiusmodi feudis, vt amplè declarat Benedict. in sua repetitio. c. Raynutius, ĩ verbo, & vxorem nomine Adelasiam. nume. 4. in 3. decis. de testa. † quòd rex permittẽdo ecclesiæ in suo regno quòd teneat feuda eadem amortizãdo, non potest eidem remittere onus ad quod tenẽtur feuda pro defensione reipu. si respublica indigeat tuitiõe & defensione tali quòd sit necessaria maior impẽsa quàm si feudatarij omnes deseruirent prout tenent, quòd ex quo ex huiusmodi remissione seruitij tã respublica quàm alij feudatarij lædũtur, imò etiam alij non feudatarij quibus maior tallia imponitur quàm imponeretur si omnia feuda essent penes habiles ad seruiendum, læduntur, quòd huiusmodi remissio non valet, & ea nõ obstante possunt cogi ad deseruiendũ per alium: quia cum huiusmodi remissio sit cõtra vtilitatem publicã, cõtra quam princeps non potest rescribere, ideo non valet, vt notatur C. si cõtra ius vel vtilitatem publi. l. fi. & ibi notatur.

ADDITIO. Consului in casu emergẽti, & est cons. lxvj. in primo dubio, & dixi ĵ. in tit. de feu. §. v. in fi.

SEd iterum iuxta prædicta quærit Alexan. in d. l. si se non obtulit. post Bar. in d. §. actor. † an si imponatur collecta pro muneribus patrimonialibus, possint particulares homines in solidũ capi? & dicit Bar. in d. §. actor. ꝙ non, sed quilibet tãtum pro parte sua: non enim est debitum cuiusq; proprium sed vniuersitatis. l. intantũ. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuisi. probat in l. sicut. §. j. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine. Illi tamẽ quibus datur onus exigendi collectã si fuerint negligentes possunt capi, quia eorum periculo cõmittit, vt inquit tex. in l. j. C. de executorib⁹ & exactoribus, lib. xij. & ipsi postea exigent ab aliis, pro quo est bonus tex. in l. missi opinatores. C. de exa. tri. lib. x. ¶ Et Bart. ibi succesiuè quærit, † an syndicus vniuersitatis posset obligare singulares personas vniuersitatis insolidum: vbi concludit ꝙ sic, quando habet ad hoc mandatum, & syndicus seu administrator non potest obligare nisi consentientes in specie. Ita Bart. in cons. suo vij. in iij. col. in j. vol. quando syndicus possit obligare ciuitatem seu singulares personas, ponit Bar. & dom. meus Ias. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. videatur ibi plenè quandò pecunia non est conuersa in vtilitatem ciuitatis, an ciuitas obligetur, an verò administrator, & quomodo contra eum sit agendum, & qua actione.

ET aduertendum est quòd, vt dicit Alex. in d. l. si se non obtulit, in additione quæ incipit, item quęrit Bart. ff. de re iud. post Bal. in l. etiam, in pe. col. de exe. rei iudi. † quòd pauperes quorum industria est necessaria ad alimenta, non debẽt cõcurrere ad onus collectæ impositæ, per gl. in l. omnes. C. de anno. & tributis, lib. x. Hoc latè examinat Pet. Heliæ in suo tractatu munerum quẽ fecit, & vide quod dicit Bart. in l. cura. §. inopes. ff. de mun. & hon. vide etiã Ioan. de Platea, in l. fi. C. de his qui nu. libe. vel pauper. se excu. lib. x.

ADDITIO. Et id quod pauperes soluere non possunt tenentur soluere alij diuites, vt tenet Matth. de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit, super incisionibus. in quinta dubitatione. & Petr. Gerardi singulari lxxiij. incipiente, pauperes. † imò tẽpore necessitatis semper pauperes excusantur à collectis, vt dicit idem Pet. Gerardi in singulari suo centesimo, quod est vltimum. Et dicit idem Matthæus in constitu. quæ incipit, lege præsenti. in ij. col. quòd pauper tempore caristiæ potest implorare officiũ iudicis contra diuitem, vt eum alat. gloss. in capit. sicut. xlvij. distinct. ¶ Vide xliij. casus in quibus prodest paupertas, & in quibus excusat, quos ponit Luc. de Penna. l. vltim. C. de his qui nu. liberorum. libr. x. Et quindecim incommoda paupertatis quæ ibidem ponit col. vlti. & in l. ij. in v. & vj. col. C. quando & quibus quarta pars debetur lib. x. ponit commendationem & laudem paupertatis: atq; quæstionẽ si aliquis appellatus est pauper, an aget actione iniuriarum, vbi tenet quòd sic.

QVid † autẽ de his qui habent xij. liberos viuentes, puta in Nazario *la donne* Burgen. istius ciuitatis Heduen. qui propter numerũ xij. liberorũ quos habet, petit excusationẽ à muneribus realibus, aut saltem mistis, puta à feuagiis quæ imponuntur personis ꝑ rebus, cùm p ęs & librã, & secundũ vires patrimonij imponãtur, vt dixit Alex. in consil. suo lxviij. in secũdo vol. in j. col. an debeat à talibus excusari, nũc est ꝓcessus corã Ballino Heduen. & dicebat contra eum ꝙ non debuit excusari: quia ipse & duo ex eius filiis sunt potentes & diuites: sed facultates & diuitię filiorum non sunt in hoc in cõsideratione quoad patrem. l. cùm facultates. C. de his qui nu. li. vel pau. se exc. li. x. quãtũ autẽ ad eius facultates: qa etiã cõfessus est iudicialiter se esse potentẽ & diuitẽ, etiã de quatuor mille ducatis:

49 Ecclesia tenetur ad reparationem murorum.

50 Feuda tenet eccle-sia.

51

52 Syndicus an possit obligare singulares personas.

53 Pauperes nõ tenẽtur ad collectas.

54 Pauperes à collectis immunes.

55 Liberi xij. habens an excusetur à collecta.

BIU Cujas

ducatis: an hoc eidem nocere possit, non reperi textū facientē mentionem an sit pauper vel diues: licet Ia. Rebuf. ī l. si quis decurio. C. de decur. li. x. sed ad principale deueniēs, an ex tali numero debeat excusari: in hoc sunt gl. variæ & diuersæ: quas cōcordat Ang. Aret. in §. j. insti. de satis. tuto. & videt tenere opinionē Bar. & gl. quæ dicunt, ꝙ ad hoc vt quis excusetur à muneribus realibus & patrimonialibus, paria sunt vel ꝙ habeat xij. liberos, vel xvj. secūdū gl. & Bart. in l. semper, §. j. ff. de iure immu. & cum glo. in l. j. C. de his qui nu. libero. Bal. verò in d. l. j. C. de his qui nu. libero. dicit requiri ad hoc vt numerus liberorū xij. excuset à muneribus realibus & patrimonialib⁹, ꝙ pater illorū sit decurio. & dicit † ꝙ decurionatus supplet numerū quatuor liberorū, & dicit ꝙ ista est veritas, licet Bar. & gl. teneant cōtrariū. Ang. Aret. in §. j. inst. de excus. tut. tenet opinionem Bar. & gl. tanquam benigniorē, & pro certo est multum præferēda propter authoritatē gl. de qua do. meus Ias. & de Aquis post Bart. in l. vt vim. in fi. ff. de iusti. & iure. & etiā ꝓpter authoritatē Bar. ꝙ fuit lucerna iuris & illuminator: & est magnæ authoritatis, vt dicit Frā. Curti⁹ in cōs. suo xlvij. in iiij. col. & propter authoritatem Ang. Aret. qui fuit solēnis doctor: vt dicit Curtius in cōs. suo xxxv. in xj. col. & etiā opinionē Bar. & gl. tenet Ioā. de Platea in l. si quis decurio. C. de decurionibus li. x. & videretur etiam ꝙ in hoc casu illa opinio Bald. de nihilo seruiret † cum decurionatus simpliciter excuset à collectis & aliis secūdum Bar. in l. si quis. §. hominē. ff. de mune. & ho. licet tex. sit in contrariū: tamen opinio Bart. seruatur de consuetudine propter quamplurimos labores, quos dietim ꝓ vniuersitatibus sustinent, vt dicit Guido papæ decisione sua cccxcviij. dicit tñ idem Guido pap. in decisio. ccccj. ꝙ numerus xij. liberorū de cōsuetudine non ꝓstat excusationem, licet sit secus de iure: & facit multum ꝓ hac consuetudine quę est contra dispositionē iuris, vt dictum est, quia christianissimus rex mandato suo, seu in suis literis patētibus, quas rescribit, aut rescribere solet hominibus trium statuum huius patriæ inserit in mādato, ꝙ tallia, seu collecta aut feuagia, quæ eidem cōcedi requirit, imponātur sup omnibus, exceptis super clericis, nobilibus, & officiariis suis domesticis: nā ex hoc derogat legibus dantibus pluribus aliis excusationē à talibus: † cum exceptio firmet regulā in nō exceptuatis. Pa. c. quoniam frequenter, in prin. iij. col. & in iiij. col. vt lite nō conte. Alex. in cons. suo xxviij. inci. visis & accuratè ponderatis. in v. col. in j. vol. & in cōsi. lix. in pen. col. in j. vol. Et ideo videt ꝙ tales tantum sint excepti, & ꝙ illi soli habeāt, sed ad hoc potest dari tale responsum, ꝙ cū multi sint casus, qui quo ad excusationem à talibus parificant, si postmodum in regula ponāt ali qui casus ex exceptuatis, videt ꝙ sicut regula potuisset extēdi ex identitate rationis, ita etiam exceptio debeat extēdi ad alios casus similes & parificatos. & faciunt quæ dicit do. meus Ias. in l. trāsigere. in v. col. C. de trās. & in l. j. in ij. col. C. de iur. & fac. ign. & dixi infrà in cōclusione harum consuetudinū, in gl. interpretes, in xij. conclusione. ¶ Et aduerte † ꝙ pater habens priuilegium propter numerum filiorū, licet filij moriātur, tamen durat priuilegium, secūdū Io. Andr. in regula, dicit, de reg. iur. in vj. vbi refert ita cōsultum fuisse. no. Bar. in l. ij. §. non solum. ff. de exc. tut. tradit Io. de Ana. in cons. vlti. incip. circa dubium oblatum. refert & sequitur Phil. Decius in regula, in oīb⁹. ff. de reg. iur. nume. xvij. versi. & ad supradicta. Istud idem tenet Io. de Imol. in cōsi. suo lxxvij. incip. visis ac ponderatis. & Bal. in consi. suo cj. in iij. vol. & plures alij allegati per Hippol. de Marsil. in l. etiam si redhibitus. in j. col. ff. de quæst. & socius omniū bonorum immunis à collectis præbet immunitatē socio, vt tenet Hipp. de Marsiliis in singulari suo clxxx. inci. plura & plura iam dedi tibi, quasi in fine. ¶ † Ex quo dixi in casu emergenti, quod ciues Heduen. ęgrè ferētes quod prædictus Nazarius *la done* esset immunis à prædictis talliis, qui Franciſiam quarre, cōmunem in bonis cum eodem Nazario imposuerunt in talliis sequentibus, de dicto Nazario nullam faciētes mentionem, ignorabant gl. in l. fi. de mune. & hon. non conti. inter pat. & fil. lib. x. quæ dicit, quod socius omnium bonorum habet excusationē à muneribus publicis propter personam socij. & facit, † quia connexitas operatur ampliationem priuilegij. ita per multa tenet domi. meus Ias. in l. j. C. de transactio.

FAcit etiam, quoniam connexitas in hoc operatur, quod restitutio minori concessa prodest maiori consocio, vt amplè tenet Iacobinus de sancto Georg. in l. nec si maior. C. si in communi eadémque causa in integrum restitutio postuletur.

QVi autem sint qui habeant excusationē à muneribus, & qui non: & à quibus, vide Alb. de Rosa. plenè in rubr. ff. de muneribus & honori. vbi ponit materiā munerū amplissimè, & qui excusant à talliis & collectis: ponit multos casus Guido papę in suis decisio. & in decisi. cccl xxvj. ponit de dñis de parlamēto: & vsq; ad decisio. cccciij. ponit de multis, quos videre poteris. ¶ Luc. de Pen. in l. mulieres, in vij. col. C. de dig. lib. xij. † dicit viros sciētia præditos esse immunes à muneribus, vt sunt philosophi, ꝓfessores legum, grāmatici, & medici, & cōpilatores seu scriptores librorū: quos maximo honore dicit esse dignos: vt multis cōprobat rationibus & authoritatibus. Et idē dicit de aduocatis fisci quos dicit esse clarissimos, & comites merētur appellari, vide quæ dixi infrà tit. *des enfans de plusieurs licīz*. §. iiij. in gl. j. versic. & ideo. ¶ Qui autē sint immunes à collectis & tributis ponit Guido papæ in decisionibus hīc antè allegatis. Et plures recitat Ioan. de Monthelon conciuis noster Heduen. in suo prōptuario iuris, in verbo, tributum. vbi allegat casum hīc positum de Nazario *la done*. & dicit ita fuisse iudicatū per curiam parlamenti Burgūdiæ: sed quicquid sit, nondum fuit iudicatum, quia adhuc pendet processus, sed fuit iudicatum ꝓ balliuum Heduen. Et ibi etiā ponit ꝙ nobilitas præbet immunitatē. dixi infrà in pluribus locis. † Aduerte tamē ꝙ nobiles tenentur ad tallias quæ dicuntur gratia publicè vtilitatis & necessitatis, vt tenet Oldra. cōs. suo cxviij. incip. factū tale est quædā vniuersitas. sed credo ꝙ loquitur de nobilibus Italiæ q morātur in ciuitatibus. Aduerte tamē † ꝙ licet nobiles de iure non excusantur à muneribus publicis tā personalibus, vt in §. audient quoque, versic. si qua verò. ibi, cōuenit enim vnumquémq; nobilium, in auth. de defenso. ciuitatū. quàm etiam realibus, vt l. munerū. §. patrimoniorū. ff. de mune. & honorib⁹, & ibi notat Bar. & ibi Alber. in suo tractatu in nu. antepen. & pen. iiij. col. ij. versic. sed quæro nunquid nobiles excusantur. Salic. in l. rescripto. §. sciēdum est. ff. de muneribus & honoribus. maximè quò ad bona allodialia. Tamen quandoque propter nobilitatē solet à principe tribui immunitas, vt est pulcher tex. in l. nō tantum. §. iliacēsibus, ibi, & propter ipsorum inclytam nobilitatē. ff. de muneribus & honorib⁹. & ibi hoc no. Bal. & Nicola. de Neapoli. & ita solet seruari in hac patria Burgūdiæ, & in

56 Decurionatus.

57 Decurionatus excusat à collectis.

58 Exceptio firmat regulam.

59

60 Cōnexitas facit ampliationem priuilegij.

61 Viri sciētia præditi sunt immunes à muneribus.

62 Nobilitas præbet immunitatem.

63

Bartoli authoritas magna.

BIU Cujas

tota Francia. Si tamen adeſſet perſonarum penuria: nobiles quantumcunque exempti à muneribus, nihilominus ad ignobilium obſequia coarctarentur. l. j. in prin. vbi hoc notat Bar. ff. de excuſa. tuto. faciunt in ſimili adducta per do. meum Iaſ. poſt Alc. & doc. in l. ſi ex toto. in prin. col. ij. & ſeq. ff. de lega. j. Quod intellige etiam in feudalibus, vt tenet Io. de Anania in cõſi. viij. inci. viſis & ponderatis his quæ narrantur in themate. contra tamen opinionem Andrææ de Iſernia in tit. quæ ſunt regalia. in verſi. & plauſtrorum & nauium prẽſtationẽ. col. ij. Iacob. de ſancto Georgio in tractatu ſuo de homagiis. col. pe. & prædicta tenet Bonus de Curtili in tractatu ſuo nobilitatis, in v. parte. verſic. xxij. eſt nu. xliiij. vbi ponit lyj. priuilegia nobilitatis, ideo ſi expoſcat materia ad eum recurre.

ADDITIO. Vide in hoc Matth. de afflict. in cõſti. regni Siciliæ quæ incipit, conſtitutionem diuæ memoriæ. in xij. notabili. in iiij. quæſt. † vbi dicit ℔ feuda tarij præſtantes ſeruitium pro feudo non debent duplici onere grauari. l. nauis onuſtæ. ff. ad legem Rhodiam de iactu. dixi in Catalogo gloriæ mundi. †

64 Feudatarij duplicis onere nõ grauandi.

QVia hîc antè dixi ℔ iſtud ius imponendi collectas ſeu indicendi eſt de regalibus. c. j. quæ ſunt regalia, in vſibus feudorũ, vnde ergo ꝓcedit ℔ cõpetat nobili ſeu dño habenti altã iuſtitiã? dic ℔ iſtud eſt, nã ex quo iſtud à lege conceditur principi per ſtatutũ à principe confirmatũ põt ad alios extendi, † cũ princeps poſſit facere ℔ priuilegiũ ſuũ & auguſtũ ſit ius cõe quò ad oẽs, ſecundum no. in l. fi. C. de iure dom. impetrã. & in l. Cæſar. ff. de pub. & poſſet facere ℔ priuilegiũ militum eſſet ius cõmune quò ad oẽs. arg. l. cũ clericis. & quod ibi Bald. in fi. C. de epiſc. & cler. p l. decurionibus. C de ſilentia. lib. xij. Et aduerte etiam ℔ licet iſtud ſit de regalibus, tñ potuerunt dñi habẽtes altã iuſtitiã iſtud ius per prẽſcriptionẽ acquirere, ſicut dixi de ſaluaguardia quæ dari nõ poteſt, niſi per principẽ, vt tenet Io. de Plat. in l. cũ ſæpe cõtingit. de eroga. milita. anno. C. li. xij. tamẽ vt ibi dicit, † iudices & præſides poſſunt eas dare ſpeciales, nõ autẽ generales, vt ibi dicit, & hoc ex prẽſcriptiõe quę introduxit, & videmus his temporibus noſtris, ℔ præſides & Balliui dabãt ſaluaſguardias generales, ſed eis fuit inhibitũ per ordinationes regias factas per regẽ noſtrũ Ludouicũ xij. dicã latius de iure regalium, ℔ acquirũt nobis habẽtes iuriſdictionẽ, vt habet in pluribus caſibus. j. tit. *des confiſcations*. §. j. vbi videbimus quod cõfiſcatio quæ ſpectare deberet ad principẽ, ſpectat tñ ad dominũ habẽtẽ altã iuſtitiam. ¶ Sed quæro, dicit aliquis dominus, ℔ habet iſtud ius ſuper aliquib⁹ hominibus ratione terræ, & poſſeſſionis q̃ habẽt aliqui homines in aliqua terra dicti dñi, aut quia dicit eos ſuos homines, & dicũt tales hoies ℔ nõ ſunt ſui homines, quis erit iudex cõpetens in hoc caſu: an iudex ab eo inſtitutus & ordinatus ſit iudex competẽs? videt ℔ ſic, qa licet ſit per eũ creatus & ordinatus, tñ ex quo habet iura regalia in hoc, videtur ℔ poſſit eſſe iudex ĩ hac cauſa. argu. not. in l. ij. C. de ſent. quæ ſine certa quãtitate. vbi Salic. no. illã. gl. & dicit eſſe ſingulare, † ℔ iudex cõſtitutus à ciuitate ꝑ repub. põt eſſe iudex inter rẽp. ciuitatis, ſeu ipſam ciuitatẽ & ſubditos, cõtra legẽ vnicã. C. ne quis in ſua cauſa. tamẽ dic illã gl. habere locũ inter dominum & ſubditos. & facit ℔ dicit Ioan. Fab. in ſuo breuiario in d. l. vnica. in prin. C. ne quis in ſua cauſa iudicet, vbi dicit † ℔ dñs cognoſcit inter ſe, & agricolas. l. quiſquis. C. de epiſc. & cle. & Spe. in tit. de feudis. §. xvj. ¶ Aduerte tñ † ℔ ſi dominus fuerit iniuriatus ꝑ ſubditum ſuum nõ poterit cognoſcere. Ita Bar. in l. qui iuriſdictioni. in ij. col. ff. de iuriſ. om. iud. ſed inter dominum & alios nõ ſubditos illa gl. non habet locum. ita tenet in terminis An. Siculus in c. nouit. in xxiij. col. de iudiciis, & ideo hoc caſu talis iudex creatus & ordinatus à domino non erit iudex in tali cauſa contra non ſubditos, ſed poterit vt ſuſpectus recuſari.

65 Princeps poteſt facere priuilegiũ ſuũ ius commune.

66

Queſtio.

67

68

69

IN TEXTV IBI, Au ſeigneur.

QVæro an hæc conſuetudo habeat locũ etiam in domino pro parte, vt puta ſi ſint duo fratres habentes bona cõmunia & indiuiſa, quorum vnus efficit miles, & alius capitur in bello, an omnes poſſint exigere iſtud munꝰ. ¶ Iſte caſus potuit euenire in terra de Vchono, vbi dominꝰ de Praye exegit vnũ indictum pro maritagio ſuæ filiæ, ſi nunc dom. de Preſſy vellet aliud exigere an poſſit: & ſi vnus velit exigere primo, an debeat in totum exigere & imponere, an pro illa parte pro qua eſt dominus? Quò ad primum videtur quod hæc conſuetudo habet locũ in domino pro parte, per Bart. & Bal. in l. j. §. domini. ij. ff. ad Silleianum. & ne ſequatur abſurdum ex diſpoſitione ſtatuti, quod debet euitari. §. ſed quod principi. inſt. de iure natur. l. nam abſurdum. ff. de oper. libe. cum vulg. intelligi debet in quolibet domino pro ſua parte ſibi contingente, & non in quolibet pro toto.

Conſuetudo hæc an locum habeat in domino pro parte.

ITem etiã hæc conſuetudo licet loquatur in maſculino genere: tamen etiam mulier ſeu fœmina domina in alta iuſtitia habet iſtud ius, & iſtud ſtatutum etiam comprehendit fœminas, dic vt per ea quæ ponuntur in gl. in verbo, *aucun*. in §. ſequ.

Cõſuetudo hæc locum habet in fœminis.

ADDITIO. Vide Matth. de affl. in dicta conſtitutione, quàm plurimum. in vj. no. in v. dubitatione. †

IN TEXTV IBI, En haute iuſtice.

FVi interrogatus de caſu multũ not. videlicet nobilis dominus Barb. de Hedua, dominus de Marney, de la Balme, tenet in feudũ à nobilibus & potentibus dominis & Baronibus de Vchono terrã & ſeignoriã de Marney, in quã habet baſſam & mediã iuriſdictionẽ reſeruata alta iuſtitia & ſuperioritate do. de Vchono, nũc quia dictus domi. de Marney habet homines in dicta terra & ſeignoria qui ſunt ſui hoies, ſed non ſubiecti in alta iuſtitia, petunt illos homines dicti do. de Vchono talliari & idici ſicut & alios homines illius baroniæ de Vchono, q ſunt homines dictorũ dominorũ ĩ alta iuſtitia, & hoc ꝑ noua militia dñi ſecũdũ cõſue. duc. Burg. dictãtẽ, ℔ ius indicendi cõpetit dño habenti altam iuſtitiã in iiij. caſibus, ſup ſuis hominib⁹ ſubiectis ĩ alta iuſtitia. Quæritꝫ an poſſint? Mihi videt dicendũ ℔ non, per tex. noſtræ conſuetudinis hîc, in his verbis, *au ſeigneur haut iuſticier & ſur les hommes ſubiectz en haute iuſtice*, ex quibus verbis pondero ℔ ad hoc vt talis tallia ſuper aliquibus imponi poſſet, requirit ℔ qui imponi debent ſint homines imponẽtis, & ℔ ſint ſubiecti in alta iuſtitia. Si em nõ cõueniant verba diſpoſitionis noſtræ cõſuetudinis nec diſpoſitio illius, cũ cui non conuenerint verba, nec diſpoſitio conuenit. text. in l. iiij. §. toties. ff. de damno infecto. Alexan. conſil. ſuo xvij. in j. volu. cùm ergo hominibus domini de Marney non conueniant verba noſtræ conſuetudinis, quia non ſunt homines dictorum dominorum, ſed domini de Marney, licet ſint ſubiecti dictis dominis de Vchono ĩ alta iuſtitia, non tamen ſunt eorum homines, ex quo non conue-

Nota cauſam notabilem.

nit eis

nit eis dispositio dictæ nostræ consuetudinis,& q̃ nõ sint homines dictorũ dominorũ patet,quia sunt homines vasalli, & vasallus ratione feudi tenet' præstare homagiũ baroni ex quo est homo dicti baronis.† homo enim hominis mei nõ est homo me'.vt dicit Spec. in tit.de feudis.§.quoniã.vers.xiiij. quęritur. p l. modestinus.ff.de verb.signif.sicut nec libert' liberti mei, est me' libert'.l.alimẽta.§.j. ff. de alimẽtis & cibariis leg.facit tex.in l.licet.§.patẽrnos.ff.de verbo.sign.per quẽ tex.dicit gl.ã.l.modestinus, q̃ vasallus vasalli nõ est primi vasallus, & ideo dicit Spec. in dicto loco q̃ licet barones & alij comites & duces in regno Frãciæ sint ĩmediatè vasalli siue homines ligij regis Frãciæ, tñ homines ipsorũ baronũ non sunt homines ipsius regis,alle.c.null' primas.ix.q.iiij.c. Romana. de officio ordinarij,ĩ vj.& in c.pastoralis.de offic. ordinarij. bene tamẽ omnes homines baronię qui sunt ĩ regno sunt sub potestate & principatu regis Frãciæ.Sic etiã licet vasallus talis sit subiect' dicto nobili, & baroni habenti altã iustitiã,& sic homo suus ratione vasallagij:tamẽ homines dicti nobilis licet sint sub eius iurisdictione & potestate quo ad iurisdictionẽ altã, nõ sunt eius homines. ¶† An vasallus vasalli mei sit me' vasallus.vide tex.in c.imperialẽ. §. illud quoq; pręcipimus.de ꝓhibita feudi alienatio. per Federi. qui videtur facere q̃ sic,ex quo ibi dicit † q̃ vasallus vasalli dominũ domini offenderit, nisi pro seruitio alterius domini hoc fecerit,feudo suo priuatur,& ad dominũ domini reuertitur. & de hac materia vide per dominum meũ Iasin ti.qui feu.da.pos. xij. col. Et ad dicta hîc antè de homine baronis regis,an sit homo regis, vide Decium in reg.socij mei socius.ff.de reg.iur.

1 *Homo hominis mei nõ est meus homo.*

2

3

ITem etiã & maximè facit: quia istud onus est personale,cùm dicit,*sur les hõmes*, ex quo personę sunt tantũ obligatæ, sed sic est q̃ inspecta persona, homo mei vasalli non põt dici meus homo.vt dicit expressẽ Bal.in l.j.in ij.col.C.cõmunia de leg. Et ideo vasallus mei vasalli nõ tenetur mihi præstare fidelitatẽ, prout dicit ibi Bal. ex quo ergo dicit quod talis tallia seu collecta debet imponi sup hominib' subiectis in alta iustitia,nõ sufficit q̃ sint subiecti in alta iustitia,sed requiritur q̃ sint homines, quia ex quo requirit' act' cũ qualitate,scilicet q̃ sit homo & subiect' in alta iustitia,non sufficit qualitatẽ esse inesse nisi & actus.Et ideo dicit Bar.in l.Fulcinius.§.cũ hoc.ff.qbus ex cau. in pos. q̃ si qs dicat q̃ testes corrupti falsum dixerũt, non sufficit quòd sint corrupti,nisi etiã falsum dixerint.Nõ enim sufficit probare corruptelam sine falsitate,nec falsitatẽ sine corruptela:sic ergo non sufficit quòd sint homines nisi sint subiecti in alta iustitia, nec etiã sufficit quòd sint subiecti in alta iustitia, nisi sint homines ¶Ex quo patet quòd cùm homines dñi de Marney non sint homines dominorũ de Vchono, sed solũ in alta iustitia subiecti,quòd dñi de Vchono non poterunt eos collectare', seu indicere per cõsuetudinem nostram.¶Quantum tamen ad prędicta cogitandum est ex quo dicit Car.Flo.in cle.j.de Iudæis, in fi.& in cle.j.§.terra.de pœ.ibi,tertio quæro in eo q̃ interdicitur quòd terra potest dici mea, vel aliquis põt dicere terrã esse suam, ex quo habet iurisdictionem.† Et sic ratione iurisdictionis potest dicere quis terrã aliquam esse suam.Feli.in c.examinata, extra de iudic.faciũt quæ dicit Pa.in c. ꝓ illorũ, extrà de præben.& Are.in consi.suo clvj.Fed.consi. suo clxxix. & Car.cõsi.suo xxx.Feli.in c.ij.de iureiu.Sic ergo potest dicere aliquem esse hominẽ alicuius, vel quis potest dicere quòd talis hõ est suus, ex quo in eo habet iurisdictionẽ. ¶ Ex prędictis ergo possunt dicere domini de Vchono, quòd ex quo habent iurisdictionẽ altã in homines dñi de Marney,quod sũt sui homines. Et sic ex quo sunt subiecti in alta iustitia, q̃ possunt talliari & imponi. ¶Itẽ quęro,dominus est in possessione vel quasi talliã imponendi, & illã exigendi ab hominibus & subditis suis,homines verò dicũt i' nõ habere ita faciendi,& ipsum dominum retroactis tẽporibus iniustè & indebitè exegisse dictas tallias, & se in futurũ ad prædicta nõ teneri,quid fiendum? do. Ia.de sancto Geor.in tract.homagiorũ. in xj. col. ponit pulchrũ consilium pro domino,ad illum recurre.

4 *Ratione iurisdictionis quis dicit terram suam.*

ADDITIO. Sed quantum debeat taxari, vide eũdem Matthæum,in dicta constitutione regni Siciliæ, quæ incipit,quàm plurimum,in vj.no.in xj.quæstione, vbi dicit quòd non debet excedere medietatem collectæ generalis in anno.

§. QVINTO.

SI aucun commet simple larrecin qui n'excede dix liures tournoises, pour la premiere fois, il sera puni selon l'arbitrage du iuge, sans mort naturelle, ou mutilation de membres. Et s'il commet plus grand larrecin que de dix liures, pour ladicte premiere fois, il sera puni corporellement selon l'exigence & qualité du cas,& l'arbitrage du iuge. Et s'il renchet,& commet autre larrecin,il en perdra la vie s'il n'a grace du prince.

ISTA consuetudo est etiam in comitatu Niuernñ.in tit. *des iustices*. §. iiij. inci. *si aucun commet*. in comitatu Burgundiæ nihil inuenio:ex quo credo quòd ibi recurritur ad ius commune.

FVrtum †enim nõ est grãde delictũ, vt patet Prou. vj.cum dicitur,Nõ grandis est culpa cũ quis furatus fuerit,furatur enim &c.& dicit S.Tho.ij.ij.q.lxvj. arti.ix. quòd † furtum est minus graue quàm rapina, dupliciter. Primò quia voluntarium per vim est magis quàm per ignorantiam.Secundò, quia rapina est in re & in persona,furtum verò in re tantum.sed credo quod erret in hoc, cum furtum etiam in personã committatur,vnde dicitur Exo.xxj. cap. Qui furatus fuerit hominem,& vendiderit eum,conuictus noxæ, morte moriatur. De pœna furis iure diuino ponitur Prouer. vj. & prohibetur illo iure, prout hẽ Exo. xx. Nõ furtũ facies.& Leu.xix. Nõ facies furtũ. & Deut. v.Furtum quoque non facies.Et de detestatione eius vide Bernardinum de Bustis in j. parte sui rosarij, in sermone xxvj.in litera F.¶† Vnde furtum est contrectatio rei alienę mobilis & corporalis,fraudulosa,inuito domino,lucri faciendi gratia,siue ipsius rei, siue vsus rei,siue possessionis.l.j.ff.de fur.§.j. inst. de obli. quæ ex deli.nascun. Et dicit glos. not. & ibi Bal. in l. si te. C. ex quibus causis irrogatur infamia. † quod triplex est furtum, improbum scilicet simplex furtũ quod committitur:improbius, vt crimẽ expilatę hęreditatis:improbissimũ,vt rapina.& dicit text.in cap. dixit dominus.xiiij.quæstio.quinta. † quòd appellatione furti omnis illicita vsurpatio rei alienæ intelligitur

1 *Furtum nõ est grãde delictũ.*

2 *Rapina grauior furto.*

3 *Furtum quid.*

4 *Furtum triplex.*

5

ligitur.& vide quæ dicit Alex.in consil.ciij.in iiij.col.
6 Rapina. in j.vol.vbi dicit,† quod rapina est valde improbum furtum. Et adde dicta per dominum meum Ias. in l. rem quæ nobis, in j.nota.ff.de acqu. poss.

ADDITIO. Vide Matt.de affl. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, violentias,in j.col.†

NVnquid autem crimen expilatæ hæreditatis qđ dicitur furtum improbius comprehẽdatur sub statuto seu cõsuetudine nr̃a? videt primò dicẽdum ꝙ nõ:quia statuta sunt stricti iuris: & strictè intelligẽda & ꝓpriè:nec ad casum impropriũ extẽdi possunt. l.j. §.si is q nauẽ.ff.de exerc.act.ita Bar.in l.quicquid adstringẽde,in fi.prin.ff.de ver.obl.doct.in c.in nr̃a, de iniuriis. declarat Bar. post gl.in l.nõ dubiũ.in iij. col. in iij.q.C.de legi.Zabarella,ĩ xiij.q.in cle.j.de cõsuet. Ale.in consi.cxv.in ij.col.in ij.vol.sed crimẽ expilatæ hereditatis est impropriè furtũ:vt dicit Bal.ĩ l.de his. C.de fur.igitur &c. & istã partem tenuit Salic. in l.si te. C. ex quib. caus. irrog. infa. & Ludo. Roma. in l. gerit.ff.de acqu.hære.& idem Sali.in d.l.de his.

ITem ista nostra consuetudo est cõtra ius cõmune, ꝙ pro furto quis furca suspendatur: vt infrà dicam, ergo etiã ex identitate rationis non debet extendi. l. qđ nõ ratiõe,& l.quod verò.ff.de leg.Ale.in cõsi.cxv. in j.col.in j.vol.dic ꝙ illud qđ dicit, ꝙ pro furto quis non debet mori secundum ius cõmune,nõ est omnino expeditum,vt infra videbitur: sed tamẽ Alexã. in cõsi.suo cxxxv.in pen.col.in j. vol. tenet quod est cõtra ius commune,& ideo,dicit, non debet extendi.

7 Leges punitiuæ delictorum sunt extendendæ.

IN cõtrarium videtur,& istud mihi videtur sustentabilius primò:†nam vbicũq; est aliqua lex, statutum,vel cõsuetudo,quæ tendunt ad puniendum delicta,talis lex,vel cõsuetudo,seu statutũ debet extẽdi etiam ad casum impropriũ.ita notãter dicit Bar.in l. quemadmodũ,circa mediũ.C.de agri.& censi.lib.xj. cũ sit fauorabilis, & pertineat ad rẽpu. ne delicta remaneãt impunita, ad hoc vt prouincia in quiete remaneat,vt l.cõgruit.ff.de offi.præsi. & istam benedictam doctrinam tradit dominus meus Ias. in multis locis,q cã extollit,& tradit in l.qui se patris,in xxiij. col.C.vnde lib.in l.fi.in vij.col.C.de edi.diui. Adria. tol.in l.j.in fi.C.de trãs.in l.j.in v.col.ff.de verb.obli. in l.iij.in ij.col. C.de in ius vocan. imò etiã in correctoriis extẽdi debet in tali casu.ita dicit do.meus Ias. in l.fratres,in ij.col.C.de inof.test.Feli. in c. trãslato. in vlt.col.de cõsti. Sed sic est ꝙ consuetudo cum tendat ad delictum puniendum est fauorabilis,ergo etiã ad casum improprium est extendenda.& istam partẽ tenuit Bal.in l.de his.C.de furtis. mouetur Bal. quia cum crimẽ expilatæ hæreditatis sit largo modo furtum,& adhuc furtũ improbius dicatur,vt suprà dixi, quia arguẽdo de similibus ad similia imò de minoribus ad maiora,seu de positiuo ad comparatiuum per locum à minori,quod famosus expilator,& publicus potest furca suspendi,& dicit Bar.Cæpo.in consi.suo lxviij.in ij.col.ꝙ licet sit sententia stricti iuris,tamen si querelatum fuit de furto, & iudicatũ, ꝙ postmodum non potest fieri de nouo inquisitio super crimine expilatæ hæreditatis,cum nomen expilatæ hæreditatis largo modo dicatur furtum, & vide eũdem in consi.lxxij.in ij.col.post medium.& nota ista,quia possunt euenire in facto, prout quotidie eueniunt.

Benedicta doctrina.

ADDITIO. An arborum incisores puniantur hac consuetudine,cum sint latrones.l.ij.ff.arborũ furtim cæsarum.vide Mat.de affli.in consti. quę incipit, super incisionibus, in ij. col. vbi tenet quòd sic, quod tñ est intelligendum dummodo arbores inciſæ sint fructiferæ, vt idem Matthæus in constitutione quæ incipit,iustitiariis,in x.notabili.

8 Damnũ alicui inferẽs, an dicatur commisisse furtum.

ITem aduerte, † si quis inferat damnum alicui, an dicatur commisisse furtum,& an comprehendatur sub ista consuetudine. dic quod furtũm non est propriè damnũ,sed impropriè.gl.not.in l.prætor.§. hoc edictum.ff.de damn.infec. & ideo an comprehendatur sub ista nostra consuetudine,considera ex his quę suprà dixi, sed vide ad hoc allegata per do. meum Ias.in l.si familia,in ij.col.ff.de iurisd.om.iudi.

ADDITIO. An etiam habeat locum in robaria, vide Bal.in l.transigere,in iij.col.C.de transac.vbi tenet quod sic, sed contrarium tenet in l.si te. C. ex quib. caus. irrog. infa. vide Albertum Brunum in tract. de constitutionibus, in verbo, fur.quasi in fine,& Hippol.in consi. liiij. nu. l. vbi dicit quod iura loquentia in furto habent locũ in rapina & robaria.†

ITem an committens furtum reipubl.istius ciuitati Hedueñ. comprehendatur in hoc statuto,an verò acrius puniri debeat, vide Cæpo. in consil. suo xl. in v.& vj.col.plenè, & de ciuitate Romana, & ex dictis per eum,credo quod non,quia ex dictis per eum constat quòd non est simplex furtum.

9 Consumptio rei alienæ an sit furtum.

NVnquid autẽ denegatio restitutionis rei dicatur furtum,vide do.meũ do.Ias.in l.rem quæ nobis. ff.de acq.poss.Bal.in tit.de pa.iura.fir.c.j.vers.in rubr. ponit alium casum in quo cõmittitur furtũ,scilicet ꝙ si procuratori mitterentur dãna & expensæ ꝓcessus, & alius non habens mandatum, sed fingẽs se procuratorem,& recipiens tãquam procurator tales expẽsas,incidit in crimẽ furti, quod intellige secundũ gl. l.falsus procurator.C.de fur. ¶† Quæro nũquid consumptio rei alienæ,etiam tradita re cõsumenti ad aliquid aliud faciendũ,sit furtum, pone casum quẽ ponũt doct. de quodã iuuene cui mercator quidã dederat cẽtũ ducatos,vt portaret cuidam tertio, iste iuuenis consumpsit istos centum ducatos, nũquid cõmiserit furtum? *missayre si*, & quod peius est, fuit furca suspensus,vt refert do.Ioan.de Imol.in l.si tibi dederim.ff.de don.vbi dicit quod non potuit tantum allegare quin fuerit suspensus, quòd tamen multum conabatur ipsum defendere. & quod sit furtum est tex. in l.si is cui. C.de furtis, & in l.si quis. §. Iulianus. ff. de furtis,& tex.in l.si tibi mãdauero.§.si tibi dedero. ff. mandati. & licet dominus meus Ias. in l. eius qui. ver.quas verò,in pen.col.ff.si cert.pet. voluerit quædam allegare pro defensione illius iuuenis, maximè propter numerationem pecuniarum, quæ fuerat ei facta, tamen salua pace ipsius non credo ꝙ recordatus fuerit de illo.§. si tibi dedero.vbi est expressa numeratio pecuniæ,cum dicatur centũ, ecce ergo quomodo est numerus,& tñ tenetur furti,& non vidi illum tex.allegatum ad istud contra dominum meum.

ADDITIO. Item adde quòd vsura est rapina & furtum.Bald.in l.cum oportet,in princip.in ij.col.C. de bonis quæ li. & æquiparantur. Spec. in tit. de feriis,versicu.quid de causa vsuraria.xiiij.q.iiij.c.si quis vsurarij.Vide Matth.de afflict. in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, vsurariorum. & multæ leges, in quibus ponitur materia punitionis & reprobationis vsurarum, & per Petr.Bellugum in suo spe.princi.titu.de propositione grauaminum. ff. de vsurariis, vbi amplè in materia vsurarum.†

10 Rẽ furtiuã scienter accepta furti communicat.

ITem† etiã acceptans res furtiuas scienter. Bal. in l. seruus.ff. de condi. inde. ¶ Item etiã accipiens rem furtiuam in pignus,quam scit esse alienam, d.l. s. seruus.vbi Bald.& in l.cos.C.de furtis.de qua decisione

& ma

& materia amplè & multum sing. per Ioan. de Ana. & Ludo.Bolo.in addi.in consi.lxx. inci. visis & ponderatis. ¶ Item an receptator furum teneatur pœna huius statuti.vide Bal.in cõsi.cclxvj. alle. per apostil. ad Ang.Aret.in tract.malef.in gl.dicto maleficio sem per astitit. in fi.illius gl. l.qui vas.§.j.ff.de furtis.

11 *Receptatoris furũ pœna.*

ADDITIO. Intellige dũmodo receptator habeat lucrũ ex receptatione,† aliàs nõ punit, vt tenet p plura Hipp.de Marsi.in cõs.liij.nu.28. & tñ in casu ĩ quo habeat lucrũ,adhuc mitius punit, vt tenet idẽ Hipp. de Marsil.in cõs.xlvij.in ij.col.& in cõs.xxx.nu.7.vsq; ad finẽ.in hac materia receptatorũ solent, q opinionẽ tenent q eadẽ pœna puniri debent,allegare tex.p quos nitunt sustinere intentionẽ eorũ. Primò tex. in l.eos.C.de furt.vbi probatur q receptator rerũ furto subtractarũ,tenetur pœna furti.per quẽ tex.dicit ibi Bal.q tẽpore suo fuit suspensa quædam mulier, quæ scienter receptauerat res furatas. secũdò tex.in l.j. ff. de receptatoribus.Tertiò text.in l.iij.in §. nõ tãtũ. ff. de incẽdio,rui.naufra.Quartò tex.in l. j.C.de his qui latro.occul. Quintò tex.in l.cõstitutio.C.ad legẽ Iuliã de adul.Sextò tex.in l.crimẽ.C.ad l.Iuliã de vi.Septimò tex.in l.si quis seruũ. C.de plagiariis. Octauò tex.in l.vni.C. de crimine peculatus.& ideò dicit Bal. in l.data opera,in v.col.C.q accu.nõ possunt,q receptatores furũ pœna mortis debẽt puniri, prout etiã tenet gl.ĩ c.aut facta,de pœnit.disti.j. & aliquãdo fuit ita iudicatũ p arrestũ curiæ de quadã muliere,quæ ex eo q quasdã res furtiuas receptauerat sciẽter,sciẽs illas esse furtiuas,fuit cõdẽnata ad mortẽ,an.do.M.CCCxxx.vt vidi arrestũ curię,& tñ tm receptauerat semel. Ego tamen semper fui & sum opinionis cõtrariæ, q receptatores rerum furto subtractarum non debent puniri pœna mortis, imò mitiori pœna. Licet enim sint aliquæ leges quæ dicant q receptans res furtiuas teneatur pœna furti,vt habetur in d.l.eos, & in l. iij. §. non tantũ. ff. de incendio,rui.naufra.& in l.j.ff. de receptatoribus.Attamen non debet puniri ipse receptãs eadẽ pœna qua debet puniri ipse fur, sed mitiori:ita singulariter dicit Gandinus in tractatu suo maleficio.sub tit.de furi.& latro.col.v.in versic.restat videre &c.circa mediũ, vbi dicit, q licet malefactores & receptatores eorum pariter puniantur,q hoc verbum,pariter, nõ intelligitur simili vel æquali pœna, sed intelligitur pariter,id est ambo puniantur,sed diuersa pœna,allegat text.in l.vlt.in fi.ff.de abigeis,vbi dicit, q receptator abigei exulat à sua terra per decẽ annos:& tamẽ abigeus punitur pœna mortis.l.j.in j. respõso.ff.de abigeis.& q mitiori pœna puniatur receptator, videt gl.in l.j.ff.de receptatoribus. & istud tenet & cõprobat per multa Hipp.de Marsi.in consi. suo xlvij.in iij.col.nu.vij.& viij.in j.vol.Et ad oĩa iura quæ adducuntur pro parte contraria, † scilicet ad d. l.eos,respõdet pluribus & diuersis modis idem Hippol.in consi.suo liij.in v.col.nu.26.Respondet primò q illa lex,eos,loquitur specialiter in receptãte furem seu rem furatã à seruo:quo casu ita attenditur corruptio serui,quę est odiosa de iure.l.j.ff.de seruo corrupto,& l.si quis seruo.C.de furtis.volo tamẽ q aduertas ad vnũ q gl.in d.l.eos, dicit idẽ esse in eo qui receptat alium qui seruit, ex quo generaliter p glo.extenditur ad omnem seruientem. Aliam solutionẽ ad dictam.l.eos,dat idem Hippol.in cõsi.xxx.in iiij.col. nu.xxij.& xxiij.vbi dicit q d.l.eos,habet locũ quãdo quis receptat furem ante delictum perfectum,vt rem furatã eidem receptet,secus si iã delictum seu furtum sit perfectum, quia tunc nõ amplius dat eidẽ auxiliũ neque fauorẽ.& ad hoc alleg.Ang.de Aret.qui ita intelligit illũ tex.in d.l.eos.Ad l.j.ff. de receptato.& l.j. C. de his qui latrones occultauerunt. nihil facit quo ad receptantẽ rem furatã post delictum commissum, quia ratio illationis est illa quæ restringit mẽtẽ carũ in certis verbis illarum,quæ loquũtur tantũ in receptantibus seu receptatoribus latronũ, nõ rerũ furto subtractarũ: quia sic receptãdo latrones possunt aliæ delicta cõmitti,nõ verò receptando rem furatã, quæ non potest aliud delictũ cõmittere.Ad l.iij.§.nõ tantum.ff.de incendio,rui.naufra. loquitur in receptãte rem raptam & nõ furatã, & plus est rapere quàm furari,& plus punitur raptor quàm fur, vt ibi dicit.Ad legẽ vnicam,C.de crimine peculatus,loquitur in receptante res publicas furatas,aliud verò in receptãte res priuatas, & sic ampliori stylo respõdet Hippoly. de Marsil.in dictis locis ad dicta iura,ex quibus concludit q non inuenit iure cautum q receptatores tãtum rerum furto subtractarũ puniãtur pœna mortis, & tali pœna qua fures & latrones puniri debent. Et dicit maximè hoc esse verũ,quãdo nihil lucri capiunt ex huiusmodi receptatione, cõtra dictum Saliceti in d.l.eos,qui dicit eos puniri etiã quando gratis & sine lucro receptant.quoniã vt dicit Hippol. in dicto loco,nu.33.dictũ Saliceti non est verũ,& loquitur sine lege.¶Et excusant & alio casu receptatores furũ & latronum secundũ l.fi.de recepta.in his scilicet qui eisdẽ in aliquo pertinent,vt sint affines,& in hoc sumẽda est ratio generalis in omnibus his quibus potest esse ratio aliqua excusationis ratione affinitatis aut cognationis,vt dicit lex.& ideò idẽ videtur dicẽdum in amicis.† ex quo vidi in contingentia quodammodo fuisse excusatam quandam mulierem,quæ amore capta cuiusdã, res per eum furto subtractas receptauerat, cum ratione huiusmodi amoris videtur q fuit in quodam furore,cùm nihil furore amoris vehemẽtius,vt dicit text.in §.illud quoque.melius in authẽt. quibus mod.nat.efficiũ.legitimi. Amor furor appellatur,vnde sicut furiosus se nõ sentit, sic nec amorosus,& est similis ebrio,vnde vt dicit glos. Non frater fratri,cũ furor ille venit. Ignæus ille furor nescit habere modum. & ideo dicit Philosophus vij. Ethicorum c.ij.Coire enim & concupiscentiæ venereorum, & quædã talium manifestè corpus transmutant,quibusdam autem insanias faciũt, vt dicit Oldra.consil. ccx.& ibi dicit, quòd huiusmodi furori parcendum est,etiam in quocũque delicto, arg. l. infans & furiosus.ff.ad legem Cornel.de sica.etiam in crimine læsæ maiestatis. l. famosi. ff. ad legem Iuliam maiest. Ex quo dicit parcendum esse amoroso, qui furore libidinis & amoris aliquid prohibitum fecit, cùm id videatur fecisse quasi furiosus & demẽs. Et etiã iuuare põt in hoc imprudentia mulieris amorosæ quæ iuuentuti in pœnalibus pœnis æquiparatur, vt dicit text.in l. fur in omnibus. ff. de regulis iuris. ¶ Quis autem dicatur receptator,vide Lucam de Penna in l. j.C.de desertorib.lib.xij.colum.ij.vbi etiam quomodo puniatur, & in l. vnica. C. de colo. thracen.colũ. iij. lib. xj. & in l. j. C. de deser. lib.xij.

12 *Intellectus pluriũ legum.*

13 *Amoris vehemẽtia & excusatio.*

ADDITIO. Aduerte q̃ caput est membrũ principale à quo omnia alia dependẽt,vt per Fel.in c. nõ liceat,in prin.& in iij.col.de præscrip.per Matt. de affl. in constit.regni Siciliæ,in constitutione quę incipit,si aliquis Bart.in iij.lib. ¶Nũquid † autẽ digitus sit mẽbrũ? Dicit Bart.q̃ non, in l.non sunt liberi. ff. de statu homi.sed est officiũ mẽbri.Per notabiles rationes cõsuluit Bar.in cons.suo ccj.inci.Nunquid Ang. in l.itẽ Offilius.ff.de ædil.edic.Quod intellige verum,nisi ex mẽte statuti contrarium deprehenderetur, puta quia dicit statutum,debilitãs membrum alterius puniatur in hoc quòd idẽ membrum ei debilitetur:quia si debilitauerit digitũ,digitus eidem debilitari debet. ita tenuit Ang. Aret.in tract.maleficiorum, in gl.in verbo,membrum.sed videtur tenere contrarium Bart.in d.l.nõ sunt liberi. ¶Item etiam pes cuius operatio est ambulatiua. Nasus, cuius ꝑpria operatio est gustare. Auris,cuius ꝑpria operatio est audire. Ita tenet Ang. in authẽ.vt nulli iudic.§.quia verò nos.in ij. col.in vj. coll. ¶Sed etiã quia lingua est membrũ, vt dicit Ang. in dicto loco,† quid de labiis,nunquid labia sint mẽbrum? Bald.in l.data opera,in xiiij.col.dicit esse cogitandum.† Et idem dicit in barba.sed tu dic quòd barba si accipiatur pro pilis,tunc pili non sunt mẽbrum. nam nemo est dominus membrorum suorum.l. liber homo. *4 Digitus an sit membrum. ¶Labia an sint membra. 6 Barba.*

BIU Cujas

homo. ff. ad legem. aquil. & tamen quilibet potest sibi facere scindere crines. l. itē apud Labeonem. §. generaliter. vbi barba accipitur ꝑ pilis. ff. de iniuriis. ideo etiam barba non est membrum.

ITem anniculus dicitur perfectus homo, & tamē nō habet barbā: & tamē qs nō dr̄ perfectus nisi habeat
7 Dentes. oīa mēbra: † & ita propter hoc idē dicendū est de dētibus, cū anniculꝰ nō habeat dētes, & aliquādo senex: & tñ dicitur homo perfectus. Arist. in ij. de anima, c. j.
8 Mamilla. Ang. in d. §. qa verò nos. ¶ † Itē etiā mamilla mulieris dr̄ membrū, quia illa habet officium lactādi. Bal. in d. l. data opera, in xiiij. col. Fel. in c. cū illorū, versic. item mamilla in muliere, in pe. col. de sentē. excōmu. ¶ Ad-
9 Membrū inutile. de ad prædicta † ꝙ statutū puniens debilitantem mēbrum, non habet locū in debilitāte membrū inutile, secundū Bal. in l. j. C. de ædil. actio. nā etiam si statutū punit effodientē oculum, nō habet locum in eo q effodit oculum inutilem sine acie & sine visu, secūdum Bal. in l. cōuenticulam. C. de episc. & cler. ¶ Aduerte
10 Arbor sicca dicitur arbor. tamē, † quia arbor sicca nondum à solo euulsa dicitur arbor. l. iij. §. penul. ff. arbo. furtim cęsa. & pro his quæ dixi in glo. vide do. meū Iaſ. in l. si dari, in j. notabili. ff. de verb. oblig. vbi cōcludit considerandum esse effe-
11 ctum, & ibi satis demōstrat, † ꝙ illud quod effectualiter exerceri non potest, habetur pro nullo, aut saltem inualido. Dixi in tractatu de maledictione creaturarū irrationabilium, in quinto præsuppositō, versi. ij. prę-suppositō, qui est in consiliis meis in j. consilio.

12 NOta tamen durā decisionem, † ꝙ si statutū simpliciter disponat ꝙ pro delicto puniat quis pœna abscisionis manus, intelligit de ambabus manibꝰ, & dr̄ amputari manus nisi statutū specificet de qua manu, dextra vel sinistra. Ita Bar. in l. j. per gl. ibi. C. de primice. lib. xij. Ita dicit do. meus Iaſ. in l. de quibus, in ix. col. ff. de legi. sed multa faciētia in contrariū posuit Felin. in c. inter cæteras. de rescrip. Et vide per Albert. de Gādino in tractatu suo maleficiorū, in tit. de pœnis, in xxij. & xxiij. col. xxxviij. casus in quibus quis amittit manum, tres in quibus pedē, tres in quibꝰ oculum, & septem in quibus quis verberatur, & tūditur.

ADDITIO. De hac amputatiōe manus vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, si quis aliquem. †

IN TEXTV IBI,

Corporellement.

ISta pœna est meri imperij. Et hoc cū sit animaduersio in corpus, vt dixi suprà in rubrica, *Des iustices & droictz d'icelles*. Et dicit Bart. in l. ij. ff. de pub. iudiciis.
1 Membri abscisio est pœna capitalis. † ꝙ mēbri abscisio est pœna capitalis, impropriè tamen, & non propriè. Alex. ibi plenius, & Cy. in l. reos. C. de custo. reorū. ¶ † Et ista mēbri mutilatio quæ est
2 meri imperij, vel alia quælibet pœna capitalis seu corporalis, nūquid possit per locum tenētes imponi? videtur ꝙ non, ꝑ ea quæ dicit Bal. in c. si quis, si de feudo fuerit cōtrouer. sed videtur tenere contrariū Bart. in l. j. in vlt. col. ff. de off. eius cui manda. est iurisd. Dixi plenius suprà in rubr. *Des iustices & droictz d'icelles*, quādo dixi qui sunt iudices qui cognoscunt de causis
3 Fustigatio æquiparatur pœnæ mortis. meri & misti imperij. † Nunquid fustigatio sit pœna corporalis? dic ꝙ fustigatio ratiōe ignominię æquiparatur pœnæ mortis. Bal. in l. transigere. C. de transact. Soci. in cōs. clvij. in pen. col. ¶ Sed nūquid pœna iuris cōmunis tollatur per hāc pœnā consuetudinariā seu statutariā? vide Alb. de Rosa. in suis statutis, in q. viij. ibi, & hæc quæstio pōt esse duplex, in j. parte suorum statutorum. Vide Feli. in c. de causis. de offi. deleg.

ADDITIO. Vide Matt. de afflictis in constitutione quæ incipit, patarenorum, in ix. & x. col. vbi ponit regulam cum octo limitationibus. & vide etiā Hippol. de Marsiliis in practica causarū criminaliū, in §. quæritur, vbi amplè. ¶ Ex hoc etiā potest quęri, † an statu- 4
tum tollat ius cōmune idem cōtinens, & an sublato statuto seu priuilegio continēte ius commune seu priuilegium, sit reuocatum ius cōmune seu priuilegiū. vide Fel. Barba. & Panor. in c. j. de rescrip.

IN TEXTV IBI,

A l'arbitraige du iuge.

IN pœna † arbitranda in delictis sunt considerandа 1 Quæ considerāda in arbitrāda pœna. locus, tempus, quātitas, & euētus, causa, persona, & multitudo, vt per plura declarat Lucas de Pen. in l. vnica. C. de colo. illyrica. lib. xj. vbi dicit ꝙ quatuor de causis plus puniuntur maiores quàm minores.

IVxta istā cōsuetudinem quæritꝰ, † nūquid qñ pœna 2 Iudex an possit pœnā extendere ad mortē vsque. posita est in arbitrio iudicis possit illā extēdere vsq; ad mortē. gl. est singularis in §. in summa. instit. de iniu. quæ dicit ꝙ sic, quā gl. dicit esse singularem ad hoc Bal. in c. j. in prin. in v. col. de pace tenenda. eā sequitur idē Bal. in l. j. per illū tex. C. de his qui latro. occultant. Pan. in c. veritatis, in v. col. de dolo & cōtuma. & in c. cū te. in ij. col. de re iudi. Io. de Ana. in c. inquisitionis, de accus. in prin. Et pro hac gl. allegant duo tex. videlicet tex. in l. sacrilegij. ff. ad leg. Iul. pecul. & text. in l. sacculariꝰ. §. sunt quędā. ff. de extraord. crimi. Tu dic ꝙ illa gl. cōmuniter reprobat, primò ꝑ tex. notab. in l. j. ff. de furibus balnea. quē ad hoc ponderat ibi Albe. de Rosa. ꝙ in arbitrariis iudex non pōt imponere pœnā vltimi supplicij, sed tēporalē. quē textū dicit esse notabilē & singularem Card. in c. de causis, de off. deleg. do. meus Iaſ. q omnia nouit, allegat ibi ad hoc alium text. videlicet tex. in l. j. §. expilatores. ff. de effracto. & expilatoribus. Ita alleg. in l. & si legibus. C. de legibꝰ, vbi reprehēdit illā gl. & in l. qui iurisdictioni præest, in ij. col. ff. de iurisd. om. iudi. & quādo allegatur gl. ad istud in c. inq̄sitionis, in verbo, alioquin. de accus. † ꝙ 3
quādo pœna est in arbitrio iudicis tūc non potest imponere parem pœnā illi, quam lex imponit ꝑ similibus criminibus & delictis. vide Alex. in cons. suo, v. in vlt. col. in j. vol. quod incipit, In casu inquisitionis. vbi ponit falcem ad radicē huius dubitationis, dicēdo, ꝙ si pro primo nō excedente summā x. librarum non sit pœna mortis, sed solùm sit ex cōsuetudine amputatio membri, licet possit augeri vel minui ꝑ iudicē ex eius arbitrio, inspecta qualitate furti & psonarum, non tamē poterit arbitrari vsq; ad mortem. Ita tenet ibi. nā in delictis & maleficiis puniendis etiam inspiciendæ sunt consuetudines loci. ita tenet Bald. in c. fin. in vlti. col. de feriis. & in l. ij. ad fi. C. de noxali. & in multis aliis locis alleg. per do. meum Iaſ. in l. j. in vij. col. C. de sum. trin. & fi. cath. aliàs iudex faciet litem suā, ꝑ text. in auth. iubemus, & ibi Iaſ. C. de iud. multa per Fel. in c. inter cæteras, in v. col. de rescriptis. Vide quæ dicit Boërius in cōsuetudinibus Bituricē. tit. de iurisd. om. iud. §. xxiiij. in gl. in criminibus puniendis. & vide infrà, in vj. declaratione.

CVm ergo cōsuetudo nostra tantū dicat ꝙ debeat puniri corporaliter ad arbitrium, non poterit extendi ad mortem, † nam pœna corporalis simpliciter 4
prolata, non intelligitur de morte, sed de minori. Ita gl. singul. in l. j. in verb. capitali. C. ne Christia. manci-
5 Pœna capitis appellatione nō venit mors naturalis. piū. ita gl. fi. in l. fi. C. de vete. numis. pote. lib. xj. & dicit Iaſ. quòd etiam plus est, † quòd appellatione pœnę capitis non venit mors naturalis. Ita dicit in l. transi-

BIU Cujas

gere.C.de transf.& in l.diuortio,in iiij.col.ff. sol. matrim. plenè Aret.in c.qualiter & quando. §. ad corrigendos,in iiij.col.de accusa.

ADDITIO. Vide de hoc Hippol. de Marsil. in sua practica causarũ criminalium,in verbo, opportunè, nu.xxviij.vsque ad nu.50.vbi amplè.& cons.xxxix. in j.vol.Ad illã gl. multa pro corroboratione ipsius posuit Felin.in c.ex literis,in antepen.& pen. col. de cõstitutio.& illam declarauit quinque modis.

6 Iudex nõ potest arbitrari pœnã mortis nisi pro grauioribus delictis.

PRima declaratio.† Tu dic pro prima declaratiõe, ꝙ iudex non põt arbitrari pœnã mortis, nisi propter excessum grauis facinoris.Ita Bal.in d.c.j. §.iniuria,de pace iura.fir.& in l.fi.ad fi.ff.de rerum diuisi. Et ita intelligitur glo.in d.§.in summa.nam etiam ꝓpter immanitatẽ delicti trãsgrediunt iura,vel ꝓpter emergentiã casus horribilis,vt probat cõclusio disputata ꝑ Pet.de Anc. ¶ Hinc dicit do.Abb.Panor. † ꝙ dispositio,c.cũ non ab homine.de iudi.nõ habet locũ in homicidio horribili cõmisso,puta in assassinamento,vel parricidio,quia etiã nõ data incorrigibilitate, de quo in d.c.cũ non ab hoĩe,statim põt degradari, vt p Pet. de Anc.in consi.cclvij.& ita dicit & alle.Feli. in c.j.in xv.col. de consti.vbi ad hoc quędam pulchra adducit. ¶ Vide etiã pulchra specialia propter immanitatẽ criminis per Barb.in consil.lxxij.& pulchra allegata per Boërium in consuetudinibus Bituricen. tit.de iurisd. om.iud.§.xxiiij.in gl.sed an iudex. vbi ponit quomodo iudex habeat arbitrium in pœnis.vide plenè Paridem de puteo in tractatu de syndicatu,in litera, A, in verbo,arbitrium,vbi plenè plures quæstiones.

ADDITIO. Vide Hippol.de Marsi.in cons.suo lij. nu.xvj.Et aduerte† quia in puniẽdis delictis seueritas non est reprobãda,cum sine pietate teneat iustitiam, & dicit Tullius in ij. Rhetoricorũ. † Seueritas est per quã iudiciaria potestas, vel vindicta in aliquẽ districtius exercetur,quę perutilis est reip.Nam bene operãs nulli parcit.viij.Politic.& Tullius.j.de officiis. ita ꝓbanda est mansuetudo atque clemẽtia, vt adhibeatur reipu.causa seueritas,sine qua ciuitas administrari non potest.Nã maior interdum est delictorum iniquitas,quàm legum æquitas.in auth. vt non fiãt pig. in princ.& plura de seueritate,quæ plus laudat, & est prędferenda remissioni,scribit Lucas de Penna in l.iij. C.de his qui ex publicis ratio.lib.x.

8 Seueritas non reprobanda.
9 Seueritas quid.

SIc ergo si delictũ multũ enorme cõmittatur,quod quidẽ non habeat pœnam determinatã,sed tantũ arbitrio iudicis puniri debeat,iudex põt extẽdere arbitriũ suũ vsq; ad mortẽ,hoc est, si tales sint circũstãtiæ delicti,ꝙ pro eo veniebat de iure communi,vel ex consuetudine imponẽda pœna mortis. Ita per multa tenuit Alex.in consil.cxj.incip. Ponderatis verbis inquisitionis,in pen.col.in j.vol.¶Si tamen adhuc delictum ex eius circunstantiis non suadeat mortẽ,& iudex arbitretur eam,valebit sentẽtia, ex quo habet arbitrium,sed malè facit,& potest ab eo appellari secũdum Imo.in c.ex literis,suprà alle.& in l.ij.ff.de publ. iudi.Et istam declarationem posuit Io.de Ana.in c.inquisitionis,in fine prin.de accusationibus.Faciũt quę dicit Gãdinus in suo tractatu maleficiorum, in tit. de homici.in versi.sed pone quòd ego dedi tibi pecuniã. Cuius verba sunt notãda in hac parte, quando dicit, quòd quãdo delictum est maximum, & de atrocioribus,si tentauit & non perfecit quia non potuit,tunc est puniendus ad mortem.

ADDITIO.Per plura tenet contrarium Hippoly. de Marsiliis in consil.suo cv.nu.xxxviij.& xxxix. & in l.qui falsam, in iiij.& v.col.ff.de falsis. †

ADuerte† quia in istis atrocioribus, puta in assassinamento,etiã si homicidiũ fuerit secutũ,imponenda est contra assassinos pœna mortis. Ita cõsuluit Ang.de Perusio in cõs.xiiij.inci.in quæstione prędmissa.in vlt.col.quẽ vide. Nã tale delictũ est horrendũ & valde detestabile, vt est text. in c.j.de homici. in vj.in vers.q sic horrẽda inhumanitate detestãda.& in versi. tit. tãto periculo volẽtes occurrere. & ĩ ver.nefarias præsumptiones.Et in terminis voluit Bal. in l. nõ solũ. §. si mandato.ff.de iniuriis,& Bar.in l.Cicero.ff.de pœnis.& Ang.Aret.in tract.maleficiorũ, in veb.Sempronium mandatorẽ.in quo quidẽ iura ita clamant,adeò ꝙ si quis non potest effectualiter exequi talẽ defectũ, nihilominus ex solo conatu capite punitur,d.c.j.& vt dicit Ang.in dicto cõs.& tenuit Bal.in l.ij.§. hæc verba,in fi.ff.quod quisq; iuris.& Bal.in l.si quis nõ dicã rapere.in iij.col.C.de episc.& cleri.& in l.nõ ideo minus.C.de accusatio. & Ang.in l.qui autẽ.ff.de his qui notã.infa.Et cano.maximè do.Anto.in c.cæterum,in v.col.extrà de iudiciis. & dicũt doctores in talib' criminibus enormib',ꝙ ratione enormitatis punit affectus,licet nõ sequatur effectus. ita Bal.in l.si quam.C. de operis libertorum. Bal.in l.aut facta.§.euẽtus.ff.de pœnis.& in auth.nouo iure.C.de pœna iudi.qui malè iudicauit.Et in c.si voluerit.in tit.de cap.q curi. vẽdi.in vsib.feudor.& in d.l.si quis non dicã rapere. Vide quæ s̃.dixi in rubrica in gl.*& droictz d'icelles*,versi. Item etiam,in additione ibi posita.

10 Assassinamentum attentatum etiam non perficiendo punitur pœna mort.

ITem † etiam licet alias in aliis delictis mandãs non puniatur nisi secuto mãdato,saltẽ ordinariè, iuxta notata per Bar.in d.l.non solũ.§.si mãdato.ff.de iniur. tamẽ fallit in mandante cũ pecunia,& sic in mandãte assassinamẽtum.Ita voluit Dy.& Ang.in l.itẽ apud Labeonẽ.§. si errauerit,ff.de iniuriis. Et Aug.Arimin. in additio.ad Ang.Are.in tractatu maleficiorũ in dicto verb.Semproniũ mãdatorẽ, in additiõe inci. Tu aũt in hac.& in verb.existẽs Florẽtiæ.in additione incip.Tu verò.& alleg.text.in d.c.j.de homicid. in vj. ¶ Hinc per ista semel me assidente capitaneo iustitiæ Mediolani dictũ fuit quendã mãdantẽ fieri assassinamentum,licet tamen secutũ non fuerit,debere suspẽdi,prout iam s̃.dixi in rub. *Des iustices droictz d'icelles*, quando posui effectus meri imperij,maximè quando posui qua pœna puniri debeant homicidæ.

11 Mandãs assassinamentum licet non sequatur delictum punitur pœna mortis.

ET aduerte† quia iure dictante etiã in tali delicto, assassinus tenet denominare mandatorẽ in iudicio,& potest super hoc interrogari & torqueri. gl. est notabilis,in d.l.non ideo minus, quã notat & sequitur ibi Bal. C.de accusatio.† licet aliàs socius de delicto socij non sit interrogandus.vt l.si.C.de accusatio. & l.repeti.ff.de quæstio. ¶† Aduerte tamen ad vnum 13 qd̃ pono incidẽter ꝓ furto, ꝙ fur poterit interrogari 14 de sociis & torqueri.Bar.in d.l.repeti.ff.de quæst.Frãcis.de Are.in cõs.suo lxj.inci.In causa illorũ de Masio.

12 Assassinus mãdatarius interrogari potest vt nominet mandatorem.

ADDITIO.Quãdo socius,& in ꝙbus delictis possit de sociis interrogari,vide Mat.de affl.in constit.regni Sicilię,quę incipit,dãna clãdestina,in ix.notabili, in v.q.illius notabilis,& vide Hippol.de Marsi.in sua practica causarũ criminaliũ in §.diligenter,vbi amplè à nu. lix. vsq; ad num.lxix.& ibi dicit duo singularia: vnum,quòd nunquam socius criminis facit indicium ad torturam nisi cũ tortura. & istud dictũ pluries allegaui in curia,sed nõ vult ad illud attendere,& tamẽ est multum iuridicium, secundum quod etiam cum tortura non facit ad condemnationem, sed solùm ad indicium ad torturã, allegat ad istud secundum Ang. in l.& si certus.ff.ad Sille.& Sali.in l.si.C.de accusat.

& Phil

& Philippum Decium in conſ.ſuo clxxxix.inci.Lętatus ſum,in vj.col.Imò etiã ſocius criminis nõ facit indiciũ ad torturã in caſibus exceptis,quando eſt ſolus ſine aliis adminiculis,vt tenet idem Hippol.in cõſilio lxxiiij.nu.viij.& in cõſ.cix.nu.xiij. & in cõſ.cxxxv.nu. xvij.& etiam idem quãdo eſt infamis ex alio caſu. idẽ Hippol.in dicto conſi.nu.xij.& xiij. & etiam quando veriſimile eſt ipſum non dicere verum, idem Hippol. in d.cõſ.nu.xij.dic idem quãdo habet plures alios defectus, quoniã etiã licet eſſe in caſu vbi difficilis probatio eſſet ſui natũra, nõ tamẽ admittitur talis.ita tenet idem Hippol.in conſ.cij.in xij.col.alleg.Socin.in conſi.ſuo cxviij.inci.viſa.in pen.col.verſ.poſtremò,in j.vol.& Barb.in conſ.lxv.incip.ſapienter,in iiij.col.in iiij.vol.dicam infrà.†

15 SEcunda declaratio.† In delictis attentatis non tamen cõſummatis non poteſt iudex arbitrari pœnã mortis.Ita tenet cõſulendo Bal.in conſ.ſuo.cccexliij. incip. coquus cõfecit venenum &c.in iij.vol.in ij.col. faciunt quæ dicit Fel.in dicto loco,in ij.declaratio. in pen.col.cui adde eundem in c.j.de prẽſumption.& in tracta.ſuo,quãdo conatus puniat. Do. meus Iaſon in princ.in pen.col.Alex.in conſi.xv.incip.viſo proceſſu inquiſitionis formatæ,in j.vol.in ij. col.

16 TErtia declaratio.† Vbicunq; lex vel ſtatutum ſeu conſuetudo cõmittit pœnã arbitrio iudicis, cum quadã moderatione vel modificatione, tũc nõ poteſt imponere pœnã mortis.Ita tenet Imol.in l.ij.ff.de publi.iudi.& Maria.Soci.in d.c.inquiſitiõis,in princ. de accuſatio. ¶ Hinc eſt ꝙ arbitrium iudicis quod eſt in cõſuetudine noſtra,in ij.parte,non poteſt ſe extendere vſque ad mortẽ pro prima vice,cũ verba ſequentia illud arbitriũ ibi, *& s'il renchet, & cõmet autre larrecin,* videantur moderari & modificare illud arbitrium, in hoc ꝙ etiã ſi furtum excedat ſummam x.librarũ (niſi eſſet furtum duplicatũ) non poteſt talis fur ad mortẽ condemnari.Talis ergo pœna corporalis intelligi debet de mitiori,vt dictum eſt hîc antè.

QVarta declaratio.Quòd gloſſ. in d.§.in ſumma, procedit quando datur arbitrium inter pœnas à iure conceſſas & expreſſas, vt eſt in actione iniuriarum, qa ius exprimit † ꝙ pœna iniuriarum poteſt eſſe corporalis vel pecuniaria,ſed vbi iudici datur ſimpliciter arbitrium puniendi vel exaggerandi pœnas,non poteſt arbitrari pœnas mortis , quia non intelligitur cõceſſum arbitrium tranſeundi ad ſpecies pœnarum capitalium.Ita tenet Felin.in d.c.ex literis.qui ad hoc allegat conſilium Franciſ. de Albergotis , de Aretio, quod incipit,Quidã cæcus de fulgur.per text.in l.j. §. expilatores. ff.de effracto.per quem text.limitatur dictum Inno.in c.j.de conſtitu. dicit enim Inn. ꝙ iudex poteſt trãſgredi leges. Dic iſtud non eſſe verũ quãdo ex hoc fieret tranſitus de vna ſpecie delicti ad aliam ſpeciem,puta de ſpecie capitali ad non capitalem, nõ enim poteſt pœnam capitalem imponere pro eo delicto quod non eſt capitale.

17 *Pœna iniuriarũ poteſt eſſe corporalis vel pecuniaria.*

ET ideo,vt dicit Io. Fab.in d.§.in ſumma.in impoſitione pœnæ, conſideranda eſt qualitas facti & perſonarum.facit text.in l.Pædius.§.j.ff. de incendio, ruina,naufragio.& quod dicit Bal.in l.j.C. de his qui latrones occultauerũt.Et in hoc aduertendum eſt , ꝙ pœna eſt commenſuranda delicto.l.reſpiciendum. ff. de pœnis.aliquando tamẽ pœna poteſt eſſe maior delicto.gl.in l.ſi vindicari. C.de pœn. gl.in l.ſancim°, in verbo,nec vlterius.C. de pœnis. quoniã pœna augetur ex reiteratione, & tunc non venit cõmenſuranda. l.iij.& ibi gl.C.de epiſco.audientia.& in l. quicũque, in glo.ij.vel iij.C.de ſeruis fugitiuis. & de huiuſmodi reiteratione quomodo auget pœnã,dicã. j.in gl. ſeq. Et quoniã hîc antè dictũ eſt,ꝙ ex quo in actione iniuriarũ iudex non cõſueuit imponere pœnam corporalem,iudex illam non poterit arbitrari.vide Matth. de affl.in conſti.regni Sicilię,quę incipit,humanitate,in ix.col.ibi,& primò ſit accuſatus.Et aduerte ad vnum, quòd pœnã addere pœnis iam appoſitis eſt deteſtabile,vt dicit Hippol.conſi.xxj.nu.xlviij.

QVinta declaratio eſt. Quod vbi datur iudici arbitrium imponendi pœnam arbitrariam , & limitatur vt non poſſit mortẽ arbitrari,iſti limitationi ſtandum eſt,& non procedit glo.in d.§.in ſumma. Ita tenet Imol.in l.ij.ff.de publi. iudic. ¶Hinc per hoc eſt clarum,quòd ex conſuetudine noſtra,ex primo furto non excedente ſummã x.librarum,licet iudex habeat arbitrium in pœna imponenda , tamẽ non poteſt extendere illud arbitrium ad pœnam corporalem , ſeu mortis,cùm expreſsè ſit prohibitum.

SExta declaratio.Quòd vbicũque per ſtatutum datur arbitrium iudici imponendi pœnam, imponi debet per eum pœna in ſimilibus , ſeu in tali caſu cõſueta imponi,cũ conſuetudo faciat vt idem quod erat arbitrarium ſit neceſſariũ, vt dicit Bal. in l. quicunq;, in vj.col.C.de ſeruis fugi. & plura ad iſtud faciẽtia poſuit Felinus in c.inter cęteras,in v.col.de reſcriptis,& do.meus Iaſ.in l.more,in vij.col.ff.de iuriſ.om. iudic. ¶† Et aduerte,quia hoc caſu debet arbitrari ſecũdum communem vſum patriæ,& eo modo quo cõſuetum eſt punitionem fieri pro illis delictis, quia quis prẽſumitur velle id quod patria ſua,& vſus patriæ ſuæ.l.qđ ſi nolit.§.ſi mancipia.ff.de ædil.edic.Facit quod dicit Bart.in tractatu de Guelphis & Gibelli.vbi dicit, † ꝙ quilibet præſumitur eſſe talis , qualis eſt patria ſua. † nam de iure naturali quilibet tenẽ obedire patriæ. l.veluti.ff.de iuſtitia & iure. facit quod dicit Bald. in l. fideicõmiſſa.§. ſi ſeruo.ff.de leg.iij.vbi dicit,ꝙ quis nõ præſumitur velle id quod non eſt conſuetum fieri.& propterea dicit Angel.in l.incredibile.C.de pœnis,ꝙ iudex non poteſt imponere pœnas inſolitas. Et dicit Feli. in c.de cauſis,in princi. de offic.delegati. † quòd pœnam arbitrariam tollit conſuetudo , vide ad prædicta Boërium allegatum hîc antè in hac materia , in princ.huius gl.

18 *Arbitrã dum ſecundum cõſuetudinẽ patriæ.*

19

20 *Patriæ obedire tenemur.*

21 *Conſuetudo tollit pœnã arbitrariam.*

ET adde pro ſeptima declaratione,ꝙ iudex in pœnis legis,ſtatutorum, & cõſuetudinis quãdo pœna certa eſt impoſita,vt dicit Alex.in additio.ad Bart. in l.hodie.ff.de pœnis,& vide Boëriũ in loco hîc antè allegato.de materia huius arbitrij per Paridem de Puteo in tractatu de ſyndicatu,in verbo,arbitriũ. per ix. aut x.col.& vide etiam in verbo,cõſuetudo. vbi dicit, † quòd iudex tenetur iudicare ſecũdum conſuetudinem loci vbi eſt iudex.

22

ADDITIO. Adde item pro octaua declaratione vnum ſingulare , quòd quando pro delicto venit imponenda pœna mortis, vel pœna corporis afflictiua, & ex aliqua cauſa receditur à principali pœna capitali ipſius delicti , tunc non imponit minor pœna corporalis , ſed tranſmittitur & conuertitur in pœnam pecuniariam.optimè probat text.in l. qui ædes , & in l.ſi fortuitò.ff.de incendio,ruina,naufragio. & voluit Bald.in l.data opera,in ij. col.in fi.C.qui accuſare non poſſunt. & hoc etiam probat text. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperator. ff. de adulteriis. & in l. ſi quis in graui.§.ſi tamen maritus. ff.ad Silleia. & in l. Gracchus. C. ad legem Iuliam de adult. & in l. lege Iulia.§.fin.ff.ad legem Iuliam repetun. faciunt & alia

BIU Cujas

quæ adducit de minore delinquente Hippol.de Marsiliis in practica sua causarum crimina.in §.quoniam, nume.xcv.vbi amplè.& in pluribus aliis locis ibi per seipsum allegatis. †

QVæritur nunc de vna quæstione, dictũ est ꝙ iudex qui habet arbitrium imponendi pœnã corporalem, potest imponere pœnã mortis. Pone ꝙ iudex habet detentũ in carceribus pro furto excedente summã x.libra.dicit cõsuetudo nostra ꝙ debet puniri corporaliter,& ad arbitrium iudicis, nunquid istam pœnam corporalem possit mutare in mitiorẽ, & arbitrari in mitiorem pœnam, puta in pecuniariam.

ADuerte quia etiã in his quæ arbitrio iudicis cõmittũtur potest committere dolum iudex.c.cum ęterni.de re iudic.lib.vj.& ideo cauere debet ne sit nimis gratiosus.Ita Bald. in l.si fugitiui.in vlt.col.C. de seruis fugit. ¶Hinc dicit text.multum singularis in l. seruos.C.ad le.Iuliã de vi. † ꝙ iudex diminuens pœnam sine causa est infamis.quem tex. dicit esse singularem Roma.in singulari suo lxxviij.incip.veni, quia tu habes & tenet Panor.in c.de causis.in fi.de offi.deleg.dicam plenius de eo infrà.

23 Iudex pœnã sine causa diminuens infamis est.

ADDITIO. Aduerte tamen ꝙ iudex semper debet inclinare in mitiorem,benignioręm & humaniorẽ partẽ, † & si peccandũ sit,magis peccare debet in pietate & clemẽtia,quàm in credulitate, vt ex pluribus tenet Hippo.de Marsi.in sua practica causarũ criminalium, in verbo,occurrit.nu.v.vsq; ad fi. vbi amplè cõmẽdat mitiorẽ partem in condẽnando secundũ mentẽ.l. interpretatione pœnę.ff.de pœnis.faciũt dicta per cundẽ Hipp.in cons.xxiiij.nu.xxxv.Ego tamen vidi multos ꝙ non solũ non contentabant pœnis à iure introductis,imò pœnas nouas addere volebãt, qđ semper mihi visum fuit detestabile,secundũ qđ dicit Hipp.in cons.xxj.nu.xlviij.hîc antè alleg. Cauent tamẽ iudices ne sint mitiores,& vbi pœna mortis de iure venit imponẽda,non imponant mitiorem:quoniã,vt refert Matt.de afflictis in consti.regni Siciliæ,quæ inci.pœnam eorum.in ij.no.in ij.q.in x.requisito, rex Carolꝰ primus quendã iudicẽ furca suspẽdi fecit, eò ꝙ quendã ad mortẽ cõdemnandũ cõdemnauit tãtum in amputationem manus.dixi infrà verſ. hinc ex prædictis. vbi allegaui tex.punientẽ iudicẽ tali pœna.† ¶Sed tamen quia in arbitrariis iudex non debet augmentare pœnã,nec etiã pœnã parem illi quã lex imponit, imponere potest ratione arbitrij sui. gl.in c. inq̃sitionis, in verb.alioquin.de accus.imò vt dicit ibi tex.& doct. in prin. vbi datur arbitriũ iudici in pœnis debet moderari,sed moderatio denotat diminutionẽ, igit' &c. Bal.verò in l.obseruare.§.proficisci.versi. xxv.quærit'. de offi.præsi.dicit † ꝙ quãdo super maleficiis habentibus pœnam determinatã à statuto vel cõsuetudine, si iudex cum hoc habeat arbitrium,non potest à pœna statuti determinata recedere sine causa iusta. Et istud idem dicit in effectu in l.j.C.vt inf.cert.tempus, sed domi.Frãcis.de Aret.subtilitatum princeps in d.c. inquisitionis.in fi.prin.videtur insurgere contra istud dictum Bald.hoc modo. si iudex ex causa de iure non habeat istud arbitriũ.vt in §. pœna grauior. in l. quid tamen.ff.de his qui notan.infa.ergo istud statutũ seu consuetudo redderetur superflua.contra c.si papa, cũ aliis vulgari.de priuil. in vj. Respõdet idem do. Aret. saluando illud dictũ Bal. † ꝙ arbitrium operatur hoc quod facilius & ex leuiori causa iudex possit augere vel minuere pœnam, quàm vbi hoc arbitriũ concessum non esset.nec ergo in his obstabit tex.in l.seruos, suprà alle. quia intelligitur quando sine causa iudex diminuit pœnã,quia tũc est infamis. sic ergo cũ causa poterit diminuere seu moderari pœnã.Et ita cõsulendo tenet Ro.in cõsi. suo cccxxix.incip.Considero in ꝓposita cõsultatione.mouetur,† cũ iudex licet regulariter nõ debeat esse clemẽtior lege,vt i auth. de iud. §.oportet.tñ ex gñali potestate sibi cõcessa p auth. hodie.C.de iudiciis,pœnam alterare poterit,adeò vt illa pœna alterata succedat loco alteriꝰ à lege impositę.vñ periurus nõ erit, cũ legis authoritate sibi permittẽte munitus sit.† nõ eñ periurat ꝙ principali authoritate iuramentũ casu aliquo deserit.ff.ad municipa.l.fi. C. de nõ nu.pecu.l.fi.ff.ꝙ satisd.cogan.l.vlt.ff.de iure patro.l.adigere.§. fin.c.veniẽtes. de iureiur.& c.quẽadmodũ.cũ ibi nota.Qua eñ rõne põt iudex pœnã iusta ex causa alterare augẽdo,vt in c.qm̃ frequenter,versi. sinautẽ sup personali.vt lite non cõtest.& in l.ij.versi. sed si persona. C. vt inf.cer. tẽpus.eadem etiã ratione ex iusta causa potest à cõstitutione imposita minuere.

27 Iudex non debet esse clemẽtior lege.

28

ITem qua ratione potest ex iusta causa pœnã aliàs à lege impositam delinquẽti tollere. ff. de pœnis.l.in metallũ.l.nõ omnis.ff.de re mili.c.nisi specialis.de offic.deleg.eadẽ etiã ratione potest iam impositam minuẽdo moderare. in cuius eñ est potestate à pricipio totũ tollere,in eius est id qđ fecerit,moderare.† ff. de in litẽ iur.l.videamus.§.sed an iudex.l.in actionibꝰ. §. sed iudex.ff.eo.de in lit.iur.Ex istis cõcludit Roma.ꝙ pœnã furti excedẽtem summã quæ requiritur ad hoc vt puniatur ex tali furto corporaliter potest iudex minuere ex iusta causa. ¶Ex quibus cùm euenisset casus Heduę de quodã iuuene ꝙ detinebatur in carceribus, eo ꝙ fur, & furatus fuerat corium vsq; ad valorẽ xij. frãcorum, cùm solùm esset ætatis xvij.annorum, dixi Locumtenentẽ non debere ipsum punire corporaliter,sed moderari debere eius pœnam.† Cùm iuuẽtus sit sufficiens causa moderãdi pœnam.ita facit text. cũ gl.in l.& si seuerior.C.ex quibus causis infa.irrog. ita tenet Lud.Bolo.in cõs.suo xxxvij.incip. Cor mũdum crea,&c.licet aliàs in præsenti,in vij.col.& Raph.Fulgo.in consi.suo clvij.in ij.col.vbi alleg.text.in l. auxilium.§.in delictis.ff.de mino.vbi dicit ꝙ miseratio ætatis debet iudicem ad mitiorem pœnã mouere. ¶Facit text.in l.presbyteri. C. de episc. & cler. vbi dicit ꝙ maior pœna debet imponi maioribus. gl.in l.seruos. in verbo,infamis.C. ad leg. Iuliam de vi publica. Iac. Butriga.in l.iij.C.de sum.trini.facit tex.in l.fere in oĩbus.ff.de reg.iur.& ibi Decius,ꝙ ponit quomodo ętati tam iuuenili quàm senili sit in pœnis succurrendũ. Et notãdus est ille text.cũ dicat,ferè in omnibus pœnalibꝰ iudiciis ætati & imprudẽtiæ succurratur,quasi diceret quòd ętas iuuenilis sit æqualis imprudentiæ. hinc vulgò dicitur,ꝙ iuuẽtus & prudentia vix similes esse possunt.de huiusmodi minori ętate quomodo sit eidem succurrendũ, vide Matt.de affl.in constit.regni Sicil.quæ inci.minorum iura.in v.not. in ij. li. ¶ † Itẽ etiam iusta causa alleuiãdi pœnã est, si delinquẽs diu pmanserit in carcere.l.omnis.C.de pœnis.& quę sunt quę mouere debent iudicem alleuiandi pœnam:dicit Cyn.in d.l.& si seuerior.f.vt dicit iuuentus, senectus, dignitas,ignorãtia facti,incõsulta Reip.vtilitas. ¶ Itẽ iusta causa alleuiãdi pœnam,est in potente qui delinquit:qm̃ sunt excusandi prędides,cũ de potentibꝰ non sumunt in iustitiæ rigore vindictam.Et dicit Augustinus, † Nonnullos toleramus quos corrigere vel punire non possumus.xxiiij.q.j.c.quisquis. cum aliis allegatis per Lucã de Penna in l.missi.col.iiij.C.de exactoribus tributo. lib. x. Et vide Paridẽ de Puteo in tractatu de syndicatu,in verbo,iustitia.fol.liiij.

24 Iudex in clementia potius peccet, quã in seuitia.

Pœnarum nouarũ inuẽtores detestantur.

25 Iudex arbitrarꝰ à pœna statuti non potest recedere sine causa.

26 Arbitriũ quid operetur.

29 Cuius est totum tollere,eius etiã est moderare.

30 Iuuentus est sufficiens causa moderandi pœnam.

31

32 Tolerãtur quæ corrigi non possunt.

Additio.

BIU Cujas

ADDITIO. Vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, qualitas personæ, vbi ponit qualitatem personæ in multis esse considerandam.†

33 *Quæ sint iustæ causæ moderandi pœnam.*

ET aduerte,† quia illa causa est exprimenda, cùm vbicunq; recedit à iure regali, non sufficit subesse causam, nisi illa causa p̃ cum cui de iure hoc competit, exprimatur. ita tenet Inno. in c. præterea. de dilatio. quẽ ad hoc alle. Lud. Ro. in consi. suo ccccxciij. incip. dubitatur. in pen. col. & allegat Oldr. in consi. suo cclxxxvij. suo ordine: sed est in cõsi. suo cccxxxvj. incip. q̃ articuli dati in quæst. in iij. col. ibi, itẽ nõ sufficit q̃ causa subsit de iure cõmuni &c. faciunt & alia adducta p̃ Feli. in c. super literis, in x. col. ibi, x. regula, ext. de rescriptis. & faciunt, quia quæ consistunt in arbitrio, requirũt causæ cognitionem. Ang. in l. cum hi. §. illo autẽ. ff. de transact. per textum in l. iij. §. si ad diẽ. ff. de re militari. ¶ De causis sufficientibus ad alleuiãdũ pœnã, vide plenè Paridem de puteo, in tract. de syndicatu, in littera, P, in verbo, pœna, versic. licet. & ver. quinque sunt. fo. lxxxiij. & lxxxiiij. Et in pricipio

34 illius verbi, pœna, ponit† an iudex qui condemnauit aliquem ad mortẽ, si promittat apprehendere & demõstrare alios fures & latrones, aut alios homicidas & p̃ditores, possit eidẽ pœnã differre. vbi dicit q̃ nõ. HInc ex prædictis conclude q̃ si Balliuus, aut Locumtenẽs, aut alius iudex habẽs merũ imperiũ, cõdemnet aliquẽ furẽ detentũ p̃ furto excedẽte summã x. librarũ, in mitiori pœna quã dictet statutũ, non exprimẽdo causam, quare minuat pœnã, est infamis, per tex. in d. l. seruos. quẽ tex. Lud. Rom. sing. 78. dicit esse Legistis incognitũ, canonistis tñ cognitũ. & dicit q̃ est dictũ vnicũ in mũdo p̃ Hostiẽ. in c. de causis. de offi. deleg. relatũ p̃ Ioã. An. in nouella. Sed dicit q̃ adhuc alia pœna est puniendus talis iudex, videlicet, qa eadẽ pœna debet puniri, qua debebat puniri reꝰ. tex. est ad hoc notabilis & vnicꝰ in iure. in l. iij. in fi. C. ne san. baptisma reit. ita dicit Ro. in d. sin. suo 78. incip. veni, quia tu habes. quæ oĩa no. quia singularissima. ¶ Intellige prædicta q̃ iudex diminuens pœnã à lege introductã est infamis, si diminuat sine causa: secus ĩ pœna posita in eiꝰ arbitrio, qa etiã licet nõ exprimat causam, non punitur. † cùm de his quæ sunt in eius

35 *Iudex arbitrariꝰ nulli reddere tenetur rationem.*

arbitrio nõ teneatur reddere rationem. per plura tenet do. Hipp. de Marsi. in l. quæstionis modum. in iiij. col. ff. de quæstionibus. & idem Hipp. in singu. suo clxxxij. incip. iudex non debet esse clementior lege.

PRædicta habent locum in iudicibus secularibus, sed quid ĩ iudicibus ecclesiasticis, an scilicet possint mutare pœnã introductã pro delicto ecclesiastico, in pœnã pecuniariã? Panor. & alij ĩ c. licet, de pœ-

36 *Iudex ecclesiasticꝰ quãdo possit imponere pœnam pecuniariã*

nis. Host. & Io. and. in c. j. de homi. lib. vj. dicũt† q̃ iudex ecclesiasticus potest imponere pœnã pecuniariã pro delicto, si illa magis timetur. Panor. in c. dilectus, in j. notabili. & in c. irrefragabili. §. cæterũ, in prin. de offi. ord. vbi Feli. plenè, qui plura ad hoc allegat. dicit

37 tamen† q̃ soli episcopi possunt commutare pœnã iuris in pecuniariã. q̃ tamen, vt dicit, debet fieri in iudicio, & cum causæ cognitione, nõ autẽ extra iudiciũ. quia si fiat extrà, & sine causæ cognitione, iudiciũ nõ valet, ex quo per hoc sustinentur criminosi ad delin-

38 *Pœnæ pecuniariæ conuerti debent in vsus pauperum.*

quendũ. †& adhuc, vt dicit ibi, debẽt tales pœnæ cõuerti in vsus pauperũ. qđ Deꝰ scit an hodie fiat in hac ciuitate Heduen. vbi fiunt tot compositiones quòd etiã excedunt singulo anno mille quatuor cẽtũ scuta solis. ¶ Pro certo tales cõpositiones videntur inducere homines ad facilius delinquendum, ex quo nõ ita indistinctè deberẽt permitti. Bartol. tamen in l. qui à latronibus. in j. col. & ibi Ioan. de Imol. ff. de testa. videtur inuere quòd possunt fieri tales compositiones, cùm dicat q̃ detẽtus iustè potest cõtrahere ad vtilitatẽ detinẽtis, re p̃bant̃ tñ in patria Delphinatus, vt dicit Guido papæ, quæst. cccxxvj. ¶ Aduerte q̃ ex quo istud est in arbitrio iudicis, actio descẽdẽs ex hoc statuto dicit̃ bonę fidei. Bald. in rubr. de cõstitutionibꝰ.

IN TEXTV IBI,
Et s'il r'enchet.

QVæro,† quando dicitur reincidere in furtum? Dic, quando committit hodie vnũ furtũ, aliud post cras, quia tũc sunt distincta furta rebus, & temporibus, quod requirit̃, vt l. eum qui. §. quod dicit. ff. de fur. ita tenet Bal. in consi. suo ccxlvij. incipien. ad euidentiã præmittendum est, in j. col. in v. vol. ¶ Quid autẽ si fur cõfiteatur se furtũ fecisse, pluribus vicibꝰ, vel diuersis tẽporibus, vtrũ itelligatur cõtinuatis, ita q̃ vnũ furtũ vel diuersa, sint plura furta? Bal. in authẽ. sed nouo iure. ĩ pen. col. C. de seruis fugitiuis, dicit q̃ ista verba, diuersis tẽporibꝰ, cõfessa p̃ furem, cùm sint obscura, & possint intelligi de continuatis, quo casu nõ reputabunt̃ plura furta. l. nunquã plura. ff. de priua. delic. quod interpretabunt̃ in mitiorem partẽ p̃ cõfitẽte: & erit vnũ furtũ, nisi dicat̃, ex tẽporis interuallo, quæ verba solẽt iudices facere appõere. Et istud refert & sequit̃ do. meus Ias. in l. fruct̃. in iij. col. ff. solu. matri. Idẽ verò Bald. in consi. suo ccxlvij. hîc antè allegato, mouet istã quæstionem, & plenius disputat quàm alibi: sed cõclusiuè est sibi contrarius, cùm dicat cõcludendo, quòd p̃ ista verba, sex vicibus, intelliguntur sex furta, cùm talia verba importent diuersa delicta numero & tempore. & pro hoc allegat text. in ratione sui, in l. agraria. ff. de termi. mot. vbi dinumeratio terminorum inducit dinumerationem delictorum. ¶ Credo tamẽ quòd nõ dicitur reincidere, ita q̃ mori debeat, nisi de primo fuerit punitus per iudicem, & iam inscriptus in quadam papyro, pro primo furto: aut fuerit iam de primo accusatus & conuictus coram iudice: quia si confiteatur se fecisse plura furta diuersis temporibus, nec de aliquo fuerit tractus in iudicium, quòd non est ad mortem puniendus. & ista opinio est æquior & mitior.

1 *Quando quis dicatur reincidere in furtum.*

Quæstio.

DOminus Iacobinus de sancto Georgio quærit de hac quæst. in l. si idẽ cum eod. in ij. lec. ff. de iurisd. om. iudi. & se remittit ad Bar. in l. si cui. §. fi. ff. de accusatio. & ad Bal. in authen. qui semel. C. quomodo & qñ iudex. & in apostilla ad Iacobinũ ibi. allegat̃ Barbatia in consi. xj. in j. vol. & in cõsil. xlvij. & Romanus consi. ccxxvj. & Feli. in c. postulasti. col. iij. de rescrip. videãtur dicta eorum. ¶† Cogita & aduerte, quia nimirum si plus punitur fur, qui commisit secũdò furtũ, quàm primò: quia vt dicit Bal. in l. apud antiquos. C. de fur. quòd fur q̃ hodie furatus est vnã rem, cras aliam, ratione reiterationis potest furca suspendi. Et dicit Soci. ĩ cõsi. suo clvij. in iiij. col. †q̃ cõsuetudo furandi aggrauat furtũ, & p̃pter illã punitur fur pœna mortis. † nã relapsꝰ peior est quàm prima infirmitas. Ita gl. in authen. vt nõ luxuriẽtur cõtra natu. Et pon-

2 *Fur plus punitur p̃ secũdo furto, quàm pro primo.*

3

4

5 *Relapsus peior est, quàm prima infirmitas.*

derãt doct. relapsum, ita q̃† relapsus in hæresim quis est curiæ seculari tradendus. ita dicit Panor. in c. at si clerici. in prin. xj. col. ext. de iudi. Hinc est† q̃ licet publicani p̃ extorsione nõ puniantur pœna capitis. l. li-

6

citatio. §. qđ illicitè. ff. de publica. tñ si sæpius hoc faciãt, puniunt̃ pœna capitis. Bar. ibi p̃ l. j. C. de superexactio. li. x. †crescẽte enim cõtumacia, æquũ est cre-

7 *Crescente cõtumacia, crescit & pœna.*

BIU Cujas

scat & pœna.nota.in l.ei qui.& i l. vulgaris.ff. de fur. consuetudo enim in delicto aggrauat delictum.Item per hoc multa perseuerantia in delictis accumulauit Roma.in l.si verò.§.de viro.in xxxj.fallentia. ff. solu. matri. quem allegat Felin. in c. testimonium. in iij. col.ext.de testibus,ibi,adducit hîc Modern.vbi dicũt Butrius & Panor.† ꝙ consuetus peccare repellit̃ à testimonio,& ita cõsuetus litigare.iij.q.v.c.quia suspectos. ¶Vide l.nonnunquã.ff.de priua.deli.l.nemo.C. de episco.audiẽ.l.seruos.§.fi.de vi publi.l.aut facta.§. fi.ff.de pœnis.l.inficiando.§.infans.ff.de furtis.vbi ꝓpter cõsuetudinem delinquendi iudex potest augere pœnã,maximè qñ multi taliter delinquũt,† qm̃ multis grassantibus opus est exemplo, vt alij terreantur. d.l.aut facta.§.fi. † & pœna vnius sit metus aliorum. l.j.C.ad legem Iuliam repe.iuxta illud Horatij,Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ.dixi infrà hoc eodem titulo.§. viij.in gl.*congé*,versi.nunquid autem,in fine.

8 Cõsuetus peccare repellitur à testimonio.

9

10 Pœna vnius est metus aliorum.

ADDITIO. Adde ꝙ in loco vbi frequẽtius cõmittitur aliquod delictũ qđ etiã de sui natura nõ est punibile ad mortẽ,põt augeri pœna,ita ꝙ punitur inter dũ pœna capitali ad mortẽ,vt facit text.in l.j.ibi,puniunt̃ autẽ durissimè,nõ vbiq; , sed vbi frequẽtius est id genꝰ maleficij. ff.de abigeis. ex quo textu colligit̃, ꝙ frequentia delicti in vno loco facit vt pœna augeri possit.Idẽ ergo in tẽpore,si vno tẽpore magis frequẽter delictum potest augeri pœna,arg. eorũ quæ dicit Bal.in l.j.§.j.C.de cadu.tol.vbi dicit ꝙ sicut numerus obseruat̃ tẽpore & loco:ita iurisperitus,ita ꝙ vno tẽpore ꝓpter frequentiam delicti vna lex est bona,quę alio tẽpore nõ esset:& ideo secũdũ frequẽtiã delictorũ,vt mali terreãtur, põt princeps augere pœnã à iure introductam, ꝓut fecit anno dñi M.CCCCXXXVIJ.vbi ꝓpter frequẽtiã falsorũ testiũ & notariorũ imposuit ex dicto pœnã mortis indistinctè cõtra tales.† ¶Vide multa de perseuerantia & diuturnitate peccãdi p do. Rochum de Curte cumulata in sua repetione c. fi.de cõsue.in j. not. & vide Bonifaciũ de vitalinis in tract. suo maleficiorũ,tit.de pœna fal.monet.& vide In.cõsi.suo lxxviij.in principio. vbi quædã dicit ad prædicta,sed in fine videtur excusare,& dicit quædam quæ sunt multũ notanda. Et adde multũ in materia delictorũ,† ꝙ reiteratio præsupponit deliberationẽ.gl.in c.si qs iratus.ij.q.iij. Curtius in consi.lv.in vj. col. qđ facit multum cõtra illos qui bis aut ter percutiũt aliquem. ¶Vide Io.de platea in l.fi.C.de primice.lib.12.

11 Reiteratio præsupponit deliberationẽ.

ADDITIO. Vide ad hoc Ioan.lupum in repetitio. rub.de donatio.inter virũ & vxorẽ.§.xv.ver,verũ circa istas donationes.nu. xij. vide etiã Guil. Bñdicti in repe.c.Raynu.ĩ verbo,& vxorẽ nomine Adelasiã,nu. 991.& 992.de test.vbi dicit ꝙ iniuria verbalis facta in absentia de cõsuetudine Frãciæ nõ est punibilis, nisi sit reiterata, qm̃ reiteratio in hoc reddit illã punibilẽ ꝓpter reiterationẽ,ex qua præsumit̃ deliberatio. Vide Hippo.de Marsi.in consi.suo cxiij.nu.2.3.& 4.†

ET ideo dicit dominus Iacob.de sancto Georgio excellens doctor, quòd debet augeri & reiterari reiteratione delicti.& ita dicit in l. quicunque. C. de seruis fugitiuis.

ADuerte tamen ꝙ in ciuilibus,etiam vbi est reiteratio quæ præsupponit deliberationem,tantum potest reuocari confessio reiterata,vt tenet singulariter idẽ do.Iacobi.in l.j. C. de errore calculi.quod dictũ est multũ notabile in practica ad hoc vt etiã confessiones reiteratæ possint reuocari.& ꝓ certo ille egregius doctor est multũ singularis in practica, quẽ præ manibus practici & postulantes semper deberent habere , quoniam optimas decisiones habet in practica. Etiam illa decisio facit ad sustinendum rescisiones cõtractuum:etiam licet quis bis & ter & deliberatè contraxerit,quoniam sicut in confessione, si semper sit error , semper potest reuocari , ita in contractu si semper sit deceptio & dolus , semper potest rescindi,& pars releuari.

SEd vt videmus , fur pro secundo furto punitur ad mortem per cõsuetudinem: quod non est de iure: † quid dicendum est de forensi qui commisit secũdũ furtum in hac patria , an punietur pœna nostra consuetudinaria,& sic ad mortem:an secundum dispositionẽ iuris scripti , scilicet illius iuris cuius est origine? dominus meus Ias.post Bar. & alios plenè disputat in l.cunctos populos,in ij.lectura.in xv.col. C. de sum.tri.& fide ca. vbi videtur tenere quòd nõ sit puniendus pœna nostræ consuetudinis , sed pœna iuris communis. Maximè dicit hanc esse obseruandam in iudicando.Vide Ang.de Aretio in tractatu maleficiorum,in verbo,existens Florẽtiæ. in prin. & Cẽpolam in repe.authen.sed nouo iure,in pe.charta.C.de furtis. Albertum Brunum in suo tractatu de constitutionibus,in verbo,fur furtum.in prin.†

12 Forẽs committens secũdũ furtum in hac patria, qualiter puniẽdus.

IN TEXTV IBI,
Il en perdra la vie.

SI tamen primum & secundũ nõ excedant summã decẽ librarum, non debet furca suspendi:vt tenet Alex.in consi.suo xcj.in iiij.vol.& in cõsi.cx.in j. vol.

ADDITIO. Sed quia ista pœna videtur esse maior quàm sit pœna iuris:an dux Burgũdiæ tũç potuerit illam statuere & ordinare, cogita ex his quæ dicit Matth.de afflictis in præfatione cõstitutionum regni Siciliæ,in vij.q.¶Aduerte quòd non illam statuit.sed quia cõsuetudo illa iam ita ordinauerat & statuerat, statuit & ordinauit consuetudinem esse obseruandã. Aduerte tamẽ quòd istud debet intelligi dummodo verè probetur,& non præsumptiuè,quoniam in furto maximè inter alia delicta probationes debent esse luce meridiana clariores , & necessariò debent concludere,non præsumptiuè:vt tenet Hippol.de Marsi. consi.suo xlvj.nu.xiiij.& in consi.xl. nume. xxvj. vbi allegat Bar.in consilio liiij.& Cumanum in cõsi.viij. † ¶ De hac consuetudine vide Bar. Cẽpo.in consi.xl. in xiij.col.circa.medium.vbi dicit† quòd consuetudo habet potestatem in sanguine hominis.

13

14 Cõsuetudo habet potestatem in sanguine hominis.

NOtanter dicitur, *il en perdra la vie,* quia ista verba in condemnatione capitis ponũtur per iudices:scilicet quòd caput amputetur , ita quòd anima separetur à corpore. Solent cm̃ dicere Mediolanẽses: caput à spatulis amputet̃,ita quòd moriatur : sed pro certo mihi videt̃ quòd verba,ita quòd moriatur,sunt superflua : cùm si ei caput à spatulis amputetur,si velit mori quòd moriat̃:si nolit, faciat quod poterit. Et ideo dicebat quidã bonus socius: tolle caput à spatulis,& si velit aufugere,aufugiat. ¶ Rationẽ quare ponunt̃ talia verba ponit Andre. Siculus, dictus Barba. in consi. suo lxxij. col. xj. in ij. vol. Et vide Lucam de Penna.in l.j.C. de defenso.lib.xij.& ibi ponit quæ sit maior pœna , an furcarum , an capitis amputatio. Et etiam ponit de quæstione singulari : de illo qui fuit condemnatus ad mortẽ , sed euasit è manibus spiculatoris , & verisimiliter præsumit̃ miraculosè, an debeat iterũ suspendi: & ibi arguit plenè ad partes:tandem concludit quòd non , etiam si ponantur verba supradicta in sententia,videlicet, ita quòd moriatur.

Nam

2 Simplex condẽnatio capitis intelligitur de mitiori.

NAm simplex † condemnatio capitis intelligitur de mitiori, scilicet de exilio: cum appellatione pœnæ capitis simpliciter non intelligatur de morte naturali. Ita tenet Io. And. in c. quanto. de iureiu. in nouel. Io. de Imo. in l. ij. ff. de publ. iud. Alex. in consil. ciiij. in ij. col. in j. vol. do. meus Iaſ. in l. transigere. C. de tranſact. Plenè per Fran. de Are. in c. qualiter. & ij, §. ad corrigendos, in iiij. col. de accuſa. & per Feli. in c. ex literis, in x. col. de conſtitu.

ADDITIO. Vide amplè Hipp. de Marſil. in practica cauſarũ criminaliũ, in verbo, opportunè. nu. 39. ¶ Qũo fiet iſta condẽnatio, an furca ſuſpendi debeat, an ei debeat abſcindi caput? videreꝫ ꝙ potius debet ei abſcindi caput, quia abſciſio capitis eſt minor pœna, & mitior, q̃ pœna furcarũ, vt dicit Bar. in l. capitaliũ. §. ſerui. ff. de pœnis. Et bñ facit ille tex. in prin. & hoc in Italia ſecũdũ Bar. in l. deſertorẽ, in prin. ff. de re mili. & not. Bal. in c. j. §. ſi ruſticus. de pace tenen. & ꝓbatur ex his quæ ponit Bal. ĩ l. oẽs. C. de delato. li. x. Cuius dicta refert Io. de Anania in c. fi. de colluſio. detegen. Et ideo eligi debet, cùm in pœnalibus mitior ſit ſequenda. l. interpretatione. ff. de pœnis. ¶ Sed tu dic

3 Furcarũ pœna propria eſt furum.

† ꝙ pœna furcarũ eſt ex cõſuetudine generali Frãcię introducta cõtra fures, quæ quidẽ eſt ſeruãda, nec eſt verum ꝙ ſit maior pœna q̃ pœna abſciſionis capitis, maximè in Francia & Gallia, quicquid dicat Bar. in d. l. deſertorem. & Bal. in conſi. ccccxxvj. incip. Præmittendũ eſt ad euidentiã, in j. vol. Et per plura cõcludit Soci. in conſi. clvij. vbi latè diſputat, an homicidiũ ſit maius & grauius quàm furtũ. Et quòd fures ſuſpendi debeãt ꝓbatur ex iure antiquiſſimo, exẽplo Iudæ, de quo ſcriptũ eſt Ioan. xiij. ꝙ fur erat & latro, habẽs loculos: & ea quæ mittebãtur portabat, q̃ tandẽ laqueo ſe ſuſpendit. Mat. xxvij. & eſt text. in l. capitaliũ. §. famoſos. & ibi Bar. ff. de pœnis. Et ita communiter cõcludũt doctores in authen. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi. ¶ Imò ſunt ſuſpendendi in locis in quibus furta ſunt perpetrata, prout voluit expreſsè Spec. in tit. de compet. iudi. additione. §. vj. verſic. vj. vbi ad hoc plura iura allegat. facit l. j. C. vbi de crimine agi oportet.

ADDITIO. Et executiones criminoſorum debent fieri publicè & non occultè, niſi ex licentia principis, & ad requiſitionem parentum, vt tenet Mat. de afflictis in conſtitutione regni Siciliæ, quæ incipit, monarchiam. in vj. nota. in ij. lib. † ¶ Multi alij ſunt caſus in quibus quis debet furca ſuſpendi, de quibus ꝓ Bal. in c. j. §. iniuria. de pace iura. firman. & ꝓ Albertum de Gandino in tractatu maleficiorũ. in tit. de pœnis. in xxiiij. colũ. & ibi etiã ponit xv. caſus in quibus q̃s cõburitur. Quos etiam vide per Salicet. in l. vnica. C. de Nili aggeribus non rumpendis. qui ſunt ſequentes.

QVæritur nunc an tales firmarij,ſeu admodiatores poſſint componere de delicto commiſſo per aliquẽ in eorum iuriſdictione in qua habẽt emẽdas? Videretur quòd ſic,quantũ ad emendã lxv. ſolidorũ eis cõpetentẽ,dummodo in maiori remittatur ad tribunal balliui,quia in hoc nulli generatur præiudiciũ aut intereſſe.Sed tamen credo contrarium, imò hoc caſu promotor ſeu procurator, vel firmarius, ſeu admodiator hoc faciẽs grauius debet puniri quàm accuſator deſiſtẽs, quia vltra ea poteſt dici cõcuſſor, & punietur vt concuſſor.l.j.ff.de concuſ. & pœna Turpilliani,& grauiùs.de hoc eſt caſus in l.ab accuſatione.§.nunciatores.ff.ad Turpill.& ibi gl.& Bart.facit. l.j.C.de decurio.ex quibus iuribus cõſtat,quòd † cõ 132 Compoſitiones caſtellanorum prohibitæ.
poſitiones caſtellanorum,promotorum,& firmariorũ non ſunt laudandæ,imò etiam reprobãdæ, etiã ſi remittãt ad Balliui tribunal,quia ſunt prohibitæ prę dictę cõpoſitiones.d.l.ab accuſatione.Videatur Guido papæ.q.cccxxvj.De iure.vbi dicit quod tales compoſitiones reprobantur.dixi ſuprà in hoc eo.§.in gl. *à l'arbitraige du iuge*.Et q tales compoſitiones reprobẽtur,eſt ordinatio regis Caroli. vj. de qua Maſueri° in tit.de accuſat. quam allegat G. Benedicti in ſua repetitio.c.Raynuti°,in verbo,mortuo itaq; teſtatore. j.nu.cxvj.de teſtam.¶An cõpoſitiones ſuper delictis, & in quibus,& quibus de iure canonico fieri poſſint vide Lucam de Penna.in l.j.col.xviij.cum iiij. ſeq.C. de deſer.li.xij. & Paridẽ de puteo in tractatu de ſyndicatu.in verbo,compoſitio.†¶Aduerte etiã ad vnũ quòd compoſitio ſemel facta non poteſt augmẽtari, etiam ſi ſit compoſitio in guerra facta cum priſonerio.vide Guido.papæ.q.cxiij.In facto guerrarum.

ET tales officiales debent remittere maiori iudici ſeu balliuo ſic nunciatos,à quibus debent percipere iura conſueta.l.diuus.*la ſeconde*.ff.de cuſto.re.Et in hoc caſu ſolent procuratores aut caſtellani facere informationes,quas tenentur demõſtrare iudici,qui eas penes ſe tenere poteſt ſecretas, nec tenetur oſtẽdere parti.Poterit tamen procedere ſine informationibus,ſi non fuiſſet oppoſitum,vt dicit Io.Fa.inſti.de publ.iudi.in prin.Sed hodie procurator nõ poteſt alĩ quem trahere in iudicio ſine informationibus, per ordinationes regias.Et dicit Io.Fab.in d. loco, quòd iudex hoc poteſt,etiã ſi procurator nolit,& †proceſ- 133
ſus factus contra procuratorem non vocatum valet. tutius tamen eſt,vt dicit,quòd vocetur,ſed per ordinationes regias non poſſent,quę ſunt poſt Ioan.Fab. & deciſiones iuris per eum alleg.

SEd adhuc pro complemento huius gl.videndũ eſt de duobus.Primò,nũquid bona cõdẽnati ad mortẽ pro furto,ſecundũ conſuetudinẽ veniãt cõfiſcãda. Secundò,ſi veniãt cõfiſcanda, an ſi condemnatus ad furcas habuerit gratiã à principe, recuperet bona ẽt alienata.Itẽ,quod forti°, an recuperet bona exiſtẽtia in territorio alicuius domini habentis altam iuſtitiã, quæ ſunt ei quæſita per ſententiam iudicis.¶Ad primum,videlicet†nũquid bona condemnati ad mortẽ 134 Bona de furto cõdemnati à cõfiſcẽtur.
pro crimine furti ſecundum conſuetudinẽ noſtrã veniant & poſſint cõfiſcari Bal. in l.iij. poſt mediũ.C.ſi penden.appell.mors interue.dicit,ꝙ quãdo quis cõdẽnatur ex crimine nõ enumerato inter publica crimina,de quibus in l.j.& ij.& per totũ.ff.de publi.iudi.nunquã venit publicatio vel confiſcatio bonorũ. per gl.magnã,quã reputat ſing.quæ eſt in l.ij.C. qui teſt.

test.fac. pos. ¶ Hinc dicit Bal.in tit.de pa.Constan.in ver.criminalibus,ꝙ cõdemnatus ad mortẽ pro furto ex forma statuti,& sic pro crimine priuato,non patit̃ publicationem bonorũ. Fortius & generalius dicit
135 idem Bal.in d.l. ij. ꝙ † condemnatorũ ad mortem ex forma statutorũ bona nunquam publicantur,nisi nominatim in statuto caueatur,qa secundũ eum omnia statuta sunt leges priuatorum iudiciorum,& in condemnatis priuato iudicio non venit cõfiscatio bonorum. & ideo infert,quòd non est necessaria prouisio. auth.bona damnatorũ. C. de bo. proscrip.Ista refert & sequitur do.Ias.in d.l.ij.in pen.& vlt.col. qui testa. fa.pos.Ex quibus videtur dicendum,quòd bona condemnatorũ ad mortẽ pro furto, ex consuetudine nostra non sunt confiscanda nec publicanda.Et Soci.in
136 *Confiscato corpore cõfiscãtur & bona.* cõfi.suo clvij.inci.præsens consultatio.in iij.col. † Et istud mihi videtur de iure,nec obstare videtur alia cõsuetudo,quæ est in proximo sequente tit.§.j. quæ videtur facere regulã,ꝙ confiscato corpore,confiscantur & bona,quia ad illam respondeo duobus modis.

PRimò, ꝙ non dicit,quòd confiscato corpore debeant & bona confiscari, sed quòd qui habet potestatem confiscandi corpus, habet potestatem confiscandi bona. Qui autem sint qui habẽt potestatem confiscandi corpus,dixi suprà in rub.&sunt illi iudices qui habent merum & mistum imperium: publicationem autem bonorũ cùm sit meri imperij nemo potest facere,nisi hoc expresse habeat à principe.Bal. in l.fi.ff.de offi.præsi. dicam latiùs infrà in dicta consuetudine,multum enim diuersa sunt & separata,er-
137 go de vno ad aliud non fiat illatio,† cùm ex separatis non fit illatio.l.Papinianus exuli.ff.de mino.

ITem,quando dicit illa consuetudo, ***qui confisque le corps,il cõfisque les biens,*** debet interpretari & intelligi secũdum ius cõmune.l.ij.C.de noxa.c. cum dilectus. de cõsuet.cũ vulg.allegatis per do.meũ.Ias.in l. omnes populi.in ij.lectu.in pe.col.ff.de iusti. & iure. & in l.iij.in iiij.col.C.de iu.emphy.Panormi.in c.causam,extrà de rescript. Vt ergo interpretetur secundũ ius cõmune,dicẽdum est sic,***qui confisque le corps,il cõfisque les biẽs,*** in casibus in quibus de iure bona veniũt cõfiscanda,cõfiscato corpore. sed sic est ꝙ de iure cõmuni bona cõdemnati ad mortẽ pro furto,ex statuto vel consuetudine non veniunt confiscãda, igitur &c.

QVicquid tamen dicatur,video communem esse obseruantiam in Burgundia,quæ hoc habet, ꝙ vbi confiscatur corpus, confiscãtur & bona,etiam in furto. Et non fundant se iudices nisi super illa consuetudine, ***qui confisque le corps, il confisque les biens,*** quæ quidem communis obseruãtia obseruari debet, & à qua non est recedendum. Et satis pro prædicta consuetudine videtur facere textus in l. eius qui.§.hi verò.ff.de testa.dicam latiùs in d.§.j.

138 *De bonis confiscatis gratiam à principe obtinentis.* POsito tamen†quòd bona confiscantur,vel ponamus ꝙlata sit sentẽtia contra aliquem de homicidio,ex quo bona veniũt cõfiscanda, vel de quocunq; alio cõdemnatus habeat gratiam à principe, nũquid bona iam alienata debeãt restitui per talem gratiam. ¶Item nunquid bona acquisita per dominũ habentẽ altã iustitiã in aliquo territorio vbi boni condẽnati, aut pars reperiũtur, veniant restituenda habenti altã iustitiã.¶ Quãtum ad primum conclude, ꝙ princeps simpliciter restituens,aut remittens pœnam,nõ intelligitur restituere ad bona.ita loquitur text,in l.ij.& l. fi.C.de senten.pas.Aut remittit delictũ,& tunc restitutio nõ trahitur ad bona alienata, aut in alium trãslata,vt est in casu nostro secundo, ***qui cõfisque le corps, il confisque les biẽs,& appartient la confiscation.*** nam cõfiscatione facta, talia bona existẽtia in territorio domini habẽtis altam iustitiam,trãs feruntur in cũ.& in tali restitutione nõ veniũt talia bona existẽtia in territorio domini habẽtis altã iustitiã.ita loquitur gl.& Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posth. Ratio eũ est,quia princeps ꝙ simpliciter restituit ad bona,nõ intelligitur velle tollere ius alteri quęsitũ,l. ij.§.meritò.& §.si quis à prĩcipe.ff.ne qd in loco pub. c.ex multiplici. extrà, de deci. sed ad bona quæ non sunt alienata in aliũ, bene intelligitur restitutus. ita loquitur tex.in l.j.C.de sentẽ.pas. in fi. Bal. in hoc sic distinguit, Aut alienatio bonorũ quæ fit ꝓcedit immediatè ex virtute sentẽtiæ,puta in casu dictæ cõsuetudinis, ***qui cõfisque*** &c.quia statim lata sentẽtia bona existentia in territorio alicuius domini habẽtis altã iustitiam sunt ei acquisita, & in ipsum trans ferũtur: Et tunc isto casu bona retractãtur.p l. siue patronus. ff.de iure patrõ. Aut verò alienatio ꝓcedit ex alio titulo,puta si post cõfiscationẽ fiscus vẽdit vel donat, vel aliter alienat bona cõdemnati,& tũc bona nõ retractantur.& ita debet intelligi l.j.& ij. C.de senten. pas.& ista est distinctio Bal.in l.Gallus.§.& quid si iã tum.ff.de li.& posth.referẽdo dicta.Ista distinctio nõ approbatur, imò reprobat̃ per doct. maximè p Are. in d.§.& quid si tantum.in x.col.ff.de lib.& posth.dicã latius infrà de hac distin.& vide in hoc Ioan. Fab. in §.cum autẽ insti.quibus mo. ius pa.po. solui. vide de hac q.Bal.in tit. hĩc finitur lex, deinde cõsuetudines regni incipiũt.in fi. principij, in vsibus feudorũ, vbi ponit de illo qui fuit condemnatus ad mortẽ, & postmodum cum duceretur ad furcas,habuit gratiã, an recuperet bona.Dicit idem Bal.in l. nec damnosa. ibi,secundum exemplum.C.de preci.impe. offe. † ꝙ 139
si quis impetret gratiam à principe super pœna iam exacta per fiscum, & nõ faciat mẽtionem de exactione,reſcriptum tale est nullum ita etiã tenet Feli. in c. postulati.col.iiij.extrà,de rescriptis.

LImita tamen prædicta inquantum dixi in principio,ꝙ si princeps restituat aliquem ad bona,† ꝙ 140 *Restitutus ad bona,an capere fructus.*
bona quę nõ sunt alienata recuperat,quod nõ intelligitur in fructibus,quia fructus nullo casu recupat, quãdo sunt percepti,etiam si nõ fuerint alienati,tex. est in auth.idem est de Nestorianis.C.de hæreti. quẽ tex.reputant sing.Imo.Ang.& Alex.in l.Gallus. §. & quid si tãtum.ff.de lib.& posth. & Ludo.Roma. in l. iusiurãdum quod ex cõuentione. §. procurator.in ij. col.ff.de iureiu.& istud idẽ tenet Bal.in l.j. circa fi.C. de cõue.fisci debi.lib.x,& Ang.in §.si quis de parentibus.in auth.vt cum de appel.cog. Bal.in c. domino guerram.in tit.hĩc finitur lex.& in l.fi.in vij.col.C.de sen.pas.& in l.nam ad ea.ff.de legi.Bald.in consil.suo ccclix.in j.parte.Do.meus Ias.(qui nunquam habuit, nec adhuc habet, nec quoad viuet habebit animum quietum, sed semper seruatur aliquid) voluit impugnare istam doctrinam per tex.multũ vrgentes. dicit enim in l.fi.in iij.col.ff.de constit.prin. licet enim nõ inueniam aliquem in hoc contradicere,tamẽ semper dubitaui quòd istud nõ sit verum.& in d.§.& quid si tantum.in x.col.dicit, ꝙ ipse aliãs sæpe.& nũc putat posse tenere cõtrarium quòd imò restitutus ad bona simpliciter, non solum recuperet bona nõ alienata, sed etiam fructus,dato quòd de fructibus nihil diceretur,per tex.multum clarum,in l.videamus.§.in fauiana.ff.de vsur. in ratione sui, vbi formaliter dicit. Nã verbum,restitutus, habet plenã interpretationẽ, vt fructus quoque restituantur,ad idem põderat tex.

in l.in

BIU Cujas

in l.condemnatione.§.j.ff.de reg.iur.& text.in l. & ex diuerso.§.j.ff.de rei vend.nec dicendũ est (vt dicit dominus meus) quòd in illis legib.verbũ,restituas,proferatur à lege,quia idem quãdo profertur à principe, cùm princeps sit lex animata in terris,§.pen. in auth. de cõsulibus,colla.iiij.gl.in l.more.in gl.ij. ad finẽ. ff. de iurisd.om.iudicum.

141 *Verbũ restituo simpliciter prolatum, quid importat.*

SEcundò & notabilius dicit,† ꝙ quãdo verbum,restituto,profertur simpliciter,etiã à iudice, intelligitur etiã de fructibus,quanuis nihil dicatur.vndè dicit Bal.in rubr.C.de fructi.& li.expen.ꝙ si iudex vtatur verbo,restituo,intelligitur etiam condemnare ad fructus.ita dicit esse tex.in d.§. in fauiana.

TErtiò,pro opinione prẽceptoris mei videtur mihi esse tex.multũ no.ad hoc,& huius materię declaratiuus in l.quod si minor.§.restitutio,ff.de mino. vbi dr, si aliqs reperiatur circũscriptus propter quod sit restitutus,iudex debet iubere ꝙ res & fructus sibi reddãtur.¶Faciũt quæ dicit Philip.Deci⁹ in regula iuris,in cõdẽnatione.§.cũ verbũ.ff.de reg.iur.& quæ dicit Curtius senior ĩ cõs.suo 50.inci. memoriæ recolẽdæ,in antepe.col.ver.ex qbus omnibus.†¶Ecce ergo qũo verbũ, restituo, simpliciter prolatũ,intelligitur etiã de fructib.Et ad tex.in dicta auth.idẽ est de Nestorianis.rñdet idẽ do.meus hoc modo,ꝙ ibi est casus q põt dici specialis in hæretico,cuius bona agnatis applicãtur,si postmodũ hæreticus reuertat ad bonã fidẽ,lex ibi expresse statuit,quòd fructus nõ recuperet. vndè ex illo tex.ita expresse loquẽte, nõ est licitũ arguere,& ita generaliter,vt faciũt doc.& istud tenet ꝓ vero do.meus in dictis locis. Mihi vr ꝙ ille text. non meruit allegari ad illud ꝓpositũ,sed ꝓ opinione do. mei debuit allegari, cũ rectè intuẽtibus potius ꝓbet opinionẽ suã quàm aliorũ doctorũ.Nã dicit tex.si cõuersi fuerint restituẽda quidẽ sũt bona,sed absq; rõne fructuũ.põdero dictionẽ,sed absq;, quæ de sui natura videtur importare quãdã diminutionẽ de dictis præcedẽtib⁹,cũ aliquali restrictione seu modificatiõe dicti præcedẽtis.Cũ ergo præcedẽtia viderẽtur debere intelligi,ꝙ per verba prædicta omnia deberent restitui ex terminis ꝓpositis tamẽ ponitur modificatio in illo casu speciali, vt fructus q licet restitui deberẽt appellatione restitutionis tãtùm, tñ in hoc casu non restituẽtur.Per hoc mihi vr quòd ille textus multùm bene facit,ꝙ restitutio simpliciter extendit ad fruct⁹.

142 SVm nũc in alio † articulo,ponamus quòd restitutio fiat per principẽ,etiã in bonis iã alienatis, nũquid trahatur ad bona acquisita domino altæ iustitię per cõsuetudinẽ,vel alio modo. Ioã.Fab.in §.cũ autẽ, insti.quib.mo.ius patriæ potestatis soluitur,videt tenere ꝙ nõ.veritas est quod subsistente causa fieri põt, ꝙ si fiat restitutio ad bona ad aliũ trãslata etiã alienata,ꝙ recuperantur iam alienata,& in aliũ trãslata, ita tenet Bal.in l.quicũque.C.de fide instrum.sed his tẽporibus paucæ fiũt gratiæ, seu restitutiones tales: qa semper vidi appositum in gratiis. ***Et l'auons remis & restitué,remettons & restituons, à sa bonne fame, & renõmée,au pais,& ses biens non confisquez.***

143 *Plenissima gratia,quid importet.*

ADuerte etiam ad prædicta, † ꝙ quãdo dicitur in gratia,plenissimam tibi gratiã facimus, ita ꝙ nihil possit obiici de delicto,quòd recuperat omnia bona iã alienata,& in alium trãslata.ita Car.& Imo.in c. quia diligẽtia, extrà,de ele.Fel.in c.fin.in iiij.col. extrà,de consti.dom.meus Ias.in d.§. & quid si tantùm, referendo motiua do.Car.& Imo.qui mouẽtur. nam licet princeps nõ ꝓssit auferre ius quæsitum tertio, tamẽ ordinare põt ꝙ ille tertius nõ audiet à suis magistratibus.†¶Clarũ est eñ ꝙ princeps potest moderare & limitare iurisdictionẽ suorũ magistratũ.l.ij. ff. de ori. iur. Et sic talis restitutio per indirectũ valebit quo ad bona alienata, qa ille tertiꝰ nõ audiet à magistratibus volẽs hoc allegare. & dicit do. Car. ꝙ ita de facto obseruatur.& Ale.in d.§. & quid si tãtùm, dicit ꝙ est vtilissimũ verbũ,vt scias formare gratiã seu restitutionẽ pro amico.sed nõ credo ꝙ istud sit verũ, quia sequerent duo absurda.vnũ scilicet ꝙ fieret ꝓ indirectũ,quod videtur fieri non posse per directum, cõtra c.tuæ.de ꝓcur.gl.in c.j.de consan. & affi. Bal.in l.j. ff. de cõst.pec.do.meus Ias.in l.omnes populi, in xj. col. ff.de iusti.& iur.Aliud,ꝙ dominus,seu princeps,non administraret iustitiam, ad quod tamẽ tenetur Spec. in tit.de feudis.§.quoniã,versi. decimoseptimo, prope finem. Dixi suprà in §.præcedenti.in j.gl.

144 *Princeps limitare potest iurisdictionem suorũ magistratuum.*

ITem aduerte,† si princeps diceret,facimus tibi gratiam, ista verba solum importãt simpliciter indulgentiam & remissionẽ pœnæ, nõ autẽ restitutionem bonorũ,vt cõcludit Sal.contra Bart.in l. fi. ad fi.C.de sen.pas.†Et si dicat,facimus tibi plenã gratiã,tũc recuperabit restitutus bona, dũ tñ nõ sint alienata per fiscum.ita Bal.in tit.de pa. Constan.in ver.plenitudine gratiæ nostrę recipimus.& ita tenet do.And.Sicu.dictus Barb.in repe.c. testimoniũ, in pe.charta de testi. & in c.eã te. in xij.col.de rescriptis. do. meus Ias. in l. posthumo.in vlt.col.C.de bo.pos.contra tab.& in l.si tibi decem.§.quædam.ff. de pactis.

145 *Verba, facimus tibi gratiã, quid hîc importent.*

ADde etiã quòd idem si dicatur in gratia, cãcellẽtur cõdẽnationes,& delicta cõmissa ꝓ talẽ supplicantẽ de gratia facta eidẽ supplicanti, ꝙ oĩa bona etiã alienata ꝓ fiscũ, vel in alium trãslata recuperabuntur per sic restitutum. ita tenet Petr.de Anc.in consi. suo ccccviij.incip.in Christi nomine,probata tanta vi.qđ alle.Felin.in c.super eo.in ij.col.de offi.dele.sed malè allegat,quia allegauit consi,cccc,quãdo autem gratia facta per principem imponeret plenam cõcessionem vel simplicem,vide Fel.in c.inter.in pe.col.in versi.limita secundò,nisi restitutio.de maio.& obed.

ADcasum nostrũ suprà positũ in specie cõdescendẽs, videlicet qđ de bonis statim acquisitis post cõdẽnationẽ quæ acquirunt dño illius territorij vbi reperiũtur,habẽti tñ altã iustitiã,vt dicit tex. nræ cõsuetudinis.in §.j.j. *des cõfiscations.* Dic ꝙ si fuerit restitutus ad bona simpliciter, recuperat etiã illam, cùm ius quæsitũ illi dño trahat effectũ à condemnatione. Ita Bal.in d.§.& qđ si tantũ.vbi per Ale.& do. meum Ias.Ita Feli.in c.inter.ext.de maio. & obe.in prima limitatiõe,q plura ad hoc alle.maximè Anc.in c. q̃is, in ij.col.de rescri.in vj.& in cons.ccccviij. hîc antè alle.& Bal.in l.si pater.ff.de adoptio.& Ægidiũ de bella mera in decisio.suis deci.743. inci. Cõclusio patet. Mouentur per tex.in l.fi.in prin. C.de sen.pass.& ista est prima limitatio Feli.ad regulã,ꝙ restitutus simpliciter nõ recuperat bona iã alienata. aliã secũdam hîc antè satis tetigi ex deductis.¶Sed in hac nostra patria vbi hæ gratiæ & restitutiões practicant, vbi apponũtur ista verba, *de nostre grace speciale, pleine puissance, & authorité royalle.* quid important hæc verba? dicerem importare restitutionẽ bonorũ nõdum alienatorum per dictum Bal.in tit.de pace const.in verbo,plenitudine gratiæ nostræ.etiam si iam essent cõfiscata, & fisco applicata per condemnationem, nisi essent verba quæ cõmuniter solent apponi in gratiis seu remissionibus.de quibus antè dixi, *& ses biens non confisquez,* ergo si fuerint iam confiscata per condemnationem factam per iudicem,non est ad illa restitutus.

BIU Cujas

147 Restitutus gratia principis an recuperet officium.

NVnquid † autē si restitutus recuperet officiū. Io. Fa. in d. §. cū autē, instit. mādati. dicit ꝙ si delinquat in officio, & restituatur seu fiat ei gr̄a per principē, nō recuperat officiū. l. si aliquid. C. de suscepto. & arca. li. xij. qñ aūt non delinquit in officio, secus quia princeps, vt dicit, dare & tollere officia ad volūtatem potest. Non credo hāc rōnem esse veram de iure, quia officia principis, etiā licet dētur ad bñplacitū principis, sunt tñ ꝑpetua, vt dicit do. meus Ias. in l. de pupillo. §. si qs ipsi prętori. in v. col. ff. de no. ope. nunc. & in l. principalibus. in ij. col. ff. si cer. pe. vide Fel. in c. ex literis. in vj. col. de consti. nec solent in Francia tolli sine causa, & nisi quis in officio delinquat. ¶ An † autē

148 Quæstio.

restitutio degradati, & priuati beneficio trahat̄ ad beneficiū, vide do. meum Ias. in l. si tibi decem. ff. de pac.

SEd quęro, dicit̄ hīc ꝙ fur cōmittens duo furta &c. debet ad mortē cōdēnari, nisi habeat gr̄am à principe, qd si cōtra aliquē furē fuerit ꝓcessū, & fuerit talis fur, aut cōuictus, aut cōfessus, quo casu lex tūc infert pœnā & irrogat. l. j. in fi. ff. ad Turpi. an hoc casu princeps possit dare gratiā? nā talis sic condēnatus nō audit̄ appellās. l. ij. C. quorū appel. nō reci. Sed ex quibus causis & in quib. nō pōt appellari, in illis & ex illis nō pōt in integrū restitutio peti, & dari. gl. est no. ī verbo, reformationē. in l. vnica. C. si de monē. pos. facit l. prǽses. à cōtrario sensu. ff. de mino. & not. in l. illud sciendū. §. fi. ff. de app. ideo vī ꝙ hoc casu nō ꝓdet rit talis gratia seu restitutio. † sed ex quo in Frācia de

149 In Frācia omni appellatione defertur.

cōsuetudine generali totius regni in foro seculari omni appellationi defertur, scdm gl. Pragmaticæ sanctionis. in ti. de friuolis appel. in c. j. §. quodq; in gl. in verbo, iniustè. nisi in certis casib⁹ exceptuatis p ordinationes regias, scilicet in causis recredētiarum, id est beneficiorū ꝓuisionaliū in multis casib⁹, & in causis vbi cōdēnatio nō excedit summā vigintiquinq; librarū Turon. Sic ergo cū talis sic cōuictus & cōfessus pos sit appellare in Frācia, ita ēt pōt ei fieri gr̄a, & ad min⁹ nō ꝓhibetur, & ēt dicere contrariū esset disputare de potestate principis, & dubitare, ex quo inciditur ī crimē sacrileg. l. ij. C. de sacrileg. & iura in contrariū alleloquūtur in restitutiōe in integrū aduersus cōtractū, vel actū cū priuato, in cuius prǽiudiciū nō debet illa restitutio prodesse, sicut nec illi prodesset appellatio.

ET qa, vt dictū est, istæ gr̄æ seu remissiones multū apud nos practicātur, videamus de modo practicādi, & interīnādi eas, & postmodu subiiciemus multas quæstiones ad ꝓpositū. Nā, vt videmus, semp diriguntur Balliuo loci vbi delictū est cōmissum, & facto narrato & exposito principi, princeps remittit & dat gratiā, & restituit exponentē quo ad famā & bona nō cōfiscata, deinde inserit hæc verba, *Si dōnons en mandement par ces mesmes presentes au baillif d'Autun, ou à son lieutenant, au pouuoir & iurisdictiō duquel ledict cas est aduenu. Et à tous noz autres iusticiers & officiers, ou à leurs lieutenās presens & aduenir, & à chascū d'eux, si cōme à luy appartiēdra, que de noz presens grace, quittāce, remiſsiō & pardō, Et de tout l'effect, & cōtenu en cesdictes presentes, ilz facēt, souffrēt & laissent ledict suppliāt iouyr & user, plainement & paisiblemēt, sans (pour occāsion dudict cas ainsi aduenu que dict est) luy faire, mettre ou donner, ne souffrir estre fait, mis ou dōné, ores ou pour le tēps aduenir, aucū arrest, destourbier, ou empeschemēt, en corps ne en biens, &c.*

Forma gratiarū.

¶ Et sic ex his mādatur iudici ad quē spectat cognitio, ꝙ illū impetrantē bñficio gratiæ vti ꝑmittat, cùm de potestate ordinaria, q̄ habet de crimine cognoscendi, delegat̄ p principē ad cognoscendū de veritate precū, qa in omni rescripto semp ineſt clausula, si preces veritate nitātur. toto tit. de prec. impe. off. C. & satis no. in l. j. C. e. ti. de qua clausula ponit amplè Fel. in c. ij. de rescri. & sic pro verificatione cōtentorū in gratia dirigitur seu delegatur cognitio aliquibus, vt dixi, q̄ hñt illā verificationē interīnare. Et in hoc est aduertendū, ꝙ ꝓcurator regius est citādus, q̄ pōt dicere cōtra gratiā ꝙ sit surreptitia, hoc est veritate tacita, & obreptitia, hoc est falsitate exp̄ssa impetrata. Et in hoc bñ debēt animaduertere impetrātes, ne dicāt mendaciū, & falsum exprimāt, cū falsus precator carere debeat impetratis. l. & si legibus. C. si cōtra ius vel vti. publi. & l. vniuersa rescripta. C. de diuersis rescri. Canonistæ. xxv. q. ij. c. dicēti. §. & si legibus. Et aliàs in casu emergēti dixi, † ꝙ ex quo q̄dā in impetratione gr̄æ dixerat 151 se nobilē, cū nō esset, ex quo falsum dicebat & exprimebat, vt dixi in ti. *des enfans de plusieurs lictz*, §. iiij. in gl. *entre gēs nobles*, in additiōe ibi posita inci. vide quę dicit Ioā. ꝙ gr̄a sua erat surreptitia, † cū princeps facilius p̄sumatur cōcessisse cā nobilitatis q̄ nō fecisset. 152 † qa intuitu nobilitatis parcit̄ delinquēti. c. fi. de pœnis. † & crimina nobiliū facilius occultātur. C. de diuersis off. l. ad splēdidioris. li. xij. & de vtroq; Luc. de Pē. in l. mulieres. in v. & vj. col. C. de dignitatib. ꝓpterea caueāt q tales gratias impetrāt. ¶ Quid aūt si qs in impetratiōe bñficij dicat se nobilē ex vtroq; parēte, & nō sit nisi ex vno: vel dicat se simpliciter nobilē, & nō sit, An talis collatio sit nulla, aut saltē tanq̄ falsus pcator carere debeat impetratis? vī ꝙ sic, ex supradictis. & ēt maximè † qa in bñficiis magis est ꝓuidendū nobilitati. vt no. Goffredus in sum. tit. de tēp. ord. §. sed circa hospitalitatē. in fi. ibi, in scdo casu cū nō pōt. Facit qd notat̄ ī c. de multa. de præbēdis. & in c. cū adeo, de rescriptis. & in c. cōstitutus. & ij. de app. & p gl. in l. societas. §. societas. ff. p soc. & qd̄ no. gl. in c. statuim⁹, in verbo, volumus esse priorē. de maio. & obe. Et dicit And. Bar. † ꝙ quātū ad ꝓuisionē bñficiorū nō est op⁹, 156 nec rēgritur ꝙ nobilis sit ita literatus sicut ignobilis, vt dicit dictus And. Barb. cōs. xxxiiij. col. xxj. in fi. in ij. vol. & Fel. in c. cū adeò. in col. fi. de rescrip. imò dicit idē Barb. in c. ad aures. de resc. † ꝙ impetratio bñficij 157 est nulla si nō exprimatur nobilitas, dicēs, † ꝙ facilius 158 lr̄æ reddūtur nullæ ad bñficia q̄ ad lites. ¶ Cōtrarium tñ mihi vī quò ad ꝓuisionē: qm vt tenēt Io. An. Abb. Pa. & alij in d. c. ad aures, de rescriptis. nō est opus in impetratione bñficij facere mentionē de nobilitate. si ergo fiat mētio & nulliter, nō nocet, cū sit regula generalis, † ꝙ vbicūq; aliquid de necessitate nō requiri- 159 tur, si apponatur, licet inutiliter, nō vitiat. gl. singularis in l. vinū. ff. si cer. pet. vbi do. meus Ias. in pen. col. Feli. in c. examinata. in vij. & viij. col. ext. de iudiciis facit qd̄ dicit idē Ias. in §. omniū. col. xxiiij. de actio. vbi tenet † ꝙ si iudex exprimat causam in sua sentētia quę 160 nō sit vera, nō tñ p hoc vitiabit̄ sentētia, cùm expressio causæ in sententia non sit de necessitate. † Quia tñ 161 fauor solius nobilitatis est sufficiēs causa ad causandā dispēsationem super pluralitate beneficiorum, secūdum Inn. & alios in c. dudum. *le second*. ad finē, de ele. ibi, Item si papa. & faciut notata in extrauag. Io. xxij. inci. execrabilis. & in d. c. de multa. si quis ad obtinēdam dispensationem super pluralitate beneficiorum dicat se nobilem, cùm non sit, rescriptum est subreptitium. consului in casu emergenti.

Si preces veritate nitantur.

IMò si cognitio non mādaretur p huiusmodi rescripta, nec in illis dicatur, si vobis constiterit, aut si ita repereris, aut si ita est, quæ omnes clausulæ importāt cognitionem causæ. Felin. in d. loco, sed mandauerit executionem tantū, adhuc de veritate precū inquiri oportet.

BIU Cujas

oportet l.& si non cognitio.C.si contra ius vel vtili. publ.Canonistæ,xxv.q.ij.c.dicenti.Et Inn.in c.de cętero.de re iudi.& ideo ista verificatio est necessaria. imò,qđ plus est,princeps eā tollere nō pōt etiā si consideretur gratia motu proprio. Ita dicit Bal. in l.fi. C. de legi.in d. l.& si nō cognitio.vbi amplissimè tractat quomodo ista clausula,si preces veritate nitantur, id est quātum ad decisionē. Et optimè declarat materiā rescriptorū subreptitiorū & obreptitiorū. ¶ Aduerte
162 tñ †ꝙ si procurator fiscalis vexet partes calumniosè, debet condemnari in expensis,dānis, & interesse de ꝓprio.Ita dicit Io.Fa.C.de admi.tut.l.non est ignotū. Guil.de monte lauduno in cle.sæpe.§.fi.de verbo.sig. & vide legem primā, vbi videtur de hoc tex.C.de curio,& statio.& Guido papæ singulari suo viij.& xxj.

Alimenta carceratorum.

ADDITIO. Aduerte tñ ꝙ carcerati debēt nutriri & alimentari corū expēsis,nisi sint ita pauperes ꝙ alimentari non possent,vt tenet idem Matt.de afflict. in cōst.regni Sici.quæ inc.humanitate.in xxij.no.i ij. li.

ET aduertendū est qa si aliqui lędātur,aut de præiudicio alicui⁹ tractetur,dñt tales citari,arg.l. nā ita diuus,ff.de ado.l.de vnoquoq;,ff.de re iud.& hoc, vt possit se defendere &dicere causas,quare illud fieri non debet.l.fi.C.si ꝑ vim vel alio modo,l.fi.ff.de nata. rest.l. neminerint.C.vnde vi.l.si deserta.C.si propter pub.pēsita.quæ defensio cū sit de iure natu.gentiū & ciuili.nō pōt ꝑ principē tolli.cle.pastoralis.de re iu.& si nō citarent quorū interest,interinatio lrārū regiarū seu gr̄arū,præsumeret clādestina.d.l.fi.C.si ꝑ vim vel alio mo.facit ar.c.si eps.de præb.in vj.imò si daret ius partis læsæ,rescriptū esset nullū secūdū iura prędicta. Istud em̄ non pōt facere princeps secūdū gl.not. quæ est fi.& ibi Bal.in l.venia.C.de in ius vo.vbi dicit Bal. ꝙ qñ ecclesia cōponit de delictis,nō itelligitur cōponere de pœnis,& iuribus singulariū ꝑsonārū. nō pōt hoc facere in præiudiciū singularis ꝑsonæ, cui ius est
163 *Princeps rescripto non potest remittere pœnā pecuniariā parti applicandam.* quæsitū.Vnde dicit do.meus Ias.ꝑ illā gl.† ꝙ prīceps per rescriptū potest remittere pœnā corporalem, aut pecuniariā applicandā fisco, sed nō pœnā pecuniariā applicandā parti.Et faciunt quæ dicit Ang.in l.si doceris.C.ad legē Corn.de falsis,ꝙ licet ꝑ statutū Perusij,in reuolutione stat⁹ crimina indulgeātur,ꝙ hoc intelligitur quo ad pœnā,non autem quo ad rei raptę persecutionē,ex quo multas robarias fecit restitui.Et idem etiā Ang. in d.l. venia, imò si pœna veniret pro parte applicanda fisco,& pro parte priuato, princeps non pōt alterare inuito priuato in prędiciū ipsius. Ita Abb.Pa.in cōsi.suo vj.in ij.vol.in ij. dubio, Quod an sit verū,ponit Lancelo.Decius in d.l.venia,& ideo videmus cōmuniter quòd principes solent apponere in gratiis clausulā,satisfactione parti læsæ facta dūtaxat,quæ est consona iuri, per iura hīc antè alleg.

ADDITIO. Quia semper in omni rescripto principis intelligitur clausula,saluo iure partis,vide Mat. de affli.in cōsti.regni Siciliæ,quæ incipit,mulier quæ dotariū.in x.nota.vbi etiā ponit de clausula,saluo iure meo. † ¶Sed an si pars remiserit, valeat remissio in prędiciū fisci.vide Nicolaū Boeriū in cōsuetudinib. Bituricē.tit.de iurisdom.iud.§.xvj. in gl.fi. vbi dicit ꝙ non in delicto consistente in committēdo,secus in o-
164 *Tutor non potest remittere iniuriā pupilli.* mittendo.Et aduerte,† si pater alicuius pupilli fuerit occisus,an tutor poterit remittere iniuriā pupilli.Do. meus Ias.in l.si tibi decem.§.quædā.in fi.ff.de pact. dicit ꝙ non,quādo esset pupillo dedecus,quia secundū
165 iura digestorum, † verecūdia est remittere iniuriam inultā,l. miles.§.socer.ff.de adulteriis. quem notat ad hoc Ange.in consi.suo ccxlvj. in j. col.

INquantū tñ hīc antè dixi ꝙ princeps non potest remittere ius partī læsæ,limita hoc esse verū,nisi princeps ex iusta causa, puta publicæ vtilitatis, hoc faceret,per not.per Bal.& alios in l.fi.ad finē.C. si contra ius vel vtili.publi.per Inno.& alios in c.q̄ in ecclesiarū,de consti.etiā in c.in nr̄a,iniuriis. Faciūt quæ dicit Host.in summa de pœni.& remis.§.quib⁹ & qualiter. in pe.col.versi.sed pone guerra.Et Pe.de Anc. in regula,peccatū.in xxxix.col.in versi. sed moueo vnā quæstionē.de reg.iur.in vj.in repe.illius regulæ,vbi dicūt, ꝙ vbi pax aliter hr̄i non posset,nisi fieret remissio dānorum illatorū priuatis,valeret remissio,etiam in foro conscientiæ. Faciunt quæ dicit Feli. in d.c. quæ in ecclesiarū,in xviij.col.extrà de consti.& Ale.in consi. suo cxxxvj.in vlt.col.in j.vol.& in cons.cj.in vj.col.in j.vol.Faciūt & alia alle.ꝑ do.meū in d.l.venia.& in l.fi. in prin.C.si contra ius vel vtili.publ. & prædicta debent esse in cognitione causæ,ergo debent verificari. ¶Item intellige quòd si princeps concedat alicui gratiā de plenitudine potestatis,vel ex certa sciētia,quod idē est,nō requiritur citatio illorū quorū interest. Ita tenet Lud.Roma.in cōs.suo cccLxix. incip. Circa primū, in x.col.in versi.& huius est ratio. de quo plenè per Fran. de curte iuniorē præceptorem meū in consiliis suis feudalibus,cons. j. in xij.col. †¶Item etiam 166
debet aduertere impetrās gratiā, ꝙ si cōmiserit aliud delictū ex quo iā habuerit gr̄am,ꝙ de ea faciat mētionē,aliàs secūda est nulla.Ita Bal.in l.nemo.in j.col. C. de epis.audi.ex quo dicit And.Sic.in c.super literis.in xxiiij.col.de reseri.ꝙ in ciuitate Bononię fuit de facto decapitatus vnus, q̄ impetrauerat gratiā remissionis secūdi homicidij,nō facta mētione de primo, & eius gratia. Ita refert & sequitur do.meus Ias. in l. nec dānosa.C.de preci.imp.offeren.quod tamē limitat, nisi rescriptum esset geminatū, vt ibi per eū. ¶ Ita etiā tenuit Hippol.de Marsil.in singulari suo cxj.incip. supplicans. Aduerte et iā quia do.meus Ias.in d.l. nec dānosa,dicit quòd debet fieri mentio de delicto de quo fuit condemnatus,aliàs gratia est nulla.

ADDITIO. Vide Matt.de affli.in consti.quæ incipit,cum vniuersis.in x.nota. †¶ Vide Guil. Bened. in sua rep.c.Rayn.in verbo,mortuo itaq; testatore.j.nu. cxlj.& cxiij.de testa.& ibi dicit,ꝙ debet fieri mētio de qualibet qualitate delictū aggrauāte.& vt dicit Fran. de Aret. in l.possideri.§. si seruus. ff. de acqu. pos.gr̄a principis nō extēditur ad casum,de quo si verisimiliter cogitasset,nō cōcessisset.Io.Lupus in repe.rub. de donatio.inter virū & vxorem.§.lxix.in fi.¶Sed an pēdente huiusmodi verificatione gr̄ę seu remissionis (vt dictū est) criminosus detineri debeat, vel an relaxari possit cū cautione,& qd si non amplius veniat aut cō pareat,nec gr̄a interimetur, ad quid teneat fideiussor. †¶Præmitto ꝙ in quatuor casibus accusatus debet de-
167 *Accusatus quibus in casibus detineri debeat.* tineri,vt dicūt Bal. & Io.de Imo.in l.si quis post.ff.de testa.Primus,si crimē ꝑ quo accusatur est capitale.Secūdus,si pœna est corporis afflictiua,id est,ꝑsonaliter, etiā licet nō ad mortē.Tertius,si sit ꝑ delicto torquēdus.Quartus, ꝓpter inopiam fideiussoris, vt dixi hīc antè.¶ Cōsiderādū est ergo ꝙ criminosus petēs gr̄am & remissionē de delicto,aut pro tali delicto veniebat puniendus capitaliter & ad mortē,vt sunt casus quos posui in rub. *des iustices & droictz d'icelles*, in glos. *& droictz d'icelles.* Aut verò erat puniendus, sed non ad mortē,sed aut bāniendus cū publicatione bonorū in toto,aut in parte,vt in casibus positis per me,ꝑ.in tit. *Des confiscatiōs* §.j.vbi amplè.In hoc verò casu si non erat puniēdus ad mortē,tūc si relaxatur cū cautione,

BIU Cujas

& ꝙ gra reperiatur nulla, si reperiatur ꝙ p sentẽtiam esset bãniendus seu deportãdus, & bona illius debeãt cõfiscari, tũc adhuc sentẽtia poterit demãdari executioni, etiã si talis qui impetrauit gram nõ compareat, & ideo ordinationes regiæ satis bene ꝓuident, quòd iudices in elargiendo criminosos debent aduertere si materia sit disposita ad hoc. quæ verba multa importãt. Per quæ etiã verba posset dici, ꝙ si iudex relaxaret aliquem, vbi materia nõ esset ad hoc disposita, ꝙ etiã teneretur in syndicatu. Et tũc hoc secũdo casu, vt dixi, poterit talis impetrans gram relaxari, cũ cautione de iudicio sisti. ¶ Sed si ex delicto ꝓ quo ipetrauit gram debebat ad mortẽ cõdemnari, si gratia reperiret nulla, aut surreptitia & obreptitia, an possit hoc casu relaxari cũ cautione? Videretur ꝙ sic. Nam teste Valerio li.iiij.ti.de amicitia, c. Damoni, cũ Dionysius Syracusanus interficere vellet Damonẽ, atq; is tempus ab eo quo priusquã periret, domum profectus res suas ordinaret, impetrasset, Pithias nõ dubitauit se vadẽ tradere tyrãno pro reditu Damonis, quod & acceptũ est à tyrãno. ¶ Ecce ergo quomodo pro morte alterius põt dari fideiussor. & vĩ esse tex. in c. cũ homo. xxiij. quæstione v, & videtur facere tex. in l. si Barsatorã, secundũ vnũ intellectũ. C. de fideiussor. imò & maximè in hoc

168 Officium procuratoris regij. casu græ, † quia licet officiũ ꝓcuratoris regij sit delicta inquirere, inquisita ꝓsequi, & verificata puniri petere, l. cõgruit. ff. de offi. prẽsi. tñ ex defectu ꝓbationis nõ tenet de præsũpta calũnia, ad ĩstar tutorũ accusãtium ꝓ pupillo. l.ij. C. q accus. nõ pos. l.j. C. de iura cal.

ADDITIO. Et aduerte ꝙ prosecutio causarũ criminaliũ debet fieri expensis reipublicæ, & sic sumptibus fisci, vt tenet p plura Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, iustitiariis, in ix. not. dixi alibi infrà. † ¶ De officio huiusmodi procuratoris regij, vide Guil. Benedicti in sua repe. c. Rayn. in verbo, mortuo itaq; test. j. nu. clix. de test. & ibi ponit quomodo debet ꝓcedere cõtra criminosum absentẽ. Diffinitionẽ tñ ꝓcuratoris regij seu fiscalis, vide infrà in rub. *Des confiscatiõs*. nu. iij. Et facit ad hoc, l.j. C. de decur. lib. x. & l.j. §. initio. de off. prẽfe. vrb. tñ ex quo princeps remisit pœnã, vĩ ꝙ procurator amplius nõ debet ꝓsequi, nec multũ nocet eius oppositio & contradictio quã facit, nisi dicat, vt dixi, ꝙ ꝓsequat ad verificandũ si preces veritate nitãtur: qa aliàs gratia esset nulla, vt hĩc antè dixi, & ideo hoc casu veniret puniẽdus talis impetrãs gram, ac si nullã gram impetrasset. ¶ † Ideo qcquid hĩc antè dictũ sit multũ est necessaria eius oppositio, & sic cũ in hoc casu si gra reperiret nulla, deberet ad mortẽ cõdemnari impetrãs, ne sentẽtia inde

169 Fideiussor non cõdemnatur ad mortem principali reo nõ cõparente. posset esse illusoria: † qa de iure fideiussor nõ cõdemnatur ad mortẽ, si principalis nõ cõpareret, vt est gl. no. in c. cũ homo, xxiij. q. v. de qua do. meus Ias. in l.j. ff. de in li. iur. & Feli. in c.ij. in ij. col. de cõst. & in c. ius generale. in vij. col. j. distin. & in c. cõsultationibus. §. sanè. in fi. ex. de offi. dele. Dicit tñ ibi gl. ꝙ ex consuetudine loci põt hoc fieri, iungẽdo text. cũ gl. in fi. de qua Feli. in d.c. ius naturale. ideo videtur dicendum ꝙ nõ debet relaxari. nos tñ cõmuniter relaxamus, & si nõ cõpareat, condẽnatur fideiussor ad pœnam pecuniariã, & declaratur impetrans carere debere impetratis, cũ cõfiscatione bonorum, quæ tunc fit. ¶ Cy. Bal. & Sali.

170 in l. nullus. C. de exhib. reis. dicunt, † ꝙ accusatus non est detinendus vsq; ad sententiam, sed statim postquã apparet eum esse inculpabilẽ potest relaxari. Et ita in practica seruatur, vt dicit Ale. in additio. ad Bald. in d. l. nullus. Et in hoc requiritur sentẽtia ꝓuisionalis, secũdum Lud. Roma. in singulari suo incip. accusatus, fo. xiiij. quem alle. Boërius in consuet. Bituricen. tit. de iurisd. om. iud. §. xiiij. in gl. j. & in ij. gl. ponit, an & qñ pro delicto seu crimine mediãte cautione idonea qs possit & debeat carceribus relaxari & elargiri † Et di- 171
cunt ꝙ relaxatio capturæ est in arbitrio iudicis. & ita etiã apud nos idẽ est p ordinationes regias. Imò idem Boërius dicit, ꝙ iudex nolẽs relaxare eũdem cũ cautione, tenet actione iniuriarũ. & ibi vide de materia gl. in d.c. cùm homo. Nõ inueni tamẽ illud singulare Romani suprà allegatũ. ¶ Dicit tñ Mat. de affli. in constit. regni Siciliæ quæ incipit clemẽtiæ. in fi. ꝙ fideiussor condẽnat ad pœnã pecuniariã, & fit tamẽ exactio sine libello, & sine ordine iuris. Et in hac materia fideiussionis de iudicio sisti, & de stãdo iuri in criminalibus, vide quæ ponit idẽ Mat. in consti. quæ incipit, humanitate. ĩ iiij. nota. vbi dicit, ꝙ talis fideiussor debet esse idoneus & facilis conuentionis, ideo fiscus tanquam difficilis cõuentionis nõ admittitur. Et etiã debet esse talis qui in eodẽ iudicio sine exceptiõe cõueniri põt, si tamẽ dẽ diues, q pòst efficiatur pauper, nõ cogitur reus dare aliũ. Bar. & Ale. in l. ij. ff. qui satisd. cogan. & ibi dicit, ꝙ iudex potest incipere à fideiussore, vt reũ sistat, nec habet beneficium excussionis, nec etiã admittit ad dandũ pignus, vbi reus nõ potest dare fideiussorẽ, si iudex nolit recipere, nec etiã admittit ad dãdum in alio loco cõuentionis, scilicet vbi est cõuent⁹. Et licet cõuenta per reũ vt frater nõ sit idoneus in facultatibus, est tamẽ admittendus, & etiã est admittẽdus non idoneus, quãdo principalis est sufficiens, & morte naturali & ciuili finitur fideiussio. Et illustres cum tenentur dare fideiussorem de iudicio sisti, & si prẽsentet reus, & aufugiat pòst, nõ tenetur fideiussor, & p dationẽ secũdi non liberatur primus. hæc omnia Matthæus vbi suprà, quẽ vide, & in xiiij. notabili ponit xj. casus in quibus non admittũtur fideiussores, & talis fideiussio, etiã si sit toties quoties, finitur perẽpta instantia, & etiã post binã præsentationem, vt dicit idem Matthæus in constitutio. quæ incipit, sæpe contingit. in ij. notabili. in ij. lib. quem vide. †

Fideiussor de iudicio sisti, & de stando iuri in criminalibus habendis.

VIdemus etiã in multis casibus, ꝙ multi impetrãtes gratias nõ possunt verificare contenta in suis gratiis, nec ꝓcurator potest aliquid dicere cõtrà, quia cùm fuit delictũ perpetratũ, nulli erãt præsentes. Aut fortè erat vxor, aut filius, aut frater, aut alius testis, nõ omni exceptione maior, qui erat suspectus impetrãti gram, iste testis examinat ꝓ parte procuratoris regij. & aliter deponit quã sit expressũ in gratia, impetrans gratiã semp ꝓsistit in sua gratia, an iste testis sit sufficiẽs ad impugnandũ gratiã? posset dici † ꝙ in crimina 172
libus ꝓbationes debẽt esse luce meridiana clariores. l. fin. C. de ꝓbatio. & ꝙ vni testi non creditur, l. iurisiurandi. C. de testibus, &c. Et contra impetrantem, ꝙ non est ei credendũ, nisi quo ad suũ incõmodũ. Bart. in l. Aurelius. §. idẽ quæsit. ff. de liber. le, ego vidi in multis casibus, ꝙ princeps mandabat iudici, quòd ex quo nulli erant prẽsentes, quòd in narratis per impetrantem volebat quòd staretur eius iuramento.

SEd quid si aliquis impetret quòd stetur in narratis per eum eius sacramẽto, vt vidi aliquos, an hoc casu standum sit, nec sit opus alia verificatione, & an procurator regius debeat admitti ad probandũ contrarium. Videtur primò quòd princeps non potest facere quòd stetur iuramento impetrãtis gratiã, quòd ita commiserit delictum prout narrat, quia in hoc esset iudex in causa propria, quod est contra dispositionem iuris, vt habetur in l. vnica. C. ne quis in sua causa iudicet. ¶ Itẽ per hoc staretur dicto vnius, quod

Nõ standũ dicto vnius.

non

non poteſt facere princeps. Fel. in c. cõſtitutus, de reſcrip. & in c. fi. de maiori. & obed. do. meus Iaſ. in lectu. l. admonendi. in xx. col. & in repe. in lxxiiij. col. & in l. iuſiurãdũ quod ex cõuentione. in ij. col. ff. de iureiur. dicam ꝯ. in ¶. ſeq. in gl. ij. ſed tñ in hoc caſu vī ꝙ princeps poſſit facere, qa iſtud faciẽdo non diſponit ꝙ regulariter ſtetur dictovnius ſed ſolũ in illo caſu. & hoc
173 maximè vbi nõ fuiſſent aliqui preſentes, † quia propter difficultatẽ probationis, & vbi à cõmuniter accidẽtibus difficilis eſt ꝓbatio, admittetur ꝓbatio, quæ aliàs non admitteret. Per ea quæ dicit Bart. in l. in illa ſtipulatiõe, ſi Calen. ff. de ver. ob. in fi. & ibi plenè do.
174 Probatio per conſecturas. meus Iaſ. † ꝙ vbi ꝓbatio eſt difficilis, admittit ꝓbatio per cõiecturas. Et facit tex. in l. non oẽs. §. à barbaris. ff. de re milit. & in l. filium eum diffinimus. ff. de his q ſunt ſui vel alie. iur. per quẽ text. dicit do. meus Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi qs ipſi prętori. in vj. col. ff. de no. ope.
175 nuncia. † ꝙ vbi probatio eſt difficilis, ſufficiunt probationes, quæ aliàs tãquam imperfectæ reiicerentur. Idem tenet Feli. in rub. de probatio. in ij. col.

ADDITIO. Quod quomodo intelligi debeat, vide Hippoly. de Marſil. in ſingulari ſuo lxxiij. inci. plures ſunt. & eundem in ſua practica cauſarum criminaliũ. in §. diligẽter. nu. 83. & 84. vbi ponit cui incũbat onus ꝓbandi, quãdo aliter veritas haberi non poteſt. & in
Teſtiũ plures habens defectũ an admittendus. conſi. ſuo xlj. in ij. col. nu. vj. Aduerte tñ ꝙ iſtud intelligitur dũmodo teſtes non patiantur plures defectus, quoniã hoc caſu nũquam admittũtur, etiã in caſibus in quib⁹ veritas aliter haberi nõ poteſt, vt tenet Hipp. de Marſi. in conſi. ſuo cij. nu. xij. alle. Soci. in conſi. ſuo cviij. incip. viſa. in antepen. col. in verſi. poſtremo. in j. vol. & Barba. in conſi. lxv. inci. ſapienter. in iiij. col. in iiij. vol. Et intellige etiã ꝙ in tali caſu quando veritas aliter haberi non poteſt, creditur teſti inhabili, ꝙ hoc procedit quo ad tertias perſonas, ſecus eſt quãdo deponit ſuper eo quod ipſe fecit. vt tenet Hipp. de Marſil. in d. conſi. cij. nu. vij. ¶ Et videtur etiam ꝙ hoc caſu fieri poſſit, quia ad excuſandum in delictis probationes admittuntur, quæ aliàs non admittuntur, vt per plura dicit do. meus Iaſ. in l. non ſolum. §. ſciendũ, in fi. ff. de no. ope. nun. imò expreſſius videtur facere tex. in l. furti. §. qui iuſſu. de his q not. infa. vbi videtur ꝙ innocẽtia poteſt probari per iuramentum. Dicit autẽ ille tex. ſed & ſi iureiurãdo delato, iurauerit ſe nõ deliquiſſe, non erit notatus, nam quodãmodo innocẽtiam ſuam iureiurando approbauit.

ADDITIO. Curia tamẽ ſimpliciter non admittit ſimplices litteras regias, ꝑ quas princeps mãdat ſtari iuramẽto impetrãtis gratiã, ſed mãdat, & ordinat informationes fieri ſuper coniecturis quę oriri poſſunt ex deductis in gratia, & quæ poſſunt eum mouere ad informandũ animũ de his quę mouerunt principem ad dãdum gratiã, & ſecundũ caſus exigentiã: puta in homicidio vbi eſt quæſtio de aggreſſione, conſiderat ea quę poſſunt facere prę ſumere aggreſſionẽ ex parte occiſi aut occiſoris, quæ ſunt multa ſcđm Florianum in l. ij. §. arietes. ff. ſi quadrupes pauperiẽ feciſſe dicatur. & per Feli. in c. dilecti filij. in pe. col. de exceptionibus, vbi all. Ale. in quodã conſi. & illum etiam alle-
176 Probatio per iuramentum quibus caſibus admittatur. gat Hipp. de Mar. in conſ. xlj. nu. xiij. † ¶ Hîc vides vnũ caſum in quo admittitur ꝓbatio per iuramentũ partis. ¶ Et facit etiam, quia quãdo conſtat de caſu, ſtatur iuramẽto de circunſtantiis, gl. eſt notabilis in verbo, credendum. quam ponderat ibi Panor. in c. ſignificaſti. de homicidio. Et iſte eſt ſecundus caſus, an admittitur probatio per iuramentum partis.

ET pro tertio facit quòd admittitur probatio per iuramentũ ad tollendã & purgãdam ſiniſtram ſuſpicionẽ cõtra reum laborantem, quod dicitur ſacramẽtũ purgationis. l. præſenti. §. ſimili. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt authẽ. ſed nouo iure. C. de pœna iu. q malè iudicauit. quod quomodo intelligatur tam in ciuilibus q̃ criminalibus, monachationis, q̃ matrimonialib⁹, ponit Marcus Antonius Baueria in tract. ſuo de effectu iuramẽti, in liij. effectu, vbi ponit xxiij. caſus in quib⁹ admittitur ꝓbatio ꝑ iuramentũ, quos hîc inſerere volo ſummariè cum quibuſdam aliis.

PRo quarto ergo caſu dic ꝙ in expenſis litis, quod tñ poſtmodum debet moderari per iudicẽ. l. properandum. §. ſin autem alterutra, & l. ſancimus. C. de iudiciis. per gl. j. in c. fi. extrà quod metus cauſa.

PRo quinto dic idem in expenſis minimis. l. ſi quis pro redemptione captiuorum. C. de don. per doc. maximè per do. meum Iaſ. in l. ſcimus. §. in computatione. C. de iure deliberandi.

SExto in ꝓbatione dãni & intereſſe aduerſus doloſum. l. ſemper §. hoc interdicto. ff. qđ vi aut clam. l. ſi qñ. C. vnde vi. gl. in fi. in verbo, probare, inſt. de ver. obl. de quibus duobus vide eundẽ M. Antoniũ Baueriã, in d. tract. in liij. effectu prin. illius effectus, quod intellige in dolo commiſſo in faciẽdo: ſecus in omittendo. do. meus Iaſ. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de edendo, & in d. l. ſi quando. C. vnde vi.

SEptimus caſus eſt in volente probare ſe impeditũ. Bar. in l. ij. §. quod diximus. ff. ſi quis cau. qđ quomodo intelligatur, ponit do. meus Iaſ. poſt Ale. in d. §. quod diximus, ad quos recurre. Et in deciſio. Rotæ. deciſio. ccciij. in antiquis.

OCtauus, in ꝓbatione perditionis inſtrumẽti qđ penes ſe erat. Ita ꝓbat tex. in l. fi. C. de fide inſtr. quod quomodo intelligatur, & procedat, vide eundẽ M. Anto. in d. tractatu & effectu. verſi. quintò principaliter, vbi facit differẽtiam inter conuentum officio iudicis, & iure actionis. de quo vide Ale. in conſ. lviij. in j. vol. & conſi. xix. in ij. vol.

NOnus, quòd res ad ipſum nõ peruenit permittẽdo quòd domus ſua perquiratur. Ita dicit Barto. in l. ſi quis ex argentariis. §. an verò hær. ff. de edẽdo.

DEcimus, quando debitor contra quem producitur inſtrumentũ per iracundiã illud laceraſſet, tũc de debito ſtatur iuramẽto creditoris. ita dicit Bal. in l. j. C. de fid. inſtr. Idẽ M. Anto. in d. tract. & effectu. verſi. ſeptimò admittitur. vbi ponit qua pœna puniat qui ſubtraxit teſtes vel inſtrumentũ. allegans R. cõſil. ccccxlvj. incip. in hac cauſa. Et quid ſi creditor lacerauit inſtrumentum debiti quomodo probetur delictum, vide do. meum Iaſ. in repe. l. admonẽdi. in xlvij. col. ff. de iureiur. Et Feli. in c. accedens, primo, de lit. conte. & in c. ſicut, in iiij. & v. col. de re iudica.

VNdecimus, qñ aliquid de nouo peruenit ad notitiam alicuius, c. paſtoralis, de excep. c. præſentiũ, & ibi gl. de teſtibus. c. ſi verò, ij. & ibi gl. j. de ſen. excõ. Alex. conſi. cv. & cxviij. in ij. vol.

DVodecimus, ad probãdam ignorantiam ſuam ꝙ ignorauerit. gl. eſt nota. in l. ſi cui. §. iiſdẽ, ff. de accu. gl. in ç. ij. de tẽpo. ord. in v. quod quomodo intelligatur, & quomodo procedat, vide eundem M. Anto. in d. trac. artic. liij. verſi. octauò principaliter. & per do. meum Iaſ. in §. ſed iſtæ, col. xx. inſtit. de actio. & in repe. l. admonendi. cv. col. ff. de iureiur. Et limita vt per Alex. in conſi. ccij. in ij. col. in j. vol.

ADDITIO. Et per Bertrãdi in conſil. ſuo ccclxj. in j. parte, ſcilicet quando eſt veriſimilis ignorãtia, quoniam tunc probatur per iuramentum. †

BIU Cujas

DEecimus tertius, quia de his quę qs sui vsus causa portat, nõ tenet̃ soluere vectigal vel gabellã. l. vectigalia. & ibi per oẽs. C. de vecti. cũ pluribus aliis iutibus vulgaribus. qđ qs portat causa sui vsus statur eius iuramẽto, gl. in cle. sæpe, in verbo, negotiãdi, de censi. & illam ad hoc no. Bald. in d. l. vniuersa. C. de diuersis rescri. vel C. ex quibus causis pignus. & in l. cũ proponas, in pe. col. C. de nautico fœnore. Alexã. in l. cætera. §. sed & si quis. ff. de lega. j.

DEcimus quartus, ad probãdum iudicẽ sibi suspectum fore. ita dicit gl. in l. apertissimi. C. de iudiciis. quam sequitur ibi Bal. & Sali. & vide dom. meum Iason ibi.

DEcimus quintus, quando impetrans rescriptum seu literas delegationis ad aliã diœcesim dicit se nõ impetrasse in diœcesi, quia nõ audebat intrare patriam aduersarij sui, vel eius potentiam per horrescebat, nec aliter commodè probare poterat. c. statutum. §. cum verò, de rescriptis. in vj. & ibi gl.

DEcimus sextus, ad probãdum ea quæ dependent ex animo & conscientia. gl. in §. aliæ. in verbo, dicit, insti. de acti. vbi amplè do. meus Ias. instit. de act. vbi plures aduocati se remittunt in his quæ tangunt conscientiam ad dicta ipsius do. mei Ias. ibi.

DEcimus septimus, in causis summariis quãdo sententia affert modicum præiudicium. allegatur. l. thesaurus. ff. ad exhi. de qua per dictum do. meum Ias. in §. præterea quasdam, col. xj. instit. de actio. Feli. in c. quæ in ecclesiarum. col. xvj. extrà de constitutio.

DEcimus octauus, admittitur ꝓbatio ꝑ sacramentum contra officialem qui accusatur de furto seu barataria, si aufugit ante finẽ syndicatus, adeò quòd cõtra ipsum poterit deueniri ad torturam. gl. & Angel. pulchrè per illum tex. in auth. vt iu. sine quoquo suffragio. §. oportet. Quem refert do. Ias. in rep. l. admonendi. ff. de iureiu. in cv. col.

DEcimus nonus casus in quo admittit̃ probatio ꝑ sacramentum est, quãdo quis non põt satisdare, & ꝙ fecit diligẽtiam debitã de inueniendo cautionẽ. Et hoc casu cautio iuratoria admittitur. auth. generaliter. & ibi Bal. C. de epis. & cle. & quomodo intelligatur, vide Paulum & Alex. ac do. meũ Ias. in l. j. ff. q̃ satis. cog. & Alex. in consi. lvij. in iij. volum.

VIcesimus, quãdo in ꝯtumaciam debitoris petitur fieri immissio pro mensura debiti declarati, iuxta tex. in l. cũ ꝓponas, cũ auth. ibi posita. C. de bonis autho. iud. possi. Spec. i tit. de iudicijs. §. postremò, ver. vj. quærẽdũ. vbi dicit ita de cõsuetudie obseruari.

VIcesimus primus casus, admittitur ꝓbatio per sacramentũ qñ ambassiator dicit equũ sibi fuisse mortuũ in itinere, de morte tamẽ ꝓducta scriptura à quocunq; facta. Et etiã dato ꝙ illa nõ faciat semiplenam probationem. Bal. in ru. de fide instrum. col. iij.

VIcesimus secundus casus, statur sacramento creditoris de pretio pignoris per ipsum venditi. Et si iuret plus vẽdidisse quàm sibi deberetur, residuũ debitori teneatur restituere: si verò minus, reliquũ à debitore possit repetere. l. fi. §. pe. C. de iure dominij impetran. Spec. in tit. de testibus. §, restat de nu. vers. tertiò statur. Dominus meus Ias. in repetit. l. admonẽdi. col. xlviij. ff. de iureiurando.

VIcesimus tertius, quòd supplãtatus dolo aduersarij non comparuit, cõtumax extitit, si simus in causa fauorabili vel matrimoniali. c. ex literis. de integ. resti. Facit quod habetur in c. cũ Berthol. de re iudicata. Spec. in dicto tit. de testibus, §, restat de nutie, versi. xxviij.

VIcesimus quartus casus, ꝙ ꝓbata generali obseruantia capitulorũ ad ꝓbandũ capitula nõ fuisse obseruata, admittitur probatio per sacramentum. Roma. consi. suo lxxvj. incip. in causa nobilis.

VIcesimus quintus casus est, ꝙ ratiõe difficultatis admittitur probatio per iuramẽtum. Roma. ibi. & Ale. in apostil. ad Bar. in l. vnica, in fine. C. de sentẽtiis quæ pro eo qđ interest. & bona glo. in ordine vlt. in c. fin. extrà de his quæ vi metúsve causa fiunt.

VIcesimus sextus, in illo qui petit securitatem sibi fieri, & dicit se timere ne offendatur, qm̃ statur eius iuramento. Ita dicit Io. Sanxon. in cõsuetudinib. Turon. tit. *des crimes*. art. iij. Sed hoc dicit esse de consuetudine. & ibi ponit materiam securitatis, & dicit ꝙ potest etiam impetrari pro amicis.

VIcesimus septimus, si quis ꝓbauit se vsum fuisse via aut itinere, per iuramẽtum eius probat quòd iure seruitutis. Ita dicit Oddo de senon. in tractat. suo interdictorum, titul. de interdicto, de itinere actúque priuato.

VIcesimus octauus, expẽsæ factæ ꝑ executorẽ vltimæ volũtatis ꝓbãtur ꝑ suũ iuramentũ, do. meus Ias. in repe. d. l. admonẽdi. col. xlviij. ff. de iureiurãdo.

VIcesimus nonus, in expẽsis tutorum & curatorũ cum libris eorũ, & quòd sunt modicæ. Ita Ias. in d. repetition. col. vt suprà. Si tamen sint mortui tutores aut curatores, sufficit liber rationum. Et operatur pro hęrede tãtum mors quãtum iuramẽtum. Ita dicit do. meus Ias. ibi, quod est valde singulare, si est verum.

TRicesimus casus, statur iuramento virginis contra deflorãtem ꝙ erat virgo. dixi ꝛ. tit. *des iustices*, in rub. in gl. & *droictz d'icelles*, versi. Aduerte tamẽ ad vnum mirabile &c.

TRicesimus primus, quãdo quis captus corã iudice seculari dicit se emisisse votũ antè quàm cõmitteret delictũ ꝙ efficeretur clericus, quia de hoc voto sic prius emisso statur eius iuramento, vt dixi hîc antè in hoc eodem. §. in gl. versi. xiiij. fallit in clerico.

TRicesimus secundus casus est in domino alicuius serui exercentis argentariam inscio domino, qui iurare potest se non habere rationes serui, & ei creditur. text. est in l. prætor, versic. sed si inscio domino. ff. de edendo.

TRicesimus tertius casus, in eo qui iurat quòd nõ potest nec sperat consequi iustitiam in partibus, suo solo iuramẽto creditur. Ita domini de Rota in tit. de rescrip. decisi. xlij. in nouis, & in tit. de prob. decis. ccccxçiiij. in antiquis. & in eisdem decisio. lxxix. quæ omnia tamẽ suprà dicta intellige ꝙ statur iuramẽto, nisi ille qui vult iurare sit aliàs periurus, per tex. in c. paruuli. xxij. q. vlti. quia talis amisit omnẽ facultatem ꝓbandi per iuramentum. Ludo. Roma. in l. admonẽdi. in vij. col. & xxvij. col. ff. de iureiur. dixi ꝛ. in §. fin. in tit. *des retraicts*.

TRicesimus quartus est in probatione quantitatis fructuum perceptorum, quia ꝓbatur per iuramẽtum. gl. in §. si verò pecuniæ, in verbo, iurciur. in auth. de nuptiis. do. meus Ias. in repet. l. admonendi, in cv. col. ff. de iureiurando.

TRicesimus quintus est, quia iuramẽto episcopi di cẽtis se ignorasse vacationem beneficij creditur, domini de Rota in decisionibus suis, decision. ccxxxj. in antiquis.

ADDITIO. Pro xxxvj. casu aduerte quòd statur dicto vnius, etiam in facto suo proprio, scilicet ꝓ expeditione seu grossatione instrumenti, si notarius scripserit in margine quòd tale instrumentum iam fuit factum

Dicto vnius etiam in facto suo proprio quã do sta tur.

Duo la quomodo probatur.

BIU Cujas

factum & grossatum seu expeditū, nō amplius potest cogi per partem illud expedire, & in hoc statur dicto illius notarij in facto suo. ita tenet Matt. de affl. in cōstit. regni Siciliæ quæ incipit, baiulos oēs, in xiij. notabili, in ij. quēstione. ibi, secūdò quæro, reperitur secūda. vbi etiam ponit quomodo ꝓbat aut inducit præsumptionem id quod scriptum est in margine cōtractus, si nō fuerit expressè approbatum per notarium. Et istud ius ꝓbandi per sacramentū transit ad successorem, si iurare possit, qa informatus de veritate, vt dicit idem Matt. in constitutione quę incipit, iurisperitorum, in iij. notabili, in j. lib. alle. Bal. in c. j. in prin. si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oriatur. & ibi dicit, quòd ista probatio per iuramētum partis est potius probationis releuatio quàm probatio.

SEd in hoc casu procurator regius, aut pars aduersa quę prætēdit interesse, poterit ꝓbare contrarium. arg. eorum quæ dicunt Io. An. Innoc. & alij in c. quia propter. §. illud. de electio. & Ang. in l. qui restituere, in ij. co. ff. de rei vend. & idē Ang. in l. q bona. §. q dāni. ff. de dā. infec. & quę ꝯ. dicā, in §. seq. in gl. *sont creuz par leurs sermens.* versic. intellige etiam prædicta. hoc eo. tit. ¶ Sed quia in ꝓsecutione fienda p dictū procuratorem sunt faciendi sumptus tam in informationibus faciēdis, quàm in ꝓbatione fiēda ad iustificandū de surreptione & obreptione literarū gr̄æ: Quæritur cuius expensis debeāt fieri prædictæ informationes, & alia iustitiæ onera? Boërius in cōsuet. Bituricen. tit. de iuris. om. iu. §. xxix. in gl. sed cuius expē. dicit ꝙ expensis culpabilis, si est soluendo: aliàs expensis denūtiatoris. & in subsidium expensis fisci. vide eundē ibi. vide tamen additionem suprà positam in §. proximè præcedēti. in gl. j. vbi habetur ꝙ sumptus iustitiæ debent fieri per principē, & sic per eius fiscum. ¶ Ita etiā tenet Mat. de affli. in consti. regni Sicilię incipi. iustitiarij. in ix. notab. s̄. allegato.

177 An gratia mortę principis expiret.

ITem quæro, † nūquid gratia quæ datur p principē re integra, reuocetur morte principis? esset intrare materiā, an mortuo mādatore expiret mandatū, & satis de hoc habetur per doct. in l. mādatum. C. manda. & per Io. Fa. in §. itē si adhuc. insti. mandati. vbi in ter-

178 minis dicit, † ꝙ mandatū qd̄ dat̄ per principē in vim iustitię, morte cōcedentis expirat: secus verò quando datur in vim gr̄æ, qd̄ faciliter cognosci potest ex verbis importātibus gratiā. Et de primo est tex. in c. fi. de offi. dele. li. vj. De secūdo est text. in c. si super hoc. eo. tit. de offi. dele Ita etiā tenet Phili. Deci. in c. relatū, in ij. col. de offi. dele. & in rub. de consti. in pe. col.

179 ADuerte ad vnum verbum incidenter quod dicit Io. Fa. † ꝙ iudices & Balliui baronum nō reuocantur in morte domini: quod est notādum pro balliuis dominorū huius patriæ, quos domini superuenientes volunt aliquando mutare aut reuocare, quia non possunt sine causa. Ita dicit in d. §. item si adhuc. Sed ꝙ officia principis sunt perpetua, dixi antè cadē gl. nu. cxlvij. & §. seq. in gl. j. nu. lxxxj.

180 Gratia solum verbo concessa, nō expirat morte concedētis.

IMò etiā † si tantū gratia verbo cōcedatur, aut fiat, non reuocatur morte cōcedentis, qa de esse gratiæ non est necessaria scriptura. secundū Archi. in proœmio sexti. in §. vniuersitati. & ita sequit̄ Io. An. in d. §. vniuersitati, referēs se ita consuluisse: adducēdo c. institutionis. xxv. q. ij. & ibi ꝑ gl. Pro quo tex. in cle. dudum, de sepulturis. circa fi. in vers. nos etenim. Et sic scriptura non est necessaria in gr̄a quæ fit per principē, sed sufficit ꝙ aliter possit ꝓbari. Facit c. si apostolica, de præbendis, in vj. & ibi per Philippū Frācum, &

181 Dona. insti. de don. §. pficiunt̄. † Nā imperialis donatio non eget scriptura. l. sancimus. §. exceptis. C. de donatio. & idē tenet Inn. in c. cōstitut⁹. in prin. de rescr. Et ida dicit & tenet Bal. in l. humanū. C. de lēgibus. in fi. vbi dicit, † ꝙ lr̄æ in gratiis non req̄runt̄ ad esse, sed ad ꝓbationē, nec ad effectū gratiæ requirunt̄ lr̄æ, sed ad eius probationē. Et ideo ex quo summus pontifex, etiā viuæ vocis oraculo pronūtiat quem ep̄m, seu abbatem talis loci, à tempore pronuntiationis erit eps, & non à tēpore formationis lr̄arum. Et in practica hodie videmus ꝙ data in bullis apponitur à tēpore cōcessionis, & nō à tēpore quo plūbantur lr̄æ, quo tēpore lr̄æ seu bullæ sunt formatæ. ¶ Hinc etiā dicit Io. An. in d. §. vniuersitati. ꝙ ius quæsitū parti per cōcessionē factā per Papā, per eius mortem nō expirat, si lr̄æ non fuerint factæ. sed debent literæ fieri tēpore successoris, faciēdo mētionem de concessione prædecessoris. hoc sequitur Philip. Frācus in d. §. vniuersitati. Et vide Phili. Deciū, in rub. de cōst. & ibi per Feli. & in c. ij. ext. de ꝓbationibus. vbi plenè. † Et est hodie practica 183 in curia Romana, vt si prædecessor q̄ fecit gr̄am, moriatur ante bullas expeditas, vt successor cōcedat bullas sup signatura prædecessoris: & tales lr̄æ vocantur lr̄æ de rationi cōgruit. Nā congruit rationi, vt ea quæ fuere concessa per prædecessorē, quæ p mortis præuētionē nō potuerāt expediri, quatenus p successorē expediant̄, sup quo est hodie regula cācellarię Romanæ quę est octauo in ordine, incipiēs, Itē voluit ꝙ cōcessa p prędecessorē. & dicit idē Bal. in l. si qua p calūniā, in ij. col. C. de epis. & cle. † ꝙ statim ꝙ papa fecit 184 gr̄am simplici verbo, statim est facta collatio: sed ꝓbatio illius gratiæ nō potest fieri nisi p lr̄as, & nō per testes. In gr̄a autē facta ab inferiori, secus: qa etiā ꝓbatio fieri potest p testes. Vidi in hac ciuitate Heduen. quosdā captos & detētos in carcerib⁹ & fortiis huius balliuatus, q cùm fuisēt cōuicti de quibusdā criminibus & delictis p eos cōmissis, dixerūt, & pro eorum defensione ꝓposuerunt, ꝙ Christianissimus Rex noster Ludouicus, cùm esset in exercitu cōtra Venetos, illa die qua erant in expeditione militari, & antequā essent in cōflictu belli, dederat omnib⁹ ibidē existentibus, ad eius inimicos debellādos, gratiā de omnibus delictis per eos tūc cōmissis: & ꝙ ex quo erāt in dicto exercitu, & delicta de quibus erāt cōuicti, erāt cōmissa ante dictū exercitū, ꝙ debebāt remitti tāquā habētes gr̄am à principe, & talē gratiā generalē probabāt p testes, & ꝙ etiā fuerant in dicto exercitu in seruitio Regis. Et ideo fuit dictū ꝙ deberēt vti tali gratia, quā etiam non ꝓbauerūt per literas. ¶ De materia de qua hîc antè dixi de gratia summi pōtificis: vide etiā regulas cācellariæ, in reg. xv. inci. Item voluit. & in reg. xix. incip. Item quòd omnes & singulæ.

tio imperialis non eget scriptura. 182

Pro practica.

Litterę de rationi cōgruit, quæ sint.

Nota casum pulchrum.

PEr ante dicta videtur ꝙ ex quo quis consentit in cācellaria in certa pēsione persoluenda, ꝙ teneret eam soluere, licet bullæ non sint confectæ, & tamē regula cancellariæ xxv. videtur facere in cōtrarium, vt dicit ibi glossator. Credo ꝙ per illam regulā non potest, nec debet solui ante confectionem bullarum: qa non potest fulminare ante processus, nisi pars quæ cōsensit in certa pensione soluenda, cōsentiat ad partes, ꝙ est cōtentus soluere pēsionem, etiā bullis nō expeditis: & de hoc faciat instrumentum renūtiando prædictæ regulæ, & hanc cautelam ponit glossator ibi: an aūt possit, nō insisto vlterius. † ¶ Et an sub simplici si- 185 gnatura, bullis nō cōfectis, possit qs apprehēdere possessionem beneficij: videtur ꝙ non per text. in c. eum qui, de præben. in vj. per Feli. in c. veniēs. col. ij. de accusatio. Imò etiam tenet per plura decis. capellę Tho-

BIU Cujas

186 Iof.ccccxliiij.cum apoſtilla,† ꝙ habẽs canonicũ titulum,ſi apprehendat poſſeſſionẽ propria authoritate, ꝑdit ius ſuũ:maximè qñ inueſtitura cõmittitur executori,& etiam quãdo eſt alius poſſeſſor,qa eſſet ſpoliare poſſeſſorem authoritate propria,quod nõ licet. d. c.eum qui.de quo textu vide in additione dictæ deciſionis. Et cõſului in caſu emergenti,ideo hîc nõ inſiſto. Adde deciſionem Rotę in nouis deciſio.ccccl viij.

187 *Princeps nõ poteſt reuocare gratiã.* VLterius quæro, † an princeps gratiã datã per eũ poſſit reuocare? vr ꝙ nõ: qa beneficio principis iuuari nos oportet,nõ decipi.l.in cõmodato. §. ſicut. ff.cõmodati.nec etiã põt qs mutare cõſiliũ in alterius detrimẽtũ,l.nemo põt.ff.de re.iur.tex. cũ gl.& cũ diſtinctione Io.Fa.in §.religioſum,verſi.in alienũ. inſti. de rerũ diuiſio.videret facere, ꝙ aut gr̃a eſt integra,& tũc põt reuocari,aut verò nõ eſt integra, qa iã eſt deducta ad effectũ,aut ſaltẽ iudici præſentata:& tũc nõ põt reuocari.Tex.verò in l.iuſſio. C. de Iudæis. vr facere ꝙ princeps põt reuocare gr̃am:& ibi Io.Fab.& ꝑ eundẽ in §.rectè.inſti.mãdati.vbi dicit ꝙ põt reuocare.plenè & ampliſſimè vide do.Feli.in c.nouit, de iu-

188 diciis. vbi ponit duas regulas, vna eſt † ꝙ priuilegiũ cõceſſum nõ ſubdito nõ põt reuocari,& iſtã regulã limitat nouẽ limitationib.Philip. verò Deci⁹ ponit tm

189 quinq; limitationes. † Alia eſt ꝙ priuilegiũ cõceſſum ſubdito põt reuocari.Et ad iſtã regulã ponit tres limitationes.& vide in d.c.nouit.Frãciſ.Aret. poſt Panor. & Andreã Siculũ,q plenè examinãt hanc materiam. do.Iacobinus de ſancto Georgio dicit in l.de ætate. §. ex cauſa.ff.de interrogato. actio. ꝙ ſi princeps cõceſſerit alicui immunitatẽ,poteſt illã ex cauſa reuocare. & videat ad propoſitũ de inconſtãtia,Bal.§.j. inſti. de iuſtitia & iure,per eundem Iacobinum ibi allegatum.

ADDITIO. Quando princeps poſſit reuocare priuilegia à ſe,vel à prædeceſſoribus conceſſa,vide Mat. de affli.in conſtitutione regni Siciliæ,quæ incipit, ea quæ ad decus.j.lib.& in conſtitutione quæ incipit,cũ conceſſiones.per totũ in ij.lib. dixi etiam infrà in cõclu.in gl.*par priuilege*,vide etiã Bertrand.conſil. cliiij. nu.j.& iij.in iij. parte.& an princeps & eius ſucceſſor obligentur ad obſeruantiam conceſſionum, vide eũdem Bertr.conſil.xlij.nu.xiij.in j.parte. †

190 *An poſſit eam interpretari.* NVnquid † autẽ poſſit princeps eã interpretari. dic ꝙ non qñ ita interpretaretur ꝙ diminueret eius effectus in caſu ſcilicet in quo non põt reuocari. ita Feli.in d.c.nouit.in j.regula.in viij. limitatione.& qa rarò reuocationes gr̃arum, de quibus text.noſter loquit,fiũt,aliter nõ inſiſto,ſed cùm caſus euenerit de reuocationibus priuilegiorũ & immunitatũ,recurrẽdũ eſt ad doctores in locis hîc ante alle. ¶Sed quo ad gratias noſtras,de quibus hîc,teneo cõcluſiuè ꝙ poteſt re integra princeps reuocare,& ſic mãdare iudici, cui præſentari debet ne illã interinet.facit tex.in d. §. rectè.& in l.ij.C.mãdati.cũ ſimilib. Dico iſtud adhuc poſſe limitari, niſi princeps conceſſiſſet gr̃am in remuneratiõnẽ ſeruitiorũ eidẽ factorũ, qa hoc caſu vr irreuocabilis,arg.l.ſi pater.§.j.& ibi gl.& Bar.ff.de donatio.& per Are.& Fel.in d.c.nouit.& poteſt dari exẽplũ in multis armigeris ſeu auenturcriis,qui fuerunt in guerra & in exercitu ꝑ rege cõtra eius & totius ſui regni inuaſores, & ita pugnarũt ꝙ victoriã obtinuerunt.Nam tũc ſi in remuneratiõnẽ ſeruitij dederit eis gratiã,non poteſt illam reuocare. Et ideo non poteſt Chriſtianiſſimus rex noſter Ludouicus duodecimus reuocare gratiã quã dedit exiſtentibus in exercitu cũ eo in Italia contra Venetos die quartadecima menſis Maij, anno M. ccccc x. quo die obtinuit victoriã iam dictam contra eos, & fuit captus Bartholomeus Dal- Bartholomeus Dalmeus Dalmeus Dalm

& in l.seq.& in l.ita vulnerat⁹. cũ plurib⁹ aliis legib⁹. ff.ad l.Aquil.non credo tñ quod solus altus iustitiari⁹ nõ habẽs aliud ius, possit impugnare remissionẽ. Et ita fuit dictũ ꝑ curiam parlamẽti Parisien. vt dicit Io. Gall.in suis q.ꝑ arresta.q.clxj. ibi, ꝑ arrestũ fuit Dux Aurelianen.& q.clxxviij.ibi,itẽ nõ fuit receptus. ¶ Licet nõ dicat rõnẽ,credo istud esse iuridicũ, & fundat optima rõne. Nã ex quo princeps supremus apponit manũ cõcedẽdo gratiã, ligatæ sunt manus inferiorũ: ita ꝙ appositio man⁹,seu auocatio superioris,inducit inhibitionẽ & priuationẽ inferioris,vt plenè notat in c.ad nostrã.de appel.Ita ꝙ si fit ꝓcessus pòst per inferiorem,est nullus:vt ibi.Et facit quod dixi s̃.in rubr. huius tit.quasi in fin.in versic.aduertendũ est, ibi. Et ideo pro tertio.vbi dixi ꝙ ex quo gẽtes regiæ cognoscunt de materia infractionis saluæguardię, ꝙ trahũt
195 ad se totam causam. † Quia maius dignũ trahit ad se minus dignũ: vt ibi dixi. Et hoc põt fieri ꝓ principẽ: cũ iurisdictio data inferiori,nõ est data priuatiuè,sed causatiuè.Et ideò quãdocunq; põt illã tollere etiã in genere,vt ibi dixi:multo ergo forti⁹ in specie.Ex quo videtur quod hoc casu post appositionẽ manus principis si fiat cõfiscatio, nõ spectabit dño altæ iustitiæ, sed principi, si fiat per iudicem principis. Dicã infrà tit.sequ.§. j. Et de euocatione causæ vide Panor. in c. cum M.Ferrarien.in pen.col.de constitutionibus.

196 Princeps secularis non potest dare gratiam clerico.

A Duerte,†quia licet de iure princeps secularis nõ possit dare gratiam clerico, cùm iudex secularis absoluere nõ posset clericũ de crimine, secundũ Bal. in authẽ.clericus.C.de epis.& cler.cõtra gl.ibi,vt per plura etiã tenet Steph.Aufrerij in repe.cle. j. de offi. ord.in xj.q.Tamen consuetudo generalis est in Francia in cõtrariũ, ꝙ clerici pro criminibus imponẽtib⁹ pœnã sanguinis & confiscationẽ bonorũ, impetrant gratias à rege Franciæ,quæ consuetudo est seruanda, vt tenet Stephan. Aufrerij in dicto loco. & vide etiã Philip.Deciũ in consi.suo cl.vbi dicit quòd princeps secularis non potest ligare clericum. Dicam infrà, in tit. *Des succeßions des bastards.* §.fin.

IN TEXTV IBI,
Du prince.

QVis dicatur princeps,in hac materia, nolo nunc disputare,prout gl.in cle.j.de baptismo:quia nõ
1 Principẽ esse quid. est ad ꝓpositũ,†& dic ꝙ esse principẽ, est habere aliquã præeminentiã rõne administrationis, vel officij collatã ex titulo vel officio iusto. Est autẽ princeps q̃ Græcè archos dr̃,& ideo satis id sonat vocabulũ prin
2 Princeps vnde dicatur. ceps,vel vt dicit gl.in d.cle.j.†dicitur princeps ex primũ & capio,& dicit quasi primũ capiẽs locũ, sed qa nõ oĩs qui aliis præest,dicitur princeps,eo modo quo de principe loqui intẽdimus,ideo dicitur rõne administratiõis vel officij ex titulo &c.Et habita hac diffinitione,quæ à iure ciuili proficiscitur, ꝓ vera, nõ est dubiũ ꝙ in istis principibus sunt diuersi gradus, sed quia tã de iure q̃ de cõsuetudine intelligitur de principe nõ recognoscẽte superiorẽ, ne eamus per mẽdicata suffragia,& ne à dextera descẽdamus, dicẽdũ est ꝙ in hac patria princeps nõ recognoscẽs superiorem, est christianissimus Rex nr̃ Rex Franciscus, qui dicit imperator in suo regno de iure,c.per venerabilẽ,qui
3 Princeps restituit famam. filij sint legitimi.† & talis princeps nõ recognoscens superiorẽ põt restituere famã.Panor.in c.cũ te.in iiij. col.de re iudi.& ibi Henri.Bohic, in terminis de rege Frãciæ,& de gratia quo ad vitã.Faciũt quæ dicit Bar.
4 in l. j. §. si quis vltrò.ff. de quæstio.† vbi loquitur de restitutione quæ fit ex sola misericordia, q̃ solus princeps potest facere.& dicit Iac.de sancto Geor.in trac. feudorũ,super verbo,princeps,in xvij. col specialiter per l.relegati.ff.de pœnis, ꝙ ad solũ principẽ spectat facere,nec hoc põt facere alius iudex,vt dicit Bal.in l. seruos,in fi.C.ad legẽ Iuliã de vi publ.†Nec etiã alius 5
põt dare licẽtiã tollẽdi corpora suspẽsorũ à furcis.Ita tenet Iac.in dicto loco. ¶Aduerte,†qa fures & latro-
6 Qui prohibentur ecclesiastica sepultura. nes debẽt carere ecclesiastica sepultura, c. fures. de fur. Idẽ est ĩ his qui se interimũt,c.placuit.xxiij.q.v.gl. & doct. ĩ c.ex parte,dè sepulturis. Idẽ in his qui moriũt in torneamẽtis,c.j. de torneamẽtis. Idẽ in his qui nõ cõmunicãt semel in anno,c.oĩs vtriusq;sexus,de pœni.& remis.Idẽ in blasphematoribus Dei & sanctorũ, pœnitẽtiã sibi iunctã cõtemnẽtibus,c.ij.de maledi. Idẽ in raptorib⁹,c.super eo.de rapto.Idẽ in his q̃ post mortẽ conuincũtur de hæresi,c.sanè profertur.xxiij. q.ij.Quẽadmodũ legimus de Gulielma hæretica,lib. Gulielma hæretica. xiij.supplemẽti chronicorũ,fol.ccxl.quæ licet ꝓ sancta habita fuerit,postmodũ ꝓ pestilentissima hęretica blasphemata fuit, ac inde eius ossa cõcremata. Idẽ in manifestis vsurariis,c.quãquã,de vsuris.lib.vj. Idẽ in his qui presbyteros instituũt in testamẽtis tutores filiis suis,c.neq; apud,lxxxviij.dist.Idẽ in omni persona q̃ cõstat decessisse in peccato mortali,c.quibus,& c.pro obeũtibus,xiij.q.ij. Idẽ in excõicatis, & pluribus aliis,de quibus per tex.c.ex parte, & c. in sacris. de sepulturis & d.c.placuit.xxiij.q.v.dicit tñ Io.Fabr. in auth.sed neq; ante.C.de sepul.violat. †ꝙ creditores impedientes in articulo mortis debitores,ne po- 7
nãtur in ecclesiastica sepultura,quia eos excõicari faciunt,puniũtur pœna auth.item qui demũ,de qua in dicto titulo:quia scilicet cadũt ab actione post mortẽ debitoris,& sunt infames,& tertia pars bonorũ eorũ publicatur.Imò etiã,vt dicit,possunt cogi creditores ad faciẽdũ eos sepeliri, qñ hæredes se volũt obligare ꝓ debito.Et etiã facit in hoc, quia excõmunicatio est timor,& vis etiã sufficiẽs ad rescindẽdũ contractũ,vt dicit idẽ Io.Fab.in l.accusatiõis. C.de his quæ vi metũsue causa gesta sunt.† Et ideo videtur ꝙ non debet
8 Excõmunicatio nõ debet inferri in articulo mortis. inferri in articulo mortis.cogita. Et aduerte etiam ꝙ licet infirmus excommunicari nõ possit,missio tamẽ in bonis illius fieri potest,vt dicit Io.Fab.in l.ignorare.C.de restitutio.militum. Et aduerte quia hic dicitur quod solus princeps põt dare gratiã:quia Luc.de Penn.in l.cõtra publicam.C.de re milit.lib.xij. ponit lxvij.quæ potest facere solus princeps. & ibi in v.col. dicit,†ꝙ Rex est Deus in terris.in vj.col.Et quòd sol⁹ 9 Rex est Deus in terris.
princeps possit dare gratiam,tenet Bal. in l.imperiũ. col.iij.ff.de iur.om.iud.Et Iac.de san.Geor.in d.l.imperium, in ij.lectura.ff.de iurisd.om.iud.† Imò etiam 10
Baro non potest reuocare bannitos.† Nec episcopus 11
damnatos ad carcerẽ perpetuũ, cũ hoc spectet ad supremũ principẽ.Ioan.Fab.in l. pœnam. C. de pœnis.

ADDITIO. De banno quod non remittatur nisi per principem,vide Mat.de afflictis,in consti.quæ incipit,grandis,in vij.not.quasi in fine illius not.†

SEd quia dictũ est,quòd princeps est qui habet dignitatẽ annexam administrationi,vel officio, collatam ex titulo iusto vel officio, † an Dux, Marchio, 12
Comes, qui habent huiusmodi dignitatẽ, & qui dicuntur principes,vt in titulo quis dicatur Dux,Marchio,Comes,possint dare gratiã,& possit in eis verificari consuetudo nostra? Credo quòd non,nisi sint tales qui non recognoscũt superiorem,vt videtur tenere Bart.in l.acta.§.de ampliada.& ibi Alexan. de re iudi.& Bald.in l.imperiũ,in j.lectura. ff. de iurisdi. omnium iudic. nisi tamẽ esset à superiori principe eis

BIU Cujas

cõcessum,vel nisi haberẽt ex cõsuetudine,insequẽdo opinionẽ Innoc.in c.j.de maioritate & obed. Itellige tñ dũmodo sit ꝑ principẽ approbata.iuxta ea quæ dicit Aluaro.in c.j.§.si rusticꝰ. in titu. quæ sunt regalia.

13 *Consuetudo dat iurisdictionem.*

†Et licet dicat,ꝙ cõsuetudo dat iurisdictionẽ: vt notat in c.literis.de restitutione spoliato.per Ioan.And. in c.cùm cõtingat.de fo. cõpe.ꝑ Bal.in l.j.C.de eman. libero.per Feli.in c.super quæstionũ.§. si verò, in vlt. col.versic.limita quintò.de offic.deleg. dixi suprà ĩ §. *celuy qui trouue espaue*, in gl.j. ¶ Facit tex.in l.secularij. §.sunt quędã quæ ex more ꝓuinciarũ.ff.de extraord. criminibus.& dicit Bal.in d.l.j.C.de eman.lib. ꝙ cõsuetudo est origo oĩũ iurisdictionũ.alleg.l. missi opinatores. C. de exactorib. tribut.li.x.& l.j. C.de petitio.bono.subla.& vide Luc.de Pẽ.in l.viros. C.de diuersis offi.lib.xij. ¶Tñ cõsuetudo nõ põt dare illã iurisdictionẽ,cũ sit de regalibus, dicto tit. quæ sunt regalia. & dixi s̃. nisi solũ p tãtũ tẽpꝰ cuiꝰ initij memoria nõ extat in cõtrariũ.c.sup quibusdã.§.præterea.de verb.& rerũ signif.Dicerem tamẽ, ꝙ si sit ꝑ principẽ approbata,quod põt præscribi,vt dixi. j̃.in c.j.*des cõfiscations*.in gl.& *appartient*.Dicit tamẽ Franciscus de Curte in cõsil.suo xlviij.inci.Recolẽdæ memoriæ, in x.col.vers.vj. ꝓbatur.& in consi.xlix.incip. Memorię

14 recolẽdæ,in xxxiij.col.cũ sequ.vers.ix. ostendere † ꝙ Reges,Duces,Marchiones,& Comites,ꝑpetuò constituti in terris eorum sunt principes, & possunt oĩa (quò ad subditos eorũ) quæ potest Imperator in toto orbe,in cõsequentiã illarũ dignitatũ perpetuò cõcessarũ.Et idem voluit Barba.in cons.suo xxxiiij.in pen. col.in ij.vol.& dicit Pau.de Cast.in cõsi.suo cxcvj. in

15 nouis:†ꝙ duces & alij principes possunt legitimare, & creare tabelliones.¶Ex quibus videtur dicendũ,ꝙ hoc casu princeps potuisset dici, etiã Dux Philippus Burgundiæ,qui tunc erat dux & princeps,& ꝙ poterat dare gratiam.sed audiui quòd habebat à principe per priuilegiũ,quia aliàs(vt credo)non potuisset, dicam. j̃. in tit. *des successions des bastardz*. in §. *Quand le prestre bastard*.in gl.fi.vbi ponuntur duæ legitimationes factæ per Philippũ Ducem Burgundiæ. ¶ Et satis

16 *Dux Philippus habuit regalia in Burgũdiæ ducatu.*

ꝓbant hæ nostræ cõsuetudines in si.† quod Dux Philippus habuit iura regalia in suo ducatu,cùm has cõsuetudines approbauerit, & cõfirmauerit, ordinãdo & statuẽdo illas haberi ꝑ lege in sua patria,quod põt solus princeps.l.leges.C.de legibꝰ.Et si dicatur ꝙ tales cõsuetudines habẽt tãtũ vim legis in ducatu Burgundiæ,& sic non sunt generales, cũ nõ habeãt vim in toto orbe,& sic p hoc nõ dicitur princeps habere iura regalia.¶Ad hoc est responsio clara,ꝙ nõ est dubiũ quod Christianissimus Rex nr̃ quotidie facit ordinationes & alia statuta, quas & quæ vult, & iubet generaliter obseruari in toto suo regno.& nõ est dubiũ quod sunt generales, & legis habẽt vigorẽ: dico generales in toto suo regno,nec sequitur,nõ extẽdũt per totũ orbẽ, ergo non sunt generales:quia sufficit quod habeãt vim legis in patria sibi subiecta: credo veraciter quod dux Philippus voluerit sibi vsurpare iura regalia, sed finaliter hoc nõ fuit sibi permissum: nec per tantũ tẽpus cuius initij memoria nõ extiterit in contrariũ vsus est:ex quo non præscripsit. Et ideo sua talis qualis vsurpatio, nihil facit. Defacto tamen & gratias dabat, & legitimabat, & tamen nõ creabat notarios, nisi ex potestate regali sibi concessa: cùm viderim literas regias impetrationis iurisdictionis cancellariæ ducatus Burgundiæ, quæ fuit concessa duci Philippo le hardy in priuilegium. Ex quo necessariò dicendum quòd nõ habebat iura regalia.

SEd quia vtebatur de facto dãdo gratias,an si alicui dederat gratiã, debuerit illa gratia illi criminoso prodesse,ita ꝙ si fuerit talis criminosus in vim gratiæ relaxatus, potuerit iterũ ꝑ principẽ capi & detineri? Credo ꝙ nõ debuerit valere talis gr̃a.arg.ti.ff.& C.si à nõ compe.iu.& nota.in l.fi.ff.de iurisdi.om. iudi. nisi forte impetrans ignorauit de potestate principis qui cõcessit:& credebat illũ posse dare gratiã:forte nõ debet sibi nocere,adeò vt possit capi.arg.eorũ quæ notãtur in §.semel.& ibi Io.Fab.instit. qui & ex quibus causis manumit.non possꝫ.sed quicquid sit, hoc non multũ facit:& credo ꝙ de iure põt capi:nec ꝓdest sibi talis gratia. Et satis fuit hęc materia disputata in parlamento Diuionẽ.in causa illorũ Despyry, cõtra dominum Daulmont propter dubium, an Dux Burgundiæ potuerit legitimare dominam Ioannam de Montagu:filiam domini de Coulches,& an valuerit talis legitimatio,etiam quò ad feudalia. dicam fortè infrà,inferendo consilia quorundam,nihil aliud tangendo, cùm nondũ sit materia discussa & terminata.

SEd in sequẽdo materiã quęro,† princeps q̃ põt da re gratiã,vt hîc antè dictũ est, habet plures filios, vtrũ oẽs hoc iure vtẽtur,siue eo viuẽte,siue post eius mortẽ. Eo verò viuẽte in Frãcia videmꝰ oẽs q̃ sunt de ꝓsapia & sanguine regali,siue sint masculi,siue fœminæ,hoc iure vti volũt,& de facto vtũt. Et in hoc credẽ ꝙ de iure fieri nõ debet,nec ꝙ tales gratiã facere possent.†licet enim isti regũ & principũ filij dicãtur, 18
nati principes,& possent dici & vocari viuente patre principes:†puta filius Regis potest vocari Rex,patre 19 *Primo-*
eius viuente,c.cœpit Hermigildus Rex.xxiiij.q. j. Et *pũ filij dicũtur principes viuo patre.*
idem de aliis principibus, vt dicit ibi gl. quod credo verũ in primogenito & vnico filio Regis ꝓpter spẽ: secus esset in aliis qui in regno non succedut,cùm nõ diuidant.c.licet.& ibi notatur,de voto.nec alij principatus. c. j. §. prętera. de prohibi. feudi aliena. per Federi.sed habent solum nomẽ principis, nec administrationem habent,quæ eis deest.vt dicit glos. in d. c.cœpit.& ideo cum gratia conueniat administrationi,quæ eis deest, videtur ꝙ tales de iure facere gratiã nõ possunt. De consuetudine tñ in Francia intrando semel in aliquo loco,& prima vice faciunt gratiã criminosis tũc existẽtibus in loco in quo intrãt,& dicit gratia quæ fit ꝓpter iucundũ aduentũ eorũ: sed hoc *Gratia ꝓpter iucundum aduentum.*
nõ põt esse ex iuris dispositione,ꝙ habeãt tale ius:sed credo esse ex priuilegio eis per Reges cõcesso, nõ de iure cõi:qa hoc facere, sapit administrationẽ iurisdictionis,& superioritatẽ principis.d.ti.quæ sunt regalia. q̃ administrationẽ non habent de iure dicti tales existẽtes de ꝓsapia,igitur,&c. ¶Sed quia(vt videmus cõmuniter)istæ gratię quæ dãtur per existentẽ de ꝓsapia regali in eorũ iucundo aduentu, dantur tantũ ĩ locis & ciuitatibus in quibus reperiũtur incarcerati & prisonarij.Pone ꝙ quidam Burgũdus ex balliuatu *Casus.*
Hedueñ.cõmisit homicidiũ in hoc nostro balliuatu, & sciens Reginã velle intrare Parisios,illuc vadit, & se cõstituit in carcere in ciuitate Parisiensi: & ibi obtinet gratiã à Regina per eius iucundum aduentũ:in qua apponit quod est ibi detentus ꝓ tali delicto: An Balliuus Hedueñ. debeat interinare huiusmodi gratiam.dixi in casu emergenti.quod nõ.Ex quo affectauit & ꝓcurauit illã incarcerationẽ, & illum locũ punitionis delicti,p ea quæ notat Bal. in l. si seruus plurium.§.si quis tamen.ff.de leg.j.& etiam ibi Angel.& Ang.de Aretio in trac.malefi.in gl.j.fol.iij. col. iij. illius fol.†ꝙ si quis procurauit accusari in vna curia,vt 20
mitius puniretur,non prodest ei illa præuẽtio. Et faciunt

BIU Cujas

ciunt quæ p plura dicit Felin.in c.non debet,de teſtibus: vbi dicit q̃ ꝓcurata ſeu affectata nõ proſunt. faciũt dicta p eũdẽ in c.cũ M.col iij.de cõſti.faciũt dicta per Barb.in conſi.liiij.in iij.col. & etiã per do. meum Iaſin §.omniũ.col.xxv.inſti.de actio.& in §.ſed iſtę. ĩ iiij.col.inſtit.de actio. & in l.ſi filiã tuã. C. de inoffic. teſta.Et multũ facit in hoc,quia talis affectauit carcere extra ſuum diſtrictum.Aduerte tamẽ quia in caſu ſimili fuit interinata vna gratia in hoc Balliuatu Heduen. anno dñi Milleſimo quingenteſimo viceſimo.

AN autem Papa poſſit facere talem gratiam,cogita ex his quæ dicit Ioã.Fab.in §.fi.inſtit.de nupt. Quid autem de baſtardis? Credo q̃ non poſſit, cùm non ſint de domo & familia,ſecũdum Bar.& Bald.& alios in l.fi.C.de verb.& rerum ſignific. dicam plenè infrà, in tit. *Des ſucceſſions des baſtards. §. le baſtard ou baſtarde.* in gl.j.verſi.iuxta prædicta quæro.

21 QVid autẽ† de filio Regis nato ãtequã pater eſſet Rex:nã talis licet non ſit Rex,vt notat Bald.in l. ĩperialis.§.his illud,in j.lec.C.de nup.& facit iudiciũ Enofernis,de quo apud Iuſtinũ lib.ij.hiſtoriarum,tñ quia põt dici filius Regis,& de proſapia, ſeu ſanguine regali, poteſt dici q̃ habere debeat iſtud priuilegium.Et ſi caſus eueniret, credo quòd obſeruaretur.

§. SEXTO.

MEſſiers & ſergens ſont creuz par leurs ſermẽs de leurs rapports en meſuſaige, iuſques à ſept ſols tournois & au deſſoubs.

TOdem in comitatu Burgundiæ,ſed nõ creditur talibus, niſi vſque ad tres ſolidos. Per cõſuetudinem Præpoſituræ & Vicecomitatus Pariſienſis, creditur relationi iuratorum:vt habetur in cõſuetudinibus dictæ Præpoſituræ,in tit. *Des rapports des iurez.*§.j.

IN TEXTV IBI,

Meſſiers & ſergens.

PRo expeditione iſtius materiæ huius §. quæro de pluribus.¶Primò,qui dicuntur tales, & quomodo de iure vocentur. ¶ Secundò, qui poſſint eos eligere ſeu creare. ¶ Tertiò,quales debeãt eligi & creari. ¶ Quartò, quod & quale ſit eorum officium.

1 Meſſiers & ſergens quomodo vocentur in iure.

AD primũ†ergo dico, q̃ tales in iure dici poſſunt

Nuntij. Viatores.

nuntij:quia quæ à iudicibus vel partibus,iudicũ ſententia aut præcepto nũtiãda ſunt,illi ex officio facere tenẽtur.Et ita cõmuniter notatur in l.j.§. nũtiatio.& ibi Bar.& nouiſſimi.ff.de noui ope.nũt.& in c. cum parati.de appel.¶Itẽ & viatores,quia & viare & ire debẽt per vias,ad ambaſiatas & mãdata exequenda.Ita eos appellat iuriſperit⁹ in l.magis puto.§.illud quæri poteſt.ff.de rebus eorũ,& in l.fi.ff.de iud. Item

Opinatores Executores.

opinatores,vt ĩ l.miſſi opinatores.C.de exa.trib.li.x. ¶ Itẽ executores dicuntur.l.ait prætor. §.ſi executor. ff.de neg.ge.l.ſi pignor.ff.de eui.l.ij.C.de ſportu.§.tripli.inſt.de acti.vbi text.expõit viatores,j.executores.

Apparitores.

¶ Quãdoq; verò dicũt apparitores, l. apparitores.C. de exa.trib.l.j.C.de ſport.l.cũ clericis.C.de epiſco.& cler.Quãdoq; verò exceptores,vt eſt tex.in §.his qui cauſas præparãt,in authen.de iudi.coll.vj.quos gl.ibi vocat maſſarios. Et Bar. poſt gl.eos vocat maſſarios & baiulos.Et de hoc nomine,exceptor,facit etiã mẽtionẽ tex.in §.deinde eos,in fi.in authẽ.de defen.ciui. col.iij.& ibi etiã tex.vocat eos officiales:vt habet in l.

Exceptores. Maſſarij. Baiuli.

Officiales.

prohibitũ. C. de iure fiſci.vbi etiam vocantur Cæſariani. & in l. facultas. C. de iur.fiſc.& tales vocantur etiã catholiciani:vt eſt tex.in l.pe.§.fi.C.de bo.dã. Et tales executores etiã quandoq; vocant magiſtrarij & præfectarij,vt eſt tex.qui ita exponit in §.hoc quoq;. in auth.vt litigãtes.coll.ix.Quãdoq; etiã dicũtur miniſtratores.§.maximè.in authẽ.de quæſtore,colla.vj. Quãdoq; dicũtur nuntij,vt in extrauaganti ad reprimẽdũ.& ibi Bar.in verbo,per nuntiũ.& in d.§.tripli. Quãdoque etiam vocantur clientes,id eſt ſeruientes, prout exponit gl.in l.nõ dubito.in verb.cliẽtes.ff. de capti.& ita eos cõmuniter apud nos vocam⁹,cùm ita dicantur,*ſergens royaulx*, hoc eſt, ſeruientes regij: & his verbis in vulgari noſtro vtimur. ¶Vel ſaltuarij dici poſſunt,vt facit text.in l.ſi ita legatus.§.j. ff. de vſu & habitatione.& in l.quæſitum.§.quæritur. & §.ſaltuarium.ff.de fundo inſtructo.vbi ſaltuarium Labeo putat eum demum contineri, qui fructuũ conſeruãdorũ cauſa paratus ſit,prout ſunt tales maſſarij: hoc nomine,*meſſiers*,apud nos in vulgari ſunt vocati.

Cæſariani.

Catholiciani.

Magiſtrarij.

Præfectarij.

Miniſtratores.

Clientes.

Sergens royaulx.

ADDITIO. Aduerte quoniam,vt dicit Alexan. in conſi.ſuo cxxxvij.in iij.col.in vij.vol.quòd poteſt cõſuetudine introduci quòd talibus ſaltuariis & maſſariis credatur de damno dato in fructibus vſq; ad certam ſummam,prout cõmuniter in Italia ſunt ſtatuta. ¶De ſupradictis nominib⁹,gl.in §.nullo,ſuprà alleg. collegi quædam,alia etiam ponit gl.in l.executorem. C.de execu.rei iudic.reliqua verò diſperſa in diuerſis locis collegi.

AD ſecundum † verò dubiũ,quod eſt, qui poſſint

2 Qui poſſint eligere nuntios.

eligere ſeu creare tales nuntios. Ad iſtud dico q̃ de iure quilibet iudex,ſiue ordinarius,ſiue delegatus creat,elegit, & ordinat nuntiũ p exercitio ſuæ iuriſdictiõis,vt notatur in c.paſtoralis.de offic. deleg. §.j. tex.eſt,& ibi Bal. & Sali.in l.ij. C. de ſportu. Et nedũ hi,ſed etiã arbiter põt ſibi eligere nuntiũ.l. ſed & interpellatur.§.j.& l.diẽ proferre. in prin. ff. de arbi. & ita not.Bal.illũ tex.in d.l. ſed & interpellat. Et alleg. ad hoc Specu.in tit.de citatione.§.j.verſ. ſed nũquid. Et ponit ibi Bal. † nũquid arbiter poſſit citare teſtes. vide allegata per eum. ¶Et quod dicit de iudicibus, 3 procedit de iure,ſed de conſuetudine & vſu noſtro in omnibus non procedit,quia vidi in multis q̃ domini terrarũ volũt habere iſtã poteſtatem in territoriis in quibus habẽt imperiũ,& nolũt permittere q̃ iudices eorũ faciãt.Ego in quibuſdã locis feci,nec paſſus ſum q̃ dominus faceret. à tẽpore tamẽ quo ordinatio regia fuit facta:q̃ nulli Balliui poſſent creare & eligere ſeruiẽtes regios,ſeu nũtios in eorũ Balliuatibus,imò q̃ tenerentur habere literas regias,domini terrarum noluerunt pati q̃ iudices eorũ iſtos eligerent & crearent.quicquid ſit,p ordinationes regias declaratũ eſt q̃ Balliui amplius nõ poſſint tales eligere ſeu creare, quod tamen ante has ordinationes nouiter factas faciebant.Et tales creabant,& eligebant Balliui, qui p principe exercebãt iuriſdictionẽ.† ¶ Et aduerte,quia 4 *Nuntiorum differentia.*

horum nuntiorum quidã ſunt magis publici, vt ſunt hi qui literas habẽt à principe,& vbiq; exercent officium,& ſolent dici nuntij equeſtres, *ſergens à cheual.* Alij ſunt qui etiã dicũtur publici,ſed non ita largè,vt ſunt hi qui in aliquo Balliuatu exercent ſuã poteſtatem,quã habent limitatam.Alij ſunt qui in toto Balliuatu ſuam exercent poteſtatẽ non limitatam in dicto Balliuatu.Et quantùm ad eos qui habent limitatam:aut eſt limitata ad vnũ actũ, vt ſunt hi maſſarij, ſeu q̃ aliàs dicũtur ſaltuarij,ſeu foreſtarij: aut ad vnũ territorium tãtùm, vt ſunt hi nuntij & ſeruiẽtes qui in aliqua

BIU Cujas

in aliqua sunt præpositura seu castellania, & tales sic habẽtes actus & territoria, non possunt aliquid exequi vltra eorum actus & territoria.quicquid sit.non amplius hîc insisto circa creationem horũ nuntiorũ.

5 SEd tamen ad vnum aduerte, † quod iudex nõ potest sua mandata mittere executioni per alium q̃ per nuntium publicum illius prouinciæ vbi est iudex. Per Bar. in extrauaganti, ad reprimendum, in glos.in verbo,per nuntium. Facit text. in §. proinde, ibi,præsidiali officio.in authen.de defen.ciuita.& ibi Bar.notat illud in delegato & arbitro.

ADDITIO. Faciunt quæ dicit Mat.de affl.in cõsti. regni Siciliæ,in constitutione quæ incipit,edictorũ, in iiij.not.& ĩ iij.ponit,an citatio possit cõmitti,& vĩ tenere ꝙ sic. ¶Sed iterũ quæro,†an in electione nũtij requiratur cõsensus partis?Aduerte, quia duplex est electio,Quædã est electio,quæ pro primo fit per dominũ habentẽ potestatẽ creandi seu eligẽdi : qui pro exercitio suæ iurisdictionis creat tales nuntios : eo ꝙ habet merũ imperiũ & regale in talibus,cũ hoc sit de iuribus regaliæ,quæ sunt regal.in vsibus feudorũ.Et hoc casu nõ requiritur consensus partis.In his tñ saltuariis & messariis(de quibus hîc)qui solent custodire & prata, & vineas, & blada, quorũ potestas est ad hoc limitata:aliter fit de cõsuetudine & cõmuni obseruãtia:quia in locis vbi istorum vsus talis,ille cuius est iurisdictio,tales creat & ordinat, sed ad præsentationem illorũ de terra, dominio, & iurisdictione domini creantis & ordinãtis. ¶† Et in creatione horum officialium est seruãdus mos antiquus, aliàs creatio est nulla.l.non tãtum.C.de decurio.Batt. in l. actuarios.C.de numera.& actua.lib. xij. Corset' in singul. incip.vbicũq; creãt.in verbo,cõsuetudo,lvj. dicit tamẽ do.meus Ias.in l.vniuersis.in j.col.C.de preci.impera.offe.& in l.j.in pen.col.ff.de legi. & Feli. in c. cũ dilecta.in xviij.col. de rescript. ꝙ sufficit quòd cõstet de sensu, etiam si solennitas non est obseruata.

6 Nuntiorũ electio duplex.

7 Mos antiquus seruandus in electione nũtiorum.

ALia est electio seu ordinatio quæ fit à iudice , ad cuius mãdata exequenda ad instantiam alicuius partis contra aliquẽ; & tunc hoc casu videt ꝙ cõsensus partis sit habẽdus.ita tenet & cõsuluit Bal.vt habet in c.cũ parati.de appel.quia † cũ nũtius possit recusari tãquã suspectus , debet eligi de cõsensu partiũ. alleg.pro hoc gl.sing.in §.& qđ sæpe.in auth.de tri.& semis.in verb.artificis.quã facit in simili,de tabel.Faciũt ad prædicta quæ dicit Panor.in c.cũ ad monasteriũ.de statu mona.vbi etiã videtur facere quod debet eligi de consensu illius ad quẽ mittitur. per tex. in c. in grauibus.iij.q. vij. tamen in hoc malè obseruatur.

8

9 Quales debẽt eligi in nuntios.

AD tertiũ verò quæsitum, † dico ꝙ debẽt eligi tales q̃ sint capaces & habiles,& hæc capacitas seu habilitas inspicit, aut ex iure , aut ex facto,aut ex re, aut ex psona:quæ personæ capacitas maximè intueri debet p eos qui habẽt hos creare:vt scilicet ordinent & creẽt ꝓbos & legales,quos deierare nõ esset de facili præsumẽdũ.arg.no.in l.si quenquã.C.de episc.& cler.& est tex.& ibi Panor.in d.c.cũ ad monasterium.

10 Officia non debent pendi.

Quæ quidẽ ꝓbitas ex multis argui potest.† Pecuniã non petãt ordinãtes ab his qui petunt se ad dictũ officium ordinari, per d.l.si quenquã.facit l.j.ff.ad l.Iuliam de ambi. aliter enim improbitatem suam nedũ is qui ordinatur,detegit,sed etiã ei' qui ordinat.Malè em̃(vt inquit Cicer.lib.j.officiorum) se res habet, cùm id quod virtute effici debet,tẽtatur pecunia, sed vsque adeò mortalia pectora cogit auri sacra fames, vt nedũ hi iustitiæ ministri,sed etiã maiorũ tribunaliũ iudices,auro his nris diebus ordinãtur,& creãtur.

Auri sacra fames.

Ex quo fit , vt si iudices eorũ officiũ pretio sibi cõparauerint,rectè iustitiã vẽdere possint, cùm vt dicitur, Emerat ille priùs,vẽdere iure potest. Si enim qui eos creant,cupiditate cæci à recto deuiãt, cur non multò magis qui à talibus ordinati sunt? Non multũ in hoc insisto , cũ satis oẽs cognoscãt quid expertũ sit tẽporibus nostris:nec his nostris tẽporibus loquendũ est de tali in capacitate:quia,sicut hîc dicitur, quod i ciuitate Romana, lex Iulia de ambitu non habet locũ, vt dicit gl.in rub.C.ad l.Iul.de ambitu.põt dici apud nos quod cessat in Gallia,vt docet experiẽtia,quæ est rerũ magistra.c.quàm sit.de ele.in vj. ¶Videtur etiam quod capacitas debet cõsiderari ex hoc , an sint infames,cũ multa sint ꝓhibita infamib'. Faciũt quæ notãtur in reg.infamibus,de reg.iur.lib.vj.& in l.vnica. C.de infa.lib.xj.sed quia tangit Bar.in extrauaganti, ad reprimendum.in versi.per nuntium , non insisto.

11 Impubes an possit creari nũtius.

QVid autem de impubertate,an sit sufficiẽs causa ad repellendum quem ne ad illud officium admittat', † & si quæro, an impubes possit creari & ordinari ad istud officiũ? & in hoc credo ꝙ nõ est dubiũ in minore septẽnio,per l.ij.§.itẽ impuberes.ff.de reg. iur.facit l.ij.§.impuberes.ff.de iu.immuni.quod satis credo verũ sine dubio in talibus qui sunt minores septennio,quorũ ætas quicquid videt,ignorat.l.j.C.de fal.mone.hi enim sunt oĩum actuum incapaces.facit d.l.j.& not. ĩ l.si infanti.C.de iur.delib.& faciũt not. in l.pupillũ,& in l.pupillus.ff. de reg. iur. in aliis verò impuberibus maioribus septẽnio, est mai' dubiũ. Et etiam hoc casu videtur, quod nõ possint exercere talia officia, quia nõ possunt esse iudices.l.cum prætor.§.non autem.ff.de iudic. c. infames. §. tria. iij. q. vij. imò nec aliud officium exercere quod sit publicum.d.l.ij.§.item impuberes.ff.de regul.iur.& d.l. ij. §.impuberes.ff.de iur.immu. Et facit , quia hi nostri nuntij sunt in casibus suprapositis testes,per consuetudines nostras : & his creditur per consuetudines nostras : & sic sunt testes ; & tamen impuberes non possunt esse testes , nec regulariter his creditur. l. iij. §.lege Iulia de vi.ff.de testi. & istud credo verum per supradicta. Et idem diceretur de furioso , & mente capto , de muto , & surdo , per iura hîc antè alleg.

12 A mi. nor xxv. annis.

QVid autem†de pubere, minore tamẽ xxv.annis: vtrum possit hæc officia exercere? Dic ꝙ adultus potest ex causa,aliàs nõ ante xxv.annum, vt dicit gl.in d.l.ij.§.item impuberes.ff.de reg.iur.& dicit.gl. in d.l.cum prætor.§.non autem.quòd in hoc sunt attendẽdæ quatuor ætates.Et dicit quòd nõ potest ante ætatẽ xxviij.annorum,nisi in duobus casibus : scilicet quando princeps facit eum ordinariũ , vel delegatum,sciens ætatem suã,quia hoc casu videtur cum eo dispensare.l.quidã consulebãt.ff.de re iudi.vel nisi partes scientes ætatem suam,in eum consenserint.ita dicit ibi glo.aliàs†verò post ætatem xviij.annorũ videtur quòd quis posset esse iudex,sed non cogitur,vt dicit ibi glos.Et facit glos.in l.cum lege. ff. de arbi. & in c.cũ vicesimũ annum. de offi. & pote.iu. de leg.ex quibus videtur,quòd qui attingit xviij.annũ , potest talia officia exercere.faciunt quæ dicit Barto.Bald. & Salic.C.qui & aduer.quos.ĩ l.j. & ij. Et maximè quia videtur esse dispensatum cum eo per creantẽ & ordinantem,qui videtur eos approbare.Facit in simili de approbatione quam facit is qui potest eos creare: eo ipso quòd eos creat eos ap ꝓbat, & ex quo sunt iurati,& in matricula positi, cẽsetur esse quędã impetratio veniæ ætatis.& hoc videt' sentire Bar.dum alle.l.j. C.de his q̃ ve.æta.impe.& in hoc non est dubium,qñ

13 Minor xxv.annis & maior xviij. potest esse iudex.

esset

eſſet creatus à principe, q expreſſam de ſua ætate faceret mẽtionẽ.arg.l.quidã cõſulebãt.ff. de re iudic.ſ. alle.quia tũc ex quo facit mẽtionẽ,videt ſciuiſſe:& iõ vr cũ eo diſpẽſaſſe,vt dicit Bar. ĩ l.idẽ Vlpianus.§.sũt. ff.de exc.tut.Alex.plenè in d.l.quidã cõſulebãt.Alex. in cõſ.ſuo lix.in v.col.in j.vol.& in cõſi.cxxxv.in vij. col.in j.vol.& in cõſ.cxxiij.in pe.col.ĩ j.vol.Et oẽs cõ-
14 cludũt† q tãtũ operatur certa ſciẽtia principis,quãtũ eius diſpẽſatio.p doctrinã Bal.in d.l.idẽ Vlpianus.De qua clauſula plenè diſpoſui in tra.meo clauſularũ,in litera E,in prima clauſula illius literæ.Aduerte tamẽ quod pupillus nõ poteſt creari notarius,cum hoc,q poſſit exercere artem notariatus cùm erit maior : vt dicit Bar. in l.impuberem. ff. de fal. Refert do. meus Iaſ.in l.fi.in j.col.C.de te. mi. Et ibi plura alia de pupillo & minore,videlicet vtrum poſſit creari miles.

15 EXcõicatio† etiã reddit quẽ incapacẽ ad iſtud officiũ obtinendũ,imò etiã obtentũ exercendũ.Et q
16 impediat ad officiũ obtinendũ,facit,† quia excõicati ſunt oĩbus actibus ciuilib⁹ interdicti.c.pia.& ibi Ioã. An.de excep.li.vj.& etiã ibi dicit Io.An.eſſe intelligẽ dũ,tã de actibus iudicialibus q extraiudicialib⁹, maximè vbi de eorũ vtilitate agit.faciũt no.in c.decernimus.de ſen.excõ.in vj. phibẽt excõicati teſtificari, & ideo quia hi nr̃i officiales ferũt teſtimoniũ, vt dictũ eſt antè,igit̃ ſunt repellẽdi ab hoc officio, quia excõmunicatis nõ credit̃,gl.ĩ c.nullus.iij.q.iiij. ¶ Quo aũt excõicatio eſt multũ timẽda,& dat aĩã ſathanę, & eſt mõſtrũ apud Deũ, ponit G. Benedicti in ſua repet. c. Rayn.in verbo,mortuo itaq; teſtatore.j.nu.cclxxvij.
17 de teſt.Et ideo gl.in d.c.decernimus,† quærit quid de tabellione,an ſ. inſtrumẽta ab eo cõfecta tẽpore quo fuit in excõicatione,ſint valida?Dic vt ibi per eum,& facit c.licet.de ſent.excõmu.in vj.vbi dicit text.q etiã excõicatus repellit̃ ab actibus extraiudicialibus.& di
18 *G.ſta per occultè excõmunicatum.* cit ibi gl.† q ſi eſt occultè excõicatus,quod geſta per eũ valẽt:ſi verò ſit notoriè excõicatus,geſta p eũ non valẽt,etiã ſi ſint acta rõne publici officij.ita tenet Feli. in c.ad pbãdũ.in ij.col.verſ.cæterũ. de re iudi. quãtũ ad geſta.& ideo,vt dicit ibi Feli. quãdo opponitur cõtra aliquẽ quod geſta per eum non valent, quia erat excõicatus,nõ ſufficit,ſed opus eſt dicere, quod erat publicè excõicatus, & talis habebatur & reputabat̃, aliter non valet exceptio.ita Bart.in l.j.C.de teſta.faciunt quæ dicit Feli.in c.teſtimonium,de teſti. & idẽ Bar.tenet in l.teſtiũ.ff.de teſt.licet contrarium teneãt Bal.Fulg.Paul.de Caſt.& Rom.in d.l.j. C. de teſtam.

QVando autẽ collatio aut prouiſio facta ab excõicato prẽlato valeat,vel ab eius vicario prẽlato exiſtẽte excõicato,vel à patrono præſentato, vide primò de prælato in c.ij.de conſue.lib.vj.de vicario, per gl.in c.fi.de ꝓcurato.& ibi oẽs. Panor. in c. qm̃ Abb. de offi.deleg.col.vij.& facit c.primũ, de officio vicarij.in vj.Et de patrono excõicato, per Panor.in c. cõſultationibus.verſ.ſed dubitat̃ quid in dubio. de iure patronatus.G.Benedicti in ſua repetitio.c.Ray.ĩ verbo,mortuo itaq; teſtatore.j.n.cclxxxv.de teſtamẽtis. ¶ Aduerte tamen ad vnũ ſingulare,quod licet acta & geſta ab excõicato occultè, ratione publicæ vtilitatis ſint valida,per l.Barbarius Philippus.ff.de offi.prẽto. tamen illud non eſt bonum,quando quis excõicatus facit acta in fauorem illius qui ſcit eum excõmunicatum,tunc hoc caſu actus eſt nullus.ita dicit Feli.in d. c.ad probãdum.j.de re iudi.in iiij.col.verſ. limita. ij,
19 vbi dicit Feli. q illud quod dicit̃,† quod ratione publici officij tolerantur multa, & maximè q ſeruus ſit prætor,& per eũ geſta ſint valida,ita etiã in excõicato quãdo eſt occultus,niſi ĩ caſu ſupradicto:& ibi recurrendũ eſt, quãdo acta per excõicatum valeant fauore publicæ vtilitatis,vel aliàs.Et p prædicta ſatis cõſtat, †quod excõicatio ſuperueniẽs impedit exercitiũ offi 20
cij,cũ acta p eũ,vt hîc ãtè dictũ eſt, ſint nulla ſi fuerit publicè excõicatus. imò etiã vr̃ quod ſit officio priuatus.auth.credẽtes.C.de hæreti.facit c.excõicamus. de hæret.in §.credentes,per quẽ tamẽ tex. videtur q nõ ſunt priuati officio laici,ſed tñ clerici.ibi,cũ dicit, ſi verò clericus fuerit,ſed tñ repelluntur ab exercitio officiorũ, & impedit̃ p excõicationẽ exercitiũ officij ſecularis. ¶ Hîc ergo cõſtat in quo excommunicatus pdit tale ius,& priuatur tali iure, quia priuat̃ officio ſeculari,vt dicit Io.An.in c.j.in iiij.col.de homi.in vj. vbi ponit etiã,† quod bõa excõicati rebellis,& rema- 21 *Bona excõmunicati contumacis confiſcanda.*
suetudinem, quæ est in Erãcia circa huiusmodi cõtumacias, volo te aduertere ad vnũ, ꝙ in multis locis est consuetudo, ꝙ contumax pro delicto pro quo venit imponẽda mortis cõdẽnatio, & ad mortem & confiscationem bonorum, aut bãnitur, si tantũ veniat imponenda pœna corporalis citra mortem, etiam si nõ cõstet de delicto, & istud obseruatur in castelleto Parisien. & malè, cũ de iure, licet cõtumax habeatur ꝓ confesso.l.certum. ff.de cõfessis. tamen ipsa cõtumacia nõ est potens, nec sufficiẽs ad condemnandũ cõtumacem.ita tenet Spec.in ti.de accusa.§.fi.in ix.col. ver.sed pone.A.fuit accusatus.vbi dici ꝙ debet cõstare de delicto, aliàs bannum aut condẽnatio est nulla. alleg.tex.in l.raptores.C.de epis.& cler.post princip. in vers.cõuicti.& ibi circa medium, in vers.post legitimas ꝓbationes iuri cognitas.& in fi.in vers. reperti & conuicti fuerũt. ad quod etiam optimè facit tex.in auth.qua in ꝓuincia.in §.j.versi.si tamẽ omnino appareat obnoxius. C. vbi de crimine agi oportet. de quo latè Hippol.de Marsil.in repet.l.vnicæ. C.de raptoribus virginũ.nu.129.& in cõs.xlix.nu.26.vsq; ad nu.31. & ibi allegat illũ tex.auth. qua in ꝓuinc. vltra Speculatorẽ, quẽ dicit nõ fuisse visum à dicto Speculatore, de quo miratus sum, cũ semp in mẽte habuerim, ꝙ vbi Speculator allegat solum vnum textũ, ꝙ potest allegari pro singulari, quia non est doctor qui melius allegauerit textus cõcordantes quã ipse Spec. plures alios tex.allegat idem Hipp.in cõsi.cxvij.in v. col.nu.31.& in cõsi.cxxxiiij.nu.9.vbi dicit Oldra.ita tenuisse in cõsi.suo lxv.inci.hîc agitur.per tex. à Speculatore allegatum. & idem Hipp. allegat dicta ꝓ eũ in sua practica causarum criminalium. in §.postquã. vbi amplè.& ista est veritas, quæ ꝓbatur per tex.multos, etiam iuris canonici, maximè per textũ in c.deus omnipotens.versi.nullum ante veram iustamq; probationem iudicare aut condemnare debemus. ij. q.j. Et istud etiã obseruat curia & benè & optimè. & bonum esset ꝙ corrigeretur abusus in contrarium, tam in castelleto, quàm in pluribus aliis locis Franciæ.†

Speculator textuũ optimus allegator.

SEd reuocat† ibi Bal.in dubium, quid de contumacia non respondendi. Nam ex quo non respondẽs habetur pro confesso, vt no.in l.certum.ff. de confes. in prin. in gl. ordi. & in l.j. §. ex hoc rescripto. ff. de vent.inspi.per Iac.de Arena, vbi omnino videas, non videtur aduersarij interesse, ergo nec mulctari potest contumax.li.ij.in fi.ff.si quis in ius voc. nõ ierit. dicit tamen Bal.ꝙ credit contrarium, quia contemnendo offendit iudicem, vnde potest mulctari, licet eum haberi pro confesso satis sit aduersario, non tamen satis est iudici, qui non potest impunè contemni, vt dicit in simili idem Bal.in d.l.vnica.§.fi.

11 Non respondendi.

ADDITIO. Quia hîc antè dictum est ꝙ cõtumax habetur pro cõfesso. facit tex.in c.dicernimus.& in c. absẽs.iij.q.ix.& in c.rursus.ix.q.iij.& in l.iij. C.de assesso.& in aut.qua in prouincia.versi.quia cõtumacia C. vbi crimine agi oportet. & in l.senatus.§. diuus. ff.de iure fisci.& voluit Speculator in tit.de accusa.in §.fi.in j.col.in iiij.parte.vbi plura iura ad hoc allegat. & ita tenet Hipp.de Marsi.in cõsi.xlix.nu.xxix.intellige tamen prædicta quando accusatio vel inquisitio valida præcessit, secus si inualida.text.est notabilis & ibi hoc voluit Bart.eum summando in l.si filius, *la seconde*.ff.de interrogat.actionib,& facit tex. idẽ ꝓbãs in l.sed si sint.§.sed si seruus.cod.ti.& illũ tex.in d.l.si filius.allegauit Ludo.Romanus in cõs.ccxxiiij.incip. ista captura.vbi dicit ꝙ ex vera contumacia, in quam quis incidit iudicio existente nullo, nõ potest resultare aliquis validus iuris effectus. & ita ꝓ multa tenet Hipp.de Marsi.in cons.suo lxiiij.nu.42. & 43.& ibid. dicit, ꝙ vbi positio nõ debet admitti ratione psonæ, vel ratione materiæ, vel ratione formæ. ꝙ tunc cõtumax non habetur pro cõfesso. allegat Spe.in tit.de teste.§.nunc vidẽdum versi.cæterum. & idẽ voluit Bar. in l.ij.§.ꝙ si actor.circa finem, C.de iuramẽto calumniæ.& dicit ibi Bal.in vers.vlteriùs not.quòd si libellus est ineptus, vel non concludens, sicut nõ põt reus tunc ex vera confessione condemnari, ita nec ex fi-

Cõtumax quãdo pro confesso.

BIU Cujas

cta poterit cõdemnari,quod dicit esse notatu dignũ.
Bannũ ex libello inepto tãquã in cõtumacem an valeat.
Et subdit ibi,q̃ hoc facit ad quæstionẽ q̃ bãnitus habeatur pro confesso,& istud debet intelligi quãdo accusatio vel inquisitio cõcludit crimẽ,& punibile crimen,aliàs est impossibile q̃ fiat condemnatio,imò q̃n libellus est inceptus, siue propter omissionẽ modi & formæ substãtialis,& propter alias ineptitudines,bãnum latum tãquam in contumacẽ non valet, nec videtur contumax esse cõfessus maleficiũ.ita tenet Bal. in additio.ad Spec.in tit.de accusa.in j.parte.in v.col. in vers.& no.q̃ vbi libellus. & hæc omnia refert & sequitur Hipp.de Marsi.in d.cõs.lxiiij.suprà alleg. & in cõs.lxxxij.nu.30.vsq; ad nu.37.quę hîc inserere volui cũ sint quotidiana in practica,pro dominis cõsiliariis volẽtibus referre defectus seu cõtumacias, quas quotidie referunt,quoniam debẽt ad prædicta aduertere. Et etiam debent aduertere, q̃ si viderint contumacẽ innocentem debẽt istud referre,ne cõdemnetur, nec q̃ habeatur pro confesso,prout dicit idem Hippol.in cõs.xlix.nu.45.& cons.lx.nu.17.& cons. lxxij. nu. 69. & in dicto consi.lxxiij.nu.2.dicit q̃ contumax habẽs
Cõtumax quando innocenti cõparetur.
legitimas defensiones æquiparatur innocẽti,& ideo si postea cõpareat,& habeat exceptiones, p quas nõ potuisset compelli ad iudiciũ suscipiendũ, est audiendus,vt dicit idem Hipp.in cons.xvj.nu.33.quod malè obseruant Britones,qui nunquam audiũt cõtumaces condemnatos pro delicto.In Frãcia autem sic,in vim literarum regiarũ, etiam in tali casu in quo erãt ante condemnationem,aliàs tenentur consignare emẽdas ad quas fuerant condẽnati,& tenẽtur se reddere prisonarios seu carceratos. Et licet quis citetur sub cõminatione contumacię importantis effectum banni, cõdemnationis ad mortem,& cõfiscationis bonorũ, nunquam tamẽ dicitur talis nisi fuerit declaratus, vt tenet Hippo.de Marsi.in cons.lij. nu. 21. Et ideo etiã quando contumax habetur p cõfesso, intellige hoc verum,dummodo iudex hoc declarauerit,& nõ antè vt dicit idem Hipp.in cõs.lxiiij.nu.13.quæ omnia nota in materia contumaciæ, quæ sunt plusquã necessã
Citatio vitiosa processum in cõtumacia factum eneruat.
ria. ¶Et semper debẽt aduertere iudices qui volũt facere processum per contumaciam,q̃ currẽt q̃ citatio non sit vitiosa,quoniam si sit vitiosa,nunquã processus in cõtumacia fact⁹ est valid⁹, vt dicit Bal. in auth. si omnes.C.si vt ab hæred.se abstineant.alle.per Mat. de afflic.in constit.regni Siciliæ quæ incipit, si quem nostrorum.in vij.not.& in cõstitutione, causas alias, in iiij.nota.& faciunt quæ dicit idem Hipp. de Marsi. in consi.lxxxj.nu.45.&50.& dixi in consilio quod feci pro rege Angliæ,qui fuerat citatus Romæ,vt ibidẽ compareret,q̃ cùm citatio esset vitiosa ex multis per me deductis,non erat ampliùs dubitandum de validitate processus,qui fieri poterat per contumaciã. ¶Ca
Iudices quid cauere debeant.
ueant etiam ne proferant sententiam condẽnationis antequam viderint relationem nuntij factam de citatione facta parti ad audiendam sententiã,aliàs si proferãt antequam viderint relationẽ nũtij,nõ valet sententia.vt tenet Bart.in l.multum interest.ff. de cõdit. & demonstra.& in l.si finita.§.Iulianus. ff.de dam. in fec.vbi dicit quòd posito q̃ aliquis sit cõtumax verè, si tamen iudex hoc ignorans condemnat eum,nõ valet actus.allegat Bar.pro suo dicto Inn.c.cum contingat.de offic.de leg,& tex.in l.hæc autem.§.j. in verbo constare liqueréq; prætori.ff.ex quibus causis in possess.catur.quam doctrinam sequuntur plures allegati
Contumacia indiciũ facit ad torturam.
per Hippol.de Marsi.in consil.suo lxxvj.nu. 29. quod est finale primi vol.Aduerte etiam ad vnum, q̃ contumacia facit indiciũ ad torturam, vt dicit idem Hipp. in sua practica causarum criminalium, in §.diligẽter. nu.136.imò,vt plus ibi dicit,videtur etiã q̃ sola taciturnitas de delicto,si ab aliquo inculpetur, etiam cũ literis missiuis, & non cõtradicat,sufficit, & facit indicium ad torturã.quod an sit verum,vide ibi:sed nõ credo istud verum. ¶In anno præcedenti fuit quidam mulctatus in curia Vigoberti Heduẽ.in hac cõtumacia qui ad balliuũ Heduen.appellauit, per quem fuit dictum q̃ bene fuerat appellatum, & malè iudicatũ, & magna fuit altercatio inter aduocatos, sed cõmunis obseruantia in hoc casu multum fuit põderata,& sunt prædicti casus in quibus offenditur iudex p cõtumaciam. ¶†Item etiã quandoque offenditur iudex 12 Iudex offenditur calumnia.
per calumniam,vt nota.insti.in proœ.in verbo,calũniãtium iniquitates expellat.& ideo potest iudex calumniantem,nemine excipiente,repellere.vt in l.qui cum maior.§.si patris.ff.de bon.liber. ¶† Item offen- 13 Delictũ in eum commissũ.
ditur magistratus & dignitas sua, per verũ delictum in eum commissum,vt si quis inuadat territoriũ alienum,vt no.per Inno.& alios in c.ex parte in Christo de verb.signif.vbi satis notatur quòd licitũ est iudici defendere iurisdictionem suam,& territorium suũ. Facit text. in c.dilecto.de sent. excommu. in vj.iũctis nota.per Innoc.in c.olim.j.de restit.spoli. & per text. in c.dilectus.de pœnis.imo dicit idẽ Bal. in sua margarita,in verbo,iudex,quòd etiam licitum est cum armis & ense illam defendere,quando iurisdictio est euidens & notoria.quę omnia nota. ¶†Item etiam offenditur iurisdictio in hoc casu,scilicet quando fit re- 14 Resistentia.
sistentia. quæ quidem est duplex. Vna est illa quæ fit nuntio & seruienti, de qua hîc. Alia verò quæ fit iudici.De resistentia autẽ quæ fit nuntio,siue messario, seruienti,aut forestario,quando est simplex, vt hîc dicitur,est tantum punibilis in summa lxv.solidorũ Turonen.& ideo, vt videmus,est taxata per consuetudinem nostram.¶ Sed tamen adhuc videretur quòd tales sic resistentes deberent vltrà puniri & condẽnari. scilicet in hoc, quia deberent soluere illud ad quod pars in fauorẽ cuius est factus dictus recursus, teneri poterat.argu.eorum quæ dicuntur in l.quoties.C.de exa.tribu.l.x.vbi dicitur, †quòd si aliquis detineatur 15
ab officialibus pro debito,& ab aliquibus à manibus officialium eximatur,quòd tales eximentes tenentur soluere debitum creditori.Qui tex. licet loquatur in debito fisci,idem tamen est in debito priuati,vt tenẽt ibi Andræas de Bar.Io.de Platea.& Bal.in l.addictos. circa finem.C.de epis.audientia.Io.Fab.in §.item aduersus.instit.de actionibus.quod intellige verum, etiam si talis qui fuit exemptus denuò incarceretur,se cũdum gl.ibi,in d.l.quoties.prout tenet Salic. in l.in bonæ fidei.in x.col.C.de rebus credi.& do. meus Ias. in l.j.§.quod prætor.in vlti.col.ff. ne quis eum qui in ius voca.est vi eximat.& in repe.l.admonendi.in lxv. col.ff.de iureiur.& in §.pœnales.in xviij.col.instit.de actio.Cum ergo ita sit cautum per pignora creditorum bus,sicut per captionem personæ, quare si remoueãtur & eximantur à manibus iustitiæ pignora,non debeant eodem modo puniri eximẽtes personas pro debito captas,vt ita sit cautũ creditoribus quibus iniuria est facta in vno casu, sicut in alio?& hoc maximè, quia per hanc pœnã statuti, non videtur esse sublata pœna iuris communis,cum non sit arbitraria,secundum Alb.de Rosa.in suis statutis.q.viij.ibi, & hoc potest esse duplex.Et per not.per Feli.in c. de causis, de offic.deleg.in j.col.& etiam satis est decisum infrà,in conclusione harum cõsuetudinum,vbi dicitur, q̃ de his quæ non sunt hîc in cõsuetudinibus nostris determinata,

BIU Cujas

minata,recurrendum est ad ius commune. Cogita.

IN TEXTV* IBI,

L'amende.

1 Emenda quid dicatur.

QVæro †quæ dicatur emẽda,nõ inuenio quod sit verbum iuris sed est tantum verbũ introductũ per consuetudinem in Gallia,quod propriè accipitur pro pœnis pecuniariis.& in vulgari nostro pœnas pecuniarias emendas appellamus.Et aduerte, †ꝙ dãna
2 pœnæ,& mulctæ,hoc est emẽdæ, sunt fructus iurisdictionis.Bar.in l.fi.ff.sol.matr.Bal.in l.j.C. de fruct. & litiũ expen.Iac.de S.Georg.in tractatu feudorum, in verbo,marchio in Italia,vers.dubitatur ẽt. ibi.addite ad dictũ Imolæ.¶Aduerte†ꝙ iudex potest cõdemnare ad emendã blasphemãtes Deum in sua sede, vel in iuriam proferentes.gl.in c.Deus omnipotẽs.in verb. iudicis.ij.q.j.& in l.j. C. qui & aduersus quos. Et aduerte,†ꝙ pœna etiam in foro conscientiæ debetur vt tenet Decius in regula, ꝙ à quoquam. ff. de reg. iur. maximè quando est commensurata ad delictum.

3 Iudex punire potest blasphemãtes.

4

NVnquid autem hæ pœnæ pecuniariæ,quę dicũtur emendę,apud nos habeant locum de iure canonico,†hoc est,an iudex ecclesiasticus possit eas imponere?vide per Archi.xj.q.iij..c.certum.& per gl. in c.j.de do.& contuma.& per Albe.in rub. C.de modo mulcta.Vide plura per Steph. Aufrerij in additio. ad deci.Tholo.decisio.cclxxiiij.vbi plura alle.Et ibi po-
6 nit,†ꝙ iudex potest mulctã applicare ad opera publica,puta in refectionem murorũ,pontium,cameræ,palatij,vel similium.Bar.in l.mulctarũ.C.de modo mulctarum.& Panor.in c.irrefragabili.§.cæterum.de off. ordinarij.¶†Et an iudex mulctã impositam possit remittere aut minuere?vide eundẽ Aufrerij in additione ad dictã decisionem.Et Luc. de Pen.in l. vnica. C. de palatiis & domibus dominicis.li.xj.vide amplè Paridem de Puteo in trac.suo de syndicatu.in verbo,expensæ.ver.potestas.fo.xlvj.vbi dicit,ꝙ iudex intelligitur habere mãdatum ad expediẽdũ ea quæ versantur in reip.vtilitate,& potest cõuertere in alimonias carceratorum,& propter paupertatẽ remittere,& fabricam facere in palatio. Non tamẽ propter hoc poterit ibi sua arma depingere,aut depingi facere,nec nomẽ suum ponere sine iussu principis. & ibi plura per eũdem.¶Et quid sit mulcta,& quid sit pœna,& quomodo differunt pœna & mulcta,vide Azo.in summa. C. de modo mulctarum, & Alb. de Rosate in rub. antè allegata.Bar.in l.si qua pœna.ff.de verb.sign.

7 Iudex an possit remittere mulctã impositam.

Quæstio notabilis.

IVxta hanc materiã emẽdarũ, quæro de vna quæst. quę quotidie euenit in patria nostra.Aliquis admodiauit omnes emendas pro anno do.M.ccccxj.anno verò do.M.ccccx.aliquis cõmisit tale delictũ,ex quo debet condemnari ad emẽdã, ad quam fuit condemnat⁹ anno do.M.ccccxj.ad quẽ spectare debeat dicta emenda,an ad illũ qui erat admodiator tempore cõmissi delicti, an ad illum qui erat admodiator tẽpore condemnationis dictæ emendæ?Hæc quæstio euenit bis in hac ciuitate Heduẽ.hoc anno do.M.ccccxj. in vno casu,in curia officialatus Heduẽ.In alio, in curia balliuatus, & in vtroq; foro fuit iudicatum quòd ad primum spectabat emenda,secundũ opinionem Bal. in l.fi.ff.de iurisd.om.iud.& do.mei Ias.in l.more. ff.de iurisd.om.iud.& Alex.in cõs.suo vij.in ij.col.in iiij.vol. Ioan.de Ana.in c.j.ne prælati vices suas.Et istam dicit communem cõclusionem Alex.in l.diuortio.§.si vir. in pe.& vlt.col.ff.sol.matr.concordãdo tamen, vt ibi per eum.In quam concordiam videtur inclinare opinio Bal.in l.fi.C.de fruct.& litium expen. Licet tamẽ in prædictis videatur G.Pa.decis.sua ccccxxxv. Baro qdã tenere cõtrariũ.¶Et aduerte quę sit pœna ordinaria,& quæ extraordinaria,quæ quandoq; mulcta dicitur,& qui iudicas possint imponere pœnas & mulctas,& quales an magnas an paruas,per Io.Pe.de Ferrariis in sua forma inquisitionis,in glo.debita forma iuris.Non hîc insisto,quia alibi dicam.¶†Et castellani de iure mulctare non possunt.l.ij.§.fi.ff.de iudiciis. Et an possit fieri prorogatio iurisdictionis castellani in maiore causa:Vide Guido.pa.q.sua ccccccxxvj.incip.de iure castellani Delphinales. dixi ꝫ.in rub. huiꝰ tit.in gl.*& droictz d'icelles*,versi.alia est vniuersitas.

8 Castellãni mulctare non possunt.

IN TEXTV IBI,

De simple rescousse.

NOtanter dicitur simplex resistentia, quoniã illa simplicitas potest alterari ex multis,& facere ꝙ hæc resistentia transiret in aliud grauius delictum,& atrocius:vt puta si fiat cum armis,aut cum percussiõe & vulnere,aut cum homicidio alicuius personę,quia hoc casu nõ puniretur simplex resistẽtia, sed atrocius delictũ,nec hoc casu punitur simplex resistentia,si deuentum sit ad maius delictum,requirens maiorẽ pœnam,quia maior pœna in hoc cõsideratur, quoniã in his minor pœna cõfunditur cum maiori delicto pòst secuto.ar.eorum quæ dicunt glo.& Dy. in l.nũquam plura.ff.de priua.delict.& l.qui de crimine.per Bal.& Sali.C.de accu.Bart.in l. respiciendum. §. delinquũt. ff.de pœnis.†vbi disputãt doctores in insultu punibili certa Pœna:Si cum insultu fiat maius delictũ,maiori pœna puniendum:an cum atrociori delicto & maiori pœna sit puniendus insultus.Et distinguunt:aut delictum est ante insultum,& tunc illud cum insultu est puniendum. Aut verò insultus præcessit, & statim atrocius delictum est secutum: & tunc tantùm punitur illud atrocius delictum sine insultu, nec insultus potest separatim intentari à delicto. Bald. in l. fructus,& in l.diuortio.ff.de soluto matri. & in l.aduersus.C.de furtis.& Bar.in l.illud.ff.ad legem Falcidiam.& Ang.Aret.in tractatu maleficiorum,in verb. insultum. Imò etiã nec quando insultus est factus in alieno territorio,& maius delictum in alio,licet incõtinenti,secundum Bal.singulariter in c.iniuria. in iij. col.de pace iuramen. firmã. de quo pleniùs Sali. in l. pen.C.de accusatio.vers.quæro aliquis insultauit.

De resistentiarum differentiis.

1D. lictum cum insulto commissum grauius puniendum.

ADDITIO.Et aduerte, ꝙ quando proponitur insultus,debet ꝓponi ꝙ fuit excogitatus,quoniã si fuit factus casualiter,non est punibilis:sed si culpa præcessit casum punitur solùm de culpa, vt plenè per Matt. de afflict.in cõst.regni Sicil.quæ incipit,iustitiariis.in vij.nota.& ibi amplè,quomodo probabitur excogitatus animus,& quis debeat probare.& in vj.quæstione.¶Et aduerte ꝙ si dicatur in processu, & testes probant ꝙ percussit & insultauit,confunditur, & intelligitur in ordine,ꝙ insultus præcesserit. Bal. in d.l.aduersus.C.de furtis.& Alex.in d.l. nunquam plura. In dubio verò intelligitur successiuè, nisi dicatur ex interuallo.l.quoties. §. si quis ita scripserit. ff. de hære. inst.Rapha.Ang.Imo.& do.meus Ia.in d.l.fructus.ff. sol.mat.sic etiã in hoc casu, si cum resistẽtia fiat aliud atrocius delictum, confundetur resistentia cum atrociori delicto, arg. prædictorum. Et faciunt quæ dicit Gãdi.in trac. maleficiorũ,in ti.de pœnis,percussione, & insultu.& Alb.de Ros.in statutis,ĩ ij. parte.q. xviij. ¶Vide Paridem de Puteo in suo tract.de syndicatu,in verbo,familiarius.vbi videtur tenere cõtrariũ, †cùm dicat,quòd facultatem concessam alicui aliquem oc-

BIU Cujas

cidendi,non potest quis aliis demandare.

3 Resistentia illicita.

SEd quia hîc dicitur ꝙ resistentia quę fit contra officialem exequẽtem punitur,non est sine ratione, cùm officiali exequenti nõ sit licitum resistere.† imò resistẽs de iure debet puniri, dũmodo iustè & debitè exequatur.tex.& Bart.in l.prohibitũ. C.de iure fisci. lib.x.Quę quidem pœna in simplici resistẽtia per statutum nostrum seu cõsuetudinẽ nostrã est moderata ad sexagintaquinque solidos Turoñ.¶De huiusmodi resistẽtia,quæ fit multis modis,vide Paridem de Puteo in trac.de syndicatu,in verbo, resistẽtia,cum seq. art.ver.excedunt.fol.xcij.& xciij.& ibi ponit de familia exequente & capiente aliquem ad incarcerãdum, si se defendat,& per familiam occidatur, an teneãtur tales de familia.Vide eundem Paridem in dicto tract. vers.familiaris.Et etiam dicit in dicto verbo,resistentia,† ꝙ contra principem licitum est defendere suam libertatẽ,secũdum Host.in c.significauit.de pœnit.& remissio.& Bal.in c.j.§.j.de pace iuramen.firmanda.

4 Libertatẽ defendere licet.

ET intellige prædicta, ꝙ non est licitũ resistere officiali exequenti,dummodo iustè exequatur: † si autẽ iniustè exequatur, licitũ est ei impunè resistere. Bart.in d.l.prohibitum.in ij.& iij.no. C. de iure fisci. Spe.in tit.de cita.§.sequitur.vers.sed nunquid. Bar.in extrauagãti,ad reprimẽdum.in verbo,per nũtium.& in verbo,per literas. Angel.in repet.l.si vacãtia.C.de bonis vac.li.x.Et est tex.in l.cõtra nr̃a præcepta.C.de exec.& exatorib.li.xij.& ibidẽ ĩ terminis Bal.& Io.de Platea.†notãt illã legem cõtra nuntios siue executores,qui sunt destinati ad pignorãdũ aliquem,ꝙ si accipiant pignora vltra debitũ modũ, potest eis licitè resisti,&debẽt puniri.Et de hoc est ordinatio regia,ꝙ seruiẽtes regij capiãt pignora pro modo debiti,& nõ vltra.Et vide Gemini.in c.dilecto.de sen.excom.in vj. Hinc etiam dicit gl.in c.ex literis.de offi. deleg. & ibi Feli.†ꝙ iudici malè exequẽti violenter resisti potest, etiã per tertiũ,cuius nihil interest.vnde dicitur Prou. 24.†ꝙ,quis potest eripere cõdemnatum ad mortem, etiã propria authoritate & per vim,quãdo est iniustè condemnatus.gl.not.in c.non inferenda. xxiij. q. iij. Bal.in l.ab execut. C.quo.app.non recipiũ.Hinc etiã dicit Inn.in c.cum olim papa.in ij.col.de priui.ꝙ etiã si fuerit datus executor à principe,& licitũ est ei resistere,nisi dicat in rescripto,ꝙ violẽter exequatur. qđ rarò fit.& dicit Bar.in l.deuotum.C.de meta.li.xij.& ibi Io.de Pla.ꝙ si est certum † ꝙ officialis excedat extra officiũ,ꝙ põt ei resisti à priuato ꝓpria authoritate,p l.cõtra nr̃a p̃cepta C.de executo. & exactorib.li. xij.& ff.de re.iu.l.factũ à iudice.& l.oẽs iudices. C.de decu.li. x.Et est rõ,ꝙ tũc iudex siue officialis cẽsẽt vt priuat⁹.l.fi.ff.de iurisd.om.iud.& l.fi.ff.de offi.p̃fe.vrb. §† Si verò sit dubium an iniustè exequatur,tunc non potest resisti,ne detur potestas assumendi officiũ iudicantis.l.nõ est singulis. ff. de reg. iur. Et facit quod no.in l.nõ videt.§.qui iussu.ff.de re. iu. Et etiam quia pro iudice præsumitur.l.ij.ff.de offic.iu.ciuilis.Et ista distinctio quæ hîc antè fit,est solutio ad ea quæ argui possent in contrarium.Nam posset dici,ꝙ etiam officiali iniuste exequenti,non sit licitum resistere, quia nunquam quis dẽt audiri ad remedium extraordinarium,subsistente ordinario.l.in causæ. ff. de minor. l. doli.ff.de verb.oblig.l.quædam in princ. ff.de edẽdo. quam regulam satis amplè notat do.meus Iaſ.cũ certis limitationibus,post alios in l.j.§,hoc autem.in iij. col.& in l.in prouinciali.§.j.v.vj.& vlti.co. ff.de noui ope.nuntia.Et vide Panor.in c.ex parte. S.in vlti. col. de rescriptis.sed remedia ordinaria sunt introducta contra officiales iniustè exequẽtes, & sic in officio delinquẽtes,scilicet prima oppositio aduersus eorũ expleta, quam dicimus clausulam iustificatiuã, de qua gl.& Bar.& do.in l.de pupillo.§.meminisse. ff. de no. ope.nunti.Quod remediũ multum apud nos practicatur.nã,vt videmus,quasi in omnibus iudex incipit ab executiõe seu à præcepto,& sic à via executiua,qa præcepit parti vt aliquid faciat,vel nõ faciat, etiã antè quàm de causa cognouerit,sed semper præceptum suum iustificatur per instrumentũ,aut aliàs,& si iustificetur per instrumentũ receptum sub sigillo cancellariæ,ex quo habet executionẽ puram,non inferitur clausula iustificatiua, sed in omnibus aliis casib⁹ sic: qa semper dicitur in causa oppositionis,hoc est si sentiat se grauatum,compareat corã nobis iustitiæ supplementũ recepturus.quæ quidẽ clausula denotatur in his verbis quæ solent apponi in mandatis nostris: *Et en cas d'oppositiõ iournée assignée par deuãt nous pour dire & debattre les causes d'opposition, proceder en oultre & aller auant selon raison.*

5 Iniustè exequenti, iustè resistitur.

ADDITIO.Aduerte tamen ꝙ comparens in vim huius clausulæ,dicitur actor,ita ꝙ amplius nõ potest petere declinatoriã,etiam si sit clericus.vt tenet Mat. de affl.in cõsti.regni Sicil.quæ incipit, de Burgensatibus petitori.in ij.q. quod apud nos obseruat.¦Quia talis opponens ad huiusmodi executiones,quæ cõcedũtur contra obligatos præcisè tenetur dare causas, quare executio non debet sortiri effectũ, & impetrãs nõ cogitur dare alium libellum.Aduerte etiam ꝙ, vt dicit idem Matt.in cõsti.quæ incipit,pœna nouẽ vnciarum,in tertio notabili,mandatum nõ habẽs clausulam iustificatiuã est nullũ ipso iure.&, vt dicit Bertrandi in cons.suo lxj.in j.parte.si præceptum fiat, ẽt sine causæ cognitione,dummodo habeat clausulã iustificatiuam,si nõ compareat pars,præceptum remanet firmum.¶Sed an huiusmodi instrumẽta,cum sint à notariis nostris recepta,qui habent iurisdictionem cum faciant præceptũ,habeãt vim insinuationis? vide Boërium in cõsuetudini.Bituricen.tit.de donatio. §,ij.& fi.in fine glossæ.

Mandatũ sine clausula iustificatiua est nullum.

DE qua clausula est gl.in d.§.meminisse.& melior in c.ex parte,*le premier*.§.fi.in gl.vlt. de ver. signi. Et ita obseruat curia Romana,vt dicit do.meus Ia.in d.§.meminisse.in iiij.col. Quod quidem præceptũ in vim dictæ clausulæ,parte cõparẽte, resoluitur in vim simplicis citationis,secundũ Bal. ĩ l.ij.in iij.col. C.de episcop.aud.& do.meum in d.§.meminisse. & eundẽ Bal.in rub.C.cõmina.epistolas,prograẽmata. ¶ Aliud remedium,& maximè apud nos,appellatio,quod nũquam deficit in Gallia,† cum in Gallia omni appellationi sit deferendũ,secundum gl.in c.j.§.quodque.in verbo,iniustè.in fi.de priuo.appell.in Pragmatica sanctio.¶Istud etiam tenet Boërius in consuet. Biturice. tit.de iurisd.om.iud.§.vij.in gl.fi.in fine.

1 Omni appellationi deferendũ in Gallia.

EXceptis quibusdam causis exceptuatis per ordinationes regias,scilicet,in causis recredentiarum beneficiorum prouisionalium, ac summam vigintiquinque librarum Turoñ.non excedentibus,vt dicit ibi glo.& habetur per ordinationes regias,& postremò his cessantibus officialem non mouentibus,satis crederem ad illud remedium resistendi procedi posse vt diximus de executione militari.& de hoc est casus ad literam in l.quoniam iudices.C.de appellat.ibi, si iudex ordinarius nolit audire appellantes, appellationémque susc̃ipere &c.Sed deueniẽdo ad prædicta remedia, officiali exequenti resistendo, credo quòd malè fit, & quòd fieri non debeat, quia si istud esset verum,

3 Resistentia illicita.

4 Libertatẽ defendere licet.

5 Iniustè exequenti, iustè resistitur.

6

7

8 Prouer. 24 Eruere eos qui ducũtur ad mortem,& qui trahuntur ad interitũ liberare necesses.

9

10 In dubio an liceat resistere.

1 Omni appellationi deferendũ in Gallia.

verum,ꝙ immediatè quilibet possit resistere, si dicat sibi iniuriam fieri per executorem, de facto procedēdo, aperiretur via delinquendi,& semper officialibus resistendi, quod esse non debet.l.j.in prin.ff.de iust.& iur.item istud remedium est quædam executio militaris,& opus magistrale. quod, licet sit iuris remediū. l.qui restituere.& ibi Bar. ff. de rei vend. tamē est vltimū remedium, quod tamē habet locū cessantibus aliis vt dicit Bart.in d.l.qui restituere. ¶Item istud remediū facit in effectu quem suæ causæ iudicē, quod odiosum est,& sic restringendū, & ideo non permittendum,nisi omni alio remedio cessante.l.qui iurisdictioni.cū ibi no.ff.de iurisdict.om.iu. l. vnica. C. ne quis in sua causa iudicet,aut ius sibi dicat.& ideo credo ꝙ spretis prædictis remediis non possit officiali exequēti,etiam iniustè resisti. ¶Posita tamen conclusione,qđ quando dubium est an officialis iniustè exequatur,ꝙ ne detur potestas assumēdi officium iudicantis,vt dictum est antè, etiam in causa propria, non est prima facie resistendum limita eam quatuor modis.

11 Exequēti extra territoriū resistī ponest.

PRimò, †quando officialis exequeretur extra suū territorium:quia tunc censetur vt priuatus,vt hîc antè dictū est,per tex.in d.l.prohibitum.& de hoc est tex.in c.ij.de constit.in vj.in fin. vbi dicit tex.ꝙ extra territorium iudicis potest quis ei nō parere, ergo resistere.hinç dicit Bar.in extrauagan.qui sint rebelles. ꝙ resistens officiali extra territorium, non dicitur rebellis. ¶†Fallit secundò,quando facit extra formā suę iurisdictionis,& non in figura iudicij,vt potest intelligi d.l.deuotū.& l.quemadmodū.§.magistratus.ff. ad leg.Aquil.& facit quòd dicit Io.de Plat.in l. colonos. C.de agric.& cen.lib.xj. ¶Tertiò †fallit, quando facit etiam in figura iudicij,sed est factū irreparabile.l.quoniā iudices.vbi not.& in l.si quis prouocatione.C.de appel.vbi dicit Bal.† ꝙ iniustè cōdemnatum possum eripere à manibus iustitiæ.facit tex.in gl.in c. nō infrēda.xxiij.q.iij.vbi dicit tex.eripe eum qui ducitur ad mortē.vbi dicit gl.etiam per vim,si iniustè ducatur.facit etiā gl.no.in c.hi qui.xiiij.q.vj,vbi dicit, iniustè cōdemnatum omnibus modis eripe.hinc dicit Alex. in cons.suo cxliij.incip.post redditum primum cōsiliū, in ij.vol. ꝙ si iudex ponat aliquem ad torturā iniustè,ꝙ licitum est ei resistere:multo ergo fortius, vt dicit ibi,si fuit iniustè tortus potest aufugere à carceribus,ita quod fuga ei obesse non potest.

13 Extra formam.

14 Grauamen irreparabile.

15

NAm propter grauamen irreparabile,multa fiunt contra iuris dispositionem,quę aliàs sunt prohi-
16 bita,vt hîc primò dictum est. ¶Secūdò,†quia licet nō appelletur ab interlocutoria de iure ciuili.si tamē grauamen inferretur quod esset irreparabile,licitū est appellare.l.ij.§.j.ff.de appel.non recipien. ¶Tertiò facit,
17 qa,†vt dicit Bar.l.si alius.§.bellissimè.ff. ꝙ vi aut clā. licet nemo possit sibi ius dicere in causa propria:hoc est verum,nisi vnus inferat mihi damnum irreparabile.plenè per Felin.in c.si quando de offi.deleg. ¶Et de materia huiꝰ præiudicij irreparabilis,vide amplè Hipol.de Marsi.in l.si quis ne quæstio.in j.& ij.col.ff.de quæstio.allegantem Fel.in c. cum super.de re iudicata,& in c.cum inter priorem.de exceptio.

18

LImitatur†supradicta conclusio,quartò,quādo officialis facit etiam in figura iudicij,sed est appellatum quia tunc post appellationē videtur ꝓcedere vt priuatus,prout voluit Inn.in d.c.si quādo.& Bal.in l.
19 addictos.C.de episco.audien.†vbi dicit, ꝙ si consanguinei illius qui ducitur ad mortē appellāt, & iudex non admittat,possunt violenter resistere, & hoc iā satis suprà dixi.per quę ratio huius limitationis reddipotest,quia cum habeat pars appellans remedium ordinarium,ex quo ad illud recurrat, si idē denegetur, potest recurrere ad extraordinariū,vt dictū est suprà.

SEd quia hîc antè dicitur,†ꝙ si consanguinei illius qui ducitur ad mortem appellant,& iudex nō admittat,quod possunt violenter resistere,nunquid debeant expectare quòd oppressus petat auxilium?Bar. in l.prohibitum.C.de iure fisci.dicit quòd nō deiure: sed de cōsuetudine inoleuit cōsuetudo, ꝙ oppressus clamat ad auxilium habēdū.Et istud etiam tenet do. Abbas Panor.& alij post eum,in d.c.si quādo.vbi dicit Inn.quòd ille tantùm qui possidet rem,vel ius habet in re,in qua fit iniustè executio,pōt resistere, aliꝰ autem resistere nō pōt. sed modera & intellige illud dictum per ea quæ dicit Bar.in d.l.prohibitū. vbi dicit ꝙ etiam vicini & amici hoc possunt,si ab eis petat auxilium.de consuetudine clamādo,succurrite,vt dicit ibi Bar.& non est mirandum si extraneus etiā possit resistere, quādo petitur ei auxiliū ab oppresso,per supradicta.& facit text.in l.si quis in seruitute.in fi.ff. de fur.alleg.per Bar.& alios in d.l.prohibitum.†cùm, vt etiā videmus,si sit permissa vindicta alicui propria authoritate,vel sit permissum etiam quòd possit occidere hominem,si implorat auxilium ab extraneo, & extraneus eundem adiuuando, secum cōmitat homicidium.non tenetur neque de homicidio, neque de auxilio præstito.ita tenet Pau.de Ca.in l. refectionis. per illum tex.ff. cōmu. prædio. & refert & sequitū do. Bart.Cæpola in trac.suo seruitutum.cxxiij.in vlt.col. vbi dicit se ita obtinuisse in ciuitate Veronæ, & ita fuisse iudicatum.& ista etiam refert & sequitur do.& præceptor meus do.Iason,in l.j. §. fi. in iiij. colum.ff. de no.oper.nūtia.& in l.ij.in j.col.ff.de iurisdict.om.iud. cui adde Cæpolam in consi.iiij.in iiij.col.faciunt quę dicit Feli.in c.quæ in ecclesiarum.in iiij.col.extrà, de constitutio.vbi plenè.

20 Consanguinei condēnati possunt appellare & resistere.

21 Nota.

ADDITIO. Vide Matth.de afflict.in constit.regni Siciliæ quæ incipit,si maritus.in iij.li.vbi loquitur de marito mādante occidi vxorem & adulterum.vide etiam Hipp.de Marsi.in sing.suo clxxv.incip.concesso vno.vbi videtur quædam dicere quæ faciūt in cōtrarium, maximè in fine, quando dicit quòd illud quod alicui personæ specialiter committitur,ad alium trāsmitti non potest,per l.cum patronus. ff. de leg. ij. de quo etiam per Bal. in c.ad nostram. extrà de ꝓbatio. & dicit esse text.notabilem ad hoc in l.cum fundū.ff. de vi & vi armata. & in l.seruus si hæredi. ff. de statu lib.cum alijs per eum ibidem allegatis.† ¶Paris de puteo in tract.de syndicatu in verbo, familiaris. charta xlvij.dicit quòd si officiales deputati ad capiendū aliquem corporaliter,si conuocent aliquos ad iuuandū eos,si talis se defendat,& resistat eis,& occidatur, nō tenentur de homicidio,eo quòd de iure tenētur auxiliari familiæ curiæ ad capiendum incarcerandum. l.j. & ij.C.de his qui latro.& vide eūdē ibi, quia videtur tenere contrarium his quæ hîc sunt scripta.

ITem etiam dictum Innoc.in d. c. si quando. suprà allegat. est adhuc aliter moderandum, prout dicit Bal.in d.c.si quando.scilicet, †quòd coloni & inquilini licet non possideant,tamen habent facultatē resistēdi.l.j.C. si per vim vel alio modo.l.facultas.C.de iure fisci,lib.x.l.fi.C.de bonis vacan.lib.x.l.fi.§. fin.ff. quod metus causa.Hinc dicit ibidē do.Cardin. quòd dictum Inno.debet intelligi de possessione largo modo sumpta, vt comprehendat detentionem, & non solùm qui possidet,sed etiam qui detinet, potest violenter resistere.

22 Cōloni & inquilini resistere possunt.

BIU Cujas

ADde etiam ad prædicta vnum dictum singulare, 23 quod mente teneas, †℘ quando iudex facit aliquid iniustum, quod assistẽtes debent vel ei resistere & cõtradicere, vel apud acta protestari quod malè & iniustè facit, aliàs puniuntur, secundũ glo. multũ notabilem & singularem in l. quoniã. C. de app. vt refert & sequitur Ale. cons. j. in iiij. col. in iij. vol. per gl. in d. l. quoniam. quæ dicit & colligit ex dicto textu, ℘ subditi debent resistere suis prælatis, quãdo faciũt cõtra legẽ. faciunt quæ dicit Iaco. Rebuff. in l. præcepit. C. de canone largitionaliũ titulor. li. x. ex quo infertur, ℘ si subditi, de quorum prejudicio nõ agitur, possunt resistere prælato facienti contra legẽ, multò fortius potest resistere is in cuius præiudiciũ fit contra legẽ.

24 Notoriè iniustè exequenti resistendum.

QVintò †limita, nisi iudex velit exequi sententiam notoriè iniustam, quia tunc potest ei resisti violenter. ita dicit Abba. in d. c. si quando. & pro hoc allegat gl. in c. ex literis. extrà. de offic. deleg. quam dicit esse singul. domi. Abb. sed Feli. in dicto c. si quando, addit similem in c. non debet. xj. quæst. iiij. vbi dicit gl. quòd si tibi constet quòd iudex iniustè procedat, resiste ei violenter, & dicit ibi Arch. si constet, scilicet notoriè. vide Feli. in dicto c. si quando. Ioan. de Imol. in dicto c. ex literis.

ADDITIO. De huiusmodi materia, quando licitum sit iudici iniustè exequenti resistere, vide Mat. de afflict. in consti. regni Sicil. quæ incipit, pacis cultum. in xix. col. vers. Item quæro.

25 Nuntio sine signo exequenti resisti potest.

PRo sexta limitatione, adde, †℘ si nũtius sine signo exequatur, quòd licitum est ei resistere, vt tenent Bart. & alij. in d. l. prohibitum. quia in exequendo debent habere signũ, aliàs eis non creditur, vt per eundem Bar. in extrauagan. ad reprimendũ, in verbo, per nũtium. & in verbo, per literas. ita ℘ si quis offendat nuntium seu executorem, non habentem signũ, non punitur, vt offendens officialem. Sali. in l. sanctum. ff. de rerum diuisio. ¶Hinc per hoc infero ℘ cum clientuli seu seruiẽtes regij propter signum eorum quod portãt, quod est scutum regis in spatula vestis, vel baculus regis in manu, vt dicit Iaco. Rebuff. in d. l. phibitum, sunt in saluagardia regis natiua, ita ℘ eos offendens puniatur tanquam infractor saluægardiæ: sed si offendatur aliquis seruiens regius non habens scutum regium vel baculum regium, non punitur vt infractor saluæguardiæ.

ET multum operatur tale signũ, quia aliàs eis nõ creditur: sed si habeant, eis creditur. vt est gl. in l. magis puto. §. ne tamẽ. super verbo, viatorem. ff. de rebus eorum. Cy. in l. ea quidem. C. de accusationibus latissimè per eum in l. j. C. de relatio. Bart. in l. j. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrbis. & in tractatu suo de citatio. & in dicta extrauag. ad reprimendum. in verbo, per nuntium. canonistæ in c. nouit. de offi. deleg. & in c. quoniam contra falsam. de probatio.

ADDITIO. Vide Matt. de affl. in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, edictorum. in v. notabili. †

26 Officiali sine literis commissionis non creditur.

PRo septima †limitatione videretur, quòd etiam licitum est officiali exequenti resistere, si nõ habeat literas suæ commissionis, quia sine literis ei non creditur, maximè quãdo citat personaliter. ita dicit Bal. in c. cum parati. in ij. col. de appel. l. missi opinatores. C. de exact. tributorum. li. x. Bar. in l. Palatinos. C. de loca fun. patrimo. li. xj. do. meus Ias. in l. cum proponas, *la premiere*. C. de pactis. & ibi vide an commissio citationis requirat scripturam, qui pro hoc alleg. Bal. in d. l. prohibitũ. C. de iure fisci. li. x. item etiam quando quis citatur ad dom um, nõ valet citatio sine scriptura, imò requiritur ℘ nuntius habeat mãdatum in scriptis. ita volunt Bal. & Ang. in l. ij. C. de anna. exce. ¶Item etiam quando citantur personę clarissimæ, vel in dignitate constitutę. quia non valet citatio nisi fiat per scripturam, & sic nisi nũtius habeat secum literas suę cõmissiõis. ita Bar. in l. quoties. C. de dignita. l. xij.

ADDITIO. Vide eundem Matt. in dicta constitutione, edictorum. in vj. notabili. vbi ponit duos casus in quibus non creditur nuntio sine literis. †

ITem etiam nuntio nõ creditur cum signo, sine literis, in his quę sunt magni prejudicij. notat Inn. in c. quia verisimile. de præscri. ar. c. literas. eo. tit. idẽ tenet Abb. Panor. post. gl. & Ant. de But. in c. significãte. de appel. Bal. in tit. de pace Constãtiæ. vers. sigillo. & in l. is qui. C. de furtis. Bart. in extrauag. ad reprimẽdũ. in verbo, per nuntiũ. Lanfran. de Oria. in c. quoniã contra falsam. in verbo, citationes. & ibi Feli. de ꝓbatio.

ITem etiã quãdo nuntius exequitur extra suum territorium, quia debet habere literas quales vsus exigit in prouincia, in qua exequitur. ita Bar. hoc sentire videtur in d. extrauaganti, ad reprimendum, in gl. in verbo, per nuntium. faciũt not. per eundẽ in d. l. Palatinos. & not. in l. vnica. C. de manda. principum. & in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cleri. & in istis omnibus supradictis multum operatur consuetudo. Felin. in dicto c. quoniam contra falsam. in viij. col. in gl. citationes. de probatio.

ADDITIO. Aduerte ℘ etiam in delictis licitum est exequi sine literis commissoriis, puta quãdo quis reperitur in flagranti delicto, potest capi, etiã per priuatam personam, dummodo ducatur ad iudicem, vt per plura tenet Mat. de affl. in const. regni Sicilię, quę incipit, iustitiarij. in iiij. nota. ibi sed incidenter quęro an quilibet. & ibi ponit qualis processus fiat contra captum in flagranti delicto.

ET aduerte qñ dicitur, ℘ nũtio creditur quãdo habet literas cõmissionis, ita ℘ non potest ei resisti, aliàs si faciat aliquid sine literis dicitur abuti. †Sed vt possit cõstare ℘ non abutitur, suas literas exequendo si dicat se habere literas cui debet ostẽdere? Bart. in d. l. prohibitũ, format istã quæstionẽ, & dicit ℘ tex. ibi, in fine innuit, ℘ debet illas ostẽdere his quorũ interest, & hoc est verũ. †Hinc videmus ℘ nũtij siue executores tenẽtur dare expleta eorũ, siue copiã sui mandati, seu suæ cõmissionis & relationis parti, imò etiã nõ debent exire iurisdictionẽ in qua explẽt, antequã dederint copiã, siue expletũ. quod si faciũt, puniri possunt. Idem tenet Bar. in d. l. prohibitũ. & dicit ℘ debẽt ostẽdere literas cõmissionis iudici illius loci, in cuius territorio exequuntur. Quæ ostensio est quædã informatio seu authorizatio. & ita intelligit text. in §. eos in auth. de coll. col. ix. vbi Bar. per illum tex. dicit, †℘ executores in ꝓuincias missi, executiones inchoare non debeant nisi prius corã præside illius prouinciæ mandatum insinuauerint: & hoc facto creditur nũtio per totam prouinciam. Quod est verum, quãdo vnus nuntius vadit de vna prouincia ad aliam. vt videmus ℘ si veniat nũtius de vno balliuatu, vel de vno parlamento aut ressortu vnius parlamenti Frãciæ in Burgũdia, & sub parlamẽto Diuionen. cũ literis alicuius Balliui aut præpositi Parisien. aut etiã parlamenti Parisien. nõ põt illas executioni demãdare, nisi illas primò insinuauerit præsidi illius prouinciæ, in qua vult illas exequi, & obtinuerit licẽtiã exequẽdi, quod dicimus mãdatum, de pareatis. Et de vna iurisdictione in aliã idem erit. Imò etiã mandatũ simplex balliui Heduen. in toto suo balliuatu non potest executioni demandari

27 Literæ commissionis non sunt deuolutæ.

28

29 Mãdatum de pareatis.

BIU Cujas

mãdari in iurisdictione alicuius domini habẽtis altã iustitiam,ẽt in dicto balliuatu, nisi primò requisitione iustitiæ facta,quæ dicitur quædã insinuatio.Hinc, vt semper videmus,in mãdatis de debitis dicit & apponitur hæc clausula, *les iustices des lieux suffisamment requises*,& istud tantum obseruatur in mãdatis simplicibus de debit. non autem in aliis mãdatis simplicis guardię,aut casus nouitatis. sed de ratiõe diuersitatis est clara respõsio,quia in prædictis mãdatis guardię, & casus nouitatis seu alterius,puta appellatiõis,balliuus est superior ratione ressortus & superioritatis.In mandatis verò de debitis, & aliis simplicibus nõ habẽtibus ius ressortus & superioritatis,videtur balliu⁹ præiudicare domino inferiori,qui habet altã iustitiã, q de talibus materiis,cognoscere posset in prima instantia, qui in prædictis videtur habere iurisdictionẽ cũ balliuo accumulatiuè, & nõ priuatiuè. Et ideo nõ mirũ si iustitia debet requiri,quæ quidẽ requisitio habet vim insinuationis.Et illa insinuatione facta videt obtinere licentiam à iudice illius loci ęxequendi suũ mandatũ in illa iurisdictione.in aliis vero mãdatis,in quibus balliuus habet omnimodã potestatẽ in toto suo balliuatu,ratiõe ressortus & superioritatis,vt sũt mãdata guardiæ, & casus nouitatis, & ẽt quo ad gubernationem cãcellariæ in executionibus præcisis, q̃ fiunt in vim obligationis receptæ,sub sigillo dictę curiæ cancellariæ ducatus Burgundiæ, in tota eorũ ꝓuincia, nõ tenẽtur requirere iurisdictiones dominorum,nec mãdata eorũ insinuare.Et hoc casu qñ exequitur in sua prouincia, sufficit ostendere literas suæ commissionis his quorũ interest. & ita Bar.intelligit d.l.prohibitum.Et si predicta nũtius non faciat, cum abuti videatur,potest ei resisti, vt suprà dictum est.& facit tex.in §.hoc quoque, in auth. vt litigan.coll.ix. ¶Aduerte tamen,quicquid hîc antè dictum sit, quod dicit Io.Fa.in §.j.in ij.col.in fi. instit. de Attiliano tuto.ꝙ in Francia gentes regiæ non explẽt in terra baronũ nisi in casu ressorti.dixi alibi. ¶ Textus est,ꝙ iudex regius,vel alterius superioris,in loco sui subiecti nõ possit facere executionẽ domino irrequisito, in l. ij.in princ.C.de his qui latro.occulta.quẽ ad hoc allegat Amanellus de claris aquis in suis singularib. art. xxvj. ¶Dixi suprà hoc eod.tit.in rub.in gl.fi.vbi in additione,& allegaui Boërium de requisitione fiẽda habenti altam iustitiam. ¶ Et vide etiam Iacobum Rebuf.in l.j.C.de executo.& exacto.lib.xij.†

ET quia dixi ꝙ nũtio habenti signũ & literas commissionis creditur, intellige hoc esse verũ in his quæ spectãt ad eius officium.Vnde si diceret nuntius citatũ ei dixisse iniuriã,non ei crederetur.Io.An.in addit. ad Spe.in tit.de citatione.§.j.in prin.sequitur Panor.in c.cũ parati.de appel.& ibi Moder.& do. meus Ias.in l.age cum Geminiano,in ij.col.C.de trànsact.

ADDITIO. Vide Matt.de affl.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit,in ciuilibus.in ij.notabili.†

30 *Concussio quando in nuntijs præsumatur.*

ADuerte tamen,†ꝙ si nuntius contra debitum sui officij aliquid fecerit,seu officialis,vt puta aliquã concussionem contra eum quem citat,aut cõtra quẽ expletum facit:& ad eius exonerationem dicit in relatione inter cætera,referẽdo rem sibi commissam, ꝙ à tali tale quid exegit vltra commissum sibi negotium, sed hoc fecit de consensu eius contra quem fecit expletum, quod tamẽ de illo cõsensu credi non debet, sed præsumitur contra eum cõcussio, etiam si ille cõtra quem factum est expletum,attestetur de eius cõsensu factum,tamen eis nõ creditur, sed semper præsumitur concussio.Gl.est sing.in l. vnica. C. de salga. hospiti.non præstando. ¶Vide Io.Sanxon.in consuet. Turonen.tit.*des droicts de basse iustice*.art.v.fol.xj.

De concussione militum.

ET si seruientes regij seu nuntij hoc malè obseruãt scilicet euitando concussionem,adhuc multo minus milites obseruant illum tex. quia contra illũ tex. non solum à volentibus,sed etiam inuitis hospitibus nõ solum salgamũ & culcitras,imò multo maiora extorquent. Et cum aliquãdo temporibus meis, quidã armigeri in Italia Carolo de Ambasia gubernãte, fuerint accusati, ꝙ multa bona in multis eorũ hospitiis extorserãt, & pro illorũ defensione exhibuerũt quittantias hospitũ,quę pro certo,si fuerũt bona per vim extorta adhuc magis quittantiæ fuerunt per vim extortæ.& hunc tex.voluerim adducere in medium tãdem euaserũt non habendo respectum ad illum text. prout nec hodie apud eos habetur respectus, & ideo transeat cum cæteris erroribus canonistarum.Redeũ do ergo ad propositum, in his nuntio nõ creditur. & facit,quia etiam voluntas eius,contra quem factũ est aliquid cõtra debitum sui officij, non habet eum excusare à maleficio, qui etiam de eius volũtate nõ debuit committere maleficium.l.deuotũ.post no. C.de meta.& epide.lib.xij.& ideo,nimirũ si eius attestatio non auferat præsumptionẽ cõcussionis,multominus assertio officialis.Et vidi his vltimis diebus prẽteritis quosdam officiarios regios condemnatos de crimine concussionis, non obstante quòd quittantias partis læsæ exhibuerint.

Casus in quo nũtio non creditur.

ADde etiam vnum casum, in quo nuntio exequẽti,in his quæ spectant ad eius officium, non creditur.De quo per Bal.in l.stipulatio.§.hæc autem stipulatio.ff.de no.ope.nũtia.scilicet, † quando nũtius refert nihil esse in bonis, vt procedat ad pignorũ captionem,& immobilium subhastationẽ:quia hoc nõ põt,nisi iudex pronũtiauerit. Et istud videtur tenere Barba.in cons.suo xxviij.in viij.col.in j.vol.tamẽ Bar. in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudi. tenet cõtrarium,&apud nos obseruatur opinio Bart.in d.§.in venditione, quia creditur apud nos in practica nũtio referenti se nulla bona mobilia inuenisse. 31

ET aduerte, quòd si nũtius referat vltra sibi commissa à iudice,an sibi credatur,puta quia dicit & refert quòd citatus respondit se nunquam vẽturum. vide plures remissiones per do.meum Iason.in §.quadrupli.iiij.col.instit.de act. vbi multa ponit de materia nuntij.& in l.properandum §.& si quidem, in iij. col.C.de iudi.quem videas omnino ibi.& de ratione quare creditur nuntio in his quæ spectant ad eius officium,& non iudici,nisi inquantum ex actis apparet c.quoniam contra falsam.de proba. ponit Bal.in d.c. quoniam contra falsam. in xv. col. & do. meus Ias.in locis hîc antè allegatis.

ET quia suprà dixi, ꝙ nuntius non potest exequi sine literis,& sic sine commissione iudicis, pone ꝙ nuntius retulit se citasse, nunquid dicatur præcessisse commissio iudicis?dixi suprà in præce.§.sed vide Anto.de But.Felin.& Decium in c.j.de iud.in iij.col. Alex.in consilio suo cxxiij.incip. viso processu causæ agitatę.in ij.col.in ij.vol.vbi dicit ꝙ sic.Bar.tamen in l.sciendum.ff.de verb.oblig.tenuit contrarium.tamẽ eius opinio reprobatur,per tex.in l.j.§.cura carnis.ff. de offic.præfec.vrbi, in versic.ad referendum. & in l. magis puto.§.ne tñ ti.tenus. cũ gl.in verb. viatorẽ.ff. de rebus eorum.Et illum reprobat Lud. Bolo.in cõs. suo lij.in iiij.colum.quod incip. Nicolaus & Clemẽs fratres.vbi etiam quærit de alia quæstione, † videlicet,nunquid nuntius possit corrigere relationẽ suam

Nuntius an possit corrigere suam relationem. 32

BIU Cujas

iam redactã in scriptis: & dicit ꝙ ex quo nũtius functus est suo officio, non potest nec debet dicere se errasse. arg. l. iudex posteaq̃. ff. de re iu. & minus põt facere in præiudiciũ alterius. ar. no. in l. in causæ. in prin. & in l. mutari. ff. de procu. ¶ Ex qb. omnib. supradictis satis constat, ꝙ nũtio exequẽti in casibus supradictis, licitum est resistere, aliàs nõ est licitum, imò resistẽs, aut aliàs rebellionẽ faciens nũtio literas exequẽti cũ signo, variis modis & pœnis afficitur, secũdũ diuersitatẽ resistẽtiarũ & rebellionũ. † & est in hoc nr̃o statuto vna resistẽtia, quæ dr̃ simplex, quæ punit̃ scd̃m statutũ nostrũ, vt dictũ est antè. Alia põt esse de qua suprà dixi, qñ cum resistentia est maius delictũ, & de ea dixi, ideo hîc nõ repeto. † Alia est quæ est grauissima, puta de eo qui abstulit à familia iudicis aliquẽ cõdẽnatũ per eius cõfessionẽ: vel quia cõuictus est. In hoc casu procedendũ est per distinctiones & cõclusiones.

33 Resistentia simplex.

34 Resistentia grauissima.

Conclusiones quibus casibus resistentia grauissima committatur.

PRima est, quòd eripiens violentum raptorem non dum confessum, vel conuictum, nec condemnatũ punitur pœna decem librarum auri. §. arripiat. in fin. in auth. vt omnes obe. iudi.

SEcunda conclusio est, quòd eximens cõfessum & condemnatum de crimine, tenetur pœna criminis læsæ maiestatis. Tex. est sing. in l. cuiuscunq;. vbi Bar. no. ff. ad l. Iul. maiesta. & in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, tangat. ¶ Istam tamen conclusionem limita quatuor limitationibus.

PRimò, vt scilicet non habeat locũ in captis ab alio iudice quã imperatore. Et istud dicit & tenet Io. Fab. in §. pœnales. in vlt. col. inst. de act. & istud est notatu dignissimum, si est verũ, vt dicit ibi do. meus Ia. in xx. col. sed tamẽ, vt dicit, dubitat propter tex. in d. l. cuiuscunque. ¶ Vide ad hoc G. Benedicti, in repetit. c. Ray. in verb. mortuo itaq; testatore. j. nu. clxxx. de testam. ¶ Ego credo ꝙ ille text. tantùm habeat locum in confesso de illo crimine lęsæ maiestatis, & nõ de alio. Et satis videtur inclinare in hanc sententiam gl. quæ pro vltima opinione hoc tenet, in d. l. cũ in dubio vbi plures sunt opiniones, vltimę stadũ est. Bar. in l. bona fides. ff. depositi. Facit gl. in l. q filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. per do. meum Ias. in l. si idem cum eodem. §. si vna actio. ff. de iurisdi. om. iud. Tu dic idem in Christianissimo Rege nostro, qui, vt in pluribus locis dixi, est monarcha in suo regno, & inperator dicitur, & tantã potestatem habet in regno, quãtam imperator in imperio, cùm neminem in temporalibus recognoscat, c. per venerabilem. qui filij sint legitimi.

LImita secundò, nisi condemnatus vel alius ꝑ eo, puta consanguinei vel amici appellassent, & iustè à sentẽtia cõdẽnationis, iuxta l. nõ tantùm. ff. de app. quo casu si iudex non obstãte appellatione, vellet exequi sententiam, quæ nõ est amplius reiterabilis vel retractabilis, licitum est resistere, etiã de facto. Ita tenet Bal. in l. addictos. C. de episc. audien. & do. meus Ia. in d. §. pœnales. in ij. col. instit. de actionib. & dixi suprà.

TErtiò, limita non habere locum in cardinalibus: quoniã si cardinalis obuiet ei q̃ ducitur ad mortem, ex priuilegio quod habet ex consuetudine, põt eum eripere, & à morte liberare. vt dicit Bal. in d. l. ad dictos. C. de episcop. audien. & istas tres limitationes ponit do. meus Ias. in d. §. pœnales.

QVartò, limita nõ habere locũ in eripiẽte seu eximente clericũ à manibus familiæ iudicis secularis. ita tenet Fel. allegando Bal. in c. j. in vltimis verbis de offi. deleg. ita etiã tenet Guido papæ, q̃st. sua lxxiij. in fi. iste casus posset multos liberare. cogita. ¶ Cõtrariũ tamen apud nos obseruatur, & aliàs allegaui illud dictum Bal. & Feli. sed nihil profuit propter obseruãtiam in contrarium, de qua sunt multa arresta.

TErtia conclusio, ꝙ eximens reũ maleficæ seu magicæ artis, punitur pœna vltimi supplicij. l. fin. C. de malefi. ¶ Quid de illo, qui sciebat secretè, ꝙ aliquis de delicto grauissimo, quod nõ meretur gratiam, erat capiendus, & ꝙ familia curiæ seu principis eum ꝑsequebatur, ei reuelauit, & detexit secretũ, & fecit vt aufugeret, ita ꝙ eius medio à manib⁹ familię euasit, qua pœna sit puniẽdus? Nam, vt dicit Bal. in c. j. in vers. nota reuelationẽ. in tit. quibus modis feudum amitta. reuelans secreta alicuius tenetur, etiã si damnũ nõ inferat, multo fortius qñ damnum infert, quia tenetur ad damnũ & interesse. l. in lege. §. sed & si quis. ff. ad legẽ Aquil. & ibi Florianus. omnis enim reuelans arcana, fraudulẽtus est. v. q. v. c. qui ambulator & ꝑditor est. l. fi. C. de abolitio. in fi. & satis hoc casu dicitur resistere, quando per eius tacitam reuelationem impeditur captio culpati. ¶ Et facit ad hoc, quod dicit Hippo. de Mars. in sing. suo cxxxvij. incip. in iure clarum est, vbi dicit ꝙ ille qui notificat debitori alicuius, ꝙ aufugere debet: quia creditor suus ordinauit eum capi, & detineri, tenetur creditori ad soluendum debitum. qd̃ nota, quia quotidie euenit. †

Fugam debitori suadens, creditori tenetur.

QVarta conclusio, ꝙ eximens captum à familia, vel carceratũ in omnibus aliis casibus quàm supradictis, punietur illa pœna quam merebatur exemptus. tex. est in l. j. C. de his q̃ latro. occult. facit quod dicit Angel. in l. j. in prin. ff. ne quis eum qui in ius vocatus. & facit tex. in §. arripiat. in auth. vt omnes obediant iudi. prouinciarum. qui §. intelligitur in nõ cõfessis & condemnatis vt dicit do. meus Iason, in dicto §. pœnales. & quæ pœna sit d. §. arripiat. dicit apostilla ad Guid. papæ, quæstione sua 669. qui tamen in materia subiecta quo ad l. quartam. ff. ad l. Iul. maiest. videtur errasse, vt infrà dicam.

QVinta conclusio, quòd eximens aliquem de facto de carceribus, qui non sit reus alicuius criminis, siue sit pro debito publico siue priuato, tenetur de proprio soluere proprium debitum creditoribus. tex. est singularis in l. quoties. C. de exact. tribu. lib. x. dixi suprà satis amplè in j. gloss. huius §. ibi, sed tamen adhuc videretur.

SExta conclusio est, quòd eximẽs de facto aliquem de carceribus, qui nõ sit reus criminis, nec pro debito incarceratus, eum eximere de facto sit turbare iurisdictionem iudicis, potest mulctari pecuniariter, secundum potestatem iurisdictionis iudicis, per titulũ ff. si quis ius dic. non obtemp. & quod ibi vult Bar. in pen. quęst. & satis declarat Spec. in tit. de sentẽ. prola. §. species. in vers. nunquid titulus. & etiam potest per arbitrium iudicis extraordinem puniri, per. l. prima. §. effractores. ff. de effracto.

SEptima conclusio, ꝙ resistens officiali, & eum offendens in personam, punitur grauiter, & tenetur ex iniuria sibi illata: & dicit Guido papæ quæstione sua ccccclvij. ꝙ sumpta est practica in regno Franciæ, ꝙ verberantes seruientes regios, qui exercent eorum officia, capite puniuntur. & licet Bar. in l. si quis. §. j. ff. de pœnis. dicat, ꝙ licet dupliciter delinquatur in officialem, scilicet circa officium & circa personam, non tamen dicit quomodo sit puniendum delictum circa personam officialis commissum. sed vide Guid. papæ in d. quæstione. ccccclvij. Imò, quod plus est, si quis vulnerauerit seruientem regium etiam volentẽ, vel alium existẽtem in saluaguardia tenetur. ita tenet Io. Fabr. in l. nec seruus. C. de iniuriis.

Sed

SEd iuxta prædicta quęrit de duobus. primò qs cognoscit de delict. cõmisso p officiale in ci' officio. Secũdò, si officialis delinquat, quis cognoscet de delicto p eũ cõmisso. † De primo dubio Bar. in d.l. si qs forte §. j. ff. de pœ. distinguit, & Ang. Aret. in trac. suo maleficiorũ. in gl. j. vers. q̃ro an qs possit. vbi dicit, aut qs delinquit in officio, tũc p̃tor, & põt. vt l. ij. C. de sportu. si verò extra officiũ, & tũc aut crimẽ est notoriũ, ita ꝙ iudex nõ habeat nisi punire, & tũc p̃tor põt. vt l. si qs fortè. §. si quos. & ibi Bar. ff. de pœ. vbi notat. aut verò nõ est notoriũ, & tunc non põt: quia esset suspectus: vt l. senatus. & qđ ibi no. gl. & Bar. ff. de offi. præsi. nisi tñ cõsuetudo esset in cõtrariũ, vt per Geminia. in c. j. de pœ. & aduerte ad id quod habet in apostil. ad Aret. in dicto trac. vbi habet, † ꝙ vbi superior inquirit de delicto facto per eius officialẽ vel familiã, ꝙ nõ potest appellari à tali sentẽtia, vt dicit Spe. in tit. de leg. §. j. vers. nũquid poterit legatur. allegat. l. nulli. C. quorum appel. nõ recipiuntur. faciũt ad prædicta, q̃ dicit do. meus Ias. in l. q iurisdictioni præest. in iij. col. ibi octauò, fallit. de iuris. om. iu. Et adde, ꝙ si duo officiales eiusdẽ iudicis simul delinquant, ꝙ iudex eorũ est idoneus in cognoscendo & puniendo. Bar. in d.l. senatus. in fi. & Aret. in d. loco. & licet do. meus Ias. in d.l. qui iurisdictioni. limitet post Panor. dictũ Bartol. in eo qđ dicit de notorio. quia tamen nõ credo illam limitationem esse veram, non aliter in fisto.

31 Quis cognoscat an officialis deliquerit in officio.

36

SEd iuxta prædicta quæro de quæstione, quæ quotidie in curiis nostris versatur, videmus ꝙ isti nũtij seu officiales, qui dicunt seruiẽtes regij, executioni demãdãdo eorũ mãdata, aut aliàs executãdo in territorio alicuius dñi habẽtis altam iustitiã, delinquũt, dñs illius territorij in quo delinquũt vult eos punire, & de delicto cognoscere: præses verò ꝓuinciæ seu Balliuus illi' balliuat' vult similiter eos punire, cui' sit huius delicti cognitio, & punitio? videt primò ꝙ cognitio, & punitio spectat ad dominũ habẽtẽ omne imperiũ in cuius territorio delinquit officialis. auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. facit. c. fi. de fo. cõpet. vbi rõne delicti qs sortit' forũ, cũ ibi no. & facit, qa ille dñs habẽs talẽ iurisdictionẽ, est ibi loco Balliui & præsidis, ita ꝙ præses nõ põt in ea dñm turbare nisi in certis casibus exceptuatis, de qb. per Petrũ Iaco. in for. libellorũ, titulo, de condictione ex lege quæ oritur ex literarũ obliga. inter quos iste nõ est vnus, igitur &c. Cõtrariam tn partẽ possunt sustinere officiales regij, per ea quæ notantur in d.l. senatus, cùm ibi nota. ff. de offi. præsi. & in d.l. si quis. §. si quos. ff. de pœnis. de quibus suprà dixi. & faciũt. §. festinabis. in auth. de mãda. prin. & §. maximè. in auth. de quæstore. ¶ In hoc articulo fac tales conclusiones.

37 Cõclusiones à quibus officiales delinquẽtes sunt puniend.

PRima est, † ꝙ iudex habens numerũ officiariorũ taxatum, si vnus exillis de numero taxato delinquat in officio, punitio spectat ad eum. l. eos. quæ est fi. C. de apparito. magistrorum militum.

SEcunda, plures iudices habentes notarios, vel seruiẽtes sub se, qlibet puniet suos officiarios in sua iurisdictione delinquẽtes. facit l. viros. C. de Palatinis sacrar. larg. l. xij. facit l. ij. & iij. C. de off. magistri militũ p has duas cõclusiones videmus, † ꝙ si notarius regius delinquat in cõficiẽdo instrumẽtũ, punitur à gubernatore cancellariæ, vel eius Locumtenen. in Burgũdia. & idẽ de seruiẽte regio, ẽt si delinquat in executione mandati emanati à cancellaria. Si verò delinquat in alio delicto nõ cõcernẽte eius officiũ, in talibus cognoscit præses prouinciæ qui dicitur Balliuus imò etiam semp cognoscit si prẽueniat principaliter, & hoc est iuridicum: † quia maior est omnibus in sua prouincia post principẽ. ita dicit tex. in l. præses prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principẽ. ff. de offi. præsidis. si tamẽ appareat de delictis per notarios aut seruientes regios cõmissis in processu existẽte corã iudice cãcellariæ, cognoscit iudex cãcellariæ: quod est iuridicum. argu. l. nullum. C. de testi. ¶ Per dictas etiã cõclusiones, quę sunt fundatæ sup dictis iuribus, videmus ꝙ alij iudices in hoc balliuatu Heduen. nõ cognoscunt inter seruientes regios de causis eorũ, imò etiam nec officialis curiæ sedis episcopalis Heduen. nisi in causis spiritualibus. Et de hoc fuit arrestũ aliàs in parlamẽto Parisiẽ.

39 Balliuus maior omnibus post regem.

TErtia cõlusio, Quòd si inferat' iniuria personalis in personam executoris, mei, vel officialis meæ iurisdictionis, ꝙ mihi competit actio iniuriarum † Et iniuria facta in personam officialis mei, cẽsetur mihi facta. ita per plura tenet Guido papæ quæstione sua ccccclvij, & dixit Alex. in l. quanuis. ff. de in ius vocã. † ꝙ iniuria facta officiali Regis, dicitur facta Regi. & Panor. in c. cum sit generale, in ij. col. de foro compe. ꝙ iniuria facta clerico, dicitur facta Deo.

40 Iniuria facta officiali meo, censetur facta mihi.

41 Iniuria vni facta, in quos redundet.

ADDITIO. Vide ad hoc Matt. de afflict. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, obseruẽt. in iij. hb. & in cõsti. sequẽti, quæ incipit, eos tãtũ, ponit qũo iniuria facta officiali sit vindicãda & puniẽda. & ibi ponit practicã, quomodo sit procedendũ. Et ẽt vbi ponit quomodo pro vexatione & iniuria facta subdito, dominus habeat actionem, & è cõtrà, vt dicit Oldr. in cõsi. ccvj. incipiẽte, in causa Carnoteñ. Et aduerte ꝙ iniuria facta officiali Regis, etiã volẽti, dicitur facta Regi, vt ẽt tenet Hippol. de Marsi. consi. suo j. nu. xix. in ij. col. & in cons. cxv. nu. xv. vbi etiã dicit, ꝙ iniuria facta seruo, dicitur facta domino, & iniuria facta vni de collegio, dicit' facta toti collegio, vt ibi dicit nu. xiiij. Et iniuria facta vni cõsorti, dicitur facta omnibus, vt dicit idẽ Hipp. cõs. lxviij. nu. ij. & iniuria facta vni de domo, dicitur facta toti consanguinitati. cod. cõs. nu. iij. & facta vni, dicitur facta toti generi, codẽ cõs. nu. iij. & facta meo domestico mei occasiõe, dicitur mihi facta, codẽ nu. v. & facta vni de familia, dicitur facta toti familiæ, consi. xxxj. nu. xvj. & consi. lxviij. nu. 2.

QVarta cõclusio, ꝙ officialis delinquens in territorio alicuius dñi habentis altã iustitiã existentis in balliuatu, si delinquat in executione sui mandati, exercendo eius officium, cogni tio spectat & etiam punitio ad balliuum, seu eius præsidem, à quo emanauit mandatum. & hoc est, quia licet quis sortiatur forum ratione delicti commissi, aut domicilij vel territorij, tamẽ etiã quadoq; sortitur habendo respectum ad personam, vt satis not. in c. fi. de fo. compe. & facit authen. causa. C. de epis. & cle. nã licet dñs habẽs altã iurisdictionẽ, habeat omnimodam iurisdictionem in suo territorio, tamẽ princeps, aut eius balliuus seu p̃ses p̃ eo habet ratione superioritatis etiã omnimodã iurisdictionem: quæ nõ est priuatiuè cum dño tẽporali, sed accumulatiuè, imò etiam certis casibus annullat iurisdictionem domini temporalis. vt est hoc casu in quo extendit iurisdictionem suã ad suos subditos.

42

QVinta conclusio, ꝙ iudex minor & inferior potest punire officialẽ maioris iudicis in suo territorio delinquẽtem extra suum officium, etiam si denuntiet superiori: si tamẽ iudex superior petat eũ ad se remitti, aut etiã pars petat, debet coram iudice superiori remitti. ar. tex. & gl. in l. in officiales. C. de off. rectoris prouinciæ. & ita videtur tenere Bart. in dicta l. in officiales. vbi nota, † ꝙ iudex minor põt punire

43

38 Notarius regius delinquens à quo puniatur.

BIU Cujas

officialē iudicis maiorē delinquētē in ſuo territorio, dū tñ hoc notū faciat maiori iudici, qui tūc ſi nō petat cēſetur negligens, & ideo pōt cognoſcere minor.

SExta concluſio, quā tenere videtur Alber. de Roſa. in l. ſi quos. C. de offi. præfec. præto. orien. eſt, ꝙ de quocunque delicto ſiue crimine commiſſo per aliquem eius officialem cognoſcit eius iudex. & dicit ꝙ vidit ita de facto obſeruari. ſed intellige vt per eundē ibi. & vide eūdem Albe. in l. ſi quis fortè. §. ſi quos. ff. de pœnis, qui ibidē tamē videtur facere diſtinctionē, an delictum ſit cōmiſſum in officio, aut extra officiū.

SEptima concluſio eſt, ꝙ ſi officialis alicuius maioris iudicis delinquat in territorio alicuius domini habentis altam iuſtitiā, qui tamē non eſt ſubditus dicto maiori iudici, puniet eum, & non remittet iudici ſuperiori, imò eum puniet de delicto per eū cōmiſſo in ſua iuriſdictione: quia extra territorium ius dicēti non paretur. l. fi. ff. de iu. om. iud. cum vul.

OCtaua concluſio, quòd ſi officialis vnius balliui vel præſidis prouinciæ delinquat in alio balliuatu, vel alia prouincia, iudex illius prouincię, vbi delinquit, eum puniet, nec eū tenetur remittere, quia par in parē non habet imperiū. l. nā magiſtrat. ff. de arbit. l. ille à quo, §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel.

LImita omnia prędicta, niſi in caſu noſtrę conſuetudinis. de qua ĵ. in tit. *des adueux, §. l'adueu emporte l'homme.* vbi poſui quædam de quodā executore altæ iuſtitiæ, cui' cognitionē & punitionē habuit balliuus Heduen. licet delictū per eū cōmiſſum fuiſſet cōmiſſum in iuriſdictione abbatis ſancti Martini Heduen, qui non fuit remiſſus ꝓpter plures cauſas, inter quas iſta fuit vna, & ita fuit appunctuatū & iudicatum per balliuum Heduen, ſeu eius Locumtenentē.

44 An executores poſſint quē pignorare pro ſuo ſalario.

PRoſequendo materiā horū officialium, quæritur, nunquid iſti †executores poſſint ſe facere ſoluere, & capere pignora ꝓpria authoritate pro eorū ſalariis, an verò teneantur petere ſalaria à dominis eorū? Io. Fab. in §. quadrupli. inſt. de actio. dicit quòd ibi eſt tex. qui ꝓbat, & videt facere ꝙ nuntij ſeu executores publici faciunt ſibi ſatisfieri de ſuo ſalario à reo pro ſuis pignorationibus ſeu executionibus, quas faciūt cōtra reū. & idē tenet Iaco. de bello viſu in authen. de exhiben. & introducē. reis. §. illud quoque, in iij. col. ibi, quæritur decimoſeptimò, vbi dicit, † ꝙ ſportulæ executorū debēt ſolui ab eo, qui citatus eſt. imò, vt dicit Ioā. Fab. in d. §. executores poſſunt capere pignora ꝓpria authoritate ꝓ ſuo ſalario. dicit tñ ꝙ eſt abuſus: & ꝙ eſt cōtra omnē rationē: quāuis in aliquibus locis ſeruetur ita de facto. ¶ Et licet in regno Frācię ſit ordinatio regia ſuper hoc, ſcilicet, ne aliquid ab illo, cōtra quē faciūt executionē, exigant, q̄ mihi iuridica videt. Tamen in hac patria, vbi vigent prædictæ ordinationes regiæ, malē obſeruant executores, ad quod deberent aduertere iudices. dicit tamen do. meus Iaſ. in d. §. quadrupli. in ij. no. ꝙ impoſſibile eſt, ꝙ tex. Io. Fab. probet ꝙ dicti executor. poſſint capere pignora pro ſuo ſalario. ¶ Quomodo autē debeantur, an pro lōgitudine cauſæ, an pro ſumma rei petitæ, an ſecundum conſuetudinem fori. ponunt doctores, in §. tripli. inſti. de actio. & ibi Io. Fab. & alij poſt eum.

ET aduerte etiam ad id quod dicit Bar. in dicta extrauaganti, ad reprimendū. in verb. per nuntiū. ꝙ iudex debet cōſtituere iſtos nūtios, & poſſunt ēt cōſtitui infames. ¶ †Subdit etiam Bart. ibi, ꝙ oēs iſti nuntij ſūt infames, & perſonę viles, ſed parcat mihi Bart. qa tex. eſt in contrariū, qui dicit ipſos eſſe milites, & militare dicuntur, ſecundum tex. in l. ij. C. de ſportul.

ADuerte etiā ad id quod dicit Bar. in l. fi. §. fi. ff. de pigno. actio. & ibi cōmuniter oēs, ꝙ iudex poteſt capere aliquē ex his ad decapitandū ſeu ſuſpendendū malefactorē, vt ſit tortor, dūmodo ſit villis perſona, vide Bal. in l. fi. in fi. C. de executio. rei iudica. Vide Lucā de Penna in l. j. C. ne quis liber inuitus & c. tit. xxxvj. li. xj. & etiā Paridē de puteo in trac. de ſyndicatu, in litera M. in verbo, maleuolus. fo. lxxj. vbi plenè ponit ēt an iudex poſſit quē cōdemnare, vt ſit ſpiculator, ſeu tortor perpetuò, vel ad tempus. & ibi plenè de hac materia. Et aduerte, †qa ēt quādoq; dicunt' miniſtri Dei. c. qui malos. xxiij. q. v. & in c. quicūq; pcutit. ea. q. vlti. Olim aūt tēpore Moyſis executores criminaliū aſſumebātur de populo, & quilibet de populo abſq; electione erat executor, prout legitur Exodi. xxxij. qñ Moyſes cultores vituli puniri iuſſit, dicens: occidat vnuſquiſq; &c. & habetur trāſumptiuè in c. diſciplina. xlv. diſtin. Idem de Achā legitur Ioſue. vij. vbi dicitur, lapidauit eum omnis Iſrael. aliquando ēt iidem iudices ſoli erāt ſuarū ſententiarū executores, vt patet Ioſue. viij. c. vbi habetur ꝙ Ioſue ſuſpēdit regē Hai. & primo Regum. xv. vbi dicit de Samuele, qui concidit Agag regem per fruſtra. & Numeri. xxv. c. tranſumptiuè in c. reos. xxiij. q. v. vbi Phinees ſacerdos Iudæum cum Madianita coeuntem trāsfixit gladio. Tempore verò Dauidis executores iuſtitiæ erant filij ſui, vt habetur ij. Regum. c. j. & ij. Regū. c. iiij. Tēpore verò Salomonis Banaiai, magnus capitaneus erat executor iuſtitiæ criminalis. iij. Regum. c. ij. & iiij.

47 Executores iuſtitia dicuntur miniſtri Dei.

48

¶† Tempore verò Romuli lictorum mos inuētus eſt de quo etiam habetur. j. Regum. c. xix. qui hodie ſunt tortores & ſpiculatores. de quibus dicendum eſt.

49 Liſtores à quibo. dā. primò inſtituti.

ET propriè †iſti tortores de iure dicūtur & appellātur ſpiculatores. vt eſt tex. in l. diuus Adria. ff. de bo. dā. & dicit Calepinus in ſuo dictionario, ꝙ ſpiculatores dicunt ſatellites principū. aliqui etiā, vt dicit, ca piūt ſpiculatorē ꝓ carnifice. & Iuriſconſul. capit eū ꝓ carnifice, hoc eſt proeo q̄ ex hominibus carnes facit.

IN TEXTV IBI,
Soixantecinq ſolz tournois.

NOtanter dicitur, *ſolz tournois*, †quia plures ſunt ſolidi quo ad nos. quidam ſunt Pariſien. quidam Turo. Sed ēt in iure ſolid' capit' pro aureo. l. libertus. ff. de in ius voc. l. iij. eodem tit. iuncto tex. in §. fi. ad finem. inſti. de pœna teme. litigā. †quorum. lxxij. faciūt libram auri. l. quoties. C. de ſuſcepto. & archa. l. x. †& quot vnciæ faciāt libram, ponit Io. Fab. in §. nos autē. inſti. de Attilia. tuto. vbi ponit ꝙ xij. vnciæ faciūt libram, †octo, marchā. vide do. meū Iaſ. in l. puniri. C. ſi cōtra ius vel vtilitatē publicā. & §. oēs autē. inſti. de actio. & l. ij. §. ex his. in pen. col. ff. de verb. obli. vbi dicit ꝙ obtinuit † ꝙ hodie donatio vſque ad octo cētum ducatos valet ſine inſinuatione. & ita tenet Angel. in l. ſancimus. C. de donatio. Et vide ad prædicta Alexandr. in conſil. ſuo iiij. incipiente, circa primum quæſitum. in vij. colum. in j. volum. Dixi tamē quòd quo ad nos vſus ſe habet, quòd non valet vſque ad quinque centū libras, quòd talis vſus deberet ſeruari, niſi eſſet cōſuetudo noſtra in conſideratione, quæ excludit alias conſuetudines non ſcriptas in hoc libro. Et ſi diceretur ſimpliciter de lx. ſolidis, vt dictum eſt ſuprà, in §. iij. huius tituli. de quibus debet intelligi? an de his de quibus in gloſſ. in d. l. libertus? an verò de currentibus ſecundum conſuetudinem loci? videtur quòd de currentibus, argumēto eorum quæ dicunt doctores in c. cū olim. ext. de cenſibus. in clemen. ſi beneficiorum

1 Solidorū differēt.

2 Quot ſolidi faciāt libram.

3 Quot vnciæ cuiuſ libet libræ.

4 Marcha quot.

BIU Cujas

ciorum,de decimis.Bal.in l.fi.in j.col.C. cõmunia de leg.vide Iacobinũ de S.Geor.in l.in eũ.in ij.col. ff. de in ius vocando. ¶Io.Fab.in l.illustres.C.de mod. mul ctarũ,dicit q̃ emẽdæ per statutum taxatæ non debẽt excedere taxã,sed bene vsq; ad summã taxatam possunt, aliàs esset grauissimum peccatũ,vt dicit ibi tex. & in istis attendenda est consuetudo.tex.est in l.iube mus.& ibi Bal.Sali.& docto.C.de iudiciis.

ADDITIO.Aduerte etiã, q̃ si iudex quẽ cõdẽnauerit p̃ huiusmodi simplici resistentia ad maiorẽ summã,sententia est nulla,vt p plura tenet Mat.de affli.in cõst.regni Sici.q̃ incipit.ad officiũ baiulorũ. vbi post arg.ad vtramq; partem concludit,q̃ si iudex datus ad certam pœnã,vsq; ad certã summã,si excedat summã quia est in competẽs,sentẽtia est nulla,intellige sanè, si esset iudex qui ex sua potestate non posset excedere illã summã in omnibus casibus, quoniam tũc p̃pter incompetentiam sententia esset nulla.sed si iudex habeat altã iustitiã,& merũ imperiũ,qui posset secundũ exigentiam casus condemnare in maiori pœna,si cõdemnauit in aliquo casu vltra pœnã statutam,sentẽtia non est nulla, sed solùm tenebit sententia quo ad illam summam,& in reliquo venit annullanda.

IN TEXTV IBI,
Suffisamment prouuée.

QVæro iuxta prædicta quæ sit sufficiẽs probatio, quæ sit legitima,quæ sit euidẽs,quæ sit liquida, quæ sit liquidissima.¶†Primò nãque sufficiẽs probatio dicitur regulariter,quæ sit per duos testes,cùm in ore duorũ vel triũ stet omne verbũ.l.vbi numerus.ff. de testibus.&isti testes debẽt esse omni exceptiõe maiores.& dicit Bal.in l.p hãc.C.de tẽpo.appellat. q̃ est dare probationẽ plenã,vt per duos testes:plenioreẽ,vt per manifestissimũ:plenissimã, vt per notoriũ. Et ista sua doctrina est satis cruda.& istud refert Feli.in rub. de proba.in fi. & melius declarat. & quid sit sufficiẽs probatio vide plenè per Ludo.Bologninũ in cõsi. lij. in ij.col.vbi in proposito ponit quæ sit sufficiẽs probatio. & satis etiam declarat hæc nostra consuetudo.

1 Probatio sufficiens quæ.

QVi autem†sint testes omni exceptione maiores, ponit gl.multũ nota.in c.j.de cõsanguinita.& affinita.& dicẽt statim in legitima p̃batiõe.hinc est†q̃ vni testi nõ credat, qa vox vnius vox nullius,q̃ probatio p vnũ testẽ nõ est sufficiẽs p̃batio.c.licet. de testi.l.iurisiurãdi.G.de testi.& istud est verũ regulariter licet sint multi casus in quibus vni testi creditur q̃ sũt positi per domi.Dominicũ de S.Geminia.in suo trac. de testi.in c.sed an credatur testimonio vnius. qui q̃dem tractatus est positus in fine tractatuum Bar.& istos casus ponit Frãciscus de Cur.antiquior in sua solenni repe.l.admonẽdi.ff. de iure. & ibi do. meus Ias. multos ẽt posuit.& vide aliquos per Bonifa.de Vitalinis in tract.maleficio.in tit.de proba.aliũ casum per eundẽ do.meũ Ias.in l.si quis eum.§.si absens. ff. si ex noxali causa agatur.videlicet quãdo testificatur de facto suo p̃prio,quia hoc casu ei creditur. quod est notandum,& potest seruire ad multa.¶ Aduerte etiam, an valeat cõsuetudo q̃ vni testi credatur.vide do.meũ Ias.in l.de quibus.in xvij.col.ff.de legi.

2

3 Vox vnius vox nullius.

4 Probatio legitima quæ.

LEgitima †probatio dicit illa quæ fit per testes idoneos,& omni exceptiõe maiores.& de hoc est tex.multũ notabilis & melior de iure in c.cõsultationi.in j.respõ.ext.de spon.& gl.in c.at si clerici.ext. de iudiciis.& in l.cùm de indebito,in ver.legitimis.ff.de probatio.& ponit gl.no.in l.proprietatis.in verb.legitimis.C.de proba.†Et dicunt testes omni exceptione maiores,q̃ nulla exceptione legitima repelli possunt. glos.not.in c.j.de cõsan. & affi. & ibi Pan.& in d. c.at si clerici.vbi dicit esse notãdũ pro statutis.ad idem est gl.j.in §.itẽ verborũ,in verb.idoneos.insti.de inutili. stipu.Bal.in l.optimã.in ij.col.C.de cõtrahen.& commit.stipula.Alex.in cõs.cxlvj.in pen.col.in j.vol.& in cons.xviij.inci.viso p̃cessu causæ.in pen. col.in j.vol. Ange.in cõs.cxiiij.in iij.col. & Anchara. in consi. suo ccxxvij.inci.ad corroborationẽ.col. fi. versi. ex prædictis.¶Etiam quæ sit legitima probatio. ponit Iacobi.de sancto Geor.in l.cũ de indebito.ff. de probatio.

5 †Testes omni exceptione maiores.

ET intellige prædictã cõclusionẽ in causa crimina li,prout dicit gl.in d.c.at si clerici. sed secus videtur esse in causa ciuili,in qua legitima p̃batio dicitur, etiã si testes non sint omni exceptione maiores, vt tenet & cõcludit And.Sicu.dictus Barba.in d.c.at si clerici,cõcordando gl.d.c.at si clerici. cũ dicto Io. And. in c.cũ p causa.de p̃cu.declarãdo tex.ibi , si legitimè p̃bari poterit.& facit ad hoc: † quia infamis facti admittitur in ciuilibus,licet repellat in criminalibus,vt no.Bart.in l.Cassius.ff.de senatori.& in l.j.C.de summ. tri.Alex.in cons.xj.circa prin.in j.vol.& facit tex.in c. testimoniũ,de testi.& quod dicit And.Sicu. in d. c. at si clerici.& idẽ tenet Pau.de Cast.in l.fi. C. de proba. vbi facit hãc differẽtiã inter ciuiles & criminales causas quo ad hoc.¶Sed quicquid dicant,credo q̃ etiã in ciuilibus testes idonei requirũt.c.j.de test.l.idonei.ff. de test.†Et idonei testes vident esse qui sunt omni exceptione maiores,vt dicit gl.in d.§.itẽ verborũ. quæ exponit tex.in verb.idoneos,id est, omni exceptione maiores.& p̃ hac cõclusione est tex.in c.licet vniuersis.de testib⁹.†vbi illa authoritas, q̃ in ore duorũ vel triũ stet omne verbũ,intelligit q̃ sint p̃batæ vitæ , & fidelis cõuersationis.& Pan.ibi expresse intelligit , p illa verba. q̃ sint omni exceptiõe maiores & facit tex tus in c. in literis. eo.tit. de testi.& ibi Pano.& quod notat idem Panor.in c.j.de excep.& istud videt verũ de iure,quia etiã in ciuilibus duo testes nõ plenè probarẽt intẽtiones,nisi essẽt omni exceptione maiores, sed solùm differẽtia videt, qa in ciuilibus testes si nõ sint omni exceptiõe maiores,eorũ defect⁹ suppletur & redintegratur per iuramentũ.c.fi.de iure.l.in bonę fidei.C.de reb.credi.secus est in criminalibus, in quibus nõ defertur iuramentũ in defectũ plenæ p̃batio nis,vt tradũt Bart.& doct.in l.admonẽdi.ff.de iureiu. & in ciuilib.duo testes bene p̃bãt sine ratione & causa,de qua sunt interrogati:vt p gl.& Bar. in l.solã. C. de test.secus esset in criminalib⁹,vt ibi notabiliter voluit Sali.qd̃ dictũ pro notabili refert & seqtur Ale.in dicto cons.xviij.incip.viso processu.in vj.col.in j.vol.

7 Idonei testes qui.

ET aduerte quòd debet articulari, q̃ testes sunt omni exceptione maiores,ita tenet Barba. in consilio suo xlv.in ij.col.in j.vol.

ADDITIO. Contrarium tenet ipsemet Barba. in cons.xxix.in j.vol.& Mat.de affl.in cõst.regni Siciliæ. quæ incipit,corruptela.in ij.not.vbi dicit sufficere,q̃ nihil opponat contra eos.& ita tenẽt plures alij quos ipse allegat,maximè Socinũ & Decium.Et aduerte q̃ testes maximè in criminalibus,debẽtesse omni exceptione maiores,vt tenet per plura Hippoly.de Marsi. in cõsi.suo xij.nu.viij. maximè hẽt locũ in teste deponẽte de visu, ad hoc vt faciat indiciũ ad torturã,vt dicit idẽ Hip.in cõs.lxiiij.nu. xxxiiij & in cõsi. lxxxviij. nu.xxj.& in cõs.cj.nu.xxxvij.xxxviij.xxxix.Et ita etiã tenet Mat.de affl.in consti.regni Siciliæ , quæ incipit damna clãdestina.in ij.quæst.noni notabilis,in j.vol. †¶Sed iuxta hoc quæro,nunquid iuramentũ sit legitima

Testes in criminalibus.

9 An iuramẽtũ sit legitima probatio.

tima ꝓbatio? & videtur ꝙ sic,ꝑ tex.& gl.in c.statutũ. §.cũ verò.ver.per proprium iuramentum. de rescrip. in vj.sed aduerte quia illa gl.nihil facit. ¶ Secundò, videtur etiam melior tex.in c.ij.de proba.vbi dicit text.

10 †ꝙ ita demum ad huiusmodi iuramẽtum necessariũ recurrendum est,si aliæ legitimę probationes deficerent.†pondera dictionem,aliæ, quæ est repetitiua similium,vt est gl.in l.si fugitiui.cum si.C. de ser. fugi. tamen si bene aduertatur,ille tex.nihil facit.

11 Dictio aliæ.

TErtiò,posset etiã pro hoc adduci text. qui adhuc melius cæteris probat,in l.fi.§.licentia.C.de iure deli.sed qa pro certo nihil facit, nõ insisto.& ideo cũ in hoc casu requiratur probatio sufficiens seu legitima,quæ idem sunt,non sufficeret probatio per iuramentũ.hoc in specie dicit Alb.de Ros.in l. cũ de inde

12 bito.in gl.in ver.vltimus. ff.de ꝓba.†cùm tamẽ statutum requirit legitimã probationẽ, non sufficeret iuramentũ.adde gl. in §.quadrupli.in verb.duplicatur. instit.de actio.idẽ si dicatur,quòd ꝓbatio sit luce clarior,secundum Bal.in l.fi.circa prin. per illum tex. in ver.luce clarior.C.si minor se maiorem dixerit.

13 Probatio perspicua.

IDem†si dicatur probatio sit perspicua, secũdũ Bal. in l.in bonæ fidei.ver. ij. inspicitur natura causarũ. C.de re.credi. & iureiu. idẽ si requiratꝰ plena probatio,per gl.no.in c.cupiẽtes.§.quòd si ꝑ viginti.in ver. plenã fidẽ de elec.li.vj.facit tex.in c.j.in ver.plenè. de electio.in vj.idẽ si dicatur,quòd dilucidè ꝓbetur, qa

14 Probatio dilucida.

perinde est acsi perspicuè,ꝓut dicũt doc.in d.l.iiij.C. si minor se maio.dixerit.vbi dicũt † ꝙ vbi requiritur

15 Ingratitudo quo modo probanda.

dilucida ꝓbatio,nõ sufficit vnus testis cũ iuramento. & dicit Bal.in l.fi.C.de secun.nup.quòd†ad probãdũ ingratitudinẽ,nõ sufficit vnus testis cũ iuramẽto, qa

16 Indubitata.

dicit tex. quòd liquidis ꝓbationibus ꝓbari debet.& vide eũdẽ Bal.in l.vnica.in iij. opp.C.de his quæ pœnomi.& ibi dicit,†quòd idem si requiratur indubitata. idem etiam est si requiratur apertissima probatio.gl.est in l.fi.in gl.magna, super ver. suscipioni, circa prin.ff.qđ met.cau.Imò,qđ fortius est,tenet Ias,

17 multũ singulariter in repeti.l.admonẽdi.ff.de iureiu. licet in specie nõ viderit tactũ,vt dixit†quod vbicũq; lex vel statutũ reqrit simpliciter ꝓbationẽ,ẽt absq;eo quòd dicat plenã,vel legitimã,vel ꝑspicuã, vel liq̃dã, vel similia,quòd ẽt nõ valet ꝓbatio ꝑ iuramẽtũ. Mouetur,qa vbi lex simpliciter facit mẽtionẽ de ꝓbatione,intelligo deplena.clemẽ.cõstitutionẽ.cũ gl.in ver. fides.de electione.Bal. in l. peremptorias. in vlt.col.C. sentẽ.rescindi nõ posse.facit tex.no.in l.Lucius. ff. de cõdi.& demõst.per quẽ tex.dicit ibi Bar.quòd appellatione ꝓbationis intelligitur de vera.& in l.ait ꝓtor. §.si iudex.ff.de re.iud.dicit,quòd in dubio venit legitima.Ias.in l.cũ qui.in fi.ff. de iureiu. & in l.qui accu-

18 Iuramẽtum nõ est plena probatio.

sare.in fi.C.de edẽdo.& l.j. §. nũtiatio. ff. de noui op. nuntiatio. & Feli.in ru.de probat.sed sic est†quòd iuramẽtũ nõ est vera & plena probatio, sed impropria. l.nõ erit.§.dato.ff.iure. ver. quasi.& illũ tex.notat ibi ad hoc Alex.post Lud.Roma,& Sali.& Bal.in rubr.de iure. & est melior tex.in l.sed & si possessori.§.fi.vers, perinde haberi ac si ꝓbatũ fuisset.ff.de iure. gl. est notabilis in c.si quis,in versi.absoluẽ dũ.si de inuest. in-

19 ter do.& vasal.lis oria.in vsibus feud.& ibi ꝑ illũ tex. no,Bal.†quòd potiùs releuatio ab onere probandi,q̃ ꝓbatio.& in c.j.§.sacramentũ.de cons. recti feudi. cũ aliis alleg.per Ias.in l.ait prætor,*la premiere* in iiij.col. in prin.& in §.iurari.ea.l.in iij. col. ff.de iure. & in d.

20 l.cũ qui.in fi.ff.eo. ¶ Et per prædicta etiam infert idẽ Ias.in d.repe.in cxvj.col.cũ duabus seq.quòd†vbicũque lex vel statutum requirit apertissimas,vel legitimas probationes.nunquam admittitur iuramentum suppletiuum.Quæ omnia nota,quia sunt vtilia.

ADDITIO.Vide Hippolyt.de Marsi.in repet.rub. de probat.col.26.& in consi.suo xxxiiij.nu.5. ¶ Alex. in cõsi.xxiiij.in j.col.in v.vol.& in cons.xlj.circa finẽ, eodem vol.¶ †Istud etiam tenet Iacob.de S.Georgio, in l.j.ff.de interrogato.actio. vbi dicit, quòd propria probatio dicitur,quæ fit per testes & iuramẽta,ꝑ tex. in c.forus, circa medium. de verborum significatiõe.

Probatio euidẽs quæ.

EVidens autem probatio dicitur, quando de hoc adest instrumentũ.tex est in c.cùm dilecti.in vers. ex tenore instrumenti euidenter apparet.de donatio. & ibi Panor. ad hoc notat illum tex. Alibi verò dicit tex.in c.cum olim.& ibi Panor.notat illum tex.in vlt. not.ext.de censi.ꝙ illud de quo adest instrumẽtũ, di-

21 citur patens: & † ideo paria sunt euidenter apparere vel patenter. Alibi dicit tex.in c.licet causam.in vers.

22 ex præmissis,in ver.euidentissimè per instrumentum constat ext.de proba.†quod illud dicitur euidentissimè constare,quod constat per instrumentum publicum.no.Ias.in l.j.in prin.ff.de no.ope.nũ. & etiam Feli.in d.c.licet causam.vel etiã per tres testes idoneos, vel duos multum excellentes,iuxta doctrinam Spec. in tit.de proba.§.fi.versi.vlti.& Frãci. de Curte iunioris in c.j.§.j.quibus mod.feud. amit. & Ias.in l.seien-

23 dum.de verb.oblig. † nam instrumentum publicum facit rem certam & manifestam. quando nihil legitimum opponitur.contra tex.in l.fi.in versi.manifestũ. C.de rebus credi.cum gl.tenet Bal.in l.generali,C.de sacrosan.eccles.Inno.in c.ex insinuatione.de appel.& in c.ij.de confir. vti. vel inuti. Et intellige quòd idem

24 Instrumentum quid.

est de instrumẽto sigillato sigillo authentico. Panor. in c.sollicite.de testi.spol.†Instrumẽtum enim est veritas apparens & probatio probata,& non probanda Bal.in l.imperator.ff.de statu homi. & in l. ij. in prin. C.quando fis.vel priua.& in l.quoties.in vltimis verbis,C.de iudi.

25

ADde ẽt † ꝙ illud dicitur euidẽter apparere quod apparet ꝑ cõiecturas verisimiles,prout dicit Bar. in l.licet imperator.ff.de lega.j.Et refert & sequit̃ do. meus Ia.in l.ij.§.voluntate.in ij.col.ff.solu.matrimo.

ADDITIO.Vide Hipp.de Marsi.cõs.vij.col.vij.n. 33.& dicit in cõs.suo xviij.iij. colũ. 9. ꝙ ꝓbationes ꝑ cõiecturas dicũtur manifestę ꝓbationes. Vide eũdẽ plura ad hoc allegãtẽ in repet.rub.de ꝓba.col.lxiiij.†

26 Probatio liquida qua.

LIquida,†seu liquidissima probatio dicit̃ illa, quæ fit per præsumptiones iuris:vnde vbicunque talis probatio liquida,seu liquidissima exigitur, sufficiunt præsumptiones iuris.glos.est multum notabilis & singul.in l.si tutor.C.de pericu.tut.& dicit text.

27 Præsumptio legis dicitur veritas.

no.iuncta glo.in l.fi.ff. de proba. † quòd præsumptio legis dicitur veritas.quem text.dicit do.meus Ias.dicisse à quodam magno aduocato Papiensi,vbi multa dicit de hac probatione liquidissima, quæ est per præsumptiones iuris,& idem do. meus. Ias. in l. non hoc.in iiij.colum.C.vnde legitimi. Et dicit idem do.

28 meus Iason in dicta l.prima.† quòd in statuto requirente probationem sufficit præsumptio legis, per illum text.quod dicit Bal. in l.j. in iiij. col. C. de fideicom. versic. quæro quid si statutum. vbi singulariter determinat, † quòd si statutum requirat probatio-

29 nem instrumentalem,sufficit tamen habere præsumptionem legis,per text.not.in l.iiij. C. de apo. publi. lib.x. sed ipsemet tenet contrarium in l. sciendum, in x.col.ff.de verb.oblig. & ita etiam tenet Alexan.in d.l.j.C.de testamento militari. & de hoc videtur esse text.in d.l.fi.§.fi.in fi. ff. de probatio. & de istis præ-

suptio

sumptionibus legis, vide plenè per Fel. in rubri. de ꝓba. & de omnibus supradictis ꝓbationibus, per Ant. de Butr. in c. vestra. in ij. oppo. & in xix. col. extrà, de cohabi. cleri. & mulie.

§. OCTAVO.

QVand le signe de haute iustice est cheut à terre, le seigneur haut iusticier le peut faire redresser dedans l'an, & le iour apres ce qu'il est cheut, sans ce que luy soit besoin d'en auoir cõgé, ou licence de mõdict seigneur le Duc: mais l'an & le iour passez, il ne le peut faire sans congé & licence de mondict seigneur.

ITem in comitatu Burgundiæ, in titu. *Des præscriptions, §. le signe patibulaire.* in comitatu verò Niuernensi idem etiam videtur & vltrà addit pœnam, quia arbitrariè punietur, & demolietur signum sic erectum. idẽ in balliuatu Meldeñ. titul. *des iustices*, §. ccix. idem in balliuatu, *de Chaulmont & de Bassigny*, tit. *des iustices*, §. xcix.

IN TEXTV IBI,

Le signe.

1 *Signum quid dicatur.*

QVæro † quid dicatur signum? dic ꝙ est res præter speciem quam ingerit sẽsibus, aliud quid faciẽs in cognitionem venire. dicit sanctus Augustinus lib. ij. de doctrina Christiana, transumptiuè in c. signũ. de consecra. distin. ij. nã sicut circulus pẽdẽs ante tabernã est signũ aliud faciẽs venire in cognitionẽ, quàm sit ipsa res, puta quia denotat vinũ venale: sic ẽt signũ altæ iustitiæ est demõstratiuũ, ꝙ ibi malefactores trucidãtur. Per signũ enim cognoscitur signatum. l. j. §. si intelligatur. ff. de ædil. edi. l. stigmata. & ibi per Bart. Ioã. de Platea, & Luc. de Penna. C. de fabricen. lib. xj.

ADDITIO. Vide Matth. de Afflict. in constit. regni Siciliæ, quę incipit, priuilegia & iustitiam. in ij. li. in ij. notab. vbi dicit, ꝙ per signa probatur etiã dominium, & ꝙ ballæ mercatorũ probãtur esse eorũ, quorum sunt signacula. & ibi vide ꝙ ponẽs arma sua in sacris vestimẽtis, vt cognoscatur ꝙ ipse fecit, perdit meritũ spirituale, dixi in catalogo gloriæ mũdi in prima parte. in xxxviij. considera. in xiij. conclusione armorum. ¶ † Erectio enim furcarũ est signum meri imperij, ac per illam denotatur & probatur iurisdictio. ita Bal. in l. à procuratore. C. manda. Bal. in l. j. C. vt nemi. lic. sin. iud. signũ re. impo. Bal. in c. j. qd sit inuestitura. & in l. arboribus. §. de illo. & ibi etiam Floria. & Ange. ff. de vsufru. & dicit Bald. in d. l. à ꝓcuratore. ꝙ furcæ sunt res & signum. Rem appello, quæ nõ ad significãdũ aliud adhibet. & hoc modo furcæ sunt res & nõ signũ. i. sunt quędam tigna, siue quędã materia. signũ autẽ appello, vt dictũ est, eius versus in signũ significãdi: & hoc modo furcæ sunt signũ, qa significãt merũ imperium, vt dicit Bal. in d. l. à procuratore. † Et sunt introductæ furcæ ꝓ vtilitate publica, ad terrorẽ malorũ: ita † ꝙ si princeps nõ haberet locũ cõmodum quo possit erigere furcas, põt cõpellere habẽtẽ locũ cõmodũ, vt ei vendat: vt dicit Alex. in l. ij. in fi. prin. ff. sol. mat. ita ẽt dicit Oldr. in cõs. clxj. ad fi. cũ aliis alle. per do. Fel. in c. nõnulli. in xxij. col. ext. de rescrip. vbi ponit multa, quæ sunt introducta in fauorẽ vtilitatis publicæ cõtra iuris dispositionẽ. ¶ Aduerte tñ † ꝙ nõ debent erigi seu plãtari in ciuitatibus, sed extra ciuitates: qa aër posset infici ꝓpter cadauera punitorũ. pro quo bene facit ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus Adria. vbi ꝓhibet corpora mortuorũ sepeliri intra castrũ, & sub pœna, & cõtrà faciẽtes puniẽdi sunt. Itẽ aspect⁹ fieret deterior & terribilis: ideo ꝓhiberi dẽt. ff. ne qd in loco pub. l. ij. §. ꝓinde si cui. aliàs est sub. §. merito. Et iõ ponũtur cõmuniter patibula in locis remotis. Sic nec paleæ nec fœnũ dñt retineri intra ciuitates ꝓpter timorẽ ignis, l. ꝓuincialiũ. C. de ero. mili. anno. li. xij. & est gl. in l. fistulã. in fi. ff. de ser. vr. ꝓdio. facit l. si alius. §. sed & alia. ff. ꝙ vi aut clã. l. si quis fumo. §. j. ff. ad l. Aql. † Facit ẽt qd ꝓpter infirmitatẽ cõtagiosam separãtur leprosi à cõsortio aliorũ, & eiiciũtur extra loca. de coniu. lepro. c. j. Sic debet fieri de animalibus brutis, & etiam de meretricibus & mulieribus viliter viuẽtibus, & de animalibus morbosis, vt de his videre poteris per Iac. Rebuff. in l. si qua. C. de spect. lib. xj.

2 *Erectio furcarum signum meri imperij.*

3 *Furcæ ad quid introductæ.*

4

5 *Furcæ nõ erigẽdæ in ciuitatibus.*

6 *Leprosi à ciuitatibus arcendi.*

ET qa s̃. dictũ est ꝙ iurisdictio ꝓbatur p erectionẽ furcarũ, extendũt & ampliãt Ang. Bal. & Floria. in d. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufr. etiã si p cẽtũ annos nõ fuerit aliquis suspẽsus ĩ illis furcis. p no. ex gl. in c. cũ ecclesia, ext. de cau. pos. & ꝓprie. p Bertachinũ de Firmo, in trac. de gabellis. in j. parte. q. xiiij. & tenet Flor. in l. seruitutes. *la grande.* ff. de serui. faciũt no. per Bar. in l. in filiis. C. de decur. li. x. & p Inno. in c. cũ dilectus, de capel. mo. vbi ad ꝓpositũ dicũt, † ꝙ si qs habeat priuilegiũ vtẽdi aliqua re, nõ pdit priuilegiũ: Hic in specie Bar. ĩ d. in filiis. dicit ꝙ si aliqua ciuitas debeat facere exercitũ qñ facit princeps vel ecclesia Romana, & per cẽtũ annos steterit illa ciuitas ꝙ nõ fecerit: qa necessitas nõ exegerit, prĩceps vel ecclesia Romana nõ pdũt ius suũ. faciunt quæ dicit do. meus Ias. in l. falsò assecuratur. C. de diuer. rescrip. & Fel. in c. cùm accessissent. in x. col. ext. de const. dixi s̃. in hoc ti. §. *le droict de indire*, post explanationẽ positorũ in tex. vbi satis amplè post alios in locis hĩc antè al leg. & dicit Bal. in d. l. j. C. vt nem. lic. sine iudic. sig. re. impo. † ꝙ si sit contẽtio inter duas ciuitates de mero imperio alicuius, nõ licet pẽdẽte cõtẽtione vni ciuitati erigere furcas, alioquin alia ciuitas poterit ꝓpria authoritate destruere. & ita etiã dicit Bal. in d. l. à ꝓcuratore. C. de mãdati. hinc dicit idẽ Bal. in cõs. clviij. incip. proponitur ꝙ quidã bonis. in iij. parte. ꝙ si aliqua villa est destructa in totũ, & ciuitas sup dicta villa erexit furcas, & tenet p spatiũ triginta annorũ, si dicta villa post dictũ tẽp⁹ est reparata, poterit vti iurib⁹ suis, lapsu tẽporis nõ obstante, hoc est iterum erigere suas furcas, & destruere furcas nouiter erectas p ciuitatẽ. quia interim dũ fuit destructa nõ fuit ibi populus, & ideo nõ potuit præscriptio inchoari. ad minus tñ dicit quòd daret restitutio in integrũ, cogita ex his quæ dicit ibi Bal. & faciunt quæ dicit Inno. in simili in c. in præsentia. de proba. & dicit idem Bal. in d. l. à procuratore. † ꝙ furcæ existentes in fundo vendito nõ possunt amoueri per emptorem, vel comburi, qa non cedunt ei cum fundo, sicut nec iurisdictio. & ita etiam dicit & tenet And. Siculus dictus Barba. in c. cum contingat. in xix. col. de fo. competen.

7 *Priuilegiũ nõ vsu non perditur.*

8

9

ADuerte, quia nihil habẽt cõmune ꝓprietas fundi & iuris, & vno translato aliud nõ transfertur. Philip. Deci. cõs. suo ccxlix. in ij. vol. vbi per plura dicit, ꝙ vnus ex sociis habẽtibus merũ imperiũ nõ põt erigere fuscas, etiã in fundo ꝓprio, quo ad proprietatẽ fundi, vbi alius habet iurisdictionẽ altero inuito.

¶ Videndum

¶Videndum est etiam pro expeditione vnius glos. de quo signo intelligatur statutū nostrū, seu cōsuetudo nostra loqui & in hoc credo dicendū ꝙ debeat stari vsui prouincię, vt de illo intelligatur loqui, quo ad de mōstrationem imperij, & altæ iustitiæ quo vtitur in prouincia. facit tex. in l. cùm de lanionis. §. asinā molē dinariā. ff. de fun. instr. instrumētóq; legato. facit opti

10 *Cōmunis vsus vtendi & loquendi inspiciendus.*

mè l. si seruus pluriū. ff. de lega. j. †vbi inspicitur communis vsus vtendi, sic & communis vsus loquēdi. l. libroru̇. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. iij. de quo plenè p Felinū in proœ. decretaliū, in prin. in gl. j. in. iiij. v. & vj. col. & per do. meum Ias. in l. ij. C. de suc. edi. Alex. & do. meum Ias. in rub. ff. de no. ope. nun. Alex. in consi. ij. inci. visis codicillis. in x. col. in j. vol. & in cōsi. lxxxij. inci. in causa vertēte. in ij. col. in j. vol. Alex. in cōsi. lxj. inci. Aldronādus. in v. vol. & in cons. xxvj. incip. videretur fortasse. in iiij. col. in iij. vol. & licet possint esse plura signa altæ iustitię, de quibus infrà dicā, tamen illud debet intelligi esse signum quo vtitur cō

11 *Signa iustitiæ.*

muniter in prouincia. †Nam etiā plus statur vsui cōmuni loquēdi & vtendi, quàm significationi vocis, l. non aliter. ff. de leg. iij. imò vsui statur contra propriā vocis naturā, l. vxori. in prin. ff. de leg. iij. gl. est in c. nō nulli. de rescri. Feli. & do. meus Ias. in locis hîc antè alle. †hoc autem signum quo communiter vtuntur, vt

12 *Furca & gibbetum idem.*

in Burgundia, vulgariter furca vocatur, aut gibbetū, in quo facinorosi homines laqueo per collum suspēduntur. quod est communius genus mortis in facinorosos: & vsitata magis animaduersio. Et ita appellat iurisconsul. in l. capitaliū. in prin. §. famosos quoq; latrones. ff. de pœn. vbi hoc verbo, furca, vtitur, quo ēt genere signi reperio antiquissimos, tum Hebræos, tū paganos vsos fuisse. †Et etiam Hebræi trabem dixe-

13 *Trabs, Patibulū.*

runt. vt habetur Hester. v. c. imò etiam quādoque patibulum dixerunt, vt nos, vt habetur Hester. vij. cū dicitur suspēsus est itaque Amā in patibulo quod paraverat Mardocheo. †& etiam crucem dixerūt, cùm dicitur Hester. viij. & ix. Amam & filios eius cruci affigi

14 *Crux.*

iussit. q̄ significationē apud eos retinuit vsq; ad mortem acerbissimæ, ac piissimæ passionis Saluatoris nostri Iesu Christi quem ex more crucifixerunt, & duos latrones &c. vt habetur Mat. xxvij. Mar. xv. Luc. xxiij. Ioā. xix. sic etiam in aliis locis reperio etiam eos vsos hoc verbo, patibulū, vt habetur Numeri. xxv. c. vbi dicitur, tolle cunctos principes populi, & suspende eos cōtra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. & ait Hiero. super Matthæ. Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicē putat, qui nō est crudelis. xxiij. q. v. & habetur in c. fatēdum & in c. quæsitū. xiij. q. ij. ¶†Pagani verò, & precipuè Romani vsi fue-

15 *Furca.*

runt hoc verbo, furca, quo ad vltima supplicia seruorū, quos furca suspendi fecerunt, vt habetur apud Valerium in lib. j. tit. de somniis. c. sequitur, ibi, quidam pater familias per Circum flaminium priusquā pōpa duceretur seruum suū verberibus mulctatū sub furca ad supplicium egisset. Alio † etiam loco idē Vale-

16 *Scalæ Gemoniæ.*

rius vocat locū in quo facinorosi ad suppliciū deputantur ad scalas Gemonias. vt habetur in vj. li. tit. de mutatione morū. §. Crassum casus acerbitate, vbi dicit, corpúsq; eius funesti carnificis manibus laceratū in scalis Gemoniis iacens. &c. & Suetonius li. iij. nefanda de Tyberio narrans ait, & in Gemonias coniectus. †vbi satis demōstratur quòd Gemonis locus est

17 *Gemonū quid.*

in pœnis parandis aptus. & idem Sueto. in fi. dicti. iij. li. strangulauerunt, abiecerúntq; in Gemonias. & ait Cortalitus. tunc confossum collaceratúmq; & abscisso capite trūcum corpus Sabini in Gemonias trahūt. & scribit Plinius li. viij. canē à corpore serui non recessisse abiecto in gradibus Gemoniis. †Reperitur etiam in pluribus locis locū tormētis deputatū equu-

18 *Equuleus.*

leū vocitari. & est genus torméti in eą forma, in quē coniiciebantur rei, vt dicit Ambro. Calepi. in suo dictionario in litera E, ante Q, in versi. equuleus. alle. Cic. dicētē, hæc ēt in equuleū cōiiciunt, quo vita nō aspirat beata, & ēt nec si ille sapiēs ad tortoris equuleū à tyrāno ire cogat similē habeat vultū, vtsi ampullā pdidisset. & memorat ēt Vale. lib. iij. de patientia. c. incipiā aūt à Zenone ibi, Senis ergo vnius equuleo impositi. & sācti hoc genere pœnę aliq̄n mortui sūt, vt in plurib⁹ locis mētio habetur. ¶ Cùm ergo ex vsu sit nobis ꝑ signo altæ iustitiæ habere furcas erectas, siue sint aut patibula, aut gibbeta, q̄ ita in vulgari nostro appellari liceat, dicendū est statutū nostrū intelligi debere de illis signis, ꝑut in veritate credo intelligi. cum quibus tn̄ semper stātibus & erectis etiam possunt esse alia signa, merū imperiū seu altā iustitiā designantia, vt †est colūna, seu pila ad cōbustionē de-

19 *Colum. na aut pi la.*

putata, quæ ēt completo officio, & executione facta, longo tēpore remanēt erectæ, quę licet, sint signa meri imperij, & altæ iustitiæ, tn̄ nō credo de his intelligi statutū: sed in assuetis, & quę ex vsu patriæ sūt principaliter iurisdictionis & altæ iustitiæ significatiua.

ET huius gratia dubitari posset, vtrū illa pila siue colūna subsistēte, & fixa remanēte signo patibulari depsso ꝑ annū & diē, dicat signū altę iustitię remā sisse. ita vt possit absq; licētia erigi. & in hoc vī dicēdū ꝙ non, qa signū patibulare est illud signū, de quo cōsuetudo nr̄a intelligitur loqui. ꝑpter vsū ergo in illo debet esse cōseruatio, & curare debet, vt erigat intra annū, & vt reparari nō possit absq; dicta licētia, cū de eo statutū, seu cōsuetudo nr̄a intelligat referri ad vsum, vt s̄. dictū est. q vs⁹ nō recepit dictā pillā esse, aut haberi ꝑ solito signo altæ iustitiæ, & iō posset quęri, vtrū in illo casu signo patibulari depresso, & pila erecta, possit fieri executio corporis cōbustionis, de quo j. dicet vlti. inspectione. nunc in ciuitate Cabilorum, est q̄stio inter ꝑcuratorē regiū, & venerabiles viros dn̄os decanū & capitulū eccles. S. Vincentij Cabi. an dicti vēerabiles potuerūt erigere de nouo pilam, seu piliare, aut columnam in eorū claustro, vbi habēt merū imperium, etiam licet aliàs fuerit, *un collier* alligatū cuidā arbori, qđ fuit extractū p annū & vltrà sine licētia prīcipis. nihil dico, qa pendet ꝑcessus. cogita.

20 *Patibula lorum fo ma.*

HAs aūt furcas, †patibula, seu gibbeta, diuersimodè habet vsus patriæ. qdā em̄ habēt quatuor colūnas, vt sunt cōmuniter barones tenētes baroniā in feudū à principe, & solēt hîc cōmuniter habere quādā sūmitatē cū pānicellis. alij habēt cū trib⁹ colūnis, & ēt cū quadā sūmitate & pānicellis. & credo ꝙ sunt barones tenentes in feudū baroniam ab alio quàm à principe: alij habēt cū duabus colūnis fixis & interratis, alij verò habent super lapidibus posita & locata & alij habent vnā trabem, seu palum tantū, quod vulgò gibbetū dicit, aut potētia, quæ licet oīa sint signa meri imperij, & altæ iustitiæ, tn̄ habēt vt plurimu significare & denotare nobilitatē dominorū quorum sunt prędicta signa. Et meritò posset dici, ꝙ habēs merum imperiū feudatū ab eo qui tantū habet signū in duabus trabibus rōne iurisdictionis & terræ, de qua tenet feudū, ne sit æqualis suo domino, ꝙ tantùm debet habere signū ad vnā trabē quod dicitur gibbetū, & fortè talis est vsus. In hoc tamē nō facio vim, qa omnia sunt signa altæ iurisdictiōis & meri imperij maioris, apta & dispositā ad corporis admaduersionē.

Potentia

In textu

IN TEXTV IBI,

Le seigneur haut iusticier.

HIc plura sunt videnda. Primò, etiam videmus ꝙ in Burgundia plures sunt domini habentes executionẽ tantùm, alij verò condemnationem, ita ꝙ ad vnũ cõpetit cõdemnatio, ad alium executio, quod in vulgari dicit qñ quis habet cognitionẽ de criminali, ẽt vsq; ad sententiã inclusiuè, *& iusques à rendre le bacon*, quærit hoc casu, quis istorũ debet habere signũ furcarum? Bal. in c.j. versi. quid sit inuestitura. in prin. super verbo, quodlibet, in vsibus feudorum, dicit hãc quæstionẽ fuisse determinatã p Oldradũ in cõs. vj. incip. qstio talis est. vbi cõcludit, †ꝙ habẽs executionẽ debet habere signũ furcarum, & ita ẽt concludit Bal. in d.c.j. Mouent, qa ei cõpetit signũ cui & res signata, l. eos. §. fi. ff. ad legem Cor. de fal. l.j. C. de athletis, li. x. & l. stigmata. C. de fabr. li. x. & in l. sed si accepto vsu toge ff. de iure fisci. Sed vni cõpetit executio, ergo ei competit signũ ꝙ in furcarũ defixione habeat. argu. l. in nomine dñi, ibi, sicut ex clausuris & burgis. C. de officio præfe. præto. Africæ. & videt hæc opinio cõfirmari, dicit Oldra. in d. consi. per l. si ita. §. dominus. ff. de vsu & habitatio. nec in hoc, vt dicit, operaretur cõtradictio alterius, q si timeat ne ẽt circa cognitionem sibi in posterũ præiudiciũ generet, fiat cũ ꝓtestatione, quã lex ponit, l. iij. §. pen. ff. de exhiben. liberis à paren. ibi, vt sine diminutione &c. & l. pe. ibi, sine ꝓiudicio obtinẽdæ seruitutis. ff. de aqua quoti. & æstiua. & l. idem fiet. ibi, sine illo litis præiudicio. ff. de testa. tute. & quis prædictorũ dicatur altus dominus, an habens cognitionẽ & sententiæ prolationem an executionem, dixi suprà hoc cod. tit. §. j. in gl. *hault iusticier.*

1 Habens executionẽ habere debet signum furcarum.

SEcundò videndũ est, an ista cõsuetudo intelligat, & intelligi possit in dño habente altã iustitiã in quodam loco ex frãco allodio: †nã res allodialis nemini subiicit. de allodiis, c.j. in vsibus feudo. & in potestate vniuscuiusq; est de illa disponere secũdũ casus exigẽtes, ẽt absq; principis licentia, cùm ab eo non teneat, nec in hoc recognoscat: cũ quilibet in re sua sit moderator & arbiter, l. in re mãdata. C. mandati. ẽt abutendo, l. sed si leg. §. cõsuluit. ff. de petitio. hæred. ibi, cũ re sua abuti putãt. quẽ te. dicit esse singularẽ ad hoc do. meus Ias. in l. more. in iij. col. ff. de iurisd. om. iu. & in l. Polla. C. de his quib⁹ vt indignis, & in l.j. in fi. C. qui testa. facere possunt. & sic in talibus posset dici, ꝙ licet res allodialis possit dici quò ad proprietatẽ, tamẽ semper iurisdictio principis remanet feudalis, vt vĩ facere tex. in d.c.j. de allodiis. & etiam sentire vĩ Iacobinus de S. Geor. in tractatu suo feudorũ, in gl. dictique vasalli. in iiij. col. dixi ꝯ. in ti. de feud. §. *le uassal est tenu*, in gl. *apres ledict hommaige*, ibi, pro iiij. limitatione. tñ posset dici †ꝙ ẽt iurisdictio præscribi põt, etiã contra principẽ p tantũ tẽpus cuius initij memoria nõ extat in cõtrarium, vt satis ꝑ. dixi in hoc eo. tit. §. *le seigneur hault iusticier.* in gl. *& la preuue estre sienne*, & sic hoc casu videret ꝙ omne ius quod prĩceps haberet ratione iurisdictionis tali præscriptione esset amissum. ex quo multo magis posset illa ꝓ libito vti: quia cõcesso principali cõcedũtur ea sine qbus id expediri nõ potest. l. ij. ff. de iurisd. om. iu. ¶ Et ideo dicit Alex. consi. lxxxvij. incip. accuratè pro viribus. col. ij. lib. vj. quod reperit iurisdictio allodialis. & ita dicit & sequit Purpuratus in l. more. col. vj. ff. de iurisd. om. iud. Et si prædicta nõ essẽt cõcessa, & ꝙ princeps vellet eũ hoc iure priuare, sequeretur ꝙ directè eũ priuaret suo iure, quod fieri non debet sine causa. l. fin. & ibi doct. C. si cõtra ius vel vtili. publicã. aut sine culpa. ꝙ ẽt fieri nõ dẽt. c. antiqua. ext. de priuil. gl. in c.ij. ext. de cõst. & in c. tua nos. ext. de cler. ægrotãte. & multa hîc dici possent quæ dixi ꝑ. in rub. huius ti. ĩ gl. *& droictz d'icelles.* ibi, nunqd aũt merũ imperiũ possit pręscribi, quę nolo trãsportare, cùm nihil seruiret, ex quo veritas est, ꝙ hæc cõsuetudo etiã intelligitur in dño altæ iustitiæ tenẽte in allodiũ: nec in hoc distinguit cõsuetudo nr̃a, ergo nec nos distinguemus. l. de ꝓtio ff. de publiciã. in rẽ act. & dicã statũ, soluẽdo vtrũq;. & de ꝓdicto dominio, & de dominio vtili. de quo ẽt possit dici, ꝙ videretur ꝙ hæc cõsuetudo in eo nõ deberet intelligi, nã, vt videmus, in hoc ista dimissio signi altæ iustciæ est quædam confiscatio illius signi, quæ videtur esse iuri dica, †eo ꝙ omnis iurisdictio ꝓcedit à prĩcipe. ¶ Alex. in cõs. xxiiij. in j. col. in v. vol. & in cõsi. xlj. circa fi. eo. vol. ¶ Vt dixi ꝑ. in rub. huius tit. & dicam ꝯ. cùm princeps concessit eam alicui, si sit negligẽs illã exercere, vĩ eam spernere & negligere per annum. dicit Raynal. de resti. spo. in c. meritò. ergo propter eius negligentiã priuari debet, & sic videtur esse quædam cõfiscatio. quia sic est nunc, ꝙ si dominus vtilis. ſ. feudatarius priuetur feudo, ita ꝙ feudũ cõfiscari debeat, reuertitur ad dominum: cum bonis cõfiscatis feudũ reuertatur ad dominũ, & domino feudi applicatur, & nõ princip. c.j. si vasallus feudo priuetur. c. si vasallus. si de feud. fuerit cõtro. c.j. de eo qui interf. fratrẽ domini sui. c. imperialẽ. §. illud quoq; de prohi. feu. aliẽ. quod etiã tenet Bar. in emphyteuta. ſ. in l. si finita. §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infect. ergo videt ꝙ hæc licẽtia deberet dari à domino feudi in quem delictũ videtur esse commissum, & non à principe. Nam etiam facit quia ea ratione qua prohibetur alienatio feudi, eadem & illius cõfiscatio in fiscum. l. imperator. ff. de fideicom. li. Alexan. in consi. suo lxxxviij. in iij. vol. & in consi. xxiij. in j. vol. Ergo cùm feuda non possint alienari sine consensu domini, sequitur &c.

2 Res allodialis nemini subiicitur.

QVicquid sit, tu dic ꝙ ista cõsuetudo fuit optima rõne introducta, & ꝙ debet intelligi in quocũque dño: qm̃ licet sit dñs vtilis, tenẽs in feudum ab alio quàm à principe, tñ qa ab initio omnis iurisdictio ꝓcessit à principe, si in ea delinquat, aut spernat: primò & ex primo statu cõcernit principẽ, à quo ꝓcessit originaliter, ita † ꝙ si vnus princeps concedat vni in aliquo iurisdictionẽ, alius eius successor põt illam auferre, vt dicit Bal. in cõs. suo clxj. in ij. col. qđ inci. proponit ꝙ p cõe. ĩ iij. parte suorũ cõsiliorũ. Et iõ nõ mirũ si possit aliqd statuere sup iurisdictione in aliqbus casibus, cùm illã in totũ tollere possit. & hoc casu res reuertit ad suã primitiuã naturã: qđ de facili ꝓmittendum est inspiciẽdo primũ statũ, qui attẽdi potius debet, & maximè qñ est status originis, vt tenet do.me⁹ Ias. in l. si prius. in iiij. col. ff. de no. op. nũ. à iure enim humano imperatorũ dñia descenderũt. viij. dis. c. quo iure. inst. de vsuf. in prin. notatur in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. qa imperator, aut is q habet iura imperatoris, seu imperij, vt sunt reges & principes nõ recognoscẽtes superiorẽ, sunt dñi ꝓuinciarũ suarũ. l. deprecatio. ff. ad le. Rho. de iac. l. bene à Zenone. C. de quadri. ꝓscr. Et iõ si aliquo casu trãsit ad aliquẽ, & aliquo casu iterũ ad principẽ reuertat ille reuersus est naturalis, cùm vt dicit, vnaquęq; res de facili reuertat ad suã naturã, l. si vn⁹, §. pactus ne peteret. ff. de pact. Imò etiã hoc põt princeps facere. nã licet rẽ subditi sui tollere nõ possit directè, l. oẽs. vbi notat per doc. C. si cõtra ius vel vtil. pu. tñ legẽ cõdẽdo & statuẽdo gñaliter põt. Ita Bar. & Sal. in d. l. oẽs. C. si cõtra ius vel vti. publi.

3 Iurisdictio an cõtra principem præscribatur.

4 Omnis iurisdictio à principe.

5 Princeps potest tollere iurisdictionem alicui à præcessore concessam.

bli. Quod potuit ergo facere hoc modo. ſ. condendo ſtatutum, quod voluit habere vim legis generalis in toto ſuo dominio, vt ℣. in fi. harum cõſuetudinum in concluſione, vbi dicam. Imò etiam dictum ſtatutum fuit factum de conſenſu & voluntate trium ſtatuum huius patriæ, in quo erant domini & barones habẽtes iuriſdictiones & feuda, qui nullam fecerunt diſtinctionem de dictis dominiis, ergo nec nos facere debemus. Et ſatis ex vſu communi obſeruantia videmus intentionem ſtatuentium fuiſſe talem quæ fuit, & eſt multum iuridica & rationabilis.

IN TEXTV IBI,
Le peut faire redreſſer.

ECce quomodo hoc caſu habet tantũ potentiam ad actum, ſed ſi faciat infra tempus datum ad id faciendum, non dicitur quid nouum facere, vt dicũt Bal. & Paul. de caſt. in l. ſi. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. licet dicat Bal. in l. j. viij. quæſt. C. de inſtitutio. & ſubſtit. ꝙ actus actum ſignificat, & potentia potentiam, vt in iuribus per eum ibi allegatis. Sed vt dixi, hoc caſu non erit quid nouum: quia videtur ſolum reficere, & qui reficit, nihil de nouo facit. l. j. §. ſi quis ædificium. & ibi do. meus Iaſ. de noui oper. nunt. †

IN TEXTV IBI,
Dedans l'an.

1 Annus vnde dictus.

QVæro quomodo intelligat & accipiatur iſte annus? & in hoc dic, quòd † annus dicitur à circuitu tẽporis, cum veteres an ℘ circũ, & nare fluere ponãt. & Seruius exiſtimat annũ ab annulo dici, ꝙ ĩ ſe redeat quaſi annulus, vnde Vergi. Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. ſed tunc Vegil. περιφράστικως expreſſit ἐνιαυτὸν nam meſibus in ſe incurrẽtibus voluitur, ſol enim per duodecim Zodiaci ſignales currẽs annũ cõficit. † Vnde apud Aegyptios ante inuentas literas dracone picto ſuã mordẽte caudam, qui in ſe recurreret, indicabatur. alii ab annotatione deriuãt, ab ἀνὰ & νεόω renouo, quia ſemper renouatur: alij à Græco ἔννον vnde apud nos dicimus triennium, illi τριεννον. † eſt autẽ triplex annus, † Lunaris xxx. dies habẽs, Solſtitialis qui xij. cõtinet menſes, qui dicitur ſolis anfractus, cũ peractis ccclxv. diebus & quadrante, ad eadẽ ſiderum loca redit. qui etiam annus vertẽs dicitur, & magnus annus, quẽ eſſe voluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus, & hoc fit ſecundum Cic. ad Hortenſiũ, poſt annos duodecies mille noningentos quinquagintaquatuor Solſtitiales, hæc dicit Calep. in ſuo dictionario, in litera A, antè N.

2 Annus triplex.
3 Lunaris Solſtitialis Magnus.

4 Duplex annus. Artificialis

SEcũdũ † verò nos, reperio & duplex eſt annus, qui dã dicit artificialis, quidã verò naturalis. artificialis enim eſt q incipit in aliquibus partibus à natiuitate Domini, & finitur in aliam natiuitatẽ, vt eſt in Romana curia, vt deciſio Rotæ, li. de cõputatione annorũ Domini, incipiente à natiuitate Do. in nouis deciſionibus, aut ab incarnatione quæ eſt in meſe Martij & iſto modo debet intelligi ãnus q ponitur in inſtrumentis & computationibus, quæ dicũt annũ poni debere, & maxime annum Do. de quo c. inter dilectos, de fide inſtru. & per totum titulum. ff. de eden. habet in authen. de fide inſtru. & in authen. vt præpona. nomen imperat. & hoc modo incipiunt anni ſecundum curſum Franciæ & Angliæ, vt dicit Rota deciſione ſua cviij. incipi. ſecũdum. in rub. de annis Do. in nouis deciſionibus. Sic enim fiebat, cum anni à creatione mũdi computabantur, aut ab olympiadibus, aut aliquo inſigni & memorando facto, ſiue actu, vt aliàs vidi quoddam inſtrumẽtum Pictauis, in quo erat anno tali, & regnante propheta Ieſu. & in hoc erat error Iudæorum: qui ſolùm putabãt Ieſum eſſe prophetã: aut ẽt apud Hebræos ab eductione populi ex Aegypto, aut reuerſione ex deſerto, aut tranſmigratione Babylonis, aut aliàs ſecundum eorum computationes. Nã anni illi qui ab illis geſtis cõputabãtur, artificiales dicũtur, & de illis annis habetur conſideratio & reſpectus ad materiam. l. libellorũ. ff. de accuſatio. & annũ ſic conſideratum appellat artificialem Bart. in l. cum hæres. §. ſtichus. ff. de ſtatu liber. dum dicit artificialẽ eſſe qui à natiuitate incipit, & in natiuitate finit, & dicit Bal. ĩ cõſ. ſuo cccclvij. inci. in Chriſti nomine reuerendus pater. in j. parte, in fi. in impreſſione noua Mediolani, quòd vbi incipit annus, deſinit alius, & reuoluitur, & dicit ſic eſſe in diebus, de quo dicã latius in gl. ſequen. Et etiã annũ ſic, vt dixi, conſideratum, idẽ Bar. in l. libellorũ. ff. de accu. appellat communẽ ſiue vulgarem. † Et alibi appellatur annus currens, prout communiter dicimus, anno à natiuitate Domini, vel ab incarnatione currẽte. Et de multis computationibus anni ponit glo. in rubri. C. de indictio. lib. x.

℣ Annus currens.

6 Annus naturalis Legalis.

ALius † eſt annus naturalis continens, ccclxv. dies cum ſex horis, qui per Bar. in d. l. libellorũ, vocatur & appellat legalis, & per eundẽ in d. l. cũ hęres. §. ſtichus, appellatur naturalis, qui quacunq; hora & tẽpore incipit, & finit poſt ccclxv. dies, & tot dies hẽt vterq; annus, l. ita vulneratus. §. ſtichus. ff. ad l. Aquil. l. cum biſextus, & ibi gl. & Bar. ff. de verbo. ſigni. gl. in c. quã ſit, de elect. in vj. c. quadrageſima. de cõſecra. diſtin. v. p Io. An. in d. c. quã ſit. §. quæ ſunt. & ibi doct. de verb. ſigni. gl. in c. ſi propter tua debita. de reſcri. in vj. Et vide gl. in l. ij. ff. de diuer. & tempo. præſcript. vbi ponitur de die interclari. de quo dicam in ſeq. glo.

7 Annus magnus & mundanus Felix.

¶ † Et aliquando vocatur annus magnus & mũdanus vt notat in hiſtoria ſcholaſtica, capi. Noe cœpit. Quis autem dicatur annus felix, ſatis denotatur in l. vna. C. de obla. voto. li. xij. Sed redeundo ad cõſuetudinẽ noſtrã dico ꝙ conſuetudo nr̃a intelligitur de anno naturali ſiue legali, qui incipit à tẽpore quo ſignũ ceciderit, & finem accipiet poſt ccclxv. dies, & quia hĩc adiecit diem. non eſt quærendum an debeat eſſe cõpletus. Et ſic in ſtatuto noſtro ſeu cõſuetudine requirũtur ccclxvj. dies à tẽpore prædicto, vt ℣. dicã. ¶ Sed tamen quando erit dubiũ, an annus debeat eſſe cõpletus, & in quibus caſibus cœptus habetur pro cõpleto, & in quibus debet eſſe cõpletus, vide gl. in c. cũ in cũctis, ſuper verbo, exegerit, de ele. quæ quotidie allegatur & cõmuniter accipitur, † dicit ꝙ aut ſumus in fauorabilibus, & tunc annus cœptus habetur ℘ cõpleto. Aut in odioſis, & tũc ſecus. dicit tamẽ Archid. in c. ſi annũ. de iudiciis, in vj. ꝙ regulariter annus debet eſſe cõpletus, niſi aliud caueatur in iur. Abbas aliter dicit in d. c. cùm in cunctis, in ij. col. in d. gl, & in c. ad nr̃am, in gl. ij. de regula. Et vide p doct. in l. ad rẽpub. ff. de mu. & ho, & vide etiam p Card. in cle. ij. de hære. & ibi tex. qui loquitur de ætate inquiſitoris xl. ann. vbi ſufficit ꝙ fuerit cœptus. Idẽ in ætate epiſcopi. d. c. cum in cunctis idem in vltimis volũtatibus, l. ſi cui legetur, & ibi Bar. in prin. in j. col. ff. de leg. j. Faciunt no. in c. cùm dilectus, de offi. deleg. Bald. verò aliter diſtinguit in l. ex his, in ij. oppoſitione. C. quãdo dies leg. ced. & vide Card. in cle. ſi. de æta. & quali. in iiij. q. & in cle. j. de ſequeſtra. poſſeſ. & fructuũ, in xij. q. vbi dicit, ꝙ in caſu illo ſufficit annum cœptũ. & in cle. eos, & ibi glo. & Card. de regula. vbi ponit quod ætate profitendi. & dicam larius in glo. ſequen.

8 Annus cœptus quidã habetur pro cõpleto.

Aduerte

ADuerte etiam ꝙ alio modo iuriscõsultus considerauit annũ in l.de diuisiõe,in l.si ante nuptias. in l.fructus,in l.diuortio.ff.sol.mat. dicã de illo ꝯ. *des droicts & appartenances à gens mariez.* de anno autem percipiendi fructus,& pẽsiones quomodo sit accipiẽdus,vide aliqua quæ dicit Ioan.Fab.in §.is verò.institutio. de rerum diuisione, & ibi ponit quo tempore sint percipiendi fructus siue pensiones.

IN TEXTV IBI,

Et iour.

1 Dies quintuplex. Naturalis. QVæro quis dicatur dies? † dic ꝙ quintuplex est dies,qdã naturalis dr̃,qui incipit à media nocte, l.more Romano.ff.de feriis.& dicit cõsistere in xxiiij. horis,comprehẽdẽs lucẽ & tenebras,quo casu in nocte dr̃ dies,& sic capitur Gene.j. cũ dr̃ factũ est vespere & mane dies vnus.& in hymno ecclesiastico dicit, Qui mane iunctũ vesperi diẽ vocari præcipis.huic cõsonat illud qđ dicit Macrobius in primo Saturnaliũ,

2 Diei diuisio. † ꝙ diei ciuilis apud Romanos fuit hęc obseruata diuisio.Nã prima pars appellat medię noctis inclinatio, & sic cõcordat cũ d.l.more Romano,ꝙ dies apud Romanos incipiat à media nocte.Secunda pars appellat galliciniũ,postea conticiniũ,qñ galli cõticescũt,& homines incipiũt quiescere, postea diluculũ, qñ incipit dies aliqualiter dignosci.& iurisconsultus alibi aliud dicit,albescente cælo,in l.Titus.§.j.ff.de lib.& posth. postea dr̃ mane, quãdo dies est iã clara, deinde appellatur meridies, postea tẽpus occiduũ qñ sol vadit ad occasum, deinde suprema tẽpestas. ideo dicebat in l. xij.tab.solis occasus suprema tempestas esto.ista dicit do.meus Ias.in d.l.more Romano.ff.de feriis, & Calep.in suo dictionario,in litera D, ante I.

3 Artificialis. ALius † est dies artificialis, q cõnumeratur ab ortu solis vsq; ad occasum, & nihil cõprehendit de nocte.dr̃ artificialis,qa artificio iuris applicatur artibus hominũ,nõ qa artificio hominis cõsistat, imò ex ipsa natura cõsistit, sed qa artificiũ iuris talẽ diẽ ponderat in actibus hominũ, vbicũq; ius distinguit inter diẽ & noctẽ,qa hoc casu nox nõ ẽ de die.c. si pfodiẽs. de homicidio.l.furẽ.ff.de sicariis.l.iiij. ff. ad legẽ Aql. l.j.& ibi Ang.C.de cust. reorũ. hinc dicit gl.in §.hinc nobis in gl.j.in authen.de hære. & fal.ꝙ xxiiij.horę faciũt diẽ naturalẽ,sed xij.faciũt diẽ artificialẽ.& idẽ dicit gl.valde no.in l.iij.§.fi.ff.de verb.sig.per tex.in l. j. vbi bene dicit do.Benedict⁹ de plũbi ff. de manumissio.ex quo ĩfert vnũ valde mirabile,† ꝙ dies artificialis 4 semper intelligitur de æquinoctiali,qñ dies & nox sunt æquales,& sic de die xij.horarũ.& tñ istud nõ vr̃ verũ,cũ differentia debeat fieri inter tẽpus hyemis & æstatis, cũ in æstate dies sit pluriũ quã xij. horarum. ideo fortè melius esset dicere, ꝙ dies artificialis non habeat pręcisè horas xij.vt dicũt gl.sed aliquãdo plures,aliquãdo pauciores, secundũ diuersitatẽ tẽporis.

5 Artificialis dies duplex. ¶† Et iste dies artificialis est duplex.Quidã est vniformis qui semp incipit ab aurora, & durat vsq; ad crepusculũ noctis,alter est difformis,q potest incipere in qualibet parte diei,quãdoq; in mane, quãdoq; in vesperis,quãdoque in meridie,de quo dicet inf.cùm dicetur dies emergẽs.Ita dicit And.Sicul.in c. cõsuluit, in vij.col.ext.de offi.deleg.& iste cõtinet xxiiij.horas.

6 Emergẽs. TErtius † ergo dies dicitur emergens, quẽ etiã do. meus Ias.in d.l.more.appellat legalẽ:qui vt dicit, cõputatur præcisè de momẽto ad momentũ, scđm ꝙ incipit,eodẽ momẽto finitur.l.iij.§.minorẽ.ff.de min. l.j.ff.de manumiss.nã ad appellandũ statuũtur x. dies, quã primũ lata est sententia,etiã si feratur medio die, in illo momẽto medij diei incipiũt isti decẽ dies,& in medio decimi diei finiuntur.l.j.§.dies, versi. quid ergo,cũ gl.ff.qñ appel.sit.not.in authẽ.hodie. C.de appell.Ex quo ex hoc inferri posset,ꝙ cum hodie apud nos p ordinationes regias appellãs ad curiã parlamẽti Burgũdię debeat infra x.dies renũtiare appellationi,aliàs est emẽdabilis,ꝙ illud tẽpus currit de momẽto ad momẽtũ,ita ꝙ si hora decima appellauerit, decima die debet renuntiare,aliàs nõ ei ꝓderit dicta renũtiatio decima die,ꝙ debet inseri &poni hora in renuntiatione.Et ita vr̃ tenere Feli.in d.c. cõsuluit,in ij. col. ibi, limita hoc nisi essemus.de offi.dele. quod tamen de cõsuetudine & cõmuni obseruãtia non obseruatur,imò obseruatur cõtrarium,qa sufficit ꝙ illa renuntiatio fiat per totam illã decimam diem, nec vidi dubitari. ¶Per hoc etiã posset dici ꝙ istud tẽpus vnius anni & diei currat de momẽto ad momẽtum. cùm sit tempus à lege nostra municipali introductum,d.l.iij. §.minorem.cum ibi nota.ff.de mino.

ET aduerte,ꝙ illud qđ dr̃ de die legali siue emergẽte,idem erit de hebdomada quæ est octo dierũ,& Hebdomade mẽse.tñ mẽsis emergẽs siue legalis,habet tot dies da. quot habet ille mẽsis,in quo fit mẽtio de mẽse emer- Mensis. genti. Do exemplũ:Hodie, quæ est xv. mẽsis Februarij,anno do.M.ccccxj.ab incarnatione sumpto,cecidit signũ altæ iustitiæ terræ & seignoriæ Despiry siue alterius iurisdictiõis,certè istud tẽpus finiet anno do. 1512.xvj.mẽsis Februarij, & si tẽpus huius statuti esset tãtũ vni⁹ mẽsis & diei finis esset xvj. mensis Martij seq.Et sic mẽsis emergẽs erit tãtũ xxviij.dierũ, nisi esset in anno bissextili,i quo esset xxix. dierũ.Ita loqtur gl.in c.quam sit.de ele.in vj.Bar.in d.l.cũ bissextus.de verb.sig.& in l.ij.C.de tẽpo.appel.Bal. in l. pe. ff. si qs cau.Bart.in l.eos.§.finautẽ.C.de appel. Bal.& Ang.in l.ij.§.fi.C.de app.Ang.in auth.iubem⁹. C.de iud. Bal. in c.j.in tit.quo tẽpo.miles,in vsi.feu.dicã latius ꝯ.qñ fiet mẽtio de die intercalari.† Et iste dies emergẽs siue 7 Dies emergens quot horarum. legalis est xxiiij.horarũ,de quo loquit cõsuetudo nostra,q etiã põt cõtinere xxiiij.horas.Et credo ꝙ in hoc Barto.quodãmodo errauerit, cùm dixerit ꝙ continet xij. horas, aut ꝙ sua distinctio nõ sit bona qñ dicit eũ artificialẽ,qa credo talẽ diẽ esse naturalẽ. † Et an dies 8 Quæstio notabilis. in quo cecidit signũ cõputet in termino,vide per doctrinã Bar.Bal.Alber. & do. mei Ias. in l.j.ff.si qs cautio.Et cõsidera ex supradictis, & satis denotat ꝙ currat de momẽto in momentũ;ita ꝙ dies termini cõputatur ab illa hora qua signũ cecidit, cùm ab illa hora p cõsuetudinẽ incipiat currere,vt dicã statim in gl.seq. & nota in hoc doctrinã do.mei Ias.in d. l.j.in gl.præter eũ. ¶In hoc esset bonũ videre de quæstione quæ euenit his diebus inter quosdam.Regula est cãcellarię Romanæ,ꝙ si qs in infirmitate cõstitutus resignauerit aliquod beneficiũ,siue simpliciter,siue ex causa pmutationis,& postea infra xx.dies de ipsa infirmitate decesserit, ac ipsum beneficiũ conferat p resignationẽ sic factã,collatio huiusmodi nulla sit, ipsúmq; beneficiũ nihilominus p obitum vacare censeat,an dies resignationis computetur in termino? Hæc est prima quæstio. ¶ Secundò, an sufficiat ꝙ vltima dies sit incœpta? Hæc regula multum fuit ventilata in Francia tempore reuerendissimi in Christo patris dñi Georgij de Ambasia Legati de latere, qui dispẽsabat de dicta regula,& illi derogabat. dubitatũ fuit an hoc poterat.Et istud dubiũ fuit per quosdã disputatũ, & inter alios per vnum ex cõsiliariis Christianissimi regis, in suo magno consilio,sed non vidi prædicta duo dubia nisi semel,& tũc non scripsi,quia tũc non erãt pe-

BIU Cujas

cunię pro salario, ex quo tunc tacui, & licet fuerint decisa dicta dubia, dico tamen aliqua, cùm nũc quadrare videatur ad propositum.

ET primò ad primũ, an dies resignationis cõputet in termino dictorũ xx. dierũ. de die vltima ꝙ cõputet in termino nõ est dubiũ. l. j. §. qđ dicimus. ff. de successo. edi. l. pater. §. sexaginta. ff. de adult. Spe. in tit. de appel. §. restat. ver. sed nũquid dies &c. ¶ Sed de prima die resignationis vĩ primò ꝙ nõ, cùm intelligatur de primis dieb⁹ & ꝓximis post actũ. l. eũ qui. in prin. ff. de verb. obli. nisi adiiciat dictio, huic, vel similis, vt tenẽt Bar. Ange. Paul. de Cast. do. meus Ias. in d. l. j. in iij. col. ff. si quis cau. & facit tex. in c. frequens, de resti. spolia. in vj. & in c. pia, de exce. & ista est cõmunis quò ad dilationes hominis: & credere hãc esse veram, quæ quotidie practicat in palatiis, in dilationib⁹ hominis, vt dixi. Sed cùm hîc ĩ hoc casu nostro sit dilatio legis, videret dicẽdum dictã diẽ assignationis cõputari debere, cũ tale tẽpus legis currat de momẽto in momẽtũ. d. l. iij. §. minorẽ. licet Bal. in l. j. ff. si qs cau. dicat, ꝙ qñ statuit termin⁹ à lege vel statuto ꝑ dictionẽ, infrà, tunc dies termini nõ cõputat in termino. Et ideo cùm in dicta regula sit dictio, infrà, q̃ excludit, vt dicit Alber. in authẽ. hoc ius. C. de proc. facit tex. in c. inter dilectos. de fide instru. &c. ad audientiã. de pręscrip. Videbat tñ ꝙ dicta dies nõ deberet cõputari: maximè etiã, † qa dictio, infrà, est huius naturæ ꝙ cõtinet contẽta inter extrema, quib. adiungit. c. j. & c. ex tua. ext. de vsu & autho. pallij. Soci. in cõs. suo cxxvij. in iij. col. cùm hæc hîc adiungitur inter diẽ resignationis, & diẽ mortis, vĩ ꝙ talis dies nõ debeat computari, maximè dies resignationis, cùm sit vnũ extremorũ, & solũ cõtinere debeat illos xx. dies q̃ erunt à die resignationis vsq; ad alios seq. & sic ad vltimũ. Tamen illud dictum Bal. debet intelligi ꝓut iacet, s. qñ ponit dictio exclusiua primi diei, puta dictio, à, vel ab. vt dicit ibi Bald. Secùs autẽ vĩ in hoc casu, cùm non dicat infra xx. dies à die resignationis, qa tunc ipsa dies non cõputat, secundũ doctrinã Bald. & Pau. de Cast. in d. l. j. ff. si quis cau. ¶ Et ad id qđ dĩ ꝙ dictio infrà, excludit: dic ꝙ etiã includit. l. scire. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. l. j. & fi. ff. de requi. reis. & no. ĩ c. pia. de except. li. vj. insti. de gra. cogna. in prin. l. in venditiõe. ff. de acti. emp. cle. sicut. de appel. Alber. de rosa. in d. authẽ. hoc ius. C. de procu. ¶ Et concluſiuè crederem dicendum ꝙ dies resignationis currat de momento in momẽtum, & quòd computetur in dictis xx. diebus.

9 Natura dictionis, infrà.

ADDITIO. Vide Matth. de afflict. in consti. regni Sici. quæ incip. appellationũ tẽpora. ĩ ij. lib. in iiij. nota. vbi dicit, ꝙ tẽpus appositũ ad expirationẽ beneficij currit de momẽto in momẽtũ. ¶ Nõ est tñ sine dubio, si casus semel adhuc euenerit, forè latius insudabo, si fuerint pecuniæ pro salario. ¶ † Et in articulo an dies termini cõputet in termino, vide Soci. in suis fallẽtiis ponentẽ regulã cũ duabus fallẽtiis. & vide etiã Fel. in c. j. in j. col. de præscri. & in c. quò ad cõsultationẽ. ibi, quarta cõclusio. de re iu. prima fallẽtia ad regulã negatiuã, quæ est ꝙ dies termini non cõputat in termino, est in termino assignato ꝑ naturã, cũ magis sequi habeamus naturã quàm artẽ. Et illã ponit Bal. in l. Gallus. in vlt. quęsito. ff. de lib. & posthu. & in l. qua ętate. ff. de test. Secũda est qñ magis interest eius cui est assignatus terminus, quem ponit gl. in cle. j. de appel.

10 An dies termini cõputetur in termino.

ADDITIO. Vide etiam Mat. de afflict. in constitu. regni Siciliæ, quæ incipit, in ciuilibus. in iiij. nota. † AD secundũ † verò, cũ quærit an vltima dies debeat esse completa, an verò sufficiat ꝙ sit incœpta: licet hęc quęstio posset decidi ex supradictis in gl. prędecẽte, tñ vltra ibi allegata allegabo iura faciẽtia in arg. ꝙ debeat esse cõpleta. Facit tex. in c. si. de cõsue. li. vj. vbi xx. dies dati ad expect ndi optare debẽtes, dũt esse cõpleti, sed posset dici, ꝙ ibi est, qa tex. dicit ꝙ debẽt esse elapsi. & dicit etiã, & notat ꝙ debẽt currere de momẽto in momẽtũ. Secũdò facit tex. in c. quã sit, de elect. in vj. vbi mẽsis q̃ est ordinatus, & datus electo, & electioni de se factę, ad hoc vt sit suo iure priuatus, requirit ꝙ sit cõplet⁹. Et idẽ de tẽpore triũ mẽsiũ statuto ad petendũ confirmationẽ, de quo fit mẽtio in d. c. quia tres menses debent esse completi: vt ibi notatur.

11 An vltima dies termini debeat esse cõpleta.

TErtiò, facit text. in c. nemo deinceps. de electio. in vj. vbi dicit, ꝙ cõmenda vltra sex menses non durat. & dicit ibi gl. ibi in verbo, cõmẽdare. ibi, si igitur, circa finem, ꝙ etiam vltima dies debet esse elapsa.

QVartò, facit tex. in c. vbi periculum. de electio. in vj. vbi tempus trium dierum, & quinque dierũ debet esse completum, & etiam decem dierum, ad expectandum cardinales, debet esse cõpletum, propter verbum, elapsis & decursis, ibi appositum.

QVintò, facit tex. in c. j. de electio. in vj. vbi tempus vnius mensis viginti dierum debet esse completum: secundùm quod ibi notatur.

SExtò, facit tex. in c. inde corum. de æta. & quali. vbi terminus xiiij. annorum ibi appositus, debet esse completus. ¶ Item facit text. in c. ad nostrã. de regularibus. vbi xiiij. annus requisitus ad professionem, debet esse cõsummatus. & ad id est c. significatũ. eo. titu.

SEptimò, facit tex. in c. vnico, de ætate & qualitate. in vj. vbi terminus xx. annorũ, debet esse cõpletus.

OCtauò, facit tex. in c. vnico. de vita & honestate clericorũ. in vj. vbi terminus vnius anni ibi datus, debet esse completus.

NOnò, facit tex. in c. pia. de excep. in vj. vbi terminus octo dierum ibi appositus, debet esse completus.

DEcimò, facit tex. in c. frequens. de resti. spolia. vbi xv. dies dati ad probandum exceptionem spoliationis, debent esse completi. vt ibi no. & in d. c. pia.

VNdecimò, facit tex. in c. licet canon. de electio. in vj. vbi annus datus prouiso de beneficio curato, ad se faciẽdum promoueri ad sacerdotium, ad hoc vt incurrat pœnam illius capituli, debet esse completus, vt ibi not. & est tex. de hoc in c. commissa. de elec. eodem lib. vj. qui dicit hoc esse verum, etiam si appareret ꝙ in residuo tẽporis possit promoueri, adhuc tamen non est priuatus. & dicit Io. And. in d. c. commissa. ꝙ ille annus debet esse integer.

DVodecimò, facit tex. in c. fundamenta. de elect. in vj. vbi tempus vnius anni ibi appositum, debet esse integrum, vt notatur ibi.

DEcimotertiò, facit tex. in c. si electio. de electio. in vj. vbi tempus trium mensium datum eligentib. in casu dicti capituli, debet esse integrum.

DEcimoquartò, facit text. in c. cùm ex eo. de elect. in vj. vbi tex. dicit, ꝙ si fuerit quis dispensatus de septẽnio ne promoueatur, ꝙ tale tempus intelligitur totum cromprehensum in dispensatione.

DEcimoquintò, facit text. in dicto c. indemnitatibus de electio. in vj. vbi moniales interesse debẽtes electioni, debent esse xiiij. annorum qui debẽt esse completi, & etiam xxx. anni, quos debet habere quæ in abbatissam eligitur, debẽt esse completi. d. c. indẽnitatibus.

DEcimosextò, facit text. in c. prouida. de electio. in vj. vbi suspenduntur per annum contrauenientes illi

tes illi capitulo, & debet esse completus, cùm dicat continuum.

DEcimoseptimò, facit tex.in c.fi.de tẽp.ordi. in vj. vbi priuatur per annũ à collatione beneficij ordinis, qui contra dispositionem illius capituli facit.& dicit ibi Io. quòd ille annus debet esse integer.

DEcimooctauò, facit text. in c.fi.de offi.dele.in vj. vbi est text. ꝙ suspensi sunt per annum, qui contraueniunt illi dispositioni, qui annus debet esse continuus, & sic integer & completus.

DEcimononò, facit text.in c.q generalẽ.de ꝓcura. in vj.vbi xvij.anni q requirunt in ꝓcurat. ad negotia,& xxv.in ꝓcuratore ad iudicia, dñt esse cõpleti.

VIcesimò, facit tex.in c.j.& ij.de resti.in integrum. in vj.vbi quadrienniũ excludens ecclesiam à restitutione debet esse completum.

VIcesimoprimò, facit tex.in c.si annũ.de iud.in vj. vbi annus xiiij.q requirit ad hoc vt minor possit esse in iudicio, in beneficialibus debet esse cõpletus.

VIcesimosecundò, facit text.in c.si qui. de præscriptio.in vj.vbi centenaria vel quadragenaria prę̃scriptio, de qua ibi debet esse completa.

VIcesimotertiò, facit tex.in c.j.de sen.& re iudi. in v.vbi annus suspensionis ibi datus contra iudicẽ debet esse completus.

VIcesimoquartò, facit tex.in c.vnico.de vita & honestate clerico.in vj.vbi terminus vnius anni, de quo ibi fit mentio contra clericos poculatores, golliardos aut buffones, debet esse completus.

VIcesimoquintò, facit text. in c. vnico, de iure patro. in vj. vbi tempus quadrimestre vel semestre datum patronis ad prę̃sentandũ, debet esse completũ.

VIcesimosextò, facit text.in cle. vnica, de concess. præben.vbi tex. ibi facit mentionẽ de mense, qui debet esse completus, vt ibi nota.

VIcesimoseptimò, facit tex.in c.ij.de cẽsi. in vj. vbi tempus vnius mẽsis ibi mẽtionatum & ordinatum cõtra nimiã procurationem suscipiendam ad restitutionem, debet esse elapsum, vt dicit ibi Ioã. And.

VIcesimooctauò, facit tex.in c. cum cõtumacia. de hære.in vj.vbi annus, de quo ibi, debet esse completus & elapsus.

VIcesimononò, facit tex.in c.j.de sen.excom. in vj. vbi dicit tex.ꝙ excõmunicans debet infra mensem duplũ excommunicationis excõmunicato tradere, & si post mensem tradat, non satisfacit, vt dicit ibi tex.& docto.& qui cõtrà fecerit, est per mensem suspensus à diuinis, & ingressu ecclesiæ, qui mẽsis debet esse integer.vt dicit ibi Ioan. And.

TRicesimò, facit tex.in c.inquisitionis. de hære. in vj.in fi.vbi tempus vnius anni ibi positum debet esse cõpletũ.plures alij tex.possunt allegari qui faciũt mentionẽ de tẽpore,& termino qui debet esse cõpletus,& in illis currit de momẽto ad momẽtũ, quos credo requirere perfectionẽ & integralitatẽ temporis, vt est tex.in c.j.de vsur.in vj.in c.fin.de pœnis, in vj. in c. ij.de sen.excom.in vj.in c.quæritur.de sen.excõ.in vj. in cle.ij.de æta.& quali.in cle.ij.de appel.& in cle.j.de iure patro.& in cle.j.de priuilegiis,& in cle.ij.de pœnis. ex quib⁹ iuribus potest cõcludi ꝙ isti xx.dies debẽt esse cõpleti,& hoc maximè ꝓpter dictionẽ, infrà, quæ est inclusiua, vt dixi s.quæ est in regula supradicta.pro quo faciunt no.ꝓ Io.de Imol.in c.præterea. *le second*, de appel.& per Archi.in c.ecclesias, xiij.q.j.vbi tractat de ista dictione, infrà,& eius inclusione & exclusione dicit, † ꝙ limes, seu terminus limitans comprehenditur in limitato. faciũt not.in l.ij. ff.ad legem Aquil.Bar.in l.Gallus.§.idem credendum.ff.de lib.& post.faciũt no.ꝓ Car.in c.à nobis.de dispõ.impub.vbi verbũ, infra annos, ponitur pro citra, vt dicatur, infra, hoc est citra diẽ,& sic, die non cõpleta. ¶ Et faciũt supradicta, quãdo dixi ꝙ tempus à lege introductũ debet esse cõpletum, nisi aliud à lege caueatur, secũdum distinctionẽ doct.in l.insulã intra bienniũ.ff.de verb. oblig.& facit doctrina Arch.in c. si annũ. de iudic. in vj.& dies termini in termino cõputari debẽt.no.gl.in c.anteriorũ.ij.q.vj.& no.in l.j.ff.si quis cautio.faciunt not.per Panor.in c.bonæ.ij. ext. de elec.super gl.ij. & per eundẽ Panor.in c.super eo.de appel.& sic dici debet ꝙ ea hora, qua resignatio facta est, ea hora incipiũt currere xx.dies,& ea hora die xxj.finietur, & erũt xx. dies naturales, quia erũt de iure, & ita debent intelligi iura suprà alleg. ¶ Et illa clausula, cùm sit cõstitutio & pœnalis, debet interpretari secundũ ius cõmune.c. cùm dilectus.de cõsuet.l.si serui vestri.C.de noxa.etsi de iure appellatiõe diei intelligat de naturali, debebit intelligi dies in regula cõprehẽsa esse cõpleta.Vidi in quibusdã ꝓcessibus quos habui ex successione quõdam magistri Bartholomęi Minerij auunculi mei, vnũ ꝓcessum nomine venerabilis & discreti viri magistri Anto.Rami, canonici Heduen.fratris mei vterini, qui aliàs fuit super dicta regula inter quendã do.Ioã.Cæteri, canonicũ nostræ Dominæ de Podio, impetrãte in materia possessoria,& magistrũ Anto.Rami, opponẽte sup beneficio curato de Tholono, qd habuerat dictus magister Anto.causã pmutationis cũ beneficio curato de Vxello cũ vltimo possessore, q vltima die mortuus est, ex quo ab hora resignationis vsque ad horã mortis, nõ erãt xx.dies cõpleti, licet vicesimã diẽ attigisset, tñ adhuc restãbãt quatuor aut quinque horæ. fuit dictũ & pronũtiatum ꝓ dicto domino Io. Cæteri, qui impetrauerat tanquam vacans per mortẽ cõtra magistrum Antonium Rami fratrem meũ vterinum, & per hoc sit expedita hæc regula cancellariæ.

ET redeundo ad gloss. nostram & propositum nostrum dico, † ꝙ quartus dies erit conuentionalis, secundũ ꝙ partes cõueniunt, quoniam contractus ex cõuentione partiũ legẽ accipiũt.l.cõtractus. ff.de reg. iuris.l.j. §.si conuenerit.ff.de positi.l.in cõuentionalibus.ff.de verb.obli.† si verò simpliciter fit mentio de die aliter non declarato, intelligit de naturali die cõtinẽte xxiiij.horas.l.eum qui certarũ.ff. de verb. obli. l.ij.§.& quia.ff.de origine iur.authen.de iudi. §. assessores instit.de verb.obli.§.in diem, † quia verba simpliciter prolata in dubio debent intelligi secundũ naturam,& non ciuliter.l.fi.in fi.C.de his qui veniã ęta. impetra.† Aduerte etiã, quia verba sunt accipiẽda secundum illum sensum, ad quem demonstrandũ sunt inuenta seu instituta, & multum attendendum est in verbis scripturæ, vide plenè Luc. de Pen. in l. litibus. col.vj.C.de agricol.& censi.lib.xj.

13 *Dies cõuentionalis.*

14

15 *Verba simpliciter prolata naturaliter intelligẽda.*

FAllit tamen istud quãdo propter subiectam materiã esset aliter dicendũ, puta paterfamilias conducit simpliciter operarios ꝓ certo salaria singulis diebus, intelligitur à summo mane vsque ad vesperas, & non de die naturali, quia noctis tempore operę laboratoriæ regulariter non præstãtur, secundum Azo. in sum.C.de oper. liberto. quẽ sequitur Alb. in d.l.more.ff.de feriis.& est tex.in l.medicus.& in l.j.ff.de operis libertorum.& in l.ij.in fi.ff.de annuis legatis.& ita tenet & dicit dom.meus Ias.in dicta.l.more.sed dic ꝙ illud intelligendũ est secundum quod dicit Bal. in d. l.more.quod intelligitur in dubio de die naturali, in his quæ possunt pariter agi de die & de nocte.

11 *Terminus limitãs cõprehẽditur in limitato.*

BIU Cujas

16 Dies intercalaris. Dies practicorũ curiæ Romanæ. Calendæ. Idus. Nonæ.

ALius † & quintus dies est dies intercalaris, id est, bissextilis, de quo in l. cum bissextus. ff. de verbo. & rerũ significa. & in data sexti p Io. And. vbi loquitur etiã de alio die, qui dr̃ dies practicorũ curiæ Romanę, qui distinguũt dies p Calẽdas, Idus, & Nonas: & Calẽdas incipiunt ab vltima parte mẽsis, & primò incipiunt per hanc dictionẽ Pridie, & qñ dr̃ Pridie Calẽdas alicuius mẽsis, est vltima dies mẽsis præcedentis, sic dicẽdo, Pridie Calẽdas Ianuarias, id est vltima die Decẽbris. & sic de singulis, quia semp vltimi dies mẽsis præcedẽtis sunt Calẽdæ mẽsis sequẽtis, dẽpta prima mensis sequentis, quæ dr̃ Pridie, & vltima mensis præcedentis dr̃ secundò Calendas, vsq; ad numerum Calẽdarũ cuiuslibet mẽsis, q̃ est talis, ꝙ quilibet mẽsis habet octo Idus, quæ statim retrogradu computãtur post Calẽdas & quatuor Nonas, quæ etiã cõputãtur retrogradu post Idus, dẽptis Maio, Iulio, Octobri & Martio, q̃ habẽt sex Nonas, de quibus in data sexti per Ioan. And. Et de dictione Pridie vt intelligaẽ, vide text. in l. pridie. ff. de feriis, & declarat Benedictus de Plũbino in l. j. ff. de manumissio. & sic cõputando dies mensium facile scies dicere qñ Calẽdas, Idus aut Nonas, quia primi dies dempto primo sunt Nonæ, scilicet sex aut quatuor, vt dictũ est, cõputando retrogradu, sequentes sunt octo Idus, cõputando, vt s̃. & sunt mensis illius, vbi sunt. Calendæ verò sunt mensis sequẽtis, & sunt dies qui sunt post Nonas & Idus, cõputando, vt s̃. dempta tamẽ prima die mensis sequentis, qui dicitur pridie Calendas mensis præcedentis. †

17 Dies ecclesiastica.

SExta † est dies ecclesiastica, & quantũ ad indulgẽtias, & ista incipit à vesperis vigiliæ, & cõtinuatur vsq; ad vesperas diei sequẽ. inclusiuè, & tũc finiẽ idulgentia. ita habeẽ in c. fi. §. adijcimus. de sen. excõ. in vj. Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in xvj. col. ¶ Quantũ autẽ ad diuina officia qñ incipiat dies, & qñ finiaẽ, habemus tex. in c. ij. & ibi gl. de feriis. & gl. in c. alma mater. de sen. excõ. i vj. Host. in summa de feriis, §. qualiter. versi. est tamen notãdum. Archi. de consẽ. dist. iij. c. j. & lxxv. dist. c. ꝙ à patribus, vbi est tex. & gl. quãtum verò ad collationem ordinũ, est tex. lxxv. dist. c. quo die. Arc. in d. c. ꝙ à patribus. & no. in c. clericis. de tempo. or. quo autẽ ad esum carnium dies incipit post cœnam. de consec. dist. iij. c. de esu carnium, gl. in d. c. ij. de feriis. licet gl. teneat cõtrarium in c. pronuntiandũ. de consec. dist. iij. quò autem ad obseruationẽ treugæ, dies incipit ab ortu solis. c. j. de treuga & pace. & hoc modo incipit dies in aliquibus locis secundum statuta diuersorum locorum, vt dicá infrà. Prædicta dicit do. meus Ias. in d. l. more. ff. de feriis.

ADuerte tamen, ꝙ Athenienses computant diem de occasu in occasum: sed, vt dicit in Catholico, computant diem à sexta hora diei. Babylonij verò de ortu in ortum, secundum dictum c. j. de treuga & pace. secundũ quod etiam computãt canonici Heduen. per eorũ statuta, quoad initiũ hebdomadarũ in quib⁹ sunt in turno ad nominandum ad beneficia in eorum ecclesia vacantia, vt statutis eorum cauetur.

Quæstio.

SEd nunc maius est dubium, qñ dicatur ortus solis stãte eorũ statuto, ꝙ hebdomada incipiat in ortu solis præcisè die sabbathi. Vt melius decidi possit hęc quæst: o quæ nũc est in facto: euenit anno do. 1514. ꝙ die sabbathi, quæ erat dies sexta mẽsis Maij, illo anno venerabilis & discretus vir magister Celsus Morini canonicus Heduẽ. in ortu solis illius diei, incœpit esse hebdomadarius ꝓ septẽ diebus: die verò decimatertia eiusdẽm mẽsis Maij, quæ fuit dies sabbathi seq. reuerendus pater magister Artuzius de Chasseneuz, sanctæ sedis apostolicæ ꝓtonotarius, canonicus Heduẽ. frater me⁹ germanus, incœpit esse hebdomadarius præcisè, etiã in ortu solis illius diei: illa verò die sabbathi venerabilis & discretus vir quondã magister Io. Roze, curatus oratorij in Moruando, hora prima post mediã noctẽ, albescẽte cælo, & tali hora ꝙ homo discerni poterat ab humanis, decessit habẽs dictũ beneficium curæ, spectãs ad prẽsentationẽ dominorum decani & capituli Heduen. ad nominationẽ existentis in turno: vterq; illorũ dominorũ canonicorũ nominauit vnũ: vterq; fuit prẽsentat⁹ & institutus: sed primò in eodem tñ capitulo nominauit dictus magister Artuzius. q̃s illorũ sit præferẽdus in dicto beneficio, an nominatus à magistro Celso Morini, an nominat⁹ à prædicto magistro Artuzio de Chasseneuz. nunc de hoc est ꝓcessus in castelleto Parisien. inter Lud. Fardcault, habẽtẽ nominationẽ à prędicto Celso Morini, & discretũ virũ Guil. Rigné, habentem ius à prædicto magistro Artuzio de Chasseneuz. facit ꝓ dicto Guil. Rigné, ꝙ ex quo homo discerni poterat, ꝙ erat dies. ita facit tex. in c. si perfodiẽs. ext. de homi. & facit dictũ Bart. in l. qui duos. ff. de manu. test. † ꝙ illud qđ fit de mane in aurora, dr̃ fieri de die, & si aliquid fit inter diẽ & noctẽ, de sero, non est attribuendũ diei, licet enim naturaliter & cõmuniter ptineat ad extrema, cùm eñ cælũ albescit, dies est: licet sol non sit sup terram, cùm speretur de proximo, & tãta sit claritas, ꝙ homo cognoscitur, tamẽ illa particula diei dr̃ de mane, vt dicit Ang. in l. j. C. de cust. reo. vbi dicit, ꝙ mane dr̃ post cantum galli: & hoc casu qñ cælũ albescit, & homo discerni põt, potest dici ꝙ sit in ortu solis, id est ante ortum solis. † cùm dictio, in, denotet ante. gl. est sing. & no. in cle. cãm quæ. in verb. in domo. de elec. quæ dicit in, id est ante, & sic etiã si sol nondũ esset ortus, tñ quia albescat cælũ, dr̃ dies. dicit tñ idẽ Ang. in d. l. j. C. de cust. reo. ꝙ non dr̃ dies ante ortum solis. sed facit cõtra illã gl. etiam quod dicit Socin. in cõs. ccxj. in vlt. col. † vbi dicit ꝙ non dr̃ fieri in domo qđ fit ante domum: & sic non dicitur fieri in ortu solis qđ fit ante ortum solis. Quod põt etiã facere ꝓ dicto do. Lud. Fardcault. ¶ Et facit etiam pro eo, † quia qñ dr̃ dies, aut nox, multum attendi debet communis vsus loquẽdi. & interpretatio hominum considerari & attendi debet. ita dicit & tenet Sali. in l. fi. C. de his quib⁹ vt indi. hære. † sed secũdum communem vsum loquẽdi & hominũ interpretationem, non dicitur ortus solis, nec dici potest nisi super terram sol appareat, quo casu dr̃ dies, & nõ antè, prout dicit Bart. in l. aut facta. §. tẽpus. ff. de pœnis. & dicit ꝙ qñ sol est sup terrã, dies est: qñ verò sol non est super terrã, non est. l. hæc verba, ille aut ille. ff. de verb. sig. quæ lex ꝓbat ꝙ inter diem & noctem nõ est dare medium. & dicit idem Bart. ꝙ aliquando sol est super terrã, sed est in motu recedendi de proximo, & tunc est dies, quia sol est super terrã. quãdoque sol recessit, & sic nõ est super terrã: tñ quia de ꝓximo recessit, remãsit aliquod lumẽ propter claritatẽ cæli, q̃a tunc est nox. Et eodẽ modo potest dici de mane, quia mane potest dici qñ sol nõ est super terrã, sed de ꝓximo venit, quia cęlum iam dealbescit, & tũc nox est. l. Lucius. §. j. cũ ibi not. ff. de libe. & posthu. sed si sol incœpit de proximo super terram, tũc est dies. ita dicit & tenet Io. de Ana. in c. si perfodiens. in j. & ij. col. ext. de hom. & hęc sunt quę dici possunt ad cognoscendũ quando incipiat dies, & quando finem capiat. ¶ Sed qñ incipiat ortus solis, in hoc iacent leges & prophetæ, maximè quãdo adhuc non apparet sol, & qua hora possit dici ortus solis, & an possit dici in ortu solis, albescente

18 19 20 21 22

BIU Cujas

albescẽte cælo, ita ꝙ homo discerni possit, etiã si non incœpit sol esse super terrã. Cogita ex his, & põdera multum communem vsum loquendi, & interpretationem hominum, quę multũ in hoc faceret, vt dicit Io.de Ana.in d.c.si perfodiens.& facit in pluribus actibus, de quibus per Fel.in procœmio decretaliũ, vbi plenè per eum.& per Ias.præceptorẽ meũ, in rub. de no.ope.nunt.Et de dictione, in, an includat vel excludat, vide Alb.de Ros.in authen.hoc ius. C.de procur. per Albert.de Ros.in suo dictionario.in verbo, in, quẽ ipsemet allegat in dicta authen.hoc ius. vide aliquid per Soc.in cons.ccxj.in pen.& vlt.col.quia non multum facit in hoc, non aliter insisto.

SEd aduerte quia hæc cõputatio quę fit in ortu solis, vel occasu, videt habere inęqualitatẽ: cùm dies cõtinuè crescat & decrescat, ideo videt aliquibus nimis inæqualiter habere cõputũ, de media nocte, vel meridie, sed nõ refert qñ attẽditur dies naturalis, qui est xxiiij.horarũ. Cymbri verò cõputãt de meridie in meridiẽ, qđ est absurdissimum, vt inquit Varro in lib. humanũ rerũ. Aegyptij verò ab initio noctis, vt dicit Andr.Sicu.dictus Barba. in d.c.cõsuluit, de offi. dele. Et vide de his computationibus per Calepinũ in suo dictionario, in litera, D, ante I, in verbo, dies.

¶ Sed ꝙ hîc dr̃ in isto §. seu in ista cõsuetudine, ꝙ requiritur annus & dies quæritur de duob⁹. Primò, an istud tempus vnius anni & diei sit continuũ, an verò vtile. Secundò, vtrũ impedito currat istud tempus: & his duobus excussis, erunt declaratæ hæ duæ glosæ.

23 Tempus in dubio intelligitur continuũ.

AD primũ dicendũ est, ꝙ istud tẽpus sit continuũ, † cùm in dubio tẽpus sit continuũ, vt tenet Bar. & alij in l.genero.ff.de his q notãtur infa.Pano. in c. fi.de elect.ad hoc plures sunt remissiones, ad quas se remittit do.meus Ias.in §.rursus.in xij.col.insti.de actio.vnũ tñ casum ponit idẽ do.meus Ias.in l.si ita stipulatus essem abs te.in vlt.col.ff.de verb.obl.vbi tps est vtile, & pôt cõiungi: scilicet qñ est datũ tẽpus triũ annorũ monacho ad studendũ, qa hæc tẽpora possũt cõiungi. Et in hoc dubio an tẽpus sit cõtinuũ, vel vtile, vide Io.Frãc.Balbũ in tract.suo de præscr. in vij.q. primæ partis quartæ partis principalis, vbi remittit & facit regulã. & Fel.in c.quærẽti.in prin.de offi.del. vbi ponit multa in materia. Et ideo cũ istud tẽpus sit cõtinuũ, faciliter deuenitur ad aliã quæstionẽ, quæ est ꝙ nõ currit ignorãti, vt idẽ dicit Bar.in d.l.genero.

24 Impedimentũ duplex est.

¶ Et ad istud an currat impedito, † dic ꝙ duplex est impedimẽtũ, quoddã est facti quoddã est iuris. Et ad

25 Iuris.

impedimentũ iuris dic, ¶ ꝙ impedito nõ currit, quia nõ valẽti agere nõ currit præscriptio l.fi.§.donec.C. de iur.delib.l.j.§.fi.C.de bo.mater.l.fi.ĩ fi.C.de anna. exce.l.ij.in fi.ff.de iud.c.ne ꝑ defect.de ele.c.qa diuersitatẽ.v bi nota.de præbẽ. Faciunt nota.in c.ex transmissa.de præscrip.& dicam plenè j. in tit. *des censes*, in §.ij.in gl.j.quasi in medio.vbi posui materiam de hac regula, ꝙ non valẽti agere.in casu multum not. Et intellige prædicta siue illud impedimentũ sit ab initio. d.l.j.in fi.C.de bonis mater.siue ex post facto.d.§.donec.Bar.in l.senatus.ff.de off.præsidis.

26 Facti.

SI verò † fuerit quis impeditus impedimẽto facti, tũc secus, quia tẽpus currit contra eum, sed tamẽ restituetur in integrum.l.& Attilicinus, quã Bar.cõmẽtatus est, cũ l.vnus.§.si fons.ff.de seruit.rusti.prędd. & ita tenet Bar.in l.j.§.si quis autem propter inundationem.ff.de iti.actúque priua.Fel.in c.ex transmissa. in j.col.de præscrip.& in c.j.in v.col. versi.dum dicit Abb.co.tit.de præscri.Do.meus Ias.in §.rursus. in ij. col.insti.de act.Roma.consi.ix. Et intellige prædicta secundum Ioan.Petrum de Ferra. in sua practica Papien.in forma respon.rei cõuenti.in gl.in verbo, prę scriptio.circa mediũ.versi.ego puto.Et vide do. meũ Ias.in §.fuerat.in ij. col.insti.de actio.Cæpol.in tract. de seruitu.vrb.prædio.in charta xij.ti.quomodo seruitus amitta.in iij.& dicit Fel.in c.vigilanti, de præscrip. ꝙ opinio Bart.communiter tenetur, sed eam limitat septẽ modis, vt ibi videre poteris. ¶ Adde ad dicta Fel. in hac materia Alex.in cõs.clxix.in iij.col.in ij.vol.& istud cons.alle.idẽ Fel.in d.c.vigilanti. qñ allegat cõs. cccix.Et de hac materia vide plenè per Ioã.Fran.Bal. in suo tract.prescriptionum.in vj.parte principali.in j.parte illius partis, ibi, vicesimusſecundus casus. per tres aut quatuor col.& per Fel.in c.cùm inter. in xiij. col.versi.generaliter.de excepti.

SEd quæ sint impedimẽta facti, & quæ iuris, facilis indagator poterit videre secundũ casus exigẽtes. de impedimentis facti, plenè in tit. ff. ex quibus caus. maio. ¶ De impedimentis iuris ponã aliqua tantum exempli causa.

Impedimẽta iuris.

ET primò videt esse impedimẽtũ iuris in minore habente bona materna, vbi est signum altę iustitiæ quorũ pater est administrator legitimus, qa tunc filius in potestate habet impedimentũ iuris.l.fi.C.de bo.mater.l.fi.in fi.C.de anna.exce.& licet de iure sẽper pater sit legitimus administrator taliũ bonorum, tamẽ de cõsuetudine nostra pater erit legitimus administrator vsq; ad pubertatẽ tm̃.vt habetur j̃.tit.*des enfans de plusieurs lictz.§.& aussi entre gẽs nobles.*& in §. *Et aussi le pere est legitime administrateur.* & ideo filius in potestate in hac patria habet impedimentũ iuris, vsq; ad pubertatẽ & nõ vltrà. vide ad prædicta Fel. in c.j.pe.col.de præscri.Bal.in l.j.in xxj.oppo.C.qui admitti.quod ampliat Bal. etiam si statutum diceret ꝙ curreret vniuersaliter contra omnes. Ita dicit Bal. in authen.nisi tricennalis.C.de bo.mater.Pet.de Anch. in repet.c.canonum statuta.in xij.q.versi. occurrunt aliæ quæstiones, de consti. Ita dicit & tenet Ioã.Fran. Bal.in suo tract.præscri.in vj. & vlt.parte principali. in j.parte illius partis.ibi, vicesimusprimus.vbi ponit casus in quibus præscriptio non currit.

SI ecclesia etiam fuerit vacãs, non currit istud tempus.c.j.& ibi gl.c.de quarta.& c.cũ nobis.de præscrip.Bar.in l.naturaliter.ff.de vsucapio. ¶ Non credo etiam ꝙ curreret istud tempus tempore hostilitatis, c.ex transmissa.de præscri.facit l.postliminium. ff.de cap.& postli.reuer.l.ab hostibus.C.de cap.Bar.in d.l. naturaliter.& ibi Pau.de Cast. qui colligit multos casus.ff.de vsuca.

NVnquid autem ista præscriptio, quæ est in odiũ negligentis signum altæ iustitiæ depressum erigere, currit cõtra minorẽ? videtur ꝙ non, per regulã l. fi.C.in quibus cau.in integ.resti-non est necessa.quæ est † quòd melius est intacta iura seruare, quàm post causam vulneratam remediũ quærere. † Per quã regulam determinatur ꝙ præscriptio non currat cõtra minorẽ. Bar.verò in d.l.fi.quęrit nunquid illa lex habeat locũ in præscriptione statutaria. Et etiam Pano. hãc quæstionem examinat in c.cõstitutus.de in inte. resti.& cõclusiuè dicunt ꝙ in lucro captãdo præscriptio currat, sed datur restitutio: vt est in casu.c. constitutus.de resti.in integ.de anno qui datur ꝑximis ad redimendum rem venditam per cõsanguineum, sed in amittendo ius iam quæsitum non currit: vt tenet Ludo.Roma.in l.naturaliter.ff.de vsucap.& Alex.in consil. suo xxxj. in v.volu. Quia nunc sumus in casu in quo minor amitteret ius iã quæsitum, scilicet, si-

27 28 *Præscriptio nõ currit contra minorem.*

BIU Cujas

gnum altæ iustitiæ, ergo videt ꝙ istud tẽpus non currat cõtra eũ. Dicã latiùs in §. pe. istarũ consuetudinũ. & quia multi sunt alij casus collecti in vnũ, per prædictum do. Io. Fran. Balbum, in dicto tract. in vlt. parte, quos videre poterit vnusquisq; secundũ casus exigentes, non aliter insisto, sed ad p eum dicta remitto. ¶ Sed iterũ quæro nũquid hæc cõsuetudo nostra habeat locũ in eo qui infra annũ & diẽ incipit signũ erigere, tñ se intantum arctauit, ꝙ infra tempus expediri non potuit, quin tẽpus laberetur? Et videtur ꝙ sic, qa nihil actum esse dr̃, qñ aliquid restat agendũ. l. pe. C. de his quib. vt indi. & facit text. in l. furiosum. C. q test. facere pos. vbi in his quæ sunt facti, nihil dicit esse actũ quando aliquid supereſt agendum: & hoc est verum, licet in contrarium possit argui per l. fi. §. etsi præfatam. & §. si verò. C. de iur. deliber. sed quicquid sit, aduerte ꝙ paria sunt non implere, vel non perfectè implerè: † imperfectum & nullum idem sunt. vt dicit do. meꝰ Ias. in l. si pro fundo. in iij. col. & in l. sub prætextu, ij. in ij. col. C. de transſ. De quo brocardo vide per Cy. Alber. & Sali. in d. l. pe. C. de his quibus vt indi. ¶ Aduerte, quòd nullum & inualidum æquiparantur. Bal. in l. si aut nullum. C. de legiti. hæredibus. Ias. in l. quoties. ff. qui satisdare cogãtur, & in l. si dari. ff. de verb. obl.

29 Imperfectum & nullum idem.

IN TEXTV IBI,

Passé.

ADuerte ꝙ per lapsum anni quis dicitur negligere possessionem: vt dicit amplè Raynaldus in c. olim causam. de restitutio. spoli. & licet in beneficialibus non sit tempus statutum ad adipiscendum possessionem, tamẽ si quis per annũ neglexerit adipisci possessionem beneficij, credo ꝙ succumbere debet in possessorio: & si per triennium, ꝙ cadit à iure. gloss. in titul. de pacificis possess. in Pragmatica sanctione, in verb. triennio. Et facit, quia, vt dicit glo. in c. ex tenore. de foro compet. propter negligẽtiam perditur iurisdictio.

Lapsus termini quid inducat.

ADDITIO. Aduerte ꝙ lapsus termini inducit exclusionem & tacitam repudiationem, vt pulchrè declarat Matthæus de afflict. in consti. regni Sici. quæ incipit, inquisitiõis generalis, in quarto notabili, vbi ponit de cõminatione, quæ fit, quòd transacto tempore vlteriùs non audiatur, an valeat, & quid importet. & ibi plura alle. & in v. nota. quomodo iusta causa excusat à cõminatione. Et an tale tẽpus currat de momẽto in momentũ, & qñ sit considerandum momentũ, vide eundem Matthæum in constit. quæ incipit, speciale, in ij. lib. in vj. not. & ibi ꝙ momentũ est xv. pars vnius horæ. Et aduerte quòd istud tempus tollit ius, vt videri potest in pluribꝰ aliis casibus, vbi per lapsũ temporis tollitur ius partis, de quibus per Matth. de Afflict. in cõsti. quæ incipit, dilationes. in j. not. Et an actus factus post terminum parte non opponente, etiã authoritate iudicis, sit validus, vide eundẽ Matth. in constit. quæ incipit, exceptiones. in j. not. in v. & vj. quæstione. & in ij. nota. in j. quæstione. †

Momẽtum quid.

IN TEXTV IBI,

Apres ce qu'il est cheut.

ECce ergo quomodo iste annꝰ & dies currit à tẽpore quo cecidit: nec expectatur tempus sciẽtiæ. quod an sit verum, non est dubium. ¶ Et primò videtur ꝙ etiã debeat intelligi à tẽpore quo cecidit, subaudi, scilicet & sciuit: quia aliàs sequeretur ꝙ ignorãs puniretur: quod esse non debet. not. in l. genero. ff. de his qui notãt infa. & in l. ij. C. de iuris & facti ignorã. & maximè facit; † quia ignorãtia nemini nocere debet. l. si is. §. si seruus. ff. de acquirend. rerũ domi. imò in multis excusat, vt dicit Feli. in c. ij. ex. de exceptio. etiã siue iusta siue iniusta sit. Aegidius bella mera in decis. ccccxlj. incip. ignorans. Et Bal. in consi. suo incip. ad euidentiam, in iij. vol. & ideo si hoc esset verũ, vt dictum est, quòd istud tempus curreret à tempore quo cecidit: sequi posset ꝙ dominus esset ignorãs, & sic in hoc, ignorãs puniretur: ex quo Bar. in simili, ad euitandũ ne ignorans puniatur, dicit in l. genero. suprà allega. † ꝙ tempus nõ debet currere nisi à tẽpore sciẽtiæ. & ideo dicit, ꝙ cõstitutio episcopi, de qua ibi, statuens tẽpus vnius anni executoribus ad exequendum vltimam defuncti volũtatem, currit à tempore scientiæ: licet sit dictum ꝙ currat immediatè. Alexã. in cons. xxxiiij. incip. viso themate. in fi. in j. vol. idem Alexand. in cons. xxxvj. incip. viso themate. in iij. col. in iiij. vol. Raphael Cuman. in cõs. xij. Pau. de Cast. in l. nulli. ad finem. C. de epis. & cler. Barba. in cons. viij. in iiij. col. & seq. in j. vol. limita tamen per Alexan. in l. si mihi & tibi. in §. j. in ij. col. ff. de legat. j. ad illã suã decisionẽ probat Bar. in d. l. genero. per multos text. & ista opinio esset satis æqua & rationabilis in ignorante factum, scilicet signum cecidisse: secùs si ignoraret ius, scilicet statutum esse quòd debet erigi infra annum & diem à tempore quo cecidit. non credo tamẽ ꝙ apud nos seruaretur: imò ꝙ etiam currat ignoranti, cùm sit tempus, vt suprà dixi, quod currat ignoranti. no. in d. l. genero. & l. j. ff. quis ordo in bonorũ possessione seruetur. facit quod not. glo. Ioan. monachi, & ibi docto. in c. quanquã. de electio. in vj. & Bar. in l. fi. C. de tempo. in integr. restitutio. petẽ. & hoc satis denotatur per statutũ, cũ non est facienda vis, nec in hoc est opus coniecturis, cùm expresè dicat tex. ꝙ currit tempus à die quo cecidit. arg. l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. oblig. & cùm sit stricti iuris. l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gestis. nõ est ab eius verbis recedẽdum. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obli. Bald. tamen in cõsi. suo cliiij. in fi. in v. volu. videtur tenere ꝙ in iure quæsito tollendo ignorantia excusat: † imò etiam poterit talis ignorãtia probari per iuramentũ, vt ibi per eũ. ¶ Et quomodo ꝓbetur ignorãtia per iuramentum, ponit Ias. præceptor meus in §. sed istæ. in xx. col. instit. de actio. & in sua solenni repeti. l. admonendi. in cv. col. de iurei. ad de gl. in regula, præsumit. de regu. iur. in vj. & in c. ad audiẽtiam. in verbo, irritum. in fi. ext. de rescrip. Panor. in c. ij. in pe. col. & ibi Corsetus & Feli. de const. & Alex. in consi. suo lxxj. in j. vol. in ij. & vlt. col. vbi limitat vno singulari modo. ¶ Quomodo etiã aliis modis probetur, ponit Feli. in c. quosdam. in ij. col. ext. de testi. Barba. in cons. xlj. in j. col. & per totum in ij. volu.

1 Ignorantia nemini nocere debet.

2 Tempus non debet currere, nisi à tẽpore scientiæ.

3 Ignorantia quomodo probetur.

ATtamen Iacobinus de sancto Geor. in l. verius. in j. colum. & in l. cùm de indebito. in fine. ff. de ꝓbatio. limitat illam regulam, ꝙ ignorantia probetur per iuramentum, cùm dicat illud procedere quando ignorãtia est verisimilis: quia causatur ex probabilibus argumentis & coniecturis, alioquin nõ esset stãdum iuramento allegantis ignorantiam. Ita notãter dicunt do. de Rota sua decis. ccccxxxv. incip. item extra Rotam, in nouis decisionibus. Alexan. verò dicto consilio lxxj. hîc antè allegato, dicit etiam ignorantiam non probari per iuramentum quando est præsumptio, ꝙ quis scit. & crederem, istud magis esse verum quàm limitation. Iacobini, q vtitur aliis verbis: quoniã ignorantia prẽsumitur in dubio, vt tenet Iac. in d.

BIU Cujas

in d.l. verius. post glo. ibi, quod limitat sex modis ibidem post Bal. tamen in l. si tutor. C. de pericu. tutorũ. Et ideo cũ ignorantia præsumatur, nisi in illis casib⁹, standum iuramento allegantis ignorãtiam: nisi, vt dictũ est, esset præsumptio in contrarium ℘ quis sciuit, vt dicit Alex. quoniam hoc casu illa præsumptio in contrarium tollit aliam. do. meus Ias. in l. iã hoc iure. col. ij. ff. de vulg. & pupi. & Alex. consi. ciij. col. v. in j. volu. maximè præsumptio speciei tollit præsumptionẽ generis. Bar. in d.l. cùm de indebito. ff. de probatio. Alex. cõsi. lxxvij. col. ij. in j. vol. Ex quo ergo est præsumptio ℘ quis scit, tenetur probare per euidentissimas ꝓbationes. Quoniã ex quo qui habet præsumptionem ꝓ se, transfert onus probandi in aduersarium: ita ℘ tenetur probare per euidentissimas probationes. domi. meus Ias. in l. sciẽdum. col. iiij. ff. de verb. obl. ¶ Et de materia quãdo tempus currat ignorãti, vide do. meũ Ias. post alios in l. quãdiu. in pen. col. C. qui admitti. & Alex. in cõs. suo xiiij. in ij. vol. vbi vr̃ concludere ℘ vbi requiritur factum hominis, tempus non currit ignoranti: sed in hoc casu requiritur factum hominis. cogita. & do. meus Ias. in d. l. quandiu. quærit an valeat statutum seu consuetudo ℘ tempus generaliter currat cõtra ignorantem, & se remittit. vide eum & allega. per eum. ¶ Aduerte tamen † ℘ ignorantia in facto proprio non est excusabilis. l. fi. ff. pro suo. quod intelligẽ & limita vt per do. meum Ias. in l. error. in vj. col. C. de iur. & fac. ignorãtia. & vide Alex. in cõs. cxxxiiij. in ij. col. in j. vol. & Alberi. in l. quisquis. C. de rescin. ven. vbi facit differentiam in mobilibus & immobilibus, & an sit factum de longinquo. & idem do. meus Ias. in §. si quis agens. in iij. col. institu. de actionibus. & an sit tolerabilis in facto alieno, vide eundem Ias. in d.l. error. vbi dicit, ℘ quando per inuestigationem faciliter cognosci potest, non est tolerabilis. quod an sit verum, cogita ex his quæ dicit Ias. in l. si per errorem. ponderando illum tex. in iij. col. in ij. nota. ff. de iurisdi. om. iud. Secundò quando dicit idẽ do. meus Ias. in d. l. error. ℘ quis non excusatur ignorare id quod publicè factum est. cogita an sit verum ex his quæ dicit idem do. meus Ias. in d.l. si quis per errorẽ. in sexta fallentia, ibi, an autem &c. ¶ Imò casu videtur, quòd cùm istud tempus sit statutum & ordinatum ad commodum habentis altam iustitiam, imputãdum est illi, si ignoret id quod per se vel per alium, puta per eius officiales scire potuit, vt facit tex. in cle. vnica, in fine, de concessio. præben. & negligenti non subuenitur. l. non enim. ff. ex quibus cau. maio. l. pupillus. ff. quæ in fraudem creditorum.

Ignorantia in facto proprio nõ excusat.

Ignorãtia. Negligentia.

ADDITIO. Et de casibus in quibus non succurritur ignoranti, vide Matth. de afflict. in constit. lite legitimè. in xiiij. & xv. no.

IN TEXTV IBI,

Il ne le peut faire.

EX hoc constat ℘ audientia sibi deneganda est, ex quo tollitur sibi potẽtia istud faciendi, vt in simili dicitur in multis casib⁹, de quibus per gl. in verbo, audientia. in c. In nomine Domini. xxiij. dis. & Spec. in tit. de petitorio & possessorio. §. ij. versi. sed quæritur. Ias. in l. de pupillo. §. si is cui. ff. de noui ope. nunt.

ADDITIO. Vide Matth. de afflict. in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, pœnam eorum, in vij. notabili.

IN TEXTV IBI,

Sans congé & licence.

ISta duo † vocabula idem sunt, & tãtum est dicere, *congé*, in vulgari nostro, quantũ, *licence*, sed non credo ℘ istud verbũ, congerium, reperiatur in iure scriptum, sed bene in multis locis reperit licentia, & credo ℘ plus importet cõgerium quàm licẽtia simpliciter, † & dr̃ licentia à licet, quod etiã aliquando in malam partem accipitur. dicit Calepi. in suo dictionario, in litera, L, ante I, in verb. licẽtia. & dicit Bar. in l. alio. in iij. col. ibi, procedo vlteriùs. de ali. & cibariis legatis. quòd verbum, licentia, descẽdit à verb. licet, quod tantum est dicere quantum licitum sit. & dicit Inno. in c. cum ad monasterium. in fi. de statu mona. † ℘ licentia dicitur voluntas sine causa. dicit tamen idem Bar. in d.l. alio, † ℘ licentia importat arbitriũ boni viri. quod etiam tenet Panor. in d.c. cùm ad monasteriũ. in fi. de statu mona. vide no. per Alberi. in auth. licentiam. C. de episc. & cle. qui remittit de hac dictione. ¶ Vide Zabarel. in clem. concessa. de elec. iij. col.

1 Cõgé & licence idẽ.

2 Licentia vnde dicta

3 Licentia, voluntas sine causa.

4

SEd quæro de quæstione multum notabili, an hoc casu sufficiat petere licentiã, etiam si non obtineatur, & an princeps possit illã refutare: & an si refutet, aut recusẽt eam dare, quid fiendũ? & primò videtur ℘ sufficiet petere, per tex. & gl. in c. quam sit eccle. his, de elect. in vj. facit in contrarium tex. in c. si religiosus, de elect. in vj. vbi etiam non sufficit petere, sed opus est impetrare & obtinere. & facit text. in l. ij. C. de in ius vocan. † vbi paria sunt non petere, vel petere & non impetrare. & facit text. in cle. vnica. de testa. vbi etiam non sufficit petere licentiam nisi obtineatur. & facit tex. noster vtendo verbis geminatis, *congé & licence*, ex quibus videtur ℘ debeat esse expressus consẽsus principis, & credo ℘ hoc sit verũ. Dicere possent quidam ℘ in casibus prædictis, quibus dicitur, ℘ nõ sufficit petere licentiam, sed ℘ debet obtineri, illud ideo est; quia ita disponitur & ordinatũ est in illis casibus per summum pontificem, sed si simpliciter diceretur, quòd debeat peti licentia, tunc credere dicendum, ℘ sufficere debet, quòd petatur, etiã si non obtineatur: & ideo cùm hîc non dicatur, quòd obtineri debeat, vr̃ ℘ sufficere debet quòd petatur. & quicquid sit, credo ℘ non sufficit petere, sed quod debeat obtineri, cùm sit hæc dictio, sine, quæ denotat ℘ actu aliter gesto illa licentia non valeat, cùm importet argumentum à contrario sensu. c. cum apostolica. §. fi. versi. in Laterã. de his quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli. & de eius natura ponit Alberi. in authẽ. hoc ius. C. de procurat. & hoc etiam credo verum, quia regulariter qd̃ petitur aut peti debet, obtineri debet, nisi aliud expresse caueatur: ex quo credo, concludendum, quòd hæc licentia non solùm debet peti, sed etiam obtineri debet. vide Gemi. in d.c. si religiosus.

Quæstio notabilis.

5 Non petere & non impetrare idem.

SEd iuxta prædicta quęritur, fuit petita & instanter requisita hæc licentia à principe, qui noluit illam cõcedere, nihilominus dominus licẽtia petita, & non obtenta erexit signũ altæ iustitiæ, an debuerit & poterit facere, & quomodo ei prouideri debeat principe recusante prædictã licentiã dare. Gemi. in d.c. si religiosus, post gl. ibi, examinat istã quęstionẽ, an videlicet si pręlat⁹ deneget suo religioso licentiã acceptãdi, an debeat ad superiorẽ recurrere, & an superior possit cogere inferiorẽ vt det ei licentiã: sed ꝙa hæc quæstio in illo casu nõ est in ꝓposito nostro, cùm hodie christianissimus Rex noster nõ cognoscat superiorẽ. c. per venerabilẽ, qui filij sint legitimi. quid fiendũ si ab eo petatur talis licẽtia cùm sit dux Burgũdiæ, & eã recusẽt dare, quid fiendũ? nã ad superiorẽ nõ est recurrendum, cùm superiorẽ nõ habeat, vt dictũ est, igitur &c.

Quæstio.

BIU Cujas

¶Videretur dicendum ꝙ esset melius & tutius ꝙ porrigatur supplicatio expositiua facti, & quòd petatur ꝙ iustitiam de seipso faciat, aut delegatos cõmittat q̃ de causa debebunt cognoscere, an videlicet princeps habeat iustã causam recusandi, necnõ: qui si recusauerit hoc facere, habeat recursus ad supremã eius curiam p̃ modum supplicationis & requestæ, vt saltẽ habeatur ratio quare princeps vult talẽ dñm priuare re sua. & si hoc possit facere curia, necnon, nunc nõ disputo, licet sit magnum & singulare dubiũ, † an suprema curia parlameti Parisiẽ. sit in his quæ tangunt vtilitatẽ publicã totius regni, & maximè in his quæ tangũt administrationẽ iustitiæ æqualis regi, & habeat eandẽ potestatẽ quam rex. hanc quæstionẽ determinauit dom. meus Ias. in quodã suo cõs. in casu aliàs emergenti, qđ me existẽte Papiæ vidi, vbi amplissimè ponit de potestate supremæ curiæ parlameti Parisiẽ. sed in hoc casu credo ꝙ si obtineri non possit à principe, ꝙ princeps, etiã si superiorẽ haberet, non posset cogi ad dandũ & cõcedendũ hãc licentiã. nã vt vidimus, habemus statutum nostrũ, seu cõsuetudinẽ nostram, quæ pro lege seruat, & vim legis habet de cõsensu & volũtate trium statuũ patrię, cuius cõsuetudinis & statuti effectus est clarus, ꝙ dñs dimittens signũ ꝓstratũ p̃ annũ & diẽ, non potest illud erigere sine licentia principis, ergo p̃ hoc est priuatus signo altæ iustitiæ. imò etiam posset dici, ꝙ sit priuatus exercitio altæ iustitiæ, maximè in eo qđ fieri debet in dicto signo. arg. eorum quæ dicit Bal. in c. vt nostrum. & ibi Phil. Decius extrà, de appel. vbi dicũt, † ꝙ cui aufertur signũ, aufert signatũ. hinc p̃ hoc dicũt, ꝙ si auferatur cãcellario sigillum, aufertur eidem officiũ cancellariatus: & notario sigillũ quo vtitur in chartis, nõ põt deinceps vti officio tabellionatus. & si militi signũ militię, aufertur eidem militia. cùm ergo dñs sit hoc casu priuatus, sicut à principio princeps non potuisset cogi ad dandũ signũ altę iustitiæ, sic nec nunc potest cogi qñ iterũ rediit ad suã primæuã naturã lege permittente & dictante, vt hîc antè dictum est, † princeps tamẽ licet sit superior, & nullũ recognoscat in superiorem, ita ꝙ cogi nõ possit, & sit solutus legibus, tamẽ vti dictamine rationis debet, & non est solutus à tali dictamine, vt dicit Bal. in l. aquã. C. de ser. & aqua. Et Barb. plura ad hoc allegans in cõsil. suo xlvj. in xiij. col. in ij. vol. vbi multa dicit, ad quę debent multum aduertere principes.

6 An parlamentum Parisiense sit æquale regi.

7 Cui aufertur signum, aufertur & signatum.

8

ADDITIO. Posset dici ꝙ cùm huiusmodi licentia sit de gratia, ad quam faciendam nemo cogi potest. no. in c. gratia, de rescriptis, in vj. & in cle. gratia, eodẽ tit. & per Matth. de affli. in simili casu, in constit. regni Siciliæ quæ incipit, si quis post litem. in vj. not. versi. rursus quærit hîc And. in j. lib. †

SEd quia hîc dr̃, ꝙ per priuationẽ, & remotionẽ, seu reuocationẽ signi reuocatũ est signatũ: & suprà dixi ꝙ signũ de quo hîc, signat & designat administrationẽ iurisdictionis: † an p̃ hoc dñs sit priuatus in totũ alta iurisdictione & mero imperio, an sit tm̃ priuatus exercitio iurisdictionis altæ, quo ad animaduersionẽ in corpus quo ad mortẽ, quę infligitur in illo signo: an verò possit in aliis casib⁹ administrare iustitiã in alia iurisdictione, vel etiã animaduertere in corpus in alio signo, vel in alio genere mortis, puta faciendo amputare caput, vel igne cõburere, vel proiicere in aquã, & alia huiusmodi. hæc quęstio hoc anno fuit mihi ꝓposita per quẽdã nobilẽ hui⁹ balliuatus, q̃ habebat in sua iurisdictione, & in manib⁹ suorũ officiariorũ quandã iuuenculã quæ necauerat partũ suũ, & qa signũ altæ suæ iustitiæ erat depressum à decem aut xx. annis, dubitabat, qũo deberet facere executionẽ. Credo primò ꝙ dñs in hoc non est in totum priuatus administratione iurisdictionis altę, imò, vt videmus cõiter, tales vtunt alta iurisdictiõe in omnib⁹, ꝓut faciebãt ante depressionẽ prætereq̃ in exercitio actus ad illud signũ: & hoc qa multę sunt species meri imperij & altæ iurisdictionis, de quib. in l. imperiũ, per Bar. Bal. Alex. & do. meũ Ias. ff. de iurisd. om. iu. & dixi s̃. in j. rub. in gl. ij. imò etiã videmus multos q̃ nunquã habuerũt signũ altæ iustitiæ, qui exercẽt tñ altã iustitiã & merũ imperiũ in omnib⁹ actibus, q̃ possunt exerceri sine illo: sed in actu in quo requirit executio ĩ illo signo depresso non põt exerceri alta iustitia, & hoc credo ꝙ cũ sit priuatus illo signo ꝙ redit ad primæuã naturã, & sic ad principem, vt s̃. dixi, ex quo hęc executio debet fieri p̃ officiarios principis in illo loco & in signo altæ iustitię balliuatus, & sic principis, p̃ rõnes supradictas in prin. huius §. in glo. *le signe*. qa cui cõpetit signũ cõpetit & signatũ. nunc verò p̃ prædictã negligentiã cõpetit signum principi, quo priuatus est dictus dñs, ergo eidem cõpetit signatum, & ita dixi prædicto dño: qui tamen volebat prædictam iuuenculã trãsportare in alium locũ, in quo habebat signũ altæ iustitiæ, sed erat alia iustitia & iurisdictio separata, & in illa nõ deliquerat, sed in illa in qua signum erat depressum: ex quo dixi ꝙ fieri nõ debebat: sed quia dubitabat ne in posterũ executio facta per principẽ sibi præiudicaret circa iurisdictionẽ & cognitionem, poterit protestari secundũ doctrinã Bar. in l. iij. §. vlt. ff. ad exhi. p̃ gl. ibi, dum deponit apud quem. s. ꝙ non intendit ꝙ non sit nisi causa depositi, & p̃ hoc non intendit suo iuri præiudicare. ille etiã dominus dicebat ꝙ habebat iuxta se quoddã signum, qđ erat cuiusdã vicini sui, an possit de volũtate illius dñi precariò siue commodatò illã sententiam in illo signo exequi facere. quidam dicebant ꝙ sic, quia, vt dicebãt, is dñs vsus est alta iurisdictione in faciendo processum, & ferẽdo sentẽtiam diffinitiuam, quę infert vltimũ suppliciũ mortis, & sic retinet iurisdictionem altã, ergo & eius executionẽ, vt. s. ci sit concessum cõsequens. cui est cõcessum antecedens. l. ij. ff. de iurisd. om. iu. dicebã ad hoc ꝙ etiã videbat, ꝙ nõ retinebat antecedẽs. s. cognitionẽ causæ criminalis & sententiæ, cùm cui ꝓhibeat cõsequens, ꝓhibet & antecedens. & etiã, vt dicit Sali. in l. iij. C. vbi causæ fiscales. † ꝙ cui denegat executio, etiã illi denegat cognitio. sed ad hoc respõderi põt, ꝙ hîc nõ ꝓhibetur consequens perpetuò, sed donec licentia principis fuerit obtẽta, & sic per hoc nõ ꝓhibetur antecedẽs, vt dicit Albe. de rosa. in d. l. ij. de iurisd. & in l. non dubiũ. C. de leg. & ideo erat tm̃ necesse respõdere ad cõsuetudinẽ nostrã, an p̃ hoc violaret nostra cõsuetudo. & videbatur ꝙ nõ, si bene verba illi⁹ inspicerent: qm̃ de hoc nihil disponit, ꝙ nõ erigat signum sine licẽtia principis, nec sonãt verba cõsuetudinis, ꝙ nõ possit executionẽ facere in territorio alterius de cõsensu illius dñi cuius est territoriũ: imò executionẽ mortis posset alio modo facere q̃ in signo furcarũ, puta in amputatiõe capitis, submersiõe, crematione, aut alio mõ. & ꝓ hoc facit, qa cõsuetudo nostra nõ debet extẽdi extra casum suũ, & verba sua, l. iij. §. hæc verba. ff. de ne. gest. qđ esset, si ita intelligeret. & ideo vt odiosũ tãq̃ iuris alieni priuatiuũ potiꝰ debet restringi, & iõ hoc casu recurremus ad simile de iure cõi. † & ideo cũ de iure cõmuni qs possit vti alieno signo seu sigillo, si nõ habeat proprium, vt notant docto. in c. ij. de fide instru. Bart. l. ad testium. §. si ab ipso. ff. de testa. vt dicit ibi, faciendo de hoc expressam mentionem. & Ioan. Fab. in §. possunt. insti. de

9 An vno signo iurisdictionis amisso, animaduerti possit in alio.

10 Denegata executione, denegata intelligitur & cognitio.

11 Signo alieno vti potest proprio carẽte.

BIU Cujas

insti.de testa.& Alex.in l.si vn°.C.de test.in rub.ff.sol. matr.ideo dicendū videbatur ꝙ pōt vti alieno signo de cōsensu & volūtate domini illius, cuius est alienū signum.Inno.in c.cùm inter.de sen.& re iudi.Intelli ge tamen dummodo nō in fraudē aut damnum alterius,vt per plura ponit Guil. Benedicti in sua repet.c. Rayn.in verbo,Raynu.de Clera.nu.59.de testamētis.

11. An qui signū furo carū amisit posſit ex equi in arbore.

NVnquid † autē posset hoc facere in quadā arbore,vt faciunt sæpe præpositi marescallorū Franciæ?dico ꝙ nō: quia adhuc hoc casu plus delinqueret sua propria authoritate faciēdo id qđ nō est signum, patibulare signū.& dicim° nos,ꝙ ista facultas seu potestas faciēdi suspendi aliquē in arbore spectat ad officiarios regios,& præpositos marescallorum, & hoc modo semper vsque nūc vidi vti & ita obseruari,& si dñs aliquis hoc faceret,credo ꝙ ita puniri deberet ac si signum depressum sua ꝓpria authoritate sine licētia principis erigeret. ¶Et licet p̄dicta opinio sit quodammodo sustētabilis de iure, & illam etiam in prædicto casu emergenti tenuerunt quidā aduocati Heduen.mouentes se prædicta ratione de alieno sigillo, & inducētes ꝓ corroboratione & confirmatione, ꝙ in hoc nullum versabatur damnum aut lucrū quo ad principem & dominum respectiuè pecuniarium:ego tamē semper fui in opinione, ꝙ executio debeat fieri in signo principis,eo ꝙ cui cōpetit signum cōpetit & signatū,& priuat° est dominus signo altæ iustitiæ,ergo & signato,& sic executione quæ fit in signo:vt tot operet oppositū in opposito, quot propositū in proposito, vt dicit Philo.ij. Ethi. & Fran.de Aret.in rub. ff.de acquir.pos.in ij.col.& audiui ꝙ ita aliàs fuit iudicatū,& erit vtilitas prīcipis in authoritate & honore: vt s.honor illi territorio i quo eius & signo criminosi pœnas patiuntur,& stant ꝓ rostris conspectibus trāseuntiū & aspicientium.ar.l.capitaliū.§.famosos.ff.de pœnis.qui indicāt ibi esse maximū iustitiæ exercitiū, & militare illud qđ habetur in l.j.ff.de iustit.& iure.s. ꝙ boni ibi ꝓuocantur & alliciuntur ad bene agendū, mali verò pœnis afficiuntur, & metu pœnarū à malè agēdo abstrahūtur.iuxta illud, Oderunt peccare boni virtutis amore, Oderunt peccare mali formidine

13 Crimina non debent manere impunita.

pœnæ.†& hoc est maximæ vtilitatis:cum reipublicæ interſit ne delicta maneāt impunita.l. ita vulneratus. ff.ad l.Aquil.ꝙ respublica sine administratione iustitiæ regi & gubernari non pōt, vt refert Aug. de ciui. Dei.li.vij.c.xix.dixi ṽ.in rub.hui° tit. ¶ Sed iuxta prędicta quæro,videmus ergo ꝙ executio hæc debet fieri in signo principis,& sic apud nos in ligno balliui,sed per quos officiarios debeat fieri executio prædicta,an per officiarios dñi qui iudicauerunt & condemnauerunt ad mortē,an ꝓ officiarios principis : & si fiat per officiarios principis, an debeāt iterū causam examinare?Luc.de Pen.in l.j.C.de priui.scho. li. xij. format

14 quæstionem,quæ est, † an si clericus cū causæ cognitione fuerit degradatus & iudici seculari traditus vt puniat, debeat iterū iudex secularis suā causam examinare.& vide Fel.in c.at si clerici.col.iiij.de iudiciis. & amplius dixi ṽ.v.in gl.*s'il n'a grace*,ver.octauò ergo fallit.& in additione ibi posita.& per tex.in §. si verò crimen.in auth.de sanctissimis episc.cum gl.videntur concludere quod in illo casu causa sit iterū examinā da.Ego tamen credo ꝙ hoc casu superior non debeat iterum causam examinare,cum si bene videantur tex. gl.& dicta Lucæ de Pen.in d.l.j.& aliorum doc. suprà alle.& ṽ.loquūtur,quādo iudex ecclesiasticus degradauit clericum, & remisit eum iudici seculari condēnandū, & non condemnatum. quo casu æquū est vt iudex secularis causam examinet.cùm nō solū habeat exequi, imò etiā habet cōdēnare, & ideo causam debet examinare.l.j.ff.de cust.reo. præsentib° iurisperitis.l.custodias.ff.de pub.iu.& aliis seruatis,de quibus per eundē Luc.in d.l.j.in iij.& iiij. col. hîc verò habet solū cōdemnatum exequi,in qua executione non requirit° causę cognitio. & ideo dicit Sali. † ꝙ cū hodie

15 Inquisitor hæreticæ prauitatis potestatem habet cōdemnādi hæreticum.

de iure canonico īquisitor hęreticæ prauitatis habeat potestatem cōdēnandi hæreticum, ꝙ si condemnatū remittat iudici seculari,ꝙ causa nō est amplius examinanda.ita dicit in l.ea quidem.in princ.versic.decimò quæro.C.de accu.Et ita etiā tenet Ang. Aret.in tract. maleficiorū.in gl.necnon ad denūtiā.in iij.& iiij. col. versi.quæro an denūtiatori credatur,qui ponit verbā Sali.de verbo ad verbū.& vide do.meum Ias.in l.magistratibus.in fi.ff.de iurisd.om.iud.Ex quibus videtur dicendū, ꝙ iudex superior qui habet exequi ex causis & rationibus suprādictis:cum iā causa sit examinata, & condemnatio cum causæ cognitione facta, & inde sequuta,non debet iterum causam examinare.

VLtimò † est videndum quæ pœna sit introducta

16 Furcas sine licētia principis erigens quo modo puniatur.

contra eos,qui contra huiusmodi cōsuetudinem seu legē municipalē signum altæ iustitiæ depressum per annū sine licentia principis erigunt,seu erexerūt. nam hic §.noster nullam pœnā imponit,ergo videtur ꝙ etiam nullā debemus imponere. dicam statim. sed primò vidēdum est, an in foro cōscientiæ peccare dicatur? & videtur ꝙ sic.c.translato.de const. ex quo lex nostra municipalis hoc ꝓhibet,† cū principi seculari

17 Principi obedien dū sub pœna peccati mortalis.

sit obediēdū sub pœna peccati mortalis.c.ij.de ma.& obe.& illud habet locū etiā in statuto municipali, vt dicit Dñicus de S.Gemi.in c.ij.in gl.de consti.in vj. & Phil.Decius in c.nam concupiscentiā.j.col. de consti. vbi de materia,qñ veniēs contra legem aut præceptū legis peccat mortaliter. & ibi ponit ꝙ magis est verū quando lex loquitur negatiuè,prohibēs ne fiat. ¶Sed quo ad forum iudiciale qūo puniatur qui cōtrauenit huic nostræ legi municipali, dico primò ꝙ nihil egit: quoniā quæ fiunt contra legem,pro infectis habētur, & carent effectu.l.non dubiū.C.de legi.cū vul.& dicā ṽ. in tit. *des droicts & appartenances à gens mariez. §. le mary & la femme peuuent.* in gl. *ne peuuent.* & vltrà erit sibi pœna,ꝙ amodo illud īpetrare nō poterit, ex quo spreuit legem prohibentē posse erigere,quia cū spreuit legē,quæ prohibet posse fieri sine licentia principis,in hoc puniri debet:quia nūquā hoc auxilio legis vti poterit,ꝙ possit erigere, etiā cū licentia principis, ar.l.auxiliū,in fi.ff.de mi.l.fi.§.si verò postquam.C.de iur.delib.c.bonæ.de ele.quæ regula potissimū intelligitur in eo facto i quo contēpsit. cùm ergo in hoc legem nostram municipalē contempserit, eius auxilio vti nō debebit.imò etiā faciūt iura,† quæ dicunt legē vnā contemnentē nūquā iuuari posse quacunque alia lege.ita vult gl.in l.viro atque vxore.ff.sol.matri.licet

18 Legem vnam con tenēs nulla alia iuuari debet.

gl.in c.quia frustrà,de vsur.dicat† ꝙ cōmittens in vnā legē,ampli° illa vti nō possit, aliis aūt sic.& dicit Inn. quē sequit° do.Anto.in c.intelleximus. de adul. † ꝙ si lex habeat diuersa capitula,cōmittēs in vnū non p̄dit beneficiū alterius capituli, imò si lex non habeat nisi vnū capitulū, cōmittens in vno facto cōtra illam legem, poterit vt illa lege in alio facto,vt puta priuatus potestate impetrandi signū propter spretū statutū in vna terra,licet sit contrauentū per eum legi, tamē ratione alterius terræ nō priuat° impetratione: tamen omnes in hoc resident,quòd in eodē facto & capitulo spernens legē priuatur eius auxilio in illo capitulo & facto;sic ergo dicēdum erit, ꝙ qui spreuerit legem

19 20

BIU Cujas

ſiue ſtatutum, priuetur in eo ꝙ priuatur quò ad illũ actũ, quia priuat̃ ſigni erectione impetrandi, imo etiã ꝙ erectum demoliri debebit vt cõtra legẽ factum, & iure illius habẽdi perpetuò priuatus remanebit. ¶ Videretur tñ contra hoc obſtare, ꝙ nunquã habet̃ locũ pœna priuationis, niſi lex expreſsè dicat. tex. eſt in §. cũ igit̃, in auth. de nõ eli. ſecũ. nu. per quẽ ita not. Bal. in auth. ex teſtamento. C. de ſecun. nup. Alex. in l. etiã. §. j. in iij. col. ff. ſol. matr. do. meꝰ Iaſ. ſolet allegare bonũ tex. in l. at ſi quis. §. diuus. ff. de reli. & ſump. funerum. vt dicit in l. diuortio. in §. ſi fundum. in iij. col. ff. ſol. mat. ſed ante eum allegaui Bal. & Alex. in locis hîc antè allegatis. de qua regula per eundem do. meũ Iaſ. in l. ſi quis maior, in ij. col. C. de tranſac. & in l. j. C. de tranſac. & in l. qd̃ in te. in xij. col. ff. ſi cert. pet. Alexã. in conſi. ſuo ciij. in pen. col. in j. vol. do. meus Iaſ. in auth. non licet. in ij. & iij. col. C. de liber. præte. Felin. in c. tranſlato. in pe. col. de cõſtitutionibus. & in c. ex. parte. in j. & ij. col. de reſcriptis: & ĩ c. at ſi clerici, in ij. col. de iudi. Corſe. in ſuis ſing. in verſic. arbiter. in quadã additione. cogita, quia eſſet quid extraneum, quod priuaretur poteſtate & facultate impetrandi.

SEd poſſet dici, ꝙ ex quo delinquit cõtra legem, ꝙ poſſet puniri arbitrio principis vel iudicis ꝓ delicto per eum cõmiſſo, quoniã contra legem fecit: nam clarum eſt ꝙ faciens contra legẽ, dicitur delinquere, ſecundum no. per Bart. in l. nõ dubium. C. de legi. ita ꝙ punitur arbitrariè quando pœna non eſt inſerta in iure, ꝓ regulã l. j. §. expilatores. ff. de effra. & expil. ſecundum Bal. in d. l. non dubium, & in l. nemo. C. de ſac. ſan. eccl. & ꝓ Io. An. in c. relatũ. ne cle. vel mona. & Arch. in c. denique. iiij. diſt. & in c. violatores. xxv. q. j. & per do. meum Iaſ. in d. l. non dubium. in ij. col. in ij. not. & faciũt quæ dicit Ang. in addi. ad Bar. addit. iij. C. de the. li. x. vbi ſingulariter ponit † qua pœna punietur contẽptor mandatorũ Regis aut principis, & tandem concludit ꝙ punietur arbitrariè: ſic ergo erit in hoc caſu. & hîc incidenter poſſet quæri, an nõ obedientes præcepto iudicis, & illud contemnentes, etiã ſi fiat ſine cauſæ cognitione, poſſint puniri: ſed vide Guid. papæ q. ſua ccclix. vbi dicit ꝙ ſic, dummodo inqueſtentur infra annum: quia poſt annum à tempore præcepti nõ poſſunt inqueſtari: ſed aduerte de eo qui non obediuit arreſto de eo facto, vt quotidie de criminalibus in Gallia, vt per Iaco. de bello viſu in practica iudic. in crimin. in tit. de capt. in fine.

21 Mãdata Regis contemnens quomodo puniatur,

ADDITIO. Aduerte tamen quod ſufficit habere iuſtam cauſam non implendi præceptum principis, vt dicit Matth. de afflict. in conſtit. regni Siciliæ, quæ incipit, officialibus, in fine. Et de contemnente mandatum principis, vide amplè per eundem Matth. in conſtit. regi Siciliæ, in præfatione, ſeu in proœmio, in gl. in verbo, mortalitate. & in conſtit. quæ incipit, caſtellanis, ponit quomodo aliquando licet ex iuſta cauſa excedere formam mandati apoſtolici. †

ET redeundo ad propoſitũ quæſtionis noſtræ, credo ꝙ adhuc alia pœna puniri poſsũt qui hoc modo erigunt furcas ſine licentia principis, quia poſſunt puniri pœna capitis, vt dicit Bal. in l. data opera. in iiij. & v. col. C. qui accu. non poſ. vbi dicit, ponendo caſus in quibus imponitur pœna mortis. ¶ Itẽ quoniã ſua authoritate erigit furcas, vel cùm ſit priuatus vtit̃ imperio, vel inſignia ſeu repræſentantia magiſtratũ gerit, quia iſtud eſt crimẽ læſæ maieſtatis. ff. ad l. Iul. ma. l. iij. §. fi. l. eos. §. qui ſe. ff. de fal. ¶ Sed ſuccedere poſſet alia quæſtio, videlicet de illo qui facit contra mẽtem legis, puta ſi habeat ſignũ depreſſum, fecit executionẽ in arbore ſeu pilari, aut in igne, aut ĩ alieno ſigno, & nõ in ſigno principis, quod fieri debet, vt ſuprà dixi. & hoc caſu credo ꝙ ſit fraus ſtatuto ſeu legi noſtræ municipali, cùm mens noſtræ legis municipalis ſeu ſtatuti ſit priuare dñm executione iuſtitiæ in ſuo territorio, vt dixi ſuprà. & ideo cùm veniat contra mentem legis, in illã incidit. l. non dubium. & ibi Bart. & Bal. C. de legi. & ꝓ Bart. Bal. & Sali. & Alb. de Roſa. in l. fraus. ff. de legi. licet enim hæc noſtra conſuetudo non dicat expreſsè, ꝙ hæc fieri non debent: tamen ex quo talis eſt mẽs noſtræ cõſuetudinis, quod fieri noluit, etiam ſi non velit, tamẽ dicitur fieri fraus noſtræ cõſuetudini, ſi fiat, d. l. fraus. vbi text. ad literam, quæ fraus non eſt impunibilis. d. l. fraus. & d. l. non dubiũ. etiã licet ſit tantùm contra mentem, ſecundum Bart. in l. cõtra legem. ff. de legi. & hoc caſu cùm eſſet facere fraudem de verbis ad ſententiã, non licet hoc impunè, vt dicit Bar. in dictis locis, cùm nedũ verba legis ſint inſpicienda, ſed etiam mens. facit l. ſcire leges. ff. de legi. quæ omnia etiam procedunt in ſtatuto, ſecundum Bar. in d. l. contra. quoniam, vt dicit ibi Bar. ratio & mens in ſtatuto & conſuetudine eſt ſeruãda, ſecundum etiam Dy. in reg. c. fi. de reg. iur. in vj.

Quæſtio.

Des confiſcations.

RVBRICA II.

Continuatio rubricæ

VIdimus ĩ titulo præcedẽti, de iuriſdictione, & eius effectibus ſeu iuribꝰ, maximè meri iperij, cuius effectus eſt vltimũ ſupplicium. Et quoniam vltimi ſupplicij cõfiſcatio eſt conſequẽs, & cõſecutiuũ in caſibus certis à iure, & in aliis dubitabilibꝰ: ideo ad tollẽdas dubietates & ambiguitates in hoc de iure exiſtẽtes, ſtatuẽtes noſtri voluerũt ſtatuere quid obſeruari debeat in confiſcationibus, hunc titulum poſt præcedentẽ annectendo, ſtatuendo quando ſit fienda cõfiſcatio, cui applicari debeat, de qbus bonis ſit fiẽda, vt in diſcurſu huius tituli videri poteſt. ¶ Iſte titulus ponitur in conſuet. comitatus Niuernen. dicam infrà in §. j.

Confiſcationis ſynonyma.

ET pro maiori notitia & declaratione eorum quæ infrà dicẽtur in hoc titulo præmitto, ꝙ habemus in iure confiſcationem, annotationem, deſcriptionem, publicationem, & tandem incorporationem. Quæ, licet videantur idem ſignificare, tamen aliqualiter differunt, & aliquando & ſæpe pro eodem accipiuntur, licet ſint diuerſa, vt infrà dicam: ſed ad vnũquodque illorum deueniens dico, † quod confiſcatio

1 Confiſcatio quid.

eſt vniuerſalis auctio omnium bonorum, vel alicuius quotæ, prout facit tex. in l. recuſare. §. ſi fiſco. ff. ad Trebel. & l. j. & ibi no. C. de fideiuſ. ita dicit Areti. in rubr. de iudic. in iij. col. & tantum eſt dicere confiſcatio, quantum ad fiſcum applicatio.

2 Fiſcus quid.

ET dicit̃ † fiſcus burſa publica, in qua publica pecunia reponit̃, quæ olim in marſupio reponi ſolebat, quòd cum nõ ſufficeret, poteſt reponi in ſacco, qui fiſcus dicitur. Ita exponit gloſſ. in l. in prouinciis. C. de nu. & actua. Et eſt quædam differentia inter fiſcum & ærarium: quoniam, vt videmus, etiam hodie apud nos ſunt duplices ꝓcuratores principis. † Vnus

3 Procurator fiſci quid.

eſt qui dicitur procurator fiſcalis, qui procurat vt fiant confiſcationes in caſibus, in quibus de iure debent fieri, de quibus dicam infrà. Et de iſto aliàs cum fuiſſem interrogatus à tribus procuratoribus regiis, vt vellem eis dicere quale eſſet eorum officium, & quomodo propriè diffiniri debet, dixi quòd ſi eiſdem

dem dicerem diffinitionem illorū secūdum q̄ ab exercitio ferè omnes ꝓcuratores assumpserūt. vnde eis ioco dixi† q̄ ꝓcurator regi⁹ seu fiscalis erat vir parū placidus, omnibus inuisus, Deo odiosus, parum, aut nihil æquitatis in se habens. q̄d an sit verū, Deus scit. ¶Sed huic videtur cōcordare Bal. in l. executorem. C. de exc. rei iu. vbi dicit, q̄ fiscus est durę ceruicis, rigorosus, nunquā vel rarò æquus, largum habēs stomachum, vt dicit Bal. in tit. de feudo marchiæ. §. j. vbi ēt dicit, q̄ fiscus est reipub. stomachus, saccus & firmitudo, qui licet sacratissimus diceretur. l. omnes. C. de quad. præscrip. hodie tamen sceleratissimum censemus. dicit Luc. de Pen. in rub. C. de iure fis. in fi.

4 Procuratoris fiscalis germana diffinitio.

ADDITIO. Et idem Luc. de Pē. in l. quicunq; in ij. col. C. de omni agro deser. li. xj. dicit q̄ fisc⁹ assimilatur stomacho, à quo mēbra singula recipiūt incrementū, sic fiscus debet expendi ad necessitates publicas, maximè in literatis qui coadiuuāt principē ad iustitiā administrandā, ad q̄ est prępositus tanquā marit⁹ reip. ac illius administrator, vt dicit & refert Matt. de affl. in præfat. cōst. regni Sicilię, in xv. q. vbi quęrit an leges habeāt fiscū. ¶Et vt dicit G. Benedicti in repet. c. Rayn. in verbo, mortuo itaq; testatore, primo. nu. 14. de testa. à suis manib⁹ liberet nos Domin⁹. De huiusmodi ꝓcuratoris officio aliquid suprà, tit. ꝓximo tactū est in §. v. in gl. *s'il n'a grace*, nu. 68. ¶ Et cum hæc dixissem, petierūt & interrogauerūt me, vt eis dicerē diffinitionem aduocati fiscalis, q̄d tunc feci, sed nunc nō recordor, cum sim aduocatus regius. †Et dr̄ cōfiscatio, quasi cū fisco associatio, eo scilicet quia fisco applicari debet q̄d fit variis modis, de q̄bus infrà dicetur. ¶†Alius autē est procurator, qui dicitur procurator Cæsaris, qui ꝓcurat vt ea quæ sunt de patrimonio principis, reponāt in ęrario principis, de quo alibi dicetur. ¶Ad vnum tn̄ est aduertendum anvnus possit exercere officiū alterius, & sic cū princeps habeat multa iura quę sibi cōpetūt iure fisci, & sic requritur q̄ bona fuerint cōfiscata, an ꝓcurator Cæsaris, †qui dicitur nūc ꝓcurator domanij principis, possit illa prosequi & petere vt illorū fiat cōfiscatio, vt sunt casus de quibus infrà dicetur. ¶Et in casibus qui quotidie possunt euenire in bonis condēnatorū ad mortē, in bonis aulbanorum & bastardorū morientiū ab intestato sine hęredib⁹, an hoc casu mortuo aulbano seu ambano, vel bastardo possit ꝓcurator domanij, hoc est Cęsaris ponere illa bona ad manū principis, an verò requiratur primò q̄ ad requestā ꝓcuratoris Regij seu fiscalis declarētur confiscata, seu cōpetere Regi? nolo aliud disputare, sed dic q̄ ad hoc vt procurator domanij possit se intromittere in talib⁹, in quibus requiritur cōfiscatio, q̄ procurator fiscalis debet procurare vt declarentur esse cōfiscata, & Regi competere, & post dictā declarationē procurator domanij, seu quęstor, qui dicitur receptor, illa authoritate, aut ad requestam ꝓcuratoris domanij, incorporabit quibus incorporatis, si post modū fiat querela super illis, ad ipsum spectat defensio, & nō antè, & antè in casibus infrà positis, debet eidem audiētia denegari: quod tantum est dicere, q̄ debet reiici, *par fin de non receuoir*. & hoc est satis clarū, †quoniā fiscus non habet ius nisi à die sententię, quæ cōfiscat ipsa bona, vt dicit Bar. in l. post contractū. ff. de dona. & dicam infrà latius ad oppositionem, vbi demōstrabo q̄ bona quæ debēt confiscari nō sunt de patrimonio principis, nisi post confiscationē, si nō sint de patrimonio, nō incorporata fisco, & nihil habet cognoscere procurator domanij, cū sint penit⁹ diuersæ eorū cognitiōes, & sint duo officia penit⁹ diuersa & separata, cū †ꝓcurator Cæsaris, qui hodie dicitur domanij, tantū habeat cognitionē eorum q̄ ad principē cōpetunt rōne successionis suorū parētū & sui patrimonij, q̄d ei cōpetit tanquā priuato, vel si instituat hęres tanq̄ priuat⁹, vel haberet bōa antequā esset imperator, vel rex in regno ratione sui regni, ꝓcurator verò fisci est ꝓcurator bonorū q̄ habet tāquam princeps, vt sunt in casib⁹ infrà dicēdis. vt dicit do. meus Ias. in l. ff. de offi. ꝓcu. Cæs. in prin. ¶Et aduerte q̄ si fiscus habeat aliqua bona p cōfiscationē, aut aliàs in eis succedat, vtiť tātū iure priuati. l. fiscus. ff. de iur. fisci. vide Guid. papę in q. ccvij. vbi alleg. Bar. in l. hi quos. C. de conue. fisci debi. lib. x. & ibi Barto. Et ideo receptores in castellaniis regiis, quas rex habet aut per cōfiscationem aut per successionem, non habēt priuilegia cōtra debitores emendarum, prout receptores regij in balliuatibus regiis. ita dicit Ioan. Sanxon in consuet. Turon. in tit. *Des droicts du peage*, art. iij. fol. 50.

5 Procuratoris domanij officiū.

Procu. fisc. officium.

ANnotatio verò † dicitur bonorum descriptio, & quoddam impedimentum alicui in bonis datū propter contumaciā, vt putaquādo aliquis de aliquo crimine in iudiciū euocatus se absentat, nolēs ad iudicium venire: nā eius bona ad manū iustitię ponūtur, & dicūtur annotari: vt si infra annū venerit, & se purgauerit, sua bona recipiet: si verò non venerit, publicabūtur: & sic annotatio erit quędā compulsio ad cōparendū: & casu adueniente verificationis delicti, quędā prępparatio ad confiscationē. debent tamē incorporari per officiales ante xx. annos. aliàs fisc⁹ illa perdit & repellit ab illorū incorporatione. tex. est in l. ij. & iij. ff. de requi. reis. & per Ang. in l. j. C. de requi. re. in vlti. verbis. ¶Et quāto tępore fiscus repellatur à petitione rerū vacantiū & confiscatarū, habetur in l. inter quatuor. & in l. in omnibus. ff. de diuer. & tęp. prescri. per Bar. in l. j. C. de bo. vac. li. x. per Ange. in l. j. C. de qua. prescrip. & in l. ij. C. cōmunia de vsuc. & dicit Ang. in d. l. j. C. de requi. re. q̄ annotatio tantū debet fieri in causis criminalibus, in quibus fit publicatio bonorū. In aliis autem causis criminalibus, vbi nō venit publicatio imponenda, bona nō sunt ad manum curię ponenda, quantūcunq; reus sit cōtumax. Iudices tamen nostri tęporis aliter faciunt, & ꝓ contumacia faciunt subhastari bona. secundū l. fin. C. de requi. re. de qua annotatione habetur in l. j. & per totum illum tit. ff. de req. re. per Bar. qui ibi declarat q̄n fieri debet annotatio. in l. inter. in fi. ff. de pub. iu. & quomodo fieri debeat habetur in l. j. ff. de requi. re. & in l. fi. eod. tit. dicitur q̄ bonorū annotatorum debet fieri descriptio & obsignatio. Et exponit ibi descriptio. i. sub sigillo poni, ne diminuantur. & istud est ponere sub manu Regis aut alterius iustitiæ, ne pereant. & facit etiam l. j. §. pen. ff. de ven. in pos. mitt.

10 Annotatio quid.

11 Annotatio quādo locum habeat.

ADDITIO. Dicit tn̄ Matt. de affl. in constit. regni Sicilię, quę incipit, grandis vtilitas, in ij. li. in iij. no. q̄ annotatio fieri nō pōt, nisi in causa criminali, in qua venit imponēda pœna capitis. Et aduerte q̄, vt dicit in vij. not. in fi. ista annotatio etiam potest fieri ante contractum contumaciam: ad effectū ne res fisco defraudētur & occultentur, vt sentit Bar. in l. post contractum. circa fi. ff. de dona. ¶ Et ideo secundū hîc antè dicta, descriptio est quędam pars annotātium necessaria, vt scilicet facta annotatione, fiat descriptio ad custodiam bonorum, ne pereant. & dicit Ang. in l. j. C. de requi. reis, q̄ annotatio fit per hæc verba, Pono bona talis in bāno, eo q̄ non comparauit ad suam defensionem fiēdam infra terminos sibi assignatos.

Annotatio ante contumaciam.

Alia

BIU Cujas

12 *Descriptio quid.* ALia† autē est descriptio, de qua habetur in l. facultas. C. de iur. fisci. lib. x. de qua etiam meminit Bar. in d. l. fi. ff. de requi. reis. quæ quidē descriptio est propriè publicatio seu incorporatio ī patrimonio fisci: vt depingere arma fiscalia in domib⁹ & possessionibus aliorū. & dicit Ang. in l. si quis. C. de bo. ꝓscri. & dān. ꝙ qñque fit descriptio p modū incorporationis: & ista nō pōt fieri nisi causa cognita, nec lite pēdēte, vt tenet Bar. & Ia. Rebuff. in d. l. facultas. Quandoq; verò fit vt habeat notitia rerū, & tūc ēt fieri pōt pēdēte lite, vt dicit Ang. in l. si quis. *la premiere*, C. de bo. ꝓscri. & dān. Si tñ interesset eius cōtra quē fieret talis descriptio, ne pōpa eius patrimonij pādereť, aut eius miseria, tūc nō debet fieri. l. j. C. quib⁹ & qñ quarta pars debeť. faciūt not. in l. ij. C. de seruis fugitiuis.

13 *Publicatio quid.* PVblicatio† verò vī in idem incidere qđ confiscatio, de qua suprà dictū est: & his duobus confusè vtunť legistę. tñ credo ꝙ sit aliqualis differētia, vt sci licet publicatio paulò fit pīguior, & plura cōplectať: nam etsi multis modis dicatur confiscari, tñ res confiscata egebit aliqua publicatione, vtputa quadā examinatione & declaratione per notariū, secūdum qđ videť notari in l. si quādo. C. de bo. vac. lib. x. vbi text. vtitur verbo, publicatio, & magis videtur illud verbum comprehendere ibi incorporationē, quàm cōfiscationem. de qua incorporatione videndum est.

14 *Incorporatio quid* INcorporatio† it aq; est, vt ex dictis per Bar. in l. j. §. eligitur. ff. de ven. in pos. mit. quædā facti executio: vt s. qñ res est declarata ad fiscum, & dř cōfiscata. i. ad fiscū ꝓtinere, & talis est declarata, & sic publicata & descripta, obseruatis de iure obseruādis, ad fiscū trāsfertur. ipse tñ Bar. in l. fi. C. de bo. vac. lib. x. dicit ꝙ dř fieri incorporatio qñ fit descriptio p habentē ad hoc potestatē in libro, in quo aliæ res fiscales sunt descriptæ: & facta illa descriptione in libro rerū fiscaliū. & dicit Ang. in d. l. si quis. C. de bo. proscri. seu damn. ꝙ prima īuestigatio bonorū publicati spectat ad iudicē publicantē: & illā īuestigationē in scriptis redactā cū singulari designatione bonorū, dict⁹ iudex debet tradere ꝓcuratori fiscali qui est in loco. apud nos verò fit per iudicē, aut eius greffarium vocato ꝓcuratore fiscali, & præsenti, qui illā postmodū tradit quęstori. i. receptori regio, & deinde p ipsum receptorē fit relatio dominis de cōputibus, qui illā describūt aut describere faciūt in registro rerū fiscalium. & cū ita sūt registrata, dicunť incorporata in fiscū. Ita est casus in d. l. si quis, *la premiere*, & ibi dicit, ꝙ etiā si nō fieret tale registrum, adhuc posset alio mō fieri īcorporatio: puta per affixionē armorū principis in parietib⁹, sed iste mod⁹ nō est in vsu apud nos, quò ad incorporationē, sed solùm fit in annotatione. Alium modū dat Bar. in l. fi. C. de bo. vac. s. qñ habens potestatē confiscādi, hoc expresse declarat: qa dicit, tales res habeo & teneo pro cōfiscatis & incorporatis. nō credo hoc esse verum, nisi fiat à iudice qui habet potestatē hoc faciendi cū causæ cognitione, vt dicitur in d. l. facultas. & ꝑ Ang. in d. l. si quis. & in d. l. fi. C. de bo. vac. & iste est propriè modus qui apud nos seruatur, cū semper dicatur per sententiā iudicis, ꝙ talia bona declarētur cōfiscata, ita ꝙ p receptorē regiū regent & gubernabunť à cætero. & hoc mō dicitur incorporatio illorū facta in patrimonio prīcipis, & ꝓpterea Imperator nō sine causa, in d. tit. C. de bo. vac. li. x. post duo mēbra, scilicet de bonis vac. q̄ confiscanť, & fisco applicātur: vt ibi, & in d. l. j. ff. de iu. fisci. & dicā infrà, adiecit & de incorporatiōe, vt denotaret incorporationem aliquid plus esse quàm cōfiscationem, imò esse quandam executionem facti ad ius confiscationis.

15 *Fisc. res modis* ITem† pro notitia huius materiæ, præmittendū est ꝙ res fiscales cōsiderātur multipliciter: vno modo, eo ꝙ sunt vacātes & cōfiscabiles, vno ex modis in iure expressis, de quibus in l. j. ff. de iure fis. quæ & si nō sint adhuc in fiscum delatæ, tamen dicuntur fiscales.

ALio modo considerantur fiscales quādo vno ex modis in iure expressis sunt in fiscum delatę. ꝙ si fit per denuntiationem officialibus fisci factā, de qua denuntiatione habetur amplè in d. l. j. de iur. fisc. & in tit. C. de dela. & de his qui se deferunt, lib. x.

ALio modo considerantur res fiscales etiam post denuntiationē, sed ante incorporationem in fiscum, & alio modo post incorporationē, quæ omnes considerationes multum operantur, secundū qđ infrà dicetur. ¶ Aduertendū est etiam, ꝙ rub. nostra est generalis, & tamen nigrū solùm cōprehendit vnum casum confiscationis, licet multiplices sint secūdum no. in d. l. j. ff. de iu. fis. & dicam infrà de pluribus.

§. PRIMO.

QVi confisque le corps, il cōfisque les biens : & appartient la confiscation au seigneur haut iusticier, soubz lequel sont les biens du criminel.

IDem in ducatu Borbonij. & consuetudo Niuerñ. vult ꝙ domin⁹ bassę iustitiæ habeat lx. solidos. idem in prępositura Parisieñ. vt hîc quo ad prin. ¶ Iste §. diuiditur in duas partes. in prima parte ponit vnam regulā generalem, q̄ dupliciter potest intelligi, secundū quòd duo intellectus dari possunt: secundum ꝙ verbū, *cōfisque*, sumi possit adiectiuè & passiuè, & relatiuū, *qui*, referat dominiū, vt sit sensus in primo: dominus qui confiscat per suam sententiam, scilicet corpus criminosi, cōfiscat etiam bona criminosi. secūdū quem intellectum de hac consuetudine est tex. in l. j. C. de his qui latro. occul. ita not. Barb. in cōs. xj. in viij. col. in j. vol. vbi dicit, ꝙ qui potest arbitrari pœnam mortis, pōt cōfiscare bona. † ꝙ in hoc articulo quis possit facere cōfiscationem bonorum, dic ꝙ tex. in l. vnica. C. ne sine iussu prin. dicit, ꝙ nemo potest facere cōfiscationem ex officio prętер legē, nisi is qui est in suprema potestate, vt est Imperator, Rex, vel Dux, vel nisi expresse habeat ab illis potestatē, ꝓut dicit Bal. in l. fi. ff. de offi. præsi. eo ꝙ talis publicatio est meri iperij & de magno iperio. aut verò publicatio bonorū seu confiscatio venit principaliter de p se ex legis dispositione, & talis potest fieri per quēlibet iudicē habētē merū imperium, ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. & in auth. de ince. nu. in prin. C. de ince. nu. l. qui cōtra. aut verò confiscatio venit in cōsequentiā, puta per deportationē, prout dicit l. deportatorum. C. de pœnis. & tunc qui potest deportare, potest cōfiscare. d. §. ꝙ vniuersas. & ff. de leg. iij. l. j. §. à prefectis, qñque lex nō statuit de cōfiscatione bonorū, sed iudex habetur ex officio & libero arbitrio, quod habeť in extraordinariis criminib⁹: vt in l. j. §. effractores. ff. de effra. & expil. vel etiam in ordinariis per accidens. l. hodie. ff. de pœnis. aut verò oīa bona cōfiscare quasi habeat hoc ex arbitrio: vt l. etsi seuerior. C. ex quib. caus. irrog. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infa. & tunc hoc non potest, nisi sit de

summis

BIU Cujas

summis magistratibus, vel nisi cõsulto & permittẽte principe. ita dicit Azo, in sum. C. ne sine iussu prin. & idem Odoffre. Cy. & Bal. in d. l. j. C. ne sine iussu. & me assidente capitaneo iustitiæ Mediolani vidi ꝙ capitaneus habens liberũ arbitriũ in criminalibus facit indistinctè cõfiscationes omnium bonorũ in oĩbus delictis, tã ordinariis quàm extraordinariis, & etiã facit banna in *hauere*, & persona, hoc est ꝙ facit banna sub pœna cõfiscationis bonorũ, quia est maior magistratus in ducatu Mediolanensi, & ab eo non appellatur.

2 Banna à quibus fieri possint.

DIcunt tamen doctores, † ꝙ talia bãna nõ possunt fieri ab habẽtib⁹ liberũ arbitriũ, nisi hoc habeat ex amplitudine potestatis, secundũ gl. multũ singulariter in auth. de armis, vt dicũt Bal. & Ang. in d. l. j. C. ne sine iussu. ita etiã tenet Io. de Ana. in c. vergentis. in fi. de hære. Bal. in suis statutis in verbo, confiscare. Hæc pœna hodie apud nos p balliuos regios fit, & practicat, quia fiunt prẽcepta ad pœnã corporis & bonorũ, quod tantum est dicere quantum in *hauere*, & psona.

A peine de la hart.

SEd etiã, vt videmus, adhuc alia practicatur, scilicet, *à peine de la hart*, quod tantũ est dicere ac si commisisset crimẽ qđ tangeret principẽ aut rẽ publicam, & hac pœna seu hoc præcepto solũ vtũtur ex cõi obseruãtia principes, aut gubernatores patriarũ. seu Locũtenentes regij generales in patria eis cõmissa, & qñq; senatus, sed rarò, & sæpe fit, seu solet fieri in his quę cõcernũt principẽ aut statũ patriæ seu reipublicæ, ex quo etiã capitanei Frãciæ solẽt istud præceptũ facere, seu istã pœnã cõminari suis armigeris qñ sunt in exercitu. ¶ Itẽ quæro ꝓ maiori notitia huius primæ partis, an si Christianissimus Rex nr̃ Ludouicus xij. in ducatu Burgundiæ cõcesserit alicui cõmissario liberũ arbitriũ procedendi cõtra aliquẽ extraneum, qui non est de ducatu, reperitur tamen in dicto ducatu ꝓ delictis alibi cõmissis, si condẽnatur ad mortẽ, an possit eius bona cõfiscare, secundũ qđ dictat hæc nostra cõsuetudo, vt videmus nũc. quod fuit factũ in præposito marescallorũ, qui Diuione ex commissione Christianissimi regis fecit processum cõtra Ludouicũ preuost capitaneũ peditum, qui, vt dicit, multa delicta cõmisit extra ducatum, an ex quo eum ad mortẽ condẽnauit, possit bona eius cõfiscare. Bal. in l. j. C. ne sine ius. prin. & in c. j. de treu. & pa. videt tenere ꝙ nõ. de veritate cuius vide do. meum Ias. in l. ij. in vlt. col. C. qui te. fa. pos. ¶ Sed iterũ quæro, nunquid Balliui, aut eorũ Locumtenentes possint facere confiscationes in non dispositis à iure? videtur dicẽdũ ex prædictis, ꝙ in dispositis à iure principaliter, quod est in Burgundia, vbicunq; confiscatur corpus ꝓpter delictũ, confiscant & bona, & hoc casu possunt balliui facere cõfiscationem. Idem in aliis qui veniunt per cõsequentiã, vt dictum est. in aliis verò videretur ꝙ nõ possint facere ex prædictis. & idẽ põt dici in omnibus iudicibus habẽtibus merum imperium, hoc est qui habent iurisdictionẽ altã, mediã & bassam: cùm vt dicit Raph. Fulg.

3 in consi. suo j. inci. illustris dominus comes Papiæ. † ꝙ dñs habens merũ & mistum imperiũ, & omnimodã iurisdictionem in hominẽ suum, potest pro delicto ei imponere pœnã mortis, & confiscationẽ bonorũ. & istud refert & sequit̃ do. Iacob. de S. Georgio in tract. suo de Roydis. in iij. col. ibi, sed circa hoc dubitatur.

4 Secundus intellectus huius consuetudinis.

ALio & secũdo † modo potest intelligi nostra consuetudo, & datur alius intellectus secundum⁹ quẽ verbũ, cõfiscat, sumitur passiuè, & relatiuũ, qui, refertur ad criminosum, vt sit sensus, criminosus qui cõfiscat passiuè, scilicet corpus, etiã confiscat bona sua: & vterque sensus est bonus. ego tñ credo ꝙ mens statuẽtium fuerit verba illa sumi passiuè: & de hoc sensu est text. in l. eius. §. hi verò. ff. de testa. vbi dicit tex. hi verò qui ad ferrũ, dicit gl. vt decapitẽt, aut ad bestias, aut i metallũ dãnẽtur, libertatẽ perdãt, bonáq; eorũ publicent̃. & similẽ expositionem facit gl. q̃ notat Bart. in l. ij. ff. de duob⁹ reis. Idẽ Bart. in l. si ita sit scriptũ. §. stich⁹. ff. de manumissis testa. ¶ Videas hîc ꝙ hæc nr̃a cõsuetudo in suis verbis vr̃ cõtinere quasdã ambages ex suis verbis, & interpretationẽ, qđ minimè debet facere, vt dicit tex. in l. fi. C. de iterdic. † imò debet lex esse clara potius dubiorũ interpretatiua, q̃ diuinatrix. in auth. de testa. imperfectis, in prin. clarè enim & lucidè verba legis scribẽda sunt. Deut. xxvij. Certa & diluci-

5 Lex debet esse clara.

da. l. illud. C. de sac. san. eccl. Nec debet lex clarè scripta calumniari. l. pe. ff. ad exhibendũ. Nec per astutiã hominũ lacerari. l. ab Anastasio. C. mãdati. nec in captionẽ alterius interpretari. l. fi. in fi. C. de pac. cõuẽtis inter empto. & vend. & alia quàm plura in simili proposito ponit Lucas de Pẽna in l. eã legem. C. de excus. munerũ. lib. x. vbi ponit qđ sint ambages. Et qũo lex claritatẽ cõtinere debeat & non ãbages, id est captiosam & inutilẽ dubitationem, vt ibi amplè per eũdem.

ET prosequendo hanc materiam, quia hæc nostra consuetudo videtur esse contra textum in authẽ. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum. videbimus de duobus aut tribus.

PRimò, quot sunt iura, & qũo sint diuersa iura quæ disponunt circa publicationẽ bonorũ. ¶ Secundò, an ista nostra consuetudo debeat intelligi secundum iura antiqua, ita ꝙ nihil successoribus reseruetur, an verò secundũ d. auth. bona dãnatorũ. ¶ Tertiò, videbimus casus in quibus confiscatio bonorum in toto vel in parte venit principaliter ex dispositione iuris.

6 Iura diuersa in materiæ confiscationis.

AD primum † dico ꝙ iura sunt diuersa in materia confiscationis, quoniam de iure antiquo Digestorum procedebat illud quod dicitur in hac nostra consuetudine, vt s. damnato corpore ad mortẽ, publicentur bona. text. est in d. §. hi verò. text. est in l. j. in princ. ff. de bo. damn. quod tamen erat sanè intelligẽdũ, si liberos nõ habebat: & hoc etiam erat de iure C. vt in l. fi. C. de bonis proscriptor. si verò habebat liberos, fiebat distinctio an plures haberet, aut paucos, secundũ quod habetur per gl. j. & etiam magnam. in d. l. j. ff. de bonis damna. habetur plenè in l. fi. ff. eo. tit. & hoc erat ex quadam gratia: sed ex iustitia mera publicabuntur bona confiscato corpore. no. in prædictis locis. & per Ang. in l. fi. C. de bonis proscriptorum.

ALiud erat ius nouissimum, s. authenticorum, & istud fuit triplex. vnum erat de quo in §. j. in auth. de nup. colla. ij. secundum quod fiebat indistinctè publicatio bonorum. ¶ Aliud erat & secũdum ius auth. de quo in §. oportet. in auth. de mãda. princ. secũdum qđ nõ fiebat indistinctè publicatio bonorum. ¶ Aliud erat & nouissimum quod fuit vltimũ. de quo in §. fin. in auth. vt nulli iudi. colla. ix. de quo in d. authẽ. bona damna. C. de bonis proscript. secundum quod omnia iura prædicta corrigebãtur, vt ibi notatur. sed cũ esset talis discrepantia & altercatio in prædicta materia, de qua per doc. in dictis locis, statuẽtes nostri statuerunt indistinctè publicationem bonorum fieri qñ adimitur vita. quod fieri potest per statutũ. & tale statutum est seruandum: vt dicit Barto. in d. l. j. dũ dicit: hodie autem circa publicationẽ bonorũ sunt statuta per se, & illa sunt seruanda. ¶ Ad secundum veniens, an stante ista consuetudine, quæ est secundum legem antiquam, secundum quã ex gratia pars dimidia liberis relinquitur, si supersint: an verò simpliciter, ita ꝙ

filius

filius priuetur omnibus bonis, etiã quo ad legitimã. ¶Quantum ad legitimam videretur satis posse dici, ꝙ filius deberet habere legitimã. & hoc satis videtur tenere Io.Pe. de Ferra.in forma inquisitionis. in glo. in verbo,transeat.in j.col.quod dicit posse probari in l.j. & no.ibi,per gl.& in l.cum ratio.in prin.& in §. cum bonis.cũ seq. ff. de bo.dãnatorũ. & facit ratio, † quia ꝑ statutũ filius nõ potest priuari legitima. Bar. in l. fi. in prin.ff.de bonis dãna.& Dy.in regula, indultũ. de reg.iur.in vj.do.meus Ias.in l.extraneũ.in iij.col.C.de hæred.instit.& Socin.in consi.v.in j.col.videtur quodammodo dubitare.& vide eundẽ do.Ias.in l.si pater. in xiij.col.C.de instit.& substit. & satis opinio de qua Soci.in d.consi.vr facere dubiũ in hoc.dicã. j̃.§.sequi.

7 Filius nõ potest priuari legitima per statutum.

SEd etiã quo ad dimidiã partem, ꝙ debeat reseruari filiis stante hac consuetudine adhuc posset attẽtari,& hoc sic, nam vt videmus hîc antè plura sunt iura in materia confiscationis quæ sunt reducta ad ius primæuum,quo iure licet ex mera iustitia corpore damnato ad mortẽ bona deberent confiscari, tñ secũdum illud ex mera gratia dimidia pars debebat reseruari liberis,secundum d.l.j.ff.de bo.damna.& ideo cùm hæc consuetudo reduxerit hoc ius ad primæuã naturã,intelligit̃ reduxisse eo modo quo erat illa prima natura,cùm in ea nihil immutauerit,sed natura illius iuris erat vt ex gratia pars dimidia filiis reseruaretur.d. l. j. in fi.& l.fi.ff.de bo.dam. igitur quãuis statutũ seu cõsuetudo dicat ꝙ bona publicantur, quod est secundũ ius antiquũ, debet intelligi secũdũ dispositionẽ illius iuris antiqui,ad quod statutũ seu consuetudo reduxit ius nouũ.& facit qđ vult Bar.in l.de quibus.ff.de legi.

8 vbi dicit,† ꝙ quando consuetudo est secundum legẽ, dicitur potius confirmatio legis, quàm introductio consuetudinis.l.si de interpretatione.& l.minimè. ff. de legi. cùm ergo consuetudo seu statutum sit secundum legem antiquam,erit potius approbatio & confirmatio illius legis antiquæ,& abrogatio iuris noui, quàm simpliciter statutum aut consuetudo, ergo intelligi debet illa confirmatio secundum primæuam naturam, nihil addito aut diminuto. quoniam qui cõfirmat,nihil de nouo dat,nec aufert, sed in eo statu stare permittit.l.& quia.vbi Bar.ff.de iurisd.om. iudi.

ADDITIO. Vide Matt. de affl. in consti. regni Sici. quæ incipit,de quæstionibꝰ quas.in ij.not. & dixi alibi. ¶Facit etiã qđ voluit Io.An.in c.j.de constit.lib. vj.

9 Statutũ conforme iuri cõmuni non statutũ sed cõmune dici debet.

vbi dicit,† ꝙ statutũ conforme iuri cõi, nõ mereꝫ dici statutũ,sed iꝰ cõmune.facit l.ius autẽ.ff.de iusti.& iur. & quæ no.ibi ꝑ do.meũ Ias. de commissione facta per principẽ iudici ordinario,cum clausula,iustitiã facias. quia ꝑ hoc non datur alius iudex quã primò esset.Faciunt quæ no.in l.j.in prin.ff.ad leg.Fal.cùm ergo hęc cõsuetudo, seu hoc statutũ sit iuri cõi antiquo cõforme,sequit̃ ꝙ erit ius cõmune & illius reductiuum,ergo ipsum reduxit secundũ suam primæuã naturã,quæ erat, vt certa portio filiis reseruet̃. Ergo etiã ita debet ĩtelligi hęc cõsuetudo,vt licet dicat ꝙ bona publicari debeãt scđm ius antiquũ, qđ tamẽ secundũ illud portio filiis reseruari debeat.d.l.j.& l.fi.ff.de bo.dã. & §.j.

10 in auth.de ĩcest.nup. ¶Et facit etiã,† quia statuta recipiunt interpretationẽ extensiuã passiuè. id est ꝙ leges se extendũt ad statuta.l.j.§.j.ff.de mune.& hon.voluit Bar.in l.omnes populi.ibi,secundo casu.ff. de iusti. & iure.sed statutũ nostrũ seu cõsuetudo nostra, disponit secundum legẽ antiquã, ergo secundum dispositionẽ illius legis recipiet interpretationem extensiuam,vt s. secundum legẽ illam intelligatur hæc cõsuetudo. Facit gl.in c.statutum.in ver.numerãdum.de præben. in vj.Ant.de But.in c.olim tibi.de verb.sig. do. Alex. in l.si constante.in prin.in v.col.ff.sol.mat. do. meus Ias. in l.properandum.in princ.in pen.col.C.de iudi.& in auth.quas actiones.in viij.col.C.de sac.san. eccle.

COntrarium tamen vr posse dici & teneri.s.ꝙ consuetudo nostra est simpliciter intelligenda in vim statuti seu cõsuetudinis,nõ in vim legis antiquę, ita ꝙ per hanc nostrã cõsuetudinẽ, sunt sublatæ & abrogatæ omnes leges, & oĩa iura facientia mentionẽ de cõfiscatione in casu prædicto,& remanet istud statutũ in suo esse,vt est scriptũ,nihil aliud extẽdẽdo,& hoc pluribus rationibus põt probari.† Primò, qm̃ statutũ est

11 Statuta sunt stricti iuris.

stricti iuris.l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.gest.l.constitutionibus.ff.ad munic.ideo est strictè intelligendum,& casus in eo nõ expressus debet haberi pro omisso.l.qcquid astringendæ.ff.de verb.obl.Si ergo istud statutũ, seu ista consuetudo omisit dispositionẽ de attinẽtibus aliquo gradu in linea directa aut transuersali,sequit̃ ꝙ non debebit ad hoc extendi,sed debebit statutum generaliter loquẽs,generaliter intelligi.l.de pretio. ff.de publi.Ista ratio non vr multum facere in hoc casu,† cũ

12 casus omissus per consuetudinẽ sit decidendus secundum dispositionem iuris cõmunis, & de illo est ad ius commune recurrendum, vt habetur in fine harũ consuetu.& conclusione illarum. Cum ergo tantũ hîc dictum sit ꝙ bona damnatorum ad mortem confiscantur,& publicantur per d.l.eius.§.hi verò qui.ff.de test. & non est vlteriùs dictum de portione reseruanda filiis: nihil de illo articulo est decidendũ per consuetudinem nostrã,cum nihil dicat, sed recurrendum est ad ius disponens quid fiendum de filiis,aut aliis parentibus,qñ bona cõdemnati ad mortẽ cõfiscantur,de quo fit mentio in d.l.j.ff.de bo.dam. ¶†Et ad id quod dici-

13 Statuta nõ recipere interpretationẽ quomodo intelligatur.

tur ꝙ statuta non recipiunt interpretationẽ, istud est verum de gl.hominis,& non gl.legis, vt dicit Bal.in l. omnes populi.in ix.col.ff.de iusti. & iure.imò vt videbitur in fi.harum cõsuetudinum,illa interpretatio nõ est sublata,prout etiam tolli non potuisset,cum sit necessaria,secundum Bal.in l.fin.ff.de ori.iur.& ita etiam dicit do.meus Ias.in l.quanuis.in ij.col.ff.de in ius vocã.& istud multũ facit pro sustinẽda prima opinione, qui potest responderi sustinendo secundam opinionẽ, ꝙ cum hoc statutum, seu hæc nostra consuetudo non possit adaptari ad aliquam legem de confiscatione, vt possit dici istud esse consonum illi legi.Primò, non legi digestorũ antiquæ,quæ habet ꝙ cõdemnatorum ad mortẽ bona publicãtur quorum pars liberis reseruatur ex gratia. de qua in d. l.j. ff. de bo.dã.quia hoc non dicit statutum seu nostra cõsuetudo.Secundò, nec legi nouæ,de qua in auth.de incestis nup.§.j.quę fit publicatio bonorũ, sed loquitur de relegato, & statutũ nostrum loquit̃ de eo qui perdit vitã,& tñ in d.§.reseruat liberis,si extent,qđ non facit statutũ nostrũ.Tertiò,nõ potest adaptari iuri nouissimo,de quo in §.oportet. in auth.de mãdatis prin.quia ibi est penitus contrarium. Quartò,nec nouissimo,de quo in d. auth. bona dãnatorũ. vt suprà dictum est, ergo sequitur ꝙ aliter & diuersè disponendo quã illis iuribus caueatur, videatur velle, imò vult abrogare dispositiones illorũ iurium, & suum robur obtinere,illa iura vincendo,secũdũ notata in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.in l.de quibus. ff.de legi.in l.ij. C.quæ sit lon.consue.†sed sic est ꝙ nõ

14 Leges abrogatas allegare non licet.

licet leges abrogatas allegare,secundum Bart. post gl. in l.j.ff. de coniun.cũ emanci.liberis.& in l.j.C.de lati. liber.tol.notatur instit.de testa.in prin.text.& doct.in l.j.ff.ad legem Aquil. gloss. in c.j.in verbo, statuta. de consti.in l.vnica. §.huic ergo.C.de no. codice compo.

Additio.

BIU Cujas

ADDITIO. Vide Matt. de affli. in præfat. constit. regni Sici. ĩ ij. q. † Ergo nec ad eas statuta reducere, & scdm illa interpretari. ¶ Posset adhuc instari & dici, ꝙ per hunc subauditũ itellectũ nõ debet induci correctio illarũ legum, secundum glo. in c. cupiẽtes. §. qđ si ꝙ viginti. in verbo, petere, de elect. in vj. quam alleg. do. meus Ias. in l. frater à fratre. in xij. col. in lectura. ff. de cõdi. indeb. & in auth. nouissima. in xj. col. C. de in offi. testa. & in l. emancipata. in pen. col. C. qui admit. Barb. in cons. xij. in x. col. in j. vol. & ꝙ hæc nostra cõsuetudo non adaptatur ad prędicta iura, sed ad dictã l. eius. §. hi verò qui. ff. de testa. & secundum illam intelligitur in dispositis ab ea, in non verò dispositis recurrendũ est ad ius cõmune. ¶ Et si dicat ꝙ in his quæ sunt dispositа à iure ciuili, possunt fieri statuta contraria dispositionẽ legum tollendo. l. de quibus. in fi. ff. de legibus. voluit Barto. in d. l. omnes populi. in ix. col. ibi, tertiò iuxta prædicta dici potest ad hoc quod est verum, qñ expresè statutũ seu consuetudo tollit, sed ꝙ per subauditiones in statutis fieri debeat correctio legum, iura possint & debeant ita generaliter corrigi, non est ita dicendum, vt dictum est hîc antè.

15 *Leges non extendendæ.* PRo hac † secunda parte facit etiam, qm̃ nõ est nostrũ leges extẽdere. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. & ideo cũ hæ nostræ consuetudines habeant vim legis, vt dicetur in fine harũ consuetudinũ, in concluſ. non est nostrum illas extendere, sed intelligẽdæ sunt ꝓut iacẽt: & maximè cùm verba legis, seu nostræ cõsuetudinis sint clara, & ideo seruãda, nõ assumẽdo ĩterpretationẽ extensiuã, aut aliam: qm̃ non recurritur ad interpretationem qñ sensus est clarus. ar. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de verb. obl. Faciunt no. per Bal. in l. omnes populi. in xviij. col. ibi, iij. quæro. ff. de iusti.

16 & iu. vbi dicit † ꝙ statuta nõ recipiũt interpretationẽ, nisi sint obscura: sed vbi verba sunt clara, nõ egẽt interpretatione, & sunt verba nostræ cõsuetudinis satis clara, cùm dicat pòst, *& appartient la confiscation*, nec aliquid dicit de liberis: ꝙ si intellexisset, expressisset, prout in sequenti art. & seq. expressit de dote, & aliis iuribus mulierũ. ¶ Posset adhuc dici ꝙ ille articulus nihil facit, & ꝙ solũ intelligi debet de bonis quæ cõfiscantur vt illa domino pertineãt, & ꝙ portio debita liberis non confiscatur: sed potest respondeti ꝙ imò totum confiscatur secundũ rigorẽ d. l. j. qui rigor ex mera iustitia procedẽs, ex principis gratia mitigatur, vt ſ. de bonis confiscatis portio liberis relinquatur: & sic innuit ꝙ totum cõfiscatur. Ergo etiã isto casu totum confiscatur, nec portio etiam confiscata reseruabitur liberis, quia esset contra mentẽ nostræ consuetudinis: & posset multũ sustineri opinio contraria in puncto iuris, quã libenter sustinerem, nisi esset, ꝙ hęc

17 *Nõ mutanda quæ certã sẽm. per habuerunt interpretationẽ.* opinio in practica seruat: † qm̃ minimè mutãda sunt quæ semper certam interpretationẽ habuerunt. l. minimè. ff. de legi. c. cũ dilectus. de consue. Do. meus Ias. in l. rem quæ nobis, in j. not. in sua lect. quam audiui, de acquir. posses. † nec facilè debet discedi ab eo quod

18 diu visum est æquum. argu. l. in rebus. ff. de constit. principum & quia aliàs sic practicatum extitit, vt no. Lapus in sua allegatione lij. à qua practica recedi non debet, cùm de interpretatione legis quæritur, l. cùm de interpretatione. ff. de legi. vt dicit Panorm. in c. cũ ad sedem. in ix. col. extrà, de restitu. spolia. & dicit Alexan. in cõsil. xxvij. incip. viso libello. in iiij. colum.

19 *A communi obseruantia nõ recedendũ.* in j. vol. † quòd non est recedendum à communi obseruantia. Ex quo huic vltimæ opinioni adhæreo, quòd omnia confiscantur, & domino altæ iustitiæ competunt, nulla portione filiis reseruata.

AD tertium † quæsitum quæro, qui sunt casus in quibus venit confiscatio bonorũ ex dispositione iuris principaliter, vel in totum, vel in parte. Et aduerte quòd sunt plures, & inueni circa lxxij. casus. 20 *Casus in quibus venit cõfiscatio bonorum.*

PRimꝰ est, qñ quis cõmittit crimẽ læsæ maiestatis, quoniã pœna mortis venit puniẽdus, & oĩa bona tã mobilia quàm immobilia veniũt cõfiscãda. ita tex. in l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiesta. Bal. in c. j. de pace tenenda. & an hoc casu cõpetat domino altæ iustitiæ, an verò principi in quem fuit cõmissum tale delictũ, dicam infrà in gl. *Et appartient la confiscation.* *Crimen læsæ maiestatis commitens.*

SEcundus casus est, si quis nummos falsa effusione formauit, hoc est, falsam monetã fecerit. text. est in l. si quis nummos, quæ est pe. C. de falsa mon. Salic. ibi reddens rationẽ dicit, eo † ꝙ fabricans falsam monetam committere dicitur crimen læsæ maiestatis, imò etiã domus in qua falsa moneta fabricat, debet fisco confiscari. d. l. pe. C. de falsa mo. & aduerte ꝙ etiã hoc casu posset esse dubium, an debeat principi applicari, cùm committatur crimen læsæ maiestatis. 21 *Falsam monetam cudens.*

ADDITIO. De materia fabricãtis aut expẽdentis falsam monetam, vide amplè Mat. de afflict. in consti. regni Sici. quæ incip. adulterinã. in iij. lib. de materia tondentis monetã auream aut argenteam, quomodo sit puniendus: vide Hipp. in cõsi. lxxj. vbi dat intellectum ad l. quæcunque. ff. ad l. Corneliam de falsis. †

TErtius casus est, qm̃ alienant bona in fraudẽ fisci, ne cõmisso maleficio bona publicarent, tũc talia applicãtur fisco, prout tenuit Spec. in tit. de dona. §. fi. verſ. sed pone. sed quia posset esse dubiũ, vt dicã, ꝙ in aliis casibus quàm in casu cõsuetudinis nostræ, bona confiscata deberent cõpetere principi, & nõ domino altæ iustitiæ, posset esse dubiũ, an si quis cõmiserit delictũ ex quo ad mortẽ venit cõdemnãdus, & sic bona eius cõfiscari debeant, & hoc casu domino altæ iustitiæ applicari, an si alienauerit in fraudem, ita ꝙ applicari debeant fisco propter prædictam alienationem, debeant competere principi, an domino altæ iustitiæ. cogita ex infrà dicendis, si casus eueniat. *Bona alienata in fraudem fisci.*

QVartus casus est in committente crimen legis Corneliæ de sicariis, seu incidens in legem Corneliam de sicariis, & veneficis, quia tunc bona eius publicantur, & fisco applicantur. l. iij. §. legis Corneliæ. ff. ad legem Corneliam de sicariis. *Propter crimen legis Corn. de sicarnis.*

QVintus casus est in cõmittente falsum, quoniam omnia bona eius publicantur, & fisco applicantur. l. j. §. fi. de falsis. quod videtur hodie non esse verum, per auth. bona damnatorum. C. de bo. proscri. & in auth. vt nulli iudicũ. §. fi. dixi suprà. quomodò autem puniatur de iure canonico, vide in c. ad falsariorum. de crimine falsi. *Falsum cõmittens.*

ADDITIO. De materia committentis falsum in literis regiis, dixi suprà in rubr. *Des iuſtices*, vbi allegaui Matt. de afflict. in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, qui literas. in iij. lib. †

SExtus casus est in committente stuprum, qui quãdoque punitur in cõfiscatione dimidiæ partis. institu. de publicis iudiciis. §. eadem. *Stuprum.*

SEptimus casus est in cõmittente crimen legis Iulię de vi publica, quia confiscatur tertia pars bonorũ suorũ. l. j. in princ. ff. ad l. Iul. de vi priuata. & l. ij. & l. si quis. & ibi per Bal. & Salic. C. ad l. Iul. de vi publica. *Crimen l. Iul. de vi publ.*

OCtauus casus est, quòd euellens terminos statutos vltra suum gradum fines mutãdo, punitur in quinquaginta aureis fisco applicandis, vt est text. & ibi Bart. in l. agraria. ff. de termi. mot. Angel. plenè in l. j. C. de accuſ. *Euellens terminos.*

Nonus

Crimen l. vl. repet. NOnus casus est in committente crimen legis Iulię repetundarum quia punitur in quadruplum, quę fisco applicantur, iuxta gl.in l.j.ff.ad l. Iul. repet. distinguit tamen gl.in l.j. C.ad legem Iul.repet.dicēdo sic: quia aut turpitudo versatur ex parte vtriusq;, scilicet dantis & recipientis, & tunc est verum quod dictum est, aut ex parte vnius tantùm, & tunc dimidietas tātùm fisco applicatur.l.iij. C.de assess. & illam glo.sequuntur ibi doc.maximè Bal.& Salic.

Hæreticus. DEcimus casus est cōtra hæreticū: quia eius bona debent confiscari, & applicari fisco, l. Manicheos. C. de hæret.imò etiam contra hæreticum defunctum potest procedi vt bona confiscentur, & applicentur fisco.c.accusatus.de hæreti.

Diuinatores. VNdecimus casus est in diuinatoribus, & eos inuocantibus, quia eorum bona confiscari, & fisco applicari debent. Text. est in l. nullus aruspex. & ibi doct.de malefi.& mathema. C.

Exactores publici. DVodecimus casus est contra exactores publicos qui pecuniā exigūt, & eā redigūt in florenos vel aureos vt lucrum faciant in pecunia: quia nō possunt facere sine licentia principis, & omne lucrum ꝙ percipitur, debet esse publicū, & fiscꝰ potest ab eis repetere. secundū Bar.in l.vnica. C.de auri publ. pscuto. lib.x.& dicit istud esse notandum. imò dic plus quod retinens tale lucrum, retinet contra conscientiam.

ADDITIO. Adde quod exigens pecuniam fiscalē sine licentia & mandato principis, punitur in quadruplum.l.j. C. de statutis & imagi. Matth. de affl. in consti.regni Siciliæ, quæ incipit, duram & diram.†

Omnia male quæsita. DEcimus tertius casus est, quod omnia sceleratè quæsita fisco applicantur.l.Lucius.ff.de iure fisc. de quo per glos. in verb. desideras. in l.cum te. C. de condit.ob turpem cau. dicit tamen Bal.in l. si possessor. ff. de pet. hær. quòd debent restitui. Non insisto nunc in hoc: dicam alibi.

ADDITIO. Vide Bertrādi in cōs.cij.in j.parte.nu. vj.& Philipp. Corneū ī l.hæreditas. C.de his ꝙbus vt indig.ī iij.& iiij.col.ponit quæstionē, an relicta illicitæ cōcubinę possint p fiscū auferri.& ibi videt cōcludere ꝙ sic.quod secus dicit esse in concubina licita.†

Bona super quibus signa principis posita sunt. DEcimus quartus casus est, nam si quis posuerit signa principis sup domo vel bonis alicuius, prę sumitur esse facta incorporatio in fiscum, secundum Bart.in l.facultas. C.de iure fisci, lib.x.& dicit Bart.in trac.suo de insigniis & armis.

Monopoliū committēs. DEcimus quintus casus est, vt committentes monopolium omnia bona confiscentur, & debent fisco applicari. Text. est in l.vnica. C.de mono.& sunt artifices qui faciūt monopolia, ne quis eorum ab eis taxata minori pretio vendat, vt dicitur in d.l.vnica.

Collegia il licita. DEcimus sextus casus est, in cōmittentibus collegia illicita: quia puniuntur pœna criminis læsæ maiestatis, & pœna legis Iul.de vi publ.l.ij.iūcta glo. ff. de colle. illicit. ergo bona eorum publicantur & confiscantur, per ea quæ dicuntur.

Collegium à principe destructū. DEcimus septimus casus est quādo collegium destruitur, & teprobatur à principe, bona eius tanquam vacantia pertinent ad fiscum: secus si omnes de collegio moriantur: quia debet reuocari collegiū, secundum Ang.in l.sicut.§. j. quod cuiusque vniuer. no.& Bar.in l.fi.ff.de colle.illici.

Annona militū non debito tempore recepta. DEcimus octauus casus est, quando milites nolunt accipere annonam certo tempore sibi debitam, fisco debet applicari l.fortissimi. & ibi Bar.C. de erogā.mili.anno.lib.xij. & tēpore lapso nō possunt eam petere. Ita tex.in l.nulli.C.eod.de erog.mili.anno.intellige dummodo offeratur tempore debito: quia per solam oblationem isto casu liberatur respublica. Ita per plura dicit do.meus Ias.in l.quod te.in vij. col. ff. si certum pet. & per eundem in l. prætor ait.§. si aliquando.ff.de noui ope.nuntia.

Interdicto bonis hæredē instituto. DEcimus nonus casus est, ꝙ quando est aliquis cui est bonis interdictū à lege ꝓpter delictū, seu crimē læsæ maiestatis, si sit hæres institutus, nō pōt adire hæreditatē, sed fiscus. gl.in l.vētre.§.j.ff.de acq.hę.

Nouum vectigal imponens. VIcesimus casus est, in imponente nouum vectigal, si accusetur criminaliter: quia punitur pœna dupli fisco applicanda, secundum Bal.in l.fi. C. noua vec.impo.non pos.

Hospitantes eos qui merces illicitas deferunt. VIcesimus primus casus est, vt trāsgredientes ciuitates inclytas, vel negotiationes ꝓhibitas deferē tes, & suscipientes, puniūt pœna exilii, & publicationis bonorū. tex.in l.fi. C.de cōmer. & mer. & facit illa l.pro inhibitionibus quæ fiunt hospitibus, vt velit denūtiare præsidi omnes hospitātes in suo hospitio.

VIcesimus secundus casus est, vt si comitatensis faciat emere rem pro eo à magnate, vel ciue priuilegiato, vt non subsit oneribus, talis res fisco applicatur.l.j.C.de nauibus non excusan.& ibi.Bar.lib.xj.

Defendere bona delinquentium. VIcesimus tertius casus est, in illis qui volunt defendere bona delinquentium tanquam alienata, vel cessione facta puniuntur in quadruplum, l.qui in contractibus. C.de iur.fis.lib.x.

Interficiēs eum cui succedere debebat. VIcesimus quartus casus est, in illo ꝙ interfecit illū cui succedere debebat, quia nō amplius ei succedit, sed fiscus, nisi sit alius nō interficiens in eodem gradu cum interfectore, l.ij.§.fratris. ff. si quis ali. test. ꝓhi. ita inquit Bar.ī l.cū rō.§.si plures. ff. de bo.dāna.

Legata incapaci. VIcesimus quint⁹ casus est, quando tacita fides datur testatori ab hærede de restituēdo hæreditatē incapaci, puta spurio, nā tūc fiscꝰ aufert, vt ab indigno. facit tex.in l.eum qui. ff.de his qui. vt indig. posui in fine alios casus. ¶ Fallit in filio & seruo, quorū bona nō confiscantur, quando sunt iura quæ non transeūt nisi ad filios, secundum Bar.in l.insulam. ff. solu. matr.

VIcesimus sextus casus est, quòd fiscus aufert hæreditatem tanquam ab indigno ab illo qui non adhibuit medicos defuncto, glo. est in l.indignum. ff. de his qui. vt indig. ¶ Et ab illo qui non vindicauit necem defuncti ante aditam hæreditatem, vt est text. in l.j. C.de his quibus vt indig.& ibi do.meus Ias. post doctores, & in l.hæredem. ff. eodem.

Metu instutus hæres. VIcesimus septimus casus est, si testator ductꝰ fuerit metu per aliquē ad instituendum, hæreditas ei auferē, & applicatur fisco, vt voluit Barto.in l.fi. ff. si quis aliquē testa. prohibue.& Bald.in l.j.in iiij.col.C. eo.ti.quod intellige quādo erat propior qui erat successurus ab intestato. vt l.j.C.si quis ali.test. ꝓhi. Aut verò habet priorem in gradu, vel æqualem, & tunc non succedit fiscus, quia non poterit præiudicare in primo gradu vel æquali, l.ij.§.fratris. ff. eo si quis aliquem test. prohi. tenent doct.in d.l.j.in prin.ff.eo.tit.

Maledicēs principi. VIcesimus octauus casus est in illo qui malè locutus est de principe, quia committit crimen læsæ maiestatis. tex. est in l.j.C.si quis impera. malad.& dicit Bal.in l.incredibile. C.de pœ. & in c. j. de pace tenen. quod poterunt bona eius publicari.

VIcesimus nonus casus est, in illo qui inquietat morientem vel funus eius, quia punitur in publicatione tertiæ partis bonorum, secundum quod voluit Sali.in l.cum sit iniustum. C.de sepul. viola.

Violans sepulchrum. TRicesimus casus est in violatoribus sepulchrorum, qui puniuntur pœna xx. librarum auri fisco applic

applicãdarum,l.si quis.C.de sepul.viola. & etiam locus ad quem aliquid de sepulchris violatis exportatur,fisco applicatur.l.si seruus.C.eo.

TRicesimusprimus casus est in eo qui confugit ad alterius patrimonium, quod tenere non poterat sine solutione publicę functionis,puta quia prohibitũ est in aliquibus locis,ꝙ nemo possit possidere terras nisi sit de illo loco,& soluat tales functiões publicas:si constituat vicarios,aut alio modo alterum priuilegiatæ conditionis,qui non tenetur soluere publicas functiones,sub prætextu vẽditionis aut donationis tenere faciat,punitur si sit nobilis in cẽtum libris auri:mediocris in amissione facultatũ suarũ. † Et notarius seu tabellio qui talia instrumẽta cõfecerit sciẽter,punitur in amissione bonorum.Text.est. in l.j. C. vt nemo ad suum patrocinium suscipiat.Et sic est hic casus in quo puniũt notarij seu tabelliones scribẽtes contractus simulatos & prohibitos.

22 Nota casus quibus notarij puniuntur.

23 ITem † etiã puniunt in alio casu,scilicet qñ scribunt cõtractũ alienationis rei ecclesiasticæ ꝓhibitæ alienari.nã pœna ꝑpetui exilij puniunt.l.iubem⁹ nulli. §. œconomus.vers.his tabelliõib.& ibi Bal.dicit quædã nota.C.de sacrosan.eccle. ¶Vide Guido.Papę,qõe sua 433.Duo notarij ponit qũo notarius faciẽs instrm de iure reprobatũ puniẽ. & ibi dicit ꝙ nõ excusat dicẽdo ꝙ ignorabat illud esse de iure reprobatũ. & vide etiã Ioã.de Platea in l.j.C.de immu.nemi.conceden.lib.x.

ADDITIO. De vtente & ꝓducente,vide Hipp. de Marsi.in cõsi.suo lxx.nu.19.20.& 22. Et aduerte ad id qđ dicit Matth.de affli.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit,baiulos omnes.in xj.nota.in vij.quæstione,ꝙ rogatus recipere talia instrumenta reprobata,potest recusare,imò debet recusare ea recipere. ¶† Similiter vide alium casum infrà,in lij.casu. ¶† Similiter scribẽtes instrumentum immunitatis concessę fraude,ambitu, vel potestate cuiuspiam puniuntur pœna flammarũ. l.j.C.de immuni.nemi.conceden.libr.x.& hoc est, ꝙa delinquit principaliter lædendo rempublicã. Si verò lædat rempublicam nõ principaliter,sed mediatè, ꝙa alius erat author , tunc puniẽ solùm in publicatione bonorũ.l.fi.§.memoriales.C.de peti.bo.subla. Et iste est xxxij.casus vbi bona confiscantur.

Notarius debet instrumenta reprobata recusare.

24

25 SImiliter † quando lædit rẽpub.in alio casu, adhuc puniẽ etiã in omittẽdo.s. quando omittit solutiones tributorũ,& puniẽ in amputatione manus , vt est tex.cum gl.in auth.de colla.§.iubemus verò ſpecierũ quidem illationem.vbi notarius qui nõ scribit, & iudex qui interpellatus vt iudicare velit pœnam contra dictos tabelliones,puniuntur quilibet eorũ in x. lib. auri.& sic sunt duo casus vbi est aliqd applicãdũ fisco.

ET suprà visum fuit quomodo puniatur notarius conficiens instrumentũ constra dispositionẽ iuris,quod lædit rempublicam,vel ecclesiam. ¶ Aduertẽdum tamen adhuc est, quòd conficiens instrumentum contra ecclesiã, vt suprà dictum , vel etiam iudex coram quo conficiuntur,vel insinuantur talia instrumenta,debent puniri in hoc,quia bona eorum debẽt confiscari & fisco applicari,prout est tex.iuncta gl. in verb.bonorũ.d.l.iubemus nulli.§.his quoq;. in fi. C. de sacrosan.eccl.Et sit iste casus pro xxxv.casu.

26 NVnc † subsecutiuè videndũ est quando notarius facit instrumẽtum quod est prohibitũ, quod lędit priuatum,& tunc aut agẽdo delinquit,& tunc dic ꝙ si super cõtractu illicito instrumẽtum faciendo , & tũc punitur quandoq; in priuatione officij,cum infamia,& manus amputatione,vt cùm sciẽter scribit instrumentum alienationis feudi,vt in c.imperialem.§. scriba.de prohi.feu.alie.per Fed.e.in vsib.feudor.

27 QVandoque † verò punitur pœna mortis,vt cùm scribitur instrumẽtum alienationis eunuchi,id est serui castrati.l.ij. C.de eunuchis. & illa lex probat secundũ Bal.ꝙ statutum potest ligare subditum extra territoriũ.Et prædicta vera sunt,quãdo notarius scribit secũdum voluntatem contrahentiũ,sed si plus vel minus scripserit,tunc dic ꝙ aut scripsit sine dolo , vel cum dolo vero vel præsumpto:si sine dolo,facit litem suam,& ad interesse tenetur,secundũ quod iudex faciendo litem suã,vt est tex.in l.ij.C.de numera. Si verò cum dolo vero vel præsumpto,vt est qñ omittit solennitates req̃sitas in instrumẽto,seu testamẽto, propter quod vitiatur instrumẽtum seu testamẽtum , tũc punitur vt falsarius.l.iubemus.in fi.C.de testa.vbi dicit Salice.† ꝙ si notarius in relicto facto à testatore omiserit illa verba,iure institutionis,cùm essent dicta à testatore,vel econtrà,cùm nõ essent dicta apposuerit, puniẽ vt falsarius,ꝑ illam legẽ.& l.si quis decurio. C. de fal.& hîc dictum est antè,qñ etiam relinquit in omittendo. Alio modo etiam in omittendo grauando priuatum punitur arbitrio iudicis, scilicet quãdo rogatus seu requisitus scribere instrumentũ alicuius cõquerẽtis,puta apud acta vel alibi.l.iubemus.C.de defen.ciuita.qui text. probat ꝙ notarius rogatus de instrumento cogitur dare & recipere , nisi habeat iustã cãm recusandi.Et ista omnia sunt notanda. ¶† Sed an notarius conficiens instrumẽtum , vt dictũ est in illis casibus,quod tamen est nullum , vel quod est tale ex quo generari non possit damnum alicui , debeat puniri?videtur ꝙ non.per tex.in l.damus.C.de fal. Alex. in consi.lxx.in fi.& lxxiiij.in iiij.col.in j.volu.Soci. tñ ponit quatuor casus notabiles, vbi etiam licet instrm non sit nociuum,tamen punitur notarius de falso.Ita tenet in consi.suo ciiij.quod cõsilium in hac materia est literis aureis scribendum.& consil.cij.ponit de teste dicente falsum quando & quomodo sit puniẽdus. ¶Vide Lucam de Penna plenè in l.j.C.vt nemo ad suũ patrocinium.libr.xj.vbi ponit an notarius qui confecit instrumentum non perfectum , vel quod non generat præiudicium alicui sit puniendus , & plura pro vtraque parte allegat. & ibi in principio ponit casus in quibus notarius prohibetur facere & recipere instrumenta.& ibi infinita singularia de notario.

28

29

ADDITIO. De falsitate quæ non est nociua an sit punibilis. Vide Mat.de affli.in cõst.regni Siciliç,quæ incipit,duram & dirã in iij.nota.in iij. quæstione. sed aduerte ꝙ sufficit ꝙ damnum inferre potuit , vt dicit Bal.in l.si falsos codicillos.C.de falsis,vt per plura tenet Hippol.de Marsi.in consil.suo lxx.num.xiij.vsque ad num.xviij.dicit tamen idem Hippolytus cons. suo cxj.nu.xvj. & consi.cxx.nu.xxiiij.quòd falsum seu periurium quod nemini nocet nõ est punibile. Et demũ dicit singulare in cons.lxxvij.nu. x. ꝙ falsitas nõ præsumitur dolo commissa,nisi quando committẽs aliquod emolumentum consequitur. †

Falsitas nemini damnosa.

30 ITem adde † an notarius possit vti diuersis signis,& si vtatur,an debeat puniri de falso.Guil.de cug.in l. pe.C.de fideiuss.tenet ꝙ debet puniri de falso. † Et ꝙ quãdo notarius est mortuus,& dubitatur an esset notarius,quomodo probabitur,vide Inno.in c.j. de fide instrum.& do.meum Ias.in l.Barbarius Philippus. ff. de offi.præto. ¶Vide etiam eundem Inn. & alios post eum in c. significauit , de appellatio.vbi notatur, ꝙ si apponatur sigillũ loci instrumẽto,approbat notariũ.

Quomodo probetur quẽ esse notarium.

31

ADDITIO. Vide etiam Matth. de afflictis in constit.regni Siciliæ,quæ incipit,cõsuetudinem quam.in

BIU Cujas

iij.nota.in j.quęstione. ¶Et quid de notariis qui nolũt cõficere instrumentum ꝙ puniri debent.l.pen. C. de testa.& priuari executione notarij.Hostien.in summa de fide instr.§.quibus.& plura in materia notariatus vide per Ioan.Sanxon.in consue.Turon.tit. *des droicts de chastellenie.* art.j. fo.xlj.xlij. & xliij. Itẽ † adde quòd

32 *Omissio signi nõ vitiat solẽnitatem instrumenti.* omissio signi non vitiat solennitatem instrumẽti.Fel. in cap. j.col. iiij.de fid.instr.

Rusticanos ad ea sequia cogentes. TRicesimussextus casus est,quãdo officiales rectorũ prouinciarũ rusticanos vel eorũ seruos,vel iumẽta ad aliqua cogentes obsequia, ipsíque rusticani se spõte dictis obseqis subiiciẽtes pœna publicatiõis bonorũ ac ppetui exilij puniunt.tex.est ĩ l.ij.C.ne rusticani ad vllũ obseqũ deuocẽt.& intellige ẽt ad obseqa fiscalia.l.j. C. eo. sed ꝓ certo hodie malè obseruat.

Thesauros arte magica quærẽs. TRicesimusseptimus casus est,si qs thesaurum per artem magicam inuenerit, debet fisco applicari, prout est tex.& ibi Bar.in l.j.C.de thesauris lib.x.dixi suprà in rub.*des iustices*,in primo capitulo.

Iudex infra xxx. dies reum non liberãs aut condẽnans. TRicesimusoctauus casus est, ꝙ si iudex infra triginta dies reũ nõ liberauerit, vel condẽnauerit, in viginti libris auri cõdẽnari debet, quæ fisco debẽt applicari.tex. est in l.ad commentariensem. C. de custo.& exhib.reorũ. & idẽ dicit cõtra cõmentariẽsem. & isti cõmẽtarienses debẽt tenere carceratos ligatos bono & cõpetẽti ligamine.iuxta gl.in l.j.§.fi.ff.de seruis fugiti. ꝓut dicit Ang.in l.milites.ff.de custo.reorũ. & vide quæ dicit in l.carceri.ff.de cust.reorũ.vbi dicit ꝙ non prẽsumit datũ ferrũ carcerato , vel aliqd aliud ex quo aufugit, nisi ex negligentia custodis & culpa

33 *Carceratus si aufugit præsumitur culpa custodis,* ipsius cõmentariensis. ¶Et aduerte † ꝙ qñ carceratus fugit de carcere,regulariter præsumit aufugisse culpa superstitis vel custodis:vnde ille q allegat cõtra custodẽ carceris culpã, habet præsumptionẽ iuris ꝓ se.ita ꝓbat tex.in l.fi.circa mediũ,& ibi gl. ff.de custo. reorũ.no.Bart.in l.si qs ex argẽtariis.§.fi.ff.de eden.& est casus in l.diuus.in fi.ff.de offi.præsi. & ista dicit Franciscus de Are.in cõs.suo xxxviij.inci. cõsultissime dñe collateralis.hinc per hoc notabiliter infero,ꝙ ex quo habet iuris præsumptionẽ ꝓ se,transfert ius ꝓbandi in aduersariũ,hoc est in custodẽ, ita qd tenet probare per euidentissimas rationes & probationes, hoc est p tres testes idoneos,aut p duos multũ excellẽtes,iuxta dictum Spe.in tit.de ꝓba.§. fi.in vers.vlt. & tenet do. meus Frãciscus de Curte iunior , sub quo audiui feuda,in c.j.§.j.quibus modis feudũ amittatur.¶Confirmatur , qa propter præsumptionẽ iuri cõtrariam debet adduci ꝓbatio quæ sit fortior, & habeat maiores vires,iuxta not.in l.non est verisimile.ff.quod me. cã. gl.& Alex.in l.transactionem.C.de transactio.& istud adduxit do.meus Ias.in l.sciendum.me audiẽte.in iiij. col.ff.de verb.obl.Vide plenè de materia Paridem de puteo in tractatu de syndicatu in litera. C. in verbo, carcer,& carceratus,per x.aut xj.col.

ET adde regulariter,custos carceris nõ est diligens si nõ tenet duos custodes ad obseruãdum carcerem.tex.est in d.l.fi.ff.de custo.reorum,circa princ. & istud tenet Aret.in consi.hîc antè alleg.quæ bene no.

34 ¶Adde † ꝙ cõmentariẽsis nõ põt retinere incarceratos ꝓ eorũ expẽsis in carceribus factis : sed debet eos relaxare si fuerint à iudice absoluti,& postmodũ agere cõtra eos de iure : sed de consuetudine aliud obseruat. Guido Papæ quæstione sua. 448. si incarceratus.

ADDITIO. De materia custodis carceris dimittẽtis aufugere carceratũ quomodo teneatur, & puniat, siue sit debitè carceratus,siue indebitè,vide plura per Matth.de affl.in cõsti.regni Sicilię,quę incipit,castellani.in iiij.notabili,& ibi quid de multis carceratis q fregerũt murum,an teneatur custos carceris. Et quid si vnus ex custodibus fugit cum carceratis. Caucant tamẽ custodes carcerum ne sit dolus,aut fraus : quoniam capitaliter essent puniendi. †

TRicesimusnonus casus est,ꝙ iudex nõ audiẽs volentem facere suam defensionem quãdo inquietatur pro grauitatibus,punitur , eo ꝙ cõdemnatur in xxx.libris auri.l.ij.C.de offi.ciuilium iudicum.

QVadragesimꝰ casus est , qñ iudex nõ facit sedere doctores in sua societate,qa tũc punit in tribus libris auri fisco applicãdis.l.fi.C.de off.diuer.iudi.fallit vno casu,qñ doctores hñt litem:qa his horis & tẽporibus quibus merita causarũ & facta panduntur,residendi cum iudice non habent facultatẽ.tex.est in.l.j. C.de offi.ciuilium iudicum. ¶ Et aduerte ꝙ aduocati sunt à iudicibus honorandi.Lucas de Pen.l. in sacris. C.de proximis sacrorum scriniorum.tex.in d.l.fi.

QVadragesimusprimus casus est cõtra iudicẽ,qui ꝓ priuatis vel fiscalibus debitis mulierẽ in carcerẽ intrudit:qa maiores iudices puniunt in xx.lib.auri,minores in decẽ.authẽ.sed hodie.C. de offi.di. iud.

QVadragesimussecũdus casus est cõtra ludẽtẽ ad ludũ azardi, qa debet pœna extraordinaria puniri,& cũ publicatiõe domus.auth. alearũ vsus.C. de religio.& sumpti.funerum,& alearum vsu, & aleato. *Ludẽs ludo azardi.*

QVadragesimus tertius casus est , si tutor pupillã suã violata castitate stuprauerit, vniuersa facultas eius fisco vendicetur.l. vnica.C. si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit. *Tutor pupillam stuprans.*

QVadragesimusquartus casus est, accipiẽs equos deputatos spectaculis, & vtẽs ad sui commodũ, in vna libra auri punitur fisco,secundũ Bar.in l. quisquis.C.de spectaculis.lib.xj.

QVadragesimusquintus casus est,ꝙ res quę cadit in cõmissum ipso iure efficitur sub dominio fisci,vt inqt Bal.in l.neq;.C.de vecti.& cõmis.cõcordat l.cõmissa.ff.de publ.& intellige hoc verum, qñ colligitur vectigal fisci nomine:sed vbi nomine singularũ personarum quæ emerũt,vel conduxerunt vectigal à fisco,dicẽdum est ꝙ illis tunc applicatur & non fisco: vt est tex.singularis secundũ eum in l.si quis.C.eo.ti. præterea Bald.in l.exceptione.C. de vectiga.sic dicit, † ꝙ vectigalis soluti fiscus duas habet partes:tertiam ciuitas vel municipiũ, nisi sit vectigal principi reseruatum.tamen Bal.in c.j.§.fi.de feudi cogni.plus dicit, quòd pœnæ datiorum tríplicantur publicanis. *Rex cedit in commissum.*

QVadragesimussextus casus est,quãdo iuxta publicos aquæductus plãtant arbores quæ aquęductui publico nocẽt:quia cõtrafacientibus dat pœna:eo quòd prædia ad quæ aqua deriuata fuit, publicantur,& arbores quæ plãtatæ fuerunt;quę pœna remittitur per sacros apices.no.Bar.in l.decernimus.C. de aquæductu lib. xj. *Arbores iuxta publicos aquæductꝰ plantatæ.*

QVadragesimusseptimus casus est , vt bona apostatarũ publicent,l.j.C.de apostatis.& dominio fisci facultates eiusdẽ vẽdicãtur. no. in auth.ingressi monasterium.C.de sacrosan.eccl.nisi fortè habeat filios,& cognatos quib. deferãtur. auth.si qua mulier. C.eo.& habetur in l.apostatarum. C.de aposta. *Apostatarum bona.*

ADDITIO. De hoc vide Mat.de affl. in constit.regni Siciliæ, quæ incipit, apostatantes. †

QVadragesimusoctauus casus est, ꝙ plaustra vel naues quę tẽpore exercitus occultant,publicari possunt,si bellũ sit iustum, prout no. Alb. de Rosa. in l.iubemus nullã.C.de sacrosan. eccl. & quãdo bellum sit iustum,vide Hostien. in summa de treuga. & pace.§. *Plaustra aut naues tẽpore belli occultãs.*

BIU Cujas

pace.§.quid sit iustũ bellum.& §.sequen.& xxiij.q.ij. c.j.& dicit Alb.de Ros.in l. neminem,C. de sacrosan. eccl.ꝙ iustum bellum fieri debet sine grauamine subditorum,prius expendendo aurum suum.alle.text.in auth.vt iudi.sine quoquo suf.§.illud.

Dos vxoris hæretici. QVadragesimusnonus casus est,qñ maritus condẽnat de hæresi:qa dos vxoris,si sciuerit ipsum hæreticum,cõfiscatur,c.decreuit.de hæreticis, lib. vj.

Pecuniam à præsidibus pro eorũ officio recipiens. QVinquagesimus casus est, quãdo curialis principis pecuniã recepit ab electo in præsidem,vel in aliam administrationem,vt habeat dictũ officium, debebit reddere quadruplum:& bona sua cõfiscabũtur,& cingulo priuabitur,vt est tex.in auth.vt iudices sine quoquo suffragio.§.sic igitur. ꝓ certo si hoc obseruaretur,multi curiales hodie priuarentur bonis.

Crimẽ leg. iul. de anno. QVinquagesimusprimus casus est, vt cõmittẽtes in legem Iuliam de annona,puniãtur in xx.aureis,l.ij.ff.ad legem Iuliã de anno.& ista pœna tenentur qui emunt bladum causa reuendẽdi,& faciẽdi caristiam,vt communiter fit: & est cõmunis mos apud Citramontanos, maximè in Burgundia.

De fraudantes fiscum. QVinquagesimussecundus casus est, ꝙ q. fraudẽ facit fisco in quęrẽdis,punit in duplũ:vt est gl. ĩ l.facultas.C.de iure fisc.lib.x.vbi etiã dicit glo.ꝙ officiales plura mala faciũt, & cõmittũt q̃ alij.hoc etiã voluit Bar.in l.q in contractibus.C.eo.tit.de iur.fisci.vbi dicit etiã menti tenendũ in istis qui recipiũt vẽditionẽ fictitiã in fraudẽ fisci:vt teneãtur in duplũ.l.auferẽ. §.fi.ff. de iure fisci. nã ex quo alienatio fit à delinquẽte in coniunctã personam,præsumitur facta in fraudẽ fisci.Bal.in l.si quis post hac.C.de bon.dam.

Rem litigiosam alienans. QVinquagesimus tertius casus est, ꝙ si quis rem litigiosam alienauerit, cõpellitur rẽ non tãtùm redhibere,sed pretio eius priuaẽ:non vt lucrũ cedat ei cui rẽ alienauit,sed vt etiã alia tãta quãtitas ab eo fisci iuribus referaẽ.ita inquit tex.& Bal. in l.fi.C. de litig. Ex quo dubitatur,nũquid vitiũ litigiosi impediat cõfiscationem.& dicendum est ꝙ non,per text.& quod ibi nõ.Ang.in l.si constante.§.fi.ff.solu. matrim.

ADDITIO. De materia litigiosi, vide Mat.de affl. in consti.regni Siciliæ,quæ incipit,eorum fraudibus. per totum.vbi ponit xxiij.casus in quibus non habet locum vitium litigiosi.

Ambiens. QVinquagesimusquartus casus est,vt cõmittẽtes ambitum, puniatur in centum aureis, & fiunt infames,l.j.ff.ad l.Iul. de ambi.

Sacrilegus QVinquagesimusquintus casus, vt cõmittentes sacrilegiũ,puniantur pœna extraordinaria.l.sacrilegij.ff.ad legem Iul. pecu.

Falsificans mensuras & pondera. QVinquagesimussextus casus est, vt falsificans mẽsuras & pondera,puniatur pœna extraordinaria.l.in Dardanarios.ff.de pœnis.pondera enim & mẽsuræ non debent augeri,nec minui.c. vt mensuræ, ext.de emptio.& vendit.

ADDITIO. Aduerte ꝙ etiã tales de iure antiquo digestorũ relegabantur.l.pe.§.si venditor.ff.ad l.Corneliam de falsis.l.annonam. in fin. ff. de extraordina. criminibus.gl.in l. arbitrio.§.de eo.ff.de dolo.Matth. de affl.in consti.regni Siciliæ,quę incipit,ad officium baiulorum.in ij.notabili.

QVinquagesimusseptimus casus est,ꝙ si qs pecuniam accepit ad aliquod opus publicũ faciendum,& nõ expẽdit,sed in se retinuit,vel aliter in vsus proprios cõuertit,punitur ad restitutionẽ dictę pecuniæ,& in triplum plusquàm habuit,fisco dãdum.l. ij. & in l.iiij.§.sed & qui pecuniam.ad l.Iul.pecul.

ADDITIO. Matt.de affli.in constit.regni Sici.quę inci.officialis. dicit ꝙ officialis Regis faciẽs mutuũ de pecunia fisci,debet decapitari:& ille q recipit, debet deportari.l.fin.C.de his qui ex publicis ratio.pecuniã mutuã acceperũt.cõcordat tex.in l.fi.C. de his qui ex publ.colla.illa.sunt nõ vsurpan.li.x. Et qũo puniũtur expẽdẽtes pecunias publicas in vsus ꝓprios,facit tex. in l.diu.C.de suscepto.& arcariis.lib.x.& in l.ij.C. de nauicu.lib.xj. Et hîc esset bonũ explicare materiã peculatus, quæ est hodie multũ excogitata, & deducta ad practicam, propter infinitos abusus q reperti fuerunt in officiariis finãtiarum regni. sed fortè alibi dicam,& illam amplè tractabo,si aderit tempus. †

Iudex non prouidens carceratis. QVinquagesimusoctauus casus est,ꝙ iudices singulis diebus dominicis habere debent notitiã carceratorum,& intelligere si habẽt victum, & aliter prouidere ne quid eis deficiat,sub pœna librarum xx. auri.vt est tex.in l.iudices.C.de epis. audi. vtinã istud hodie obseruaretur.

ADDITIO. Et in hoc punitur negligentia iudicis. Et in aliis quomodo puniatur,dixi alibi.sed vide Lucam de Penna in l.ij.in ij.col.C.de naufragiis.li.xj. Et ad hoc aduerte ad id quod dicit Mat.de affli.in consti. regni Siciliæ,quæ incipit,officiales qui. vbi dicit ꝙ q habet mãdatum de implendo,& non impleuit, dicitur esse in negligentia,quę ex hoc est satis probata. & vide eundem Matt.in constit.quæ incipit, statuimus. in xiij.notabili.†

Deferẽs fisco & non probans. QVinquagesimusnonus casus est,ꝙ qui defert fisco,& non probat,tãtum debet dare fisco quãtum detulit.gl.est in l.iiij.C.de delato.lib.x.l.senatus. §.senatus. ff. de iure fisci. nisi ex necessitate officij faciat.l.ij.eodem titulo.

Omnia bona vacantia. SExagesimus casus est,ꝙ omnia bona vacantia sunt fisco applicanda.l.j.de bo.vacan.sed post quadriẽnium non admittitur.l.j.C.de quadrien.præscr.credo ꝙ apud nos etiã ante xxx.annos admittitur,cùm omnes præscriptiones sint redactæ ad xxx. annos. vt infrà §.pen.harum consuetudinum.

Seipsum interficiẽs. SExagesimus primus casus est, quia bona seipsum interficientis desperatione criminis perpetrati, fisco confiscantur, quod quomodo intelligendum sit, recurrẽdum est ad doct.in l.ij.C. qui testa.facere pos. maximè per Bal.Sali.& do.meum Ias. & per Sali. in l. j.C.de bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt.

Assessor. SExagesimussecundus casus est in assessore, q oblata restituit in quadruplum.l.consiliarios.C. de assessorib.

SExagesimus tertius casus est, quia portiones eorũ qui mortẽ libertorum suspectò decedentium non defenderunt,fisco vendicantur.tex.est in l.portiones. ff.de his qui vt indig.

Viam publicam occupans. SExagesimusquartus casus est,qa viã publicã occupãtes,pœna quinquaginta librarũ auri puniũtur, quæ fisco applicari debent.l.qui sine.C.de ope.publ.

SExagesimusquintus casus, illud quod relinquitur per militem mulieri quã stuprauit, applicatur fisco.l.mulierem.ff.de his quibus vt indignis.

SExagesimussextus casus, si is cui quis est rogatus restituere legatum dixerit illud falsum,fisco applicabitur.l.post legatũ.§.si pater.in fin.ff.de his quibus vt indignis.

Excommunicatus ex contumacia. SExagesimusseptimus, in excõmunicato ex contumacia secundum tenorem.c.cum contumacia. de hæreticis.in vj. qui sustinuit excommunicationẽ per annum:quia bona eius debent confiscari, & fisco applicari.decisio.capellæ Tholosanæ. cccLxvj. Ioã.And. in c.primo,de homicidio. in vj. & Areti.in c. qualiter

BIU Cujas

& quando le.ij.§.ad corrigẽdos.de accusatio. ¶ Intellige istud quãdo est pro causa criminali & nõ ꝓ ciuili, vt dixi ſ. in tit.præcedenti.§.vj.in gloss. j. & ita tenet Guil. Bened.in sua repe. cap. Rayn.in verbo,mortuo itaque testa.j.nume.ccxc. de testamentis.

ADDITIO. Vide Matth.de afflictis in constit. regni Siciliæ,quæ incipit,pœnam eorũ. in primo notabili.& in cõstitutione quę incipit,clemẽtiæ.in fine. †

SExagesimusoctauus casus,in iudice qui aliqd accipit à partibus in initio litis:quia si in causa ciuili, punitur in triplũ,cum amissione officij:si verò in causa criminali,mittitur in exiliũ, & bona eius confiscãtur.Ita est tex.in auth.vt litigantes iurẽt.§. si quis autem ex litigato. colla.ix.

Iudex pecunia corruptus. ADDITIO. De pœna iudicis qui malè iudicauit, maximè quando est corruptus pecunia,vide Matt. de affli.in constitutione regni Siciliæ,quæ incipit, si iudex.cum sequentibus. †

SExagesimusnonus casus,in parte quę iurauit se dedisse iudici,& nõ ꝓbauit:qa bona eius cõfiscãtur. Tex.est in d.§.si quis autem.in auth.vt litigan.iurent.

SEptuagesimus casus est in l. qui contra. C. de incest.nup. & in l.cùm hic status.§. fi. ff. de do. inter vi.& vxo.de quo fui consultus in ardua causa.

SEptuagesimusprimus casus est ex consuetudine in bastardo moriẽte sine liberis.de quo infrà dicetur in tit.*des successions des bastards.* §.j.

ADDITIO.Adde alium casum in illo qui bona aut partem bonorum proximi cognati,cui succedere debet,donauit:qm̃ aufertur ab eo hæreditas,& fisco applicatur,l.quidam.§.donationem.cum l.sequen.ff. de donatio.& in l.ij.in fine,ff. de his quibus vt indi. dixi in consilio quod feci,quod incipit,quidam minor. †

Perdens vitam perdit & bona. PRo septuagesimosecundo casu, descẽdo ad casum nostræ consuetudinis, scilicet ꝙ quicũque perdit vitam,perdit & bona.Nam ista nostra consuetudo est in multis contra dispositionem iuris, maximè contra auth.bona dãnatorum.C.de bonis ꝓscrip. & damna. Dic ergo quòd dicta auth.non habet locum in ducatu Burgũdiæ,vbi viget nostra consuetudo.¶Secundò nõ habet locum in illis qui superueniunt post sententiã. Ita Bar.in auth.nouo iure.C.de pœna iudicis qui malè iudicauit.¶ Tertiò non habet locum quando bona auferuntur vt ab indigno, prout dicit Bal. in l.hæreditas.C.de his quib.vt indig. ¶Quartò non habet locum vbicunq; quis condemnatur ad mortem ex forma statuti:nam tunc bona non confiscantur, nisi hoc nominatim caueatur in statuto.Ita dicit Bal.in l.ij.C. qui test.face.possunt.& Ang.in d.auth. bona damnatorum.vbi dicunt,ꝙ in tali casu eis succeditur, prout ab intestato succederetur.

37 Ambani qui dicantur. PRo septuagesimotertio,In Gallia dic etiam bonorum confiscationẽ esse in ambanis† qui dicuntur albini:& sunt peregrini,qui moriuntur intestati, nullis liberis relictis in Gallia: quia eorum cõsanguinei existentes extra dominium regis, non eisdem in bonis existentibus sub Rege, sed applicantur Regi. †

38 Ius albinagij. Alij dicunt istud esse ius albinagij:& dicuntur Albini alibi nati.¶ Vide Boërium in cõsue.Bituri. tit. de test. §.fi.in fine.

ADde etiam Pyrrhum in consuetudinibus Aurelian.in tit.de successio. §. xiiij. vbi amplè de istis albinis.Et vide etiam Matt.de afflictis in consti. regni Sici.quæ incipit,dohanæ secreti.in fine.vbi dicit ꝙ licet de iure Longobardorum exteri testari non poterant tamen de iure Romano sic. apud nos nati in comitatu Burgũdiæ reputabantur albini, & vidi plures literas naturalitatis ab incolis & oriũdis in dicto comitatu:qd̃ nõ videbã æquũ,ex quo comitatus Burgũdiæ,depẽdet à regno,& fuit de feudo ducatus, prout adhuc deberet esse, vt dixi in Catalogo glorię mundi, in quinta parte.in xlvj.cõsideratione.in fi. ꝓpterea vidi à certis annis citra plures declarationes factas ꝑ Regem, ꝙ non intendebat ꝙ nati & oriũdi in comitatu Burgundiæ reputarent̃ albini,nec ꝙ amplius erat eis necesse impetrare literas naturalitatis. & ita vidi de quodã filio domini de Rye,qui habuit literas à Rege declaratiuas talis iuris,vt dictum est,& fuerunt lectæ in parlamento Diuonensi me præsente & audiente, anno Domini 1527.†

SEdistud ius est cõtra auth.omnes peregrini C.cõmunia de manumiss.qui etiam tollit consuetudinẽ cõtrariam,cùm talia bona debeant dari hęredibus, si appareant,aliàs debẽt distribui pauperibus,& in pios vsus cõuerti:& ita obseruant Ianuen.qa talia bona distribuũtur per quosdã cõmissos in pios vsus,& ꝓ alimẽtatione pauperũ.Sed quicqd sit,istud est ius regale incõcussũ & indubitabile apud nos in Gallia.Ex quo videmus multos obtinere lr̃as naturalitatis,ex quib⁹ fiunt acsi essent tales nati in patria.† imò etiam ex iure regali tales peregrini non possunt tenere beneficia in patria sine licentia principis, quæ solet vocari lr̃a naturalitatis.¶Sed visis supradictis casibus,quia sunt multi in quibus fit confiscatio bonorũ,& tamen non fit corporis confiscatio, an ille casus extendatur ad omnes alios casus,ita ꝙ in quocunq; casu fiat confiscatio bonorum, competat confiscatio ad dominum habẽtem altam iustitiam:an verò principi in aliis casibus quàm in casu confiscationis corporis?† & videtur quòd tantùm confiscatio bonorum debeat competere domino altæ iustitiæ, in casu in quo confiscatur corpus,secundum hanc nostram consuetudinem: quoniam,vt iam dictum est,& dicetur infrà, in gloss. *& appartient*, confiscatio siue in totum,siue in parte, competit principi. nec de iure applicari potest inferiori à principe,cùm sit de regalibus,vt dicit Aluario. in cap.j.§.si quis aliquem,per illũ text.de pace tenen. nisi,vt dicit,de cõsuetudine vel præscriptione &c.dicã in d. gl. Ergo si in vno casu permittatur, aut sit ius acquisitũ inferiori à principe,ex cõsuetudine vel præscriptione,nõ sequitur ꝙ debeat extendi in omnibus casibus,etiam similibus:quia ex quo ista nostra cõsuetudo est exorbitans à iure communi,tum quia aliqua pars istorum bonorũ deberet competere liberis & agnatis,vt dixi antè,tum quia si non cõpetat liberis,tũ in omnib⁹ aliis casibus semper dr̃ ꝙ cõpetit fisco:igitur non venit extendenda:† quia statutum exorbitãs à iure communi,non extẽditur ad casus similes, maximè quando est correctorium,vt hîc in hoc casu. Ita tenent omnes in authen. quas actiones, maximè domeus Ias.in v.& vj.col.C.de sacrosan.eccles.qui plura ad hoc allegat,quæ multum faciũt in proposito. Imò etiam, vt dicit, ex maioritate vel identitate rationis, & hoc crederem esse verum de iure, & posset sustineri in puncto iuris,si casus eueniret. Sed possent adduci pro parte contraria plura: videlicet † quòd lex interpretans extenditur in omnem casum legis interpretatæ.Tex.est in §. j. in authen. de filiis ante instrudota. natis. Et no. in cap. dispendia. de rescriptis. sed sic est, quòd hæc lex nostra interpretatur legem antiquam,de cõfiscatione cui competat, loquitur in vno casu. Ergo cùm lex interpretata,scilicet de confiscatione, sit in omni casu confiscationis, quòd competere debeat principi: illa lex interpretans debet extendi

39 Litteræ naturalitatis.

40 Quæ confiscationes competãt principi, & quæ domino altam iustitiam habenti.

41

42

tendi in omni casu legis interpretatæ. ¶ Secũdò facit; quia quãdo plura æquiparãtur in aliqua materia, per legem antiquã in omnibus,& per omnia:tunc statutum nouum corrigẽs in vno intelligitur in alio corrigere etiam in materia odiosa, & pœnali: vt probat text.in c.si postquam,de elec.in vj.cum gl.per Panor. in c.de multa.per gl.fi.ibi, de præbendis. Per dominũ meum Ias.in l.transigere,in v. col. de transactio.C. & in §.ex maleficiis.in x.col.insti.de actio. Sed sic est ꝙ in materia ista,scilicet cui debeat competere cõfiscatio,omnes casus de iure antiquo parificanť,cùm semper fisco competere debeat: vt dictum est antè. Ergo statutum nostrũ,seu nostra consuetudo corrigens in vno in hac materia,extendi debet ad omnes alios casus à lege antiqua parificatos. Et de hac regula posui infrà,in fine harum consuetudinũ,in gl.in verbo, *interpretees*,ibi vndecima cõclusio. ¶ Et etiam tertiò facit ꝓ hac opinione ꝙ quãdo duo casus parificantur vi regulæ antiquæ,tũc statutũ disponens aliquid in vno parificatorũ extenditur ad reliquum. Hæc conclusio probatur ex multis quæ allegaui in fine harũ consuetudinũ,in gl.*interpretees*,ibi,decima conclusio. Cùm ergo prędicti omnes casus confiscationis quo ad hoc æquiparẽtur vi regulæ antiquæ,quæ est quòd omnes cõfiscationes cõpetunt principi:ex quo statutum disponit in vno casu:videlicet quòd debeat extẽdi ad reliquos. Cogita, quia si casus eueniret tempore meo, non paterer tanquam officiarius regius quòd alius inferior à principe sibi attribueret: sed dicerem illam competere debere principi in omnibus aliis casibus quàm in casu mortis,de quo hîc in §.nostro.

IN TEXTV IBI,

Qui confisque le corps.

1 An bona eius qui obijt in carcere antequã ferretur sententia confiscentur.

INtellige. s. realiter, & cum effectu,& ideo quæro, †Pone ꝙ quis sit incarceratus ꝓ homicidio,aut pro alio delicto,pro quo debet ad mortem cõdemnari, & cõfessus est delictum,ita quòd nihil amplius est quærendum,nisi ꝙ feratur sententia, an si moriatur antequam lata sit sententia,debeant eius bona confiscari? Bal.in l.j.C.ne ex delict.defuncto.in iij.col.& Spec.in tit.de accusa.§.j. versi. quid si latro. & decisio Tholo. quæstio.cl.tenẽt ꝙ sic. Credo istud esse verum de iure,in casu in quo bona veniũt confiscanda,sed in casu huius nostrę cõsuetudinis,quę est cõtra iuris dispositionẽ,credo ꝙ requireret realis & effectualis cõfiscatio corporis:quæ nõ fit,nec fieri debet in homine seu corpore mortuo,vt dicit do.meus Ias.in l.ij. in j.& ij. col.C.qui testa.face.pos.cùm ergo corpus non sit cõfiscatũ,quod requiritur per consuetudinem, nec etiã bona,& ideo cùm nõ conueniãt verba dispositionis, nec cõueniet dispositio,l.iiij.§.toties.ff.de dam.infec. cum vulg.Cogita,quia si casus eueniret in facto, non esset sine dubio. ¶Ex dicto Bar.in consil. suo cxvj.in j. col. videtur dicendum ꝙ si quis fuerit condemnatus propter cõtumaciam,ratione delicti per eum cõmissi, propter quod debebat corpus confiscari, non perdit bona:ita ꝙ si interim moriatur, bona non debent fisco applicari,sed filiis reseruari, quia sententia debet ferri in præsentem. Nec ex commissione delicti bona sunt confiscata,sed solùm per sententiam.dixi in glos. sequ.& ita consului in casu emergenti.

Quæstio.

SVccedit nunc alia quæstio, quę est multum necessaria ad hãc materiã, videlicet vtrum bona eorum qui perdunt ciuitatem aut libertatem, vt sunt deportati, debeant confiscari per hoc statutum.

SEd operæpretium est scire,vtrum bona eorum qui perdunt ¶ ciuitatẽ aut libertatẽ,vt sunt deportati, debeant cõfiscari per hoc statutũ.Et vĩ ꝙ sic, quia statutũ dicit,ꝙ confiscat corpus &c.hoc est ꝙ perdit vitã,id est qui moritˉ,& sic ibi sumitur corpus ꝓ vita,vt dicat corpus perdi quando vita amittitur, & mors infligitˉ. Sed sic est ꝙ tales quibus ciuitas aut libertas adimitˉ, dicuntur mori ciuiliter,& sic corpus perdũt ciuiliter, & efficiuntur serui pœnę & supplicij,& per cõsequẽs non sui iuris.l.capitaliũ,in prin.& l. qui vltimo. ff. de pœnis.§. j. instit. quibus modis ius patriæ potest.sol. cum similibus.†Mors autem ciuilis naturali ęquiparatur,l.res vxoris,in fin.C.de dona. inter virũ & vxo. cum similibus.Et pro hoc vrget,quia lex antiqua, ad quam maximè hoc statuto reducitur, quo ad publicationem bonorum,ęquiparat mortem naturalem & ciuilem,& dicit bona illorum publicari,qui vitam,ciuitatem,aut libertatem amittunt.d.l. j. in prin. ff. de bonis dãna.& l.eius qui.§.hi verò.ff.de testa.Ergo etiã hoc statutum,quod est lex noua,superueniẽs post dictum ius antiquum, disponẽs in vno casu parificatorum,intelligitur disponere in reliquo. Nã regula iuris est satis vulgata, ꝙ quãdo lege antiqua certi casus parificantur,lex noua superueniens disponens in vno illorũ,disponit etiam in alio,l.si quis seruo.C. de fur. l.si quis.ff.de ser. fugiti.dicam infrà in conclu.harum cõsuetudinũ, in gl. *interpretees*, ibi,decima conclusio. cùm ergo hoc statutũ,quæ est lex noua, disponat super vno casu legis antiquæ, scilicet in morte,vt indistinctè qui perdit vitam, confiscat bona dispositione, intelligitur etiam vt hi qui ciuitatẽ aut libertatem amittunt,etiam bona confiscant,& etiã cõfiscabant illo iure antiquo. ¶ Ista quæstio potest solui per istam, videlicet vtrum statutũ extendatur ad casus non expressos in statuto.in hoc breuiter,si in illis casibus in statuto non cõprehensis sit eadẽ ratio,siue decisio per ius cõmune,ad illos non extenditur statutũ,sed statur dispositioni iuris cõmunis,quia nõ est nostrum leges extendere.d.l.fi verò.§.de viro.ff.solut.matr. Ita Bart. in l.omnes populi.ff.de instit.& iur.aliàs verò secus.d. l.de quibˀ.& d.l.ij.C.quę sit lõga cõsue.Cùm ergo iure antiquo in omnibˀ casibus esset eadẽ dispositio & ratio,sequitur ꝙ alij casus in statuto non comprehẽsi relinquerentur dispositioni iuris cõmunis.s.illius legis.j.& §.hi verò.per quas in illis casibus fit confiscatio bonorum illo iure. Verùm quia illud ius antiquũ quo ad illos casus est correctum per dictam auth. bona damnatorũ.secundum communem opinionem in d.l.j.& in d.auth.bona damnatorum.quia si illis casibus bona quę non possunt retinere applicantur fisco, esset pœna succedẽtium ab intestato magis q̃ damnatorum,& magis puniuntur res quàm personę,contra dictum §.oportet.de mãda.prin.& gl.in d.§.fi.de adẽptione vitæ erit per hoc statutũ correctus, inquãtum super eo disponebatur per d.auth.bona dãna. & d.l.j. Cęteri autẽ casus parificati relinquantur dispositioni iuris communis,& sic illius authẽ. bona dãnatorum. Sed quia nulli sunt hodie qui propriè deportẽtur,aut dicantur ciuitatem aut libertatem amittere pro pœna,in terminis iuris,quare prædicta essent nullius efficaciæ, fortè possent reduci ad vsum nostrum in bãnitis.cuius gratia quæritur, ¶ Vtrum bãniti nostri tẽporis comparentur deportatis,vt propterea bannitorum bona confiscari debeant vt deportatorum.

2 An bona deportatorum confiscentur.

3 Mors ciuilis naturali aequiparatur.

Regula.

ET pro clariori intelligentia sciendum est qui dicãtur banniti, & vnde, & Cy.in l.reos.C.de accu. dicit,† ꝙ banniti dicuntur quasi positi extra ciuitatis beneficia,& Ang. in l.j.C. de hæred. insti. dicit quòd

4 Banniti qui dicantur.

BIU Cujas

5 Bannum quid & quotuplex.

bannũ, † vnde bãniti dici possunt, sumit' quatuor modis. Primò, ℔ voce præconis, alleg. auth. qui semel. C. quomodo & quãdo iud. Secundò, pro mulcta. de quo bãno sic sumpto facit mentionẽ gl. in l. iij. C. de suspe. tu. & gl. in l. j. §. quod ergo. & ibi Bar. ff. de vẽtre inspi. & ℔ hoc alle. ipse Ang. l. j. C. de mõ mulcta. & tamen nihil vĩ facere. Tertiò, bannũ sumitur ℔ annotatione bonorũ, quæ fit per dispositionem ti. de requi. reis. de quo suprà sum locutus, & hoc bãno sæpissimè vtũtur iudices cũ reos nõ comparentes & sæpe citatos faciũt ad pœnam banni citari, & postmodum declarãt bannitos. Nã illud bãnum ℔ priè est qđ fit per modũ annotationis, de quo per gl. in l. j. ff. de requi. reis. Quartò, dicit Ang. sumi bannũ ℔ sentẽtia bãniente, quæ est pœnæ. i. illius bãni illatiua. & dicit Ang. ꝙ illo banno vtunt' ℔ totã Italiã: & dicit ꝙ illa sentẽtia est quædam interlocutoria. ℔ quo est tex. in l. si qs exhæredato. ff. de iniusto rupto. cuius ibi ponit nonnullos effectus, quos, vt ad statutũ nostrum minimè seruiẽtes, hîc inferere nõ curaui. Reperio quòd de banno fit mentio ℔ tex. in auth. item nulla cõmunitas. & in auth. itẽ quæcunque communitas. C. de epis. & cleri. & credo ꝙ de banno, quod sumitur pro mulcta, ibi intelligi debeat. tamẽ Iaco. But. ibi, vt referunt doc. vĩ velle ꝙ text. ille intelligatur relegatus ab illa prouincia aut ciuitate à qua est bannitus, quod tamen licet sit possibile, tamẽ aliqualiter displicet Salic. qui ibi dicit esse contra mẽtem authenticæ, & significationem verborum, vnde ipse circa bannum, ita dicit notabiliter, quòd aliquãdo lex diffidit & bannit aliquẽ, & tũc pro inimico eũ reputat, eo ipso quòd bannit & diffidit, & eum ipsum extra honores, dignitates & officia ponit, maximè ꝙ hostes reputantur qui omnia ea perdũt. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminut. & hoc bannum isto casu pro pœna irrogatur, quæ deportationi erit similis. & de hoc banno fit quæstio nostra, & hunc credo perdere bona sicut deportatum per dictam legẽ primam. ff. de bonis dam. de iure, sed de statuto infrà dicetur. & de his bannitis loquitur auth. Gazaros. C. de hæretic. ibi, bannimus atq; diffidimus. ¶ Quandoque verò lex bannit tantum propter contumaciã & contemptum: & tunc non habetur vt hostis, & hoc bannum credo illud de quo suprà, quod annotationẽ dicunt: & dicit idem Salice. † quòd dicitur ex duobus verbis græcis de ban, scilicet & imo: vt ban quod est extrà latinè, & imo, quod est facio, quod est vt si dicatur de banno, id est extra facio: vt quod in bãno est dicatur extrà esse, & bannum dicatur extrà positio: & bannitus dicatur extrà positus, quod potest adaptari ad omnia banna.

Quod sit bannum quod deportationi comparatur.

6 Bannum vnde dictum.

ADDITIO. Et dicit Matt. de affli. in constit. regni Siciliæ, quę incip. grandis vtilitas, in vij. notab. ꝙ forbãnire in foro seculari est ad similitudinem excõmunicationis in foro ecclesiastico. Inde dicit ꝙ bãnire est extra ℔ tectionẽ ciuitatis aut loci à quo ponit', ponere, & ibi etiã de materia bãni. An etiã pẽdẽte appellatione aut ℔ positione nullitatis bãni, bannũ sit suspẽsum, & qũo debeat ℔ clamari. ¶ Aliud est bannum de quo hĩ infrà, tit. *des forests*, qđ bãnum etiã ab interpretatione, de qua suprà dĩ, de quo in suo loco dicetur. ¶ Quomodo autẽ sit ℔ cedendum ad bannũ cõtra absentem & contumacẽ, & ꝙ sex requirũtur ad quæ iudex aduertere debet, aliàs sentẽtia banni nulla, vide ℔ G. Bũdicti in sua repet. c. Rayn. in verbo, mortuo itaq; testa. j. nu. 59. ibi, per vj. aut vij. col. de testa. extrà.

QVia verò doct. vbiq;, cum bannitis faciũt mentionẽ, & de ipsis quæstiones formãt, dicũt † qđ de bannitis nostri temporis, prout est gl. in §. relegati. insti. qui. mo. ius pa. pot. sol. & bannum etiam hoc tẽpore sic, vt suprà dictũ est, multipliciter sumitur: dubitatur qui dicãtur banniti nostri temporis. & credo ꝙ hi diuersitatem habent apud Italos, Lombardos & omnes Vltramõtanos, & nos Citramõtanos, de quibus habẽt diuersarũ prouinciarum ciuitatum & terrarũ statuta: tamẽ cum gl. loquimur de bãnitis nostri tẽporis. Io. Fa. qui est doctor & practicus Citramõtanus, qui terminos iuris & quæstiones vsui Galliæ & curiarum Frãciæ propriè applicat. in d. §. j. dicit bãnitos dupliciter cõsiderari: nam qui banniũtur propter contumaciam, quia vocati per bannum non veniunt, & dicit ꝙ de his non est quæstio, quæ fit per gl. de bãnitis nostri tẽporis, & dicit hos non assimilari deportato, quia nulla sententia fertur cõtra tales: sed solùm bona annotantur propter contumaciam iuxta natură de requir. reis. hi tñ per statutum Mediolani condẽnantur ad mortem: & eorũ bona publicantur, & possunt impunè occidi, cùm dicãtur hostes. & multos vidi processus me assidente capitaneo iustitię Mediolani: sed apud nos solùm eorum bona annotantur. Sunt nonnulli qui banniuntur per sententias: & bannũ eis pro pœna imponitur: & de his dicit ℔ cedere ꝙ quæritur de bannitis nostri tẽporis. ¶ His ergo quò ad cognitionem banni & bannitorũ sic præmissis, ad quæstionem suprà formatam, vtrum comparentur deportatis. glo. in d. §. relegati. insti. quib. mo. ius patriæ po. sol. dicit, † ꝙ si tales banniti sunt propter maleficium, & amittunt ciuitatem, & eorum bona publicantur de iure aut consuetudine, ꝙ tales assimilãtur deportatis. allegat l. primã. ff. de bo. dam. alias verò secus, sed potius applicarent' relegatis. & hoc tenet Sali. in d. auth. item nulla communitas. deportato tamen insula assignatur, quod non fit his bãnitis quibus solùm interdicitur prouincia à qua banniuntur: sed quò volũt alibi vbi gentium morari permittitur: quare non vidẽtur propriè similes deportatis, imò bannũ fit de consuetudine, & tamen non deportantur. d. l. j. §. à præfectis. ff. de leg. iij. vnde per has rationes Ioan. Fab. in d. §. relegati. dicit doc. tenere non assimilari, dicit tamen quòd Spec. in titu. de fide instr. §. compe. ver. sed quid de bannitis, tenet opi. gl. in d. §. relegati, prout refert Barto. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. dicit ꝙ banniti perdunt propriè ea quę sunt iuris ciuilis illius ciuitatis aę prouinciæ à qua bãniuntur: quod tñ dĩ sanè intelligendum in illis bãnitis, quibus ciuitas bellũ indixit, & qui possunt impunè offendi. l. amissione. §. qui deficiũt. ff. de cap. diminu. sed iura omnia nõ perdunt, & sic in effectu vult, ꝙ non æquiparẽtur deportatis omnino, illos tamen bãnitos non credo esse nostri temporis apud nos Cismontanos. Nõ enim semper bãnimus ℔ pter crimẽ, imò ℔ pter aliã causam. illud autẽ bannũ de quo loquit' Iac. de Arc. fit alia causa, ℔ put facere cõsueuerũt Itali ex forma suorũ statutorum, & illos suos bãnitos statuerũt posse offendi, &c. vnde Bar. in l. j. C. de hær. insti. in l. ci'. §. si cui. ff. de testa. in l. amissione. §. qui deficiũt. ff. de capi. dimi. se refert circa hũc articulum ad determinationem, quam facit in quadam sua disputatione, quę incipit, Lucanę ciuitatis statuto &c. vbi ipse Bart. multa singularia de bãnitis dicit: & præcipuè, quibus comparẽtur bãniti, an dãnato vltimo supplicio, vel ad bestias, & an efficiantur serui pœnæ, tenet quòd non: an æquiparẽtur deportato, tenet ꝙ non. Item an relegato, tenet ꝙ nó. Item vtrum excõmunicatis, tenet ꝙ non. dicit postea quòd bannitus, qui potest impunè offendi ex statuto,

7 Qui dicantur bãniti nostri temporis.

Bannitorũ differẽtia.

8 Banniti similes deportatis.

Bar. de bãnitis.

BIU Cujas

æquiparatur transfugæ, & enumerat ea quæ perdit: postea singularem facit distinctionem de bānitis specialem, quæ facit ad bannitos nostri temporis, ibi, sed prout statuto. & dicit ꝙ banniti, qui possunt impunè offendi dicūtur hostes ciuitatis. d. §. q deficiūt. & perdunt ea quæ sunt ciuitatis suæ à qua banniūtur, & retinent ea quę sunt iuris communis ciuium Romanorum. in quo concordat cum opinione Iaco. de Are. de quo dr̄ in d. §. ex facto. clarius tamen loquitur in d. §. qui deficiunt, & dicit † ꝙ ille qui est bannitus imperij æquiparatur deportato, & perdit ea quæ sunt iuris ciuilis. d. §. qui deficiunt. & ita elicit intelligi iura noua quæ dicūt, imperiali banno subiaceat, hoc est iura ciuilia perdat, d. auth. item nulla. C. de epis. & cleri. sed ille qui est bannitus alicuius regni aut prouinciæ, retinet ea quæ sunt iuris cōmunis. l. quidā sunt ff. de pœnis. hinc posset dici ꝙ banniti nostri perdunt ea quæ sunt prouincię, à qua banniuntur, sed retinent omnia iura alterius prouinciæ, in quam se conferunt, & ibi omnia agere possunt, quæ alij habitantes agūt: & sic quo ad quid illi banniti deportatis æquiparantur.

9 Bannitus imperij æquiparatur deportato.

ADDITIO. Non est tamē sine dubio, an statutum aut ordinatio, seu cōstitutio principis ordinās & permittens bānitos impunè posse offendi valeat, vt dicit Matth. de affl. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, pœnam eorū, in ij. nota. ¶ Et quò ad quid non, adhuc etiā duo requirūtur ad hoc, vt bānitus perdat ea quæ sunt ciuitatis suæ, secūdum Bar. q notauit ex illo text. in d. §. qui deficiunt. vnum est ꝙ ille bānitus fuerit inobediens, & aufugerit ab illius imperio cui sub est, & sic fuit bānitus. secundum ꝙ in hostiū numero se conferat. quod dicitur facere quando est talis bannitus qui ex forma statuti potest impunè offendi, & reputat hostis, quare sibi indicitur bellū. quæ duo nunquā apud nos video in bannitis contingere, sed solùm propter maleficiū puniunt, & ꝓ pœna bāniuntur. id est, fit eis interdictio patriæ, † nec possunt impunè offendi, aut hostes reputari. & isto casu dicit ibi Bart. ꝙ nō perdūt iura suæ ciuitatis, aut patriæ: & in veritate tales sunt banniti nostri temporis citra montes, quos non credo cōparari deportatis. quod tenet etiam Cy. in d. l. j. C. de hære. insti. & quidā doct. Bononien. do. Francis. de scalis, prout refert ibi Bar. quorū opinio apud nos militat. Quod eñ dr̄ per Bart. & alios doct. de bānitis, qui possunt impunè offendi, vt illi æquiparentur deportatis, apud nos militare non pōt, quia nostri bāniti nūquam possunt offendi, aut hostes reputari ex statuto antè aliàs, nisi certis casib⁹ in quibus bāniti sunt ipso iure diffidati, & possint à quolibet offendi, vt puta bāniti ꝓpter crimen læsæ maiestatis, vel hæreticæ prauitatis, qui vt diffidati p legē possint impunè offendi, secundum Ang. in d. l. j. C. de hęre. insti. facit. d. auth. Gazaros. de hære. & notat in d. auth. itē nulla. & d. auth. itē quęcunq;. vbi est diffidatio à lege. quo casu dicit Ang. tales bānitos posse impunè de iure offendi, & ideo in illis posset militare quod dr̄ de bannitis, vt deportatis æquiparent. dicit autē Ang. ꝙ si sint bāniti propter alia mala, tūc si ab imperatore, papa, vel rege, possunt offendi realiter, quia illi nō sunt diffidati, sed eorū bona tātùm: vt no. gl. in c. domino guerrā. in tit. hīc finitur lex. sed psonaliter nō pñt offendi. l. si victū. ff. de re iud. l. is qui reus. ff. de publi. iud. l. Papinianus exuli. ff. de minorib⁹. l. de pollicitationibus. ff. de polli. l. nō solum. ff. de in integ. resti. ita Ang. ibi, qui in effectu videtur velle ꝙ nostri bāniti qui in corpore offendi nō possunt, nō ęquiparentur deportatis, si tamē bāniti dicātur exules, quod credo. alleg. textū qui dicit † ꝙ exules sunt vice deportatorū, & sic æquiparantur deportatis. in l. q cum maior. ff. de bonis lib. & hoc modo pōt solui quæstio faciēs ad propositum nostrū, vtrū. s. bannitorū bona cōfiscent si cōparent deportatis? dicendū est ꝙ non cōfiscant, per rationes quas s. ꝓ deportatis allegaui. Si verò non cōparant, adhuc minus, argumēto à cōtrario sensu, quod in statutis militat, secundū no. p Bar. in d. l. omnes populi, in xxj. col. ibi, iuxta prædicta quæro. & per eundē in l. j. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. & ibi do. meus Ias. in xj. col. & Alex. in cons. xvij. in ij. col. in ij. vol. & idē do. meus in l. in illa stipulatione. *la premiere*, in glo. in verbo, posse. quę est in l. hoc iure. quā sub eo audiui. ff. de verborū obligat. vt sicut statutum dicit expressè, cuius corpus confiscatur, bona confiscātur, ergo à contrario cuius corpus non cōfiscat, nec etiam bona confiscant. Breuiter, ego credo ꝙ ex virtute statuti, bannitorū bona non debēt confiscari, per rationes quas superius allegaui ꝓ deportatis, quæ pro bannitis militare vident. ¶ Et si dicat non ꝓcedere hoc casu argumentum à cōtrario sensu, ergo illud argumentū est magis ex interpretatione quàm propria significatiōe, secūdum Bar. ī d. l. omnes populi. facit lex, apud antiquos. C. de furtis. idem do. meus Ias. in d. l. j. vbi dicit, ꝙ tale argumētum dr̄ esse cōiectura, & subauditus intellectus, quæ interpretatio regulariter nō assumitur in statutis, sed verba sunt ad literam intelligenda. Respondebitur ꝙ quādo casus qui à cōtrario sensu sumitur, est aliàs iure communi decisus, tunc per contrariū sensum sumi non debet, sed remanet sub dispositione iuris cōmunis, vt est casus noster qui vice deportationis à iure cōmuni est decisus. in d. authen. bona damnatorū. cuius dispositioni relinquitur quo iūre cōmuni illorū bona non cōfiscantur, ergo nec obstat argumentum quod fieri posset de l. tutelas. §. fi. ff. de ca. dim. vbi dicit ꝙ bannitus nudus exulat, quasi dicat ꝑdit bona. ergo illud verū est quod perdit bona, sed tamen non publicant, vt antiquo iure fiebat, quo iure ad fiscum veniebant, d. l. j. ff. de bonis damna. sed veniunt ad personas enumeratas in d. authen. bona damnatorū. & illa perdit bānitus, & desinet habere. ita Bar. in d. §. fin. ¶ Cōfiscatio autē dupliciter de iure cōsideratur. aut eñ venit in consequentiā pœnæ personalis, prout habetur in l. deportatorum. ff. de pœ. & in l. j. in prin. ff. de bonis dam. & isto casu iura antiqua quæ dicebāt illa bona cōfiscari sunt correcta per d. auth. bona damnatorū. ergo ex quo illa retinere nō possunt, si applicarent fisco, esset magis pœna succedētiū ab intestato quàm ipsius dānati. & hoc est quod notatur ex d. §. fin. in d. l. tutelas. vbi Bar. † ꝙ eo ipso ꝙ quis amittit ciuitatem ꝑdit omnia bona sua, sine aliqua publicatione. Casus autē in quib⁹ quis amittit ciuitatē, sicut in d. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capitis dimi. aut eñ confiscatio venit expressè per legem, & nō in cōsequētiam, & tunc iura antiqua non corrigunt, quia. s. illa fisco applicantur, secundū dispositionē iuris antiqui. ita vult Bart. qui vult esse cōmunē opinionē in d. l. j. ff. de bo. dam. & in d. auth. bona dānatorū. Ex quib⁹ omnibus concludēdum videtur, ꝙ bona damnatorum inquātum deportato cōparant, hodie etiam nullo iure cōfiscant. Primò, non iure scripto, qa iure antiquo nulla bona confiscabantur in consequentiam pœnæ personalis. d. l. j. & d. l. deportatorū. ergo per d. authē. bona damnatorum, veniant ad personas ibi enumeratas. ¶ Item nec iure statuti nostri, quod tantum vult cōfiscare bona, quādo corpus confiscatur, nisi confiscant hi banniti. ¶ Quod no. quia per contumaciam pœna

11 *Exules æquiparā-tur deportatis.*

12 *Amittēs ciuitatem perdit bona absque aliqua publicatione.*

10 Bannitus Galliæ non possunt impunè offendi.

BIU Cujas

corporalis nõ imponitur.l.diuus.ff.de cust.reorũ.Bal. in rub.C.cõminatio.epistolas ꝑgrãmat. in fi. verbis, & vide Io.Fa.statim alle.¶Ergo eorũ bona nullo modo cõfiscari debebũt.qd̃ tñ videtur sanè intelligendũ, nisi bannirentur pro tali delicto, ꝓpter quod veniunt bona confiscãda expresè à lege, quia tũc isto casu iura antiqua non sunt correcta, secundum Bart. in d.l.j. & Ang.in d.auth.bona dãnatorũ.& facit §.j.in authẽ. de incest. nup. quo iure fit publicatio bonorũ. sequit̃ etiã ꝙ bona publicari debent. Vltra prędicta,& per alium modũ, si vis videre de effectu bannitionis, vide singulariter Bal.in l.j.C.de hær.insti.qui ponit xij. effectus pœnarũ,ꝓ quos diuersis modis,& diuersis nominibus iura intendunt contumaces ad obedientiam
13 venire,& cõtumaces punire.¶ Aduerte † an arma bãniti vbicunq; depicta possint deleri. vide Bar.in l. eo-
14 *An bãnitus mortuus possit sepeliri in sepulchro maiorum suorum.* rum.ff.de pœnis.† & an qui bannitus est,si moriatur, possit in illo loco sepeliri,maximè in sepulchro suorũ maiorum.Bart. in l.ij.ff.de cadaueri.punitorum.dicit quòd nõ.vide Ioan.Sanxon. in consue.Turon. tit. *des droicts de baronnie*, artic.j.fol.xlvij.Et aduerte ꝙ bãniti per cõtumaciam non possunt morti tradi,secus si per sententiam.Ioã.Fab.in l.quicunque.C.de requi. reis. dixi ante.¶Dicit tamẽ text.in l.capitalium.§.in exulibus.& in l.relegati.ff.de pœ.ꝙ post exilium si bãnitus redeat,capite puniendus est.sed̃ bene intelligẽdo tex. in d.§.in exulibus,est dare gradũ,quia non pro prima vice est capite puniendus,sed gradatim, & pro tertia tãtùm capite puniẽdus,& ibi docet ille text. quomodo sit gradatim procedendum cõtra bannitos, & cõtumaces redeuntes ad locum banni.

ADDITIO. Dicit tamen Matt.de affl.in constit.regni Sici.quæ inci.grandis vtilitas, quòd bãnitus semper comparẽdo potest se defendere,& ostẽdere de sua innocentia,sicut si nunquã fuisset bannitus. per text. singul.in l. diuus. ff. de custo. reorum.quod intellige de bannitis per cõtumaciam,secus de bãnitis per sententiam cum causæ cognitione.

SEd iuxta prædicta quæritur,videmus suprà qd̃ sit fiendũ in cõfiscatione bonorũ de iure cõmuni, qd̃ secundũ consuetudinẽ nostrã,qd̃ istorũ sit seruãdum? Breuiter,omissa verborum ꝑplixitate,dico cõsuetudinem nostram,quæ vim & effectum statuti habet, obseruari debere,cũ per pœnã statuti videatur derogatũ fuisse pœnis iuris cõmunis, ꝑut dicit Bart.in l.j. ff. de bo.dãna.maximè loquẽdo circa publicationẽ bonorũ.& dicit Ang.in l.q̃ sepulchra. C. de sepulchro vio. ꝙ vbi delictum plurib' modis punitur & diuersimodè,si sit pœna statutaria,nũquam ab ea debet discedi. de quo arti.an per pœnam statutariã sit sublata pœna iuris cõmunis,tractat Bal.ĩ l.cũctos populos,in xj.oppos̃i.C.de sum.tri. & fide cath.& in l. data opera.in ix. col.C.qui accusa.nõ pos.Bal.& Sali. in d. l. qui sepulchra.C.de sepulchr.viola.Ang. plenè in §. quadrupli. insti.de actio.vbi do.meus Ias.allegat plures remissiones. cui adde Panor.in c.de causis.in fi.extrà, de offic. delega.sufficit enim ꝙ iudices in pluribus pœnis imponant statutariã,& ideo iudices in publicatione bonorum debent obseruare consuetudinem nostram.

ET intellige omnia prædicta de banno seu exilio damnabili,quoniã sunt multa alia bãna seu exilia quę nõ inferũt prædictas pœnas: quoniã quoddã est bannũ seu exilium voluntariũ:quoddã est amore dei, vt de diuo Ioanne Baptista:quoddam virtutis amore, de quo in auth. habita. C.ne filius pro patre.quoddã est necessarium,quod infertur dupliciter. & de his onibus amplè per G. Benedicti in sæpe dicta repet. c. Raynu. in verbo, mortuo itaque testatore.nume.306. vsque ad nume.311. de testa.

IN TEXTV IBI,

Il confisque les biens.

SEd quæro † vtrum lata sententia contra criminosum qui ad mortem condemnatur,bona absq; alia declaratione sint ipso iure publicata,an iudex in ipsa sententia debeat etiã expresè bona publicare?text.in d.l.eius.§.hi verò qui.ff.de test.& in l.j.ff.de bo.dã.videtur facere ꝙ bona sint ipso iure cõfiscata.Nã confiscatio est necessaria ad pœnã mortis illatiuã, & sic ad sentẽtiam sup supplicio latã,ex quo sequit̃ effectus regulę,accessoriũ.de reg.iur.in vj.Bar.in l.vnica.ff.si pẽden.app.mors interue.quærit de hac q. & satis amplè eam examinat.& Bal.in l.j.C.ne ex deli.defun.& accipiẽdo doctrinã Bar.in l.imperator.ff.de iure fisci. Aut quis delinquit circa rem contra legis prohibitionẽ;& tũc perdit dñium ipso iure. quo casu nõ requirit̃ sentẽtia super publicatione,aut aliàs extra rem,vt est cõmittẽdo homicidiũ:& tũc hoc casu requiritur sentẽtia circa publicationẽ bonorũ,vt dicit ibi Bar.& quãdo fiat expressio publicationis bonorũ,aut fit cum dictione,cum,quæ est dictio quæ venire facit in consequentiã quod sequitur,an hoc operetur aliquid quãdo fit cum dictione, &, quæ venit principaliter, vide Bar.in l.iij.ff.de lega.j. & ibi plenè per Socinum.

INtellige ꝙ bona condemnati ad mortẽ per consuetudinẽ non acquiruntur fisco,nisi post sentẽtiã latã, quia nõ cõfiscant̃ nisi post sententiã.Bar. in l.post cõtractũ.ff.de dona.Bar.in l.cõmissa.ff.de publican.&in l.imperator.& in l.j.§.an bona.ff.de iu.fis. vbi dicit in d.l.imperator,ꝙ aut delictũ est circa rẽ,vel extra rem. & ponit ibi quasdã limitationes,videlicet quando lex dicit, ꝙ sit priuatus ipso iure.vel loquitur per verbũ præsentis temporis, quod videtur esse in casu nostrę cõsuetudinis,& ideo per sententiã iudicis, in hac nostra cõsuetudine,q̃ cõdemnat ad mortẽ,cõfiscat, cõfiscant̃ & bona,cùm loquat̃ ꝑ verbũ præsentis tẽporis. ar.gl.in l.in criminali.C.de iurisd.om.iu.ita dicit Bart. in l.j.ff.ad leg.Iuliam de vi priua. & in d.l.imperator. ¶Aduerte,qa illa gl.in d.l.in criminali. & ibi Bart.sæpius allegãt † ꝙ verbũ futuri tẽporis importat ꝑ sentẽtiam:quando verò est verbum præsentis temporis, tũc importat ipso iure.Bar.in d. l.in criminali. & in l. iubemus.§. sanè. C. de sac.san.eccl. & in l.imperator. ff.de iu.fisc.addeidẽ esse quando est verbũ futuri temporis geminatum.Ludo.Rom.in singu.suo.ij.inci. licet verbũ.& do.meus Ias.in l.nõ dubiũ.in vj.& xj.col. C.de leg.idem dic de dictione,mox,& statim.Ias.in §. rursus,in iij.col.insti.de act.Bar.& Alex.in d.l.imperator.† idẽ dic de hoc verbo,nõ valeat quia intelligitur ipso iure.Ias.in l.vniuersa,in iij.col.C. de preci. impe. offe.idẽ dic de dictione,omnimodo. Ias.in l.si quis in conscribẽdo,in ij. col.C.de pact.vide de materia Feli. & Panor.in c.si diligenti,in v.col.de fo.compet.cogita ergo ex his,quia videtur esse verbum præsentis tẽporis,quando dicit, *qui confisque le corps, il confisque les biens.* ¶Idem videtur esse dicendum in crimine læsæ maiestatis, vbi ipso iure bona sunt confiscata,glo.in c. cum secundum, de hæreti.in vj.Ioan. And. & Archi. in c.felicis,de pœnis libr.vj. & ibi omnes,quod videtur tenere contrarium Bartol. in l. post contractum, ff.de dona. & in extrauagan. quoniam nuper, in ver. rebellando, & text. in l. transfuga. ff. de acquir. rer. do. in crimine autem hæresis est expeditum de iure canonico, vt in d. c. cum secundum leges, de hæreti.

1 *An bona ad mortem cõdemnati lata sentẽtia absque alia declaratione sint publicata.*

2 *Verbum futuri temporis requirit sententiam: præsentis importat ipso iure.*

3 *Verbum non valeat quid importet.*

Sed

SEd dic q̃ est per sententiã,& tñ vult dicere in casu, in quo quis condẽnatur ad mortẽ, qui cõdẽnat ad mortẽ condẽnat etiã ad confiscationẽ bonorũ,& satis de hac cõsuetudine in alio dubio,suprà dubitaui,in §. *si aucun commet simple larrecin*, & ideo talia bona non sunt fisci antequã sint incorporata.l.iij.C.de bo.vacã. li.x.facit l.j.co.tit.& l.j.C.de cano.larg.titul.li.x. facit ad prædicta illud quod dicit Dy. & post eũ Bart. in l. 4 post cõtractũ.ff.de dona.vbi dicit † q̃ qñ bona ex delicto veniũt confiscanda,fiscus non habet hypothecã nisi à die sententiæ.alle.l.j.C.de iu.fisc.li. x. de quo per gl.in l.respiciẽdũ ff.de pœnis.dixi plenè in gl. præcedenti,vbi multa ex his dixi. ¶ Sed si pendẽte processu fecerit donationem,aut testamẽtũ, an valeat:vel etiã si fuerit primò condemnatus & appellauerit,an pendente appellatione poterit de dictis bonis testari,aut alias disponere?vide quę dicit Boërius in consuet.Bituricen.tit.de iurisd.om.iud.§.xij.in glo.per hoc patet.

ITem quæro, vtrũ sit opus additione ad hoc vt fisco acquiratur,vide Bart.in d.l.j.§.an bona.ff.de iu.fisc. & Alex.in apost.ad Bar.in l.j.C.de bo.vacan.li.x.

5 Cõdẽnatus ad mortẽ nõ debẽt denegari sacramenta pœnitentiæ confessionis, & Eucharistiæ.

NVnquid†autem ita perdat corpus & bona q̃ debeat ei denegari sacramentũ Eucharistiæ, cõfessionis & pœnitentiæ?Breuiter dico q̃ non, qm̃ debet ei fieri copia sacerdotis,c.si desideret.& c. quæsitum. viij.q.ij.& si non fiat, sola voluntas cũ confessione ei summè ꝓdest, adeo q̃ cõmunio sacri corporis denegari non debet,d.c.quæsitũ,vbi tex. facit cle.j.de pœn. & remiss.¶Excõmunicatis autem sic.c.sacris de sepulturis.Qui autem priuari debeãt ecclesiastica sepultura,vide Ioan.Sanxon.in consuet.Turoneñ.tit. *des successions des gens roturiers*,art.xj.De sepultura aliud est, qa ex quo perdit corpus,& ideo cũ priuetur etiam omnibus bonis, debet sepultura priuari,& hoc est de iure ciuili,quo iubẽtur esse pro rostris omnium conspectui ad terrorẽ & exemplum gentium,nec sepeliri possunt principe inconsulto,& nõ permittente,secũdum l.j.ij.& iij.ff.de cadaue. puni.est tamen quædam lex obnoxios.C.de religio.& sumptib.funer. quæ dicit illos sepeliri posse,sed intellige principe ꝓmittẽte.

6 ¶Item etiã de iure canonico possunt sepeliri, dicto c. quæsitum.& c.placuit,xxiij.q.v.Itali verò seruant ius canonicum,moti authoritate Gregorij.de qua in c.animæ defunctorum.xiij.q. ij. Galli verò seruãt ius ciuile,moti ratione Iuuenalis,Facilis iactura sepulchri.

7 An corpus cõdemnati possit dari medicis ad inciendum.

¶Aduerte etiã,†an possint talia corpora dari medicis per iudices ad faciendum anatomiam.vide Bar.in l.fi. de cada.puni.& credo q̃ bene per principem possunt dari,sed non per iudices.¶ Aduerte† q̃ iudices denegantes tradere corpus suspensum parentibus ad sepeliendum peccant mortaliter.faciunt quæ dicit Bal. in c.j. §. iniuria. de pa. iur. fir.qui pro hoc adduxit text. Deut.xxj.& tex.Iosue. vbi dicitur, regem quoq; eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam & solis occasum,præcepítque Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce.& ideo melius faciunt Itali quàm nos.

IN TEXTV IBI,
Et appartient la confiscation.

1 Cõfiscatio omnis ad principẽ spectat.

PRimò est aduertendũ q̃ consuetudo vr̃ esse contra principẽ,† cũ de iure quęlibet confiscatio deberet spectare ad prĩcipẽ, siue sit cõfiscatio omniũ bonorũ, siue alicuiꝰ quotæ,puta tertię partis.& de iure nõ pót applicari inferiori à principe,vt habetur in l.j. ꝑ Bart. C.de bo.vacã.li.x.est enim de regalibus. vt in c.j.quæ sunt rega.in vsi.feu.& de hoc est tex.& ibi nota.Alua. in c.j.§.si quis aliquẽ.de pace tenẽ.& eius violato.vbi dicit nota.Aluaro. qñ fiunt cõdemnationes pecuniariæ,quę fiũt in terra alicuius comitis vel baronis, spectant ad ipsum comitẽ vel baronẽ, non autẽ ad principem:secus autẽ si bona alicuius cõfiscarentur,vel publicarentur,qa tunc talia bona confiscata spectant ad fiscum principis, non autẽ ad ipsum comitẽ vel baronẽ.& dicit q̃ est ibi tex.& ꝑbat in §.si rusticus.eo. tit.

ADDITIO. Ita dicit Matt. de affl. in constit. regni Sicil.quæ inci.pœnã eorum.in ij.no.in ij.q.vbi amplè etiam ponit materiam,an baro habens merum imperium possit bannire, ita q̃ bannitus impunè occidatur,& in fine illius dicit,de iure bona quæ publicãtur debent Regi applicari. ¶ Quod tamen intelligit, nisi talia bona fuissent feudalia ipsius comitis vel baronis. Sed vtrum istud sit verum etiã in bonis confiscatis propter crimen læsæ maiestatis,vide Guido. papæ q.sua cccxlj.& melius per Ægidium bellamera,in cõsil.suo xv.in decisio.suis,decisione sua 725.

ITem etiam intelligit,nisi ex præscriptione vel consuetudine approbata per principẽ, dicta bona confiscata spectarent ad ipsum comitem vel baronem, vt probat ipse Alua. in dicto loco. ¶ Sed in quo gradu meri imperij sit confiscatio, vide Decium in l. imperium.in ix.charta.ff.de iurisd.om.iud.

2 Quis facere debeat expen. in prosecutione delinquentis.

ADuerte etiam† q̃ dominus habens iurisdictionẽ tenetur facere expensas quæ fiunt in prosecutione delinquẽtis,vt tenet Henr. Bohic,in c.ad aures. de simo.Nisi sint expensæ quæ fiunt in accusando delinquentem,vt tenet decisio Tholo.q.xlj. Item intellige hãc consuetudinem etiam habere locum in confiscatione bonorũ temporalium clerici facta à iudice ecclesiastico,per ea quę dicit& tenet in terminis Oldra. consil.suo xvij.vbi allegat consuetudinem Franciæ in hoc.Et vide Boërium in cõsuet. septenæ Bituri. in tit. de iurisd. om. iud. §.xj.col.ij.Adde Io.And.in addit.ad Spec. tit. de feu.§.pe.vers.xl.Pet.de Anch.in c.ea quæ fiunt,in xxij.q.de reg.iur.in vj.Pau. de Cast.in cõsilio cliiij.incip.circa præsentem.& in consil.clxij.incip.id quod primò quæritur,& quęstione capellæ Tholosanæ cl.& Oldra.consil.iij.& vide Boërium in §.xj.in ij. col.j.gl.imò etiam dicit Oldr.in d.loco,† q̃ pœna pecuniaria imposita clerico pro delicto seculari debet 3 applicari domino temporali.vide eundem, quia plenissimè loquitur. Et aduerte quãdo clericus traditur curiæ seculari,q̃ est in tribus casibus.dixi suprà, in ti. præced.§.v.in gl.*s'il n'a grace*,circa prin.versi.fallit ista regu.cum duabus sequen.

ADuerte secundò ad vnam no.quæstionem. Videm' q̃ in hac patria multi domini & barones vẽdunt cõdemnationes delinquentiũ,seu mulctas quæ fiunt in eorum iurisdictionibus.¶Pone,quidam emit cõdẽnationes de anno millesimo quingẽtesimo octauo,alter verò & secũdꝰ emit de anno millesimo quingẽtesimo nono. Aliqs in illa iurisdictione cõmisit delictũ anno millesimo quingẽtesimo octauo, cõdẽnatio fuit facta anno millesimo quingẽtesimo nono, ad quẽ spectabit illa cõdẽnatio,an ad primũ, an ad secũdũ?qa nũc est quæstio in facto ratione redditus iurisdictionis de Lucenayo,non decido, sed te remitto ad do.meũ Iaſ.in l.more,in iiij.col.ff.de iurisd.om.iu.& in l.si iõ.C.de his quibus vt indi.& in l.diuortio.§.si fundum.ff.sol.mat.vbi omnes.Hoc tñ anno Dñi millesimo quingẽtesimo decimo Ioannes parui Ioãnis officialis Heduen.insecutus est opi.do.mei Iaſ.in d.l.more,in iiij.col.ff.de iurisd.omn.iud.& secundũ eam iudicauit.& dicit do.Io.de Plat.in d.l.j.in ij.col.C. de bonis vacã. q̃ licet tale ius nõ possit præscribi,nec pos-

Nota casum pulchrum.

BIU Cujas

4 Barones non possunt habere ius confiscādi.

sunt † barones istud iº habere, scilicet cōfiscādi & applicādi sibiipsis cōfiscationē, de iure tñ si cōsueuerūt ex cōsuetudine habere iurisdictionē in talibº, & habere confiscationē, possunt vti, & valet talis cōsuetudo: & est ad hoc potēs ex his quę dicūtur in l.j.C.de emā. li.quę not.pro dominis huius patriæ, qui sibiipsis applicāt cōfiscationes, & habent ex cōsuetudine camerā fiscalē. Et ideo meritò dicit consuetudo, ꝙ vbicūq; fit cōfiscatio bonorū, applicātur habenti altā iustitiā in loco vbi sunt bona. Et istud est iuris secundum Bal. in l.cunctos populos.in fi.C. de sum. tri. & fide cath. alleg.not.per Inno.in c.postulasti.de foro compet.

5 Domino altæ iustitiæ acquiritur dominium, sed nōpossessio.

ADuerte tertiò, † ꝙ licet domino altæ iustitiæ acquiratur dominium, non tñ acquiritur possessio, quia dominus habet vendicare bona cōfiscata. Bar.in l.cōmissa vectigalia.ff. de publi.idē no.C.de sacrosan. eccl.l.fi.& l.imperator.ff.de iure fisci.cū simi.vide tex. & gl.in l.j.C.de dona.quę sub modo, vbi multa vtilia ad materiā.vide Bar.in authen.de incest.nup. in prin. Bar.tñ.dicit esse casū in l.raptores.C.de episcopis, & clericis.vbi etiam statim transfertur possessio. dic tamen secūdum Panor.in c.j.in iiij.col. de consti. & ibi

6 Feli. in xiij. col. † ꝙ bona quæ confiscantur ipso iure, non possunt retineri in foro conscientiæ. Aduerte etiam quòd instantia non trāsit in fiscum, vt dicit Bal. in l.si constante.§.fi.ff.solut.matr.

ADuerte & quartò, ꝙ nisi esset consuetudo nostra, quæ dicit ꝙ confiscatio facta per vnum iudicem est talis efficaciæ, ꝙ bona existentia sub alio domino efficiūtur domini sub territorio cuius sunt sita, quòd per consuetudinem nostram in confiscatione bonorū non veniunt bona quę essent in alieno districtu, quia confiscatio quæ venit ex statuto vel consuetudine nō extenditur ad bona sita in alieno districtu. ita Alberi. de Rosa.in materia statutorum, in iij.parte, in c.ij.vbi recitat multorum opiniones.

ADDITIO. De hoc art. vide plura alleg. per Boër. in consuet.septenæ Bitur.in tit.de iurisdom.iud.§.x.

7 An cōfiscatio bonorū extēdatur ad bona in alio territorio sita.

SEd secundū † ius commune videndum est nūquid confiscatio bonorum trahatur ad bona existētia in alio territorio, & quomodo, videlicet an existentia in alio territorio confiscentur simpliciter cōfiscatis bonis, & si sint confiscata cui applicentur. Primò dic ꝙ videtur ꝙ omnia bona in quibuscunque territoriis existentia debent applicari illi cameræ seu fisco illius loci, vbi lata est sententia confiscationis.

8 Confiscās succedit vt hæres.

MOueor primò sic.† vbicunq; aliquis publicat & cōfiscat bona delinquētis in suo territorio, per dictā confiscationem succedere cēsetur tanquā hæres in dictis bonis.l.tutoris, in fi.iūcta gl.ibi posita.C. ad leg.Iuliā de vi pub.l.j.C.si cert.pet.l.inter eos, in fi.C. de fideiuss.cum si.& posuit Abbas Panor.in cons.xxix. incip.in quæstiōe præsenti, in ij.col.in ij.vol.vbi dicit

9 Fiscus successor.

duos aduocatos Heduēses de corũ præcedētia in sedēdo in ecclesia, quorũ vn⁹ dicebat se priorē ꝓmotũ, & priùs habere gradũ, & ideo debere præferri alteri, secundũ quod voluit tex.no. & ibi Bar. & alij in l.j. C. de iu. & ibidē Bar. dicit, † ꝙ in iā graduatis antiquior 15 præferri debet. & facit tex. in c. de maio. & obe. gl. no. in c.fi. xvij. dist. cū aliis alle. per Felin. in c.j. de maio. & obe. ¶ Dicebat etiā ex parte illius, ꝙ ratione maioris experiētiæ in eo existentis, cùm plus expertus esset in corũ scientia, ratione cuius se præferri prætendebant ambo, anteferri & præcedere debebat. arg. eorũ quæ dicit Panor. in c. clerici. col. ij. extr. de iudic. ꝓ quo facit l.j. C. de off. magi. offi. secundũ Alex. in l. cùm quid. ff. si certũ pet. ¶ Dicebatur & vlterius ex parte illius ꝙ erat graduatus in vtroq; iure: alter verò tātùm licentiatus in iure ciuili, ex quo erat prēferendus. arg. eorũ quæ dicit Io. An. in c. clerici. de iu. & Ioā. de turre cremata in d.c. fin. xvij. dist. & eorum etiā quæ not. Io. de Plat. & And. de Barulo, in l.j. C. de consu. And. Siculus, & Franc. de Aretio in d.c. clerici. de iudicis.

16 IN contrarium prætēdebat alter aduocatus, † eo ꝙ se dicebat nobiliorē genere, ratiōe cuius nobilitatis præferēdus veniebat, ꝓut dixi infrà, tit. *Des droicts & appartenāces à gens mariez.* §. xix. & gl. ij. in tit. *des enfans de plusieurs lictz.* §. iiij. in gl.j. & Bal. in l. obseruare. §. an teq̄. ff. de offi. ꝓcōs. & lega. vbi dicit, ꝙ nobiliores debēt prēferri, & in altiori loco sedere. ¶ Secūdò dicebat se esse aduocatū fisci in dictis loco & ciuitate, ex quo cæteris aduocatis præferri debebat. l. laudabilē. C. de aduoca. diuer. iud. ¶ Tertiò dicebat se vxoratū, & sic in 17 ciuitate alteri prēferri debere, † cū vxorati dicant habere dignitatē. dixi infrà, in rub. *des droicts & appartenāces à gēs mariez.* vers. exēplo manifestant. in additio. ibi posita. & videri pōt auth. de nup. §. deinceps. Plura alia hinc inde fuere dicta ex parte vtriusq;: sed cū nō essent multū stringentia, nullā de eis facio mentionē.

Alia contentio.

ORta fuit & alia quæstio inter quēdā aduocatū fisci in vna ꝓuincia huius ducat⁹ Burgūdię, & quē dā iudicē cācellarię eiusdē ꝓuinciæ, eo ꝙ licet aduocatus fisci sit aduocat⁹ in omnib. curiis eiusdē loci & ꝓ- 18 uincię, † tn̄ sicut Locūtenēs balliui seu prēsidis alicuius ꝓuincię prēcedit aduocatū regiū, sic & ipse locūtenēs cācellariæ voluit præcedere dictū aduocatū fiscalem, etiam extra forum & sedem curiæ ipsius cancellariæ.

Alia contentio.

ORta est similiter alia cōtentio inter aduocatū regium certi ressortus, & Locūtenen. balliui eiusdē loci in sedēdo & iurisdictione, & auditorio ipsius curiæ cācellariæ, cùm iudex cācellariæ sedet ꝓ tribunali, & suā iurisdictionē exerçet, in qua balliuus nullā habet causę cognitionē, nec de illis se intromittit, nec Locumtenens ipsius balliui pōt ibi sedere, nisi tanq̄ aduocat⁹ particularis seu simplex: vbi secùs in aduocato fisci, q. etiā ibi tanquā aduocatus fisci iura ipsius & actiones defendēdo sedet. ¶ Super qbus ortę fuerūt quæstiones & iurgia inter supradictos. Hinc sumpta occasionę ꝓ omnibus, aut saltē pluribus dubiis, quæ suprà tacta sunt, & alia, quæ circa hanc materiam insurgere possent, quendam tractatum in materia prælationis & præcedentię diuersorū, & pēnè omniū statuum cōposui, quē hīc propter eius ꝓlixitatem inserere nolui, sed alibi describetur, & impressoribus cōmunicabitur, ad quem recurrere poteris.

19 Vasallus tenetur dominum adiuuare.

ITem tenet⁹ † vasallus dominum adiuuare cōtra inimicos eius. l. si qs in graui. §. si cū esset. ff. ad Silleia. c. de forma. xxij. q. v. hī in c. ego N. de iureiu. c. cū clerici. de verbo. sig. de quo latiùs infrà dicam. ¶ Et aduerte, quia hoc casu non est expectādum ꝙ offensa sit in actu, sed etiam cùm est in potentia ad actum, vt obuietur defensioni à principio ne possit fieri, vasallus tenetur dominum adiuuare, per ea quæ dicit Bal. in l. in lege. ff. locati. in secunda lectura.

ITem ¶ tenet⁹ dñs alimēta prēstare si indigeat. ita Spe. in d. §. qm̄. ver. & not. & in fine col. p l. necare. ff. de lib. agno. c. pasce. lxxxvj. dist. hī in c.j. in prin. in tit. de notis feud. & in c. debet. si de feu. fuc. cōtrouersia. Vide quæ dixit Io. Sāxon. in cōsue. Turon. tit. *Cōment hō- mage se doit offrir.* art.j. in xx. cōclusione. ¶ Et etiā adde, qm̄, vt dicit Matt. de affl. in constit. regni Sici. quæ inci. si vasallus à dño. vasallus tenetur fideiubere ꝓ domino si sit requisitus, aliàs dicit⁹ ingratus si recusat. 20 Prędo re alimēta.

ITem † tenetur vasallus ad seruitia propter quæ tenet feudum, puta præstationem operarum, vel parcaponum, vel aliud simile. l. in rebus. ff. de rerum permutatio. Spe. in d. §. quoniam. versi. xvij. 21 Ad ser- uitia.

ITem † tenetur vasallus domino ad charitatiuū subsidium casu quo indiget, & potest dominus pro tali charitatiuo subsidio, seruitia personalia sibi debita ęstimare ad primam, & illam exigere ab homine, vel mandare ipsi vt seruiat alteri per eadem seruitia. arg. l. si libertus. aliàs, medicis libertus. de operis libe. ita Bal. in l.j. in fi. C. de ope. lib. 22 Adde *vitatiuum subsidium.*

ADDITIO. Vide Matt. de affl. in consti. regni Sici. quæ inci. si vasallus à domino. in quarto not. in iij. lib.

ET sic videtur † ꝙ vltra æstimationem seruitiorū 23 personalium sibi debitorum non possit dñs exigere ab hominibus suis charitatiuum subsidium. dicit tn̄ Bal. in c. conquerente. de offi. or. † ꝙ domini possunt 24 imponere subditis subsidia postquam bursam suam euacuauerint, sed prius debēt incipere de suo, vt vult idem Bal. & Cy. in l. neminem. C. de sacrosan. eccl. tamen de exercitu principis quādo eqtat, & de aliis impositis & subsidiis dixi s̄. in §. *le droict d'indire, imposer,* &c. in rub. *des iustices & droicts d'icelles.* vbi ad saturitatem posui de subsidiis imponendis per principes tam seculares quàm ecclesiasticos. ¶ † Nunquid autē sub- 25 diti teneantur ad custodiam castri, vel ad excubias ꝓ dño in castro faciēdas? dic ꝙ non de iure, vt tenet do. meus Ias. in l. diuortio. §. impēdia. ff. sol. matr. & Ang. in l. turres. C. de ope. pub. Tamē sunt ordinationes regiæ quò ad nos in contrarium factæ. Et ratio harum ordinationū est, qa subditi retrahunt res suas & psonas corū in castris, & fortalitiis suorum dominorū. Et aduerte † ꝙ dominus pōt custodire castrū vasallitiū 26 inuito vasallo tēpore necessitatis, & illud custodiet cū dicto suo vasallo, vt dicit Bal. in tit. de inuesti. de re alien. facta. §. quid ergo. Vide Ioan. Sanxon. in consue. Turon. tit. *des droicts de chastellenie* art.j. fo. xliij. ¶ Et vide etiam Matt. de affli. in consti. regni Siciliæ, quæ incip. violentias. in ij. nota. in vij. quæstione.

VIde amplè de hac materia qūo hodie fit feudum, ꝓ G. Bene. in sua repet. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelasiam. in iij. decis. de testa. ¶ Et quomodo etiam tenentur vasalli, & tenentes feuda in Gallia ad seruiendum domino in guerra, quando mandatur per conuocationem banni & retrobanni, an debeant ire extra territorium eorum, & an propriis stipendiis, an verò debeant stipendiari à Rege? vide eundem G. Bene. in dicto loco. nu. iiij. v. & vj. & ibi vide qūo feuda originē habuerūt & dixi supra, in rub. Et vltra hoc *Subditi* adde ꝙ subditi in iurisdictione tenent⁹ seq dñm ꝓ tri- *qualiter* ginta dies expensis propriis, l. tam collatores. §. finaut- *s quiete-* tem. C. de re mili. Amanellus in suis singularibus, art. *neantur* cix. Vide etiā Matt. de affl. in cōst. regni Sici. quæ inci. *dominum.* si vasallus à dño. in iiij. not. in fi. Adde ꝙ vasallus tenetur

netur ad multa dño,& ponit idem Mat.de affli.in deci.suis deci. cclxv.trigintaquinq; ad quæ tenet vasallus domino,quæ sunt notanda,& recurre ad eum ibi.

27 ITem etiam per consuetudinem nostram † vasallus tenet, postquam præstiterit homagiũ, dare & specificare omnes res domino ratione quarũ præstat fidelitatẽ, & homagium,& hoc infra quadraginta dies post homagium factũ secũdum hanc consuetudinem huius ducatus Burgundiæ.& dicam infrà.

IN TEXTV IBI,

Dedans quarante iours.

1 Dies interpellat pro homine. ADuerte, quia nulla alia interpellatio aut citatio †requirit, cùm dies interpellet ꝓ homine.l. optimã. C.de cõtrah.& cõmit.stip. c.potuit. de loca.gl.in c.cupiẽtes.§.si vos.in ver.contẽpserũt.in fi.de elect.in vj.Gl.in cle.ꝙa cõtingit.in ver.annis singulis. de reli. do.& in cle.in ver.exigere.de test.nam vt dicit Bar. in

2 cõs.cij. inci. charissime dñe isti. † qñ qs tenet ad factũ certũ & limitatũ tpe certo,eo ipso ꝙ illo tẽpore nõ facit,est ꝓbata negligẽtia,nisi ostẽdat de impedimento. alle. l.iij.in §.si ad diẽ.ff.de re mil.l.ij.§. si qs.ff. si quis cau.Facit text. in cle.vnica. in fi. de concess. præbend.

3 ¶ † Aduerte tñ,quia illud quod dicitur, ꝙ dies interpellat ꝓ homine,habet locũ in actibus extraiudicialibus,secus in actibus iudicialibus: ꝙa adhuc requirit in talibus monitio. ita intelligit & limitat illã regulã Fel.in c.si autem.in ij. col.de rescrip. quem videas.

LImita & amplia aliis modis,vt per do.meũ Ias. in l.vinum.in iiij.& v.col.ff.si cer.pet.aliquid de materia,per eundem in l.si ita stipulatus essem abs te.in iiij.not.ff.de ver.obl. plenissimè & melius q̃ per alium il.si ex legati causa.in iiij.col.ff.de verb.obl.quæ verba,cùm sint multũ pinguia,non trãsporto.¶ Aduerte tñ ad dictũ Bal.& Cy.in l.fi.§.præterea.C. de iure dotiũ.vbi dicũt,† ꝙ dies etiã quẽ in mora in statutis cõstituit,& interpellat ꝓ homine sicut in lege.¶Aduerte etiã,quia istud tẽpus quadraginta dierum appositũ in hac nostra consuetudine,est de forma, per do. Feli.

5 Tempus quando sit de forma. in c.cum dilecta.in ix.col.de rescrip. vbi dicit,† ꝙ qñ elapso termino legis vel statuti incurritur pœna,tempus est de forma.¶ Item aduerte, quia non potest tale tempus abbreuiari,& est continuum,licet non currat de momento in momentum. Io.Sanxon. in consuetu. Turon.tit. *Des droicts de basse iustice.* art.ij.fol.v.

IN TEXTV IBI,

Apres ledict hommage faict,son denombrement & declaration.

DIc quòd istud est iuris. ex quo enim est vasallus, tenetur specificare domino res , & ostendere res feudales.c.vasallus.si de feu.fuerit contro.inter dom. & agna. docto. maximè Ray.Bal. Aluaro.& Præpositus in c. imperialem. §. illud.de prohib.feud. alie.per Feder.dicam infrà,in fi.huius gl.

1 An vasallus teneatur edere instrumẽta feudi. SEd quæro an † vasallus teneatur edere instrumẽta feudi domino? dic ꝙ si feudũ nõ negetur, ꝙ tenet domino edere instrumẽta, dummodo dominus iuret de calumnia.arg.eorũ quæ dicit Spec,in ti.de emphyteus.§.nũc aliqua.in ver.cxl.vbi tenet † ꝙ emphyteuta tenetur edere instrumentũ rei emphyteuticæ.&vide Bal.latissimè in additio.ad Spec.in tit.de locato.in ix.col. de vasallo autem vide glo.sing.in c.j.§.illud. de prohi.feu.alie.per Fede.& in l.ij.C. quando & quibus quar.pars debe.lib.x.& Lud.Roma.in cõs.clxiij. inci. cõstitutio curiæ mercantiæ. in vlt.col.circa medium.

QVid autem † si vasallus præstitit seruitium longo tempore,& longissimo tanquam vasallus,& postea incipit seruitiũ domino denegare , & denegat sic teneri in feudũ , an teneatur rem cuius causa præstabat seruitium ostẽdere , vel an præsumatur præstitisse de omnib⁹ bonis,vel an dominus teneatur ꝓbare?Host.in summa,de feudis.§.quib.modis.vers. quid si vasallus cõfiteatur.dicit,ꝙ prẽsumitur ꝙ prẽstiterit de omnibus bonis suis.idem tenet Bal. in c.j.in j. col. de vasal.qui cõtra constitutionem Lotharij.ar. l. si fideicõmissum.§.j.ff.de iudiciis.nisi vasallus ostẽdat rẽ cuius gratia præstabat seruitium,ad quod potest cogi per dominum.arg.in l.certũ.ff.de confes.& c.longinquitate,xij.q.ij.& ff.de interro.ac l. non alienũ. dũtamen non habuit iustam causam ignorantię.arg.l. qui in alterius.ff.de reg.iur. cogitur tñ exhibere hęres instrumẽta,si appareat,& cõstiterit ꝙ habuerit.l.Titius. ff.de ac.emp.& si nõ exhibuerit , seruari poterit cõtra eum dictum Ang.in l.prætor.§.j.ff.de edendo.& Inn. in c.G.perpetuus.de fide instru.s. ꝙ poterit dominus vasallũ expellere,per Bal.in addit.ad Spe. in tit.de loca.in ix.col.& in c.j.§.illud de prohib.feu.alie.per Fede.¶Vide in hoc casu quãdo negatur feudum, Boërium in consue.Bituricen.tit.de consue.feudorum.§.xiiij.

3 Quæstio notabilis. PRædicta declarat & limitat Bal. in c. vasallus feudum qđ sciẽs abnegauit.in tit.si de feudo.fue. cõtro.nisi lis super hoc fuisset agitata cum defuncto.Nã tunc hæredes excusantur negando se habere, per tex. in l.alio.C. de in lit.iuran. Ideo pro certo,cũ videã eãdem rationẽ,quãdo lis est agitata,aut non est agitata, volo nũc tenere illud dictũ Bal.pro cõstanti , nec etiã scio si obseruaret in practica,cũ non habet cõtradicẽtem.dicit tamẽ Bal.† ꝙ in istis factis antiquis vbi non

4 Standum famæ vbi nõ sunt testes, nec instrumenta. reperiũtur testes,neq; instrumẽta,standũ erit famę & cõmuni opinioni hominũ.arg.l.si arbiter.ff. de arbit. & l.atqui natura.§.cũ me absente.ff.de neg.gest.ꝓ Bal. etiam in l.proprietatem.& in l.indicia.C.de proba.Et sic si fuerit fama seruitia prẽstita fuisse.stãdum erit famæ.& de hac q.omnes in c.vasallus si feudũ vel feudi partem,in tit.si de feu.fue.contro.maximè Bal.& Aluaro.& in c.j.& c.ij.in tit.de feudo marchiæ. & plenè per Andr.de Iser.in c.j.in tit.de contro.inter masculũ & fœminam. ¶ Quomodo fama probet in multis qñ non est alia probatio aut incerta cum aliis adminiculis,amplè do.meus Ias.in repet.l.admonẽdi.in lxxxiij. col.ff.de iureiur. dixi suprà in tit. *des iustices & droicts d'icelles,§.* ij.in gl. *& la preuue.* num.xv.

QVid autem in aliis redditibus annuis ꝙ soluunt singulis annis alicui,& nõ apparet super qua re sint cõstituti,nec apparet de instrumẽto,sed solũ appa ret ꝙ soluit ꝓ multos annos ? istã q. in specie tractauit Io.Fa.in §.prẽiudiciales.in x.col.insti.de actio.¶ †Nũquid autẽ redditus vel cẽsus ꝓbetur per librũ censua-

5 An cẽsus probetur per librũ censualem. lem,vide quę dicit Barb.in cons.viij.in ij.col.in ij.vol. vbi plenè.¶ Ego cõsului in casu emergenti ꝓ venerabilibus viris & dominis decano & capitulo Heduẽsi cõtra Curatum de Brexis. Et cõsuluit etiam scientificus & venerabilis doctor dominus Ioãnes parui Ioãnis,officialis Heduen.& canonicus in dicta ecclesia.

ADDITIO. Ista consilia sunt in ordine in consiliis meis nouiter impressis.

DE re autẽ emphyteutica,vide Spe.in ti.de emphyteus.§.nũc aliqua.ver.xl.& quatuor.vers.sequen. do.meũ Ias. in l. ij.in lxxxij.col. C.de iure emphyt. & tribus col. sequ. Et dicit Bald.in l.prætor ait. §.j. ff.de eden.† ꝙ si emphyteuta non exhibeat instrumẽtum, 6 præsumit emphyteusis extincta & finita. & do. meus

BIU Cujas

Iaſ.in præludiis feudorũ.col.xiij.ver.an autem rex. &
7 in d.l.ij.ponit etiã† nunqd princeps poſſit cogere baronem vt oſtendat titulum ſuæ poſſeſſionis.& dicit,ſi princeps faciat citari ſuum baronẽ,vt ſibi oſtẽdat iura quæ habet in caſtris quæ poſſidet, aliàs intendit ea ſibi auferre,citatio eſt ipſo iure nulla,cũ nemo cogatur oſtẽdere titulum ſuæ poſſeſſionis.l.cogi.cum ſimi.C. de petit.hære. Nam baro non cogitur oſtẽdere titulũ quem habet in caſtris.ita tenet ſimiliter Bar.poſt Andrę.de barulo in l.j.C.de cõdu.& procu.rerũ fiſca.lib. xj.& Bal.in l.ij.C.quomodo & quando iudex.

ADDITIO. Matt.de affl.in cõſti.regni Siciliæ quæ incipit,ab officialibus.in iij.not.ponit tres limitationes ad dictã.l.cogi.& dicit ſe poſuiſſe xx.in c.j.ĩ princ. in vij.not.de controuerſia inueſtituræ.¶Cogita tamẽ ad ea quę dicit Io.Fa.in §.preiudiciales.in viij.col.ibi, ſed quid ſi nihil debetur de tempore præterito. inſtit. de actionib.vbi dicit ꝙ dominus cenſualis,aut redditualis poteſt agere & concludere contra cenſatarium & redditualẽ ſuum,vt eidem litera de contractu oſtẽdatur,per l.ſicut datum.C.de li.cauſa.& l.inſtrumẽta. C.de fideic.¶ Ita etiam tenet Bal.in l. quã quiſque. §. editiones.ff.de edendo.& dixi ſuprà §.j.hoc eod.tit.in fi. vide etiam Boërium in loco hîc antè alleg. §. xij. & xvj.vbi ponit quid ſi vaſallus fregerit arreſtum ſibi fa
8 ctum per dominũ,& † quid ſi vaſallus ſtudioſè omittat aliquid in iſtis denombramentis,ſeu denõbrationibus,an priuetur re omiſſa. Et vide Oldra. in conſil. cxxj.vbi ponit, an teneatur originalem prædeceſſorũ infeudationẽ oſtendere.de his etiam Pyrrhus in conſue.Aurelian.tit.de feudis.cap. lxv.

9 Bis ſeruitia præſtãs tenetur in futurum.

ADuerte † ꝙ ſi bis quis præſtiterit ſeruitia pſonalia vt vaſallus domino,tenet etiã in futurũ, vt in c.j.§.ſi verò vaſallus. & ibi Aluaro.in tit.quid ſit inueſtitura.qđ intellige verũ, niſi vaſallus negaret declarare ꝓ qbus rebus eſſet vaſallus,vel negaret ſe eſſe vaſallũ,vel negaret inſtrumẽta ſe habere, vt ſuprà dictũ eſt.& tũc dicit Bal.in d.l.ij.C.quomodo & quãdo iudex.ꝙ ne dominus ſit iudex in ꝓpria cauſa,nõ poteſt monere vaſallum quòd ſibi oſtendat inueſtituram feudi,vel per chartam publicam, vel per breue teſtatum, ſed bene poteſt vaſallum ſic monere per pares curiæ,qui habent in hoc iuriſdictionem.c.j. in tit. de milite vaſal. qui contu.eſt. vel aliàs recurrendum eſt ad iudicem competentem.

INtellige etiã prædictã doctrinã Bar.in d.l.j. ꝓut intelligit Bal.& limitat eſſe verã ſi prætẽdat ꝓprietatẽ,aliàs ꝙ prætendũt titulũ in re aliena,quã fatẽtur alienã, coguntˇ oſtendere titulũ ſuæ poſſeſſionis, ſecũdũ eũ.alleg.c.ordinarij.de offi.ordi.in vj.no. in c. j. de reg.iur.in vj.per Archi.in c.cõtra morẽ,cẽteſima diſt. vnde ſecundũ Bal.interrogabitur vaſallus ꝓ pares curiæ ſi eſt vaſallus,& ſi fateatˇ ſe vaſallũ, mandabũt pa-
10 Vaſallũ ſe negans conuictus priuatur feudo.
res curię ꝙ oſtẽdat iura ſua.†Si aũt negauerit ſe vaſallũ,& cõuincatur de mẽdacio, priuabitur feudo ſecũdũ cõſuetudinẽ feudorũ.tex.eſt ad literam in c. vaſallus.in tit.ſi de feu. fuerit cõtrouer. inter dominum & agnatũ.quem tex.ad hoc alle.do.meus do.Iaſ.in l. qđ te,in xij.col.ff.ſi cer.pet.vbi pleniſſimè ponit materiã mẽdacis, & quibus beneficiis priuetur mendax. Feli. in c.cæterum.in vj.& vij.col.extrà,de iudiciis. quibus dictis multum ſunt addenda quæ ſcripſi ad Iaſonem meum in d.l. quod te.ſed nunc cauſa breuitatis omitto,dicturus in alio loco ſi veniat ad propoſitum. vide tñ Fel.in d.c.cæterũ.vbi ponit limitationes,quas vide cùm venerint ad propoſitum. & adde de hoc per do. meũ Iaſ.in prælu.feu.in xviij.col.& Guid.Papæ deciſ. ccccxxxvj.verſ.lxix.ſi tñ vaſallus ſe oppoſuerit ad appoſitionem manus domini, formata oppoſitiõe ſimpliciter,interim de re feudali gaudebit vaſallus, & in ſuo integro cuſtodiet.tex. in c.j.ſi de inueſti.inter domi.& vaſal.lis oriatur,& ibi Card. Alex.& Bar.in l.litibus.per illum tex.col.j. ver.ex hac litera apparet. C. de agri.& cenſi.lib.xj.& ibi Ioan.de Plat.¶ Si autẽ vaſallus præſtiterit alteri homagiũ,vel dederit denombrationem,poterit eum vocare in guarẽtigiam. Et ita eſt communis obſeruantia curiarũ:& an per hoc noceat vaſallus domino, recognoſcẽs alium dominum, vide Iacobinũ in ſuo tract.feud.in glo. dictiq; vaſalli. fo.xxxvj.¶Vide Boërium in conſue.Bituricen.titu. de conſuetudine feudorum.§.xiij.in gl. fin.

ET ſi ex prædictis bene conſideres, Bal.tenet cõtra Bart.Andr.de barulo,& Io.de Platea,in d.l.j. non tamen reſpõdet ad regulã.d.l.cogi. Et iſtam opinionẽ refert Aluaro.& ſequit in c.j.in prin.in fin.j.col.in tit. de cõtro.inueſti.Et addeˇ ꝙ dicit Bal.in l.inſtrumenta. in j.col.poſt medium. C.de fideic.† ꝙ feudatarius te- *11 Feudatarius tenetur oſtendere inſtrumẽta feudi.*
netur domino oſtẽdere inſtrumẽta feudi. dicit tamen Ioan.And.ſingulariter in addi.ad Spe.tit.de feudis.§. j.verſi. porro.circa prin. † ꝙ ſi ſucceſſor in regno, vel ducatu vult cõfirmare vaſallũ, non habet neceſſe vaſallus primam conceſſionem oſtendere.quod nota. 12

NVnquid † autem rex,& alij dñi tẽporales habeãt intentionem eorũ fundatã de iure cõmuni ſuper 13
dñio rerũ infra ſuos limites poſitarũ:& ſic an habeãt intẽtionem eorũ fundatam ſuper dñio ex hoc ſolo ꝙ res ſint ſitæ infra limites ſui regni ? Panor. in c.ſi diligenti. de prẽſcri.in ij.not.dicit,ꝙ reſpectu iuriſdictionis intẽtio eſt fundata,ſed non ſuper proprietate bonorũ & rerũ.Et ita etiã notat Io.And.in c.fi.de offi.archi.iuriſdictio enim pertinet ad ſupremã poteſtatẽ ſupremi principis,† vnde nemo poteſt iuriſdictionẽ ha- 14
bere niſi ex cõceſſione principis vel permiſſione,vt ſ. dixi in explanatione rubricæ,*Des iuſtices & droicts d'icelles.*in fi.Sed non ſic eſt in proprietate rerum,† quia 15 *Princeps dominus omnium rerum quo ad protectionem.*
licet omnia ſint principis.l.bene à Zenone.C.de quad. præſcri.tamen intelligitur quo ad ꝓtectionem.gl.no. in l.Barbarius.in gl.pe.in fi.de offi.prætoris.Feli.in d. c.ſi diligenti.in ij.col.¶Vide quæ dicit Ioã. Sanxon in conſue.Turon.tit. *des droicts de baſſe iuſtice,* art.iij.

SEd nunqd quælibet res præſumatur ad minus eſſe feudalis principis,ſi nõ probetur ꝙ ſit alterius,an verò præſumatur allodialis ? ¶† Aduerte,qa quælibet 16 *Libertas naturalis.*
res præſumitur libera,niſi ꝓbetur ſeruitus impoſita, eo ꝙ quælibet res in origine regulariter eſt liberta. l. altius.& l.ſi in ædibus.C. de ſer. & aqua.Primæuo iure naturali omnis pſona & omnis res erat libera.c.ius gentium.j.diſt.& §.ius autem gentium.ibi, iure enim naturali.inſt.de iure natura.gentium & ciuili.

RAtio rationis eſt,† qa ſeruitus regulariter nõ ha- 17 *Seruitus poſitiua.*
bet cauſam naturalẽ,ſed impoſitam,aut præſcriptam,inſti.de ſer.Bal.in c.cum omnes. in xj. col. adfi. de conſtitu.ſed ſic eſt,ꝙ feudum eſt quędam ſeruitus, vt notatur per glo.& doct.in l.ſi vſus fructus legatus. in prin.ff.de vſufru. Et Soci.in cõſ.lxvij.in x.col. verſi. hæc autem concluſio.& in conſil.clxv.col.xj.verſi.ſecundò prædicta concluſio. ergo in dubio præſumitur res allodialis ; & ſic libera, non autem feudalis.& ita tenet Bal.in c.ij.ſi de feu.fue. contro. inter dominum & agnã.& in c.j.in vlt.col.principij de contro.inueſti. & in l.libertas.ff. de ſtat.homi. & in c. ſignificauit. de reſcrip.do.Alexan.in conſi.xv.in ij.col. v. vol. & Prãc. de Curte antiquior,in conſi.lxxvj. in ij.col .cum aliis allegatis per dom.meum Iaſ. in l.ſi priuſquam.in xiij. col.ff.

BIU Cujas

col.ff.de noui operis nun.vbi dicit ꝙ ꝓ hoc facit text. & qđ ibi notat in c. j. de cõtrouersia inter masculũ & fœminã de beneficio. & illũ textũ in prima sua lectura allegat ad illud propositũ: sed in secũda sua lectura, quam audiui Papiæ, dicit ꝙ ille tex. probat totum cõtrarium. Et ad hoc eum allegauit in sui principio, qñ dicit in fine, apertis probationibus fœmina ostẽderit non esse feu. & totum contrarium dicit in fi. cogita in illo tex. ¶Etiam an & quando res præsumatur feudalis, vide Pyrrhum in consuet. Aurelia. tit. de feudis. c. j. fol. iiij. & Boërium in consuet. Biturric. tit. de consuet. feudorum. §. xiiij. in fi. gl.

LImita tñ prædictã regulã duobus modis. Primò, nisi esset fama de antiquo, saltẽ centũ annorũ, ꝙ bona sint feudalia. nihil allegat do. meus ĩ d. l. si priusquã. sed potuit allegare illud qđ dictũ est hîc antè de vasallo qui per longum tẽpus præstitit seruitiũ, & nõ apparent instrumenta, neque testes, ꝙ standum est famæ. arg. l. si arbiter. ff. de arbi. & l. at qui natura. §. cùm me absente. ff. de neg. gest. cum aliis iam suprà alleg.

LImita secũdò, nisi verba enũtiatiua, vel narratiua principis enũtiarẽt, & narrarẽt dicta bona esse in feudũ cõcessa. & istis duobus modis limitat do. Ale. in cõsi. xv. in j. & ij. col. in v. vol. refert & sequit do. meus Ias. in d. l. si priusquã. Et legẽdo dictã legẽ in secunda sua lectura quã audiui, dixit se habere illo tẽpore casũ in facto, & ꝙ intendebat tenere illã limitationẽ, licet multi alij consultantes in dicto facto & casu tenebant cõtrariũ. vide ẽt quæ voluit idem Alex. in cõsi. cxxxvj. in ij. pe. & vlt. col. in j. vol. vbi multa ad propositum.

18 *Omnis res in qua quis habet iurisdictionẽ est feudalis.*

PRo tertia limitatione adde, † ꝙ omnis res dicitur feudalis, in qua quis habet iurisdictionem, saltem ratione iurisdictionis. Et licet sint multæ terræ in ducatu Burgundiæ quæ dicuntur, *de franc alleu*, & sic ex allodialibus, tamẽ si in illis inferior à principe habeat iurisdictionem, non potest illas tenere tanquã sint ex allodialibus, sed potest princeps eas dicere feudales rõne iurisdictionis, per ea quæ dicit Iac. de S. Georg. in trac. suo feudorum. in g. dictíque vasalli, in iiij. col. vbi amplissimè tractatur materia prædicta. ¶Intellige & sublimita vt dixi. ĩ. titu. *des mainsmortes. §. un meix assis*, in fi. gl. quæ incip. *un meix.*

ITem nota, & adde dictũ Bal. in l. nec si volens. C. de
19 libera. causa. † ꝙ si rex Franciæ facit aliquã ciuitatẽ cõfiteri suã esse, & fidelitatẽ sibi iurare, cum sua nõ sit, ꝙ talis confessio & iuramentũ nõ valent. & dicit Bal. pro deo nota hoc perpetuò. dicit tñ Bal. in l. si certis
20 annis. in v. vol. C. de pactis. † ꝙ si quis cõfiteatur rẽ suã esse censualẽ quæ nõ est, præiudicat sibi in iure censi. prout dicit do. meus Ias. in l. ij. in lxxxij. col. C. de iure emphy. ¶Quando autẽ hæ recognitiones noceãt recognoscentibus, vide Ioã. Berberij in suo viatorio iuris. tit. de locato. versi. queri solet in hac materia. cũ quæstione seq. & Guid. papæ in sing. 876. incip. si homo. & dixi. ĩ. tit. *des censes*, §. iij. in additione posita ad primã gl. incip. Aduerte quia iste census &c. Et vide Ioã. Sanxon. in consuet. Turonen. tit. *des droicts de basse iustice*, art. ij. fol. v. vbi ponit quid operetur aduocamentum.

Quãdo vasallus specialiter tenetur domino res feudales manifestare.

DE hac autem materia quando vasallus teneatur specificare & ostendere res feudales domino, vide do. Iaco. de S. Georg. plenissimè in suo tracta. feudorum, in verbo, dictíque vasalli promiserũt recognoscere specificè & particulariter. & ibi ponit, & tradit materiam amplè per v. col. & vide Bal. in l. instrumenta. in j. col. C. de fideicom. per gl. in l. ij. & ibi Ioan. de Platea, col. iij. versi. no. & Luc. de Penna. C. quando & quibus quarta pars debetur. lib. x. & hoc intellige qñ fatetur se esse vasallũ, vt dictum est suprà. Spec. in t. tu. de emphyt. §. nunc aliqua. versi. lix. & versi. lxxvj. Bar. & Bal. & Alex. in addit. ad Bart. in l. Titius hæres, per illum. tex. ff. de ac. empt. & vide Host. in tit. de feudis. §. quibusdam verò. versic. quid si vasallus. & Bal. in c. j. de vasallo qui contra constitutionem Lotharij feudum alie. & c. j. §. insuper. de prohibita feudi alie. per Fed. & dicit Ang. in l. si rem. ff. de rei vendi. † ꝙ si va- 21
sallus non det declarationem, nec de ea faciat fidem, ꝙ dominus poterit illum explere. & ponit Bal. in c. j. §. fin. in vlt. col. de pace iura. firmand. & Ias. præceptor meus in præludiis feudorum. in xvij. col. in versic. ex hoc infertur.

QVid autem in emphyteuta, vide plenè per eundem & per do. meum, do. Ias. in l. ij. in lxxxij. col. C. de iure emphyt.

ET aduerte † nunquid dñs petẽdo à vasallo vel cẽ- 22
suario, vel emphyteutario ꝙ recognoscat rẽ quã tenet possit ei imponere pœnam amissionis rerum, casu quo ita nõ faciat, & impositã in casu defectus exigere. do. Iac. de S. Georg. in d. suo tractatu hîc antè alleg. in iiij. & v. col. d. gl. vbi multa multùm singularia ponit in materia impositionis dictarũ pœnarũ, quæ sæpe fiunt à iudicibus, nunquid & quando exigi possent, vide eundem ibi. ¶† Sed an vasallus præscribere 23
possit huic facultati qua mediãte dominus potest eũ compellere ad denombrationes sibi dãdas, vide suprà in §. j. in gl. *deduns l'an & iour*, & Ioan. Sanxon. in consuet. Turon. titu. *des droicts de basse iustice*, articul. ij. fol. iiij. de huiusmodi autem recognitione in reali & cõfessione, vide quæ dixi. ĩ. titu. *des censes*. §. iij. in gl. j. in additione ibi posita, vbi dixi, † quòd confessio possessoris nocet non solùm cõfitenti, sed etiam hæredibus 24
& successoribus, vt dicit Boërius in consuet. Bituricen. titul. de consuetu. feudorum. §. xij. & ibi quærit an vasallus inuestitus possit compellere dominum vt ostendat sibi feudum, & fines illius, & quam partem debeat tenere.

IN TEXTV IBI,

Peut mettre en sa main.

ADuerte quia consuetudo nostra in hoc casu satis faciliter permittit sayſamentũ, † quod est omni 1
iure prohibitum. l. vnica. vbi Bal. & Salic. C. de prohi. sequestra. pec. & notat in c. dilectus. de sequestra. pos. & fructuum. ¶Aduerte tamẽ ꝙ sunt xvij. casus in quibus permittitur sequestratio, quos ponit & describit Ioan. Sanxon in consuetu. Turonen. titu. *des droicts de basse iustice*, art. xvij. fol. xx. & amplissimè per Francis. Curtium in materia sequestrorum, in repetit. l. vnicæ. C. de prohibita sequestra. pecu. ¶ Quid autem sit manus iniectio, vide Pyrrhum in consuet. Aurelianen. ti. de feudis. cap. lxxj.

IN TEXTV IBI,

Sans faire les fruicts siens.

QVid autem faciet de fructibus, & quomodo debebit se habere erga rem feudalem impeditam, videatur per Bar. in l. prętor. in prin. ff. de bon. autho. iudic. possi. quomodo siue qua authoritate illam impediet. & non esset inutile scire, & potest dici, ꝙ illos cõseruabit vasallo, qui illos recuperabit statuto satisfacto, deductis expensis, quia aliter non dicuntur fructus, nisi qui deductis expẽsis supersunt, & nullus est casus qui hoc genus deductionis impediat, l. fundus qui. ff. famil. erciscũn. glos. nota. in verb. ædificauit in ex diuerso instit. de re. diuis. imò nec tenebitur domi-

BIU Cujas

1 Dominus nō tenetur restituere fructus ex melioramēto percep-tos.

nus † restituere fructus quos ꝑceperit ex melioramēto facto per ipsum in re feudali per eū possessa, nec etiā tenebitur de fructibus quos percipere potuisset, vasallus ex melioramēto, qđ fecisset si rem tenuisset, aut facere debuisset ipse dominus: † nā ēt malæ fidei possessor ad illos nō tenetur, tex. est no. in l. cęterum. in fi. ff. de rei vendicat. qđ est notandū, si sup̄ suo vasallo & re feudali habeat ille dñs imperiū & iurisdictionē, poterit authoritate sue iurisdictionis illā rē impedire, vt di cā in simili de cōtrouersia orta de re feudali quæ si sit per pares curiæ, debet decidi, vt habet in titulo de feudi cognitio. per totū. pro quo facit qđ habetur in l. j. in prin. in §. j. ff. de dam. infec. † vbi primū decretum poterit interponere dñs habēs imperium. qđ primū decretū intelligitur in hoc casu interponi propter cōtumaciā eius. no. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. aliàs autē authoritate superioris, remediis ad hoc opportunis, de quibus dicitur. j. c. fi. ¶ Hoc autē impedimentū de quo hîc, tantū videtur esse missio quædā in possessionē ex primo decreto propter contumaciam: exēplo eius qđ dicim⁹ de eo decreto qđ interponitur pro cōtumacia in casu dāni infecti. de quo in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dāno infecto. & cū hîc fructus tantum impediātur, restitui debēt per eū qui mittitur in possessionē: quia propter illā causam ex primo decreto nō applicātur, & sicut ibi, nec hîc applicari debent, cùm tantū propter vasalli contumaciā fiat rei feudalis missio in possessionem ex primo decreto &c. Et infra qđ tempus vasallus rē recuperabit poterit dici, vt dicitur de re in qua facta fuit missio ex primo decreto, prout no. d. l. §. Iulia. vbi Bar. amplissimè. ¶ Tamē ego credo ꝙ semper infra xxx. annos recuperabit propter statutū, ꝙ omnes præscriptiones tricennales sint, cui statuto standum est. † & licet possessio alteri acquisita ex primo decreto possit iterū repeti per contumacem satisfaciendo cōtumaciæ, aut aliàs, secundū notata ibi infra annum, tñ propter statutum nostrū credo opus esse triginta annis vnde credo infallibiliter esse verū ꝙ post triginta annos dñs poterit mitti in possessionē rei impeditę ex secūdò decreto, & illa totaliter priuabitur vasallus, secūdum no. in d. §. Iulianus. ¶ Cum ergo in rei veritate hoc impedimentū sit tantū quędam missio in possessionē ex primo decreto propter cōtumaciā vasalli, nō mirum si dñs nō faciat fructus suos,

5 † quia regulariter missus in possessionem ex primo decreto nō facit fructus suos, secūdū gl. in d. §. Iulianus. l. Fulcinius, in prin. ff. ex quib⁹ cau. in pos. ea. nisi esset nimia cōtumacia, secundū no. ibi. facit §. fi. in d. l. Fulcinius. & in certis aliis casibus de quib⁹ per gl. & Bar. in d. §. Iulianus. inter quos non est iste. faciunt no. per Bar. in l. prætor. in prin. ff. de bo. autho. iu. possi. & per hæc potest dari alia ratio, quare fidelitate non præstita, & re impedita fructus efficiuntur creditorū. i. dñi, non autē isto casu, quia in illo casu vī esse nimia cōtumacia vasalli, & multum nociua propter feudi perditionē, quia propterea prouidetur, vnde succedit quod habetur in §. fi. in d. l. Fulcinius. at in hoc secūdo casu non tantùm imminet prę̄iudicium, quādoquidē fidelitas est prę̄stita, & sic homagium factum, ideo sufficit missio ex primo decreto, ex quo fructus nō lucrātur regulariter, vt suprà dictū est. vnde merito, & optima ratione videtur hoc à statuentibus esse statutum.

ADDITIO. Adde aliam rationem quam adducit Matth. de afflict. in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, cōtumacē. in ij. no. s. quia hoc casu habet solum tenutam & custodiam. ¶ Et hæc oīa credo esse intelligenda tam in statuto præcedēti, vbi loquitur de fidelitate nō

2 Primum decretum.

3 Possessio ex primo decreto perdita repeti potest satisfaciēdo cōtumaciæ.

prę̄stita, quàm in hoc statuto, vbi loquitur de denombramēto nō dato, vt s. primo casu fructus dño applicentur, secundo nō: primo casu propter præiudicialē cōtumaciā: secundo nō tantū præiudicialē ex natura primi decreti, si vasallus differat illa iura facere & prę̄stare contumaciā & super illis minimè vult dño respō dere, quia solū illis ex causis interponitur primū decretū, † sed si fidelitatē nolit præstare quia negat se vasallū, & se defendit actiōe præiudiciali, aut dicit, se non teneri ad denombramentū vltra id qđ iā dedit, & dñs prætendit maiorē declarationē, & super hoc se defendit, tunc ego crederē, ꝙ ex quo res est ꝑ negationē suā dubia & litigiosa, ꝙ dñs nihil poterit impedire, & ad manū suā ponere, cū nihil sit certū ꝙ ponat, & vasallus se defendat: & sic intelligēda esse puto hæc statuta, vt s. militent, & vendicent sibi locū in vasallis contumacibus, & renuētibus fidelitatē prę̄stare, & sic denombramentū dare, vt cōtra illos fieret missio in possessionē ex primo decreto ex forma statutorū, & dispositione iuris. & sic ēt intelligunt iura canonica in toto. ti. de dolo & cōtu. hinc crederē rōni esse cōsonum, ꝙ si dñs propter illas causas ex forma statuti impediret aliquā rē, vt feudalē, ꝙ illius rei possessor seu opponens, & dicens illā rem esse liberā, & se non esse vasallū, aut tātæ rei quantā petit dñs, ꝙ nō peteret illā missionē i possessionē ex primo decreto, de qua in his statutis. qñquidē nō redderet se cōtumacē, sed se defenderet, † quia primū decretū contra contumaces tantū vendicat sibi locū, iuribus supra alleg. nescio pro nūc aliā rationē diuersitatis inter hos casus, primū videlicet & scđm, vt in vno casu fructus lucret dominus, in alio nō, & qñ alia nulla esset, illa sufficeret, ꝙ hoc potuit hoc statutum facere, quia est lex. §. ex nō scripto. insti. de iure naturali, gentiū & ciui. qđ potest etiā iudex, ꝙ est lex viua, facere, cū à pari procedāt lex viua, & lex mortua. l. Ariani. C. de hære. sed lex viua (hoc est iudex) aliqua ex causa potest facere & discernere ꝙ in vno casu missus ex primo decreto fruct⁹ suos faciat d. §. fi. l. Fulcinius. vbi sic summat Bar. s. iudice hoc discernente: ergo & hoc potuit facere lex mortua, id est statutum, & statuentes hoc decernere, quibus satis visum est esse pro causa periculum & incōmodum cōtumaciæ, quod peius est in denegatiōe fidelitatis, quā in denegatione denombramēti, vt suprà dixi. ¶ Adde ꝙ si vasallus se oppoſuerit huic manus appositiōi, pēdente lite debet gaudere fructibus, per nota. c. j. §. j. in versi. in possessione. si de inuesti. feudi contro. fuerit. & c. sancimus. §. si autē. & ibi glos. in verbo, in possessione. quo tempore miles inuestit. pete. debe. Et tenet Pyrrhus in consuet. Aurel. tit. de feu. c. lxxix. & lxvj. in fi. ¶ Et de possessione feudi qūo possit priuari vasallus per dominū, & si fuerit priuatus etiam per violentiā, quomodo sit restituendus, & quando non, vide Matt. de affli. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, violentias.

6 Vasallus negans mouere esse feudale an dominus possit impedire.

7 Primum decretū locum habet in contumaces.

§. QVINTO.

EN choſes feodales, & mouant du fied, les heritiers ab inteſtat peuuent ſucceder comme en autres choſes, & prendre la poſſeſſion deſdictes choſes feodales ſans conſentement des ſeigneurs dudict fied: & ſans danger, excepté les

religieux:

BIU Cujas

religieux: Au regard deſquels la choſe demeure à la diſpoſitiõ du droit eſcrit.

IDem in comitatu Burgũdiæ in hoc eodẽ tit. §. *En choſes feodales*, & in comitatu Niuernen. idem niſi in his verbis, *Exceptés les religieux*, quæ non ponuntur in comitatu Niuernenſi.

Ioan. Fab. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. & in §. item Seruiana. inſti. de actio. & Io. And. in c. ſignificauit. de reſcrip. Et idẽ Iõ. Fab. in proœ. inſti. & inſti. de emp. & vendi. circa prin. & deleg. patro. tute. circa fi. & de re. diui. in prin. † Dicũt ꝙ feuda hodie ſunt redacta ad ſimilitudinẽ patrimoniorũ. de quo vide plenè per Guido. papę deciſi. lix. & ibi dicit, † ꝙ in ſuccedendo non eſt differẽtia inter feuda & bona patrimonialia. & in deciſ. ccxcvij. dicit ꝙ idem eſt in legando, donando & alienando. Hinc etiam dicit idem Ioan. Fab. in d. §. item Seruiana. in ix. col. inſt. de act. † quòd feuda vendunt, ſicut & alia patrimonialia. Vide plenè per Guil. Benedicti in ſua repet. c. Ray. in verbo, duas habens filias. de teſtamentis.

1 Feuda redacta ad ſimilitudinem patrimoniorũ.

2

3

ADDITIO. Et dicit Guido papæ in conſi. xviij. in j. parte. & in conſi. clxxvj. in iij. parte. ꝙ hęc conſuetudo generalis in Francia non eſt probanda.

SEd antequam veniã ad materiam ſucceſſionis in feudis, † Quæro, an feudũ dicat obuenire iure hęreditatio, an verò alio iure. nã vĩ primò de iure feudi non venire filio iure hęreditario, per id qđ habetur in c. j. de ſucceſſio. feudi. & per notata per Bart. in l. itẽ vi dendũ. §. nũc. videamus. ff. de peti. hære. vnde dicit ibi Bar. ꝙ Dy. cõſuluit, † ꝙ ſi frater fratri fecit quittationẽ de oi eo qđ petere poſſet in hæreditate paterna, ꝙ per hoc nõ impediť petere feuda, qui non petuntur tanquã ex hæreditate paterna. cũ Bar. tenet Bal. in l. j. in ij. q. ff. de rerũ diuiſione. Alb. in l. tres fratres. ff. de pactis. Et iſtud eſt ampliandũ: & vĩ procedere etiam ſi renũtiatio ſeu quittatio fieret cũ iuramẽto, per illud qđ dicit Bal. in c. j. an agnatus vel filius. in ij. col. verſi. itẽ quęro quid ſi filius viuo patre. Iaſ. pręceptor meus in l. Gallus. §. quidam rectè. in pe. col. ff. de lib. & poſt. Idem do. meus. in auth. vnde & ſi parens. in iij. col. C. de inof. teſt. & in l. ij. in lxxxvij. col. C. de iure emphy. & Alex. in conſi. xcj. in x. col. in j. vol. dicit, † ꝙ feudum nõ eſt quid hæreditariũ: ſed intellige qñ pater acquiſiuit feudũ pro ſe & filiis ſeu liberis tantũ, ſecus qñ ꝓ ſe, filiis, & hęredibus acquiſiuit, quia tũc feudũ eſt qđ hæreditarium. Ita tenent oẽs, maximè Pau. de Ca. do. meus Iaſ. in d. auth. vnde & ſi parẽs. Alex. in cõſ. xliiij. in j. vol. & conſi. viij. in ij. col. in ij. vol. & in cõſi. xxvij. in iiij. & v. col. in v. vol. & pleniſſimè in conſi. xix. vbi recurrendum eſt, in j. ij. & iij. col. in v. vol.

4 Fundan tenuant iure hæreditario, an alio iure.

5

6 Feudum quando ſit quid hæreditarium.

ITem † intellige prædicta de iure cõmuni, ſecus aũt de cõſuetudine noſtra, & lege municipali, qa omne feudũ quocũque mõ acquiſitũ ſit hæreditarium, cũ in ſucceſſione ſit redactũ ad inſtar allodialiũ, vt hîc antè dictũ eſt: per quã conſuetudinẽ noſtrã, & legẽ municipalem ſunt ſublatæ omnes differẽtiæ quę erant in ſuccedẽdo inter bona feudalia & bona allodialia: quę quidem differẽtiæ erant multæ, vt infrà conſtare põt.

7 Conſuet. Burgũdiæ facit omne hæreditarium.

PRimò namq; ſublata eſt illa differẽtia, de qua in c. j. de natura ſucce. feudi. De qua etiã p Iac. Aluaro. in c. j. de gradibus ſuccedẽ. in feudo. & per eundem in d. c. j. de natura ſucceſ. in j. not. Nam licet aſcendentes ſuccedant deſcendentibus ſecundum formã in auth. defuncto. C. ad Tertul. † Imò nõ minus eſt debita hæreditas filiorũ parẽtibus, quã econtrà. l. nã & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta. † Tamen aſcendẽtes per directam lineam non ſuccedunt deſcendẽtibus in feudo, & hoc eſt ex feudi natura. d. c. j. de natura ſucce. feud. ſed cùm feuda in ſucceſſionib⁹ ad inſtar patrimonialiũ ſint redacta, dic ꝙ ẽt in feudis ſuccedant aſcendẽtes cum aliis, ſecũdum ꝙ diſpoſitum eſt in cõſuetudine ſeq. in tit. *des ſucceßions. §. ſucceßion en ligne directe ne monte point.* de qua conſuetudine ibi aliquid poſui ad conſuetudines meas.

8 defuncto.

9

SEcundò, ꝙ illud qđ dicit in §. fi. in fi. inſtit. de legit. agna. ſucceſſi. ſ. † ꝙ collaterales admittunt ad ſucceſſionẽ vſq; ad octauũ gradũ, habet locũ in feudo ſecundũ cõſuetudinẽ noſtrã, cùm feuda redacta ſunt ad inſtar pr̃imonialiũ, quo ad ſuccedẽdũ: licet ſecus eſſet ſecdm cõſuetudines feudales, vt habeť per Iac. Aluaro. in d. c. j. de natura ſucceſſio. feud. in antepenul. not.

10 Agnationis & cognationis in ſucceß. ne nulla eſſ. rẽtia.

TErtiò, † nã licet de iure cõmuni in omnib⁹ quo ad ſuccedendũ ſit ſublata differẽtia agnationis & cognationis. auth. poſt fratres. C. de legitimis hæredib⁹. tñ in feudis ſuccedũt agnati, & nõ cognati. Ita Iac. Aluaro. i c. j. de gradi. ſucced. in feudo. & in §. pe. ꝙ feud. dare poſſunt. iſta tñ differẽtia eſt hodie ſublata ꝓ hãc noſtram cõſuetudinem, quæ adæquauit feuda quo ad ſuccedẽdum allodialibus & patrimonialibus, & ideo cognati ſuccedunt. de quo conſului in cõſiliis meis.

11

12 Frater vtrinq; cõiunctus excludit conſanguineũ ex vno latere tantum.

QVartò, † quia licet in ſucceſſione allodialium & patrimonialium frater vtrinque coniunctus excludat fratrem ab vno latere tãtùm. auth. ceſſante. C. de legi. hære. de qua eſt cõſuetudo noſtra. ĩ. in tit. *Des ſucceßiõs. §. Double ligne a lieu entre freres & ſœurs germains*; tñ in feudis frater vtrinque cõiunctus non excludit fratem ex latere patris tãtùm. Bal. & Iac. Aluaro. in c. j. col. xvij. verſi. quæro an fratres. in tit. de gradi. ſucced. in feudo. ſed ex quo feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialium quo ad ſucceſſionẽ, per hanc noſtram conſuetudinem, dicẽdum eſt auth. ceſſante, & conſuetudinẽ noſtrã poſitã ſub tit. *des ſucceßions. §. double ligne*, habere locum hodie in hac patria in feudis. quod nota. & cogita, quia eſt not.

13 Deficientibus deſcẽdentibus ſuccedunt fratres.

QVintò, † nõ extãtibus filiis, aut aliis deſcendentibus in proximo gradu ſuccedũt fratres. §. j. inſti. de legi. agna. ſucceſſio. † tamen in feudo nouo non ſuccedit frater alteri fratri, nec etiam alij trãſuerſales. c. j. de feudo marchiæ. & dicit ibi ꝙ aliud eſt in feudo antiquo, quia ſuccedũt tranſuerſales, etiam in milleſimo gradu, ſed cùm feuda adęquantur patrimonialibus quo ad ſucceſſionem, dic ꝙ idem eſt in feudo etiã nouo ſicut in aliis rebus, & iſtud feudũ nouum dicetur acquiſitio. ideo ſuccedet frater in illo ſecũdum ꝙ diſponit conſuet. noſtra. ĩ. in tit. *des ſucceßions. §. ſucceſſion en ligne directe*, verſi. *& au regard des autres biens meubles & acqueſtz*, eſt enim acquiſitio: † quia dicitur nouum, qđ eſt de nouo acquiſitũ, & habuit initiũ in perſona illius primi inueſtiti, de cuius ſucceſſione agitur. c. j. qui teſtes ſunt neceſſarij ad probandũ inueſtiturã. & vide do. meũ Iaſ. in pręludiis feudorũ, in xxiiij. col. & Alua. in vj. diuiſione feudorũ, in præludiis. Et vide plenè per Fran. Cur. antiquum in conſi. 50. circa medium, & ponit in conſi. xlix. verſ. quarto principali fundamento, ꝙ in tali feudo nouo non ſuccedit frater fratri. quod intellige de iure, vt hîc antè dixi.

14

15 Feudum nouũ quod dicatur.

SExtò, † nã licet in bonis patrimonialibus filius naturalis ſuccedat, ſecundum auth. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic. tamen in feudo nullo modo ſuccedit. Ita eſt text. & ibi doct. in c. j. an maritus ſuccedat vxori. quod eſt verum de iure, ſed ſecus de cõſuetudine noſtrã ducatus Burgũdiæ, per cõſuetudinẽ noſtrã generalem, ꝙ

16 Filius naturalis nõ ſuccedit in feudo.

feuda

feuda quò ad succeſſionem ſunt redacta ad inſtar patrimonialium. Cùm ergo naturalis ſuccedit matri in aliqua parte bonorum allodialium & patrimonialiũ, idem etiã erit in feudalibus bonis, cùm ſint adæquata. non credo hoc eſſe verum per nota. in §. naturales. ſi de feudo fue. contro.

SEptimò, nã licet de iure cõi in bonis allodialib⁹ & patrimonialib⁹ poſt fratres ex vtroq; latere, admittuntur frater ex vtroq; latere, vel filij eius. authẽ. poſt fratres, *la premiere*. C. de leg. hære. † tñ filij fratrũ non admittũtur ad ſucceſſionẽ in feudo nouo, in quo etiã ſunt inueſtiti duo fratres, nec vnus ẽt alteri ſuccedit, neq; inter eos habet locũ ius accreſcẽdi. Ita not. in c. j. de alie. feu. & ibi Iac. Aluar. in verſi. oppo. ℔ imò frater. Et ita etiam notãt doct. in c. j. de eo qui ſibi & ſuis hære. Imò plus ibi dicũt doct. & Fran. de Curte antiquior in conſi. xlix. in ix. col. verſi. ij. quia quoties. † ℔ quoties fratres accipiũt feudũ pro ſe & ſuis deſcendẽtibus in infinitũ de nouo, tunc non põt trãſire ad trãſuerſales & filios fratris; alle. Ang. in conſi. cvj. inci. Sacratiſſima & illuſtriſſima regina. Dic tñ per hanc noſtrã cõſuetudinẽ, per quã feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ, filij fratrũ ſuccedẽt ℔ put in alijs bonis, & ſcdm dictã auth. poſt fratres. Et intellige ſecũdum leges noſtras municipales in feudo nouo, qa in feudo antiquo ſuccediturr iã ℔ put dictat iuris diſpoſitio, quæ redacta eſt in antiquis ad nouum modum ſuccedẽdi, ſecũdum conſuetudinẽ poſitã. J. tit. *Des ſucceßions*. in §. *Les heritages enſuyuent en ſucceßion*. quia trãſuerſales ex latere patris in gradu longinquo ſuccedunt in feudo aliquo proueniente ex latere patris, & tranſuerſales ex latere matris in gradu longinquo ſuccedunt in feudo proueniẽte antiquitus ex latere matris. Et ideo fiet recurſus ad ſimile conſuetudinis, & non ad ſimile legis: qđ an poſſit fieri nõ, eſt ſine dubio. Sed te remitto ad do. meum Iaſ. in l. de quib⁹. in iij. & iiij. col. ff. de legibus, ex quibus dictis cogita, an iſtud dictum præcedens ſit verum, quod pro certo non eſt ſine dubio. fortè dicam in illa conſuetudine, *Les heritages*.

17 *Filij fratrũ in feudo nouo non admittũtur.*

18

ADDITIO. De materia ſucceſſionis feudi in collateralibus, vide Matthæum de afflictis in conſtit. regni Siciliæ, quæ incipit, vt de ſucceſſionibus. in vj. & vij. not. in iij. lib.

OCtauò, † nã licet hæres legitimus dicatur omnis hæres veniens ab inteſtato. l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. & poſt deſcẽdentes dicunt trãſuerſales. de legi. agna. ſucceſſio. cũ tit. ſeq. in inſti. tñ in materia feudali hæres legitimus capitur pro filijs ſeu deſcendentibus tantùm. c. j. §. & quia vidimus. & ibi per Aluaro. de his qui feudum dare poſſunt, dicendum erit ℔ etiã in feudis iſtius ducat⁹ Burgũdię quę ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ, omnis hæres dicitur legitimus qui ab inteſtato eſt ſucceſſurus tanquam propinquior.

19 *Ab inteſtato venientes dicitur hæres legitimus.*

NOnò, † nã licet in materia feudali appellatione hæredũ veniant liberi maſculi tantũ deſcendentes ex maſculis, vt in c. j. §. & ſi clientulus. de alie. feu. tamẽ quia in bonis patrimonialibus veniũt omnes. l. maximum vitium. C. de libe. præteritis. ita etiã ſecundum conſuetudinem noſtrã veniãt in bonis feudalibus omnes, cùm talia ſint redacta ad ſimilitudinẽ patrimonialium. prædicta tamen ſunt reſtringenda non habere locum in dignitatibus. vt dicam infrà.

20 *Appellatione hæredũ veniunt maſculi tãtũ deſcẽdentes ex maſculis.*

DEcimò, † nã licet feuda nõ tranſeant ad hæredes qñ habent dignitatem annexã, vt in c. j. de feudo Marchiæ. & ibi per Aluarotum in ver. oppono ſubſequenter. tamẽ quia alia bona patrimonialia tranſeũt ad hæredes. l. ſi pactũ. ff. de probatio. iõ etiã trãſibunt feuda, cùm ſint redacta ad inſtar patrimonialium.

21 *Feudadignitatẽ annexam habẽtia nõ trãſeũt ad hæredes.*

ETyndecimò poteſt id dici de illo feudo de quo in c. j. de conſuet. recti feudi. quia per hoc etiã extenditur ad poſteros & hæredes poſt mortem vaſalli. ar. d. l. ſi pactum. ff. de proba.

DVodecimò, † quia in feudo ſimpliciter recepto pro ſe, ſuccedũt tantũ filij maſculi, licet in inueſtitura de nullo hęrede fiat mẽtio. c. j. quib. mo. feu. cõſt. po. & ibi per And. de Iſer. & Iaco. Aluaro. tñ quia alia bona patrimonialia ſimpliciter accepta & acquiſita ℔ ſe trãſeunt ad quoſcunq; hęredes, & in eis ſuccedũt omnes hæredes, d. l. ſi pactum. ff. de proba. ideo idem erit dicendum in feudo ſic recepto, cùm feuda in ſuccedendo ſunt redacta ad inſtar patrimonialium.

22 *Infeudo ſimpliciter accepto ſe cedũt tãtũ maſculi.*

DEcimotertiò, † nam legitimati in feudo non ſuccedũt, c. j. §. naturales. ſi de feudo defuncti cõtentio ſit inter dominũ & agnatos vaſalli. licet in aliis bonis ſuccedãt, cùm verè legitimi dicuntur, & nõ per fictionẽ. ita cõcludit Bar. qui ad hoc quotidie allegatur in l. ſi is qui pro emptore. in vj. charta. ff. de vſucap. qđ dicã infrà plenè in tit. *des ſucceßions des baſtards*, in cõſilio qđ ibi inſerui. Hinc videmus † ℔ legitimati habẽt iura fraternitatis, ſicut verè legitimi, & oẽs effectus. ita ſingulariter not. Bal. in l. eam quã. in j. col. C. de fideic. Hinc etiã eſt, † ℔ ſicut pater põt inſtituere legitimũ cũ duobus teſtibus, l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. ſic etiã poteſt inſtituere legitimatum cum duobus teſtibus. Ita ſingulariter not. Bal. in c. de cauſis. in pe. col. de offi. deleg. quę vltima duo dicta dicit do. meus Iaſ. alibi nõ legiſſe. Ita dicit in l. moribus, in v. col. ff. de vulg. & pup. ſubſti. Sic ergo in hac patria ducatus Burgundiæ dicendũ erit, ℔ legitimati ſuccedunt in feudo, ſicut in aliis bonis patrimonialibus, & ideo non habebit locum dictus §. naturales. in ducatu Burgundiæ, vbi viget hæc cõſuetudo, quia feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ. & iſtud tenet in ſpecie Guido papæ in ſuis deciſio. deci. lix. attenta eorum conſuetudine, quæ habet ℔ feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialium.

23 *Legitimati in feuda non ſuccedunt.*

24

25

ADDITIO. Iſtud etiam idem tenet Guido papæ in conſi. ſuo cxviij. incip. ſuper caſu. in iij. col. in j. parte, & in conſi. clxxvj. incip. pro diffinitione proceſſus. verſi. vel aliter & ſecundo, in iij. parte.

SEd aduerte quia non pono iſtud pro cõſtanti, quia audiui ℔ aliàs iudicatum fuit contrarium, & ſecũdum d. §. naturales.

DEcimoquartò, † quia in feudo maritus non ſuccedit vxori, nec econtrà deficientibus aliis propinquis, etiã ſi vir & vxor eſſent ſimul inueſtiti, vt in c. j. an maritus ſuccedat vxori, & ibi per Aluarotũ in primo notabili. & tamen quia in aliis bonis ſuccedit vxor marito, & econtra. auth. præterea. C. vnde vir & vxor, idem erit in feudo, cùm feuda ſint redacta ad inſtar patrimonialium.

26 *Maritus nõ ſuccedit vxori in feudis nec econtra.*

DEcimoquintò, per tex. huius noſtrę cõſuetudinis non habebit locum tex. in d. c. & §. mulier habẽs ſi de feudo defuncti contentio ſit. in vſibus feudo.

DEcimoſextò, videndũ eſt nũquid per hanc noſtrã conſuetudinẽ, per quã feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ, quæ quidẽ conſuetudo viget in tota Francia, prout dicit Ioã. Fab. familiaris Francorũ in dicta auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. fœminæ quæ ſuccedũt regulariter in patrimonialibus & allodialibus ſuccedant etiã in feudũ. Et aduertendũ eſt ℔ † regulariter fœminæ in feudo non ſuccedunt Tex. eſt in c. j. §. & quia vidimus. in titu. qui feud. dare poſſunt. Ita quòd ſi detur feudum pro ſe & filiis, non comprehenduntur.

BIU Cujas

henduntur filiæ, vt tenet Hippol. de Marsil. in singul. suo cxcj. incip. sæpius iam dixi. Bal. in l. quoties. in pe. col. C. de suis & legi. dixit hoc esse propter quinque rationes.

28 Fœminæ in feudo regulariter non succedunt.

PRima †est, quia fœminæ arma ferre non possunt: imò timida est mulier in pugnã & ferrum inspicere: dicit Euripides in Medæa, & tamen quilibet vasallus tenetur dominum in prelio existentẽ armis iuuare, vt est tex. in c. domino guerram. in ti. hîc finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt. igitur.

SEcunda, propter publicam honestatem quæ non patitur vt mulieres se cœtui virorum immisceant, l. j. §. sexũ. ff. de postulan. c. diffinimus. xviij. qõ. ij. Hinc dicit gl. in verb. expedire. in c. quanuis. de pœnis in vj. ꝙ periculosa est sexuũ commistio. iuxta tex. in c. vnico. de statu regularium, in sexto.

TErtiò, propter fragilitatẽ consilij, quia cùm vasallus dño suo consulere teneatur, vt est tex. in cap. de forma. xxij. quæst. v. repetito in c. j. de forma fidelitatis. in vsibus feudorũ. talis cõsilij mulier est incapax

29 Varium & mutabile semper fœmineum genus.

& imbecilis: † reperitur enim variũ & mutabile semper fœmineum genus. Verg. in iiij. Ænei. Tex. in c. forus. de verb. sig. & C. de sponsa. l. pen. vbi dicit Alex. ꝙ in muliere non est consilium. & dicit Aristo. lib. j. politico. quòd consilium mulieris est inualidum.

Leuitas mulierum.

QVartò, propter lubricitatem voti, quia incõstans & mutabilis omni hora, vnde dicit, Quid leuius fumo? flamẽ. Quid flamine? vẽtus. Quid vẽto? mulier. Quid muliere? nihil, prout dicit gl. no. in d. c. forus. de verb. sig. Et dicit tex. in stit. quib⁹ aliena. licet. ꝙ in muliere non est constantia: quæ quidem constãtia debet esse in vasallo. c. j. de noua forma fidelitatis.

QVintò, propter periculositatẽ secreti, quod retinere non potest, & ideo cùm omnia ista repugnent naturæ feudi, vt est tex. in c. j. de noua forma fidelitatis, meritò mulier tanquam incapax repellitur.

HAec aũt regula fallit & limitatur multis modis, de quibus omnibus recurrendũ est ad doct. in d. §. & quia vidim⁹. & per Iac. de S. Georgio in suo trac. feu. in gl. & Fel. fol. viiij. sed inter illas tanquam vnam plenius quàm viderim per aliquem, nihil de omnibus dictis ad propositum omittendo vltrà posse.

Mulieres feudis cõsuet. Burgundiæ succedunt in feudo.

ET primò accipio fallentiam ex consuetudine nostra inductã, s. ꝙ dicta regula fallit & limitatur, qñ ex cõsuetudine inducitur ꝙ mulieres succedũt in feudo, quia stante tali consuetudine licitè mulieres succedunt in feudis, prout dicit Io. Fab. in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl. & dicit Alua. in c. j. §. & quia vidimus. in tit. qui feud. dare pos. & Bal. in consi. cxliij. incip. ꝙ pro regula. in j. parte. in iij. col. & dicit Andr. de Iern. in d. §. & quia vidimus. & do. meus Ias. in l. de q̃bus. in x. col. ff. de legibus, ꝙ hęc consuetudo viget in regno Sciliæ. Et huiusmodi etiam consuetudo viget in Francia. Hinc est ꝙ dicit Io. Fab. in d. auth. ingressi.

30 †ꝙ feuda in regno Franciæ sunt redacta ad similitudinem allodialium & patrimonialium. quæ quidem consuetudo specialiter viget in hac patria Burgundiæ, virtute huius nostræ cõsuetudinis suprà positæ. Et de hac consuetudine regni Franciæ loquitur Panor. post Io. And. in c. significauit. extrà, de rescrip. †In quo etiã regno, licet feuda, aut vasalli nõ possint vendi inuitis subditis, cum interesit subditorum nõ mutare dominũ suum, sicut etiam interest libertorum nõ mutare patronum: vt notat glos. in l. inuitus. ff. fideicommis. lib. Bal. in c. ij. §. eadem. de capitulis Corradi. Tamẽ in regno Franciæ feuda hodie venduntur sicut alia bona patrimonialia.

31 Feuda in Francia venduntur.

ADDITIO. Intelige tñ dummodo nõ vendantur aut transferantur in ecclesiam, quia in Frãcia ecclesiæ non sunt capaces rerum feudaliũ sine expressa licẽtia regis. dixi. j. in tit. *des mainsmortes*. §. ix. in consi. ibi posito, in fi. vbi allegaui in additione Matt. de affl. & vide de hoc iure, qđ dr̃ius amortizationis p Guliel. Benedicti in sua repet. c. Ray. in verbo, & vxorẽ noĩe Adelasiam. in iij. decis. nu. 522. vsque ad num. 546. de testa. vbi est amplè materia. ¶Et idem de dominationibus & iurisdictionibus quæ vendi, obligari, & in iudiciũ deduci possunt, & super his transig. sine cõsensu subditorum, attenta dicti regni consuetudine. In hoc tñ imitor Bal. in c. in generali. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. dicentẽ in specie, † ꝙ rex Frãciæ non põt alienare vnã de ciuitatibus regni sui ciuib⁹ illius inuitis. allegat Host. in c. dilecti filij. de maio. & obed. & ibi Io. Andr. & istud refert & sequit̃ do. meus Ias. in l. debitorũ pactionibus. in ij. col. C. de pact. & in l. iij. in xxiiij. col. C. de iure emphyt. Deci. Thol. 485. De effectu cuius dicam infrà, in hac quæstio. 32

ADDITIO. Vide de materia Matt. de affl. in præfatione cõsti. regni Siciliæ, in xxiiij. quæstione, vbi dicit ꝙ rex nõ potest facere alienationes dignitatem regiã lædentes, & ista sunt verba multũ prægnãtia, quæ multa importãt. & vide etiam Benedicti in sua repet. c. Rayn. in verbo, & vxorem noĩe Adelasiam. nu. 470. cum tribus seq. de testa. dixi alibi, & istud satis amplè disputauit Ignæus in quadã repetitione quã facit super l. dudum. C. de contrah. emp. Et aduerte quia stãte consuetudine, de qua suprà, poterit fœmina succedere in feudo, etiã si esset dignitas regia, vt tenet Pan. in d. c. significasti. & in c. dilecti. de arbi. & in c. ex parte de fo. compe. †Hinc est ꝙ succedunt fœminę in regno Nauarræ, vt notat Pet. Iac. in tit. de causis ex quibus vasall⁹. &c. Vide de hac materia Boërium in cõsuet. Bituri. tit. de consuet. feudi & census. §. j. in gl. magna ibi posita. ¶De hac materia quòmodo fœminę succedant in feudo, videatur etiam per G. Benedicti. in sua repet. c. Ray. in verb. duas habens filias. à nu. 4. vsque ad num. 78. de testa. vbi amplè, & multa ibi tractãtur quæ sunt extrauagantia. Et etiam vide Matthæum de afflict. in cõsti. regni Siciliæ, quæ incipit: in aliquibus in j. notabili, in iij. lib.

Alienationes dignitatẽ regiã ledentes rex nõ põt facere.

33

HAec tamen † consuetudo licet deferat feuda fœminis, etiam in dignitatibus, nõ tñ habet locum in successione regni Frãcorum. Nam licet pro eo nullum præstetur seruitiũ, cùm superiorem in talibus nõ recognoscat, vt est tex. in c. per venerabilem. qui filij sint legiti. tñ in eo nõ succedunt fœminæ, ex speciali consuetudine ipsius regni, & non extãtibus masculis alij cõsanguinei in regno secundũ prioritatẽ gradus in linea masculina exclusis fœminis succedũt. Et si cõtingeret ꝙ tota domus Franciæ moreret, & staret vnus de sanguine antiquo, etiã si esset in cẽtesimo gradu, talis iure sanguinis & antiquę consuetudinis succederet iure hæreditario, & non per electionẽ. & licet in aliis successionibus post decimum gradum nõ admittantur cõsanguinei, sed ipse fiscus, vt no. Bal. in l. j. C. vnde vir & vxor. † tamẽ in regno Franciæ fiscus non succedit, cùm nõ sit illũ fiscũ repetire, sed succedit ipse sanguis, q̃ est ppetuus, vt no. Bal. in c. j. de feudo marchiæ. ¶Hinc dicit do. & præceptor meus, dñs Ias. in l. certũ. in j. col. C. vnde legi. † ꝙ si nõ reperirent propiores, ẽt domus Borbonij, quæ est in millesimo gradu, admitterẽt, antequã fœminæ admitterẽtur. Et dicit ꝙ illa decisio est notãda, qa est magni ponderis; & pro certo dicit verũ. Et ita etiã dicit Bal. in d. c. j. de

34 Fœminæ in regno Frãciæ non succedunt.

35 Fiscus in regno Franciæ nõ succedit.

36

feudo

feudo marchiæ, suprà allegato. Vide Pyrrhum in consuetudini. Aurelianen. tit. de feudis. c. xlv.

37 Fœmina quædã fuit regina Frãciæ.

NEc habet obstare c. dilecti. de arbitris. † vbi dicitur ꝙ quædam fœmina erat regina Frãciæ, quia intelligitur ꝙ erat vxor regis, non ꝙ ad ipsam regnũ iure proprio ptineret. Talis enim potest dici regina, etiam post mortem regis, quandiu remanet vidua, vt in c. ex parte. de foro cõpetenti. vt in præallega. c. dilecti de arbitris. Et istud iam fuit deductũ semel in quæstione post mortem Ludouici Hutin, qui accepta vxore domina Ioanna de Burgundia, ipso existente rege Nauarræ, post mortem ipsius dominæ Ioannę, ex qua habuerat vnam filiã nomine Ioannã, fuit rex Francię & tũc accepit in vxorem filiã regis Aragonũ nomine Clementia. Et in secundo anno sui regni, relicta dicta Clemẽtia grauida, decessit ab humanis. Philippus aũt comes Pictauiæ frater dicti Ludou. & secũdogenitus Philippi Pulchri, habuit gubernamẽtũ & regimẽ regnorum, scilicet Frãciæ & Nauarræ. Sed postmodum dicta Clementia peperit filiũ masculũ, qui parũ vixit: & licet tunc fuisset quæstio mota per ducẽ Burgũdiæ nomine Oeudis, auunculũ Ioãnæ filię dicti regis Ludo. in primo matrimonio, qui ptendebat dictũ regnũ debere pertinere dictæ Ioan. nepti ipsius: Tamen dictus Philip. comes Pictauię, successit in regno, ex laudabili cõsuet. Francorum, vt recitat Gaguinus lib. vij. fol. 131. De qua consuetudine Francorũ meminit Bal. in l. j. ff. de sena. in lectura noua, vbi dicit ꝙ filia regis Francorũ nõ succedit in regno ex rationabili consuetudine Francorũ. † Et istud fuit expresse statutum per

38 Lex Salica quæ.

leges & cõsuetudines, quas ꝓmulgauerũt reges Frãcorũ, quas leges & cõsuetudines seu cõstitutiões vulgariter legẽ Salicã appellam⁹. In qua lege ita expresse cauetur sub rubrica de allodiis. Et dicit Alua. in c. j. §. mulier. si de feudo fuerit cõtrouer.. ꝙ in Lombarda sub tit. de capitulis Salicę, in vlt. char: fit mẽtio de hac lege: vbi etiam ipse Alua. enumerat alias leges disponentes de succes. feud. Ponit enim de lege Romanorũ de lege Lombarda, de lege Salica, de lege Barbarica, de lege Arabica, de lege Alemanorum, de lege Vandalorum, & de lege Francorum. De qua in §. receptatoribus. vbi per gl. in tit. de pace iuramento firmãda. & dicit ꝙ lege Salica cauetur, ꝙ nulla portio hæreditatis de terra Salica, quã interpretatur terrã regiã, ad mulierẽ pertineat: nos enim interpretamur legẽ Salicam, generalem cõsuetudinem quo ad successionẽ

39 ipsius regni. † Et dicitur lex Salica, hoc est lex regni Francorũ, quæ à regibus regni Francorum deriuauit. Primò videlicet à Pharamondo primo rege Francorũ nõ baptizato, prout refert Robert⁹ Gaguinus in suis chronicis, in princi. quando loquitur de origine Frãcorum, in iij. fol. in alio loco. Et quo ad aliud dicit Al-

40 Lex Salica à quo ordinata.

uaro. in fi. † ordinata fuit lex Salica à rege Pipino die sancti Ioã. Baptistæ, post magnã missam, sed ad aliud propositum. ¶ Vide etiam amplè Guil. Bened. in sua repet. c. Rayn. in verbo, duas habẽs filias. nu. 73. vsque ad nume. 76. de testa. vbi ponitur quæ sit lex Salica, & quare sic dicatur.

ADDITIO. De argumentatione ad vtramq; partẽ de huiusmodi lege Salica, vide Pyrrhũ in quodã paruo tractatu quem fecit de huiusmodi lege Salica, post commentũ consuetudinũ Aurelianẽ. Ego tamẽ semper fui in phantasia, ꝙ erremus dicendo eam legẽ Salicam, & ꝙ fuit vitium impressorum & scriptorum, & potiùs deberemus dicere ꝙ est lex Galica. & magis consonat allusioni & interpretationi verborũ dictæ legis, & miror ꝙ ita diu fuit ĩ huiusmodi errore absq; correctione. De huiusmodi iure succedendi meminit Matth. de affict. in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, speciale. in ij. li. qđ vocat ius Francorũ. Et dicta lex Salica tantum extenditur & intelligitur in successione regni, & nõ in dignitatibus. & ideo dicit Io. Fab. in ĩsti. de legi. pa. tu. † ꝙ mulier in regno Frãciæ succedit habenti merum imperiũ, quia per alium faciet iudicare aut ipsamet iudicabit si sit cõsuetudo, nã reperitur ꝙ in multis dignitatibus regni Frãciæ mulieres successerunt: & primò si respiciamus in omnibus Paribus Frãciæ, reperiemus ꝙ multoties mulieres successerũt. 41

PRimò † in ducatu Normanniæ seu Normanorũ: nã est notoriũ ꝙ plurib⁹ diuersisq; vicibus in ipso ducatu successerũt fœminæ. Primò legitur in chronicis Franciæ, cum quib. cõcordat Vincentius in Spec. lib. xxv. c. liiij. ꝙ Ludouicus Simplex, qui regnabat anno nongẽtesimo, donauit filiæ suæ dictum ducatum in matrimoniũ cuidã † Rodulpho primo duci Christiano Normanorũ, qui tũc dicebat Damias, & ex quo duce successores ei⁹, aut maior pars successorũ fuerũt reges Angliæ, & ei⁹ successores vsi fuerũt regno 292. annis, & vsq; ad tẽpus Philippi Cõquerẽtis, qui in manus suas accepit, eo ꝙ tres fœminæ de quib⁹ dicẽ statim recusauerũt præstare homagium, & prout recitat Frontinus, Anno dñi M. cxxxv. Honoreus rex Angliæ & dux Normãnię decessit ab humanis, cui in regno & ducatu successit dña Mehault eius filia, quæ fuerat vxor imperatoris Hẽrici quarti, & tũc eius relicta, sed postmodum fuit vxor Godofredi comitis Andegauẽ. ex quibus descendit iuuenis rex Henricus dictæ Angliæ, & dux Normãniæ, & per eius matrẽ & eius medio successit in dictis regno & ducatu, qui quidem tñ Henricus habuit regẽ Estenenon sibi contradictorẽ, qui quidem Estenenon erat filius sororis suæ matris, sed inter eos concordauerunt, ita ꝙ regnũ Angliæ & ducatus Normanniæ remansit dicto Hẽrico. ¶ Secũdò † constare potest in ducatu Aquitaniæ: quia quasi illo tempore successerũt in eo fœminæ, prout legitur in chronicis Frãciæ. & cõcordat Vincentius li. xxviij. c. fi. & etiam recitat Frontinus, ꝙ sanctus Guilielmus comes Pictauen. ex se erat comes Pictauen. & ex eius vxore tenebat ducatum Aquitaniæ, ex qua habuit filiã, quæ noĩata fuit domina Alcenor, & copulata fuit matrimonio Ludou. vij. filio Ludouici le Gros, regis Francorũ † & postmodum repudio inter eos habito fuit copulata matrimonio Henrico filio regis Anglię qui postmodum fuit rex Angliæ, & dux Normanniæ. & per eius vxorem fuit dux Aquitaniæ, & prætẽ debat comitatum Pictauen. sed dictus Ludouicus vij. filius Ludouici Grossi obtinuit prædictũ comitatũ, ratione cuius & repudij supradicti initium guerrarum inter Francos & Anglos processit.

42 Mulieres successerunt in ducatu normannie.

Ludouicus Simplex

43 Rodulphus dux normãnie.

Domina Mehault.

44 Mulieres in ducatu Aquitanie successerunt.

45 Vide bellorũ causas inter Frãcos & Anglos.

TErtiò † constare potest ex ducatu Britanniæ, licet enim aliqui sustinere vellẽt ꝙ in ipso fœminæ nõ succederẽt, tamẽ post mortẽ ducis Io. Britannię, anno domini M. cccxlj. super cõtrouersia habita inter dñm Carolũ de Bloix, qui habebat in vxorẽ filiam domini Guidonis de Britannia, comitis Lemouicẽ. fratris dicti ducis, & dominũ Ioã. comitẽ de Montfort mediũ fratrem dicti ducis, fuit per arrestum parlamẽti Franciæ in ciuitate Parisien. adiudicata prouisio dicti ducatus Britanniæ seu recredẽtia dño Caro. de Bloix: ex quo clarè concluditur ꝙ successit medio suæ vxoris.

46 Mulieres in ducatu Britanniæ succedunt.

VIdemus † & secundò ꝙ rex Francorum Carolus viij. dimissa Margareta Austriaca, reconciliatis Britonibus, Annam eorum dominam vxorẽ accepit, ratione cuius habuit ducatum Britanniæ.

47 Carolus octauus.

Post

48 Ludouicus xii. Franciſcus primus.

POſt cuius † mortẽ Ludouicus duodecimus Chriſtianiſſimus rex Francorum medio dictæ dominæ Annæ, quam poſt dicti Caroli mortẽ in vxorem accepit, dictũ ducatum tenuit: nũc verò Chriſtianiſſimus rex Franciæ Franciſcus medio & ad cauſam dominæ Claudię de Frãcia ei⁹ vxoris, quę ſucceſſit eius matri.

49 Ducatus Borbonii.

QVid de ducatu Borbonij? nam Robertus filius † S. Ludouici, à quo dñi de Borbonio deſcenderũt, habuit ducatũ Borbonij pfœminã: q tñ erat adhuc comitatus, & ꝓ parte Roberti fuit ei aſſignat⁹ comitatus Claremontẽ. quẽ adhuc tenẽt illi de Borbonio. videm⁹ ẽt nũc ꝙ dñs de Mõtpẽſier, licet voluiſſet prętendere dictũ ducatũ, eo ꝙ dicebat fœminas nõ poſſe ſuccedere, fuit tñ cõueniẽs ꝓ medio pacis ꝙ acciperet in vxorẽ filiã ducis Borbonij, quę iã cõtraxerat ſpõſalia cũ dño d'Alẽçon, & fuit factum repudiũ inter eos.

50 Ducatus Aurelianẽ. gaudet lege Salica.

QVid † de ducatu Aurelianen. Carolus rex Francorum quintus expreſſe reſeruauit ducatũ Aurelianen. & ſtatuit ne fœminæ in eo ſuccederent, & vt aliqui dicunt, idem fecit de ducatu Bituricen. nec eſt iſtud mirum, quia abantiquo iſti duo ducatus ſunt cum corona, meritò in eis extendenda lex Salica.

51 Ducatus Burgũdiæ.

QVid † etiã de ducatu Burgundiæ? legit in chronicis Franciæ, ꝙ anno nongenteſimo quinquageſimo ſexto, vel circà, ſucceſſit in eo filia quę fuit copulata matrimonio Roberto fratri Hue Cappet. Item in ducatu Burgundiæ ſucceſſit Ioã. rex Frãciæ, medio eius matris, quæ fuit filia ſecũda Roberti ducis Burgũdiæ, qui poſtmodũ dictũ ducatũ vniuit coronæ regni Frãciæ, qñ eũ dedit Philippo le Hardy eius filio, pro ſe & ſuis liberis, caſu quo dictus Philippus le Hardy, nõ haberet hæredes in legitimo matrimonio procreatos qđ ex veriſimili intẽtione cõtrahentiũ debet intelligi de hẽdibus maſculis, & non fœminis. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. iuncto c. j. ver. & ſi cliẽtulus. de feu. alienatio. coll. x. & dicit & tenet Socin. in conſi. ſuo. xix. in j. col. & eſt iſtud quod dicit Cy. in l. liberti libertę ¶. C. de ope. lib. & poſt eum Henri. Bohic, in c. cum dilecti. de dona. de quæſtione quæ fuit in parlamento Frãciæ de inueſtitura feudi facta per regem cuidã militi pro ſe & hæredibus ſuis, ꝙ milite decedente ſine maſculis liberis feudũ reuertitur ad regẽ, per quã vnionẽ & inuentionẽ factã p dictũ regẽ Ioannẽ, deliberatione & cõſilio trium ſtatuũ Frãciæ, quæ fuit facta in hũc modũ, videlicet ꝙ nunquã ſepararet⁹ à corona, niſi p modum empanagij, ſucceſſit Ludouicus xj. in dicto ducatu † poſt mortẽ vltimi ducis Burgũdię nomine Caroli, qui interfectus in bello apud Nantiũ anno Domini M. cccclxxvj. de qua quidẽ vnione ſtatim latiùs dicam.

52 Caroli ducis Burgũdiæ mors

53 Comitatus Flandria.

QVantùm † ad comitatus eſt cõſiderandum ꝙ comitatus Flãdriæ eſt de Paribus Frãciæ, imò obtinet inter comites primũ locũ parerię, & tñ pluribus & diuerſis vicibus in eo ſucceſſerũt fœminę, prout eſt notorium. Legitũr enim in chronicis ꝙ Balduinus accepta vxore Margareta filia Therõ Flãdrię, poſt mortẽ Philippi fratris ſuę vxoris ſucceſſit in comitatũ, & Ferrandus poſtmodũ ſucceſſit in comitatum per Ioãnam eius vxorẽ filiã dicti Balduini, poſt mortẽ cuius Ferrandi & Ioannæ ſucceſſit Margareta ſoror dictæ Ioannæ, quæ triginta annos comitatum gubernauit.

54 Comitatus Campanię, Boloniæ, Aluerniæ.

QVantum † ad comitatum Campaniæ & Brię, Boloniæ, & Aluernię in illis & pluribus, & diuerſis vicibus ſucceſſerunt fœminæ, & de comitiſſa Campaniæ eſt gl. ordi. quam refert Cyn. in l. fi. C. de arbitris. & eſt verum ꝙ dux Burgundiæ nomine Oeudes habuit in vxorẽ dominam Ioannã de Frãcia, ex quibus eſt, & deſcendit vnus maſculus ſolus nomine Philipp. qui habuit in vxorẽ dñam Ioan. de Bolo. comitiſſam Boloniæ & Aluerniæ, filiã comitis Boloniæ: ꝙ quidẽ Philip. obiit anno Dñi M. cccxlv. ex fractura quã accepit, qui cecidit ſupra equũ, & reliquit dictã dñam Ioã. de Bolonia eius viduã cũ vno iuuene filio noĩe Philip. ꝙ quidẽ iuuenis Philip. poſt mortẽ dicti Oeudis ducis Burgũdię ei⁹ aui, ꝙ deceſſit in ciuitate Senonen. anno Dñi M. cccxlviij. ſucceſſit in ducatu Burgũdiæ, & per mortẽ dñę Ioã. de Frãcia eius auiæ, quæ deceſſit anno Dñi M. cccxlvj aut xlvij. ſucceſſit in comitatib⁹, *d'Arthois & de Bourgõgne*, & poſtmodũ, p mortẽ dñæ Ioãnæ de Bolonia eius matris, q̃ obiit anno Dñi Mcccclvj. aut lvij. ſucceſſit in comitatibus Bolonię & Aluernię.

ET eſt verũ ꝙ dicta dña Ioã. de Frãcia debebat ſuccedere in regno Nauarræ, & comitatũ Cãpaniæ, & *de Brye*, ſed in cõpenſatione ex accordo & tractatu facto cũ rege Philip. de Valoys, anno Dñi M. cccxxxvj. & xxxix. habuit comitatũ Angoliſmen. & de Mortaigne, cũ quindecim mille frãcis de redditibus annuis, quos dictus Philippus ꝓmiſit aſſignare ſup bonis hę reditagiis in regno Frãciæ. & ẽt alia vice in comitatu *d'Arthoys* ſucceſſit fœmina, ſ. Margareta vxor ſecũdi Ludouici comitis Flãdriæ & Ludouici de malle.

55 Comitatus de Vermandoys.

IDem † de comitatu *de Vermandoys*: quia in eo ſucceſſit Philippus comes Flandriæ medio eius vxoris.

56 Niuernenſis.

¶ Idem † in comitatu Niuernenſi: quia Robertus comes Flandriæ in eo ſucceſſit medio eius vxoris.

57 Rhotelin.

IDem † in comitatu *de Rothelin*, quia in eo ſucceſſit vxor primi Ludouici comitis Niuernenſis, qui erat primogenitus comitis Flandriæ nomine Roberti. & hæc refert Gaguinus in chronicis Franciæ.

58 Tholoſæ

QVid aũt † de comitatu Tholoſæ, qui eſt in tertio loco Pariũ Frãciæ iter Comites? nã in eo ſucceſſerũt fœminę, maximè vxor Alphonſi Comitis Pictauẽ. fratris S. Ludouici ſucceſſit in eo, & recitat Bar. in l. ſi cõuenerit. *le ſecõde*. §. ſi nuda. ff. de pigno. actione, ꝙ comitatus Tholoſæ fuit datus regi, & ideo p acquiſitionẽ obuenit regi; & non per vnionem ad coronã.

59 Clare monteñſis.

QVid † de comitatu Claremonten. qui ſpectat domino de Borbonio? nam in eo ſucceſſit domina Catharina vxor Ludouici comitis de Blexis filij comitis Theobal, & dominæ Alexis de Francia, & erat filia Ludouici vij.

Blexis Carnotẽſis.

QVantum ad comitatum de Blexis & Carnoten. poſt mortem comitis Theob. iuuuenis, qui fuit maculatus lepra, & filius comitis Lud. ſucceſſerũt duę amitæ, Margareta ſcilicet quæ fuit vxor Hugonis domini Doyſi, & Helizabeth, quæ fuit copulata matrimonio domino *d'Amboyſe*.

60

ET ſic inuenio ꝙ in omnibus ferè dignitatib⁹ Galliæ quò ad ſucceſſionẽ fœminarum feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ, ſecũdum doctrinã Io. Fab. in locis hîc antè allegatis, † Exceptis tñ nũc ducatibus Aurelianen. Bituricen. & Burgũdiæ, nã in ducatu Aurelianẽ. & Bitur. nõ ſuccedit fœmina, quia ſunt de corona antiquitus, & ideo habent ius legis Salicę.

61 Mulier quæ eindo cæco Burgũ d. æ non ſuccedat.

† In ducatu Burgũdiæ rõne vnionis factæ per regem Io. cũ deliberatione triũ ſtatuũ regni Franciæ, & ideo rõne vnionis debet gaudere priuilegiis, & regi eiſdẽ regulis, cùm aliquãdo aliqua patria vnitur regno, debet regi & gubernari regulis quibus regnũ regitur & gubernatur. cùm ergo regnũ ratione coronæ regatur & gubernetur ſecũdum legem Salicã, ideo & ducatus Burgundiæ, ſecundũ doctrinã Bar. in l. ſi cõuenerit. §. ſi nuda. ff. de pig. actio. cùm res vnita alteri vtitur priuilegiis, & ſubiiciẽ regulis quibus illa res cui eſt vnita plenè per Feli. in c. trãſlato. in iij. col. extrà, de cõſti.

Etva-

BIU Cujas

62 Vnio Burgundiæ cum regno Franciæ.

ET valuit † talis vnio etiam sine cõsensu vasallorũ, tum quia fuit vniuersalis & multarũ rerũ feudaliũ, ex quo nõ requiritur cõsensus vasallorũ. arg. eorũ quæ dicit Ludo. Rom. in consi. xxvj. in fi. vbi dicit, † ꝙ in alienatione vniuersali multarũ rerum feudaliũ nõ requiritur cõsensus vasallorũ, maximè etiam quia in dicta vnione erant multa bona, & sic erat vniuersitas bonorũ, inter quę erãt aliqua feudalia, & non omnia. arg. c. ex literis. de iure pat. cum cõcordantiis, de quibus per dictum Lud. Rom. in dicto cõs. cum quo simpliciter concordat Alex. licet eũ non alleget in l. ij. in fi. princ. ff. sol. mat. Et ita videtur tenere Abb. in c. auditis. i ix. col. versic. secularibus verò. de præscrip. do. meus Ias. in l. si nõ sortem. in §. libertus. in x. col. ff. de condi. inde. vbi plura allegat, tamen etiã quia vt dicit

64 Vasallagium potest alienari inuito vasallo.

Lud. Rom. in dicto cõsilio, † alienatio vasallagij & rum feudaliũ pót fieri sine consensu vasallorum, & eis non requisitis, imò etiã inuitis, qñ ita se habet cõsuetudo. per tex. in c. j. §. ex eadem. in tit. de lege Corradi.

65 † sicut est in regno Frãciæ, in quo rex pót alienare feuda sine consensu subditorũ, cum sint redacta ad instar patrimoniorũ quò ad alienationẽ, prout suprà dixi in puncto huius quæstionis. Et dixit do. meus Ias. in l. de qbus. in xvj. col. ff. de legi. & in §. itẽ Seruiana. in xxij. col. insti. de actio. ¶ Hæc omnia hodie sunt sine dubio.

66 An masculi ex fœmina propter sexum excluſa succedant.

SEd pone, † fœmina est excluſa à succeſſione feudi, quia fœmina, nũquid filij masculi descendentes ex ea possint venire ad successionem feudi? videtur ꝙ sic. quod sic probari videtur: primò per doctrinã Angel. qui multũ singul. in l. & qui vxores. ff. de adoptio. dicit, † ꝙ si presbyter habeat filium spurium, non potest ei aliquid relinquere, si tamẽ habeat nepotem ex suo siue legitimũ, siue non, potest cum effectu relinquere ei hæreditatẽ, adoptãdo nepotem in filium si sit legitimus, vel eum arrogãdo: nam adoptione vel arrogatione facta, potest eũ instituere, & notã istud, quia est valde quotidianũ. Et illud exclamat Alex. licet de eo dubitet, in l. Gallus. §. quid si is. in fi. col. ff. de liber. & posthu. ¶ Hinc posset dubitari: pone ꝙ auꝰ habeat filium spurium, ille proculdubiò est penitus incapax, nec illi posset aliquid relinquere. auth. sed licet. C. de natura. liberis. auth. ex cõplexu. C. de incest. nuptiis. Pone ꝙ ex illo filio spurio habeat nepotem legitimũ & naturalem, an nepoti legitimo & naturali possit auus aliquid relinquere? videtur quòd sic per simile.

68 Deportati filius capax successionis.

† Nam si quis habeat filium deportatum, est penitus incapax de iure ciuili, secundum ius, nec eum posset instituere. l. j. C. de hæred. instituen. tamen nepotem ex eo potest instituere. l. j. §. pe. ff. de bono. pos. contra

69 tabu. † similiter habens filium hæreticum, non potest eum instituere. Tex. est in l. cognouimus. C. de hæreticis. tamen videtur à simili, quòd nepotẽ ex eo Christianum potest instituere, cùm cesset in eo ratio, quare non potest institui eius pater.

70 Filio incapace, nec nepos erit capax.

SEd in contrarium est veritas, & communis sententia est, † ꝙ si auus prohibeatur aliquid relinquere filio spurio, ita nihil potest relinquere nepoti, quãuis legitimo & naturali, l. fi. & ibi expressius gl. & antiqui ad hoc notant, C. de natura. liberis. Bal. in l. Gallus. §. quidam recte. in antepe. col. & expressiùs Paul. in d. l. Gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posthu. & no. Alex. in cons. suo lxxiiij. in iij. vol. quod incipit, Circa primum dubiũ. & istam dicit esse veritatem & communem domin⁹ & præceptor meus dominus Ias. in l. hæredi. in ij. col. C. de his quibus vt indig. hęredit. auferun. ¶ Di-

71 Fœmina nõ succedẽte, nec filij.

cendum est ergo † ꝙ sicut fœmina non succedit in regno Franciæ, eo ꝙ est ita clarũ & nobile, ꝙ in eo succedere non possunt, prout dicit Bal. in c. j. tit. de feudo March. Ita nec natus ex ea. pro quo facit tex. in c. j. §. hoc autẽ notandum. qui feudũ dare possunt. & in tit. de gradi. succes. in feu. c. ij. Et not. Bal. in l. quoties. C. de suis leg. & dicit Cy. in d. auth. post fratres. la secõde. Bal. in auth. cessante. C. de legi. hęre. ꝙ si consuetudo est, † ꝙ fœmina nõ succedat in baronia, & quidẽ baro 72 habeat fratres, & nepotem ex filia prę̃mortua, & baro decedat, ꝙ non amittitur nepos ad successionẽ in baronia. Et ita tenet Iac. Aluaro. in d. §. hoc autem notãdũ. qui vtitur bonis rationibus. Facit, quia excluso antecedenti, excludũtur descendentes ex illo, vt est tex. in l. fi. C. de natura. liber. & in l. si viua matre. C. de bonis maternis. & Bal. in l. j. C. de sum. tr. † nõ enim plus 73 Causatus causãtis non virtus potest esse in causato, quàm procedat ab influẽ- est potentior. ti potentia causæ. Pro hoc facit elegans consiliũ Raphaelis Fulg. in cõsi. suo xij. vbi dicit, ꝙ mortifera radix non poterit stipitẽ vel ramum fructiferum vel virentẽ facere. cum ergo quis causatur ab infecta radice, non pót esse melioris conditionis quàm ille à quo causatur. ¶ Hinc dicit Bar. in d. l. j. §. videndũ, † ꝙ exclu- 74 Filiatus sa filia fœmina, excluditur nepos ex ea. Ita refert dñs clusa, natus Socinus in consi. suo xxxj. incip. Omnipotẽs deus ad- excluditur. sit, prosequẽdo ordinem. in ij. col. ibi, iij. probatur. & ibi, iiij. probatur. † Iniustè ergo & indebitè & sine cau- 75 Rex Angliæ sa rationabili conqueritur rex Anglię de regno Fran- conqueritur ciæ, quia sicut nõ poterat succedere Isabella vxor O- de regno doardi Regis, quæ erat filia Regis Franciæ, s. Philippi Pulchri, ita nec eius filius nomine Odoardus pót in dicto regno succedere. Ex dicto enim Philippo pulchro descenderunt tres filij masculi. qui tres successerũt in regno sigillatim, & sine liberis decesserũt, & illis in regno successit Carolꝰ de Valesio frater Philippi Pulchri, de cõsensu & approbatione duodecim Parium Franciæ, qui noluerunt dare regnum dictæ Isabellæ, nec Odoardo eius filio, & bene & iustè. † Ex 76 Bella inter quo ortæ fuerunt guerræ mortales inter reges Frãciæ glos. & & Angliæ, vt dicit gl. pragmaticę sanctionis, in proœ- cos. vide- mio, in verb. cõsanguineis. Et mortuis dictis filijs, Rex tum. Angliæ misit legatos ad Regẽ Franciæ, dicentes noie Regis: Anglorũ regno succedo iure paterno, Francorum siquidem materno vocor idem. Et cùm Rex Angliæ verbis huiusmodi & armis exequi ac defendere conaretur, prætendens regnum Franciæ, acsi iure materno fuisset delatũ, per Gallos & cõsilium Regis illis literis fuit elegantissimè responsum, in hũc modum.

Prædo regnorum qui cerneris esse duorum,
Succedunt mares huic regno, non mulieres.

77 An vna familia possit inducere consuetudinem.

SEd circa † hanc limitationẽ quæro, nunquid vna familia posit introducere consuetudinem, vt fœmina succedat in feudo, in casu in quo aliàs non succederet, vel non succedat in casu in quo aliàs succederet? Ioan. And. singulariter in additio. ad Spec. in titu. de instru. edit. §. compendiose. versic. sed nunquid dicemus. in additio. prima, quę incip. Interposuit Vbertus. dicit ꝙ sic nec plus dicit, & eius decisionẽ sequũtur Angel. & Imol. in l. iij. ff. de testa. & dicunt ꝙ alibi non reperitur. Idem tenet ibi Rapha. Cuman. in vna lectura, dicens, ꝙ est singularissimũ verbum. sed contrarium tenet in alia lectura, & etiam Angel. in l. fi. C. de testa. in ij. col. mouentur per text. in d. l. si non speciali. C. eo. titu. quia vna familia nõ habet iurisdictionem: sed inducere cõsuetudinem pertinet ad eos qui habent iurisdictionem: sed fundamentum eorum est falsum, vt tenent doctores in l. omnes populi. & maximè ibi dominus meus Ias. in d. l. in xj. col. ff. de iusti. & iur. vbi prædicta omnia dicit, & concludit quòd valet con-

BIU Cujas

let cõſuetudo inducta per vnã familiã. Sed adde dicta per Bar.in conſil.ſuo lxxj. incip.Ex facto proponitur. vbi ponit an per pactum vnius familię poſſit induci ꝙ fœminæ non ſuccedant. Et vide etiam quæ dicit notab.do.Franc.de Aret. in conſil. ſuo clxiij. incip. diligenter & maturè diſcuſſis.in vlt.col.

MVltis aliis regulis limitatur regula ſuperiùs poſita,ꝙ fœminæ in feudo nõ ſuccedũt, quas notat Frãciſ.de Curte iunior,in tract.ſuo feud.in iij.parte princip.xxij.xxiij. & xxiiij. fol. vbi ponit omnes limitationes ad dictam regulam. Et ponit Lud. Ro. in conſ.j.& in conſi.xxxv. incip.viſo inueſtituræ tenore. & clariùs in conſil.cclxiiij. vbi ponit omnes caſus in quibus fœminę ſuccedunt:quem allegat Curtius antiquus in conſ.ſuo 50.in iij.col.

IN TEXTV IBI,

Ab inteſtat.

Nota. POndera ergo,quia non intelligitur de hæredibus extraneis,qui in feudo ſuccedere non poſſunt.per doct.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitut. ¶ Nũquid ergo feudũ in hoc per hãc noſtrã cõſuetudinem ſit ita redactũ ad inſtar patrimonialum, ꝙ hæres extraneus ſuccederet in regno per teſtamẽtum,& non poſſit ab inteſtato.Nã cogita,ꝙ licet dicat Io.Fab.in authẽ. ingreſſi.C.de ſacroſ.eccleſ. ꝙ feuda in Gallia ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ,& in eis ſucceditur prout in allodialibus:tamẽ vr̃ conſuetudo noſtra iſtud tantũ diſponere in feudo,in quo ſucceditur ab inteſtato, & nõ in quo ſuccedit̃ per teſtamentũ, hoc eſt, in quo hæres extrane⁹ ſuccedere nõ potuiſſet ab inteſtato in talib⁹.Ergo cũ cõſuetudo noſtra nihil diſponat,debẽt remanere ſub diſpoſitione iuris communis,quę eſt,ꝙ ſi alienetur feudũ quod incidit in cõmiſſum,ſi adipiſcatur poſſeſſionẽ ſine cõſenſu dñi,& ideo ſi inſtituat̃ hæres extraneus in feudo,tenetur habere conſenſum domini,antequam adipiſcatur poſſeſſionem.

QVid autem in hærede qui ſuccedere potuiſſet ab inteſtato,tamen ex diſpoſitione teſtatoris ſuccedit ex teſtamẽto in feudo, cogita nũquid teneatur requirere cõſenſum domini: quia cõſuetudo ſolùm dicit de ſuccedẽtib⁹ ab inteſtato,& eſt ſtricti iuris. ¶ Per hoc aliàs dixi, ꝙ ex quo iſta conſuetudo tantũ loquit̃ qñ hæres ſuccedit in feudo,& habet feudum ab inteſtato, † ꝙ ſi pater prælegauerit vni filiorũ feudũ, aut donauerit donatione inter viuos, ꝙ non poteſt filius poſſeſſionẽ feudi apprehẽdere ſine conſenſu domini, aliàs incidit in commiſſum. Et ideo tene indiſtinctè † ꝙ in omni caſu requiritur cõſenſus dñi in apprehẽſione poſſeſſionis feudi,prętерquam in illo qui ab inteſtato ſuccedit tãquam proximus hæres,vt hîc,& in diuiſiõe tanquã cohæres,vt in §.ſeq.eo ꝙ caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis. l. commodiſſimè.ff.de libe.& poſthu.cum vulga.

1 Poſſeſſio feudorũ nõ cõtinuatur in hæredes.

2 In apprehẽſione poſſeſſionis feudi cõſenſus domini requirendus.

3 Vaſallus non poteſt teſtari de feudo.

ADuertendũ eſt tamẽ † ꝙ diſpoſitiõe iuris feudalis vaſallus non põt teſtari de feudo. Text.eſt clarus in c.j.ibi, nulla ordinatione defuncti valente. de ſucceſſione feudi.in c.j.§.donare.qualiter olim feudũ poterat alienari.Et tenet do.Bar.Sozin⁹ in cõſi. xix.in iij.col.in j. parte. Et ideo non eſt ſine dubio quærere,

4 † nũquid iſta diſpoſitio iuris habeat adhuc hodie locum in feudis huius patriæ, ꝓpter verba hîc poſita in noſtra cõſuetudine,*En choſes feodales. Et mouuãs du fied, les heretiers ab inteſtat*, quia ſi voluiſſet ꝙ de feudo teſtari poſſet,nõ credo ꝙ poſtpoſuiſſet hæc verba,*ab inteſtat*,ſed ſolum dictũ fuiſſet, *Les heritiers*, qđ quidem verbũ, *heritiers*, debuiſſet intelligi de omnib⁹ de quibus etiã intelligi potuiſſet in allodialib⁹,cũ feuda ſint redacta ad inſtar patrimonialiũ ſeu allodialum. Cogita. ¶ Vide quæ dixit Ioan.Sanxon in conſue.Turon. tit.*De indennité de iniunction*.art.j.fol.lxviij.

IN TEXTV IBI,

Et prendre la poſſeſſion.

IStud fundatur ſuper iure cõmuni: † cum poſſeſſio non cõtinuatur in hæredes,l.cùm hęredes.ff.de acquir.poſſ.& ita tenet Bal.in c.j.quid ſit inueſti. feudi. & videtur ꝙ iſta conſuetudo faciat differentiam inter bona feudalia & allodialia in apprehẽſione poſſeſſionis bonorum quæ obueniũt hæredi per mortem defuncti.cum tex.conſuetudinis noſtrę. j̃.tit. *Des ſucceſſions*, in c.j.dicat,*Le mort ſaiſiſt le uif,le plus prochain habile*, & hîc dicit, ꝙ debet apprehendere poſſeſſionem in feudalibus,& tamẽ feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialium,vt ſuprà plenè dictum eſt. ¶ Tu dic ꝙ licet conſuetudo. j̃. in tit. *Des ſucceßions. §. le mort ſaiſiſt le uif*, trãsferat poſſeſſionem in hæredem,non intelligitur de poſſeſſione corporali:quia adhuc requiritur corporalis apprehẽſio, ſed ſolùm transfert poſſeſſionem iuris. Iaſ. præceptor meus in l.edicto.in iiij. col. C.de edi.diui Adri.tollend.quæ quidẽ corporalis apprehẽſio hîc requirit̃ in feudalibus, licet in illis mortuo defuncto trãsferatur iuris poſſeſſio in hæredem, quæ tribuit poſſeſſionem adipiſcendæ, ſed requiritur corporalis apprehenſio, vt pleniùs ſcripſi, & poſui in conſuet. j̃. *Des ſucceßions le mort ſaiſiſt le uif, &c.*

ADuerte tamen ad id qđ ſingulariter dicit Bal. in l.cũ antiquioribus.in vj.col.verſi.decimò,ſic. C. de iure deliber.ꝙ in bonis feudalib⁹ poſſeſſio ſine apprehenſione tranſit ad filium:qđ an ſit verum, nõ affirmo,maximè quia idem Bal.videtur refragari in c.j. in vlti.col.in tit.an mutus vel aliàs imperfec. & in c.j. quid ſit inueſtitu.& fortè melius, prout dicit domin⁹ meus Iaſ.in l.ſi ſorori.in fi.C.de iure deliber. cuius dicta in hac materia ſunt notanda.

ADDITIO. De poſſeſſione feudi quæ poteſt eſſe in ſubfeudatarios,qui apud nos dicunt̃ retrofeudatarij, vt ſunt omnes ꝙ tenẽt feuda à Comitib⁹ vel Baronibus in Frãcia,qui tenent eorũ feuda à rege,cũ primus dominus omniũ rerum feudaliũ ſit rex,vide Matthęũ de afflictis in præfat.conſtit.regni Siciliæ, quæſtione xxj.cum præcedente,vbi amplè de ſecundo aut tertio feudatario quam poſſeſſionem habeat.

IN TEXTV IBI,

Excepté les religieux.

NAm religioſus† ſiue monachus in feudo nõ ſuccedit.doc.in c.in pręſentia. de ꝓbatio.vbi plenè. Quæro iuxta prædicta,qũo ſuccedũt clerici in feudalibus?ponit do.Card.Alexã. in c.j.§.& ꝙa vidimus. in iij.col.qui feudũ dare poſſunt.& Barb.in rub. de feudis.& Alex.in conſi.x. incip.viſo inſtrumento inueſtituræ. in v.vol.vbi ponit regulam negatiuam,quã probat multis argumentis,in princ. & illam ſic probo.

1 Monachus non ſuccedit in feudo.

PRimò probo † per tex.ineuitabilẽ in cap. qui clericus.ſi de feudo fuerit controu.vbi dicit text. eo-ipſo quòd quis efficitur clericus,vel votum religionis aſſumit,eſt priuatus feudo.

2 Probat clericos nõ poſſe ſuccedere in feudis.

SEcundò facit tex.in c. j. de vaſallo milite qui arma bellica.vbi miles aſſumẽs habitum religionis priuatur feudo.

TErtiò facit tex.in tit.an mutus vel ſurdus. vbi habetur,quòd vaſallus effectus clericus feudum retinere non poteſt.

BIU Cujas

QVartò facit text.in c.j.de beneficio fœminæ.vbi ille q efficitur clericus,vel cõuersus, aut aliquo modo habitum religionis assumit, in feudum paternum non succedit:& si illud habebat, perdit ipsum.

ETisti sunt tex.multum stringentes, qui probãt ꝙ clericus in feudo succedere nõ possit.alias ratiões & infinitas ponunt doctores in locis suprà allegatis, maximè Car.in d.§.& quia vidimus. & Alex. in dicto cõsilio.& istud tenet Iaco. de Beluiso in c. si qs decesserit.si de feudo fuerit cõtrouersia.& in l.quisquis.C. de episc.& cle.& in c.j.vers.vlt.in tit. an mutus vel aliàs imperfectus.idẽ tenet Andr.de Iser.in c.j. q inuestit.fecit.& in c.j.in fi. de beneficio fœminæ. & in c. si clericus.si de feudo fuerit cõtrouer.& in c.j.de milite vasallo.idẽ tenet Hosti.in summa,tit.de feud.§. quib. mo.feu.amitt.paulo post mediũ.vers. ꝓpter religionẽ verò amittit feudũ.idẽ tenet Bal.ĩ l.qsqs.C.de episc.& cler.& in c.q clericus.si de feudo fuerit cõtrouersia.& in c.in prẽsentia.de ꝓbatio.& ĩ c.cẽterũ.de iudiciis.& in repet.l.qui se patris.in x.col.C.vnde liberi.& in authen.ingressi.C.de sacros.eccl.& in l.de quibus. ff. de legib.idẽ tenuit Aluaro.in c.si clericus.in tit.si de feu. fuerit contro.Idẽ tenuit Odofr.in d.auth. ingressi. C. de sacros.eccl.tenuit etiã Matthæus Mathesil.in summa sua feudali,tit.quib.mo.& causis feu.amit.vers.itẽ perditur feudũ per clericatũ.& in tit.qui succe.in feu. in ver.itẽ nõ succedit clericus.eandẽ opinionẽ tenuit expresse Bar.in l.si finita.§.si de vectigalibus.in ij.col. ff.de dã.infe.reprobãs expresse opi.aliorũ in d. authẽ. ingressi.idem Bart.in l.j.C.de legi. cũ quo simpliciter trãseunt cæteri.idem tenuit Ioã. Fasioli, vt refert Bal. in §.qui clericus.si de feu.fue.cõtrou.idẽ etiam tenuit Petrus de Crema,vt refert Bal.in c.j.de benefi. fœmi. idẽ tenuit Iaco.Ardizoni in summa,tit.quib.mo.feu. amit.ver.itẽ amittitur si clericus efficiatur.& ver.neq; etiã puto ꝙ clericus vetus feudũ valeat tenere seruiẽdo per aliũ.idem etiã tenuerunt C. Pet. & Iac. de Ra. in l.quisquis.C.de episc.& cle.dum dicunt,† ꝙ in feudo non admittitur seruitiũ per substitutũ.idem tenet Host.in sum.tit.de feu.§.quib.mo. versi.propter religionem.& in ti.de immu.eccl.§.inquantũ & ad quos. in antepe.col.Spe.in tit.de feu.§.quoniã super homagiis.ver.xxv.quæritur.& in tit.de instr.edi. §. compẽdiose.ver.ꝙ si homo vel ascriptitius.Raph.Cu.in cõs. clxvj. quod incip.Ioseph & Ant.

Doctores eius opinionis.

3 Seruitiũ per substitutum non admittitur in feudo.

COntrariam † tñ partẽ tenuerunt multi,scilicet ꝙ clericus in feudo succedit,maximè in clerico simplicis tõsurę,vt tenet Card.in cõs.ij.de feu.& idẽ multi tenent in aliis.tenuit j.gl.in c.j.in vers.nõ valeat. an mutus vel aliàs imperfect⁹.& gl.magis expressa in c.j. §.ex hoc.quæ incipit,nisi fortè.de beneficio fœminę.

4 Clericũ in feudo succedere posse qui doct. teneant.

5 vbi dicit,† ꝙ si clericus sit paratus seruire dño p substitutũ,debet admitti ad succedendũ in feudo. ad idẽ gl.in l.quisquis,*la premiere*, C.de episc.& cle.Istã opi. videntur tenuisse canonistæ in c.in præsentia.de ꝓba. scilicet Inno.Ioã.And.Hosti.Io.de Lig. Anto.de But. & Panor.tñ Henri.Bohic dicit, ꝙ contraria opin. seruatur.vbiq; legistæ & canonistæ cõcludere videntur, maximè canonistæ in loco hîc antè alle.& legistę in d.

6 auth.ingressi.ꝙ † si feudũ sit quæsitũ alicui,& efficiatur monachus,ꝙ feudũ trãsit ad ecclesiã.& ibidẽ Sali. dicit ꝙ istud cõmuniter tenet. istud idẽ tenẽt Laurẽ. & Archi.in c.si qua mulier.xix.q.vlt.& Marti. Laudẽ. in c.j.§.quia vidimus.in titulo,qui feu.da.pos. vbi dicit se pro hac parte consuluisse.istud idem tenet Ioan. Raynaudi in suo compendio feudorum.in c.imperialem.§.firmiter.circa xix. col. de prohibit.feu.alie. per Fed.vbi dicit† clericum admitti ad successionẽ feudi, si dominus velit,c.j.§.fi.de cap.Corradi.& poterit seruire per substitutum domino acceptabilem. 7

MOuentur omnes pluribus fundamentis. Primò per regulam communẽ, qua cauetur, ꝙ clerici, & alij prælati succedunt quemadmodum laici,l. Deo nobis. & auth.presbyteros.C.de episc.& cler.† ꝓpter enim ecclesiasticam dignitatẽ non tollitur suitas.Bal. in l.apud hostes.C.de suis & legitimis. 8 suitas nõ tollitur ꝓpter eccle. dignitatem.

SEcundò facere videtur textus in c.j.§. fin. de capitulis Corradi.

TErtiò facit, quia aliàs per clericatus seu monachatus susceptionẽ quis pateret pœnã, eo ꝙ priuaretur iure suo, & sic retraheretur à susciendo diuinam religionem,quod non est conueniens.§.sed & hoc præsenti.in auth.de sanctis.episc.coll. ix.

QVartò facit regula §.& qa vidimus.in ti.qui feu. dare possunt.vbi dr, ꝙ oẽs descẽdentes masculi in infinitum succedunt in feudo,ergo etiam clerici.

QVintò facit,quia non interest domini opponere hãc exceptionẽ,ꝙ vasallus non succedat in feudum,quia clericus,ergo non videtur audiendus:quia non solẽt audiri quorum non interest.l.j.ff. de appellatio.recipi. quid enim interest domini si clericus sit paratus sibi dare substitutum militẽ,qui meliùs sciret gerere arma q̃ ipse? arg.l.semel.C.de re milita.lib.xij. & in Vegetio,de re militari,qui dicit,plus valet armis paucitas docta, quàm multitudo indocta.

SExtò facit, quia satis est vasallũ seruire per substitutũ regulariter,c.si minori,&c. si quis decesserit. si de feudo fuerit controuersia.cap.j.§.firmiter. & ibi And.de Iser.de prohi. feudi aliena.per Fede.ergo satis est clericũ domino seruire per substitutum, & in hoc pendent leges & prophetæ.

QVid dicendum in tanta doctorũ varietate:tu teneas ꝙ cleric⁹ nõ possit succedere in feudo, imò per clericatũ amittit feudũ.& hoc est,qa non põt seruire per substitutũ.Moueor primò per text.multũ expressum ad hoc,quẽ iam superiùs allegaui, & est in c. j.§.q clericus.si de feudo defuncti contentio. per quẽ tex.probatur eo ipso ꝙ quis est effectus clericus, ipso iure & incõtinenti feudũ amittere. & ita etiã tenet gl. in d.c.j.de benefic.fœminæ.dum ęquiparat amissionẽ feudi per clericatũ, & amissionẽ per alienationẽ sine cõsensu dñi,eo quòd sicut talis alienatio inducit amissionem ipso iure,sic etiã exceptio clericatus.& ita etiã tenet Bal.in d.c.si quis clericus. si ergo amittit feudũ per clericatum ipso iure, & cùm nihil iuris habeat in feudo, non amittitur ad seruiendum per substitutum ratione status incõpatibilis cum feudo. tex. est notabilis in l.si ex causa.§. Papinia.ff.de minori. Et istud est quod tenẽt omnes,† quòd habiles ad seruiendum possunt seruire per substitutum,sed inhabiles non,vt est clericus qui accepit statum incõpatibilem.ita Bal. in c.j.de mili. vasal.qui contumax est. 9

Autoris nostri opinio.

SEcundò moueor per text.in c.j.de feudo fœminæ. iam suprà alleg.cùm tex.dicat clericum nullo modo in beneficio paterno succedere posse,† eo ꝙ est negatiua præcedens verbum denotans potentiam,quæ significat quandam impossibilitatem & necessitatem prẽcisam,l.non potest.ff.de furtis.l.nemo potest.ff.de legatis j.Bart.& omnes in l.Gallus.in princip.ff.de liberis & posthu.ergo nõ potest per se vel per substitutum seruire.& ista est veritas, ꝙ clericus in feudo non succedit,quam tenẽt omnes supradicti, & etiam Feli. in c.in præsentia.in xxij.col.extrà,de proba.& ibi Frã. de Areti.in xv. col. qui mouetur vno pulchro fundamento 10

BIU Cujas

11 Feudum non transit ad eccleſiã vaſallo monacho effecto.

mento cõtra aliquos dicẽtes, quòd † ſi vaſallus efficiat monachus, ℘ feudũ tranſit in eccleſiam, quia eccleſia hr̃ loco filij. nã vt dicit, iſta opi. eſt falſa, † quia feudum non trãſit niſi ad filios & hæredes ſanguinis. vt in c. j. qui feu. dare poſ. ſed eccleſia nõ eſt talis. licet enim ha
12 beat loco filij, iſtud tñ eſt fictè & impropriè: ergo non poteſt ſuccedere in feudo. nã licet in vno caſu ſpeciali eccleſia habeatur loco filij, non debet in cõſequentiã trahi. vt in regul. quæ à iure. de reg. iur. & iſtud probat
13 noua & fortiſſima rõne. nã † in feudo filius naturalis legitimatus qui hr̃ ad omnia pro legitimo, nõ admittitur, vt in c. j. §. ſi naturales. ſi de feu. defuncti fuerit contro. inter domi. & tamen filius taliter legitimatus excludit ſubſtitutũ, ſi pater ſuus ſit rogatus reſtituere, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalib. ita determinat Io. And. in addit. ad Spec. ti. de ſuc. ab inteſt. §. fi. in addi. vlt. ponunt Bal. & alij in l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. ff. de liber. & poſthum. & l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. ſic ergo dicendũ eſt in eccleſia, vt quãuis habeatur loco filij, vt excludat ſubſtitutũ, non tñ vt ſuccedat in feudo. & hãc ſententiã approbat gl. ſingu. in feudo nobiliori ducatus & comitatus. xxvij. q. ij. c. ſcribit nobis. quã põderat Bal. in d. l. Deo nobis. C. de epi. & cle. & fundamentũ gl. ſtat in hoc, qa feudũ non tranſit, niſi ad hęredes ſanguinis. & dicit in d. c. in præſentia, Aret. ℘ iſta eſt veriſſima, ℘ clericus nõ ſuccedit in feudo, eo ℘ à principio acquiſitionis repe ritur inhabilis, & ſic nõ poteſt ſeruire p ſubſtitutũ. & iſtam teneas tanquã veriſſimam & cõmunem, ſecundum diſpoſitionem iuris, & maximè in religioſis, de quibus loquitur cõſuetudo noſtra, vt dicit Henr. Bohic, in d. c. in præſentia. ℘ iſta opinio tenetur de facto. ¶ Limitate tamen prædictam concluſionem nouem limitationibus multùm notabilibus.

14 Clericus primæ tonſuræ ſuccedit in feudo.

PRimò, vt procedat in clerico conſtituto in ſacris: † ſecus autem quando eſſet clericus primę tonſuræ, quia ſuccedit in feudo. ita conſuluit Cald. in conſ. ij. de feu. Card. Alex. in d. §. & quia vidimus. qui feu. da. poſſ. Bal. & Aluaro. & alij in d. §. qui clericus. ſi de feu. fue. controuer.

LImitate ſecundò, vt ꝓcedat in feudo vero & proprio, pro quo debetur ſeruitium perſonale: ſecus autem in eo in quo debetur ſeruitium reale. iſta fallentia ponitur per Feli. in d. c. in præſentia. & eſt ſecũda ſua fallentia, & colligitur ex mente omnium docto. in locis ſuprà alleg.

15 Feudum ad fœminas tranſiens trãſit etiam ad moniales.

TErtiò † limitate in fœmina quæ intraſſet monaſterium, & antea habebat feudum, quia in caſu in quo feudum tranſiret ad fœminas, tranſiret etiam ad moniales. iſtam ponit Felin. in d. c. in præſentia. in ſua iij. fallentia. & Alex. in conſil. x. in v. vol. vbi plenè. ſed mihi videtur quòd iſta fallẽtia non ſit vera: quia duo ſpecialia circa vnum, & contra iuris communis regulas non poſſunt ſimul concurrere. gloſ. in l. j. C. de do. promiſ. regula eſt quòd fœmina in feudo non ſuccedat: regula eſt etiã quòd religioſus non ſuccedat: eſſet inconueniens ℘ conceſſo vno ſpeciali cõtra regulam iuris, in conſequentiam concederetur aliud ſpeciale contra aliam regulam iuris communis, maximè etiã quia per extenſiones non debet induci correctio iuris. ita gloſ. in c. cupientes. §. quòd ſi per xx. de elect. in vj. cogita ex his quæ dicit do. meus Iaſon in §. fuerat.
16 Quid demonacho ex diſpenſatione papæ comite facto. in xij. colum. inſtit. de actio.

QVartò † limitate non procedere in monacho, qui ex diſpenſatione papæ factus eſſet comes: quia ſuccederet in feudo aperto poſtquam eſt comes. ita in terminis cõſuluit Bal. in conſil. cclxxv. qđ incip. quod pro regula traditur. in ij. parte. ſed mihi videtur ℘ iſta fallentia non ſit vera: quia diſpenſatio facta circa vnum defectum, non porrigitur ad alium. l. cũ propter. & ibi not. Bar. iũcta. l. præced. ff. de legat. præſtan. eo maximè, quia diſpenſatio cũ odioſa ſit, non extenditur ad caſum habentem ſimilem rationẽ, vel etiam maiorẽ. Iaſ. præceptor meus plenè in l. ij. in xiiij. col. ff. de vulg. & pup. pleniſſimè in l. fi. in vij. col. ff. de cõſti. princi. Felin. pleniſſimè in c. poſtulaſti. in xj. col. de reſcript. ¶ Aduerte tamen, quia aut monachus factus eſt comes ad ſui inſtantiã, & tũc non tenebit feudũ, quia eſt quid cõſecutiuum ad quẽ non extenditur diſpenſatio facta ad inſtantiã diſpenſati: aut factus eſt comes motu proprio, & tũc ſecus, cùm diſpẽſatio facta motu proprio extendatur ad actus conſecutiuos. ita Panor. in c. cum in cunctis. in iiij. col. de electio. ¶ Aduerte etiam ℘ † papa poteſt diſpenſare cum monacho vt ac-
17 Monachus ex diſpenſatione papæ ducere poteſt vxorem, & effici laicus.

cipiat vxorẽ, & efficiatur laicus, ita per plura do. meus in l. fin. C. de tranſact. & in l. ſi arrogator. in ij. col. ff. de adoptio. Fel. in c. ſi quando. in iij. & iiij. col. de reſcrip. ¶ Aduerte tamen quòd papa nõ poteſt includere monialem inuitam. Oldr. conſil. xcvj.

QVintò limitate in feudo frãco & libero: quia in eo ſuccedit & monaſterium, & clerici. ita notat Bal. in c. inter dilectos. in iiij. colum. de fi. inſtru. idem Bal. in auth. niſi rogati. in vlti. col. C. ad Trebel. Barb. in rub. de feu. in iij. col. Feli. in d. c. in præſentia. in ſua prima limitatione.

SExtò limitate, quando pater vel alij agnati facerẽt aliquem in fraudem fieri clericum ad hoc vt non poſſet ſuccedere in feudo. ita in terminis limitat Iaco. de Beluiſo in c. j. de feudo fœminæ, dicens ita ſe ſępius conſuluiſſe in partibus Siciliæ.

SEptimò limitate, niſi clericus de nouo inueſtiretur à non ſciente ipſum eſſe clericum, quia poſſet feudum retinere. vt latè per Aluaro. in c. j. §. j. de feudo fœminæ.

OCtauò limitate, vt non procedat in feudo acquiſito pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus quibuſcunq;, per illud quod dicit Bald. in l. j. in xxxiiij. q. ff. de re. diuiſi. ſed credo ℘ non ſit vera iſta limitatio. & contrariũ tenet Barb. in rub. de feu. de quo etiam vide Feli. in d. c. in præſentia. in quarta & vltima fallentia.

18 Milites Rhodienſes.

NOnò limitate, † vt non procedat in iſtis crucife-ris, qui militant cõtra infideles, qui dicũtur milites Rhodij: quia licet ſint irregulares, tamen militãt deo in armata militia cõtra infideles, & ſic non depoſuerunt arma bellica, ſed commutauerunt in melius. Ita tenet Bal. ſub dubio in conſ. clxx. incip. ad euidentiam præmittendum eſt, quòd de rebus feudalibus. in ij. parte. Tu tamen teneas contrarium, per motiua Barba. in rubri. de feudis. qui nullam de Bal. fecit mẽtionem.

ADDITIO. Et ita dicit Franciſ. Curtius in tractatu feudorum, in iij. parte, charta. 29. Præpoſitus tamen Mediolanen. qui pòſt fuit Card. Alexan. in cap. j. de milit. vaſal. quĩ arma belli. depoſuit. defendit hanc quæſtionem de militibus Hieroſolymitanis, & ſanctæ Mariæ Teutonicorum. & concludit quòd ſuccedunt: quia, vt dicit, non perdunt ſtatum, vnde poterunt honeſtè ſeruire per ſubſtitutum. l. nullus qui nexu. & l. neminem. C. de decur. lib. x. nec videtur quòd cauſa iuris ſit mutata, licet honor ſit auctus. l. falſa. §. j. ff. de condit. & demonſtra. Et ſubdit quòd ſecus eſſet ſi cauſa iuris eſſet mutata, fortè ex conſtitutionibus ipſius ordinis: qa tũc mutato ſtatu perditur feudum, argumen. l. tutelas. ff. de capitis diminutio. cùm

BIU Cujas

ergo per cõstitutiones eorum efficiũtur professi, quæ professio facit mutare causam iuris, secundum hanc consuetudinem igitur sumus in casu in quo perdent feudum, & sic minus succedunt, quia turpiùs ejcitur quàm non admittitur hospes.

DEcimò & vltimò limitate non procedere dictam regulam, vbi esset consuetudo in contrarium in aliquo loco: quia illa consuetudo specialis derogaret generali consuetudini feudorũ. generi enim per speciem derogatur. c. Obertus. de feu. cogni. cum vulga. prout est in regno Franciæ, prout dicit Io. Fab. instit. de legi. patro. tute. in princ. vbi dicit, † ℔ clerici in feudo succedunt de consuetudine regni Franciæ.

19 Clerici in Francia succedũt in feudo.

PRo vndecima limitatione pone quòd religiosi nõ succedant, nũquid canonici regulares succedãt in feudo. vide in specie plenè per do. Franc. de Curte antiquum in consi. suo lxj. & consil. lxij. & vide Bal. post gl. in l. j. C. quæ sit longa consuetudo.

ADDITIO. Vide Matth. de afflict. in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, erroris, in primo notabili, vbi facit differẽtiam inter feudum ex quo debetur seruitiũ personale, & feudum ex quo debetur seruitium reale. tamen quicquid sit, religiosi in Francia non sunt capaces, nec in illis succedunt, licet aliquæ ecclesiæ teneant feuda, tamẽ istud est per amortizationem factã à rege, propter quã amortizationem ista seruitia personalia sunt extincta. Sed an hæc possit rex in præiudicium reipublicæ, cùm huiusmodi seruitia personalia sint introducta pro defensiõe reipublicæ, ita quòd feuda antiquitus à principe dabantur pro stipendiis tantùm, & erant personalia, vt dixi in rub. videtur ℔ non, vt dixi suprà in §. iiij. huius, ti. *le uassal est tenu*. Sed aduerte, si clerici puta, abbates aut episcopi, tenentes feuda, committant feloniam contra principem, an possint priuari feudo. vide Guiliel. Bened. in repetit. c. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nume. ccccclix. de testamen.

Ecclesiæ aliquæ in Frãcia habent feuda authoritate regia.

Authoris apologia contra calumniatorem.

HIs diebus nouissimis in mense Septẽbri, hoc anno Domini M. ccccc xxij. vidi quẽdam Parisiens. nouitiũ, nomine Cyrier, in quodã paruulo tractatu, in primogenitura iã à multis ante eũ multùm & amplè cumulata, lib. j. quæst. xxv. in fine. qui dẽte canino more cirrorum liuidorũ inconsideratè & falsè me redarguẽdo dicit supradicta me habuisse à dño Frãcisquino de Curte, asserẽdo me de verbo ad verbũ dicta prædicti dñi Franciscquini retulisse, illius nomen tacẽdo. ad qđ cum constet de contrario ex inspectione & lectura ipsius, quẽ videre volui, possum dicere ℟ responsione dictũ Esaiæ xxx. In mendacio spem suã posuit. Et pro clypeo meo dicam cum propheta Psalmo cviij. Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & dolosi locutũ est aduersum me: lingua sua dolosa, & sermone odij circũdedit me. Et quoniã vt lipis & tonsoribus liquet, quod incidit in illud qđ habetur in c. corũ. xj. quæst. iij. priusquã intellexerit increpauit, priusquã scrutatus fuisset, reprehendit. Dicendũ est cum Isidoro lib. iij. ℔ talem qualem doctrinam suam ad caninã reduxit latrationem, nõ immeritò si cirrus dicatur more cirri liuidi, teste Martiale lib. vij. Et ostreorũ rapere liuidos cirros. Nec pro certo timui similes increpationes, sed tantùm timebã ne à lenonib⁹ dixisset me accepisse. insuper vt tãti nouitij inculpatio cesset, reminiscatur ℔ nihil adhuc legi, nec legere spero, neque etiam tertius expectet se imposterum lecturũ, quod à sua propria prodierit officina, quod si contingeret vaticinium Terẽtiani dictum asserentis, nihil dictũ esse, quin prius fuerit dictũ, falsum adinueniretur. & sibi, & cæteris sufficiat me clauam de manu Herculis extraxisse.

§. SEXTO.

EN partage & diuision des choses feodales n'est point de necessité aux parties de prendre consentement des seigneurs du fied, de prendre la possession de ce que par lesdicts partages leur aduient.

IDEM in comitatu Burgundiæ, in §. ix. incip. *en choses feodales*, & idem etiam in comitatu Niuernensi.

ADuerte primò, † ℔ diuisio rerũ feudalium non põt fieri, nisi omnes cõsentiant, nã in diuisione feudaliũ requiritur cõsensus omnium, & vno recusante diuisionẽ, impeditur diuisio: quod secus est in aliis bonis. ita Panor. in cõs. suo lxxxij. quod incip. cõditoris omnium postulato suffragio. in pe. col. in j. parte. & dicit, ℔ pro hoc est tex. sing. si bene ponderetur in §. præterea ducatus. in vers. si consortes volunt. de prohi. feu. alie. per Fede. requiritur ergo consensus aliquorum, iuncta gl. in cle. sæpe. de verb. signifi. in fi. dicam latiùs infrà de hac decisione.

1 Feuda non debent diuidi nisi omnes consentiant.

ISta consuetudo est limitatiua illius consuetudinis seq. *en alienation & transport*: quia † licet diuisio sit species alienationis, & sit alienatio. l. inter omnes. C. de præ. mino. & tradit Bal. in l. generaliter. C. de secũ. nup. vnde dr, † ℔ minor qui non potest alienare non potest ad diuisionẽ prouocare, d. l. inter omnes. & per Iac. de Aren. Cyn. Bal. in l. j. C. si aduer. trãsa. & l. iubemus, *la seconde*. C. de sacrosanc. eccl. & dicit Cy. in l. j. C. cõi diuid. & gl. in l. pen. §. si pater. ff. pro socio. & ponit Bal. in rub. C. eo. & in l. si dñs. §. fi. ff. de le. j. ℔ † diuisio habet vim emptionis, & ea ratione ꝓhibetur, quia est alienatio. & ideo cõcludunt doc. maximè Alex. in cõs. xxv. in ij. col. in v. vol. ℔ ex quo est consensus domini, ℔ fieri potest, licet aliàs esset prohibita. §. prẽterea. de prohi. feu. alie. per Fede. vide etiã quę notanter in hoc dicit Frãc. de Cur. in consi. suo lxvj. col. xviij. & consil. lxviij. col. ij. & col. viij. vbi dicit, † ℔ licet per illum §. præterea. sit prohibita diuisio, tamẽ fieri potest principe cõsentiente: & potest etiã hoc introduci consuetudine in maioribus dignitatibus, vt per plura multũ notabiliter demonstrat. † in inferioribus dicit non esse dubium ℔ diuidi possunt, etiã sine licentia principis. vt per Aluaro. in d. §. præterea. versic. not. ℔ feuda inferiora. Curtius in d. consil. in ix. col. ibi, vj. colligo. dicam latiùs infrà. ¶ Aduerte tamen quia videt ℔ alienatio non comprehẽdat diuisionem, vt notatur in l. j. C. communia vtriusq; iud. & in c. j. §. præterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fede. & quod notatur per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. in l. & ideo eleganter. ff. de condi. fur. & in l. cùm hi. §. si vni. ff. de transact. maximè illa quæ fit gratia vberioris culturæ vel commodioris, vt diuidẽdo rem per sepes & fossata. vt not. in gl. in l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosan. eccle. l. si quis duas. ff. communia præd. & ita dicit Bar. in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. xj. & aduerte; quia ex diuisione nulla iura debentur. Guido papæ quæst. sua xlviij. in fine. & Pau. de Cast. in consil. cxliiij. incip. dubium. in antiquis. ¶ Ad prædicta vide Boërium in consuet. Bituricen. titul. de consuet. feudi. §. vj.

2 Diuisio est species alienationis.

3

4 Diuisio habet vim emptionis.

5 Principe consentiente diuisio feudi potest.

6

Nota

7 Quæ feuda diuidi nõ possunt Regula.

NOta ex prædictis, † ꝙ regulariter diuisio rerũ feudaliũ prohibet' qñ feudũ habet annexam dignitatẽ. tex. est ad hoc expressus in §. præterea ducatus. de phi. feu. aliena. per Feder. Et in hoc nemo discrepat.

AMplia etiã, si oẽs consentiãt. ita ꝓbat text. in d. §. præterea. in prin. iuncto versi. illud feudũ. pondeRãdo † aduersatiuã, autẽ, de cuius natura est aduersari præcedẽtibus in iure & in hoc facto. l. hoc ampliꝰ. §. de his autẽ. ff. de dã. infe. si autẽ permittitur diuisio feudi inferioris, hoc est, non habẽtis dignitatem annexam, cõsentiẽtibus cõsortibus, ergo in casu præcedẽti prohibetur diuisio, etiã cõsortibus cõsentiẽtibus. Et istud tenẽt oẽs in d. §. præterea. rationẽ assignãt ibi omnes. & Bal. maximè in auth. hoc amplꝰ. C. de fideicõ. s. ne per diuisionem diminuãtur, & ad destructionẽ deducãtur, c. licet, de voto. vnde dr, † Omne regnũ in se diuisum desolabitur. & dicit Aristot. xij. Metaphysi. entia nolũt malè disponi, nec bonũ pluralitas principũ, vnus ergo princeps. Et ait Tullius, regnum non capit duos, eo ꝙ virtus vnita fortior est seipsa dispersa, vt ait philosoph. Et istas rationes assignat Socin. consil. suo clxv. inci. visis inuestituris. in vij. col. vbi dicit istã esse communem opinionẽ omniũ in hac materia. ¶ Limita istam regulam xiiij. limitationibus.

8 Aduersatiuæ natura.

9 Diuisionis incommoda.

10 Prædictorũ limitationes.

PRimò, vt nõ ꝓcedat dicta regula, qñ † cõsuetudo alicuius loci se haberet in cõtrariũ; valeret enim & esset obseruãda talis cõsuetudo. ita tenent Bal. Aluar. & oẽs alij in d. §. præterea. Hosti. Car. & alij in c. licet. de voto. & dicit Alex. in consi. xxv. inci. attẽtis narratis in themate. in v. vol. in ij. versi. fortificantur. † ꝙ in Italia & cæteris partibus Alemanię de generali cõsuetudine ꝓmittitur diuisio. & etiã attestatur Ang. de consuetudine Italiæ, in consi. suo cclxxxvj. incip. pro clariori decisi. de qua etiã consuetudine attestatur Socin. in consi. suo clxv, incip, visis inuestituris. in vij. & viij. col. & vide quæ dicit Oldra. consi. xxxvij. incip. perlectis. & Francis. de Curte in dicto consi. lxviij.

11 Cõsuetudine in cõtrariũ existente.

12 QVid aũt sit in Gallia? nã video ꝙ in † multis dignitatibꝰ semp primogenitus succedit in principali feudo, & principali dignitate, cęteris verò dant' alia feuda, & aliæ inferiores dignitates dant' in appanagio. In † regno aũt Frãciæ nulla vnq̃ fit diuisio, sed habet primogenitus etiã viuẽte patre Delphinatum. hinc est ꝙ Delphinus dr, qui mortuo eius patre succedit in regno, sed aliis filiis dant' aliæ dignitates, qa vnus habet ducatũ Aquitaniæ, & vnus Normaniæ, & sic reges solẽt diuidere ducatus. nec vnquã fit diuisio illarũ dignitatũ, sed bene vni assignatur vna dignitas, alteri altera. ¶ Et intellige de cõsuetudine inducta & obseruata sciẽte & patiente superiore, aliàs secùs, secundũ Soci. in loco hîc antè alleg. Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de feud. super rub. in versi. non omittam.

13 Delphinus in Frãcia quis dicatur.

ITem intellige de consuetudine obseruata in cõtradictorio iudicio: quia aliàs non prodesset consuetudo. ita dicit do. Alex. in cons. vj. incip. visa inuestitura. in v. vol. quem vide: quia est dictum multum notabile contra allegantes consuetudinem.

Cõsentiente domino.

LImita secundò prædictã conclusionẽ, nisi diuisio per consortes fieret consentiente domino feudi. probatur per text. in c. imperialẽ. in princ. de prohib. feu. alie. per Feder. vbi ita demum prohibetur alienatio, qñ fit sine cõsensu domini: si autem cõsentiat dñs, nulla est prohibitio. ergo idem dicemus, in diuisione, quæ nulla alia est ratione prohibita, nisi quia est alienatio. l. j. C. cõmunia vtriusq; iu. & eo maximè, qa tex. in d. §. præterea ducatus. venit cõtinuatiuè ad præcedẽtia. vnde sicut in præcedẽtibus ita demũ prohibetur alienatio si sit facta sine consensu dñi, ita erit in diuisione propter dictionẽ, † præterea, quæ est ibi posita, quæ est repetitiua præcedentium qualitatum. & istud tenet Alex. in consi. suo xxv, in ij. versi. fortificantur. in v. vol. Franc. Curt. in d. consi. lxvij.

14 Præterea dictionis vis.

LImita tertiò prædictã conclusionẽ non procedere in pluribꝰ castris cõcessis in feudũ comitatus, vel alterius dignitatis, quæ habẽt separatas iurisdictiões: quia in illis cadit diuisio. ita Frã. de Rampo. & Gaspar de Calde. & illud tenet in quodã cõsi. qđ est inter cõsilia Calde. in consi. iij. qđ incip. in Christi nomine, in quæstione testamẽti seu diuisionis feudorum. sed non inuenio illud consi. qđ ad istud propositum allegauit Soci. in cons. suo lxv. in viij. col. versi. iiij. respondetur. ita etiam idem Soci. tenet in cons. cclvij. in pen. col.

Iurisdictiones separatas habentia.

LImita quintò non procedere quando feudum dignitatis concederetur à principe pluribus, quia tũc aut est dicendum ꝙ concedẽs noluit esse feudum dignitatis, cùm feudũ à principio datũ pluribus, vnicuique datur pro virili. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis. & l. j. C. si plures vna sentẽtia. cum notatis vtrobique. probatur ex his quæ dicit Aluaro. in c. j. de feudi alienatio. aut est dicendum concedentẽ voluisse imponere naturam diuisibilẽ, concedendo pluribus simpliciter. ita tenet idem Soci. in dicto cons. in viij. col. versi. iiij. respondetur.

Datũ pluribus.

SExtò limitatur prædicta regula in feudo comitatꝰ qđ habet vim feudi paterni & antiqui, & in omnibus & per omnia eidem assimilatur, dum tñ tale feudum paternum & antiquum iure hæreditario in infinitum transmittatur in filios & descendentes. Nam cùm tale feudũ sit diuisibile. in c. omnes. si de feu. fue. cõtrouer. Ita & aliud qđ in omnibꝰ & per omnia eidẽ assimilatur, licet aliàs sui natura esset indiuisibile: per theoricã Bart. Ia. de Aren. in l. j. ff. de legi. s. † ꝙ virtus termini ad quẽ fit æquiparãtio, transfundit' in terminum equiparatũ. Ita tenet idẽ Soc. in d. cons. in ix. col. ver. vij. vbi multa alia ad corroborationem allegauit.

Feudi antiqui & paterni vim habens.

15

SEptimò limitatur præsupponẽdo ꝙ feudũ regulariter dr diuisibile. in d. c. omnes. & sic dispositio d. §. prẽterea. est exorbitans, nedũ à regulis iuris communis, de qua in l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. cõmuni diuidũ. & in l. fi. C. communi diuid. sed etiam à regulis consuetudinũ feudorũ, ergo dictus §. est strictè interpretãdus, & reducẽdus inquantũ possibile est ad cõmunes regulas, arg. l. si serui. C. de noxa. cum ibi no. & eius qđ hr in l. fi. §. in cõputatione. C. de iure delib. Et hoc præsuppositio, præsupponitur assumptum, ꝙ dictus §. præterea ducatus. est in bonis & rebꝰ propriè concessis in feudum ducatus & comitatus, ar. l. quicquid adstringendę. ff. de verb. oblig. & l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. cum vulg. Et ideo si feudũ aliqđ posset dici feudũ comitatus nõ simpliciter, sed secundum quid, tale feudũ esset diuisibile, & nõ haberet in eo locũ dispositio d. §. prætereà ducatꝰ. Ita tenet Soci. in d. cons. clxv. in ix. col. respõdetur, & non alibi legi.

Feudũ secundum quid.

OCtauò limitatur vna multũ notabili & singulari limitatione, quam posuit idem Soci. in d. cons. in x. col. versi. nonò respondetur. & dicit hoc modo præsupponendo primò rationẽ tex. in d. §. præterea ducatus. Itẽ præsupponendo ꝙ licet arguere à ratione expressa in lege. vt in l. milites agrum. ff. de re milit. & in l. his solis. C. de reuo. dona. & per Bal. post Petrum & Cyn. l. non dubium. C. de legi. ¶ Item etiã licet arguere à ratione coniecturata, vt per Bald. in l. maximu vitiũ. C. de liberis prẽteri. & in l. quãuis. C. de fideicom. & sequitur Paul. de Cast. & Cumanus in l. si verò. §. de

BIU Cujas

vero.ff.sol.mat. Ita ex oppoſito, ſicut licet arguere à rõne expreſſa ceſſante in d.§.quãuis. ita licet arguere à ratione tacita ceſſante: quia ꝙ operatur propoſitũ in ꝓpoſito, idẽ operatur oppoſitũ in oppoſito. l. ſi vt ꝓponis. C. de nup. l. ſi ex toto. in prin. ff. de leg. j. rectũ em̃ ſui iudex eſt vt obliqui, vt inquit Ariſtoteles primo Ethicorũ, quo præmiſſo ſtãte arguitur, ſi ratio finalis aſſignata in §. præterea. ceſſat, ergo ei⁹ diſpoſitio ceſſare debet. rõ em̃ aſſignata quare feudũ dignitatis nõ poſſit diuidi, tẽdit ad conſeruationẽ dignitatis cõceſſæ reſpectu ſuperiorũ, ſed ſtante cõmunione & diſcordia, & ſcãdali eminẽtibus, ſequit̃ contrarius effectus, † ꝙa potiũs feudũ diſſipatur, iuxta illud Saluſtij in Iugurtha. Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabũtur. Sicut enim vnio parit cõſeruationẽ, ita ex oppoſito diſcordia parit, diſſipationẽ & deſtructionẽ. ſi ergo adeſt diſcordia, & imminet ſcãdalũ, per quę apparet ꝙ diuiſio non operabit̃ deſtructionẽ, ergo diuiſio operabit̃ conſeruationẽ. Hinc ſticit Ambro. li. de patriarchis, ꝙ melius eſt migrare cũ gratia, quã cohabitare cũ diſcordia. & meli⁹ eſt ſine lite abire, quã cũ iurgio reſidere. & cũ natura contrariorũ ſit vt mutuò ſe expellant, vt quinto Metaphyſicæ ſcribit Ariſt. & l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & in l. j. C. de furtis. † & ideo entia q̃ nolunt malè diſponi vnionẽ deſiderãt. ſed vbi mala diſpoſitio ſequeret̃ ex vnione, vnio deſiderari nõ debet, ſed potiùs diuiſio: ꝑfectior enim tunc dr̃ diuiſio quàm vnio: ex quo vnio inducit magis conſeruationem quã diuiſio, & ſic perfectioris operatiõis, vt ſcribitur ſeptimo Metaphyſicę. Ex quibus ſupradictis cõclude pro limitatione, ꝙ qñ diuiſio magis tẽderet ad cõſeruationẽ dignitatis quàm vnio, rõne diſcordiæ, vel aliàs eminẽtes ſcandali exiſtentis inter habẽtes feudũ commune, qđ feudum etiã dignitatis põt diuidi. ita per prædicta tenuit cũ multis aliis rationibus Soci. in dicto cõſilio hîc antè alleg. in verſ. nonò reſpõdetur. & in ver. x. & vlt. quæ omnia per eũ ibi dicta nota tanquã ſingularia, quæ alibi nõ ita luculeter & notãter legi. & iſtas vltimas quinq; limitationes poſuit do. Soci. in dicto cõſ. de quibus fecit ſex vltimas duas, videlicet de diſcordia & ſcãdalo eminenti exiſtente, ratione quorũ poteſt fieri diuiſio. & ad iſtud ꝓpoſitum videas omnino illud cõſilium. ¶ Aduerte, † qm̃ ſæpe ſolet euenire vt cõmunio generet diſcordiã. l. cũ pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij. & exinde prouenit negligẽtia, & exinde contẽtio. l. ſancimus. §. ſinautẽ. C. de donatio. ita dicit Lucas de Pẽna in l. ij. col. iiij. C. qñ & quib. quarta pars. lib. x. † Et ſic eſt hîc vna bona mater quæ parit malũ filium, & peiorẽ nepotẽ, quia cõmunio quæ eſt bona, generat diſcordiã, & diſcordia diſſipationem. Aduerte quia ſunt alię tres bonæ matres quæ pariunt malos filios, veritas. ſ. odium, pax vitiũ, & nimia familiaritas cõtemptum. ¶ Et ideo quia quãdoq; cõmunio generat diſcordiã, non poteſt fieri per contractũ, ꝙ aliqui ſemper ſtẽt in cõmunione, vt eſt tex. in l. in hoc iudicium. §. ſi cõuenerit. ff. cõi diuid. nec etiam per teſtatorem poteſt fieri ꝙ fratres ſemper ſtẽt in communione, ſecundum Paul. de Caſt. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cõdi. indebi. & ibi do. meus Iaſ. qui tenet opinionem Pauli contra Alex. ibi, vbi amplè de materia.

16 Cõcordia. Diſcordia.

17 Vnio quãdo optanda, & quãdo nõ.

18 Cõmunio ſæpe generat diſcordiam.

19 Nota bonas matres quæ malos filios generant.

Statuto permittente.

NOnò limita principaliter, vt non procedat quãdo per ſtatutum alicuius loci permitteretur talis diuiſio, dummodo tale ſtatutum eſſet factum ſciẽte & patiẽte ſuperiore, ita intelligenda ſunt quæ dicit Bal. & Aluaro. in c. j. §. item ſi fuerit. quibus modis feudũ amittatur. & ita expreſsè dicit idem Aluar. in d. §. pręterea ducatus. in verſi. quæro an ſtatutum.

Tempus immemoriale.

DEcimò limita, qñ talia feuda dignitatũ ſolita eſſent diuidi per ſpatiũ tãti tẽporis cuius initij memoria nõ ſtaret in contrariũ. ita dicit Aluaro. in c. oẽs filij. verſ. quæro qd ſi feuda dignitatis. ſi de feudo fuerit controuerſia. & ibi Card. Alex. & And. de Iſernia. mouẽtur p l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſign. Nam tale tempus habet vim priuilegij, vt per Alexan. conſ. vj. in j. vol. & in cõſ. xxxv. in ij. col. in ij. vol. & per do. meum Iaſ. in l. de quibus, in x. col. ff. de legi. & vide ſuprà, in ti. *Des iuſtices. §. le ſeigneur haut iuſticier.* in gl. *& la preuue eſtre ſienne.* in ij. & iij. col.

Priuilegio Principũ.

VNdecimò limita, quando ex ſpeciali priuilegio principis feudum eſſet factum diuiſibile. vt tenet Aluaro. in d. c. omnes filij. in v. col. verſ. quid ſi feuda dignitatum. & in d. §. præterea ducatus. & ibi Bal. & Aluaro. & iſtud etiam tenet Socin. in conſ. ſuo clxv. in ix. col. verſic. vj. reſpondetur.

Diuiſio ad miniſtratiõ iuriſdictionis.

DVodecimò limita, vt non procedat quantum ad diuiſionem adminiſtrationis vſus, ac exercitij iuriſdictionis. ita tenet Bar. in l. inter tutores. ff. de adminiſtra. tut. Bal. Aluar. Car. Floren. in d. §. præterea ducatus. facit qđ dicit Bal. in l. communi diuidundo. in prin. ff. cõmuni diuid. in l. ſi plures. C. de condit. inſer. & Soci. in d. conſ. ¶ † Et fit iſta diuiſio adminiſtrationis, & exercitij quatuor modis, colligẽdo ex dictis doctorũ. Primus modus eſt, ꝙ vni ex cõſortibus locẽtur res feudales, & pẽſio diſtribuat̃ inter ipſos cõſortes ꝓ rata. Secundus modus eſt, ꝙ omnes conſortes locent feudum tertio cum hoc ꝙ penſio diſtribuatur inter ipſos conſortes pro rata. vt probatur in d. l. communi diuidundo. §. cum de vſufr. ff. communi diui. Tertius modus eſt, ꝙ quilibet ex conſortibus vtatur re feudali alternis temporibus, iuxta l. Lucio. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. & iſtos tres modos ponunt Bal. Aluaro. & Car. in d. §. præterea. qui procedunt qñ res feudalis reſpectu ipſius exercitij nõ recipit cõmodã diuiſionem per regiones, vt puta, ſi eſt vnum caſtrũ tantum, vt tenet Io. de Imo. in d. l. ij. §. ex his. ff. de ver. obl. ſed dat̃ alius modus qñ res feudalis poteſt cõmodè diuidi per regiones, vt ſ. diuidatur feudum quo ad exercitiũ iuriſdictionis per regiones, cautionibus interpoſitis de non ſe inuicem impediẽdo. d. l. communi diuidundo. §. cum de vſufruct. ff. commu. diui. & eſt de mente Bart. in d. l. inter tutores. & Bal. in d. §. præterea ducatus. cum hoc ꝙ ſi detur exercitium vnius caſtri vtilioris condemnabitur ad dandum alteri conſorti, quod erit conſonum & cõueniens, arg. l. ad officium. C. commu. diui.

20 Quatuor modi diuidendi exercitium iuriſdictionis.

DEcimotertiò pro limitatiõe dictæ regulæ aduerte ad ea quæ ſignanter & notanter dicit Albe. de Roſa. in ſuo dictionario, in verbo, feudum, qñ tractat quęſtionem quam vidit inter nobiles de Carreto, ponendo vnum intellectum ad d. §. præterea ducatus. & dicit † ꝙ ſuo iudicio d. §. eſt ita intelligẽdus, vt ibi ponit, ſcilicet ꝙ tãtùm intelligatur de ipſis dignitatibus & titulo dignitatum, nõ autẽ de bonis temporalibus earum, puta ciuitatibus, caſtris, & aliis locis ad ipſas dignitates pertinentibus: quia illa ſunt diuiſibilia, & diuidi poſſunt. & vide ibidem do. Alber. de Roſ. qui ſingulariter poſuit illum intellectum, quem alibi non legi, niſi per Franciſ. Cur. in d. conſ. lxviij. 21

DEcimoquartò limita; quia licet talia feuda non poſſint diuidi, tamen poteſt iudex aſſignare vni feudum comitatus, & alteri alia feuda. & hoc caſu tenet diuiſio, ex quo non ſcinditur feudum, ſed vni

inſo

insolidum adiudicatur. ita Bal.in d.§.præterea.& in l. si familię.C.fami.erc.Soci.in cons.suo cclxxviij.quod incipit,in quæstione vertenti.in j.col.

21 Regula secunda.

ALia est regula, † quòd inferiora feuda, quæ non habent dignitatem annexam,possunt diuidi. tex. est clarus in d.cap.imperialem.§.præterea ducatus.& ita dicunt omnes ibi, & in cap.j.§. omnes. si de feud. fuerit controuer.

AMplia etiam si sit feudũ iurisdictionis, dummodo nõ sit dignitas.s.comitatus,ducatus,aut marchionatus.Spec.in ti.de feudis.§.quoniã.vers. xxxiiij. vbi expresse cõcludit, † ꝙ etiã feudum iurisdictionis possit diuidi.arg.l.cõmuni diuidundo.§. cum duo. & §.cum de vsufr.ff.commu.diuid.Alex.tamen in consi. vij.in medio illius cõsilij quod incipit, in cõsultatione præmissa. in v.col.& Bal.in d. §.præterea ducatus. videntur modificare, ꝙ iurisdictio non diuidatur, sed solum vsus & commoditas. Sed tu dic ꝙ potest diuidi, & diuiditur, maxime in Gallia, & ibi est & viget cõsuetudo,quæ multùm operatur,vt suprà dixi.

23 Feudum etiã iurisdictionis diuiditur.

LImita hanc regulam sic ampliatã vna notabili limitatione,quam iam suprà in principio huius §. posueram. s. ꝙ ꝓcedat ita demum, si omnes cõsortes cõsentiant,& non aliter.probatur per tex.in d.§.præterea.per argumentum à cõtrario sensu,vt suprà dixi. & vltra supradicta reperio domi.Fel.tenuisse hãc fallentiã in duobus locis.s.in c.quæ in ecclesiarũ. in pe. col.de consti.& in c.prudẽtiam.in ij.col.de offi.deleg. Istud tenet Hipp.de Marsil.in sing.suo ix.incip.nemo cogitur.¶ Reperio tamen ꝙ multi tenuerunt contrariam opinionem:tenuit enim primò Bal.in apostil.ad d.§.præterea ducatus.& ibi And. de Iser. tenuit Frãc. Curtius in cõsi. suo lxviij.in j.ij.& iij.col.tenuit Alex. in consil.xxv.incip.attentis narratis in themate.in iij. col.& in consil.vij.suprà allega.in v. vol. tenuit etiam Soci.in cons.cclxxviij. quod incipit,in quęstione vertenti inter comitem. in ij. & iij.col.& illam opinionẽ multùm latè examinat,dicẽdo se non reperisse aliquẽ hoc dicẽtem in terminis.miror ꝙ non viderat Panor. & Alex.in locis alleg.& And.de Isernia, sed licet fuerit subtilissimus in iure, & credo ꝙ non fuerit sibi similis post Bal. & multùm & sæpissimè laudabatur à præceptore meo do. Ias.

QVicquid dicat quidã nouitius le Cyrier in suo paruulo tractatu de primogenitura,lib. j. q. xj. tertia conclusione,ampliori stylo quàm fecerit Franciscus Curtius,quæstionem prædictam examinaui, & eius materiam sumpsi ex dictis Francis. Curtij antiquioris. & Socin. cum hîc sint xij. limitationes, Frãciscus autem solùm ponat x. & ne membranas in vanum ampliùs occupem circa responsiones latrationum caninarum dicti Cyrier liuidi,recurre pro omnibus responsionibus ad dicta hîc antè per me in §. præcedenti,in fine.

§. SEPTIMO.

PArtage ou diuision de chose feodale ne preiudicie point au seigneur du fied, ains demeurera chascun homme feodal & vassal dudict seigneur pour sa part & portion, & en sera tenu vn chacun de faire son deuoir de fied enuers ledict seigneur dudict fied, & selon la nature d'iceluy.

IDem in comitatibus Burgundiæ & Niuernensi,in tit. *des fiedz, partage ou diuision.* ADuerte, quia aut sunt plures hæredes habentes plura feuda,& tunc si in diuisione adiudicatũ fuerit vni vnum feudũ,tunc ille solus tenebitur præstare iuramẽtum fidelitatis.text. est in c.omnes.in fin.si de feudo defunc. fuerit cõtrouer. aut oẽs hæredes simul illud feudũ tenẽt,& possident: & tũc aut ꝓ diuiso,aut pro indiuiso:si pro diuiso,puta quia illud diuiserũt inter se, tunc quilibet ipsorum tenebit præstare iuramẽtum fidelitatis domino, † eo ꝙ iuramentũ est quid indiuiduum.Bal.in c.j. §.j.in ij. col.de cõtrouer.inuestit.licet dicat do. meus Ias. in l. i.§.sed & si mihi.in iij.col.ff.de verb.oblig.† ꝙ iuramẽtum potest valere pro parte,& ꝓ parte non.alleg.glo. in c.petitio.de iureiuran.quia tunc in his quę sunt indiuidua quilibet hæredum tenetur insolidum.l.hęredes.§.an ea.ff.famil.ercis.l.ij.§.ex his.ff.de verb.oblig. & hãc opinionem tenuit Angel.in d.§.ex his.& idem Ang.tenuit in l.loci corpus.§.si fundus. ff.si serui.vẽdi.do. Alex.Ias.& alij.in d.§. ex his.

1 Iuramẽtũ est quid indiuiduũ.

2

AVt verò hæredes vasalli possidẽt feudum pro indiuiso,† & tũc in hoc est magna dubitatio vtrùm omnes simul teneantur præstare iuramentum fidelitatis,an verò quilibet ipsorum.& in hoc post opiniones multorum credo ꝙ quo ad præstationẽ iuramenti fidelitatis quilibet ipsorum tenetur iurare, prout tenent Aluar.Card.& alij in d.§.omnes.poterũt tamẽ ipsi hæredes eligere vnum ex eis qui iuret fidelitatẽ nomine suo,& etiã nomine aliorum:quia quando iurat nomine aliorum,omnes dicũtur iurare.argu.l.ita autem.§.gessisse.ff.de admini.tuto. & ita vult Alua.in d. c.j.§.omnes.& do.Card. Alex.post alios.

3 Hæredes feudũ pro indiuiso possidentes quomodo præstare debeãt iuramentũ.

DE seruitio † autem quod debetur ratione feudi nunquid debeat ab omnibus præstari? dic ꝙ aut illud seruitium est diuiduum,quia consistit in aliqua re diuidua, tũc quilibet vasallorum tenebitur ꝓ parte:quia ipso iure fit diuisio à lege.l.j.C.si cert.pet.& l. ea quæ in nominibus.C.famil.ercis.Si verò seruitium sit indiuiduum,puta ire ad prælium,vel exercitum cum domino,& isto casu ipsi hæredes vasalli defuncti dabunt æquè idoneum ex seipsis qui seruiat domino in prælio, seu exercitu: debet enim sufficere domino ꝙ habeat vnũ æquè idoneum sicut erat vasallus defunctus.l.iam tamen.§.si tamen plures.ff.de iudica.solui. ipsi enim plures hæredes qui successerũt vni vasallo habentur pro vno. l. cùm fundus. ff.de condit. & demonstr.& ideo debet sufficere domino quòd habeat æquè idoneum sicut erat prior.l.qui autem.§.ij.ff. de constitu.pecu.

4 Quomodo seruitiũ.

QVid autem † de vniuersitate seu communitate quæ tenet feudum ab aliquo domino:an singuli tenebũtur præstare iuramentum fidelitatis ratione illius feudi? dic ꝙ non, sed ipsa vniuersitas per syndicum suum.ratio est,quia illud feudum est vniuersitatis,non autem singularitatis,nec dicuntur singuli vasalli.l.sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocã. l.intantum. §. vniuersitatis.ff.de re. diui.l. ij. ff. quod cuiusque vniuersi. c. episcopus.§. qui manumittitur. xij.quæst.ij.cum vulga.Ita tenet in specie Ioan.Rayn. in c.imperialem.§. præterea ducatus. de prohibi.feu. aliena.per Federicum.

5 Vniuersitas feudũ tenẽs quomodo præstabit iuramentum.

QVid autem † econtrà si dominus decedat relictis pluribus hæredibus, an vasallus tenebitur

6 Domino plures hæredes relinquente, cui præstandũ iuramẽtũ.

BIU Cujas

præstare iuramẽtum fidelitatis omnibus illis hæredibus insolidũ.gl.in l.si vsusfructus.j.§.j.ff.de vsufr. determinat ꝙ sic.& illã gl.sequitur Bal.in l.j.in xxij.q.ff. de re.diui.& Ang.in l.loci corpus.§.si fundus.ff.si serui.vend.idẽ tenuit Ioã. de Imo.in l.ij.§.itẽ si in facto. in fi.ff. de verb. oblig. Sed contrariã opinionẽ tenent plures,maximè Bal.more solito sibi cõtrarius in c.imperialẽ. §.præterea ducatus.in vlt.col.de prohi.feu.aliena.p Fede.vbi refert vnã opinionẽ,ꝙ tale iuramentum debet præstari antiquiori ex hæredibus domini. tenẽt & plures alij allegati per Iac.de S.Georg.in tractatu suo feudorũ,in verbo, qui quidẽ inuestiti præstiterunt iuramentũ fidelitatis.in xxiij.fo.in vij.col.illius glo.vbi finaliter cõcludit,ꝙ aut vni ex pluribꝰ sit adiudicatũ totum feudũ,& tũc illi soli debet præstari iuramentũ fidelitatis,& ꝑ d.c.oẽs.in fin. aut ipsi tales hæredes domini ciusdẽ tenẽt illud feudũ, seu illã superioritatẽ feudi pro indiuiso inter se,vel pro diuiso, & tũc si vasallus agnouit illos plures dominos,habet sibi imputare,quia tenetur oẽs agnoscere, & omnibꝰ præstare iuramentũ fidelitatis. idẽ est si ab initio fuissent plures dñi illius feudi, puta ꝙa plures dñi cõcesserunt illud feudũ vasallo,& sic feudum est originatũ à pluribus dominis,& tunc vasallus tenet præstare fidelitatẽ omnibus.Aut feudũ habuit principiũ ab vno domino,deinde ille dominus decessit relictis pluribꝰ hæredibus,& tũc teneatis conclusionem quam suprà posui,scilicet,ꝙ vasallus poterit eligere vnum ex illis pluribus,& ei iurare fidelitatem nomine omnium,& tunc ista electio non pertinet ad ipsos plures hæredes eiusdem domini,sed ad vasallum.l.plerumq;.§.fi.ff.de iure dot. De hac materia vide plenissimè per do. meũ Iaſ.in l.de pupillo.§.si pluribus.ff.de no. ope.nũt. qui melius examinauit hanc materiã. Communis opinio est ꝙ tantùm vni tenetur præstare,secundum Aret.in l.ij.§.ex his.ff.de verb. oblig. & dicit ꝙ in practica sequenda est.sed tenendo primam, limita eam in feudo ligio,vt per Bal.in l.vnica,in prin.in vlt.col.C.de cad. tollen.& in §.ne autem.circa fi. in eadem l. & in præludiis feudorum,in pen.col.

IN TEXTV IBI,

Et selon la nature d'iceluy.

Plures feudorum naturæ.

DIc ꝙ plures sunt naturæ feudorũ, de quibus per Bal.Aluaro.Car.Alex.& dñm meũ Iaſ.in præludiis feudoru.vbi per oẽs ad saturitatem.Et põdera hęc verba,*selon la nature d'iceluy*, quia per hoc adhuc cõstat ꝙ sint plures naturæ feudorum in hac patria ducatus Burgũdiæ.¶ Aduerte ꝙ vna est vniuersalis natura feudoru,quæ introducitur ex tenore inuestituræ, & iste tenor inuestituræ semper inspiciendus est,quoniã diuersificat naturas feudorum, & semper sequẽdus est, vt dicit Bal.in proœ.feu.& in c.j.de duobus fratri.à c. inuestit.de quo dixi ſ.in tit. *des bastardz*. §.v.in consi. ibi posito.vers.sed nũc.& ibi plures text. ad hæc allegaui. Aduerte tamen ꝙ natura feudi accedit naturæ verborũ,& regulatur ab ea.c.j.de eo qui sibi & suis filiis.quia natura feudorũ est mobilis & accidẽtalis, vt latè habetur per dñm Frã.Curtiũ antiquiorẽ,eius cõs. 49.col.xlij.vers.imò.Bal.in cõs. xxxiij.col.j.post vers. vj.respõdemus ꝙ pacta in feudis sunt seruãda,etiam si sint cõtra naturã feudi, taliter ꝙ alienatio potest permitti per pactũ contra naturam feudorum.vnde dicit Alex.cõsi.xxx.in vlt.col.j.vol.quem refert & sequitur Alber.Brunus in cons.xxxviij.col.ij.ꝙ in feudis etiam pacta extrinsecùs admittuntur, vt dicit Francis. Cur. senior in cons.xliij. in vij.col. Imò etiam pacta insolidẽ Curt.cons.xlviij.in xviij.col. ¶† Diuersæ sunt naturæ feudorũ in Burgundia, & in comitatu Niuern. Quia ex alienatione feudorũ existentiũ in Burgundia non debẽtur laudemia,nec aliquod cõmodum pcipit dñs feudi.In comitatu verò Niuernẽ.dictus dominus percipit aliquod ius,qđ dicit quintus denarius & requintus.Nũc euenit casus ꝙ sunt plures res feudales in Burgũdia,rõne quarũ debetur feudũ dominis existentibus in comitatu Niuern.& ratione terrarum ibi existentiũ.an hoc casu debeat cõsiderari natura feudi existẽtis in Burgũdia,an verò natura rei à qua dependet?Ego semper tenui & consului in casu emergẽti ꝙ attẽditur natura feudi existentis in Burgundia,& non natura feudi à quo dependet:quia leges,statuta, & cõsuetudines Niuernen. non possunt ligare rem existẽtem in Burgũdia : quia extra territoriũ ius dicẽti non paretur.¶Sed aduerte,quia Bal.in cons. 398.col.j.in j. vol.dicit,† ꝙ feudi natura semper suũ respicit principium.Io.Fab.in suo breuiario,in l.j.C.de sum.trini.& fide catho.col.viij.vĩ innuere ꝙ in feudo attendit cõsuetudo loci à quo tenetur: cùm cẽseatur mẽbrum illius castri seu loci à quo tenetur,vt dicit ar.l.pupillus. §.territoriũ.ff.de verbo.& rerum signific.licet, vt dicit,videat facere in cõtrariũ tex.in cle.j.de rescrip.vbi mẽbra debẽt regi secundũ cõsuetudines loci vbi sunt sita,& non scđm cõsuetudinem capitis à quo dependent.¶ De iure autem, an dñs directus possit à nouo vasallo pro iure inuestituręaliquid exigere, & habere rachatum,vel laudemia, vide Boërium in cõsuetudine Bituricen.tit.de consuetudine feudi.§.v.

1 Diuersa Feudorũ in Burgũdia, & ducatu Niuernen. natura.

2 Feudum tura sum principium respicit.

ET inter alias naturas feudi est vna, quia aliud nobile,aliud rusticum. & ꝑ certo omne illud in hac patria reputatur nobile,qđ habet in se annexã iurisdictionẽ:& istud multũ cõsonat descriptioni iuris, cùm dr ꝑ Car.Alex.Aluaro.& alios in proœ.feud.† ꝙ feudum nobile dr,quod ab Imperatore, Duce, vel Marchione conceditur: & sic ab habentibus dignitatem, à quibus dependet iurisdictio, † & tale nobilitat suũ possessorem.¶Contrarium tamen tenet Lucas de Pẽna in l.cum neque.C.de incolis,libr.x.vbi dicit quòd feudum nobile non nobilitat rusticum.

3 Feudum nobile quid.

4

ET ideo videmus †ꝙ in hac patria nemo burgensis, talia feuda potest acquirere, nisi sit nobilitatus à Rege,aut licẽtiam habeat acquirendi. Et istud est ius regale quod habet in hac patria. ¶†Habẽt tñ istud priuilegiũ Heduẽses & oriundi in ciuitate Heduẽsi:quia quæcunq; feuda acquirere possunt. & vidi cõcessiões regias factas ciuibus Diuion. in quibus dicitur quòd Diuionen.possint acquirere feuda, & in hoc vtantur illa libertate & franchisia,qua soliti sunt vti Heduen, & prout Heduenses& Cabilonẽses hactenus vsi sunt. Et de hoc habuerunt aliàs arrestum in parlamento Burgundiæ Heduen.contra gubernatorem huius patriæ,qui dicebatur dominus de Baudricourt. Sed an hoc priuilegio vtantur Cabilonẽn?

5

6 Heduen. quo ad forma priuilegium.

SEd quæritur, ꝙa hîc dr quòd ciues Heduẽses ꝙ dicunt nati in ciuitate Heduẽ.vt dicit glo.in l. ciues. C.de appella.habẽt istud priuilegiũ,† an etiã gaudere debeãt isto priuilegio incolæ huius ciuitatis?ꝙ dicuntur illi qui habent domiciliũ,vt ibi perpetuò habitẽt, vel maior pars rerũ suarum, vt dicit Io. de Platea in l. ciues.C.de incol.li.x.vĩ quòd sic,† cum priuilegiũ ciuibus cõcessum trahat & extẽdatur ad incolas. vt cõcludit Bar.in trac.repræsaliarũ,in j.q.quintę quęstionis principalis.& sequit Paul.de Cast.in l.oẽs populi, ff.de iustit.& iur.vbi dicit ꝙ incola gaudebit priuilegio statuti loquentis de damno dato in territorio alicuius

7

8 Incolæ gaudent priuilegio ciuium.

cuius castri.& facit quod dicit Ang. Are. in tra. male-
9 ficiorum, in verbo, de Bononia. facit etiã† quia dispo-
situm in ciue habet locũ in incola, ratione similitu-
dinis existentis inter ciuem & incolam. vt facit tex. in
d.l. ciues. C. de app. & in l. incola. ff. ad muni. † Nam
10 sicut quis vocatur ad munera ratione originis, ita &
ratione incolatus, l. priuilegio. & l. si in patria. C. de in
co. lib. x. & facit decis. Bal. in d.l. ciues. & quæ not. per
11 doc. in l. ciues. C. de incol.† vbi in materia larga appel
latione ciuium cõtinentur incolæ. facit gl. in c. statu-
tum. §. cum verò. de rescri. in vj. quã dicit singularem
Ang. in l. in prouinciali. §. fi. ff. de noui ope. nun. & ibi
Alex. & idem in consi. xx. col. vlt. in ij. vol. facit text. in
auth. de quæstore. colla. vj. vbi nomine populariũ cõ-
tinentur habẽtes incolatum. & vide eundem Alex. in
cons. cxlij. in eodem ij. volu. & istud probatur optima
ratione: nam ciues & incolæ faciunt vnam vniuersi-
tatẽ, vt habetur in l. mortuo. ff. de fideius. ne ergo cẽ-
seantur diuerso iure, idẽ erit de incolis & ciuibus, cùm
vna & eadem res non debeat diuerso iure cẽseri. l. eũ
qui ædes. ff. de vsuca. Et per hoc credere q̃ hoc priui-
legio debeãt gaudere incolæ sicut ciues originarij. &
faciunt dicta per Soci. cons. suo cxxix. Faciunt quę di-
cit Iac. de S. Geor. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de
in ius voc. vbi dicit, q̃ priuilegia ciuibus competentia
etiam competunt illis qui tractari debẽt vt ciues. ¶In
contrarium faciunt quæ dicit Alex. in consi. suo cxvj.
in fi. ij. col. in vj. vol. vbi dicit, q̃ si fiat mẽtio de p̃sonis
vnius patrię, intelligitur de his quę sunt origine illius
patriæ, & plura ad hoc ibi allegat.

Quæstio. SEd iterum quæro, an si quis natus fuerit in hac ci-
uitate Heduen. ex parẽtibus qui non cõstituerunt
ibi domiciliũ, sed erant transeũtes, vel ad tempus tra-
hebant ibi morã, debeat gaudere priuilegiis huius ci-
uitatis, quæ habẽt alij nati & oriundi in hac ciuitate,
puta emere, & tenere feuda & dominia nobilia. Bar. in
l. filios. C. de muni. & ori. li. x. & Pan. in c. Rodulphus.
in ij. col. ibi, sed est dubiũ no. de rescrip. tenẽt q̃ non,
12 Ciuita- †quia ad hoc vt quis acquirat ciuilitatẽ, requiritur q̃
tis acquisi- parentes ibi cõstituerint domiciliũ. & ita tenẽt Nico.
tio. de Neapo. Bal. Ang. & Pau. de Ca. in lectura Bonon. in
l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. j. Io. de Imo. Pau. de
Ca. in lectura ordinaria. & Ale. in d.c. legatũ. tenẽt cõ-
trariũ. quos sequitur & refert Fel. in d. c. Rodulphus.
in x. col. ver. quinta cõclusio. vbi dicit q̃ talis nõ solùm
est ciuis originarius ciuitatis paternæ, verùm etiã illi⁹
vbi natus & oriũdus est. & dicit se ita practicasse in fa-
cto proprio, quæ omnia nota cùm sint notanda, cùm
casus euenire potest.

Quæstio. SEd iterũ quęro, an si quis cõstituat Heduã ꝑficisci,
& ascẽdit equũ cũ vxore prẽgnãte, quę cùm Belnã
attigisset, ibi peperit filium: an iste filius sit origine ex
Hedua, an ex Belna: & cuius loci sortietur forũ ratiõe
originis. Bal. & Ang. in l. huiusmodi. §. legatũ. ff. de le-
gatis. j. formant hanc quęstionem, & dicunt per illum
tex. q̃ sortietur forum in ciuitate Heduen. propter de
13 stinationẽ, †quia res destinata ad locum dicitur esse in
loco. Contrarium tamen tenet Lancelotus Decius in
l. cætera. §. sed si parauerit. in fi. ff. de leg. j. vbi dicit q̃
dicitur origine ex Belna. & nota, quia potest euenire.

ADDITIO. Vide Mat. de affl. in dec. sua cccl xxxiiij.
vbi amplè.

§. OCTAVO.

EN alienation & transport de chose feodale commise n'a point de lieu si l'achepteur, ou celuy qui a acquise la chose feodale n'en prend la possession reale sans consentement du seigneur du fied.

EDem in comitatu Burgũdiæ. ti. *Des fiedz. §. & en autre cas d'alienation, transport, ou uendage.* Io Fab. in §. j. in fi. instit. de rerum diui. † dicit, q̃ cùm hodie de consuetudi-
1 *Feuda in Frãcia alie nari pos- sunt sine domino.* ne generali regni Franciæ feuda alienari possunt, etiã sine voluntate domini, licet dominus habeat ius reti-
nendi pro pretio, q̃ etiã feuda veniũt in generali alie-
natione, & dicit q̃ credit idẽ in mero imperio. vide ibi
per eũ. & q̃ habeat ius retinẽdi pro pretio, tenet Bal.
in c. j. §. porrò. in fi. in ti. qualiter olim feudum poterat
alienari. & etiam agnati, qui etiam præferri debẽt do-
mino. Bal. ibi. & etiam ibi Præpositus. Et quòd agnati
possint redimere, tenet Bal. in consi. suo cclxxvj. in fi.
in quinta parte, in impressione noua Mediolani. Et de-
bent præferri agnati etiam secundum consuetudinẽ
Niuernen. secundum quam dominus habet ius retẽ-
tionis apud agnatos. ¶Sed an valeat ista consuetudo,
quòd feudũ possit alienari irrequisito dño, vide Bal. in
consil. suo ix. in iiij. col. in j. vol. ¶De materia autẽ hu-
ius consuetudinis, vide Boërium in consuetudi. Bitu-
ricen. ti. de consuetudi. feu. & census. §. j. & ij. & ibi di-
cit, †q̃ non debet feudũ vendi in hominem inferioris
2 dignitatis & gradus. qui allegat Bal. & alios in c. simi-
liter. de leg. Corradi. & Pau. de Ca. cõsi. cccxxvij. inci.
Laudatio & inuestitura. vol. antiquo. vbi dicit, q̃ † feu
§ dum nobile non potest vendi in non nobilẽ. ¶Et etiã
de materia huius consuetudinis, vide multa per Mat.
de affli. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, constitu-
tionem diuæ memoriæ. in iij. lib. vbi posuit plura de
his quæ postea posui, & suis locis addam eum.

IN TEXTV IBI,

En alienation & transport.

QVæro primò quid sit alienatio, & qd alienatio-
1 *Alienatio quid.* nis nomine cõtineatur? † Et primò dic quòd a-
lienatio est proprij patrimonij diminutio: idem quã-
do aliquid de patrimonio nostro diminuitur, vel di-
stribuitur. Textus est in l. si sponsus. §. si maritus. ff. de
dona. inter vir. & vxo. quem notat ad hoc Bal. in l. bo-
norum. C. qui admitt. † & istud verbum, alienatio,
2 *Alienatio tripliciter accipitur Largè.* quandoque largè accipitur, quãdoq; largiùs, quãdo-
que largissimè. Largè verò quando omnem contra-
ctum & speciem distractionis cõprehendit. vt est tex.
no. in l. j. §. j. cum l. seq. & seq. ff. quæ in frau. credito. in
auth. de non alie. reb. eccle. §. alienationis. colla. ij. l. fi.
C. de rebus alie. & in c. nulli. vbi plenè ponit Io. And.
de rebus eccle. non alienan. & Bald. clarè declarat in
Largiùs. auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. Largiùs
autem pro abdicatione seu extinctione quadam, vt in
Largissimè. l. proinde. ff. si cer. pe. Latissimè verò seu largissimè, vt
no. Cy. in l. j. C. de iure emphy. in prima oppositione,
vbi dicit, verbum alienationis interdũ sumitur latis-
simè, & comprehendit omnem contractum & actum
per quem dominium trãsfertur, vel ius in re cõstitui-
tur, vt d.l. fi. C. de reb. alienis non alienan.

ET aduerte etiam, quia dicit Bal. multùm singula-
3 *Alienatio quadrupliciter.* riter in c. j. §. aut si libellario. quibus modis feud.
amitt. † quòd alienatio quatuor modis sumitur: vno
modo propriissimè, quando dominium rei in perpe-
tuum transfertur. l. j. C. de fundo dota. Secundò pro-

BIU Cujas

priè, quando nõ alienatur proprietas, ſed tantùm vtile dominium aufertur. Tertiò impropriè, quãdo alienatur vſusfructus, vel alia qualitas, vel cõmoditas rei, vel ſeruitus, ſiue vſus. Quartò, quãdo pignoratur, ita ꝙ ſit ſpes luẽdi. Item aduerte ꝙ ſtrictè & propriè quãdoq; ſolam venditionem comprehẽdit, prout voluit Bar. in l. fi. C. de prædiis decuri. li. x. & ſic variè ſumit ſecundum ſubiectam materiam. Vide Boërium in loco hîc antè alleg. §. xviij. quid comprehendatur verbo venditionis & alienationis.

QVid autem ſub hoc verbo alienationis comprehendatur ad hoc vt feudatarius alienãs feudum
4 incidat in commiſſum, videndũ eſt. ſed primò dic, † ꝙ vaſallus alienans feudum ſine conſenſu domini priuatur feudo. tex. eſt in c. imperialẽ. in prin. de prohib. feu. alie. per Fede. & in c. j. tit. qualiter olim feudũ po-
5 terat alienari. † & ideo nulla eſt talis alienatio, ꝙ non poteſt præſcribi etiam longiſſimo tempore. ita tenet referendo plures, do. Bar. Soci. in conſi. ſuo lxxxvj. incip. cõſiliis. in iij. col. imò plus dicit idem Soci. in cõſi. ſuo xix. inci. adſit. in iiij. col. in j. parte. allegãdo Bal. in
6 d. c. imperialẽ. † ꝙ etiã non poteſt pignorare, imò, notarius ſcribẽs priuatur officio, & efficitur infamis, vt dicit ibi Soci. & iſtud eſt ius nouiſſimum feudorũ: vt iure antiquiſſimo aliud erat: quia in aliquibus curiis poterat vaſallus totum alienare, in aliquibus partẽ, vt eſt de hoc text. in c. j. qualiter olim feu. poterat alien. Item etiam iure antiquo dimidia pars ad contractum libelli poterat dari. Tex. in c. j. de alie. feu. & in cap. j. §. aut ſi libellario. quibus modis feu. amitt.

7 Alienationũ nomine quæ comprehẽduntur.

VIdendũ † eſt ergo quid alienationis nomine cõprehendatur: & ſic an in talibus feudum amittatur. Et primò dic, ꝙ licet diuiſio ſit alienatio, vt dixi in præce. & in §. *En partage*, ſuprà eo. tamen in diuiſione feudi ſecundum noſtram conſuetudinem ſuprà poſitam in §. *En partage*, non habet locum hæc conſuetudo in hac patria, cùm huic per illam ſpecialẽ derogetur in diuiſione. ¶ Quid autẽ ſit de iure, ſatis ſuprà dixi in dictis §§. hîc non repeto. Et vide Bar. in l. & ideo. ff. de condi. furtiua. & Guid. Papę. q. ſua ccccxj. Domi. meum Iaſ. in ſua Emphyteuſi. in xxxiij. col. verſi. ſextò quæro. vbi dicit, ꝙ ex diuiſione etiã non debetur laudemium, poſt Sali. Vide Io. Sanxon. in cõſue. Turo. ti. *De pied de fied & de partages.* in iij. artic. vbi alleg. Pau. de Caſt. in conſi. ſuo cxliiij. inci. dubium dicit idẽ eſſe in adiudicatione alicuius ibi facta à iudice occaſione

8 Alienatio feudi inter agnatos permittitur.

diuiſionis coram eo petitę, & ibi dicit, † ꝙ inter agnatos permittitur feudi alienatio, per dictũ Pau. de Caſt. conſi. ccccxxiiij. & Bal. conſi. xxxviij. in iij. parte. Et an hoc caſu comprehendatur donatio, vel permutatio, vide Boërium in loco hîc antè allegato. in §. xviij.

9 Donatio an ſub alienatione cõprehendatur.

LImita quintò, † cõsuetudinem nostrã non habere locũ in cõtractib⁹ vtilibus, quia mulier pót tales cõtractus facere, nõ seruata solennitate cõsuetudinis nostræ, secũdm Bal. in l. neque tutores. C. de inuti. stipu. Faciunt quæ dicit Bal. in l. j. ff. de acqui. hære. Faciunt quę dicunt Ang. Alex. & alij in l. mutũ. ff. de acq. hęre. & dicit Pau. de Cast. ꝙ in illo casu allegato per Ange. ibi, habuit semel consulere Florẽtiæ, sed nõ potuit tãtũ cãtare ꝙ iudex voluerit pro eo ferre sententiã, quia nesciuit tunc allegare decisi. Ang. Vide quæ in simili dicit Io. Sanxon in cõsue. Turon. tit. *des succeßions des gens roturiers*, art. viij. Et ideo dicit Pau. de Cast. in cõs. cccxxiij. quod incipit, videtur dicendum, ꝙ sententia lata pro muliere non seruata forma statuti, est valida.

ET istam decisionem allegat etiã do. meus Ias. in l. nõ eo minus. C. de procu. vbi ꝓbat hoc esse verũ per theoricã notabilem, quã comprobat quinq; decisionibus, scilicet † ꝙ vbicunq; à lege vel statuto in aliquo actu requiritur certa solẽnitas fauore alicuius valet actus sine illa solennitate, quando tendit in eius fauorẽ: aliàs illud quod est introductum in eius fauorẽ, redundaret in eius damnũ. cõtra l. quod fauore. C. de legi. ¶ Hinc dicit Bal. in l. neque, C. de contrah. & cõmit. stipu. † ꝙ statutum disponens ꝙ in contractu mulierũ requirat᷑ solẽnitas, intelligitur de contractib⁹ dãnosis nõ vtilibus. faciũt ad prædicta quæ dicit idẽ do. meus Ias. in l. iusiurandũ qđ ex cõuẽtione. §. pupillus. in pe. & vlt. col. & in l. q iurasse. in j. col. ff. de iureiur. & i l. his cui bõis. in j. no. ff. de ver. obl. ¶ Sublimita tñ prædictã limitationẽ, nisi ab initio dum actus gerebatur fuerit oppositum per patrẽ aduersam in cõtrariũ, videlicet ꝙ nõ potest talem actum facere sine licẽtia mariti. Quia talis oppositio postmodum reddit actũ nullum, etiã si fuerit vtilis vxori. ita notabiliter tenet Bal. in c. j. de rescriptis. sic limitans & intelligens d. l. nõ eo minus. & de hoc videatur per Io. Lupũ in repe. rubr. de dona. inter virum & vxorem. §. lxviij. in ij. col. vbi plura ad hoc allegat, quæ vide. ¶ Et vide an cõtractus factus in vtilitatem ecclesiæ non seruatis solennitatibus valeret, per eundem do. meum Ias. in l. potuit. in ij. col. C. de iure deli. faciunt ad cõfirmationẽ prædictorum infinita quæ dicit Felin. in c. dilectus filius. ij. in v. col. in viij. conclusione. extrà, de rescrip. & idẽ Felin. in c. edoceri. in fi. vj. col. extrà, de iudi. ¶ In contrarium videntur facere quæ dicit Bart. in l. cùm hi. §. eam autem. ff. de transact. per text. in l. si fundus. ff. de re. corũ. vbi dicit, † quòd alienatio rei minoris vel ecclesiæ

26 Dissi notabile.

27

BIU Cujas

cleſiæ non poteſt fieri ſine ſolennitate, licet ſit euidés vtilitas pupilli vel eccleſiæ. facit fortiter tex. in c. j. in verſ. præſertim. de re. eccle. nō alie. in vj. vbi dicitur, ꝙ etiam ſi alienatio rei eccleſię fiat in euidentem vtilitatem vel neceſsitatem ipſius, non valet non ſeruata ſolennitate. cogita quid dicendum ex prædictis.

29 Queſtio notas ta digna. SEd iuxta prædicta quæro, † pone ꝙ maritus alicui⁹ mulieris eſt in carcere, mulier verò vt eū liberet ſe obligat alicui, vel vēdit aliquā rē ſine authoritate mariti, quā quidē authorizare nō pōt. l. qui in carcerem. cū ibi no. ff. qd̄ met. cau. an valeat talis cōtractus init⁹ per mulierē, qui eſt factus in vtilitatē mariti, eo ꝙ ex pecuniis cōtractus liberatur maritus à carceribus? vide ad hāc q. Rom. in cōſ. cccxvj. incip. circa ꝓpoſitam conſultationē. in ij. col. vbi ſatis vī tenere, ꝙ valet cōtractus nō ſeruata ſolennitate. & multa ibi adducit ꝓ corroboratione ſui conſilij, quę ſunt notāda, maximè
30 qñ ꝓbat etiā † ꝙ in probatione alienationis rei nō no cet qñ alienatur ꝓ redēptione ſuorū, vt patet in auth.
31 ſiue à me. C. ad Velle. vbi eſt tex. † ꝙ mulier quæ aliàs dotem alienare nō poterat, poteſt alienare ꝓ redemptione ſuorum. faciunt quæ dicit Bal. in conſil. ccxiij.
32 incip. occurrit dubium. in ij. vol. vbi dicit, † ꝙ filius familiās qui eſt prohibitus alienare ſine authoritate patris poteſt alienare ad redimendum ipſum patrē à carceribus. ita facit quod conſuluit Roma. in d. conſilio cccxvj. qd̄ inci. circa propoſitam conſultationem. vbi
33 conſuluit, † ꝙ ſtatutum prohibēs contrahere minorē ſine authoritate tutoris, non habet locum qñ contrahit ad redimendum ſe à captiuitate. & maximè hoc intellige eſſe verum qñ interpoſitum eſt iuramētum. ita tenet Bal. in conſ. ſuo v. in v. vol. Facit pro hoc textus multum ſingularis in l. ſi captiui. C. de epiſ. & cle. & quæ amplè dicuntur per G. Benedicti in ſua repet. c. Ray. in verbo, & vxorē nomine Adelaſiā. nu. 268. in 5. deciſ. de teſta. vbi idem dicit in illo qui non redimit animam defuncti. Ex quo in caſu emergēti dixi qd̄ filius minor xvj. annorum qui ſe obligauerat ꝓ patre infirmo excōicato, vt abſolueret, & i terra cœmiteria ta ſepeliretur, nō erat reſtituendus, quoniā ad hoc tenebatur. vt ſatis ibi declarat idē G. Bene. quē videas. Imò etiā ſi poſt mortē nō curauerit filius facere abſoluere patrē, vī ꝙ priuādus ſit hæreditate, vt ibidē dicit ſaltē quo ad vires hērditarias, & non vltrà. Vide quę in ſimili dicit Nico. Boë. in cōſue. ſeptenę Biturice. ti. de
34 iuriſ. om. iud. §. xij. in gl. ſi. quaſi in fine. vbi dicit † ꝙ iura loquētia de redēptione captiuorū, habēt locū in captuis ꝓ maleficio. & alle. tex. ſing. ꝙ ille q nō eſt dñs hoc caſu poteſt vendere rē domini, & tenetur domin⁹ habere ratum. tex. eſt in §. fi. eſt ſub. §. ſed hæc in auth. vt cum de appel. cog. & gl. in ver. debitis. coll. viij.

35 In obligatione ex delicto. SExtò limita, † hanc noſtrā conſuetudinē non habere locū in obligationibus quæ ex delicto vel quaſi deſcēdūt, quia tūc mulier adſtringitur etiā nō ſeruata ſolennitatę, ſcdm gl. in verbo, earundem. & ibi Bar. & alij in l. ſi quis in tātā. C. vnde vi. & Bar. in l. is cui bonis. ff. de ver. obl. Matt. Matheſil. in not. ſuo clxvij. facit gl. in l. ex parte. §. quanquā. ff. de in rem verſo. & ita do. meus Iaſ. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. num. 33. verſ. ſextò limita. qui prædicta allegat. ff. de pactis. Vide Nico. Boër. in conſuet. ſeptenæ Bituricen. ti. de cōſuetu. iuris ſtatus perſonarum. §. iiij. in gl. nota ꝙ licet
36 vxor. vbi dicit etiam † ꝙ mulier infamis quæ eſt meretrix poteſt conueniri pro debito ciuili, ſecundum Ioā.
37 Cōtra. de Platea in l. ij. C. de exac. tribu. lib. x.

ture poteſt cum patre. SEptimò limita † hanc noſtrā conſuetudinē, quādo filia contrahit cum patre, ei remittendo, quia tūc valet cōtractus, & cōſuetudo ꝓhibēs mulierē cōtrahere ſine ſolēnitate aliqua, nō habet locū in patre ꝓpter naturalē affectū patris. ita dicit Bal. in l. pactum. in xxj. q. C. de coll. Ale. in cōſ. cvj. inci. quò ad præſens quæſitū. in fi. in j. vol. per l. Aurelianus. §. Titius teſta. ff. de lib. leg. & vide Alex. in cōſ. xxix. incip. præclarè. in pe. col. iij. vol. do. meus Iaſ. in l. trāſactione. & in l. præſes prouincię. in ij. col. C. de trāſ. & in d. l. pactum. in fi. C. de colla. vbi plenè. ſed quodāmodo vī ꝙ limitatio nō ſit tuta, per ea quæ dicit do. me⁹ Ia. in d. l. pactū. maximè in caſu noſtræ cōſuetudinis, cū cōſuetudo ponat mulierē in poteſtate mariti, quæ qdē poteſtas iſtud ſ operatur, ꝙ eſt petenda à marito licētia. itē etiam cōſuetudo poſſet illudi, quia ſæpe filiæ quittarent patres eorū, & remiſſionē facerent, quod eſſet in
Limitationes nō tutæ. prę iudicium mariti. & videtur ꝙ non ſolùm hic caſus nō ſit tutus, imò etiam omnes aliæ limitationes, cùm exceptio firmet regulā in nō ſpecificatis & exceptuatis. & de hoc dicemus infrà, *auquel cas pour faict de marchandiſe ſeulement.* De hac limitatione vide G. Benedic. in ſua repe. c. Ray. in verbo, duas habēs filias. nu. 251. vſque ad nu. 257. de teſtam. vbi tenet contrarium. Aduerte tamen quia etiam cōtractus factus per filiū cū patre poteſt reſcindi propter reuerentiam paternam, quæ videtur inducere metum, vt dicit Barba. in conſ. ſuo lx. in ij. col. in j. vol. notatur in l. j. §. quę onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur.

OCtauò pro limitatione, vide † an mulier poſſit do- 38 Donare cum iuramento. nare cum iuramento. cogita ex his quę dicit Frā. de Aret. in conſ. liiij. incip. in cauſa magiſtri. vbi dicit, 39
† ꝙ ſtātē tali ſtatuto, ꝙ mulier non poſsit ſe obligare ſine licentia viri, poteſt donare cū iuramento. Paul. de Caſt. amplè, in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. non pono pro conſtāti ꝙ habeat locū in hac noſtra cōſuetudine in donatione ſimplici propter cōſuetudinem eo. ti. §. vij. ſcriptā, quæ dicit ꝙ non poteſt facere contractus, ſed donatio eſt contractus. ſed in donatione iurata eſt magnum dubiū, & videretur ꝙ deberet valere, ex his quæ dicit ibi Are. ¶ Sed aduerte, † ꝙ vbi agitur de præ 40 iudicio tertij, iuramentum nihil reuelat. Alex. in cōſi. lv. incip. conſideratis. in fi. iij. col. in j. vol. Io. Fab. in l. j C. de bonis maternis. ¶ Per hanc limitationem & de- *Caſus de facto.* cisionem obtinui his diebus ꝙ mulier quæ ſe obligauerat cum iuramento ſine licētia mariti, ex quo virtute præcepti & monitionis factæ in eam de ſoluēdo in fra tempus, ꝙ cōtra eam potuit impetrari executoria in forma, de legetimè conſtat, & ꝙ ex quo fuit excōmunicata debitè virtute iuramenti, ꝙ non debuit abſolui niſi mediante ſolutione ſummæ de qua erat obligata. faciūt multa de iuramēto. ſ. quia licet lex vel ſtatutū prohibeat cōtractum fauore etiā alicuius, & etiā loquatur in perſonā. tñ ſi cōtrahat cum iuramēto validatur cōtractus. ita tenent plures, videlicet Sali. Fulgo. Pau. de Caſt. & do. meus Iaſ. in auth. ſacramēta puberū. in x. col. C. ſi aduer. vendi. & ibi quāplures alleg. do. meus qui hanc opi. tenent, qui dicunt illā eſſe cōmunem & verā. adde Ale. in conſ. ſuo cxxv. in j. vol. & in conſ. xxxvij. in vj. col. in j. vol. vbi dicit † ꝙ ſtatutum 41 ſimpliciter loquens de cōtractu, illū prohibēdo ſine certa ſolennitate, non extenditur ad cōtractum iuratum. & idē in cōſ. xxxviij. in iij. vol. Soci. in cōſ. lxxviij. in viij. col. ibi, probatur etiam quia ſtatutum. Fel. in c. ij. de ma. & obedien. aduertendū tñ quia Bal. in l. cùm non ſolùm. §. neceſſitate. in iij. col. C. de bo. quæ liber. dicit, † ꝙ præceptum guarentigiæ factum in filiū familiās ſine conſenſu patris non obligat. De hac limi- 42 tatione vide per Ioannem Lupū in repetitio. rubr. de donatio.

BIU Cujas

donatio. inter virum & vxorem. §. lxviij. in fine. ¶ An possit donare, vide Nico. Boër. in consuetu. Bituricen. tit. de cõsuet. iur. status persona. §. iiij. in gl. istud videt esse superfluum. ¶ Et aduerte, quia videtur ꝙ etiam in curia episcopi ista statuta debeãt seruari. & ideò malè fuit iudicatũ per officialem Heduen. aliter agendo, ꝙ talia statuta debeãt seruari in curia episcopi. vide eun dẽ Boërium in dictis cõsuet. tit. de iurisd. om. iudi. §. xj. in gl. j. ¶ † Et ideo per hoc põt decidi quæstio de promissionib. quas faciũt matres in maritãdo earũ filias, quia promittũt aliquid spõso vltra dotẽ, an valeat hęc promissio? vide eundẽ Boër. in sępe dictis cõsuetudin. tit. de cõsuetu. matrim. §. j. in gl. mag. col. xv. vbi dicit ꝙ nõ. Aduerte tamẽ ad practicã, ꝙ si mulier se obligauerit sine cõsensu & authoritate mariti, ꝙ maritus ꝓ sequatur cassationem instrumẽti & contractus via ordinaria. & hoc casu poterit facere cassari contractũ. sed si mulier sit obligata sub præcepto guarẽtigiæ in quacunque curia, non audietur opponens contractũ esse nullum, aut cassari debere ad impediendũ effectũ guarentigiæ. & ita seruatur in practica, contra tamen dictum Bal. in loco hîc antè alleg.

43

44 An donare causa mortis.

NOnò pro limitatione videndum est, † an possit donare causa mortis. vide quæ dicit do. meus Ia. in §. omnium. in vj. col. instit. de act. & Socin. in consi. suo cxij. repetito in cons. clxxij. in vj. col. Vide eundẽ Boërium in loco hîc antè alleg.

45 Marito diu absente contrahere potest.

DEcimò limita, † nisi marit⁹ diu peregrè abfuit, & nescitur vbi sit, quia vir sic se absentãdo facit se à prẽsentia alienum. l. si alieno. §. j. ff. de fideicom. li. & ita tenet Bal. in cons. 488. in sua j. parte. qd̃ nota. quia potest euenire casus. bonũ est ꝙ loco mariti absentis habeatur authoritas iudicis. Bal. in l. trãsactionem. C. de transac. & dicit Io. Fab. in §. fuerat. in j. col. instit. de actio. ꝙ si maritus sit absens, vel furiosus, aut aliàs nõ capax ad faciendũ homagiũ de bonis feudalibus suæ vxoris, ꝙ tamen vxor propter hoc nõ priuatur fructibus suorum bonorũ feudalium. dixi s̃. in tit. *des fiedz.* §. ij. licet fuerit mihi dictum, ꝙ istud posset esse verũ in actibus necessariis, puta si mulier cõuenitur, secùs autem in actibus voluntariis. sed ad hoc dixi p consilium Bal. loquitur in actibus voluntariis. s. in cõtractibus q̃ sunt ab initio voluntatis. l. sicut ab initio. C. de act. & obli, credo veraciter ꝙ si immineat vtilitas mulieris, vel necessitas, ꝙ possit, aliàs nõ, & ita videtur intellexisse Bal. in d. consi. & ita fuit iudicatum Belnę in magna & ardua causa, vbi ex quo nõ erat ad commodum & vtilitatem mulieris, nec esset necessitas, fuit dictum ꝙ cõtractus erat nullus, & inualidus, & sic fuit rescissus. ¶ De huiusmodi authorizatione mulieris facienda per iudicem in absentia viri vel ipso præsente & nolẽte authorizari, vide per Io. Lupum in repetit. rub. de dona. inter virum & vxo. in §. lxviij. suprà alle. Vide Cæpol. cautela ccxxxvij. Et quid quando contractus est celebratus authoritate iudicis, vide eundẽ Cæpo. cautela cccxxxiij.

46

PRo vndecima limitatione dic, † quòd si contrahit nõ obseruata solennitate istius statuti, quòd tamẽ tenetur in foro cõsciẽtiæ. ita tenet do. me⁹ Ias. in §. sed istæ. in xxxiiij. col. instit. de actio. & in auth. præterea. in ix. co. C. vnde vir & vxor. & solent multi aduocati dicere de his quæ tangunt conscientiam. me remitto ad Ias. in d. §. sed istæ. de actio. eo quòd ibi tractat materiam conscientiæ.

47 Repudiare dona ꝙ sibi.

DVodecimò limita † in donatione quæ fit mulieri absenti, quia potest eam repudiare sine licentia mariti. ita tenet Felin. in c. quę in eccles. arum. in xvij. col. de consti. dixi suprà in iiij. extensione. & ita etiam dicit & tenet do. meus Ias. in l. non solùm. §. morte. in xij. col. ff. de no. ope. nũtia. non credo hoc esse verum. Tamen etiam idem tenet Pau. de Cast. in cons. xj. inc. in causa præsenti. allega. per do. meum Ia. in l. beneficium. in vj. col. ff. de consti. princ. Et ratio est, quia ius adeundi non est in bonis nostris. l. precia rerum. ff. ad leg. Falc. ita dicit & tenet Ioan. Lupus in repet. d. rub. de dona. inter vir. & vxor. in §. xlvij. vbi ponit amplè, quòd non est par eadémque ratio lucra non capere, & quæsita perdere.

48 Maritus furiosus extitit.

DEcimotertiò limita, † nisi maritus esset furiosus, cùm cõsensus & authoritas illius interuenire nõ posset. l. qui seruum. ff. de acquir. hære. secundum Bal. in l. cùm hæres. ff. de acq. hære. & istam limitationem in simili ponit Ludo. Roma. in l. si quis mihi bona. §. si quis in bona. ff. de acquir. hæ. credo enim quòd bonum esset ꝙ haberetur authoritas iudicis, vt dicitur in limitatione sequen.

49 Maritus existens in habilis.

DEcimoquartò limita, † nisi maritus esset inhabilis, quia tunc absque eius authoritate contractus procedit, secundum Bal. in l. j. C. qui admitt. hoc casu credo bonum esse ꝙ interueniat decretum & authoritas iudicis. Bal. in l. viduæ. & in l. si furiosi. & ibi per Bal. C. de nup.

50 Maritus bannitus.

DEcimoquintò limita, † nisi maritus esset bannitus, quia tunc mulier sine eius consensu contrahere potest. ita Bal. in cons. ccccxliiij. alleg. per Bart. in apost. in l. ij. in iij. col. ff. sol. matr. & in §. voluntatem. in ij. col. eadem l. & dicit Alex. in d. l. ij. ꝙ illa apostilla non fuit Bart. & ideo etiam non est Alex. cogita, quia in quibusdam libris non est.

51 Simulat se velle authoritati.

DEcimosextò † limita etiam si mulier huic authoritati renuntiauerit: quia tũc hoc casu obligatur quod an sit verum, vide suprà in vltima ampliatione in hac glos.

52

DEcimoseptimò limita † non habere locum in casu in quo procurator constitutus per vxorem de consensu mariti contrahit, quia licet non interueniat consensus mariti in contractu, si tamen interuenit in constitutione procuratoris ad contrahẽdum, sufficit. ita per plura consuluit Alexan. in consil. suo clxxxix. in vij. volumine.

Quæstio.

SEd quęro, pone ꝙ mulier habuit maritum putatiuum, nunc verò habet legitimum, an possit vẽdere ad dandum marito putatiuo pro oneribus supportatis per eum sine licẽtia legitimi mariti? vide in specie Bal. consil. cxxx. incip. verus maritus nomine Henricus, in iiij. parte. vbi dicit ꝙ non. & an cõsuetudo quæ dicit ꝙ lucra communicantur inter virum & vxorem habet locum in matrimonio putatiuo. ita Panor. & Card. Alex. in c. significauit. de dona. inter vir. & vxo. dicam in consuetudine sequen.

DEcimooctauò limita, non habere locũ hanc consuetudinẽ, si postmodũ mulier efficiat in sua potestate, quoniam adueniẽte illo tẽpore cõtractus validabitur, & recõualesceret, ꝓ ea quæ dicit Bar. in l. cùm vir. ff. de vsucap. & Panor. in c. cùm ex officij. de præscriptio. vbi dicunt ꝙ superuenientia conualidat alienationem, quæ de iure nulla erat ꝓpter iuris defectũ in alienante tẽpore alienationis, quod tamen non est sine dubio, eo ꝙ vt dictum est antè in glo. præcedẽti, talis cõtractus est nullus, & quod ab initio nõ valet, tractu temporis non recõualescit, regula iuris vulgata, non firmatur. de reg. iur. in vj. Et vide quæ in simili dicit G. Benedicti in sua repet. c. Rayn. in verbo, matrẽ insuper cleram. num. xij. & xiij. de testa. vbi ponit

de testa.

de testamẽto & donatione factis per filiũ in potestate, an si postea efficiatur sui iuris valideñ. quæ oĩa nota.

IN TEXTV IBI,

N'estre en iugement.

1 Mulier nõ potest stare in iudicio sine viri licentia.

NAm dictũ est suprà, † ꝙ sicut mulier prohibetur cõtrahere, ita & quasi cõtrahere, ideo nõ mirũ si prohibetur stare in iudicio, cùm in iudiciis quasi cõtrahat. l. iij. §. idem scribit. & l. depositi. §. j. ff. de pec. & dicit Spe. in tit. de actore. vers. quid si iurator. † ꝙ iudicia sunt quasi contractus. facit l. omnẽ. ff. de iudic. vbi dicit, ꝙ iudicia sunt redacta ad instar contractuũ. Cui aũt magis assimilẽtur iudicia, an cõtractui, an vltimæ volũtati, dicit Bal. in l. j. vlt. col. C. de fal. cau. adie. leg. ꝙ magis assimilentur cõtractui. & idẽ in l. j. in j. no. C. de sen. quę sine cer. quãtita, idẽ Bal. in l. ab executione. in vlt. col. C. quorũ appel. nõ reci. vbi arguit de cõtractibus ad iudicia. & pone hîc etiam limitationes præcedentes. ¶ Sed an vxor possit vocare maritum in ius sine venia, vide do. Ias. in §. pœnales. col. xiiij. instit. de

3 actio. Item † an executio possit fieri in bonis dotalib⁹ vxoris inuito marito ꝑ debito vxoris, vide Alex. in l. quãuis. ff. sol. matri. qui tenet ꝙ nõ. Guid. pap. decisio. Delphi. cccxlvij. incip. Pone, vxor. distinguit. vide Bart. & Alex. in l. quinque legibus. ff. de bonis dam.

IN TEXTV IBI,

N'aussi par testament.

1 An mulier valeat ista cõsuetudo sine licẽtia viri

NVnquid autẽ † valeat ista cõsuetudo, p quã mulier ꝑhibetur testari sine licẽtia & cõsensu mariti? Pau. de Cast. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupi. dicit ꝙ nõ: & dicit † ꝙ tale statutũ est iniquũ, & dicit

2 ꝙ illo anno cõsuluit. & sequit̃ Ale. in cõs. cl v. inci. visis & accuratè. in vlt. col. in ij. vol. & do. meus Ias. in l. non idcirco. in x. col. C. de codi. Alexã. in d. l. ex facto. dicit ꝙ tex. alle. per Pau. de Cast. nõ probat opi. suã inducẽdo eo mõ quo ipse induxit, qa nõ dicit ꝙ priceps hoc nõ possit facere, sed̃m ꝙ priceps cõcedẽdo alicui posset facere, etiã vĩ in dubio cõcedere durãte morbo. tu

3 dic ꝙ optimè ꝑbat, cũ dicit † ꝙ iniquũ reddit̃ rescriptũ principis, etiã qñ ex postfacto aufert hõi sanę mẽtis testãdi facultatẽ. cõcluſiuè Ale. & Aret. in d. l. ex facto. tenent cũ Paul. & do. meus Ias. in d. l. non idcirco. & Alex. ita cõsuluit vt suprà dictũ est. ¶ Quicquid sit, teneas consuetudinẽ nostrã esse obseruandã. Primò p

4 Regula. regulã multũ not. Alb. de Ros. in l. cunctos. in vlt. col. C. de sum. tri. & fide catho. scilicet, † ꝙ si aliquid de iure nõ valet, tñ principes faciũt de facto seruari, perinde est quo ad subditos ac si de iure valeret. hinc p hoc determinat, ꝙ si statutũ disponit ꝙ debitores vel fideiussores conuenti ad vsuras nõ possint opponere exceptionẽ ꝙ vsuræ nõ debeãtur, & si fideiussor virtute

Nota casum pulchrum. istius statuti coactus sit soluere vsuras, si eas repetat à debitore principali, non poterit debitor opponere ꝙ malè fecit soluere vsuras, quas de iure soluere nõ tenebatur, quia postquã de facto seruatur statutũ, est perinde ac si fideiussor fuisset de iure exactus. alleg. quod hĩ in c. peruenit. de fideiuss. facit gl. multùm not. in l. j. inver. noui iuris. in fi. ff. qd̃ quisque iuris. quẽ nemo alle. quæ dicit, ꝙ si aliquid obseruet̃ cõtra legẽ, nõ ptinet ad illud edictũ. & facit gl. etiam notabilis in l. qui habebat. §. j. ff. de ma. test. quæ colligit ex textu vnum

Dictum mirabile. quod est mirabile, ꝙ qñ aliquid non tenet de iure, tamẽ potest exponi etiã perinde ac si valeret. & est ista regula multùm not. & dicit do. meus Ias. in l. vbi pactum. in pen. & vlt. col. C. de transa. ꝙ est signãda, quia seruiet ad infinita. idem do. meus Ias. in l. dedi. *la prémiere.* §. si liber. in j. col. ff. de condi. ob cau.

ET maximè etiam est seruãda nr̃a hæc consuetudo, cùm sit æqua & iusta. Primò sic, qñ dr̃ ꝙ statutũ ꝑ qd̃ tollitur libera testãdi facultas homini sanæ mentis non valet, & est iniquũ: hoc non obstat, cũ in casu nr̃o statutũ non tollit facultatẽ testãdi hõi sanę mentis, ex quo disponit in mulieribus, quę ꝓpter lubricũ & fragilitatem faciliter decipiũtur. Hinc dicit opportunè Bal. in l. ij. C. de adoptio. & doc. in l. transactionẽ. C. de trãs. ꝙ hæc cõsuetudo est introducta ꝓpter fragilitatẽ mulierũ & imbecillitatem, vt dixi antè. & si dicatur ꝙ Bal. & alij de quibus suprà, loquuntur quãdo statutũ est factum super cõtractibus mulierũ: dic quòd idem est in vltima voluntate, cùm illa ratio ita dictet, & habeat locũ in testando, & disponendo in vltima volũtate sicut in cõtrahendo, vt apparet, & ideo in hoc est bonum argumẽtum de cõtractibus ad vltimas volũtates, ꝓut est doctrina Ias. in l. si diuortio. in vj. not. ff. de verb. obl. vbi dicit, quòd illud argumẽtum est bonum quando militat eadem ratio in vno sicut in alio.

Mulieres fragiles facilimè decipiuntur.

FAcit & pro nostra cõsuetudine, qa non tollit simpliciter facultatẽ testandi: si enim caueretur simpliciter quòd mulier nõ posset simpliciter testari, esset bene iniqua cõsuetudo, ꝑ text. in d. l. ex facto. Sed solũ dicit, ꝙ requiratur quædã solennitas maior, q̃ requiratur de iure cõi, & istud est propter lubricũ sexus & fragilitatẽ mulierũ. & † talia statuta requirẽtia maiorẽ solẽnitatẽ nõ sunt iniqua: ideo si statutũ disponeret

5 *Statuta maiorẽ solennitatem requirẽtia non sunt iniqua.* ꝙ requireret̃ in testamẽto quòd interuenirẽt decẽ testes, nõ esset iniquũ. Bar. in l. cunctos populos. in iij. q. principali. C. de sum. trin. & fide cath. ¶ Et si dicas, ista vidẽtur esse diuersa, quòd testamentũ requirat decem testes, & quòd requirat cõsensum alicuius, qa est maior solẽnitas, cùm videat̃ captatoria volũtas. dic quòd vbi maius est periculũ, ibi maior debet esse solẽnitas: & ideo propter maius periculũ euitãdum, non debet reputari iniquum. & ꝓpter hoc tollitur fundamentũ Alex. quod non potest ꝑ pactum, nõ potest per statutum. ¶ Sed an valeat statutũ, ꝙ captatoria volũtas habeat vim, vide Frã. de Are. in l. moribus. ff. de vulga. & pup. subst. Et ideo ex supradictis cùm ista nostra consuetudo habeat motiuũ rationis, & sic dr̃ æqua & rationabilis, secundũ Bal. in l. fi. C. de libe. præte. debet obseruari, & est valida, ęqua, & iusta. ¶ Sed pone quòd maritus noluerit dare licẽtiam, aut præstare authoritatem, licet requisitus fuerit, quid fiendum? cogita ex his quæ dixi in tit. *des iustices.* §. fi. in gl. *congé & licence.* ibi, sed iuxta prædicta quæritur.

6 An vxor possit instituere maritũ de eius licentia.

SEd quæro, † nũquid vxor possit instituere maritũ ipso authorizante & consentiente? vr̃ quòd non, per ea quæ dicit Felin. in c. causam matrimonij. in iij. col. de offi. deleg. vbi dicit, quò si statutum prohibet mulierẽ testari sine præsentia viri, nõ potest instituere virũ præsentẽ, vel alium recipientẽ ꝓ viro in præsentia viri, quia non satisfacit mẽti statuti, quæ est, vt maritus assistat, ne decipiatur. Roma. in l. j. §. fuit quęsitum. ff. ad Treb. Et si dicatur, ꝙ potest, qa alias esset cõtra reg. l. quod fauore. C. de legi. Ista em̃ cõsuetudo est introducta propter authoritatem & potestatem quã maritus habet in vxorem, & hoc ne maritus obligetur pro vxore sine sua licẽtia & authoritate, ergo si non posset testari instituto maritum cũ eius authoritate, sequeretur ꝙ illud quod est in fauorẽ mariti introductum, redundaret in eius odium. Ad hoc dic ꝙ

Ratio consuetudinis nostræ. sola ratio propter quam est introducta ista nostra cõsuetudo, est ꝓpter fragilitatẽ, & imbecillitatẽ mulierũ, vt suprà dictũ est, quæ ita de facili possunt induci

à maritis, & faciliùs quàm ab aliis, ad instituendū eos: ratione etiã reuerentiæ & timoris quę cadunt in mulieribus erga viros. plenè p Felinum, Barba. & alios in d.c. causam matrimonij. de offi. dele. c. edoceri. col. vij. de reseri. Et facit, qa vbi qs debet interponere authoritatẽ alicui contrahenti, hoc põt præterquã si ex illo cõtractu resultaret aliquid vtile ipsi authorizãti. l. j. ff. de autho. tuto. per totũ. & voluit do. Card. Flo. in cõs. cxxxj. inci. reperiretur quoddã instrumentũ. ita tenet Lud. Bolo. in cons. suo xliiij. inci. vt in præsenti cõsultatione. in prin. item vide per Bal. vnam quæstionem facientem ad propositum, in consi. xxiij. in v. parte.

ADuerte tn q qñ cõtractus fit cũ marito & vxore, ille mariti cõsensus hĩ ꝓ licentia. vt not. in l. cum pater. §. liberto. ff. de leg. ij. & in l. fi. C. de bonis quæ libe. ita tenet Io. Lupꝰ in repet. rub. de do. inter vir. & vxo. §. xliij. in iiij. col. Ita etiã tenet Claudius de aquis in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Bal. Ang. & Sal. in l. j. C. vnde vir & vxor. Pet. de Anc. in cõsi. cccl xxxix. vide j. hoc eo. tit. §. v. in gl. j. ver. & ideo. ¶ Et de patre authorizante filiũ q eidẽ facit donationẽ, videatis an possit, G. Bened. in sua repet. c. Raynutiꝰ. in verbo, matrẽ insuper Clerã. nu. 46. de testam. Guido. papæ. q. ccxxiij. Alex. cõs. cvj. in j. vol. vbi ponit de donatione facta patri per filiũ. Faciũt quæ dicit Socin. in cõs. suo xxiij. in ij. col. in iiij. vol. vbi tenet q pater non potest cõsentire filio sibi donãti vel seruo. idem Soci. amplè in cõsi. suo clxxij. in ij. & iij. col. vbi amplè facit distinctionẽ in cõsensu præstito generaliter, quod potest fieri: aut specialiter in fauorem patri, quod non potest.

IN TEXTV IBI,

De ses biens.

1 INtellige de bonis non quęsitis, † qa mulier põt donationem facere de bonis mobilibus, & acquestibꝰ factis cõstante matrimonio primi mariti cui voluerit. l. portionẽ. C. de donat. & in dotẽ dare, l. ante diuisionẽ. C. de iu. dot. & etiã legare. l. si quis bonorum. ff. de leg. j. tamẽ non pone pro cõstanti in hac patria cõsuetudinaria. & credo q ista indefinita equiualet vniuersali, & sic quòd intelligitur de omnibus bonis suis.

IN TEXTV IBI,

Sans la licence.

1 Licentia requisita, intelligetur de expressa.

INtellige de expressa, nõ aũt de tacita, † cùm in omni actu vbi requiritur licentia, intelligitur de expressa. ita Corse. in sing. 159. inci. quid de licentia. Hinc dicit Io. An. & est dictũ solenne in c. si abbatẽ. de ele. lib. vj. & in reg. cũ stat per eã. de reg. iur. in vj. & Bal. in l. obseruare. §. fi. in fi. de offi. proc. & leg. q vbi requiritꝰ licẽtia, nõ sufficit tacitus cõsensus. ¶ Multa in contrariũ facere videntꝰ quæ in tali statuto existẽte in Hispania, allegat & adducit Io. Lupꝰ doctor Hispanus, in sua repet. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. lxviij. vbi etiã ponit an hoc casu talis licẽtia debeat præcedere, an sufficiat q sequatꝰ. † & ista licẽtia debet præcedere actũ, c. licet. de regularibꝰ. l. j. C. de sacrosecc. potest tn præcedere ex interuallo, vel incontinẽti. Bal. in l. j. C. qui admit. & in rub. de acq. hære. dixi amplius in hoc eod. tit. §. vij. in glo. *si ce n'est du consentement.* ver. aliquando requiritꝰ. ¶ Nũquid autẽ † licẽtia semel concessa possit reuocari? dic q qñ datꝰ illi inter quẽ & concedentem non cadit obligatio, põt reuocari, puta qñ p abbatẽ datꝰ religioso. gl. est not. in cle. j. de test. Quãdo verò est concessa alicui, cui cõcedens potest obligari, non põt reuocari. ita consuluit Ang. in cõs. cclxxxiiij. & est casus notabilis de hoc in l. j. §. prodest. ff. quorũ leg. ¶ Per prædicta in casu emergenti dixi, q nobilis & religiosa dña, dña Claudia de Rabutin, abbatissa sancti Ioãnis magni, in burgo Heduen. potuit reuocare licentiam concessam cuidam suæ religiosæ dicti sancti Ioannis per dominam Pernetam de Vienne, quondam abbatissam, de relinquẽdo sua bona post eius mortẽ cuidã suæ nepoti religiosę in dicto monasterio, quia dicta licentia sic cõcessa non generauit, nec ꝓduxit obligationem inter concedentem & illam cui fuit concessa.

2 An licentia semel cõcessa possit reuocari.

3 Viro mandante dare licentiam quid faciat mulier.

POndera ex hoc textu ibi, *licence*, q maritus est superior, cùm superioris sit dare licentiã, vt est text. in l. officium. ij. responso. ff. de re militari. l. ij. C. de cõmeatu. l. si quis decurio. C. de delato. lib. x. Oldr. cons. cxxviij. in fi. pen. col.

IN TEXTV IBI,

Et authorité.

1 Authoritas quãdo interuenire debeat.

DIc q hæc † authoritas debet esse in ipso actu, vel statim, & immediatè pòst. ita notãt doc. in c. cum cõsuetudinis. de cõsue. & in c. j. de reb. eccl. nõ alie. lib. vj. Bal. in l. nec quicquã. §. vbi decretũ. ff. de offi. proc. & leg. † Nũquid hæc authoritas possit interponi per ꝓcuratorẽ? dic q non, ita Bal. in l. j. C. qui admit. & est casus not. in l. minorũ. C. de prædiis mino. scdm vnã lecturã, quã ibi no. Bal. vbi dicit, † q tutor non põt petere interponi decretũ à iudice per ꝓcuratorẽ. nec est alia rõ, nisi qa petẽdo interponi decretũ, etiã ipse authorizat vẽdentẽ. † Et aduerte q authoritas quę debet interponi, debet exprimi formaliter p verbũ authorizo, & non sufficit eã exprimere p æquipollẽs, vt tenet Inn. in c. cũ consuetudinis. de consue. Ang. in l. si quis mihi bona. §. iussum. de acq. hære. sed Imo. licet videat istud tenere ĩ primo, post tn eũ Pau. de Cast. tenuit cõtrariũ, per l. iij. ff. de autho. tuto. cũ glo. & doctrina illorũ vr verissima: † quia etiã verbũ condẽno, vel absoluo, qd est de solẽnitate sniæ. l. præses. & l. cũ iudex. C. de sen. & interlo. om. iud. potest ꝓferri p æquipollẽs. l. in summa. ff. de re iudi. l. quid tn. §. si arbiter. ff. de arbi. l. si prætor. in princ. ff. de iudiciis. Bart. in l. legitimos. in prin. ff. de legi. tut. ¶ Et adde † q authoritas super actu futuro, & maximè in cõfuso, non põt interponi, scdm Inn. in c. ij. de fide instr. bene facit qd notat Bal. in l. nõ aliter. ff. de adoptioni. Adde tn istud qd dicũt Bal. & moderni in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqu. hęre. † q si ex forma statuti vniuersitas non possit creare syndicũ sine authoritate balliui, ista authoritas potest sequi ex interuallo, secũdũ Cy. & Bal. licet Ang. teneat cõtrarium, sed pro decisione Bal. est tex. quẽ ibi no. Bal. in c. j. §. si quis miles. de feudo sine culpa nõ amit. quẽ tex. alle. Frã. de Are. in d. §. iussum. in v. col. & dixi infrà hoc eo. tit. §. vij. in gl. *si ce n'est du cõsentement*, versi. nunquid autẽ iste cõsensus, cum seq.

4 Quomodo exprimenda authoritas.

5

6

7

8

SEd pone q mulier velit † cõtrahere, vel in iudicio stare, vel facere vltimã volũtatẽ, & rogauit maritũ vt præstet licẽtiã & authoritatẽ, & maritus recusat sine iusta cã, qd debet facere vxor maritata? dicit Bar. in l. si cũ dotẽ. §. eo. aũt. & ibi Ale. & alij, ff. sol. mat. q statẽ statuto q mulier non posset cõtrahere sine cõsensu ꝓpinquiorũ, si cõsanguinei rogati ab ipsa muliere noluerint consentire, sed recusent absq; iusta cã, poterit ipsa sola cõtrahere. idẽ tenet & sequitꝰ Ias. in l. j. in vij. col. C. q admit. Fel. in c. cũ accessissent. in ix. col. de cõstit. Rom. cõs. suo xxxvj. inci. visa disceptatiõe. in j. col. & faciũt quæ dicit Panor. in c. tuæ fraternitatis. de cle. non resi. dicit tn do. meus Ias. in l. bonorũ. in iij. co. C. qui admit. q illis recusantibus poterit iudex supplere defectum. Panor. in consil. suo lxx. incip. Christi Iesu

eiúsque

ciúsq; piissimæ matris. in vlt. col. in ij. vol. & vide Corsetum in singular. lxix. in litera C, in verbo, consensus: Et ex prædictis cogita quid dicendum in casu nostræ consuetudinis. An si maritus det licentiam vxori suæ vendendi & emendi, possit permutare, aut aliam speciē contractus facere. vide de hoc per tex. & doct. in l. sicut. §. sed & si permiserit. ff. quib. mod. pig. solui.

9 vbi habetur, † quòd concesso vno modo alienationis, videtur concessus similis vel melior.

IN TEXTV IBI,

Si elle n'est marchande.

ET aduerte q̄ omnia quæ dicunt̄ de institore, vēdicāt sibi locū in muliere nupta, publicè mercāte, vt dicit Io. Fab. in §. j. insti. q̄d cū eo q̄ in alie. pot. Et ideo

1 Mulier obligat maritum pro mercantia de qua publicè negotiatur. aduerte † q̄ obligat maritū ꝓ illa mercātia ꝓ qua publicè negotiatur: secus si publicè mercet ꝓ vna mercātia, & in alio cōtractu vltra mercantiā se obligat, q̄a hoc casu maritus non tenetur. Facit l. in eum. §. taberne. & §. seruus. ff. de institoria ac. † q̄a institor nō obligat dominū, nisi ad id quod est prępositus. facit etiam

2 tex. in l. cuicunque. §. non tamen. ff. de insti. quæ not.

3 Mercator quis dicatur quæ requirantur. QVæro, † quis dicatur mercator? Dic q̄ ad hoc vt quis dicat̄ mercator plura requirūtur. Primò q̄ sit descriptus in matricula mercatorū. Secūdò q̄ exerceat artē, q̄a nō sufficit q̄ sit descriptus in matricula, nisi artē exerceat. Facit tex. in l. qui sub prętextu. C. de sacrosc. ecc. & in l. scriniarios. & ibi Bar. & Bal. & alij. C. de test. milit. & Bar. in l. j. C. de collegi. li. xj. & in l. pe. circa fi. ff. de test. mili. & Bal. in proœmio digestorū, in ij. col. Tertiò, dic q̄ nō sufficit q̄ artē exerceat, sed etiā requiritur q̄ maiorē partē habeat fortunarū suarū in illa negotiatione. Ita Bar. in l. semp. §. negotiatio. ff. de iure immu. & in rub. C. de nauicula. lib. xj. & Ale. cōs. cviij. in iiij. vol. & Pan. in cōsi. lxxviij. in ij. col. in j. vol. Felin. in proœmio decretalium, in xv. col. & Franc. de Aret. in consi. xxix. Geminia. in c. j. de vita & honestate cleric. in vj. Quartò, dic q̄ nō sufficit q̄ negotiationem exerceat per factores, & ministros seu institores suos, sed requirit̄ q̄ p se, Tex. & ibi Bar. in l. fi. ff. de excusatio. tut. Et ita tenet Franc. de Aret. in l. scriniarios. suprà alle. Sed an sit verū, vide Ale. in l. diē functo. ff. de offi. assesso. Quintò, dic q̄ requirit̄ q̄ plures negotiationes exerceat, non quidē vnā, † cùm ex vno actu

4 quis non iudicetur mercator, tex. est in l. j. §. j. ff. de tributo. & ideo notāter dicit cōsuetudo nostra, *marchāde publique*. Hinc dicit Bar. in l. mariti. §. quæstum. per il-

5 lum tex. ff. de adulteriis. † q̄ noīa verbalia significatiua alicuius officij, q̄d q̄s sibi assumit ꝓpria authoritate, vt mercator, hospitator, & similes, non verificātur

6 ex vno actu, sed requirūt assiduitatē. d. l. j. † Sed in his quæ sunt significatiua delicti, vt raptor, & spoliator, & similib⁹, ex vno actu verificātur. Tex. est not. in d. §. quæstū. & q̄a fallit in trib⁹ casibus, vide Bar. in proœmio fforum, in iij. col. & Pano. in c. j. in pe. col. de iudi-

7 ciis. vbi dicit, † q̄ locator rōcinorum, hoc est equorū, dicitur mercator. Et vide do. meum Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, in vj. col. ff. de no. ope. nuntia. & vide Bal. consi. suo cccxcv. in j. parte.

NVnquid hodie adhuc vt marit⁹ obligetur, & teneatur pro cōtractu vxoris mercatricis reqrant̄ omnia supradicta, cogita: quia posset singulis diebus cuenire, & fortè pōderari prædicta dictio, mercator.

8 An mulier pro cōtractibus mercantiæ in iudicio SEd dubitatur, † vtrū mulier de cōtractibus in causa mercātiæ gestis, & de obligationib⁹ inde sequutis, quas potest facere absque licētia mariti, possit ipsa mulier cōueniri, & in iudicio trahi absque authoritate mariti? vī q̄ nō: q̄a per hoc statutū, in fine, non pōt esse in iudicio absq; licētia mariti regulariter, & excep-

sisti possit sine licētia viri. tio quæ sequit̄ de mercātia loquit̄ tantū de cōtractibus & obligationibus quas pōt exercere absq; licētia mariti, & nihil dicit de iudicio in casu mercantiæ, sed

Quòd sic. expresse dicit q̄ maritus tenet̄: vt per hoc videat̄ velle disponere q̄ maritus debet in iudicio trahi, & nō mulier. ¶ Ego credo cōtrariū, motus primò, q̄a exceptio firmat regulā in suis casibus, & in cæteris deseruit, sed regula loquit̄ de iudicio, ergo extra suū casum eat, de iudicio loquit̄ exceptio. Secūdò, q̄a regula vult in oībus negotiis authoritatē mariti interuenire, nisi in casu excepto, in quo nō vult interuenire: sed in casu excepto non vult interuenire si cōtrahat & obliget̄, ergo etiā si sit in iudicio ꝓ illa causa. Tertiò, quia vult q̄ in casu excepto possit absq; licētia mariti cōtrahere & obligari, ergo q̄ cōtra eā possit agi: † quia obligatio est

9 Obligatio mater actionis. mater actionis. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. sed si possit agi, ergo poterit in iudicio trahi: † q̄a actio est

10 ius ꝓsequēdi in iudicio. §. j. insti. de ac. si ergo exceptio est q̄ possit cōtra eā agi, ergo erit etiā eius sensus q̄ agat̄ absq; authoritate viri: q̄a aliàs exceptio esset ipsa regula, quę vult q̄ agat̄ cū authoritate viri, nisi in casu excepto: vnde vt ipsa exceptio in totū discrepet à regula, debet intelligi q̄ obligat̄ mulier, & sic cōtra eā agere sine viri authoritate. ¶ Et si dicat̄ quòd in iudicio p statutū agitur cōtra virū, ibi, *& de facto contracts*, quia vt suprà tactū, ergo habet̄ virtus institutionis & potestas maritalis, sed tñ nō desinit teneri etiā mulier quæ obligatur, vt patet in statuto: si obligat̄, ergo poterit cōtra illā agi: aliàs illa obligatio esset in sua ꝑsona inutilis, q̄d nō est dicendū: obligatio em̄ parit actionē cuius est mater, & actio ad iudiciū ꝓuocationem. d. §. j. instit. de ac. vnde pro nūc concludo q̄ mulier poterit ꝓ sua mercātia conueniri, & absq; authoritate viri, & vir etiā poterit cōueniri cōdictione ex hac cōsuetudine siue statuto, aut vtili institoria, de in rem verso, q̄d iussu, aut aliàs secundum quod infrà dicetur.

IN TEXTV IBI,

Publique.

NOn esset † fortè hîc malè dictū, q̄ publicū hîc accipiatur, vt tantū sonet quantū palā, vt scilicet dicatur mercatrix publica quę palā vēdit, & negotiatur.

1 Publicum quomodo hic accipiatur. Et si ita accipiatur, erit scd̄m no. per Bar. in l. hæredes palàm. in princ. ff. de test. verū dicetur q̄ dicet̄ mercatrix publica. i. notoria, seu mercatrix manifesta, scd̄m not. in l. palàm. ff. de ritu nup. in l. non intelligit̄. §. j. ff. de iure fisci. & si sint eadē palàm & publicè, & accipiat̄ palàm in suo ꝓprio significato, erit verū dicere q̄ illa dicatur mercatrix publica, quæ corā pluribus mercātiā exercuit. ¶ † Nā palàm est q̄d fit corā plurib⁹. l. palàm. ff. de verb. sign. imò oporteret illud dicere esse palā factū, quod fieret corā duobus, q̄a pluralis locutio

2 Palam fatū quid dicatur. duorū numero cōtenta est: sed hoc intelligitur in cōtractibus. vnde cōtractus factus corā duob⁹ testibus, dī fieri palàm, sed secus esset in hoc statuto, & similibus, quæ requirūt maiorē apparentiā & euidētiā: † nā

3 coram duobus factum non dī publicū, nec palàm. Sic videtur sentire tex. in d. l. palam. pro quo facit l. sed & si. §. de quo. ff. de institoria actio. vbi palàm factū esse oportet in publicum, & loco ex quo ab omnibus inspici posset, stare & fieri. Reperio tamen q̄ Barto. in l. sciant. C. de his qui ex publ. ratio. lib. x. dicit, publicè fieri dicitur per oppositum ad hoc quod fit occultè. † vnde occultè fieri dicitur quod fit clā, & nō cum ea solennitate quæ illi actui est necessaria, vel quæ non

4 Quid occultè.

pôt venire in notitiã eius cuius interest.l. clã possidere in prin.ff.de acq.pos.† A cõtrario illud dĩ fieri publicè,quod fit cũ ea solennitate quæ expedit actui qui geritur. vnde dicit ipse ꝙ si de consuetudine aliquid consueuit fieri publicè,vt matrimonia, & aliquis faciat corã duobus testibus, ꝙ dicitur hoc fecisse clàm,

5 *Publicè quid.*

6 †quia publice fieri non verificatur coram duobus factum,sed expedit ꝙ ab omnibus sciatur. Allegat pro hoc l.fi.ff.de ritu nup.Facit tamẽ.l.fi.§.j.C.arbit.tutel. Ego etiam reperio pro hoc glo.magis expressam in c.

7 *Publicè excõmunicatus quis.*

exceptionem.de exceptio.in antiquis.† vbi dicitur de publicè excommunicato, ꝙ est ille qui talis reputatur in ciuitate,& sua vicinia.Facit cap.fœlicis. de pœnis,in vj.& cap.ad probandum. de re iudica.

ADDITIO. Aduerte quia etiã dicitur publicè excommunicatus qui in iudicio est excõmunicatus, vt tenet Matth.de affl.in constit.regni Sicil.quæ incipit, humanitate.in vij.& in viij.not.& ibi qd dicatur publicum & notoriũ in delictis.¶Et de differentia inter palàm & publicè,vide amplè per Io.Lupũ in repet. c. per vestras.§.xxj.nu.16.de do. inter virum & vxo.

ADDITIO.Et de differẽtia inter publicũ & notoriũ,vide Mat.de affl.in cõsti.regni Sicil.quæ inci. grãdis vtilitas.in viij. no. vbi dicit ꝙ in publico inest notoriũ,& nõ ecõtrà.¶†Erit ergo in casu nro illa mercatrix publica, q̃ talis notoriè & cõiter in aliqua vicinia & patria reputat. & istud est mẽti tenẽdũ.Vnũ tñ nolo esse omissum dũ dicitur,vnicus actus non facit dici quem mercatorẽ, sed requiritur assiduitas vt dici debeat mercator.ita Bar.per illũ text.in l.mariti.§.j.ff.ad legem Iuliam de adult.Bar.in rub.de constit. pecu.

8 *Mercatrix publica.*

IN TEXTV IBI,

Auquel cas pour faict de marchandise.

1 ADuerte in hoc, † ꝙa etiã si sit mercatrix publica, si tñ cõtrahat in alio casu quã in casu mercantiæ, maritus nõ obligat,eo ꝙ limitata causa limitatũ ꝓducit effectũ. l.in agris.ff.de acq.rerũ do. ꝓ quo facit qd̃ dicit Bal.in l.fi.C.ad Macedo.& vide quę dicit in l.ex hoc edicto.ff.nautę caupo.stabula.& vide Fel.in c.cęterũ.in iiij.col.de iud.& do.meũ Ias.in l. age cum Geminiano.C.de transa.vbi tractatur plenissimè hęc regula,ꝙ limitata causa limitatũ ꝓducit effectum. Feli. in c.cũ ordinẽ. in iij. & iiij. col.de rescriptis. idem Ias. in l.sed & si plures.§.ad substitutos.ĩ ij.col.ff.de vulg. & pup.substi.idem Ias.in repet.l.admonendi.in xlvij. col.ibi,addo bene facere illud.ff.de iureiur.& adde ad prædictã regulam tex.in l.vltra modũ. C.de ac.empt. & in c.Deus qui ecclesiã.de statu monach.imò etiam si sit mercatrix in vna mercãtia,& cõtrahat in alia, nõ tenetur maritus. dixi in gl. præcedenti. Et in tractatu meo de maledictione creaturarum irrationabilium, in iij.dubio,ver.contrarium tamen mihi videtur.

IN TEXTV IBI,

Seulement.

QVæro an hæc dictio solùm,excludat omnes casus suprà positos in gl.*contracts entre les vifs*.nam ibi posui multos casus, in quibus vĩ etiã stãte hac nra cõsuetudine, ꝙ non requiritur authoritas & licentia mariti,& tñ hîc ponitur vna exceptio,†cùm dictio solùm est dictio taxatiua,nã exceptio firmat regulam in non exceptuatis.Panor.in c.qm̃ frequenter.in prin.in ij. col. & in iiij.col. vt lite non contest. Alex. consilio xxviij.incip.visis & accuratè cõsideratis.in v.col. in j. vol.do.meus Ias.in l.properandũ.in prin.in iiij.col.C. de iudiciis.Ale.consl.lix.in pe.col.in j.vol.& ideo cùm hîc tantùm sit vnus casus exceptus,in aliis videtur ꝙ regula sit firmata.item dictio solũ,nihil aliud includit præter expressa,imò excludit.l.rationes.& in authen. quod obtinet.C.de probatio.l.sed si tantum.& l. nisi hoc actum.ff.de pactis.Socin.in consl.suo cxcviij.in ij. col. Aduerte tamẽ ꝙ ex hoc sequeretur correctio iuris in multis articulis suprà positis, & tamẽ ex dictionibus taxatiuis non est arguendum,quando sequitur correctio iuris vel statuti.dom.meus Ias.in l.nemo.in iij.col.C.qui test.face.possunt.cogita.Et vide do.Philippum Decium in l.j.C.de bo.posses. contra tabulas. vbi ponit de prædictis dictionibus taxatiuis.

1 *Dictio solum,taxatiua.*

IN TEXTV IBI,

Et esdicts contracts est tenu & obligé sondict mari.

VAlet statutũ † seu cõsuetudo, ꝙ vxor teneat̃ pro marito & ecõtrà, ꝓut dicit Bar.i trac. represaliarũ.in iij.q.primæ partis qõnis princip.ꝑ text. in l.j.C. de omni agro deserto.li.xj.& ꝑ tex.in l.fi.C. de primipillo.li.xij.& ꝑ tex.in l.fi.C.in quib.cau.pig.tacitè cõtra.Ita tenet Ias.in §.actiones.in xj.col. insti. de actio. & maximè in hoc casu debet valere hæc nra cõsuetudo.† Nã sicut statutũ seu cõsuetudo pôt disponere ꝙ pr̃ teneatur ꝓ filio.gl.in rub.C.de decurio.lib. x. plenè ꝑ eundẽ do.meũ in §.actiões.in x.& xj.col. inst. de actio.ita etiã potuit disponere ꝙ maritus teneatur ꝓ vxore,& econtrà.faciunt quæ dicit Bar. in l.si quis in tantã.in iij.col.C.vnde vi.& q̃ dicit idẽ do. meus in d. §.actiones.Secũdò facit illud qd̃ dicit Bar. in l.si fideiussor.§.quædã.ibi,nota ꝙ in curia mercatorũ.ff. mãdati.vbi dicit, † ꝙ in curia mercatorũ debet iudicari de bono & æquo omissis solẽnitatibus.& ista etiã tenet do.me⁹ Ias.in l.lecta.in viij.col.ff.si cer.pet.¶Hinc est ꝙ ex bono & æquo dr̃,cùm cõsensus ambarũ partiũ fuit in cõtractu,ita ꝙ in foro cõscientiæ tenentur, licet sit omissa solẽnitas,vt dicit do.me⁹ Ias.in l.si post diuisionem.in vlt.col.C. de iur.& facti ignorantia.Et ideo esset valde iniquum & iniustũ, vt mercatores cũ ipsa deciperẽtur,si non teneret maritus,quia in mercãtia sua non seruaretur bona fides, quæ aliàs seruari debet,vt dictum est. ¶ Et aduerte ꝙ vxor præsumitur in dubio in illam causam contraxisse,vt volunt Bal.& Sali.in l.fi.C.ad Maced.& idẽ Bald.in l.Macedoniani. C.eo.tit.facit tex.& ibi Bar.in l. cum te.C.de pig. Adde aliũ casum & singularem, in quo maritus tenet ꝓ vxore,scilicet quãdo mulier fuit tutrix alicuius.ita tenet Alex.in apostil.ad Bart.in l. ob maritorum. C. ne vxor ꝓ marito.per tex.in l.penul. C. in quibus causis pignus tacitè contrahatur. Adde Hippolyt.de Marsil. sing.248.incip.conditio mulierum.circa medium.

1 *Vxor pro marito & econtra.*

2 *Pater pro filio.*

3 *Iudicare de bono & æquo.*

§. SECVNDO.

EMme mariée au Duché de Bourgongne selon la generale coustume dudict Duché, est participante auec sondict mari pour la moitié de tous meubles, & acquestz faicts constant le mariage de sondict mari, & d'icelle.

IDEM in comitatu Niuernen.sed in comitatu Burgundiæ idem tantùm quò ad nobiles,sed quò ad burgenses, & alios inferiores secus, quia tantùm participat vxor in acque

BIU Cujas

in acquestibus bonorum mobilium. idem in ducatu Borbonij. idem in patria de *Lorry*, & quasi in toto regno generalis est talis consuetudo.

ADDITIO. Idem in præpositura Parisiensi. imò qđ plus est, tam in dicta præpositura Parisiensi, quàm in pluribus aliis locis regni Frãciæ ex speciali dispositione consuetudinũ ista societas trãsit ad filios, & cõtinuatur, nisi fiat p superuiuentem actus cõtrarius societati. Et istud videtur esse iuridicũ, ex doctrina Bald. in l. mandatum. in iij. expositione. C. man. & ita tenet Io. Lupus in repe. rub. de don. inter vir. & vxo. §. lxij. in pen. col. ¶ Aduerte tamen ad vnũ, ꝙ licet huiusmodi societas quæ trãsit ad filios videatur esse quędã cõtinuatio pristinæ societatis in filios talis qualis erat inter coniuges, ita ꝙ filij videnť esse subrogati in locũ eorum patris aut matris, ex quo videtur hæc societas seu communitas esse eiusdem naturæ, cuius erat præcedẽs. & ideo ex quo pater viuente eius vxore poterat disponere de mobilib⁹ & acquestibus, videtur ꝙ etiã ipsa mortua & hac communitate cõtinuata in filios, ꝙ possit in præiudicium filiorum disponere de mobilibus & acquestibus, cùm nõ habeat plus iuris, quàm haberet eorum mater, si viueret, vt ex pluribus comprobari posset. Fuit tamẽ per curiam iudicatum contrarium in causa filiorum magistri Caroli Guedõ, aduocati Parisien. in qua dictum fuit anno domini M. ccccxxxj. in mense Decembri, ꝙ de rebus quibus inter ipsum & suos filios defectu declarationis volũtatis illius quòd non intẽdebat remanere in societate cum eis, & communione præcedente, non admitterentur alienationes in præiudicium filiorum, nisi quæ factæ fuerãt in vtilitatem societatis, & pro actibus societatis & communitatis.

Societas quomodo transeat in filios.

IN TEXTV IBI,

Femme.

SEd nūc ꝓ cōplemēto huius glossæ quæro† quid veniat appellatione mobiliū?Et primò vidēdū est,an veniāt actiones.dic,† ꝙ licet actiōes seu nomina debitorū sint species inter mobilia & immobilia.l.quā Tuberonis.§.pe.ff.de pecu.l.à diuo Pio.§.in vēditione.ff. de re iu.tamē si actio cōtinet qd mobile, iudicat esse qd mobile:si verò cōprehēdat qd immobile, iudicat qd immobile.ita Ang.in §.j.in verbo, connumeráda. in auth.de nō alie.colla.ij.Ita refert & sequit do.Alex. in cōs.suo xxxj.inc.viso titulo quæstionis.in iij.col.in j.vo.qđ est repetitū in cōs.cxj.in iiij.vol.in cōs.ix. ī pe. & vlt.col.inci.Visis verbis testaměti.in j.vo. & in cōs. xxvij.inci.attētis narratis.in vlt.col.in iij.vo.& in cōs. cxxv.inci.Visis & cōsideratis.in fi.in j.vol.& in consi. xlv.inci.Habita sup his,de qbus.in iiij.col.in j.vol. & in cōs.xvj.incip.Viso ti.quæstionis.in fi.in j. vol. & in cōs.xij.in iij.col.in ij.vol.Idē Alex.in d.§.in vēditione. Car.Flo.in cōs.suo lxxij.inc.Redēptoris nostri, &c.in j.vol.Lud.Ro. ī cōs.ccccclx.in vij.col.& vide Gui.Papæ.q.ccccçxcix.Testator quidam.¶Aduerte,† ꝙ actio quæ continet genus,aut cōpetit ad genus, non computatur inter mobilia nec immobilia,sed erit species de per se.Ita tenet Lapus alleg.xcij.incip.In primis vi

10 Actiōes.

11 Pœnæ applicandæ.

12 dendum est.in fi.vbi dicit,† ꝙ consuetudo irrationabilis,& contra ius faciens mentionem de bonis mobili

13 bus & immobilibus,nō extēditur ad nomina cōtinētia genus.Quod no. Adde etiā † quòd pœnæ applicādæ nondū exactæ nō cōprehendūtur inter mobilia & immobilia.Alex.in consi.suo.cxxv.in v.col.in j.vol.

VIde ꝑ Old.in cōsi.ccxiiij. incip. factū tale est. vbi dicit ꝙ in talibus multū attendēdus est cōmunis vsus loquēdi & vtēdi.Ex quo ergo ꝑ cōsuetudines nostras tm̄ fit mētio & distinctio mobiliū & immobiliū in pluribus locis,& ꝙ communiter vtamur,ꝙ appellatione mobiliū cōtinētur ea generaliter quæ nō cū effectu & realiter,licet sint actiones & nomina debitorum,standum est apud nos huic communi vsui vtēdi.

14 Iura incorporalia.

QVid† aūt de iuribus incorporalibus? dic ꝙ propriè dicuntur esse tertia species inter mobilia & immobilia,vt in terminis tenet do.Alexan.in cōs. suo

15 lij.in j.vol.Et aduerte† ꝙ seruus rusticus qui est deputatus p̄dio.dicitur esse immobilis.Ita Pano. in c. nulli.in j.col.extrà de rebus eccle.non alie.

16 Pecuniæ destinata in emptionem prædiorum.

QVid† autē de pecunia destinata in emptionē prędiorū,an sit res mobilis vel immobilis?Dic ꝙ est immobilis,& inter immobilia cōnumeratur.per tex. in l.iij.§.quid ergo.ff.de cōtra.iu.tute. qui tex.reputatur singularis ad hoc per Ludou.Rom.in l.si ex legati causa.ff.de verb.oblig.Panorm.& Barb.in c.nulli.ext. de reb. eccl. non alie. Et ideo dicit in specie Alber. de Rosa.in ij.parte statutorum.q.ccvij.quæ incipit,Item habeo duas pulchras quæstiones.quòd stante statuto quòd marito præmoriente vxor succedat in dimidia immobilium,certè mulier habebit dimidiā mille florenorum destinatorum pro cōparatione prędiorū.alleg. ad hoc l. & si non sunt. §. quid ergo.ff.de auro & argen. leg. & l.granaria. ff. de ac. emp.Et istud idē tenet Lu.Ro.cōs.clxxxviij.incip.in hac causa mihi concessa.in fi.† vbi dicit idē esse in pecunia quæ est destinata in emptionē annui redditus, ꝑ cle.cxiui.§. cúmque annui redditus.de verb.sig.Dicunt Dyn. Bal. Rapha. & Iō. de Imo. ꝙ hoc non est verū in cōsuetudine faciente differētiam inter mobilia & immobilia.ideo in specie dicit Bal.in suis statutis,in verbo, bona. ver. statutū siue cōsuetudo.ꝙ si aliter diuidātur bona mobilia,& aliter immobilia inter virū & vxorē,ꝙ appellatione mobiliū nō cōprehēderet pecunia in emptionem prędiorū destinata:quia illa cōsuetudo est cōtra ius commune,ideo nō adaptatur ad fictionem. Et faciunt quæ dicit Lud.Bolog.in consi. suo xxxix. incip. vt in præsenti cōsultatione.in pe.col.& istam deci.tenent Bal.Cy.Ang.& do.meus Ias. qui plenè examinat in l.cætera.§. sed si parauerit. ff. de lega. j. vbi respondet ad impugnationes Rapha.& Ro.& finaliter tenet istam vltimam,per rationem hîc antè dictam.

17 Pecunia destinata in emptionem annui redditus.

ADDITIO. Vide Claudium de aquis dictū de seyssello in l.j.§.fuit quæsitum.post alios,ff.ad Trebel.qui dicit, ꝙ pecunia est res quæ seruari nō pōt nisi sit destinata in emptionē prædiorū,qa destinatum habetur pro facto,vt etiā tenet Alex.consi.cxix.in antepe. col. in iij.vol.& cōs.cvij.in iij.& iiij.col.eo.vol.¶† Quid autem de animalibus datis ad soccidā, in qbus recipiēs est obligatus ad ea nutriēdū,& reddendū de eis cōpotū,& reliqua,an cōputent inter mobilia, an inter nomina debitorū? Istud dubiū facit pro quæstione, ꝙ si quis donet mobilia & immobilia, qa nō cōtinētur in tali donatione nomina debitorū.vt dicit Guido papæ q.ccxcj. & ccccxcix. an hoc casu sub bonis mobilibus cōprehendant dicta animalia, & obligationes factæ super illis : an verò cōprehendant sub nominibus debitorū?Credo ꝙ hoc casu, scilicet in donatione, & in aliis casibus non dispositis per cōsuetudines nostras, ꝙ reputabūtur nomina debitorū, & nō mobilia simpliciter,eo ꝙ datū est animal æstimatū ea æstimatione hoc casu,quæfacit emptionem,vt plenè dixi hoc eod. tit.§.xxiij.inci.*deniers de mariage*,ibi,quando verò animal datur æstimatū, ideo non datur actio danti ad ipsum animal simpliciter,sed ad redditionē cōpoti, & reliquorū ipsius animalis, & fructuum, seu crementi eiusdem, & sic ad ius abstractum, licet solū fuerit datum ipsum animal,& nō illud ius abstractū.Sed in casu huius cōsuetudinis ex quo actio cōpetit ad mobile dicerem talia cōprehēdi sub bonis mobilibus, vt hîc antè dictū est.Et pro contraria parte posset dici,ꝙ ex quo consuetudines nostræ non faciunt nisi duas species bonorū,scilicet mobiliū & immobiliū,ꝙ istud est extēdendū in quibuscūq; casibus ex identitate rationis,& ideo nomina cōtinentia quid mobile erūt mobilia,& noīa cōtinentia quid immobile,erunt immobilia,& ideo sicut animalia bruta sunt mobile.gl.in l. j.C.de impo.lucrati.descri.li. x. Ita ad hoc potest dici, † ꝙ etiā cōsuetudo nostra in alio casu vltra dispositi in redditib⁹ annuis vēditis ad rachatū, qui inter mobilia computantur,vt patet tit.seq.§.j.& tn̄ est contra ius:& ideo tātùm erit in suo casu,& de reliquis recurremus ad ius commune. Et adde Boërium hîc in tit. de consue.matri.§.lj.in gl.j.in consue.Bituricen.

18 Animalibus datis ad soccidam.

19 Redditus annui venditi ad rachatum.

NVnquid† aūt fructus pēdētes sint mobilia? Spec. in tit.de fru. & interesse.§. j.ˢ versi. sed pone.dicit ꝙ non.& idē Flori. in l.si fur.ff. de vsufr. Nā sunt pars fundi.l.fructus pendētes.ff.de rei vendi.Spec.in tit.de deci.ad finē.l.in lege Falcidia placuit.& ibi Bar. ff. ad legē Falci.& plenius per Alexan.in l.si filius.§.j. ff. de verb.

20 Fructus pendentes.

BIU Cujas

21 Pensiones domorum.

verb.obli.†Et ideo cùm pensiones domorum (quarũ dies nondum venit) sunt fructus pendentes, secundũ Bal.in c.j.in fine principij,de pace tenenda. quẽ refert Soci.in consi.c.quod incipit, in causa Baptistæ Sarrachi.in ij.col.in j.vol.non erunt mobilia, sed inter immobilia computabuntur.

22 Redditus. Obuẽtiões Prouentus.

QVid†autem de redditibus, & obuentionibus, & prouentibus?& dic idẽ. Faciũt ea quæ dicam.ĩ.§. xvij.qui incipit,*La femme apres le trespas de son mari.* in gl.quæ incipit.*& faicts les fruictz.* † Et nunquid pisces

23 Pisces stagni.

stagni dicant fructus pendẽtes,vide Guid. papæ quæstio.xcj.in fine.& in illa quẽstione ponit de consuetudine quæ est in stagnis fiendis. Qua etiam consuetudine vtuntur Turoñ.vt habetur in consuet.eorum,tit. *Des droicts de basse iustice.*ar.vlt.& ibi Ioan.Sanxon,vbi ponit, an vendito stagno videantur etiam venditi pisces in eo existentes.

ET dic in hac materia ꝙ Bertrandus Capij in c.j.§. sciendũ.tit.de feu.cognitio. disputat hãc materiã, vbi refert varias opiniones.Nã quidã distinguunt:aut pisces sunt ĩ piscina,& cẽsent res mobiles.arg.l.funes. §.j.ff.de actio.emp.Si aũt sunt in stagno, cẽsentur res immobiles.secundũ Odo.arg.l.lõge.ff.de diuer.& tẽpo.præscri.alij indubitãter tenẽt ꝙ res sunt immobiles,ꝑ §.ferę igit̃.inst.de rerũ diui. Ipse verò post Iac.ali bi distinguit, aut pisces ponunt̃ in piscina vel stagno causa custodiæ,& cẽsent̃ res mobiles: aut verò ponũtur vt ibi fructificẽt,tũc reputant̃ res immobiles,quia cẽsent̃ esse pars fundi,sicut fructꝰ pẽdẽtes.arg.l.Quintus Mutius. ff. de reg. iur. do. verò meus Claudius de seysello dictus de acquis,nũc episcopus Laud.& Massilien.in trac.suo feu.in rub.quæ res in feu.da.pos. ĩ ij. col.ibi, sed de qbusdã dubitari põt. ponit aliã suã distinctionẽ,& dicit ꝙ qcqd sit,semp pisces sunt res mobiles vbicunq; sint. ꝓbatur in l.iij.§.Nerua filius.ff.de acquir.pos.¶Sed an cõputant̃ inter mobilia? certũ est ꝙ si concedant̃ cũ fundo, iudicat̃ de illis sicut de aliis mobilibꝰ solo cohęrẽtib.de qbꝰ satis amplè. vbi dicit, si cõcedat̃ flumẽ,vel lacus, cẽsent̃ immobilia. ꝓbat in c.j.quæ sunt regalia. Si verò sine fundo,& tũc si cõcedunt̃ certi pisces: puta q sunt nũc in lacu vel piscina, indubitãter cẽsent̃ res merè mobiles.d.§.Nerua filius & d.§.ferę.Aut verò cõcedit̃ ius piscãdi, & tũc ad certũ tẽpus,& erit res mobilis,aut imperpetuũ, & tũc erit res immobilis, vt ibi dicit de annuo redditu, & de sylua cædua & lapidicina,arg.l.diuortio.§.si fundũ.&

24 Quæstio notabilis.

§.seq.ff.sol. matri, ¶† Aduerte ad quæstionẽ sequẽtẽ, licet sit extrauagãs. Aqua tui stagni ita creuit, ꝙ plures pisces deuenerũt vsq; ad fundũ meũ,vel ad stagnũ meũ.tu vis ipsos pisces seq,& habere,quęrit̃ an possis? vĩ ꝙ nõ,ꝑ l.hoc iure.§.si aquã.ff.de aqua quoti.& ęsti. Sed tu dic,ꝙ si tu possis sine meo incommodo pisces tuos cognoscere,tu habebis:sed hoc est difficile in stagno meo,sed nõ est difficile ĩ loco meo.sicco.ff.de acq. re.do.l.naturalẽ.§.gallinarũ.ita dicit & tenet Odo.de Senõ.in trac.interdi.in ti.de aqua quoti.& æsti. quasi in fi.& quãtũ ad pisces,vide Boërium in ti.de cõsue. feu.

25 Domus non affixa solo.

§.v.¶†Quid de domo nõ affixa solo?vide gl.in §.cũ in suo.inst.de re.diui.†Quid de tegula?vide in l.quęsitũ. §.tegulã.cũ §.Papinianꝰ.ff.de fund.instru. & an possit capi ꝑ debito & vẽdi.†Et ẽt de ostio, vide Bar.in l.cętera.§.hoc senatus.ff.de leg.j.¶†Quid de pressorio?vide eundẽ Odo.de Senon.in suo trac.de interdi. tit.de vi,& vi arma.& ibi alleg.tex.in l.fundo.in princ. ff. de act.emp.quod est mobile,etiã infixũ solo.dicit tamen ꝙ pressorium magnũ infixũ solo, est quid immobile, sed paruũ portabile est mobile.dicã ĩ.in tit.*des enfans de plusieurs lictz.*§.iiij.in gl.*& à son profit.*in fin.

26 Tegula. 27 Ostium. 28 Pressorium.

ADDITIO. Ista cõsuetudo in hoc est cõtra ius cõmune,per l.Quintus.ff.de dona.inter virũ & vxo.ŝ. in prin.allegatã,sed illa lex ampliat̃ tribus ampliationibus,& limitatur nouẽ limitationibus,ꝑ Io. Neuizani in sua sylua nuptiali.in versi.non obstat quæsitum.

IN TEXTV IBI,
Et acquestz.

QVid † veniat appellatione cõquestus & acquisitorũ? dic ꝙ ea quæ acquirunt̃ ex opera, solertia, vel industria,ꝑ alterũ cõiugũ cõstãte matrimonio, vt satis notatur ex l.quæstus.ff.pro socio. dicit Panor. in cõsi.suo lxv.incip.facti cõtingen.in j.vol.† & verbum acquirere lucrari est.c.trãsmissa.& c.pastoralis.de decimis.Pet.de Anch. ĩ cõs.cij.inci.cõtra dictã donationem.in fine. ¶Iuxta prędicta quęro,† an donatio facta marito sit cõicanda inter virũ & vxorẽ,hoc est,an donatio sit acquisitio? Alex.cõs.xlix.in j.col.in j.vol.alle. Bal.in l.cùm oportet.in prin.in j.col. C.de bonis quæ libe.vbi dicit,† ꝙ donatio nõ venit cõicanda inter socios,quia nõ est acquisitio.l.nec adiecit. ff. pro socio. Tu dic ꝙ donatio,siue legatũ,siue hęreditas nõ est acquisitio,qñ aliàs erat obuẽtura marito:secus si nõ erat obuentura alio modo quàm ꝑ donationẽ, vel legatũ, vel testamentũ,& tunc talia sunt cõicanda in casu nostræ cõsuetudinis ꝓut in specie in casu consuetudinis generalis Frãciæ,dicit gl.pragmaticæ sanctionis,in ti. de cõcubinariis,in gl.in verbo, quæstus. imò qđ plus est,dicit Io.Fab.in proœmio instit.in ver. iustitiarius. † ꝙ si qs acquirat illud qđ erat sibi ex successione vẽturũ,nõ censetur cõquestus, ideo alter cõiugũ nõ habebit dimidium.Faciũt ad supradicta quæ dicit Ang. cõsi.cxij.& facit tex.& Bal.ibi,in l.coiri.cũ ll. seq.ff. ꝑ socio.& Panor.in d.cõs.lxv.Et ideo semel dixi, ꝙ cùm essent tres fratres,& vnꝰ dedit alteri fratri sua bona, ꝙ mortuis fratribus duobus,alter frater cui nihil fuerat donatum,debebat habere dimidiã partem bonorum fratris datorũ vni fratri, & vxor illius fratris cui fuerant data talia bona, quæ erat vxor sua tẽpore donationis, debebat habere dimidiã partẽ alterius dimidiæ, quia dimidia integra non erat obuentura fratri: ergo vxor sua in illã dimidia quæ nõ erat obuentura eius marito,debebat habere dimidiã datę marito, & sic de quatuor partibus debebat habere vnã vxor.Similis distinctio in casu cõtrario sit per l. si seruus cõmunis.ff.de dona.inter virum & vxorem.

1 Conquestus appellatiõe quid veniat.

2 Acquirere.

3 Donatio facta marito an cõmunicãda.

4

5 Casus fabb.

ADDITIO. Io.Lupus in repe.rub.de do.inter virũ & vxo. §.62. nu. 18.quærit qd de salariis & stipendiis quæ maritus doctor,aduocatꝰ & medicus,siue qs aliꝰ officiarius hẽt & lucrat̃, an dicant̃ acquestus. & vide tex.in l.cũ duobꝰ.§.Papin.aliàs,si inter fratres.ff.ꝑ socio.Et ẽt ibi, qd de iure patronatus acquisito ꝑ ædificationẽ alicuius ecclesiæ. Et ẽt qd de officiis, & decimis acquisitis ꝑ maritũ ex priuilegio an sint cõicãda. vide G.Benedict.in repe.c.Rayn.in verbo, & vxorem noie Adelasiã.in 5.decision.extra,de testa. vbi dicit ꝙ hæc cõsuetudo genaralis Frãciæ debet intelligi, data capacitate & habilitate amborũ:vt quia vterq; est capax bonorũ acquisitorũ: secus si alter esset incapax.& nota ibi dicta ꝑ eũ, qa poterunt tibi seruire ad multa, & ideo non est sine misterio limitatio prima quæ ponitur ĩ.quæ dicit ꝙ mulier nõ participat in feudis,qa videtur esse incapax,sed magis in specie:quia Heduẽ. & Cabillõ.& Diuion.ex priuilegio possunt acquirere feuda nobiliũ,& quę possunt tenere solũ à nobilibus. Si Heduẽ.Cabillõ. aut Diuion. accipiat in vxorẽ mulierem,

BIU Cujas

lierem,quę non sit illorum locorũ,& sit plebeia alterius loci,quæ feuda tenere nõ posset, an participet in feudis acquisitis p maritũ priuilegiatũ.cogita:quia vidi casum in facto,& fuit dictũ & consultũ, ꝙ sic, quia mulier effecta est nobilis & capax per eius maritũ.Sed vlterius quęro,pone ꝙ mulier quędã habuerit aliqua bona mobilia ex hęreditate sibi obuẽtura,an maritus debeat habere dimidiã partẽ, & an participet cũ muliere,& si emat aliquod hæreditagiũ,& cõstet ꝙ sit de bonis vxoris, an debeat esse vxoris,an cõmune? Et si sint bona mobilia nõ cõsumpta an hæredes vxoris ea recuperare possint? Ista quæstio est in facto cũ sequẽti,super qua cõsului.Sed tu dic ꝙ ex quo non sunt cõmunes omnium bonorum, ꝙ hæreditas nõ cõmunicatur,vt est tex.in l.ea quę.§.cùm specialiter.iuncta d. l.coiri.& l.nec adiecit.ff.pro socio.

Quæstionotabilis.

6 Alia quæstio.

SEd pone† ꝙ alter coniugũ vẽdat hęreditatem quã habebat,& pecuniam in aliquo hæreditagio conuertat,nũquid dicatur cõquestus? Videtur ꝙ sic, per d.l.coiri.ibi,si quod lucrũ ex vẽditione & emptione rerum. ¶Sed mihi videtur quòd cõtrarium est verius.

7 † nam res quæ subrogatur in locũ alterius, est eiusdẽ effectus cuius erat illa in cuius locũ est subrogata.l.si cum.§.qui iniuriarum.ff.si quis caut.l.filiæ.§.Titia.ff. de cõdi.& demon.& videtur esse tex.pro hac decisione in l.si donatę res.in §.si spõsus.ff.de do.inter vir.& vxo.& ibi Bal. in vtraque lectura. Mihi tame videtur esse tutius,& ita consulerem, ꝙ quando maritus emit aliqd de pecuniis sui patrimonij, quod declaret in pẽsentia iudicis, quòd vult ꝙ illa res empta de pecuniis sui patrimonij,teneat locum sui patrimonij, aliàs nõ emisset illam rem.

IN contrarium tamen videtur facere quæ dicit idem Bal.in l.ea demum.C.de colla.dicam alibi.Et ibi dicit Bal.†ꝙ ea quæ veniunt post mortẽ ex præcedenti

8 contractu,sunt cõmunicanda:secus si ex prędecẽti vltima voluntate.quę nota. quia seruient tibi ad multa.

HAec quæstio est amplè disputata per Io.Gallũ,in suis decisionibus parlameti, in j. quæstione, vbi in pulchra quæstione decidit,† ꝙ pretiũ rei hęreditariæ reputari dẽt hæreditariũ, per plures rõnes, quas

9 vide. ¶† Et de marito qui vẽdit rem immobilẽ datam

10 in dotẽ,& emit alã,an debeat tota esse vxoris,cùm sit empta ex pecunia proueniente ex re sua immobili,an verò debeat habere dimidiã tantũ,videas Alex. in cõsi.xxxviij.in ij.volu.ad quẽ recurre, si casus eueniat.& adde Bar.in l.& si instrumẽta.C. de fi.in tru. & iu.hastæ fisca.li.x. Vide ad supradicta Boërių in cõsue.Biturican.tit.de consuc.mat.& doharij.§.ij.in glo.j.col.iij.

VLterius quæro de alia quæstione, pater aliquis habens plures filias ex primo matrimonio, mediante certa dote eis constituta acquirit earum bona materna ante cõtractũ matrimonium cũ aliqua vxore,& postmodum contrahit matrimoniũ cum secũda vxore,cũ qua & constante matrimonio inter ipsum & secundam eius vxorem soluũtur omnes dotes filiarũ, an ipsa mulier debeat habere partẽ in illis bonis sic p suum maritum,ante tamẽ matrimoniũ acquisitis, ex quo de eis solutio fuerit facta cõstante eorũ matrimonio?Pluries de hac quæstiõe fui interrogatus.duæ cõsuetudines nostræ fin.inf.eo.tit. me fecerũt dubitare, & tandem cõclusi, ꝙ ex quo hic casus magis adaptari potest ad finalem,eo quòd si filię vendidissent eorum bona alteri, pater potuisset habere illa iure retractus, quo casu mulieri restituẽda esset portio pecuniarum, quòd ideo à simili hoc casu ita fieri debet,contra opinionem multorum aduocatorũ Diuioñ. qui dixerũt quòd mulier in illis debebat participare tanquã si essent acquisita constãte matrimonio, eò quòd effectus acquisitionis assumit vim à solutione quæ fit cõstante matrimonio,& effectus est cõsiderãdus,& patria sunt quòd fiat vno tẽpore,vel ꝙ effectus ad illud trahatur, seu conferatur.l.quod sponsæ.C.de donatio.ante nuptias.vbi si fiat quid expresè validum tempore actus, si effectus ad tempus inualidum cõferatur, nõ valet, sic vt tot operetur oppositũ in oppositõ,quot propositum in proposito,& par sit virtus taciti & expressi. Idẽ erit in hoc casu, cùm tacitè effectus acquisitionis fuit in tempore solutionis reductus, ad illud tempus habebitur respectus. cogitabunt posteri. ¶Sed tu dic ꝙ in hoc est aduertendum ad illud quando sit in consideratione illud quod mihi acquiritur nunc ex causa præterita. ¶De quo plenè per Ioan. Lupum in repet. rub.de donatio.inter virũ & vxorẽ.§.62.nu. 13.& nu. 24.& dicam infrà in §. ix. in verbo, *de tous debatz*, hoc eodem tit.Et per ea quæ dixi §.vj. in gl. *anciens*. versic. alij voluerunt.eod.tit.

ITem quæro,† quid si aliqd puenit marito vel vxori 11
per consolidationẽ,an sit conquestus? vide §.si cui. insti.delega.vbi dicit Io.Fab.† ꝙ illa quæ consolidan- 12
tur,non videntur acquisita illo iure quo res cui consolidantur,tenebantur, imò censentur alia à proprietate, ideo tanquam alia iudicanda sunt,& de per se,l. Mæuius.§.fundo.ff. de leg. ij. facit l.non quocunq;.§. fundus.ff.de leg.j.Et ideo dicit do.meus Iaſ.in §.si eadem.instit.de leg.in addi.ad Porcũ,in fi.ꝙ† si vxor ac- 13
quisiuit proprietatem rei ex causa onerosa, & postea cõsolidetur vsusfructus cum proprietate, ꝙ sic acquiratur ex causa lucratiua:quãuis alia regula sit, ꝙ quicquid acquirit vxor, præsumat acquirere de bonis mariti.l.Quintus.ff.de do.inter virum & vxo. nam hic vsusfructus nõ præsumitur de bonis mariti acquisitus quia sit acquisitus alio iure quàm proprietas. & vide quæ dicit Io.Fab.insti.de acquisi.per arro.in prin. Vide Boërium in loco hîc antè alleg. Et Ioan.Lupum in repe.rub.de dona.inter virũ & vxo.§.52. in 5.col. vbi amplè de materia huius §.

LImita istam cõsuetudinem vna limitatione, videlicet† ꝙ vxor habeat lucrari certã partẽ acquisitorum,tamẽ non lucrabitur aliquid in feudis. ita voluit dicere Baptista de S.Blasio,in differentiis suis positis post Aluaro.in lib.suo feudo. in xciij. differentia. Bal.in c.j.in tit.de prohi.feu.alie.per Fede. ver. an cõsuetudo. Aduerte,quia istud nõ bene adaptat ad hanc limitationem,nec credo eam esse verã:feuda enim hodie sunt redacta ad instar patrimonialiũ.plenè dixi in tit.de feu. §. *en choses feodales*. & ideo sicut vxor habet partem in allodialibus acquisitis per maritum: ita ẽt in feudis.quod intelligitur verũ, nisi natura feudi repugnaret,puta quia in eo nõ succederẽt fœminæ. Sed hæc decisio Bapti.intelligẽda est in suo casu,scilicet si ex consuetudine vxor habere deberet aliquam partẽ ex bonis mariti:puta tertiam vel quartam, tũc nõ haberet aliquid in feudo.pro certo adhuc esset illa consuetudo multùm rigorosa.cogita. 14 *Consuetudinis nostræ limitatio.*

LImita secundò hanc nostram consuetudinem nõ habere locum in muliere quę nihil de dote dedit, vt per text. in authent. non eli. secundò, nuben. §.illud quoque. qui est §. fina. colla. prima. vbi videtur text.ad literam.& in authent.sed quæ nihil. C. de pactis conuen.super dote.etiam si iuratum fuerit, quia in tali iuramento inest conditio si dos fuerit soluta, vt dicit Guido Papæ decisione sua cclxxiiij. & ex dictis per eum ibi potest solui quæstio,quę euenit quotidie,

BIU Cujas

15 tidie, † de muliere quæ dat millé in dotem, quorum quinque sortiuntur naturam mobiliũ, & sic maritus lucratur dimidiã partẽ, an si nihil fuerit solutũ, lucretᵉ maritus illam mediam partem, cogita. & ad prædictã quæst. suprà positam, vide eundem Guido. deci. sua cccclxv. & quid si moriatur maritus pendẽte termino dato ad soluendum, vide eundem Guid. Papæ deci. sua ccccxxx. contrarium tamen credo verum, quò ad hanc limitationem, per ea quæ dixi in hoc §. in gl. *mariée*. in fi. In additione tamen ibi posita tenui hanc limitationem per tex. in ea allegatum.

LImita tertio, s. quãdo mulier renuntiat lucro proueniẽti ex acquisitione facta p̃ maritũ, aut fienda, put tenẽt in specie dñi de Rota, in suis deci. in cõclusio. dñi Bernar. de bisigneto, in tit. de pac. cõclusio. ij. inci. cõsuetudo. repetita in deci. dominorũ de Rota decisionibus antiquis, deci. 842. de quo articulo meminit Nico. de vbaldis de Perusio, in tract. suo succes. ab intest. in iiij. parte principali. in fi. vbi dicit q̃ valet talis renuntiatio. Ita tenet Odo. de senoñ. in tract. suo de interdi. tit. de interdicto de precario. in fi. intellige prædicta esse vera, qñ mulier renuntiaret in cõtractu matrimonij: secus si post, qa aliàs sequeretur, q̃ hoc casu posset facere cõtractũ cũ marito suo in fauorem ipsius mariti, cõtra cõsuetudinẽ infrà scriptã, hoc eo. titi. §. vij. licet videantur facere in cõtrariũ ea quę dixi infrà §. iiij. tit. quò suprà, in gl. *ne peut*, vers. sed adhuc. vbi dixi q̃ quilibet iuri pro se introducto potest renũtiare. De hac decisione, vide Io. Lupum in repet. rub. de donatio. inter virum & vxorem. §. 47.

LImita quartò, nisi esset conuentum in contractu matrimonij, q̃ mulier de acquestibus nihil haberet lucrari, cùm talis conuentio seruanda est. Io. Fab. in l. de fideicommisso. C. de transac. Imò dicit in rubr. instit. de nup. q̃ qui ducunt vxores debẽt in hoc multum aduertere vt suprà dictũ est in rub. huius ti. Vide Boërium in consue. Bituricen. tit. de consue. matri. & doharij §. ij. in gl. j. col. iiij.

VIde de hac limitatione amplè per Io. Lupum in repet. c. per vestras. de donatio. inter virum & vxorẽ. §. lxiij. vbi dicit q̃ licet mulier contrahendo. hoc possit facere, non tamen potest hoc facere pater pro filia, nisi filia expressè consentiat. quæ nota quia sunt singularia & multum notanda.

LImita quintò hanc cõsuetudinem, quando aliquis donauit marito eo pacto ne mulier participet, secundum Henri. Bohic. in c. requisisti. §. secus. in prin. de testa. dixi suprà in glo. præce. Vide G. Benedicti in repet. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. in 5. decis. nu. 230. de testamentis.

LImita sextò hanc consuetudinẽ nostrã nõ habere locũ in vxore quæ fide cõiugij violata cõmisit a-
16 dulteriũ. † quia non debet habere hãc medietatẽ bonorũ, nec valeret cõsuetudo in cõtrariũ. ita est tex. ad literã in c. ex parte vest. de consue. Hispani de hoc habent legẽ, vt videre potes per Io. Lupum, in repe. rub. de donatio. inter virum & vxorẽ. §. 67. Et in eadem repetitione. §. 64. distinguit quando diuortium fuit factum inter coniuges quò ad thorum & habitationẽ. quoniam si culpa vxoris, non participat: si culpa viri, sic. & sic est septima limitatio ad dictum §. nostrum.

LImita octauo nõ habere locum in acquestibus & lucris illicitè acquisitis, quoniã talia nõ cõmunicantur. l. quod seruus. ff. de acquiren. pos. & ibi doct. Barb. in c. conquestus. in iiij. col. de fo. comp. & hæc quomodo hîc intelligi debeant ponit idem Lupus in dicta repe. in §. lxv. de donatio. inter virum & vxorẽ.

SEd quia hîc dicit cõsuetudo nostra, † q̃ mulier habet dimidiam partẽ in acquestibus, nunquid etiã teneatur ad mediã partẽ damnorũ, hoc est si maritus fuerit condẽnatus pro aliquo maleficio ad certã summã, post eius mortẽ teneatur eius vidua & relicta, soluere mediã partẽ cõdemnationis? vide quæ dicit Panor. *in* consi. suo lxv. incip. facti contingentia. in j. vol. & q̃ mulier nõ tenetur ad mediam partẽ condemnationũ pro delictis mariti, facit tex. in l. cum duobus. §. damna. in fi. ff. pro socio. & vide Anto. de But. in consi. vij. in fi. dicam infrà in §. ix. in gl. *de toutes debtes*. 17 *An mulier teneatur in mediã partem damnorũ.*

ADDITIO. Amplè per Ioan. Lupum in dicta repetitione rub. de donatio. inter virum & vxorẽ. §. 66. per totum. vbi pulchrè de huiusmodi lucro communi inter virum & vxorem.

ITem quæro, † mulier hẽt multa bona mobilia quæ dat in dotem viro inuentorizata, an si consumãtur constante matrimonio, teneantur hæredes mariti ad æstimationem? dic q̃ nõ, per Bal. secundum illum tex. in l. de his. C. de dona. inter virum & vxorem. dicam infrà in §. xxiiij. 18 *Quæstio*

SEd quæro, † maritus in cõtractu matrimonij promittit centum mulieri pro parte acquestuum, an si maritus nihil acquirat, etiã mulier debeat habere illa centum? Io. Fab. in l. de fideicõmisso. C. de transac. tenet q̃ sic. & in l. j. C. de fideicommis. 19 *Quæstio*

QVæro de quæstione multũ notabili, † pater aliquis habẽs filiũ ex prima vxore, emit aliquã terram nomine sui filij, & eidẽ tradidit, cõstãte tñ matrimonio suæ vxoris, an debeat esse pręcipua illi filio, an verò mulier debeat habere dimidiã partẽ, tanquã fuerit acquisita constante matrimonio? videretur q̃ filius debet habere hãc terrã sibi præcipuã, per tex. ad literã in l. filiæ cuius. C. fami. ercis. imò à fortiori si in casu simili filius excludat aliũ filiũ, cui magis debeᵗ. l. scripto hæredi. ff. vnde lib. q̃ huic mulieri, vt dictũ est antè, multò fortius debet hãc vxorẽ excludere. Bal. tamẽ in dicta l. filiæ. videtur facere differentiã inter filiũ emancipatũ, & in potestate: quoniã (vt dicit) si fiat filio in potestate, habet vim relicti, & ideo hoc casu reuocatᵉ post mortẽ patris, vt in §. iiij. huiᵘ tituli. & Bal. in d. l. plenè arguit ad partes, an sit donatio, vel relictũ, & concludendo, q̃ sit relictũ quãdo fit filio in potestate, prout tenet Iaco. de S. Geor. in auth. qui rem. in xviij. col. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit q̃ est quędã donatio causa mortis. Cõcludit, q̃ nõ requiritur prẽsentia filij. in filio vero emancipato cõcludit q̃ nõ est relictũ, & ideo mulier nõ participabit, quia per contractũ inter viuos potuisset, & ideo cùmhîc exiuit patrimoniũ patris, sufficit. vt l. ij. C. de inoff. dona. idem ergo erit si mulier hoc faciat nomine filij sui, cùm nõ haberet in potestate, vt tenet Bald. ibi. & cogita, quia est pulchra quęstio quę potest euenire, & semper recurras ad Bal. ibi, ad videndum an sit contractus vel relictum. 20 *Quæstio notabilis.*

FAciunt pro hac quæstione quæ dicunt docto. in l. si tibi. §. pactus. ff. de pact. & in l. quod dicitur. ij. ff. de verbo. oblig. vbi si pater sibi & filio stipuletur, intelligitur ordine succesſiuo. Philip. Decius consil. suo ccxxix. in ij. vol. do. meus Ias. in l. ij. in antepen. col. C. de iure emphyteuti. vbi dicit quòd ius quæsitum filio ex stipulatione paterna non potest eidem tolli per patrem. Idem Marianus consil. xxv. in iiij. col. sed tamen in hoc casu tenui contrarium in casu in quo filius haberet sororem aut fratrem ex secunda vxore, quiata le acquisitum habet vim relicti, & ideo est vltima ordinatio: ideo non valet per consuetudinem nostram situatam infrà in titu. *des succeßions*, articu. v.

Sed

21 Quæstio notabilis. Sed† an si mulier de licentia sui mariti in suo testamẽto reliquerit post eius mortem cuidã omnia bona sua mobilia & immobilia ex suo latere prouenientia, cõprehendantur acquestus facti per eundem maritũ cõstante eorum matrimonio? videtur ꝙ nõ, ex quo dicti acquestus nõ possunt dici sua bona incõmutabiliter, cùm maritus adhuc possit de eis disponere, vt in §. seq. & verbum, suum, importat dominium & proprietatẽ vt p Bar. in l. j. C. de thesau. li. x. & l. Quintus. ff. de. au. & argen. lega. quod nõ habet mulier, vt dixi in gl. prẽcedent. in versi. *est participante*. saltem ꝙ posset vendicare si transferantur in alium per maritum, vt in §. sequen. qđ requiritur ad hoc vt dicatur suum, vt dicit apostil. ad Bar. in dicta l. j. C. de thesau. cogita, quia casus est in facto.

Sed quid si maritus ante matrimoniũ acquirat aliquã terrã cum pacto de retrouendẽdo infra quadrienniũ pro duabus mille libris Turon. & infra tempus rachatus, & ante finitũ tẽpus eiusdẽ, cõstãte matrimonio post primã acquisitionem cõtracto acquirat ius rachatus, & sic totam terrã, augmentãdo pretiũ de quatuor mille frãcis, an mulier habere debeat dimidiam partem illius acquestus? dixi in casu emergenti ꝙ sic, qa attenditur secunda emptio propter augmentationem pretij. tex. est ad literam in l. pacta cõuenta. §. Paulus notat. ff. de contrahenda emptio.

§. TERTIO.

LE mari constant le mariage peut disposer & ordonner par donation, vendition, permutation, & autres contracts faicts entre les vifz, des meubles estans communs, & des heritages acquis constant le mariage, soit que lesdicts acquestz soient faicts par luy & sadicte femme coniunctement, ou par l'vn d'eux.

IDem in comitatibus Burgundiæ, & Niuernen. & in patria de Lorry, & idem etiam in ducatu Borbonij: & pro ista consuetudine facit text. in l. falso. C. de commu. rerum alien. & in l. portionem. C. de donatio. Adde ꝙ similis est consuetudo in septena Bituric. quam examinat Boërius in tit. de consuetu. iuris status per-
1 son. §. v. & ibi quærit, an † si mulier ex pacto lucretur bagas, & eius maritus ipso viuẽte illas impignorauerit, an hæredes sui mariti teneantur easdem luere ad vtilitatem vxoris. Similis etiam cõsuetudo est in Hispania de cuius intellectu vide Io. Lupum in d. repet. rub. de don. inter virum & vxo. §. lxvj. nu. xxiiij. & ibi dicit, ꝙ maritus delinquendo nõ præiudicat vxori, ita ꝙ confiscatio bonorum mariti nõ extenditur ad illa, vt est tex. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxorẽ. & in l. sed si mors. ff. eodẽ, de donatio. inter vir. & vxo.

IN TEXTV IBI,

Par donation.

1 De qua donatione intelligenda hæc cõsuetudo. QVid si nihil diceret in hac consuetudine de donatione, an tamen posset donare si diceret tantùm ꝙ posset alienare? vide Bald. in consi. suo ccxxxv. in ij. parte, vbi etiam dicit, ꝙ † non intelligitur de donatione fraudulenta, sed de donatione tantùm quę sit bene merito. arg. l. si pater. ff. quæ in frau. cre. & l. viuus. ff. si quid in frau. patro. Vide in simili quæ dicit Boërius in consue. Bituricen. ti. de consuetudiuris status persona. §. iiij. in gl. istud videtur esse superfluum.

ET aduertendum est quòd videtur quòd istud statutum, seu ista consuetudo contrarietur prẽcedẽti: quo casu videretur posse dici vltimum, & posterius derogare priori. l. pacta nouissima. C. de pac. & ibi domeus Ias. ibi, decimò procedit. alleg. Bar. in l. si certarum. §. fi. ff. de testa. mili. & etiã dicitur quòd statutum magis speciale debet attendi, vt tenet Philip. Deci. in consi. iij. in j. & ij. col. Bal. in cõsi. lxxviij. inci. duo sunt volumina. videtur enim istud specialius altero, eo ꝙ specificat maritũ posse disponere inter viuos, præcedens autem dicit maritum & vxorem esse communes in mobilibus. In cõtrarium tamen facit: nã licet istud sit posterius, restringitur tamen & distinguitur secundum statutum antiquum. notatur in l. sciẽdum. ff. qui satisda. cogan, notat idem Decius in dicto consi. iij. in ij. col. & ideo cùm statutum præcedens sit generale, limitatur tamen & restringitur per istud speciale subsequens, quod non est nouum. l. non est nouum. ff. de legi. & Decius in dicto loco. & ideo primum intelligendum cum restrictione sequenti.

2 Nota casum. ADuerte tamen, † quid si maritus dicat, dotali omnia iura & actiones, quæ & quas habeo in rebus mobilibus & acquestibus, an hoc casu videatur omnia mobilia & acquisita donare, an verò tantũ dimidiam partem, cùm cõsuetudo nostra faciat vxorem participantem in alia dimidia? videtur ꝙ solùm dimidiam partem videtur donare, † cùm testator legando
3 rem communem cum alio, videtur tantũ legare partem suam. l. serui. † cùm fundus. & l. si domus. §. fin. ff. de lega. j. & istud videtur tenere Petrus de Ancha, in consi. suo cij. vbi decidit hunc casum. † & bonũ est argumẽtum de legato ad donationem, cùm legatum sit donatio. l. legatũ. ff. de lega. ij, & dicit Petrus de Anch. ibi, quòd in casu per eum posito videtur tantùm donare partem, propter aliquas rationes, quæ non militarẽt in hoc casu. Sed credo ꝙ quicquid sit in casu nostro, licet eo quòd acquisita, dominium transeat in vxorem, vt dici in §. præceden. in gl. *est participante*. nihilominus maritus. potest disponere inter viuos: ꝙ si marit⁹ donet simpliciter, vel dicat, quę iura & quas actiones habeo, quòd videtur in totũ donare, nec est hîc bonum argumentum de legato ad donationem, cùm expresè in hoc casu quo ad effectum principalẽ differãt. ergo etiam quo ad accessoria, † cùm accessorium reguletur secundum naturã principalis. & ideo
5 crederem quòd hoc casu transfert totum, si dicat, dono per me acquisita: aut etiam si sunt nomine vxoris acquisita dicat, dono per me & vxorem meã acquisita. Et aduerte ad id quod dixi, si dicat, dono quicquid iuris habeo, an hoc casu transferatur possessio, vide Areti. & Alexand. in l. locus. ff. de acquir. posses. & domeum Ias. in l. iij. §. incertam. ff. de acquiren. possess. & quid importet hæc clausula, vide Alexan. in consi. suo xiiij. in iij. col. in ij. volu. & in consil. xxviij. in iij. col. incip. visis. in j. vol. Felin. in c. j. in vj. col. & in c. fedes. in j. colum. de rescrip. Panor. in cõsi. vj. in v. dubio. in ij. vol.

SEd iterum quæro, † maritus aliquis acquisiuit ali-
6 Casus. quam domum, & de illa domo postmodum mediam partem cum pacto de retrouendendo vendidit, post modum donat alicui omnia per eum acquisita, post quam donationẽ iterum in vim dicti pacti redemit dictam mediam partẽ domus, an illa media pars sic

BIU Cujas

sic redẽpta veniat in illa donatione sic facta? Multa dixi de re recuperata & redẽpta, ꝙ sit eadẽ cũ prima, in §.xxv.j.hoc eo.ti.quæ videnᵗ facere ꝙ sic, sed tñ veritas
6 est in contrariũ hoc casu, si dicat talẽ domũ meam dono, qa ex quo tpe donationis tantũ habet dimidiã partẽ, vt illam partẽ donare, cùm tãtũ dimidia sit sua.
7 gl.in d.§.cùm fundus. si verò dicat, dono talẽ domũ, videtur ꝙ veniat pars redẽpta.l.si ex toto.ff.de leg.j.& in hoc dic vt p Bart.Soci.in l.serui electione.d. §. cùm fundus.ff.de leg.j.vbi facit conclusiones, quas vide.

AN si maritus nomine alterius emerit prædiũ, videatur donare? dic ꝙ sic in filio, dummodo tradat, & filius possideat.l.si emãcipatis.C.si qs alteri vel sibi.Idem videtur in matre.l.mancipia.C.eo.Idem vt in quocunq; cõsanguineo: cùm ratio sanguinis faciat præsumere donationẽ.Fel. post Bald.in c, literas.in v. col.per illũ tex.de præsumptio.Barb.cõs.xlj.in pe.col. in j.vol.per l.Procula. ff. de ꝓbatio.de cuius tñ intellectu vide Alex.in l.quæ dotis.in vij.col.ff.sol.mat. & in cõsi.xlvj.in fin.in j.vol.& in cõsi.lvj.in j.vol.in aliis autem secus, etiam si haberẽt instrumenta emptionis penes se, quãdo, s.is qui emit, possidet & tenet, & non is cuius nomen accommodatũ est.l.quãuis.C.codẽ, si quis alteri vel sibi. qa hæc possessio quæ remanet penes ementem facit præsumere simulationem. l. sicut. §.superuacuum.ff.quibꝰ modis pignus vel hypotheca soluitur.dixi infrà in hoc §.in gl. *des heritages.* ita ꝙ accommodatio nominis simulata nihil operatur. d.l. quanuis. vel nisi etiam si vir qui nomen mulieris accommodauerit.l.cum propria.C.eodem.

IN TEXTV IBI,

Faicts entre les vifz.

AN si maritus condẽdo suum testamẽtum, & ipso existente infirmo in lecto, tali infirmitate ꝙ ex illa moriatur, dicat in dicto testamento, dono omnia mobilia vel acquestus donatione inter viuos, aut alio modo vendat, an talis cõtractus debeat iudicari contractus inter viuos, an verò sapiat vim vltimæ voluntatis? vide quę dixi infrà, tit. *des succeßions*, §.inci. *le testateur.*&c.in gl. *ne ordonnance de derniere uoluntẽ.*

IN TEXTV IBI,

Des meubles eſtans communs.

IOannes Fab.Porcus & alij in §.nã dotale prædium. insti.qui.aliena licet vel nõ.& l.j.C.de ser.pigno.da
1 *Maritus de rebus vxoris mobilibus dispõere potest.* to.manu.tenẽt † ꝙ maritus põt disponere de omnibꝰ bonis mobilibus vxoris suæ, & maximè quãdo dãtur æstimata.dicam j. in §. *deniers de mariage aßignez, ou promis de aßigner.* in gl. *ſont heritage.* Sed quando sunt inæstimata, vt quia maritus accipit vxorẽ cũ omnibꝰ suis bonis, quæ in dotẽ omnia dedisse vr, prout habeᵗ per doct.alleg.infrà eo.titu. §. *deniers de mariage qui ne ſont ameubliz.* vbi plura ad hoc allegantur. tunc aut est res quæ seruando seruari potest, vt seruus, & non potest alienari sine solẽnitate. authẽ.siue à me. C.ad Vell.secus est quãdo seruando seruari nõ potest. Bar. Alex.& alij post eos.l.j.ff.sol.mat. & l.j. §. sed cũ lex.C. de rei vxo.actio. Alex.in l.si æstimatis.& in l.dotalem. ff.sol.mat.cõsuetudo tamẽ nostra quæ simpliciter loquitur, intelligitur de omnibus mobilibus, & ita ob-
2 seruatur in practica, imò † etiã bagas, iocalia vxoris, & vestes potest alienare, vt tenet Ang.consil.ccxxxix.
3 † Et ideo etiã maritus põt affranchisare hominẽ suæ vxoris.Ioã.Fabr.in l.& si dotis. C. de iure dotium. Et ad istud statutum adde quod dicit Petr. de Anch. in consi.suo cij.† ꝙ etiam maritus posset alienare stante statuto in cõtrarium.& an istud statutum de iure valeat, vide Bal.in consil.suo ciij.

IN TEXTV IBI,

Des heritages acquis.

ANtiqua verò † hæreditagia vxoris, aut eidem ex
1 successione suorum parentũ obueniẽtia, aut dotalia, alienare nõ potest maritus, dixi j. in §.seq. in gl. fi.& vide Boëriũ in consue.Bituri. tit. de cõsue.iu. sta. psona.§.v.Et ibi † si maritus & vxor simul vendant in
2 eodem instrumẽto, ad quem præsumatur pretiũ venditionis peruenisse.& vide eundem in tit. de consuet. matri.§.ij.in gl.fi.inci.Aduerte ꝙ in secundo.vbi dicit secus esse de iure. & ibi quærit quid de muliere, an possit alienare per eam acquisita.

QVæro de quæstione notabili quæ euenit tẽpore meo, & erat cõtra nepotes meos. Nicolaus Rolet burgen. & ciuis Heduen. habuit in vxorẽ dominã Ioã.de Mõthelon, ex qua nullos habuit liberos, & habitauerũt simul p xxx.annos, quo tpe acquisiuerunt multa bona: videˢ dictꝰ Nicolaus vxorẽ suã esse infirmã, dedit oĩa acqsita p eos cõstante matrimonio Hugoni Rolet eiꝰ fratri: quæriᵗ an valuerit donatio? vr ꝙ sic, qa ita dictat cõsuetudo nostra, ergo ei stãdum est. *Notabilis quæstio.*

SEd aduerte, quia videtuʳ ꝙ hæc donatio tanquam frauduléta debeat reuocari, prout satis videtur facere dicta Bal.in consil.ccxxxv.in ij.parte hîc antè allegato.Et quòd sit frauduléta, sic ꝓbatur. Nã non est dubium ꝙ est facta in fraudẽ hæredũ, vt ipsi in talibus bonis non succederent, q quidẽ hęredes ex dictis bonis datis satisfeciſſent creditoribus. & ideo cùm etiã videatur esse in fraudẽ creditorum, non valet.Bal.in l. illud.in pen.col.C.de sacrosan.eccl.Item etiam, qa est facta cõiunctę personæ, cui etiã est successurus.l.data. C.de donatio.l.pen.ff. de bonis liberto.iuncto etiã ꝙ post donationẽ factã per dictum maritum eius fratri, statim mortua est dicta vxor. faciunt quæ dicit Albe. de Rosate in l.omnes.§.Lucius.ff.quę in fraudẽ credi. in fine.Nã ex hoc præsumiᵗ quòd facta fuerit in fraudem.arg.eorum quæ dicit Bar.in l.post cõtractum. ff. de donatio.& dicit dom.meus Ias.in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori.in vij.col.ff.de no.ope.nunt. † quòd
3 *Ex breuitate tẽporis inducitur præsumptio.* ex breuitate tẽporis inducitur præsumptio.& faciunt quæ notabiliter ponit Franc.de Curte senior & antiquus, in consi.suo liiij.in iij.col.

ADDITIO. Istud idem tenet Mat. de affli.in cõsti. regni Siciliæ, quæ incipit, constitutionẽ diuæ memoriæ.in ix.nota.¶ Et maximè etiã, qa donãs ꝓcipit fructus, & dño de eis non respondet, qa ex hoc præsumiᵗ fraudulenta.ita Bal.in additio.ad Spe.in ti. de allegatio.& disputatio.ver.præsumitur fraus.his enim concurrẽtibus cum consanguinitate, non est dubium dictam donationem esse frauduléta, & ex his resultat manifesta præsumptio fraudis.l.licet imperator.ff. de leg.j.l.si tutor.cũ ibi no.C.de pericu. tut. l. si stipulatus.ff.de vsuris. Et hoc vult Bart. in l.fi.in princi.ff.de his qui. vt indi. † vbi dicit consanguinitas coniuncta
4 cum aliis adminiculis facit prẽsumi tacitum fideicõmissum esse factũ in fraudẽ.per l.pe.ff. de bonis liberto. & per ista cõsuluit in notabili casu Paul.de Cast.in consi.suo cxciij.incip.super isto puncto occurrũt tria dubia.in cõsiliis nouis, in impressione noua.Sed aduerte, quia ex quo dixi ꝙ talis Nicolaus percipit fructus, & adhuc tenet & possidet omnia donata, ꝙ per hoc talis donatio debet dici simulata.l.sicut.§. superuacuũ.ff. quibus modis pignus vel hypotheca sol.l. is qui.ff.de acqui.hære.l.si is qui.j.§.& quod de subeun-

5 Donatio an perfecta ante traditionē.

da.C.de natur.liber.¶† An donatio ante traditionem sit perfecta,vide Pyrrhum in cōsuetu.Aurelian.tit. de dona.inter viuos.c.ij.Et quādo ex retētione possessionis rei donatæ aut venditæ præsumatur simulatio, & contra quē,vide Boërium in consuetu.Bituricē.tit.de donatio.§.ij. & in §.j.illius tituli ponit cōsuetudinem generalem dicētem quòd *donner & retenir ne vaut*, qđ est de iure.l.si quis argentum.§.sed si quidem.cum.§. sequen.C.de donatio.

6 Donatio fraudulēta reuocādi.

ET ideo nulla est.l.nuda.ff.de cōtrahē.emptio.†sed tāquam fraudulenta debet reuocari,maximè hæc cùm sit facta personę ꝓpinquæ.argumēto l.si per impressionem.C.quod metus causa.l.j.circa fi.C. de cōtrac.iudicū.l. hac edictali.vers.omniū circunscriptione.C.de secūdis nuptiis.& faciūt quę dicit Io.Petr. de Ferrariis,in forma libelli ꝓ habēte ab intestato delata.in glo.nullísq; superstitibus.in viij. col. Maximè cū

7 Donatio omniū bonorū præsumitur fraudulēta.

sit donatio omniū quasi quæsitorū. † Nā sicut donatio omniū bonorū præsumit fraudulenta.l.oēs.§.Lucius.ff.quæ in fraudē credi.ita etiā qñ quasi omnia bona donant,vt sentit Bal.in l.j.in iij.q.C.si quid in fraudē patroni.imò dicit Bal.in l.fraus.ff.de legi.† ꝙ ex vna magna alienatione presumitur fraus.& dicit Ang. in d.§.Lucius.ꝙ si quis alienat omnia bona meliora, præsumitur fecisse in fraudē.allegat tex.quē dicit singularē in l.summa cum ratione.ff.de peculio.& ista refert & sequit Alex.in cōs.suo lv.inci.consideratis verbis.in iij.col.in j.vo.Et faciūt quæ dicit Ias.in §.item si quis in fraudē.in vij.col.instit.de actio. Nūc ita est, ꝙ dictus Nicolaus donauit quasi oīa acquisita & meliora,in quib' etiā dicta sua quondā vxor habet dimidiā partē,ergo dicta donatio præsumitur fraudulēta , ergo tanquā fraudulenta debet reuocari.Alex.in consi. præalleg.¶Nec obstat in d.donatione iuramentū appositū.quia tale iuramētū vbi agit' de præiudicio tertij nō releuat.c.quāuis.de pactis,in vj.& notat in simili proposito Bar.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de leg. ij.& Ale.in d.cons.lv.in fi.iij.col.quod dictū nota.fuit postmodū trāsactū cū eo.quędā tamē in simili possēt adduci,quæ ponit Soci.in cōs.cviij.quæ vidētur multum facere in contrarium, sed nunc non insisto.

ADDITIO. Aduerte qa ista cōsuetudo , & quæcūque alia,permittēs alienationem aliquo casu, semper debet intelligi dūmodo cesset fraus & dolus, vt tenet Ioā.Lupus in repeti.rub.de don.inter virum & vxo.§. lxvj.nu,xxv.& facit differentiā inter alienationē quæ fit in fraudē legis (quo casu est nulla ipso iure) & alienationē quæ fit in fraudē hominis,quæ debet annullari. vt est tex.in l.si libertus.ff.de iure patro.Bal.in l.j. C.si quid in fraudē patroni. & qđ semper fraus cessare debeat,facit tex.in c.j.de renuntia. in vj. nec fraudi locus relinquēdus est.c.cùm in multis.de rescript.lib. vj.ita quòd semper intelligatur excepta.probat tex.in l.in fraudem.ff.de iure fisci.l.si pater.& ibi Ang. ff. de his quæ in fraudem creditorum.l.creditor.§. Lucius. ff.mandati.Bald.in l.cum ita.in princip. ff.de legat.ij. tex.in l.dubium non est.C.de repud.& iudic. de morib.sublat.Matthæus de afflictis in cōstitutione , quia frequenter.in j.notabili.in iij.lib.& in constitutione, quia nunquam.in x.notabili. Et aduerte quoniam vt dicit Archi.in c.quanuis.de maiori. & obedien. in vj. ꝙ id quod factum est fraudulēter videtur factum per vim & metū.quem refert & sequitur idem Matthæus de afflictis in constitutione quæ incipit,inter cætera, & ibi etiam dicit,quòd iudices in administrādo iustitiam debent cauere ne committant fraudem,maximè in ciuilibus.

IN TEXTV IBI, Constant leur mariage.

QVæro, † quid de donatione facta in contractu matrimonij per vnum ex consanguineis mariti ipsi marito,& vxori futuræ cōtemplatione matrimonij?An consummato matrimonio possit maritus vendere,aut alio modo disponere de dicta donatione facta ipsi & eius vxori contēplatione & in fauorem matrimonij?ista quæstio pluries euenit. Et ideo mihi videtur dicendū,ꝙ ex quo dictū est in contractu matrimonij,donat dictis spōso & sponsæ ꝓ seruitiis quæ ei fecerūt,& quæ sperat in futurū sibi fieri, ꝙ verba sonant ꝙ donatio sit vtriq; facta, & vterq; habet partē, & ideo dī acquestus factus per vtrūq;,qui non potest alienari per maritū,quia nō est factus constāte matrimonio,sed ante matrimoniū.Et ideo non cōprehēdit sub hac cōsuetudine.limitata enim causa limitatū ꝓducit effectū.l.in agris.ff.de acquir.rerum do. l.age.& ibi Ias.C.de trāsac.Et ideo cōsului in casu emergēti, quòd donatio facta sponso & spōsæ futuræ per auunculum sponsi,qui donauit ambobus propter seruitia quæ eidem fecerant,& quę sperabat eidem fieri p eosdem,quòd non potuit alienari per maritum , nisi pro dimidia parte,& ꝙ altera dimidia pars fuit acqsita per spōsam ante matrimoniū.Et ideo debet eidem & suis hæredibus reseruari,nec potest per maritū constante matrimonio alienari.Et ita cōsului in casu emergēti.

1 Quæstio notabilis.

ADde quòd in contrarium videtur facere text. & ibi Bart. in l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg.& pup.substit.sed videas ibi plenè do.meum Ias. qui hāc materiam latè examinauit, & contra Bart. similiter vide Ludoui. Roma. in consilio suo clxxij. in prima colūm.

ADde Bal. in l.cum te.C.de dona. ante nuptias. & in cons.cccxvj.in iiij.vol. & credo hanc verā,quādo donatio fit contemplatione matrimonij,prout regulariter.l.cum veterū. C. de dona. ante nuptias. Secus si cōtemplatione seruitiorum vtriusq;,vt antè dictum est in primo casu. & istud videtur esse de mente docto.& scribentium in l.si tibi.& in l.si mater. C. de dona.ante nuptias.

ADuerte quia Bal. facit mētionem de hoc statuto seu cōsuetudine,& in casu consuluit , vt habetur in cōs.ccxxxv.quod incipit,statuto Tergesti.in ij.parte.& nota quæ ibi dicit.tamē istud verbum, *par donation*,positum in hac nostra consuetudine non est positum in statuto Tergesti,de quo facit mentionem Bal. & de hac consuetudine,vide Pet.de Ancha.consil.cij. quod incipit,in Christi nomine.&c. contra dictā donationem.& faciunt quæ dicit Ioan.Fab.in proœmio instit.in verbo,Iustinia.tamen dicit ꝙ cōsuetudo potest esse ꝙ possit testari vel donare,& sic non facit differētiam inter alienare acquisita per contractum, vel per vltimam volūtatem,& tamen consuetudo sequēs facit differentiam.dixi suprà in gl.j.

Alia quæstio.

ADuerte ad quæstionē, nobilis aliquis accepit in vxorē aliquā mulierē nobilē, quæ ei dedit in dotem castrū cum iurisdictione in territorio,vt videmus ꝙ cōmuniter fit,quidā homines cōmisērūt certa maleficia,ex quibus bona eorū fuerunt cōfiscata,& inter illa sunt immobilia,an maritus possit illa alienare inter viuos sine cōsensu vxoris?videretur ꝙ non, qa dependēt ex re dotali , sed quia sunt fructus iurisdictionis,& fructus spectāt ad maritū pro oneribus matrimonij.l. pro oneribus . C.de iure dotiū.dic quòd sunt acquisita,& ideo possunt alienari , vt tenet Bartol. in

l.fi.in

l.fi. in prin.ff. sol. mat.Iaco. de sancto Georgio in suo tract.feu.in verbo,de castro rubei montis,in ij.col.

ADDITIO. Dic ꝙ sunt acquestus, qa veniunt per consolidationem ad proprietatem.dixi antè,in §.ij.in gl.in verbo, *& acquestz.* ibi, item quæro.& vide Ioan. Lupum in d.repetitione rubricæ,de donatio.inter virum & vxorem.§.lxij.in v.col.suprà alleg.

IN TEXTV IBI,

Soit que lesdicts acquestz.

PRo ſexta † extenſione videndum eſt, an filiusfamiliãs maritus poſſit abſq; mãdato pro vxore agere, & defendere,vt in eo hoc ſtatutũ, ſeu hæc cõſuetudo verificari poſſit.Clarũ eſt,† ꝙ regula eſt ĩ iure, ꝙ filiusfamiliãs non põt ſtare in iudicio abſq; cõſenſu patris. l.cùm nõ ſolũ.& per diſcurſum illius legis cũ ibi notatis.C.de bonis quę lib.l.ſi lõgius.§. filiusfamilãs.ff. de iudiciis.cũ ſimilibus:quare vẽ per regulã dicendũ, ꝙ non poſſit iſta facere. ¶Aduertatis circa hoc, quia ſecundũ qđ dicunt doctores in d. l. maritus. faciendo diſtinctionem bonorum qñ bona ſunt viri,eſſet fortè tunc verũ dicere,ꝙ non poſſet ſtare in iudicio abſque cõſenſu,per iura hîc antè allegata. Sed accipiẽdo verba ſtatuti qđ loquit̃ de bonis mulieris,vtrùm pro illis poſſit ſtare in iudicio? oportet videre an ſtet procuratorio nomine,an verò defenſorio :qa ſi defenſorio,in quacũq; cauſa vẽ ꝙ poſſit,quia hoc dicit tex. in §. publicè.in l.ſeruũ quoq;.ff.de procu.& ibi doc. vnde ſequitur ꝙ cùm hic articulus loquat̃ in ſimplici defenſione,cùm nullum exigat mandatũ,ꝙ poterit ſtare in iudicio,abſque conſenſu patris,maximè defendendo. ¶Procuratorio verò noĩe poterit ipſe ſtare in iudicio abſq; cõſenſu patris,† quia filiusfamiliãs põt dari procurator.l.filiusfamiliãs.§.ipſe quoq; filius.ff.de ꝓcur. & ager & ſtabit in iudicio noĩe alterius abſq; cõſenſu patris,ſecundũ Bar.ibi.Pro quo eſt tex. in c.qui generaliter.§.nedũ.de procu.in vj.Cui nõ obſtat gl.in l.cũ oportet.§.neceſſitatẽ.C.de bonis quæ lib.quæ vult ꝙ requiratur cõſenſus patris,quia ſecundũ Bart. illa gl. loquitur quando filiusfamiliãs agit nomine ſuo:cum verò agit nõ nomine ſuo,nõ eſt neceſſarius cõſenſus: vt cum in caſu huius ſtatuti apparẽter fiat mẽtio quãdo agit nomine vxoris pro rebus vxoris, & ſic noĩe alieno,nulli dubium ꝙ etiam ſi ageret vt procurator, & cum mandato,ꝙ patris cõſenſus nõ eſt neceſſarius. Hoc tenet Io.And.quem ſequuntur doct.in c. qui generaliter.de procu.in vj.hac ratione,quia nihil prẽiudicat patri. Ex quo ſequitur ſi præiudicaret patri, quòd patris deberet interuenire conſenſus.alleg.§. fi. in l.ille à quo,ff.ad Trebell. & c.cum mandato. in fin. extrà, de in integrum reſtitu. vnde dici poteſt quòd ſi filius ageret pro bonis vxoris, pro quibus pater haberet ſua bona obligata, quòd requiritur ratione iſta

37 De filiofamilias marito.

38 Regula iuris.

39 Filiusfamilias poteſt dari procurator.

BIU Cujas

(quia patri posset generari aliquod præiudiciũ) ipsius patris cõsensus, in quo fortè si filius ageret cum mandato, non esset dubium: quia (prout suprà dictum est) noceret aut prodesset ipsi vxori. sed si agat defensorio nomine absque mãdato, cùm nihil possit nocere vxori, nihil potest præiudicare patri, quare &c. Adde Ioã. Fab. in §. patitur. instit. de iniuriis. vbi tenet ꝙ filius in potestate potest agere pro vxore.

40 *Quid de minore xxv. annis*

MAius est dubiũ, † si maritus esset minor xxv. annis, vtrũ posset stare in iudicio pro vxore. & videtur ꝙ hoc statutũ nõ ꝓcedat in minore xxv. annis,

41 †quia minor xxv. annis nõ põt esse procurator ad iudicia. Text. est clarus in d.c. qui generaliter. de procu. in vj. l. exigẽdi. C. de procu. l. minor. ff eo. l. fi. C. de his qui ve. ęta. impe. ergo hic marit⁹ minor nõ poterit stare in iudicio procuratorio nomine. si nõ possit procuratorio noĩe stare in qualibet causa, ergo nec maritus aut alia cõiuncta persona minor absq; mãdato hoc poterit: qa tantum operatur cõiunctio psonarũ, aut copula maritalis, quantum mandatũ. d.l. maritus. & d.l.

42 *Minor non potest esse defensor.*

exigẽdi. Imò fortius, † minor nõ potest esse defensor. l. minor xxv. annis in princ. ff. de ꝓcu. maximè vbi põt in integrum restitui; vt ibi. Tamen hoc fallit qñ cõtra mulierẽ absentẽ posset peruenire ad sentẽtiã diffinitiuã. quia tũc marit⁹ minor xxv. annis posset vxorẽ defendere. argu. eius qd̃ dicit̃ de filiofamiliâs minore. de quo in d.l. exigendi. Faciunt no. in d. §. publicè. †

43 quæ dicta in filio & patre (vt mille vicibus dixi) militãt in marito & vxore, qui maritus ex statuto hẽt vxorem in potestate, sicut pater filium habet. Et nõ est dubiũ de hoc: quoniã maritus minor posset interuenire ꝓ vxore, si maritus iurauerit nõ petere restitutionẽ in integrũ, quia iuramentũ facit eũ haberi ꝓ maiore, secũdũ Bar. in d.l. minor. & per eũ in auth. sacramẽta puberũ. C. si aduer. ven. Facit quod in simili no. Bal. in patre & filio. l. j. ibi, quid si pater est minor. C. de bonis mater. vbi dicit patrẽ ẽt minorẽ admitti cũ authoritate curatorũ, qui sibi dabũtur, & cũ renũtiatione in integrũ restitutionis. alle. l. iij. ff. rem ratã haberi. Adhibeatur ergo cũ cautelis præcedẽtibus, quas dat Bar. vt detur patri curator, & de eius authoritate in iudicia stet. qd̃ verũ est secundũ Bar. ibi, si fuerit ad missus ad iuramẽtum, qa potuit nõ admitti, quia ẽt potuit in ipso iuramento decipi. d.l. minor. sed postquam fuit admissus,

Cautela.

habet̃ pro maiore. Sint ergo cauti litigãtes cũ maritis minoribus noĩe vxoris, vt eos faciãt recipi cum iuramento. Et pro hoc faciũt notata per Host. & Io. And. in c. non iniustè. de procu. & Spec. in tit. de actore. §. j. versi. quid si est minor. quod absq; dubio procedit in causis criminalib⁹, vt plenè scriptũ est in d. §. publicè. Similiter in minore comparente ad allegandum causas absentiæ vxoris, secundũ Bar. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudiciis. & gl. in d. §. publicè.

44 *An maritus maior pro vxore minore agere possit.*

QVid econtrà, vtrùm maritus † maior possit agere noĩe vxoris minoris? Videt̃ ꝙ non, quia ipsa mulier minor nõ posset esse in iudicio ad agẽdũ, nec procuratorẽ constituere absq; curatore. l. neq; curatores. C. de ꝓcu. ergo multo minus poterit agere sine mandato. l. quia absente. C. de ꝓcu. hãc quæstionẽ formant doctores in d.l. exigẽdi. & tenẽt contrariũ, & dicunt,

45 †ꝙ imò maior põt interuenire absq; mãdato pro minore. alleg. gl. in l. tutores qui post. ff. de admi. tut. facit tex. in l. j. in prin. ff. de min. per quem tex. hoc ibi vult Ang. quia vt sæpe dixi, æquiparãtur circa ista pater &

46 filius, maritus & vxor, † sed pater minor non põt esse in iudicio pro filio siue agẽdo, siue defendẽdo. facit l. fi. C. de legi. tut. ergo nec debet posse maritus minor. hoc tamen verum, nisi periculũ esset in mora, quia tũc minor maritus admitteretur sicut pater. argu. d.l. exigendi. in fi. & l. patri. ff. de minoribus. quia necessitas facit aliquid ꝓbabile qd̃ aliàs nõ esset. l. qui potuerũt. ff. de manu. test. vnũ tñ nõ est prætermittendũ: esto ꝙ sic esset, ꝙ maritus minor xxv. annis non posset comparere defensorio nomine pro vxore, quod tamen nõ poterit opponi post litem contestatam, sicut quælibet alia exceptio dilatoria. ita Bart. eleganter per illũ text. in d.l. exigẽdi. & ibi per do. meum Ias. quæ disputatio parũ habet vtilitatis, cùm de hoc sit expressa decisio, per d.c. qui generaliter. cui iuri canonico standum est etiam in causis Cęsareis, tum quia communis opinio doct. ita tenet, tum quia in casu dubio de iure ciuili & claro de iure canonico, ipsi iuri canonico stãdum est, etiam in forò Cæsaris, vt no. in c. j. de no. ope. nunt. in c. ij. de arbi. in vj.

47 *Consuetudinem non extendimus ultra limitationes.*

LImita † prædictã cõsuetudinem, qñ supradictum est ꝙ coniunctus pro cõiuncto admittitur ad cõparẽdũ in iudicio sine mãdato, sexdecim limitationibus positis per do. meũ Ias. & Alex. in l. exigendi. C. de procu. ex quibus nota vnũ, videlicet, ꝙ nõ habet locũ si maritus cõpareat in iudicio tanquã procurator, qa si non constat de mãdato procuratorio non potest sustineri iudiciũ tanquã factum à marito. ita per plura tenet do. meus Ias. in d.l. exigẽdi. & in l. maritus. C. de procu. & istud fuit consilium Lud. Ro. consi. cccxlvj. quod incipit, primus propositæ cõsultationis articulus. quem alleg. do. meus Ias. in prædictis locis.

QVibus adde quatuor, primò ꝙ coniunctus pro cõiuncto præsenti non potest cõparere sine speciali mandato. Imo. in c. cùm M. Ferrarien. de constit. & Alex. in l. non solùm. ff. sol. matri.

SEcundò pro limitatione dic quòd coniunctus pro coniuncto non potest petere decretum iudicis interponi super contractu coniunctæ personæ. facit tex. in l. minorum. C. de prædiis minor.

TErtiò adde quòd cõiuncta persona protestari nõ potest. ita Felin. c. cùm M. Ferrarien. in xvij. col. de constitutio.

QVartò adde ꝙ coniuncta persona solutionẽ recipere non potest. Ias. in l. non solùm. j. col. ff. solut. matri. & quomodo intelligatur, vide eundem Ias. in l. filius. C. de pact. Panor. & Feli. in d.c. cùm M. Ferrariẽ. de constit. Alex. consi. iiij. in iij. col. in ij. vol.

48 *Maritus an debita vxoris exigere possit sine eius consensu.*

ET ideo dicit, † ꝙ etiam maritus nõ potest exigere debitũ vxoris sine eius cõsensu. & de hoc est text. ad literã, & in specie in l. cum maritũ tuum. C. de sol. Nec. in hoc cõsuetudo derogat huic legi, cùm vt videmus, † cõsuetudo debet interpretari secũdum ius cõmune. l. j. C. de noxali. sed ius cõmune dictat ꝙ maritus põt agere pro vxore. l. maritus. C. de proc. tñ non intelligit ꝙ possit solutionẽ recipere, imò vetat cõtrarium, ergo consuetudo dictãs ꝙ maritus possit agere pro vxore, & stare in iudicio, si nõ expresse loquat̃ ꝙ possit solutionem recipere, non poterit maritus solutionem recipere: & si hoc fieret, illa lex, maritus, per subauditũ intellectum corrigeretur, quod fieri nõ debet secundum gl. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. in verbo, petere. de elect. in vj. & illam gl. allegat. do. meus Ias. in l. frater à fratre. in xij. col. ff. de condi. indeb. & in l. emancipata. in pen. col. C. qui admitti. & in l. pacta nouissima. in xj. colum. C. de pactis. & Barba. consil. xij. in x. colum. in j. volum. cùm enim vt dicit glo. ibi, hoc expressè reuocatum non inueniatur, antiquo iuri stabitur. Alexan. consil. lxxxviij. in ij. col. in j. vol. Et pro certo fui de hoc interrogatus à quodam,

qui

Casus facti. qui cùm vidisset vxorẽ suam à se fugisse, volebat cogere quendã debitorem suæ vxoris: debitor autẽ opponebat,& dicebat ꝙ erat paratus soluere, sed ꝙ petebat quittantiã ab vxore,quæ reperiri nõ poterat:dicebat maritus ꝙ per hanc consuetudinẽ poterat agere,& omnia alia facere quæ fienda erãt in iudicio cõtra debitorẽ in hac actione personali.Dixerunt quidã ꝙ poterat stare in iudicio,& ipsum conuenire, sed eo ꝙ non negabat debitum, & ꝙ erat paratus soluere,ꝙ requirebatur in solutione & quittãtia cõsensus vxoris suę,eo maximè ꝙ debitor requirebat per dictam l. cùm maritum.& per hoc remansit processus interruptus,& tacuit maritus.Sed tamẽ quicquid sit, veritas est in cõtrarium, quia maritus cùm possit per quemcunque contractum de bonis mobilibus disponere, potest etiam quittantiam facere per cõsuetudinẽ nostram suprà positam.

ADDITIO. Sed quæro an ista consuetudo habeat locũ etiã si maritus sit clericus primæ tõsuræ, qui habeat priuilegiũ fori?videtur ꝙ nõ,per ea quæ dicit Io. Fab.in §.si verò reus.in ij.col.inst.de satisd.de quo per Matth.de affl.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit, edictorum. in gl. fi. Et aduerte in hoc ad ea quæ dicit idẽ Matt.in dicto loco,in xiij.no.in vij.q.

10 Quæstio. SEd quæro,† quia in procuratione fienda per vxorẽ requiritur authoritas mariti, an maritus possit ipsam authorizare, qñ cõstituit ipsum maritum procuratorem?vide per doc. maximè Ang.Imo.Ro. in l. j. §. fuit quæsitum.ff.ad Treb. & vnũ verbũ per Feli. in c. causam matrimonij.in v.col.de offi.dele.vbi dicũt ꝙ maritus nõ potest authorizare in facto proprio.facit glo. in cle.ij. de rebus ecclesiæ nõ alie. & quæ dicit Panor. in c.fi.de instit.& quod no.Bar.in l. fideiussores magistratuũ.§.tutor datus.ff.de fideiuss. tuto. dixi ample in §.j.supra in hoc eodem tit.in gl.N'*aussi par testament.*

11 Quid in paraphernalibus. SEd iterum† quæro,an hæc cõsuetudo habeat locũ in bonis paraphernalibus,quę sunt extra dotẽ?dic ꝙ vxore prohibente,maritus nõ habet aliquod exercitium.tex.est in l.hac lege.C.de pactis cõuentis.tam super dote quàm super donatione. ¶ Aduerte ꝙ si super bonis paraphernalibus sint factæ cautiones fœneratitiæ, ꝙ maritus habẽs penes se cautiones põt recipere vsuras siue arreragia, & in cõmunẽ vtilitatẽ expendere.tex.est ad literã multum singularis, & quem Bal.dicit non esse alibi.l.fi.C.de pactis conuentis.

QVæ autem sint bona paraphernalia dicam infrà, in hoc titulo,in consuetudine quę incipit,*deniers de mariage qui ne sont ameubliz.*

12 Quæstio SEd quæro de vna quæstione,† maritus circa res vxoris facit cõtractũ,& ꝓmittit ꝙ vxor habebit ratum cõtractum à se gestum:si vxor contrauenit an teneatur?tu dic,aut mulier habet iustam causam cõtraueniendi, & tunc maritus non tenetur: quia qñ quis promittit de non contrauenendo,intelligitur nisi ex legitima & iusta causa cõtraueniat, & lege permittẽte.tex.est ibi Dy. & Barto. in l. quidam cùm filium.ff. de verb.obl.tex.est in l.si libertus.ff.de ope.libe.& ibi notatur.c.quintauallis.de iurciu.Et ideo Soci.in casu emergenti,s.quando vxor noluit ratificare donationẽ factam per eius maritum,eo ꝙ post prædictam donationem habuit filiam quam antea nõ habebat,& sic si ratificasset,potuisset reuocare,ex quo noluit ratificare propter illam filiã,an maritus in aliquo teneatur.& pluribus motiuis ibi Soci.in consi.suo cccxv.incip.visa prædicta facti contingentia. in pen. & vlt.col.tenet ꝙ non,& adducit in fine consi.Pet.de Anc. in consil.suo cccxxvij.inci.visa facti narratione.in simili de tertio q. ꝓmittit obseruãtiã cõtractus minoris,qui nõ tenet,si cõtractus principalis minoris irritat ex causa pmissa,qa põt vti cadẽ defensione minoris.ad hoc l.ij.ff.de fideius.item quia est dependens à prima,ergo illa annullata, annullat & ista regula, accessoriũ.de reg.iur. in vj.c.trãslato.de cõstit. itẽ qa irritata prima,secunda remanet sine causa,& sic in effectu inefficax.l.ij.§.circa.ff.de exce. doli. nõ tamẽ inuenio illud consi.Anch.

SEd quia hic §. noster loquitur in marito, dictũ est suprà quid in sponso & sponsa,† quęri posset,quid in cõcubinario.in hoc† licet concubinatus de iure ciuili sit permissus.l.in cõcubinatu.§.fi.ff. de cõcubinis tñ absolutè respõdetur ꝙ nõ vẽdicat sibi locũ, quamuis sit par aut maior affectio,aut amicitia, sed quia de iure diuino eiiciẽda est ancilla, Genes.21.& iure canonico:quia fornicatio simplex est peccatũ mortale,cle. ad nostrã.de hæreticis.c.meretrices.& ibi Io. de turre cremata.xxxij.q. iiij. Ideo dicendum est prædicta non habere locũ in cõcubinario.& faciunt quæ dicit Bal. in auth.si quas.in ij.col.ibi,sed quęro. C.de sacrosc.eccle.vbi dicit ꝙ in honesto loco non licet collocare inhonestas personas.per l.si qua.C.de spectaculis, li. xj. & est text.ibi satis notabilis,† ꝙ in loco honesto non decet esse inhonestas personas. † & quæ sit pœna occupantis locum maioris & honestioris? dic quòd debet poni in loco viliori, vt est casus in c. præcipimus. xciij.distinct.quem ad hoc dicit esse singularem Lud. Ro.in sing.suo 394.inci.nõ debet minor.Pet. Gerard. sing.33.incip.nobiles præhonorantur.

53 *Quid in concubinario.*

54 *Concubinatus permissus.*

55

56 *Pœna occupantis locum honestioris.*

ADDITIO. Dixi in Catalogo gloriæ mundi, in j. parte, consideratione xxxix. Et dicit Iacobus Rebuffi in d. l. si qua. nota pro consuetudine quæ seruatur in villis,† ꝙ hoies & mulieres viliter viuẽtes ab honestis carreriis expellãtur,& in carreriis remotis & seorsum manere permittantur. ad quod facit l. ædificia. C. de ope.pub.& vidi in hac ciuitate ꝙ quidã cõquesti fuerunt de illis qui domos suas locabãt meretricibus,qa per curiam compellebantur exire inde, & collocabãtur in carreria remota iuxta hortalia, & in suburbiis. & talis carreria in tota Gallia vocatur bordellũ,& tamen aliquando ex tolerãtia possunt tales domus esse. l.ancillarum.§.fi.ff.de pet.hæred. quicquid tamen sit, possunt tales viles mulieres etiam de eorum propriis domibus expelli.facit l.nõ aliter.cum ibi no.ff. de vsu & habi.ex quo non est dicendum ꝙ debeant gaudere priuilegiis quibus gaudent honestæ mulieres,ideo in hoc casu non est dicendum ꝙ cõcubinarius admittatur pro concubina.

57 *Locãtes domos meretricibus.*

Bordellũ.

ADDITIO. Et quòd possint meretrices expelli à vicinia ad requestam honestarũ mulierum,videMatt. de affl.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit,quę passim. in iij.libro.

QVæro de quæstione, pone ꝙ in contractu matrimonij fuit contractatum ꝙ maritus non poterit esse in iudicio pro iuribus & actionibus mulieri competentibus,sed ꝙ ipsa mulier tenebitur comparere,& agere,seu defendere de authoritate mariti, nõ obstãte cõsuetudine de qua hîc, cui derogant & renuntiãt quo ad hoc:an si maritus postmodum velit agere cõtra aliquem pro iuribus vxoris, & cõparere secũdum hanc consuetudinem, possit ei opponi per partem ꝙ nõ est legitima persona stãdi in iudicio, eo modo quo vult comparere? an verò etiam mulier hoc casu possit contradicere?De muliere quòd nõ possit contradicere non existente cõuentione,dixi suprà: sed existente conuentione est maius dubium,eo maximè,quia hoc casu cùm sit tantum ius introductum in fauorẽ: viri,

Quæstio.

potest

19 D. mulieribus facientibus vota visitandi sanctorum reliquias.

potest illi renũtiare.l.si quis in cõscribendo.C.de pac. vbi do.meus Ias.† & cõuentio inter virũ & mulierem facta in cõtractu matrimonij est seruãda.l. inter socerum §.cõuenit.ff.de pactis dota.quẽ tex.multũ extollit do.meus Ias.in l.lecta.in vij.col.ff.si cert.pet. & Odofr.ante eum in l.legẽ.C.de pac.& est multùm sing. & bonus ꝓ dominabus nostris, quæ volũt frequẽter ire ad visitãdũ amicos,& faciũt vota visitare ecclesias, puta sanctum Claudiũ,nostrã dominã de puteo, sanctã hostiam deDiuione,& alia loca sancta,quia debẽt hoc facere ponere in contractu matrimonij, ꝙ mariti eorũ eas conducent propriis eorũ expensis.Quę quidem cõuentio valebit, & tenebit maritus,nõ actione directa sed actiõe vtili in factũ.Sed ꝓ certo multi sunt apud nos qui etiã de facto tenẽtur hoc facere,licet nõ sit conuentum,imò etiam multo maiora. Et redeũdo ad propositum,credo ꝙ nõ obstante dicta cõuentione maritus possit agere, ita ꝙ nõ possit ei opponi per partem aduersam prædicta cõuentio: quia legem habemus in hoc,vt in hoc §.& in d.l.maritus.C. de procur. cui legi partes nõ possunt derogare, nec possunt dicere,nõ obstãte tali lege, vt dicit do. meus Ias. in l. nemo potest.in ij.col.ff.de lega.j. Alex. in consi. cj. in iiij.col.in j.vol.dicam alibi latiùs.

IN TEXTV IBI,
Sans procuration.

1 ADde† an maritus sit procurator vel curator vxoris?vide Io.Fab.in l.maritus.C.qui da.tut. vel cu.
2 pos. †Et quid si expensas fecerit litigando pro re mulieris,an recuperare possit?Io.Fab. in l. qd in vxorem. C.de neg.gest.tenet ꝙ non.Lud.Roma. in consil. suo ccccxlvj.incipiente,primus. propositę consultationis articulus. dicit ꝙ si maritus egit nomine procuratorio,cùm non haberet, nõ pót sustineri processus tanquã factus cũ marito.sed arguit ad vtranq; partẽ,tandem distinguit.Idẽ Lud,Rom.in consil. cxcix.in ix.& x.col.quærit an procurator cõstitutus per inhabilẽ ad constituendum procuratorem ad actum validetur,& accipiat potestatẽ per habilitationẽ in constituẽte superuenientẽ:puta aliquis noĩe Bertæ quã dicit suã esse vxorẽ,quę tñ verè nõ est,an si postmodũ antequã causa decidatur efficiatur vxor, valeat actus factus per eũ tanquã maritũ cùm non esset.& cõcludit ex multis ꝙ non.Et ex fundamẽtis Lud. Ro. aliàs dixi in cõtingẽtia facti,ꝙ si laicus cõstituat aliquem procuratorẽ ad adipiscendã possessionẽ alicuius beneficij antequã sit clericus,& sit capax ad obtinẽdum beneficiũ, si postmodũ efficiat clericus, talis ꝓcurator cõstitutus ante clericatũ nõ habet potestatẽ adipiscẽdi possessionẽ de beneficio sibi collato,ẽt post clericatũ, ꝙ illa habilitas quæ superuenit,venit ex facto nouo & superioris, ideo nõ prodest:vt dicit ibi Lud.Rom.maximè etiam quia in procuratorio inspicitur tẽpus quo quis cõstituitur procurator,vt facit tex.in c. si. de procuratoribus.¶Aduerte tamen ad dictũ Geminia. in c.j.§.j.in j. col.de resti.spolia. in vj. vbi dicit, ꝙ vitiũ concernens personam actoris quod repellit actorem,non repellit procuratorẽ ab eo missum,de quo dixi in cons. meo j. in iij.præsuppositio.nu. xxxj.¶Et in casu de laico constituente procuratorem ad acceptãdum beneficium, aut ad adipiscendam possessionẽ,cogita ex his quę dicit Ioannes de Selua, in tractatu de beneficio, tertia parte,quæstione vj.in prin.in j. & ij. motiuo.maximè quando allegat cõsilium Pauli de Cast.& l. j.§.fi.ff.de bon. pos. ex testamẽto militis. & dicta Pauli videntur facere contra dicta Lud.Romani,sed veritas est in tali casu, ꝙ potestas laici non trahit effectũ suum ad beneficium collatum post clericatum.

ADuerte ad multa in practica in materia procuratorij. † Primò ꝙ qui generale mandatum habe- 3 Falsus procurator quis.
ret,& gereret actum requirẽtem speciale mandatum, diceretur falsus procurator.Bal.in c.nonnulli.in j.col. de rescri.Feli.in c.ex parte decani.in iij.col.de rescrip. Et dicit idem Feli.in d.c.nonnulli.§.sunt & alij.col.x. ver.scias tamẽ.de rescri. † ꝙ requiritur procuratoriũ 4
speciale ad acceptandum beneficiũ:ex quo si quis acceptat sine speciali mãdato,dicitur falsus procurator, vt dixi in casu emergenti. Ias. in l. iij. §.si procurator. col.ij.ff.quod quisq; iuris. licet videatur dicere Bal.in l.falsus.C.de fur.ꝙ sit tantùm insufficiens.Vide in decisione Tholo.ccccclxxxvj. ¶Sed an possit validari acceptatio per ratificationẽ, dixi ꝙ sic antequam sit alteri ius quæsitum.& consului in casu emergenti.

ADDITIO. Quia hîc antè dicitur,ꝙ habens mandatum generale, si gerat actum requirẽs speciale mãdatũ dicitur falsus procurator, quid de eo qui habet mandatum cum libera, an possit ea facere quæ requirunt speciale mandatum?vide Matt. de affl. in constit. regni Siciliæ,quę incipit,si quis in posterũ.in xiij.no. & in constit.circa violentiarum.in x.no. vbi ponit,an possit iniustum vel illicitum. Adde ꝙ non intelligitur habere potestatem aut facultatem gerẽdi actum quẽ verisimiliter nõ gessisset principalis, puta exhęredare filios descendẽtes pro collateralib⁹.cùm,vt dicit Paulus de Castro,& do.meus Ias.in l.tale.§.fin.in ij. no.ff. de pac.quòd si statutum debet extendi ad id quod verisimiliter statuentes ordinassent,si de eo cogitassent: ideo etiam à simili mãdatum procuratorium cum libera debet extendi ad id quod principalis verisimiliter gessisset,si de eo cogitasset. facit quod dicit Angel. in l.obligatione generali. ff. de pignoribus. quem refert Hippol.de Marsi.in consi.suo xxj.nu.51.& 52.vbi satis amplè. Et facit quoniam quod non est verisimile,est potius falsitatis imago,quàm quod habeatur in consideratione. ¶Aduerte quòd potestas substituẽdi quem procuratorem requirit speciale mãdatum, nec sufficit quòd in verbis narratiuis fiat mentio de substituto,nisi fuerit facta mẽtio in dispositione, vt tenet Hippoly. de Marsil. in singulari 60. inci p. Titius constituit procuratorem.

SEcundò † si procurator gerit aliquẽ actum,& non 5
cõstet in actu de instrumẽto procurationis,nõ valet actus.Bar.in l.si quis inficiatus.ff. depos.& in l. qdã.ff.si cer.pe.† & in actu & in prõptu debet exhibere 6 Procuratorium vide quæst. hîc.
procuratorium,etiã si nõ interrogetur an habuit mãdatũ:aliàs actus est nullus.Bal.in rub.C.depos.in iiij. quæst.maximè in actu extraiudiciali,sed in iudicio debet excipi ꝙ nõ est procurator. ¶Et an instrumentum in quo dicitur,talis procurator,tale probet procuratorium, etiã si notarius dicat se vidisse & legisse, vide Iaco.de S.Georg.in auth.si quis in aliquo.in ij. col.de eden.C.post alios.vbi dicit ꝙ in tali casu, etiã p mille annos non præsumitur solennitas mandati.

ITem † non sufficit docere de procuratorio in pro- 7
tocollo, sed debet esse procuratorium in publicam formã redactum. Alex.in apostil. ad Bar.in d.l.si quis inficiatus.ff. depositi. Nec exemptio,nisi postea exhibeatur originale,secundum Hippol. de Marsil. singu. suo cxlij.¶Quãdo autem protocollum seu imbreuiatura non positum in mundum faciat fidem,vel nõ,vide Ant. de canario,in trac.de insinuationibus. quæst. xxiiij.vbi satis amplé.

ADDITIO. Vide Matth.de affli.in consti.regni Siciliæ

ciliæ,quæ incipit,baiulos omnes.in xiij. not. Per hæc
8 pluries dixi,† ꝙ procurationes quę fiunt in albo,vbi dimittitur album ad ponendum & describendū plura nomina procuratorum,etiam fortè incognitorum constituenti, erant reprobandæ & non recipiendæ, quia ex hoc possunt committi plures falsitates. dicā alibi pleniùs.

9 ITem†notarius qui recepit instrumentum procurationis nō potest sibi assumere authoritatem ex illo instrumento.Bal.in l.iudices.C.de fide.instr.in fi.vide Bar.in l.seruus cōis ipse.& ibi Alex.in apo.ff.de stipu. seruorum. Et aduerte ad plura de legitimāda persona procuratoris,de quibus per Hippoly.de Marsil.in l.fi quis ne quæstio.col.xj.cum seq.ff.de quæstionibus.

10 Maritus agens pro vxore cautionē præstabit de rato & de defendēdo.

SEd aduerte,quia cōsuetudo nostra habet hoc vltra ius,scilicet ꝙ maritus nō tenetur satisdare, quoniā licet sit verū†ꝙ maritus vt cōiuncta persona agit absque mandato pro vxore,tamē debet maritus præstare cautionem de rato.vt in l.maritus.C.de procu.† Item de defendendo in causa reconuentionis. vt in l. sed & hæ.in prin.ff.de procu.& ibi Bar.in l.seruū.§.ait prætor.ff.de procur.gl.est in d.l.maritus. Quod tamē ego credo nō esse necesse per hoc statutum, per quod poterit maritus agere pro vxore absque his cautionibus: cùm enim hoc nō sit expressum,sed omissum,videtur nō esse dispositum.l.cùm prætor.ff. de iudic. cùm statuentes si voluisset, hoc expressissent. Et hoc differt statutū à lege scripta. ¶Non audeo tamen pro nūc asserere,ꝙ maritus per hoc statutum non teneatur agēdo præstare has satisdationes,imò ꝙ ipsas debeat præstare,Moueor his motiuis: Primò,quia casus omissus à statuto relinquitur dispositioni iuris cōis.l. si extraneus.ff.de condi.causa data. Ergo cùm statuētes omiserunt loqui de istis cautionibus, sequitur quòd illas non remiserūt, sed dispositioni iuris communis reliquerunt,quod præsumēdum est eos voluisse,quia statuendo conati sunt non voluisse lędere ius commune minus quàm fuit possibile,& suam dispositionem restringere & non ampliare.l.iij.§.hæc verba.ff. de neg. gest.l.si serui vestri.C.de noxa.

SEcundò moueor,Nā vt suprà dixi,statutū istud cō forme iuri cōi in hoc ꝙ maritus agere potest absq; mādato pro vxore,fuit iuris cōmunis hoc disponētis quædā nouatio.si enim statuat id qđ iā de iure dispositū est,censetur fieri illius dispositionis quędā nouatio.ita Bar.in l.j.in prin.ff.ad leg. Falc.Ang.in d.l.si ita stipulatus.& Io.And.in c.j.de cōsti. in vj. Sed sic est ꝙ id notatur cū omnibus suis antiquis qualitatibus.no. l.aliā causam.cum ibi not.ff.de noua.l.si stipulatus. ff. de vsur.l.v.§.conuentionales.ff.de verb.ob. Bar.in l.si quis cùm aliter.ff.co.de ver.obl.Sequitur ergo ꝙ hoc statutum nouans ius cōmune,in hoc nouat,ꝙ ius cōmune habet ꝙ maritus agit sine mandato pro vxore, cum istis cautionibus nouat hanc dispositionē cū istis qualitatibus,eo maximè ꝙ illas expresse nō tollit, qđ si fieret,esset secus secundū Bar.in d.l. si quis cùm aliter.vnde nisi alia ratio hoc impediat, de qua fortè infrà dicet,non esset absurdū cōcludere ꝙ sit necessaria illa satisdatio, eo maximè quia ratio propter quam à iure fuit introducta hæc satisdatio,militat etiā in casu huius statuti,quę est,ꝙ licet lex det istā facultatē agēdi absq; mādato,tñ in nihilo præiudicat vxori:qa pro hoc nō dicetur vir ab vxore habere mandatum, sed à lege.l.iij.§.sed & si fortè.ff.de iudi.solui.vnde quia nō præiudicat maritus, succurrit reo cū quo litigat maritus in ista satisdatione,per quā recuperabit damna, interesse,& recōueniet &c. Quas satisdationes statutum remitteret diceretur esse iniquū, contra ius & naturalem rationem factum,& merito damnandum: vnde oporteret necessariò cōcludere,aut statutum illas satisdationes non remittere, aut maritum agendo vxori præiudicare posse,quare &c. Quia qui quid sit in expressa determinatione, in hoc differūt lex & statutum: habet enim minus scriptū statutū quàm lex, sed fortè plus intellectum.

IN TEXTV IBI,
Es droicts possessoires.

QVæro nunquid dispositio huius statuti habeat locū in actionibus realibus quantū est de iure? Videtur dicendū ꝙ sic,ꝙa l.exigēdi.C. de procur.quæ loquit de defendēdo.& l.maritus.C.eo.quæ loquitur de agēdo,loquunt vniuersaliter & indefinitè,quæ indefinita æquipollet vniuersali.l.iij.C.de insti.& subst. †& lex generaliter loquēs ;generaliter est intelligēda. 1
l.de pretio.ff.de publ.vnde Imperator in d.l.maritus. † vtitur verbo multū generali, interuenire,qđ cōprehendit omnē actionis speciē:qđ tñ intelligitur si solū vtitur verbo,actio,ꝙa † actionis verbo quantū ad hoc cōprehendit omnis species actionis in personā, in rē, mista,prætoria siue in rem, siue in pſonā.Similiter interdicta quæ sunt in rē scripta,& et quælibet alia anomala prosecutio: imò & officiū iudicis, prout ista oīa possunt sumi ex no.per gl.& doc.insti.de obl.in prin. in l.actio in personā.in l.actionis verbo.ff.de actio. & oblig.Inst.de interdi.in prin.in §.quodā. Instit.de act. in quib' oībus erit regulare. Sed fallit in certis actionibus &casibus,de quibus infrà dicetur.†Statutū verò,licet vtatur verbo multum generali, *demandant*, qđ latiorē vī habere significationē quā verbum agere, & propterea intelligitur cōprehēdere etiā omnino officium iudicis,tñ videtur habere aliquā vim restrictiuā, eo ꝙ dicit in iuribus possessoris, & actionibus realibus.†quæ iura possessoria cōmuni vsu loquendi cōsiderato,videtur tantum adaptari ad iura dicta possessoria,& postea id qđ sequitur de actionibus personalibus, in suo significato, præpositio,in, comprehendit actiones pſonales. Vnde cùm nullā faciat statutū mētionem de actionibus realibus, videtur ꝙ persecutionem illarum reliquerit sub dispositione iuris cōmunis,aut ꝙ illarum persecutionē marito interdixerit, aut minimè permiserit. Ego cogitaui ꝙ sub illis verbis, *draicts possessoires*, possit dici statuētes intellexisse velle cōprehendere actiones reales, quæ dicuntur rei vendicationes.§.appellamus.institu.de act.†quia illæ actiones dantur propriè contra nō obligatum aliqua actione personali.§.omnium.instit.de act. sed ratione rerum & possessionum apud conuentos existentium, & ratione dominij illarū possessionum rerum per actores prætensi,†quæ propriè dicuntur possessiones. secundum no.per Bar.Bal.& alios,ex illo text. in l.fin. C.de sacros.eccl.sicut vulgariter dicimus de vna terra ista est pulchra possessio : isto modo accipitur pro re possessa,secūdum Bar.in l.si rem aliquam.ff.de acqui. pos.& Bal.in l.j.C.si pig.pigno.da. sit. Vnde quia istæ rei vendicationes, siue actiones personales, vt plurimùm dātur pro istis possessionibus, videtur posse sustineri ꝙ statuētes loquātur de istis iuribus possessoriis,& sic erit verum dicere, ꝙ disponat tam de realibus quàm de personalibus, sub quibus verbis nullū dubium erit ꝙ comprehendantur omnes aliæ species quæ sub istarum diffinitione comprehendūtur in dicto §.j. Instit.de actio.cuiuscunque naturæ aut conditionis existāt,etiam interdicta & actiones mistæ,nam

De actionibus realibus.

2 Interuenire verbū.

3 Actio dicto quæ cōprehendat.

4 Demandando verbum.

5 Iura possessoria.

6 Actiones reales cui dantur.

7 Possessio quid.

†& alias

BIU Cujas

8 †& aliàs regulariter ſimplici appellatione cotinentur miſtæ, ſecundū amplè not. per Bart. & alios doctores in l. ij. in prin. ff. de ver. obl. Sed maximè in iſtis actionibus miſtis, quæ diuerſis reſpectibus aliquādo dicūtur. in rem, aliquando in perſonā, & propterea miſtæ. ¶Et ſi reperiretur verum, ꝙ ſtatuentes non intellexerunt diſponere de actionibus realibus, & ꝑ illis poſſet agere abſq; mandato. &c. Huius poteſt eſſe ratio, quia

p †duo ſunt principia in rei vēdicatione, dñium ex parte agentis, & poſſeſſio ex parte cōuenti. l. in rem actio. l. ex diuerſo. & gl. in rub. ff. de rei vendi. ſed ſic eſt ꝙ ſi maritus agat pro illis bonis mulieris, ꝙ debet eſſe pro vna ſpecie bonorū quæ poteſt habere mulier. ¶Nam mulier pōt †habere bona in triplici ſpecie, ſecundum quod no. Bart. quē ſequūtur omnes doctores in l. maritus. C. de procur. idē Bar. in l. j. ff. ad leg. Falc. ¶†Habet enim primò bona dotalia, & iſtorū bonorū maritus conſtāte matrimonio eſt dñs, & pro illis ſuo noīe actionem poteſt intentare, l. doce ancillam. C. de rei ven. vnde ſequitur, ꝙ de his nihil fuit neceſſe diſponi per ſtatutum, vt maritus poſſit vxorē defendere, quia ipſemet ſuo nomine agit, & ideo iſto caſu etiam nulla requiritur ſatiſdatio. hæc Bart. quē ſequitur do. meus Iaſ. in d. l. maritus. ¶†Habet & ſecundò mulier bona paraphernalia, quæ ſunt extra dotē, & quæ tradit vir, & de iure iſta aliquando tranſeunt in dominium viri, aliquādo ſolùm in ſuam cuſtodiam, l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure dotium & in iſtis admittitur ad agēdum abſq; alia ſatiſdatione. Caſus eſt in l. fin. C. de pact. conuen. ¶†Habet tertiò vxor alia bona prorſus ſeparata à rebus viri: & pro iſtis admittitur maritus ad agēdū ſicut quælibet alia ꝑſona, cum ſatiſdatione iuris, d. l. maritus. Ad propoſitum noſtrum & applicando ad cōſuetudinem patrię, vxor poteſt habere bona omniū iſtarum ſpecierū. †Item ſi ipſa habeat bona immobilia, & nubat pro ſuis iuribus, & etiā ſi multa mobilia poſſideat, & ſic nubat, intelligatur omnia illa dare in dotē, ſecundum theoricam Bar. & doct. in l. mulier bona. ff. de iure dot. & Bar. in queſt. per eum diſputata, mulier habens amplū. imò quod fortius eſt ſi ſint mobilia, in dubio ſunt in diſpoſitione viri vita comite, ſecundum ſtatutū ſuprà proximè &c. Et ſi ſint mobilia æſtimata æſtimatione quæ facit emptionē, aut ſit pecunia numerata, quæ ſit promiſſa aſſignari, efficitur mariti, & aſſignalia ſunt ſua dos: ſequitur ꝙ conſtāte matrimonio, maritus, vt illorum dñs, ſuo noīe habebit actionē in rem, vnde non fuit quantum ad illam neceſſe ſtatuere ꝙ maritus poſſit agere ꝑ vxore, & ſi mulier certū quid dederit in dotē, & alia bona habeat extra dotem, ſiquidem ſint mobilia, adhuc idem: quia illorum per ſtatutum præcedens habet liberā, vt dñs, adminiſtrationem, vita comite: ſic ſuo nomine poterit vēdicare. ſi verò ſint immobilia, habebit illorum vt legitimus adminiſtrator liberā facultatem perceptionis, & hoc rōe illius poteſtatis quā in ipſam hēt de qua ſuprà ſtatuto primo i hac rubrica. & ſatis hoc ſonāt verba ſtatuti dū diſponit circa actiones poſſeſſorias & ꝑſonales: quia vtitur hac dictione, *ſes droicts* &c. id eſt ſuas actiones, quæ dictio, ſuas, denotat plenū dominium in muliere. l. Quintus. cū ibi not. ꝑ Bar. & alios, ff. de auro & arg. leg. ſed cùm mulier illa bona nō poſſit dicere ſua, ſed ſunt, inſpecto iure ciuili, mariti, d. l. doce ancillā. & rōibus ſuprà allegatis, ſequit ꝙ nulla poteſt cōpetere vxori actio realis: ideo nō fuit neceſſe de ea diſponere. nō ſic eſt de actionibus perſonalibus: quia actiones quæ ſemel ſibi cōpetierūt ſunt affixæ ſuis oſſibus. & ab ipſa ſeparari non poſſunt. l. quis ergo caſus. ff. de pecu. vnde nō mirū ſi aliud in illis ſit diſpoſitum, quia idem eſt de interdictis, quia etiā ſunt perſonalia, licet ſint in rem ſcripta. l. j. §. pe. ff. de inter. ¶Sed nonne etiā mulieri poſſunt competere actiones reales in aliis bonis quā dotalibus, ſicut actiones ꝑſonales poſſeſſoriæ, quare ēt in illis debuit diſponi realiter? oportet fateri ꝙ aut ſtatutū eſt defectiuū in eo ꝙ circa hūc caſum nō diſpoſuit: aut ꝙ intelligitur ſub illis verbis, *droicts poſſeſſoires*, aut ꝙ relinquitur diſpoſitioni iuris communis. ſic ſto. Pro nunc ſufficit dediſſe cauſam poſteris ſubtilizādi. cōmuniter tñ obſeruatur ꝙ in actionibus realibus nō admittatur maritus ſine ꝑcuratorio, cùm incluſio vnius ſit excluſio alterius. c. nōne bene dicimus. ibi per Feli. & alios. de ꝓſumpt. per quod etiā poſſet dici, ꝙ actiones miſtæ nō cōprehendant in cōſuetudine noſtra, ſed tñ cogita an ſit verū, † cùm ſub ſimplici cōtineatur miſtū. gl. in §. oīum. vbi doct. & maximè do. meus Iaſ. in v. & vj. col. inſt. de actio. & in l. ij. in prin. ff. de ver. ob. & vidi aliàs dubiū, ſed cùm talia eueniunt maritus ſe offert liti pro ſua vxore, manucapiendo pro ea, & valet, vt ſatis no. in l. ſi ſe non obtulit. ff. de re iud. & in l. Paulus. ff. de procur. vbi declaratur ꝙ ſic poteſt ſe offerre liti.

10 Mulier habet bōa triplicia.
11 Dotalia.
12 Paraphernalia.
13 Prorſus à rebus viri ſeparata.
14 Nota bene hæc.
15 Simplex continet miſtum.

SEd ſtāte hac cōſuetudine, an ſi maritus ſuper poſſeſſorio agens aut defendens noīe vxoris, & pro ea illi poſſeſſorio renūtiet, poſſit vxori ꝓiudicare, ita ꝙ per talē renuntiationem mariti vxor ſit excluſa à poſſeſſorio? videtur ꝙ non, eo ꝙ vī eſſe quædā alienatio, quæ nō poteſt fieri per maritū de rebus realibus, ſcilicet de bonis immobilibꝰ vxoris, vt dictū eſt in §. iij. huius tit. in gl. N' *auſſi ſemblablement*. & quia poſſeſſoriū eſt quid rei immobilis adiacēs, cùm rei immobilis vilis ſit & abiecta poſſeſſio: ideo videt ꝙ ſicut de petitorio rei immobilis non poteſt tranſigere, ita neq; de poſſeſſorio. Ego ſemper dixi, & adhuc dico, ꝙ ex quo poſſeſſio rerū immobiliū vxoris ſolùm habet effectū ratione perceptionis fructuū, qui ſunt in diſpoſitione mariti per cōſuetudinē tertiā ſ. eod. tit. cùm ſint mobilia de quibus maritus diſponere poteſt, ꝙ ipſe maritus renuntiare pōt poſſeſſorio tali, & ſuper eo trāſigere. arg. etiā eorum quæ dicuntur de vaſallo qui prohibetur alienare, & tñ poteſt trāſigere ſuper feudo dimittēdo feudum apud poſſeſſorē, & non aliàs, vt plenè dixi ſuprà, in §. fi. in gl. *en alienation*. verſic. nunquid autē vaſallus ſuper feudis. tit. *des fiedz*. Ad minus poteſt compromittere quo ad poſſeſſionē, & valet trāſmiſſio ſolutionis per compromiſſum. arg. eorum quæ ibi dicta ſunt. Iuncto ꝙ poſſeſſorium eſt ſolùm ꝓiudiciabile quò ad perceptionem fructuum, quæ eſt in plena diſpoſitione mariti, quia de fructibus tanquam de mobilibus plenè diſponere poſſet, etiā inuita vxore: & ideo ſuper dicto poſſeſſorio etiam diſponere inquantum tangit eius intereſſe, ſcilicet tempore quo viuit adhuc maritus. nec in hoc viuēte marito mulier contradicere poteſt, eo quòd habet petitoriū ſibi ſaluum, quod poteſt recuperare actione & iure ſibi cōpetente. Et etiam quia datur ſibi poteſtas agēdi, videtur quòd & tranſigendi: cùm cui concedatur antecedens, cōcedatur & cōſequens. Cogitate, quia ita obtinui, maximè viuente marito.

QVid † de cauſis ſpiritualibus, vtrum diſpoſitio huius ſtatuti in his procedit: dñi de Rota cōcluſione cccxxxvj. & ipſi in nouis deciſionibus, concluſ. dclxxxij. quæ inci. in cauſis. tenent ꝙ nō, & ꝙ maritus in iſtis non admittitur ad agendū pro vxore, etiā cum ſatiſdatione. c. fin. de iudi. in vj. Spec. in tit. de coniuncta perſona. verſic. quid ſi ſit ſpiritualis. Et eſt ratio, 16

†quia

BIU Cujas

17 †quia in causis spiritualibus requiritur speciale mandatum,secundū quod videtur sentire gl.in c.qui ad agendū.de iudiciis,in vj.l.patri pro filio.& l.illud.ff.de minorib.Ias.in d.l.exigēdi.in iiij.fallētia.C. de procu. & in l.maritus.in ij.col.C. eo.licet cōtrariū teneat gl. in c.cū pridē.de pactis.& do.meus Ias.in l.qui iurasse. §.si pater.p illā.l.patri.ff. de iurciu. tñ tenet ex c.accedens.& c.auditis.de procur.q in causa matrimoniali, quæ est causa spiritualis,fuit coniuncta persona,vt est pater admissus pro coniuncta,scilicet pro filio,sed forte est speciale in patre,cui multo plus ꝓmittitur quàm cōiunctæ personæ.d.l.patri.ff.de mino. qđ etiā debet ꝓcedere in marito,cuius est tanta ꝓximitas erga vxorē.arg.illius l.patri.ff.de mino.& hoc credo verū esse, vt scilicet in illis possit interuenire agēdo & defendēdo.quod tenet Ia.Fab.in §.pe.insti.de satisf.licet in cōtrarium videatur facere glo.in c.cùm M. Ferrariensis, de consti.& vide quæ dicit do.meus Ias. in l.exigendi. in ij.col.in v.fallentia.C. de procu. & aduerte q dñi de Rota deci.xxvij.in ti.de ꝓcu.& Milis in suo reperto.in versi. procurator potest esse laicus. tenet cōtra-
18 rium:& fortius †q laicus pōt esse procurator in causa beneficiali sine speciali mandato.

Principi plus obligatur subditus, quàm patri filius.

ADDITIO. Quia subditus magis obligatur principi quàm filius patri,nec pater filio,nec frater fratri, nec libertus patrono,vt dicit do.meus Ias. in l. veluti. q̄ legit cū §.huius studij.ff.de iustitia & iure.qa libertus adstringitur ad defendendū dominū ad violentiā extraiudicialē.l.si quis in graui.§.si cùm oēs.ff.ad Silleianū. & ibi gl. dicit q idē de vasallo, & sic de subdito.dixi ꝛ.in tit. *Des fiedz.* §.iiij.in gl. *le uassal est tenu.* in ver.itē tenet vasallus. ideo etiā vr q aduersus violentiam iudicialē tenetur dñm defendere, cùm cui datur quod est plus,datur etiā qđ est minus.facit tex.in c.ex parte.de decimis.in l.relegatorum. ff.de interdictis & releg.arg.auth.multo magis.C. de sacrof. eccl.gl.in c. j.xvj.q.ij.& facit quoniā quando conceditur excessus cōceditur id qđ est medium.per l. si quis dixerit.ff.de verb.& rerum signif.l.quicquid.in fi.ff.de verb.obl.l. j.§.quod dicimus.ff.de suc.edicto.bene facit l. Paulus ff.de in litem iurando.& quę dicit Mat.de affl.in cōst. quæ incipit, in causa depositi.in ij. not.in j.q.in ij.lib. Et ita etiam arguit in hac defensione iudiciali. ad extraiudicialem idem Matt.de affl.in consti. regni Sicil. quæ incipit,causas alias.in iiij.no.& in cōstit. quæ incipit,si quem nostrorū.in vij.not. ideo in casu in quo fuerat citatus rex Angliæ Romæ, vt compareret coram delegato summi pōtificis in causa matrimoniali inter Catharinam eius vxorem,cuius repudiationem prosequebatur ipse Rex,eo q fuerat olim desponsata cum fratre dicti Regis, quia prætendebat dictus Rex citationē nullam , nec Romæ tenebatur , aut poterat comparere,q quidā eius subditus tanquā illius subditus comparuit corā dicto delegato, & allegauit causas quare dictus Rex nec comparere poterat , nec tenebatur.Fuit dubitatū,an talis subditus esset habilis persona ad talia proponendū pro eius principe:& fui cōsultus,& cōsului q talis subditus admitti debebat hoc casu,tam ex prædictis,quàm etiā eo q erat causa matrimonialis in qua etiā admittitur quandoq; coniuncta persona,vt faciunt tex.in c.accedēs. & in c. auditis.de ꝓcu.& dixi hîc antè,& ideo debet multo magis subditus admitti,qui magis tenet , & est magis obligatus principi quàm cōiunctæ ꝑsonæ, & ideo cùm maior sit affectio ex præsumptione iuris,magis est admittendus quàm coniuncta persona,& non solùm ad allegandū causas absentiæ dicti sui principis , sed etiā causas nullitatis citationis , quæ nulla hoc casu dici pōt propter impossibilitatem comparēdi in loco tam longinquo à suo regno,ex multis causis i cōsilio meo deductis,& quæ sunt satis notoriæ , eo q præceptum impossibile nō ligat.tex.in l.fi.ff.quæ sen. sine appell. rescindāt.saltem est ita difficile , quod impossibile æ quiparatur,secūdum l.cùm hæres. §. j.ff.de statu libe. de quo per Matth.de affl. in cōstit. regni Siciliæ, quæ incipit,generalia iura.in iiij.no.Ita q citatio impossibilis non arctat citatum.Specu.in tit.de citatione.§.j. versi.item quòd est facta infra minus angusta tempora.quem citat idem Matt.in dictis constit.causas alias in iiij.no.& si quem nostrorum.in vij.no. ita quòd,vt dicit Bal.in l.properandum.§.& si quidem.in iij. col. C.de iudiciis. citatio minus legitimè facta habetur ꝓ nulla,& dicitur minùs legitimè facta, quando nō habet facultatem defendendi,prout dicit Oldr.in consi. xliij.incip.quæritur vtrum. per Matth. in dictis cōstitutio. allegatis. Ex quo ad minus subditus principis est admittēdus ad prædicta allegādū , cùm sit non solùm sui principis defensor, sed etiam adiutor. quoniā tenetur dominum adiuuare in quacunque violētia,vt facit tex.in c.omnes.in tit.hîc finitur lex,deinde consuetudines regni incipiūt.etiam cōtra patrem,filium, & fratrem,vt dicit text.& dixi antè. facit l. minimè.ff. de reli. & sumpti.funerum. etiam vltrò se offerēdo,vt dicit Bal.post Iaco.de Beluisio,in cap.licet.si de feudo fuerit cōtrouer.Et licet ille tex.in d.t.omnes. loquatur tantùm in vasallo,idem tamē in omni subdito erga principem,vt patet ex ibi deductis,cùm etiam omnis fidelitas debeatur principi tanquam marito reipubl.vt dicit Luc.de Penn.in l. quicúque. in iij. & iiij. colum.C. de omni agro deserto. lib.xj.vbi dicit quòd princeps est in republica.& respublica in principe. vt etiam dicit idem Matth.in constitu.regni Siciliæ.quæ incipit,pœnam eorum.in ij.notab.in vlti. quæst. Cui reipubl.omnes tenētur plus quàm libertus patrono, vasallus domino,pater filio,filius patri,cōiunctus cōiuncto,& sic de singulis.Ex quo clarum est quòd cùm sit defensor,tanquam defensor potest vltra quàm accusator,vt tenet Spec.in tit.de his qui alieno nomine in iudicio veniunt.§.j.versicu.defensor. & Barto. in l. seruum quoque.§.publicè. ff. de procur.notatur in c. veniēs.de accusatio.Qui quidem defensor est admittendus & recipiendus , si intendat quis procedere ad diffinitiuam absente,parte, etiam ad proponēdum id quod facit ad innocentiam citati , quoniam vt dicit Barto. in l.j. C.vt quæ desunt aduo.vbicunque potest procedi ad diffinitiuam absente parte, debet suppleri de innocentia partis etiam si non sit interesse reipublicæ,vt dicit idem Barto.in l.ampliorem. in princip. C.de appell.& in l.iiij. §. hoc autem. ff. de damno infecto.& in l. si non defendantur. ff. de pœnis.& in l.j. §.si quis vltro.ff. de quæstionibus. imò dicit Barto.in auth.qui semel. C. quomodo & quando iudex. quòd tenetur iudex hoc ex officio suo facere. & isto modo arguit dominus meus Iason,in l.ij.in iij.colum.C.qui testamenta facere possunt.vbi dicit , quòd iudex ex mero officio,non obstante quòd quis sit habitus pro confesso , non obstante etiam quòd sit conclusum in causa , non solùm potest , imò debet assumere informationes & probationes de innocentia absentis.dixi suprà in titulo , *Des iustices.* §. quinto, in gloss. *s'il n'a grace* , vbi posui multa singularia in materia innocentiæ. Quanto ergo magis debet iudex admittere, audire & recipere allegata & deducta pro absente per tertium comparentem,pro eo qui potest,aut tanquam

Princeps est in republica, & respublica in principe.

BIU Cujas

quam excusator, aut tanquã defensor admitti, maximè quia allegabantur causæ ad demõstrandũ ꝙ princeps citatus nõ tenet cõparere ex impossibilitate cõparendi ex multis, maximè ex eo ꝙ locus nõ erat sibi tutus, nec in psona, nec in causa, vt deduxi in iã dicto cõsilio: ex qbus tenui ꝙ citatio erat uulla, & sic ꝙ nec tenebat cõparere, nec mittere procuratorẽ, vt satis faciunt quæ etiã suprà dixi in tit. *des iustices*. §. vj. in gl. j. versi. & adde. Car. in c. fi. de rescriptis. & quæ dicit do. meus Ias. in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus. Et sic ꝙ talis subditus debuit admitti tanquã defensor iuris ad prędictam allegãdũ, & sic, ad impediẽdum ne fieret processus cõtra principẽ suum absentẽ, & si fiat, saltẽ ꝙ sit frustratorius & nullus, cùm fiat super citatione quæ habet vitiũ: nec est legitimè facta, vt dictũ est: quoniã vt dicit Bal. in auth. si omnes. C. si vt ab hæred. se absti. si vitium est in citatione, nunquã tenet processus in cõtumacia factus, quem citat Matt. in dicta consti. causas. in iiij. no. in fi. multa alia dixi in dicto consilio quod feci Parisiis sine libris meis, ex quo aliter non insisto circa alia quæ ibi dixi, quæ non tangunt hunc articulũ, scilicet an subditus pro principe debeat admitti ad comparẽdum etiam sine cautione de rato, vt infrà dicam, & dixi in dicto consilio. Et ponam dictum consilium alibi, fortè in Catalogo gloriæ mũdi, in additionibus. in v. parte, in cõsideratione quæ loquitur de rege Angliæ.

Princeps citatus ante neatur cõparere.

ADuerte tamẽ, quia & hîc est quæstio de cõparendo in causa matrimoniali per procuratorem, & cùm sit talis quæstio ardua & grauis, nõ tenetur constituere procuratorẽ, vt notatur in c. querel. de procu. & per do. meum Ias. in d. l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio.

19 *De criminalibus causis.*

SEd quid erit † de actionibus criminalibus? Bar. in l. pe. §. ad crimẽ. ff. de pub. iud. dicit ꝙ ista materia est multùm profunda, & habet multas opiniones, & pauca leges. est autem ille articulus, vtrum in causis criminalibus possit interuenire procurator. qui facit ad

20 *Coniuncta persona admittitur sine mandato.*

casum nostrum, † quia coniuncta persona sic admittitur sine mandato cum cautionibus opportunis, sicut procurator admittitur cum mãdato. d. l. maritus. & d. l. exigendi. vnde dispositum in procuratore, & in quibus causis potest interuenire, in illis causis potest cõiuncta persona interuenire absque mandato, quia ea quæ in illo articulo dicuntur, huic applicabuntur. dicamus ergo sic.

12 REgulare est ꝙ † nemo absq; mandato admittitur ad agendum pro alio. d. l. exigendi. quæ fallit in multis casibus, de quibus ibi per doc. quorum casuũ vnus est in coniuncta persona, quę admittitur ad agẽdum cum cautionibus necessariis absq; mãdato. l. sed & hæ. in prin. ff. de procu. sub quo casu potest cõprehendi dispositio huius statuti. nam vir & vxor sunt cõiunctæ personæ, vt suprà dixi &c. Alius casus est specialis in marito, qui potest absq; mãdato interuenire pro vxore. d. l. maritus. qui casus speciales tãtum operantur, & talem habẽt effectũ, qualẽ habet agere per procuratorẽ. quare videtur dicẽdum, ꝙ in quibus casibus non põt interuenire procurator, in illis nõ possit coniuncta persona, aut maritus etiã interuenire, cũ à pari ꝓcedãt, & sint similia, & de similib⁹ simile debet esse iudiciũ. † cùm itaq; regulariter in causa criminali non possit interuenire procurator, secũdum not. in l. seruum quoque. §. publicè. & ibi gl. magistra. ff. de procu. sequitur ꝙ & maritus non poterit esse in iudicio pro vxore in istis causis criminalibus.

22 *Procurator in causis criminalibus interuenire non potest.*

ADDITIO. Aduerte quòd in regno Siciliæ etiam in causa criminali, maritus cõparet pro vxore secũdũ cõstitutiones regni, vt videri põt in constitutionibus regni, in constitut. quæ incip. generalia iura. & ibi per Matth. de affl. in vj. no. & And. de Isern. & ibi quid de iure. & etiam videri potest per sequentem articulum. Qui articulus quia pulcher est & frequens ex dictis doc. hîc accumulabitur, & scindetur in duas partes.

ITem quæro de vna quęstione multũ notabili, videmus hîc text.nostrum in his verbis, *selon la generale coustume*, an ista clausula, secundũ generalem cõsuetudinẽ, referatur ad hæc verba præcedẽtia, *femme mariee*, hoc est ꝙ sit necesse ꝙ sit maritata secũdum generalẽ consuetudinem ducatus Burgundiæ, & dicatur in cõtractu ꝙ maritatur secundum illã consuetudinem? an verò tantũ intelligitur ꝙ *Femme mariee est douée apres le trespas de son mari selõ la generale coustume du duché de Bourgongne*, tantũ est quærere, an sit necesse apponere hanc clausulam, *& sera ledict traicté reiglé au demourant, ou en tout, & par tout selon la generale coustume de ce duché de Bourgongne*, ad hoc vt mulier maritata in hac patria habeat priuilegia, de quib⁹ in hoc §. & in pluribus aliis huius tit. scilicet in §.ij.suprà.& in §.xiiij.& xv. an verò sufficiat quòd sit maritata in patria? Quæstio.

PRimò.† aduertendũ est ꝙ hæc dictio secundũ, capitur multis modis. aliquãdo capitur pro iuxta.l. duo.ff.de præscriptis verbis. Aliquando causaliter, & tũc denotat causam impulsiuã & nõ finalẽ. Bal.l. j. C. de epis.& cler. Nunquid autẽ stet conditionaliter? hîc iacet pũctus, & tũc dic ꝙ nõ, regulariter. tex.c.abbate sancti Siluani. de verb.signi.& facit tex.in l.si testamẽ tũ. C.de inst.& subst.& ibi no.per doc. Hinc dicit Bar. l.eum qui.§.Iulia.ff.de cõstituta pecu. per illũ tex.† ꝙ si iudex cõdemnauerit aliquẽ ad soluendum omni anno decem saccos frumenti, secundum quod antecessores sui faciebãt, dato ꝙ antecessores sui nihil soluerẽt tamen tenebitur soluere, quia hęc dictio nõ importat conditionem. Ita etiam tenẽt Ang. Franci. de Aretio, Pau.& alij in d.l.si testamentum. C.de inst.& subst.& Alex.consi.cxlv.in ij.vol.incip.Quoniam abundè. Et in simili ponit Oldr.consi.cxxj.incip.Ad primã quæstionem.in secundo dubio.& dicit Bar.in l.admonendi.in ij.col.ff.de iureiuran. ꝙ si quid debeat solui infra quindecim dies, sub pœna quarti pluris, secundũ qđ continetur in aliquo statuto, licet statutum non reperiatur, tamen vẽdicat sibi locum pœna. Plura alia adducit ad hoc propositum do.meus Ias. in d.l.admonẽdi.in lectura.in vj.vij.& viij.col.& in repe.in xj.& xij. col.& idem Iason in §.præiudiciales.instit.de actio.& in auth.si quis in aliquo.C.de edẽdo. ¶Et de materia, vide etiã Decium, in consil.suo lxiij. vbi amplè ponit, qñ relatiuum nõ reperitur, aut est falsum, quid dicendum.& dixi in consiliis meis, in cons.lxix.quod est vltimũ, quod incipit, quo ad primum dubiũ. in vlt.col. 1 *Secundũ dictio capitur multipliciter.*

¶Ex quibus apparet, † ꝙ hæc dictio secundum, nõ facit conditionem, ergo si etiã mulier sit simpliciter maritata in hac patria, & non dicatur ꝙ cõtractus matrimonij reguletur secundũ consuetudinẽ ducatus Burgundiæ, adhuc habebit priuilegia, de quib⁹ in §.suprà dicitur.& hoc est tenẽdum etiam ꝙ hæc clausula *selõ la generale coustume de ce duché*, referatur ad præcedentia, & nõ ad sequentia, quod tũc facit dubiũ, qa aliàs nõ esset dubiũ. ¶Sed ꝑ certo cã fui interrogatus, dixi contrariũ per quædã fundamẽta. Mouebat me primò consiliũ Oldr.cons.ccxxxv.incip.Factæ, vbi consuluit ꝙ quis impetrauit primũ officiũ vel beneficiũ vacãs, ad collationẽ abbatis, vel talis cõuẽtus, cuius reddit⁹ vel prouentus annui summã cẽtum librarum secũdũ taxationem decimę antiquæ non excedunt, ꝙ licet vacet beneficiũ vel officium, cuius corpus habet in redditu annuo centũ libras pro quibus nihil soluit in decima, quòd tale beneficiũ non cõprehenditur in impetratione, quia non est verificata illa clausula, secundũ taxationem decimæ antiquæ. Sic ergo videtur dicendũ, ꝙ si dicta clausula, *selon la generale coustume*, non sit 2 3 *Secundũ dictio non facit conditionem.*

BIU Cujas

verificata, ꝙ dispositio nostrarum consuetudinū nullum pōt sortiri effectū. Quia etiam videtur ꝙ sit quędam qualitas quæ adiicitur huic verbo, *Femme mariee*, & ideo non sufficit simpliciter eam esse maritatā, sed opus est ꝙ habeat qualitatē sibi adiunctā. ſ. *selon la generale coustume*, per ea quæ dicit Bar. in l. Fulcinius. §. cū hoc. ff. quibus ex causis in poss. eatur. vbi dicit, † ꝙ quando lex requirit actū cum limitatione, vel aliqua qualitate, non sufficit actus sine limitatione aut qualitate. Et idē tenet Ias. in l. non solum. §. sciendum. in j. co. ff. de no. ope. nūt. & hoc etiam, quia sequeretur, ꝙ hæc clausula de nihilo operaretur, & esset superflua, quod est cōtra l. si qñ. ij. de lega. j. Hinc dicit Bar. & alij in l. iiij. §. prætor ait ff. de dā. infec. & ī l. ij. de vsucapio. † ꝙ verba statuti debent ita interpretari ne sint frustratoria, & clausula, non solum, non debet esse sine effectu aliquid operādi, imò nec etiam syllaba. Ita dicit gl. in l. j. ff. quod metus cau. & in c. solitæ. de maio. & obed. Bal. in rub. de contrah. emp. in ix. q. & Feli. pulchrè in c. j. in iiij. & v. col. de rescrip. quid nunc dicendum? Dixi plenè suprà hoc eod. ti. §. ij. in gl. *selon la generale coustume*. ideo hîc non repeto quæ ibi dixi.

4

5

Sed ad istam regulā quæ sæpius allegatur, vide pulchram restrictionē quam ponit Alex. cōs. suo xxj. in ij. col. in v. vol. vbi dicit, ꝙ verba non debent operari nisi secūdum naturam rei actus, super quo interponuntur, per l. si stipulatus. ff. de vsuris. & in l. damni infecti stipulatio quidam. in prin. ff. de dam. infecto. Bal. in rub. C. de contrah. emp. in ix. quæstio.

IN TEXTV IBI, Est douée.

1 Dohariū quid.

QVæro † quid sit dotalitium siue dohariū, de quo hîc? apud nos dicitur, est quidā vsusfructus quē mulier habet mortuo viro in media parte bonorū antiquorū mariti, vt dixi s̄. in §. iiij. hoc eo. ti. sed de iure ꝓpriè nō video bonā significationē, magis tñ accedere vī huic verbo dotalitiū. de quo verbo facit mētionē tex. in c. plerūq;. de don. inter vir. & vxor. vbi facit differētiā inter dotē & dotalitium. in c. ex parte. de foro cōpet. Et gl. ibi exponit hoc verbū dotalitium triplici

2 Dotalitiū quid.

ter. Primò. ſ. † ꝙ dotalitiū dicit dōatio ꝓpter nuptias. & gl. ibi illā reprobat. credo tñ ꝙ sit verū, & hoc satis approbat ibi Panor. vel vt dicit gl. & magis hæc expositio cōuenit huic nostræ consuetudini, dicitur id qđ mulier lucratur de bonis viri soluto matrimonio per mortem viri ex pacto vel statuto, seu consuetudine. De alia tertia expositione non facio mentionē, quia nihil ad propositum. ¶ Sed quæro, † an istud dotalitiū

3

sit titulus lucratiuus, an verò onerosus? Dic quòd est lucratiuus, vt ex notatis ibi colligi potest.

POne ꝙ vxor se absentauit à marito, & tpe mortis nō erat cum eo, sed erat absens culpa sua, an istud ius habere debeat? Bal. in l. qđ in vxorē. C. de neg. gest. per gl. in l. ab hostib. §. si vir. ff. sol. mat. & in d. ff. si vir. & ibi Pau. de Cast. dicit, ꝙ si maritus se absētauit, nec ꝓuidit vxori de alimētis, nō debet cōsequi lucrū ex forma statuti. Idem ergo erit dicēdum in vxore, vt eadem sit ratio correlatiuorum, imò hoc casu maior est in vxore quàm in marito, vt videri pōt ex dictis Frā. de Aret. in consi. cxxx. & Francisci de Curte senioris, in consi. vj. post feuda. cogita si casus eueniat.

IN TEXTV IBI, Apres le trespas.

Post dictio quid importet.

HAec dictio post, importat actum immediatū, & non ex interuallo, vt facit tex. in l. iurisgentiū. §. quinimo. ver. idē respōsum. ibi, si post emptionē ex interuallo. ff. de pac. qm̄ si post, importasset ex interuallo, frustrà fuisset hęc dictio, ex interuallo, addita. & est similis tex. in l. duob. in prin. ff. de duob. reis. facit tex. in c. j. in prin. de resti. spolia. in vj. per quē tex. dicit ibi Geminianus, ꝙ dictio post, importat actū immediatè sequentē sine interuallo, vnde si testis dicat. Titi⁹ possedit post Semproniū, intelligitur immediatè. & ita tenet Ias. in l. post dotem, in prin. ff. sol. mat. alia allegās. vbi etiam quædam allegat pro contraria parte.

PONe † ꝙ matrimoniū fuit quo ad thorū separatū, alia causa q̄ per adulterium: an mulier possit petere doarium? Dic ꝙ non, nisi mortuo viro, vt notant doc. c. plerunque. de dote post diuortium restit.

1

QVid † si matrimoniū fuerit declaratū nullū? Dixi s̄. in hoc ti. §. *Femme mariee*. Et vide Feli. c. iurauit. de probatio. s̄. alleg. & Hypp. de Marsil. singul. suo cxxix. incip. dum essem aliàs in partibus Ianuensium.

2

SEd quia hîc dicitur, † ꝙ post mortē mariti vxor habet doharium, nunquid istud debeat esse verū, etiā si maritus fuerit mortuus ciuiliter, puta ꝙ intrauit religionē fratrū minorū, vel deportatus perpetuò? Istud pēdet ab hac qō ne, † nūquid appellatiōe mortis simpliciter cōprehēdatur mors ciuilis sicut naturalis. Et dicit Bar. in l. j. in iij. col. ff. de testa. & Alex. consil. xiij. in ij. col. in iij. vol. ꝙ qñ mors ciuilis est eiusdē effect⁹, cuius est mors naturalis, ꝙ idē dicendū est de ea sicut de naturali, puta (vt dicit) qñ qs ingreditur religionē fratrū minorum, vel est deportatus perpetuò. & istam opinionē sequuntur multi, per l. j. §. fi. ff. de cōtratab. l. actione. §. publicatione. ff. pro socio. & istā opinionē tenuerunt Dy. Cy. & Bal. in l. Deo nobis. C. de epis. & cler. Bar. & alij in l. ex parte. §. in insulam. ff. de verb. obli. Bar. in l. si cum dotem. §. fi. ff. sol. matr. Io. de Imo. & Alex. in l. ex facto. ff. ad Trebellianum.

3 An mortis appellatione cōprehendatur ciuilis.

4 Prima opinio.

COntra tamen hāc opinionem sunt quæ multum mihi obstare videtur: primū videlicet illud quod habetur in l. sed si alia. §. j. ff. de bonis damnatorū. vbi dicitur sol. mat. deportatiōe mutātis affectionē, actio de dote in patrem consolidatur, sicut per mortē naturalem. l. vnica. §. videamus. C. de rei vxo. actio. & tamē quo ad dictam actionē mors naturalis est alterius effectus, quia per illā fit incapax, & per mortē ciuilem non quod patet, quia si dicta mulier deportata fuisset sui iuris sibi soli conceditur actio, vt in fine dictæ l. & ibi not. Bar. Qua ergo ratiōe mulier sui iuris dicto casu capax est insolidū dictæ actionis, ita potuit illa existēte in patris potestate inter patrem & filiā esse cōis. In illo casu expectare mortem filiæ ante cōsolidationem non esset frustrà, cùm pater pręmori posset, & in filiā consolidari. & istud potest cōfirmari per l. quinq; legibus. ff. de bo. dam. vbi dicit secundum intellectū Dy. & Bar. † ꝙ publicata dote & sol. mat. ex delicto vxoris non lucratur maritus dotem ex pacto conuēto in casum mortis vxoris, quia verè non est mortua: secus autem si solu. matri. ex delicto eius non fuit dos publicata. & tamen primo casu mors ciuilis habet effectum mortis naturalis, & quę frustrà expectatur. ex quo semel solutum amplius solui non potest, nec maritus dotem lucrari, secundùm eos.

Secunda opinio.

5

SEcundò facit cōtra dictā opinionem. l. Statius Florus. §. Cornelio felici. ff. de iure fisci. vbi mors ciuilis quò ad bona subiecta fideicommisso est eiusdem effectus cuius est mors naturalis, quia grauatus ex eadictis bonis priuatur, & fisco applicantur ac si verè mortuus esset, & ad hæredem suum transuissent, & quanuis Bal. in l. Deo nobis. C. de epis. & cleri. dicat, quòd

quòd deportatio nihil inferat in fideicommisso, quia nihil habet cõmune cum eo, infert tamẽ in causa dilationis fideicõmissi, quam facit cessare, & ideo cessare deberet dilatio. l. à filia. §. alumno. ff. ad Trebellia.

IDem ẽt ad idẽ facit tex. in l. ex ea parte. §. in insulã. ff. de verb. obl. vbi nõ minus p̃ mortẽ ciuilẽ desinit esse debitor, & ad aliũ trãsire onus. vt l. ij. ff. de capitis dimi. & l. ij. C. ad legẽ Iul. de vi. q̃ per mortẽ naturalẽ. Nec obstat cõmodũ lõgioris dilationis, qa in casu dictarũ legũ ineſt morti naturali, qa ex quo nõ põt operari ad cõmodũ eius cuius cõtẽplatiõe fuit appoſita, nõ est in cõſideratione ad fauorẽ tertij. Et in ſimili declarant Sali. & Pau. de caſt. in l. ambiguitatẽ. C. de vſu fru. per §. alũno. in l. à filia. ff. ad Trebel. Ad prædicta Soci. in conſi. ſuo 82. inci. Circa primum huius conſultationis articulum. videtur multum inſtare, ſed tamen ſoluit hæc dubia. ad illum recurrendum eſt.

TErtiò adhuc reſtat quod facit cõtra dictã opinionẽ quã voluit ſuſtinere Soci. in loco hîc antè alle. videlicet tex. in d. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler. nam ibi ꝓfeſſio & mors ciuilis nõ operat̃ effectũ mortis naturalis, ex cui⁹ expectatiõe poterat maius cõmodũ capi, qa mulier ꝓfeſſa poterat habere vſum dotis ĩ caſu quo priuat̃ p̃ mortẽ naturalẽ. & notat̃ p̃ Bar. & alios ĩ auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. ecc. Nã eo ꝙ morti naturali inerat maior dilatio, qua expectata monaſteriũ tardius cõueniri potuiſſet, vel hęredes mulieris ꝓfitẽtis, vbi monaſteriũ fuiſſet incapax, ad quos bõa dictæ mulieris trãſeũt ſecundũ Ioã. And. & alios in c. in præſentia. de probat. & Imo. in l. ij. circa. fi. ff. de teſta.

NEc obſtat ꝙ matrimoniũ ſoluatur, ex quo in prę dictis differt à morte naturali, vt eſt caſus in l. cùm hic ſtatus. §. ſi donator. ff. de dona. inter virum & vxo. declarãdo vt per glo. & doct. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxo. nec ẽt poteſt dici ꝙ d. l. Deo nobis, loquatur in religione incapaci, vt ſentit Bartol. in tract. Minori. in fi. & in auth. ſi qua mulier. C. de ſacro ſanct. eccl. quia hoc eſt contra illum tex. in §. j. qui venit continuatiuè ad principium. Et contra tex. in §. ſi verò conſtante. authen. de ſanctiſſi. epiſ. colla. ix.

VNde propter hoc dominus Soci. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de libe. & poſth. voluit ponere opinionẽ. ſ. ꝙ aut mors ciuilis cauſat̃ ex amiſſiõe ciuitatis & libertatis, & venit appellatiõe mortis. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. d. l. res vxoris. C. de dona. inter virũ & vxorẽ. aut ex amiſſione ciuitatis tãtũ, & tunc ſecus. d. §. in inſulã. & d. §. Cornelio Felici. niſi ad effectũ q̃ cauſatur ex amiſſiõe ciuitatis. l. j. §. fi. ff. de cõtrata. & in l. ſi necem. §. ſi deportatus. ff. de bonis liberto. ſed hæc diſtinctio nõ eſt tuta, cùm videatur cõtra tex. in l. quinque legibus. ff. de bonis dãnatorũ. & cõtra l. cùm hic ſtatus. §. ſi donator. ff. de don. inter vi. & vxor. in quibus legib. ciuitas amittit̃ & libertas: & tñ nõ habet̃ p̃ mortuo. & cõtra tex. d. l. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio. vbi ſola amiſſio ciuitatis habetur p̃ morte, etiã quo ad effectũ nõ cauſatũ ex amiſſione ciuitatis, & ſic in vtroq; membro hæc diſtinctio vacillat, propterea nõ videtur dicta opinio tuta.

Tertia opinio.

ALiæ in hac materia reperiuntur opiniones, & maximè Petri de bella pertica in d. l. Deo nobis. ſed recidit in idem cum prima, & ſic ſunt iam tres opiniones in hac materia.

6 Opinio quarta.

QVarta fuit opinio glo. in verbo, non morte. in c. ſuſceptũ. de reſcrip. in vj. & in c. placuit. ij. xvj. q. j. ſcilicet† ꝙ appellatione mortis in dubio intelligitur de morte naturali, non autem ciuili, niſi in caſib. à iure expreſſis. & ita tenet Bar. in l. ex ea parte. §. in inſulã. ff. de verb. obl. & Alex. conſ. ij. in j. & ij. col. in j. vol. Ia. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. in ij. col. ff. de libe. & poſthu. & in l. furioſum. in pen. col. C. qui teſta. facere poſſunt. & in l. j. in j. & ij. col. C. de hæred. inſtituen. & multi tenuerunt hanc opinionem, ſed reprobatur per Are. in dicto §. in inſulam.

Opinio quinta.

QVinta fuit opinio Panor. c. cùm ſis. de cõuerſio. coniugat. vbi dicit, ꝙ aut verba proferuntur ab homine, & tũc intelligitur de neturali, maximè ſi ſint prolata cõditionaliter. Bal. conſ. cxlvj. in iiij. parte. aut proferuntur à lege, & tunc poteſt cõprehẽdi mors ciuilis. ſed iſta opinio per eum ibi reprobatur.

Opinio ſexta.

SExtam opinionẽ poſui do. Ant. de But. in d. c. cùm ſis. ſ. ꝙ aut verba proferuntur in materia ſtricta, & tũc appellatione mortis intelligit̃ de naturali, & ideo in hoc ſtatuto noſtro cùm ſtrictè debeat intelligi, intelligeretur tãtùm de naturali: aut in larga materia & tunc aut proferuntur ab homine, & tunc idẽ: aut à lege, & tunc etiam comprehẽderetur mors ciuilis. ſed iſtam opinionẽm reprobat ibi Panormitanus.

ADDITIO. Aduerte ad id quod dicit Hippo. de Marſi. in ſua practica cauſarum criminaliũ, in verbo, opportunè. nu. xlviij. xlix. & l. vbi dicit, ꝙ vbi verba poſſunt verificari tam in morte ciuili quam naturali, in dubio intelligitur de naturali, & magis in ſtatutis, in quibus verba accipiuntur propriè.

DOmi. Iacobin⁹ de S. Georgio in l. ſi deceſſerit. ff. q̃ ſatiſda. cogã. dicit, ꝙ qñ mors ciuilis & naturalis tendũt ad eũdem effectũ, ꝙ æquiparantur. & ita dicit textũ ibi debere intelligi: qñ ſicut impoſſibile eſt fideiuſſori præsẽtare hominẽ mortuũ, ita ẽt ſibi impoſſibile reputatur præſentare hominẽ mortuũ ciuiliter ſcilicet deportatũ. ideo etiã in ſtatuto dicẽte, ꝙ quandiu ſupereſt maſculus, filia dotata nõ ſuccedit, ꝙ ſicut mortuo maſculo filia dotata ſuccedit, ita etiã filio ingreſſo religionẽ, & ſic mortuo ciuiliter. ita dicit in l. ſi auus tuus. col. j. C. de liberis pręteritis, & hoc quia operantur eundem effectũ, de quo plenè infrà diſcuſſi in titu. *des ſucceßions*, §. fin. ſuper text. illo, *couſtume du royaume*. ad quem recurre pro materia.

7 Mors ciuilis triplex.

QVid dicendũ in tanta varietate? dic primò antequam ponam in hac materia, ꝙ præſupponẽdũ eſt, †ꝙ triplex eſt mors ciuilis: prima reſpectu pœnali tatis, vt deportatio: quędã eſt mors ciuilis: cauſalis, vt eſt ſeruitus: cùm quis ſ. capitur ab hoſtibus: quædam mors ciuilis meritoria, vt cùm quis ingreditur monaſterium. & hoc dicit Bal. l. j. ff. de teſta.

Concluſio prædictorum.

SIc ergo ꝓ concluſione omniũ ſupradictorũ dicendum eſt ſcilicet, ꝙ quãdoq; cauſus importãs mortẽ ciuilẽ primò producit effectũ de quo agitur, etiã ſi nõ veniat appellatione mortis, & tũc ſub diſpoſitione de morte loquẽte cõprehẽderet̃ mors ciuilis. in l. j. ff. de cõtrata. & in d. §. & quid ſi tãtũ. quãuis enim nepos iuſtis caſibus ſubintret locũ filij deportati, ea ratiõe qa eſſet mortuus ciuiliter, alia tñ rõe qa fili⁹ deportatus debuiſſet eſſe in poteſtate. §. pari rõe. inſtit. q̃bus modis ius patriæ pote. ſolui. & ideo primũ locũ occupauit. Sic etiã poſſet dici in caſu noſtro, nã licet vxor nõ habeat dohariũ eius mariti, eo ꝙ mortuus ciuiliter, ſed eo ꝙ ſi per mortem talẽ ſint ei bona ablata, & amplius nõ ſunt in eius dominio, puta aut quia intrauit religionẽ fratrũ minorũ, aut qa bannitus, & bõa eius confiſcata, nũquid hoc caſu mulier debeat habere dohariũ in dictis bonis? certè in hoc nõ video dubiũ. cùm eñ dos mulieris nõ cõfiſcat̃ bonis mariti cõfiſcatis, & ideo dohariũ cõfiſcari nõ debet niſi poſt mortẽ vxoris, quo caſu vſusfructus exiſtens penes vxorẽ

BIU Cujas

consolidatur cum proprietate,& transit ad fiscum. & in hoc casu tantum operatur mors ciuilis quātū naturalis,& frustrà esset amplius expectare naturalem. Et ita dixi in casu emergenti de assignali mulieris,ꝙ bannito marito mulier debeat vti & gaudere assignali,qa nō amplius maritus sustinet onera matrimonij, ideo est locus repetitioni dotis,p tex.in l.sed si alia.§.j.ff.de bonis dāna.& p l.iij.C.de repudiis.per Bal.consi.cccLxxxviij.in j.parte. & ita dixi pro domicella Perneta vxore Gulielmi des brosses,qui fuerat bannitus.

Assignale mulieris.

ADDITIO. An bānitus habeatur pro mortuo,vide Hippoly.de Marsi.in sua practica causarum criminalium,in verbo,aggredior. nu. lxxxviij. Et etiam an foriudicatus habeatur pro mortuo,vide Matt.de affl. in consti.regni Siciliæ quæ incipit,pœnam eorum.in x. notabili. & ibi etiam ꝙ qui potest impunè occidi, habetur pro mortuo.

ET sic etiam facit sicut dicimus in casu l. si necem. §.si deportatus.ff.de bonis liber. nam quanuis patronus deportatus à successiōe liberti nō excluderetur,quia mortuus priuaretur,tamē quia quæ sunt iuris ciuilis,sicut est ius adeūdi,amisit,vt per Bar.& do. in rub.ff.de acquir.hę.& in d.l.actione.§.publicatione.ff.pro socio.quoniā & si in casu illo nō diceret societas morte finita,saltem alienatiōe omnium bonorum socij deportati diceretur extincta. vt in §. j. eadē l.& in §.item si qui.instit.pro socio. & in isto casu intelligi potest dicta l. sed si alia. in prin.& in §. j. quia licet maritus non lucretur dotem ex morte de qua in pacto,consequeretur ex diuortio contingente culpa vxoris. l. Lucius.ff.sol.matri. & l. consensu. C. de repud.& tangitur per gl.d.l.quinque legibus.

ITem etiam quantūcunq; non diceretur actio cōsolidata in patrē mortuæ filiæ,vt loquitur d.l.j.§.j. diceretur in totum ei acquisita,ex hoc quia culpa sua filia desiit esse in potestate patris, sine qua cōmunione esse nō potest.l.ij.§.ꝙ si in patris.ff.sol.mat. & quāuis aliàs in filia quę sit sui iuris actio cōsolidatur.d.l.vnic. §.videamus.C.de rei vxor.actio. hoc tñ locū nō hēt, qñ sua culpa hoc contingit,qa patri nocere nō debet. d.§.ꝙ si in patris.ver.itē si volūtate & ibi p doc.Sic ēt ꝓcedit textus in casu ecōuerso in l.insulā.in prin.c.ti. qa dato ꝙ morte patris deportati nō diceret actio in filiā cōsolidata,eo tñ ꝙ sui iuris facta esset facto patris sibi soli actio cōpeteret.d.§.videamus.sic hoc casu tātum operatur mors ciuilis quantū naturalis.Et huius cōclusionis ratio est manifesta,qa dictis casib⁹ fit tantū variatio in qualitate,quæ nō curat,vt est casus l. ꝓhibere.in prin.qđ vi aut clā.& clarius declarat Bar. in l.de pupillo.§.j.ff.de no.ope.nunt.secus si fuerit variatio in substantia,nam in hoc casu eiusdem substantię sunt mors ciuilis & naturalis,& eiusdem effectus.

Ratio conclusio.

QVandoq; verò & secundò dictus euētus importans mortē ciuilē nō potest effectū,de quo quæritur,producere,nisi tanquam casus mortis,de qua in dispositione:& tunc aut ex expectatione mortis naturalis potest idem effectus causari,aut expectata morte naturali vitiaret dispositio.primo casu aut quis fit incapax de iure ciuili tantū,aut omni iure,s.tam ciuili q̄ iure gētiū:quoniam primo modo fit incapax, si s.cōtingat ex aduersa fortuna dictus euētus,non cōprehēditur appellatione mortis,siue sit eiusdē effectus,siue non,sed naturalis mors expectatur.d.§. in insulā. & l. cùm pater.§ hereditatē.de leg.ij.& d.§.Cornelio felici.& l.res vxoris.in fi.C.de do.inter vi.& vxo.& l.sed si mors.ff.de dona.inter virū & vxor.& l.interdicit.in prin.ff.de cond.& demonstr.tum quia de casu aduerso non præsumitur cogitatum,tum per ea quæ statim dicentur in sequenti casu.

SI verò id contingat sine tristi euentu, & tunc quia non habet effectum mortis naturalis per omnia quo ad id de quo quæritur,& tunc idem.d. authen. si qua mulier.quæ loquitur in religione capaci in qua potuit professus bonis suis vti in communi, vt volūt Bar.& alij,in d.auth.si qua mulier.faciunt not. in authen.ingressi.C.de sacrosan.eccle.& in authen.idémque.C.de bonis quæ liberis.& in d.c.in præsentia. de probatio.vbi dicitur ꝙ ex professione religionis capacis non priuaretur quis statim vsufructu, sicut morte naturali priuaretur.& ratio est,quia cùm possit actus post mortem ciuilem adhuc stare in suspenso, & à vera morte effectum sumere, non est in dubio recedendum à proprietate verborum.l.non aliter.in prin. ff.de lega.iij.vbi autem mors ciuilis per omnia habet effectum mortis naturalis,si materia est odiosa, tunc idem.arg.l.cùm quidam.ff. de liber. & posthu. si verò est fauorabilis, tunc euentus concludetur sub commemoratione mortis.argu.c.cum dilecti.de donatio.

SI verò efficiatur incapax & iure ciuili & gentium, qđ cōtingit ex amissione ciuitatis & libertatis,vel bāniat,& bona eius cōfiscāt tūc statim habet ꝓ mortuo.arg.d.l.intercidit.in fi.ff.de condit.& demonstra.

SEcundo verò casu principali quādo expectata morte naturali vitiaret dispositio,& tūc aut habet per omnia effectū mortis naturalis,& tunc dispositio loquens de morte verificatur.d.l.res vxoris.in prin.& si bene aduertatur ad illam l.apponit manū ad solutio nē quæstionis nostræ:quia vt dicit cū gl. si per mortē ciuilē matrimoniū dissoluatur, vt est cùm intrauerit maritus religionem,tunc illa ciuilis mors habetur ꝓ naturali in casu nostro cùm verò deportatio & bannū non dissoluant matrimonium,vt dicit tex.d.l.res vxoris.tunc mors ciuilis in hoc casu non erit sufficiēs ad transferēdum ius doharij in vxorem:cùm enim in casu deportationis & banni nō sit solutū.si tūc donatio facta per maritū vxori cōfirmetur, frustrà expectaret mors donātis:cùm per mortē eius,ita demū cōfirmatur,si tempore mortis donās sit marit⁹, & sic diuerso tempore mortis fuerit illa qualitas:nō ergo ex quo in casu nostro semper est maritus vsq;ad tempus mortis naturalis,ideo semper eo ꝙ durat matrimoniū,nō habebit vxor ius doharij. ¶Facit ad id tex.in l.si quis sic stipuletur,versi.planè.iuncta gl.fi.ff.sol.mat. vbi probatur secūdum Pau.de ca.& alios, ꝙ stipulatio de dote reddenda p mortē vxoris cōmittit soluto matr. deportatione,vel alia seruitute vxoris.hoc autē euenit, quia si tempore soluti matrimonij per dictā mortē ciuilē nō cōmittat stipulatio,non posset committi etiā per mortē naturalē,qa nō diceretur tūc matrimoniū prius solutum solui morte vxoris,sicut actū est in stipulatione.& ratio huius dicti est, †quia vt actus non pereat recedendū est à proprietate verborū.l.quoties ff.de verb.obl.notat in l.veteribus.ff.de pact.stat ergo cōclusio,†ꝙ pactū de lucranda dote, seu alius actus q̄ cōfirmari debet in morte,verificat in morte ciuili,sic ut naturali,vt dictum est, quando aliàs actus periret. 8 9 Cōclusio

LImitatur tribus modis.primo ꝓpter immanitatē criminis,puta pactū est inter virū & vxorē de dote lucranda in euentū mortis vxoris:vxor cōmisit grauе delictū propter quod etiā posset ferri sentētia post mortē,tūc nō lucrabit marit⁹ dotē, imò perueniet ad fiscū,ita etiā ꝙ pactū infirmabit.l. cùm hic status. §. si maritus.ij.ff.de dona.inter virū & vxorē.Bal.in l.post contractum.in iij.col.versic.& prædicta vera in contractibus.

BIU Cujas

tractibus.ff.de dona.in casu nostro, pone ꝙ maritus commiserit tale crimen, ex quo post mortem possit condemnari,& fuerit deportatus & bănitus, & bona eius publicata principi,nunquid vxor accipiat doharium? Videtur per hanc decisio.ꝙ non.mihi tamẽ videtur esse contra tex.nostræ consuetudinis, quia ex quo iste vsusfructꝰ est destinatus vxori,videtur ꝙ per delictum viri non possit priuari vxor.

10 De donatione causa mortis.

QVid †autem in donatione causa mortis, vtrum confirmetur per mortem ciuilem?vide in l.si aliquis.C.de dona.causa mor.& per Bar.in d. l. post cõtractũ.& est secũda limitatio quã ꝓbat Carolus Ruynus in sua repet.d.§.& quid si tãtũ.quã sub eo audiui.

FAllit tertiò dicta cõclusio vbi de morte ciuili specialiter fuit ꝓuisum:quia sub generali dispositione loquente de morte,non veniet mors ciuilis, super qua reperietur prouisum specialiter. Casus est qui ꝓ priè hoc modo loquitur in d. c. susceptum. de rescriptis,in vj.& in simili cõsiderat Bar.in l.hoc iure. ff.de solutio.in secunda responsione data ad l. non solùm. ff.sol.matr.& per Alex.ibi.

AVt nũc sumus in casu in quo expectata morte naturali post ciuilem,nõ potest dispositio esse valida,dicta mors ciuilis non haberet effectum naturalis per omnia:& tunc aut dicta mors ciuilis causatur ex aduersa fortuna,aut ex ꝓspera:si ex aduersa fortuna, tũc actus per mortẽ ciuilẽ infirmatur.d. l. cùm hic status.§.si donator.ff.de dona.inter virũ & vxo.gl. ibi distinguit,ꝙ aut sit seruus dñi hominis priuati, & tũc ita debet intelligi §.si donator.aut sit seruus pœnæ, & tunc secus:d.l.res.C.de dona.inter virum & vxo. sed quare secus.gl. & doct.declarant in d.l.res vxoris?

AVt verò dicta mors ciuilis prouenit ex prospera fortuna,& tunc æquiparatur morti naturali. d.l. Deo nobis.& in d.§.si verò cõstãte. in auth. de sanct. epis. Nã vt suprà dictũ est, mors ciuilis habet effectũ naturalis,& postq̃ nõ põt dispositio in morte naturali effectũ habere,qa cùm pactũ de lucranda dote sit cõceptum in euentũ mortis vxoris,oportet ꝙ tẽpore mortis sit vxor.arg.l.in delictis.§.si extraneꝰ. ff.de noxa.& melius probatur in l.j.ff.de auro & argen. lega. declarando vt per Bar.in l.ex facto. in prin.ff.de vulg. & pupil.substi.& in l.si vxor.§.si quis vxorẽ,ẽt ibi no. Bar. ff.de adul.qđ esse non põt in casu d.l.Deo nobis. cùm p ꝓfessionẽ prẽcedẽtẽ semel fuerit sol.mat.& vxor desierit,& tamẽ verbũ mors,de quo ĩ dicto pacto verificatur p ꝓfessionẽ vxoris.ratio diuersitatis est qa in præcedenti casu cessat prouisio hois,ꝙ de casu aduerso cogitasse non ꝓsumitur.& legis extẽsio,ex quo non habet ꝓ omnia effectũ mortis naturalis.Et cõsequẽter in casu omisso est diuersa ratio. sed in supradicto saltẽ propter largã verborum significa.dicitur per partẽ de casu mortis ciuilis prouenientis sine tristi euẽtu in genere cogitasse.l.q iure militari. ff.de test.mili.& de eius mẽte fuisse,vt sub casu mortis cõprehendantur,eo casu quo aliter vitiaretur dispositio, qa in dubio quis non præsumitur velle facere actum nugatorium,sed validum,l.quoties.ff.de verb.obli.

SEd prædicta procedũt quando dicitur post mortẽ, sed an id quãdo dicitur post decessum, prout in casu nostræ cõsuetudinis,vbi dicitur,*apres le trespas*? dic ꝙ hoc verbum decesserit,verificatur quando quis intrat religionem incapacem.vt hîc antè dictum est de morte.Bar.in l.cùm pater.§.hęreditatem.j.ff.de legat. ij.& in l.Statius Florus.§.Cornelio felici.ff.de iu.fisci. Alexan.plenè consi.xiij.in iij.vol. vbi dicit istam esse communem.¶Aduerte, quia consuetudo nostra parificat verbum,†*deces*,& verbum,*trespas*, vt constat in §.j.suprà,*des fiedz*,vbi posito verbo,*decés*,postmodum dicit,*ledict trespas*,volens inferre, ꝙ tantùm sit verbũ, *trespas*,quantum,*decés* & propterea sicut idem dicendum est de verbo,*decés*,ac si diceretur, *mort*, idem erit de verbo,*trespas*.& istud posset ꝓbari multis rationibus.sed non est opus, propter parificationem factã à consuetudine.cogita.¶Et etiam vide de dubio, an vxor post bănum perpetuum mariti debeat habere dohariũ,& alia iura nuptialia,& an possit & debeat illũ sequi,& ex suo alimẽtari.Et an debeat reuelare maritum rebellem,vide per Mat.de affli. in constitu. regni Siciliæ,quæ incipit,pœna carere.in v.notabili.

11 Decesserit verbũ. Deces & trespas idẽ important.

¶Et ad prædicta vide do. meum Carolum Ruynum in d.§.& quid si tantùm.in j.ij.iij.iiij.v.vj.col.

SEd pone,†maritus nõ est mortuus certitudinariè, sed stetit absens lõgo tempore, & reputatur mortuus an possit habere vsumfructũ?dic ꝙ sic, qa iste vsusfructus repetit in casu restitutionis dotis. Quæ qdem dos potest illo casu restitui,cùm vir nõ sustineat onera matrimonij.l.vbi adhuc.C. de iure do. & ꝓ hãc rationem potest decidi quæstio suprà facta.& vide ad istud propositũ illud qđ dicit Bal.consi.cccIxxxviij.in j.parte,vbi etiam ponit de muliere† quæ iusto errore ducta per absentiam mariti nupsit alteri:vbi dicit, ꝙ licet matrimonium non teneat,tamẽ excusatur à crimine adulterij.ff.de adult.l.miles.§.penul. 12 13

ADDITIO. Vide alios casus in quibus quis excusatur ab adulterio per Matth.de afflict. in constit. regni Siciliæ,quæ incipit,qui coram se spectante.in iij. lib.¶Sed quia dicitur,*apres le trespas*, dic hoc esse verum in dohario,sed pro dote etiam in vita, potest possidere bona mariti,vt dicit Bald. in l.cum tibi. C. qui potio.in pign.habeant.

IN TEXTV IBI,
Sur la moitié des heritages.

INtelligę†dummodo nõ sint feudalia.tex.c.j. de inuesti.de re alie.fac.sed dic ꝙ idem in feudalibus,per ea quę suprà dixi in ti.de feudis.in §.*en choses feodales*, vbi dixi,ꝙ feuda sunt redacta ad instar allodialium.& vtrum istud intelligatur etiam si vxor nõ soluerit dotẽ,& nihil habuerit maritus de dote, cogita ex his q̃ obiici possunt ex allegatis per Iasin §. fuerat. in xxiij. col.insti.de actio.& quæ antè eodem tit. §.ij.gl.*mariée* & gl.*& acqueſtz*.versi.limita secundò. 1 *Quid de feudis.*

SEd quæro,†pone quòd ratiõe alicuius terræ antiquæ maritus habeat ius patronatus in aliqua ecclesia,an pro dimidia parte istud ius patronatus, scilicet ius præsentandi,† quod est fructus iuris patronatus.gl.fi.in c.cùm Bertoldus.de re iu.Imo. in c.consultationibus.de iure patro.imò etiam industrialis,vt dicit Pau.de citadinis, in tracta.de iure patrona.in vj. parte.artic.iij.q.xxviij.tale ius transeat ad talem relictã,quæ est doharia & vsufructuaria in medietate antiquorum hæreditagiorum pro media parte? videret quòd non,†qa ius patronatus est indiuisibile,& quid indiuiduum,vt est tex.in c.j.extrà,de iure pa.Hinc dicit Bal.in l.familię.C.communia vtriusq;iudi.ꝙ cum ius patronatus competat insolidũ,nõ venit in diuisione.& ratio est secũdum gl.& doc.†qa ius patronatus est qd incorporale,sed incorporalia diuidi non possunt.l.j.§.vsusfructus.ff.ad leg.Falci.l.Cornelia pia.ff. de iu.pat.idem Bal.& Barba.c.quanto.extrà, de iu.& istud exẽplificãt Panor.& doc.in d.c.j.de iur.pa.Cùm ergo huic dohariæ & vsufructuariæ,nõ possit cõpetere nisi media pars,videt,ne diuidat,ꝙ nihil eidẽ competere

2 *Quid in iure patronatus.*

3

4 *Ius patronatus indiuisibile.*

5 *Ius patronatus quid incorporale.*

BIU Cujas

petere possit ratione dicti doharij. quãdo autem esset vsufructuaria in totũ, adhuc est aliud dicẽdũ secundũ aliquos, vt not. per Soci. in l. Titia. §. Titia. in repet. ff. de leg. ij. in xxxix. q. & vide Rochũ de Curte in tract. de iu. patro. in ver. ipse vel is à quo causam habuit. in xxviij. q. vbi tãgit, an cum vniuersitate in dotem data transeat ius patronatus, ita ꝙ præsentatio spectet ad maritum, vel ad vxorem. & nota ibi dicta, quæ nolo transportare.

ADDITIO. Quòd præsentare possit, tenet Matt. de affl. in constit. regni Siciliæ, quæ inci. licentiam. in ij. q. primi notabilis. in iij. libro. & ibi ponit decẽ qõnes ad hanc materiam doharij. Et ibi quid sit istud doharium, & quod ius habeat in illo doharium constituto cõstante matrimonio. Et aduerte ꝙ id quod vocat constitutũ apud eos, vocat apud nos diuisum, & in multis locis Galliæ vocatur præfixum, & in aliis cõuentũ. Et etiã vide eundem Mat. in cõsti. quæ incip. mulier quæ dotarium. vbi ponit alias xij. quæstiones in materia dotarij. quæ non transporto, cùm sit in impressione.

6 *Quid de iocalibus & baguis.*

QVia videmus hîc † ꝙ mulier lucratur super antiquis hæreditagiis mariti vsumfructum in medietate mortuo marito, quæro nunquid etiã lucretur iocalia, baguas & vestes? vide Bar. in l. j. §. nec castrẽse. ff. de col. bono. Bal. plenè in l. cũ te. C. de do. ante nupt. & per Alex. de Imol. in l. in his rebus. §. seruis. ff. sol. mat. ex quibus dic, ꝙ aut vestes sunt quotidianę & necessariæ, & tunc sunt vxoris. l. vtrũ. ff. de do. inter vi. & vxo. facit l. si id quod. §. ij. versi. nó ita amare. & l. ex annuo. in prin. ff. eod. tit. & dicit Bar. in d. §. seruis. quod de hoc plureis consuluit. & vide cons. suũ incip. filius patri. in medio illius cõsi. vide Alex. cõs. suo xlij. in vj. col. in j. vol. & in consi. xlij. incip. in causa & lite vertente. in v. vol. Aut sunt pretiosæ & festiuę, & tũc mulier non lucratur, sed tenetur restituere hęredibus mariti. arg. l. si vt certo. §. interdũ. ff. cõmo. & ibi Bar. & in l. si vt mortis. §. fi. ff. de dõ. inter virũ & vxo. cũ aliis alleg. per Alex. ibi cui adde Alex. consi. xxxiij. in pe. col. in iiij. vol. ¶ Vide quæ dixi j. tit. *Des mainsmortes*, §. xij. in gl. *si se separent*. & de his iocalibus, baguis, & vestibus vide Boëriũ in cõsue. septenæ Bituri. tit. de cõsue. matr. §. iiij. in gl. j. Lucas tñ de Pẽna in l. fi. C. de incolis, lib. x. tenet ꝙ mulier lucratur talia iocalia, baguas, & vestes. alleg. plures rationes, vbi etiã tenet ꝙ maritꝰ tenetur ornare vxorẽ suã ornamẽtis, vestibus, & baguis. Et aduerte † ꝙ Veturia Roma, impetrauit à senatu Romano priuilegia multa mulieribus, & inter alia ꝙ eis liceret vti auro, & purpurea veste, aureisq; fibulis, & armilis. qđ vsq; ad hæc tempora bene obseruatum fuit, cùm reperiatur multas plus habere in iocalibus, quàm sit in residuo æstimationis bonorum mariti. honor etiam illis est adhibendus in assurgẽdo, & in via eis cedendo, vt refert Iacob. Philippus Bergomẽ. in suo supplemento chronicarum, li. v. fol. lxxvij.

7 *Priuilegia mulieribus Romanis concessa.*

8 ET aduerte, † ꝙ tales vestes pretiosæ & ornamenta pretiosa non veniunt in legato ornamẽtorũ. per Bar. in l. quãuis. ff. de au. & arg. lega. vel quæ prohibitæ sunt portari per statutũ. quod tamẽ limita & intelige, vt per Soci. cõs. suo x. in j. & ij. col. in j. vol. vbi ponit † nunquid collaria perlis munita veniant in legato omnium ornamentorum. & dicuntur collaria in vulgari modo *chaine* gallicè, quæ dicuntur collaria apud Italos, eo ꝙ collo imponuntur. & illud consilium nõ est bonũ propter multos fatuos maritos, & in numero infinito, qui vxoribus donant omnes baguas quas appetunt, quia mulieres dicũt illas debere lucrari ꝓpter consuetudinem patriæ, aut saltẽ proter infinitos

9 *Collaria quid & vnde.*

Stultorum infinitus numerus.

contractus, in quibus cõtrahũt, ꝙ mulieres post mortem mariti habebunt baguas, earũ vestes, & alia eisdem necessaria, & ad vsum earum præcipua, & ꝙ debeant lucrari vnà cũ dohario. Et aliquando sunt mulieres quæ ita sũt baguatæ & ornatæ vestibꝰ Et ornamentis, ꝙ nihil aut parum remanet hæredibus ære alieno soluto. in quo debent aduertere mariti. *Mulieres baguatæ.*

AD prædictam materiam adde distinctionem quã facit Ang. de Perusio in cons. suo cxxxiiij. incip. quidam nomine Mathone de tuderto. Pet. de Ancha. cõs. clxxxj. inci. in prædicto dubio. Ant. de But. consi. suo xxxviij. incip. Iesu Christi matris. Bal. & Feli. in c. iurauit. de proba. Lud. Roma. in consi. cxlvj. incip. ista quæstio licet vulgaris. Et in cons. clxxij. ibi quo ad vlti. in ij. col. Et vide decisio. capellæ Tholosanæ cccxxxvij. & † ibi vide quid de viro, nunquid lucretur omnia iocalia per mortem vxoris. vbi distinguit. & Angel. cons. cccxxxix. quod incip. Nicoletus de Carthagine. † & ibi vide quid de donationibus seu strenis, quæ dantur à parentibus mariti die nuptiarũ, vt est in Burgundia. & vide etiam do. meum Ias. l. sed si plures. §. ad substitutos. in iij. col. ff. de vulg. & pup. & Signo. de homodeis, in consi. xlix. & Ang. de Are. in §. fuerat. in xxij. col. versic. erit. Insti. de actio. Pau. de Castr. consil. cccxxvij. Dicit tamen decisio Tholosana cccxxxvj. ꝙ mulier nõ lucratur pretiosas, sed tãtùm quotidianas, apud nos tamen propter verba contractus, quæ vt cõmuniter loquuntur, aut indeffinitè, aut generaliter lucrantur omnes vestes, si ita fuerit conuentum in contractu matrimonij, aliàs veniunt in diuisione. 10 *Quid de strenis.*

ET quia dictum est, † ꝙ vxor mortuo marito debet habere vestes, quæro nunquid debeat vestiri vestibus lugubribus & velis expensis hæredum viri? Dic quòd sic, si de hoc est consuetudo talis in patria. Bal. Ang. & Pau. de Cast. in l. decreto. C. ex quib. cau. infa. irroga. decisio capellæ Tholosanæ cccxxxvij. suprà alleg. & Guido Papæ. q. ccxxvj. ver. quod idem dicendũ. Et ista consuetudo est in ciuitatibus & villis, sed in prædiis seu locis rusticis, & inter rusticos est consuetudo quorundam in Francia, ꝙ vxor habeat vnam vestẽ de melioribus defuncti pro sua veste funebri seu lugubri, secundum Alber. de Rosate in ij. parte statu. q. 205. post prin. per tex. in l. vestimẽtũ. ff. de au. & argẽ. lega. Item quia dictũ est ꝙ debet habere vestes. † vtrũ debeat habere vestẽ scisã nõdũ sutã, existẽtẽ penes sartorẽ? Bar. & Dy. in l. & si. nõ sunt. §. infecti. & §. fi. & in l. vestimẽtũ. ff. de au. & arg. leg. ꝑ illos tex. dicunt ꝙ sic. & ita dicit, & tenet do. meus Ias. in l. cætera. §. sed & si parauerit. in fi. ff. de leg. j. Bar. in l. in legatis. C. de leg. do. And. Barb. in consil. suo xx. incip. præclarè dicit dominica veritas. in ij. & iij. colum. in ij. volu. & idem cons. suo lvij. incip. præclarè scribitur j. Regum, in vij. & viij. col. vbi dicit per tex. in d. l. vestimẽtum, † quòd ex quo testator legat argentum factum, venit argẽtũ incœptum fieri cùm incœptum fieri habeatur pro facto. sic ex hoc infert, † quòd ex quo quis non potest obtinere plura beneficia, & per adeptionem tertij priuatur omnibus. per extrauagan. execrabilis: de præben. & digni. ꝙ tamẽ si quis constituerit procuratorẽ ad resignandum primũ, potest obtinere secundũ, cùm iam incœperit à se abdicare primum. Et per hoc cõsiliũ dixi in specie, ꝙ dñs Simon Iehannete, capellanus reuerendissimi in Christo patris dñi archiepiscopi Senonẽ. & Abbas S. Martini Heduen. qui duo beneficia cũ dispensatione obtinebat, ꝙ ex quo ante adeptionẽ tertij cõstituerat ꝓcuratorẽ ad resignãdũ vnũ, ꝙ talis acceptatio facta ꝑ eũ erat valida, nec debebat priuari benefi 11 *Casus.* 12 *De vestibus lugubribus quid.* 13 14

BIU Cujas

ri beneficiis, cùm satis diceretur renuntiasse. prodecisione cuius quæst. facit multum singulare dictũ cons. Barba. ſ. alleg. sed non teneo ꝓ firmo, quia veritas est in contrarium, & fuit iudicatũ cõtrarium. nõ insisto.

16 ET vide de hac quæst. decisio. capellæ Tholosanæ. q. 388. †vbi dicit idem esse in cõsuetudine, qua curati & rectores debeãt habere vestẽ sui parochiani, vt est in ecclesia cathedrali Hedu. vbi vicarius debet habere secũdã melioꝛẽ vestẽ canonici moriẽtis. & intellige vestẽ scissam & nondũ sutã existentem penes sartorem, per iura ſ. alleg. & mouet Cy. q. prædictã in d. l. & si non sunt §. quid ergo. & in d. l. vestimentũ. ¶ De hac consuetudine, vide etiam Boërium in cõsuetudi. septenæ Bituricen. tit. de consuetu. matrimonij. §. iiij.

17 SEd nunquid hæc consuetudo valeat, † vt est etiã ꝙ curati habeant lectũ nobiliũ, & archipresbyteri lectum curatorũ morantium in archipresbyteratu, vel ꝙ curati certum quid accipiant, & leuẽt super suis parochianis pro iure sepeliendi, vel pro mortuariis, vel pro benedictionibus nubẽtiũ? videt ꝙ sic, cùm sit laudabilis, per c. ad apostolicam. de simo. & in capi. suam eo. tit. per Abba. & Feli. vbiq;. & per Feli. in c. veniẽs. j. de testi. & Feli. vbiq;. notabile dictũ domini Hyppolyti de Marsi. Bono. sing. suo 192. inc. diuturna præstatio. & cõsuluit Rom. cõs. 344. multũ notabiliter ꝓ ecclesia, & in fauorẽ curatorũ, qui tenendus est in materia cũ aliis supradictis, & illũ alle. do. meus Iasi in l. de quibus. in xviij. col. ver. etiã valeat cõsuetudo. ff. de legib. Pau. de Cast. tũ qui semper est periculosus in suis cõsiliis in foro cõscientiæ, videtur cõsuluisse cõtrariũ. Ed aduerte ad ea quæ dicit in cõsi. ccclxiij. incip. qdã habens parochiam. vel circa quęsitũ primũ, in antiqs cõsiliis in impressione noua, vbi dicit ꝙ ad essentiã dictæ consuetudinis laudabilis quinque requiruntur.

Pau. de ca. periculos. in suis cõsiliis in foro cõscientiæ.

18 PRimò † namq; requiritur, ꝙ parochiani gratis & graranter soluerint. c. dilectus. ij. in fin. & c. tua. de simo. & c. de eulogiis. xviij. dist. & dicitur gratis dari & solui, quando non petuntur: vnde dicit Seneca, nõ satis gratis accepit munus quod petẽti donatur. intelligeistud quãdo in principio datur & soluitur, & post modum cùm consuetum est per lõgum tempus, ſaltẽ per tale cuius initij memoria non extat in cõtrarium. imò etiam possunt cogi parochiani ad soluendum illud quod consueuerunt. d. c. ad apostolicã, & ibi doc.

18 V t gratiu. Gratiæ dari quid.

19 SEcundò requiritur ꝙ parochiani soluerunt † sponte & liberaliter, & sic nulla necessitate cogẽte: cùm in necessitatib. nemo liberalis extitit. l. rẽ legatã. ff. de adi. leg. & ideo bene dicit tex. in d. c. ad apostolicã. pia deuotione fideliũ, quæ debet esse causa principalis & motiua soluẽdi, & nõ necessitas intellige vt dixi ĩ prĩci. ꝙ deuotio fideliũ debet esse causa inducẽdi cõsuetudinem laudabilẽ, quæ præsumi debet, nisi appareat de contrario, ſ. ꝙ fuerit pactum in initio, vel contractus ad hoc, qui plus noceret curatis, quàm ꝓdesset.

19 V t spõte. In necessitate nemo liberalis.

HInc & tertiò requiritur ꝙ illud quod soluitur, fuerit purè & simpliciter oblatum per parochianos nulla præcedente pactione vel pignore. j. q. ij. c. quam pio. c. tua nos. de simo. & in authen. de san. epis.

Purè & simpliciter

20 §. quia verò tale. colla. ix. & sic † curati debent primò ministrare spiritualia purè, antequam aliquid temporale, vel spes de ipso habeatur, vt d. c. ad apostolicã. circa fi. in versi. liberè conferantur. & ibi Host. qui sic dicit, ſ. vt nec exigatur præsens pecunia, nec satisdatio, nec fiat pactio. nec teneat sacerdos quasi loco pignoris sacramentũ. & sic loquuntur iura quæ dicunt consuetudinem valere in talibus, secundum Host. & Icã. And. pactio enim facit rem suspectam. vt no. l. mulier ff. ad Turpi. & l. si fœmina. C. eo. & l. non damnatos. C. ex quibus cau. infam. irrog.

ADDITIO. Dicit tamen Ant. de But. in c. cùm M. Ferrariẽ. col. xxxij. ver. venio ad sexũ notabile. de cõst. ꝙ quãdo deducitur in factũ quod erat iam debitũ, in cõcessione spiritualiũ nõ dicitur simonia. quod refert & sequitur Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit post citationem. in v. notabili. in ij. libro.

NEc etiam debent super hõc præstari iuramenta ante administrationem spiritualium, quia præsumuntur suspecta & simoniaca. c. quia sancta. lxiij. dist. c. Eleutherius. xviij. q. ij. & no. Hosti. in summa, de simo. §. qualiter cõmittatur. vers. verumtamen. & ita etiam tenent theologi S. Thomas de Aquino & alij, vt satis habetur in summa fratris Raymundi, & in summa confessorum, ti. j. q. 18. & q. xxx. & xxxiiij. & dicit Hostien. in d. §. qualiter cõmittatur. vers. quid de his q faciũt pactũ. & vers. seq. † ꝙ licet clericus consueuerit habere lectos & pannos de moriente, si tamẽ non vult sepelire corpus, nisi fiat sibi certitudo de lecto reddendo, species mali est, & dicitur simoniacus. & de prædictis semper recurrendum est ad Hostien. 21

QVartò requiritꝛ, ꝙ illud qđ soluiẽ fit certũ arbitrio parrochianorũ taxatũ. nõ eñ taxari debet ꝓ curatũ, qa illud speciẽ manifestam cupiditatis & simoniæ præbet. d. c. dilectus. ij. in fi. & not. per Hostien. in d. c. non satis. super versi. requiratur. de simonia. Arbitrio dantis.

QVintò requiritꝛ, ꝙ totus populus, vel maiori ꝑs persistat in seruando laudabilem consuetudinẽ, nam tunc poterunt cogi singulares nõ seruãtes. ¶ Sed si totus populus, vel maior pars vellet dictam cõsuetudinẽ immutare, videtur ꝙ possit: cũ nõ magis liget eos cõsuetudo q̃ statutũ: sed statutũ nõ ligat eos nisi quatenus durat, nã si volũt, possũt ipsum tollere, † qa non possunt sibi legẽ imponere à qua recedere nõ liceat. vt l. si qs in principio testamẽti. ff. de leg. iij. & tũc nõ ligabit eos amplius. iuxta not. ꝑ Io. Andr. in c. j. de his quæ fi. à ma. parte capi. & de re. iu. in Mercurialib. & iste est intellectus Pau. de Ca. ad illud c. ad apostolicã. quẽ posuit in d. cõs. sed mihi vĩ ꝙ in hoc erraut, qa bene verũ est, † ꝙ statutũ potest statim induci, & inducitur in instãti, sed cõsuetudo de qua in d. c. ad apostolicã. nõ potest induci statim per populũ, † cùm verbũ simpliciter prolatũ intelligitꝛ in ꝓprio sensu, & ꝓpriè & per ꝓtius, & nõ ꝑ posterius. l. j. §. si is qui nauẽ. ff. de exerci. l. j. §. quę imperpetuum. ff. si ager vecti. vel emphy. l. eũ qui vectigal. ff. de verb. sig. † & cõsuetudo ꝓpriè non potest induci statim per populũ, vt tenet do. Ias. in l. de quibus. x. col. in gl. in ver. iuncta. ff. de legi. ideo etiã statim & vno instanti non potest tolli, † quoniam quãdo qđ soluiẽ, debet dissolui eo iure quo ligatũ est. l. nihil tã naturale. ff. de reg. iur. & † vt oppositũ in oppositꝛ operetur qđ dispositũ in dispositꝛ, secũdũ Arist. v. Ethi. l. fi. §. fi. ff. de leg. iij. l. si vt proponis. ij. C. de nuptiis. Sic non potest induci consuetudo statim, sed ex actibus populi, ita nec statim tolli. faciunt quę in simili dicit Fel. & cõprobat per multa in c. cùm accessissent. in xiiij. col. ibi, vij. limita. de cõst. vbi dicit, † ꝙ quando priuilegium est natum ex vnico actu, potest tolli vniço actu, sed quando est inductum ex consuetudine non potest tolli vnico actu. & faciunt quæ dicit idem Feli. in dicto c. cùm accessissent. in iij. nota. vbi dicit, ꝙ † eadem solennitas quæ requiritur in construendo, requiritꝛ in destruendo. & ex dictis per Feli. ibi, si casus tibi eueniat, confunde opi. Paul. de Castr. quæ est iniqua & iniusta, vt latius dicam in quodam consilio, quia in contingentia facti consistit.

22 Vt populus nõ secus obſeruet.

23 Statutũ statim inducitur.

24

25 Consuetudo nõ potest statim induci.

26

27 Oppositum in oppositꝛ posito operari debet quod dispositũ in dispositꝛ.

28

29

Item

ITem Paul. in d. consi. soluit aliud dubium, quod est extrauagans, & nõ hîc ad propositũ, sed quia fui hodie interrogatus de vna quęstione, † nũquid videlicet parochiani qui soliti sunt soluere tantùm decimas de frumento & siligine, & nunquam soluerũt de lanis ouiũ, nec de leguminibus, aut vino, an possint nũc cogi? quia Paul. de Cast. ibi mouet vnum dubium, quod facit ad propositũ, ideo hîc volui inferere quædam ex suis dictis, & aduertendũ in l. si prius in prin. de aqua plu. ar. l. is qui vsumfructum. ff. quibus mod. vsusf. amit. c. olim. de cẽsi. vbi habetur, † ꝙ ille qui habet plenũ ius, si vtatur semiplenè per tẽpus legitimũ ad prędscribendũ, sibi præiudicat, vt nõ possit vti de cætero, nisi sicut vsus est, faciũt ad propositũ alia quę ibi alle. Paul. de Cast. & quę dicit Barb. in c. cũ cõtingat. in xxvij. co. nu. cxxv. de foro cõpe. vbi allegat tex. & ibi Bar. in l. vsum aquæ. C. de aquæ ductu. libr. xj. Quę cũ non sint de materia subiecta, omitto. ¶ Vide tamen in hac materia Boërium in consue. Bituricẽ. ti. de cõsue. prędio. §. xij. vbi etiã ponit de cõsuetudine, ꝙ nõ soluatur integra decima, & an valeat. & in d. ti. §. xiij. ponit materiã sequelæ, cui debeatur, an ecclesię prędiali, an verò parochiali, ꝙa ibi est cõsuetudo expressa ad hoc, cõsului aliàs in casu emergenti in hac patria. Et aduerte ꝙ sacerdos cui debentur decimæ potest inhibere ne ipso absente colligantur, & potest ponere custodem. ita dicit & tenet Lucas de Penna in l. ij. col. v. C. quando & quibus quarta pars debetur. libr. x.

30 *Quæstio facti.*

31

32 *An vxor habeat dimidiã in rebus alteri legatis.*

ITẽ quia supradictũ est, † ꝙ vxor habet vsumfructũ in media parte antiquorũ hæreditagiorũ mariti: an etiã habeat vsumfructũ in rebꝰ alteri legatis? vide Bar. in l. Sẽpronio. in prin. ff. de vsuf. lega. Bal. in l. quoties C. fami. erci. sed in casu nostræ cõsuetudinis clarũ est, ꝙ per vltimã volũtatem maritus non potest præiudicare huic iuri dotalitij, vt in consuetudine præcedẽti.

33 *An gabellarum emptarum reditum.*

ne per cõtractum, nõ videtur prohibita alienatio per testamentum, vel etiam vltimã voluntatem, secũdum Alex.post Imo.in l.si ita quis. §.ea lege.ff.de verb.obl. imò bene ponderando Alex.in cons.suo clv. inci.visis & accuratè cõsideratis.in ij. vol. videtur decidere nostrum dubiũ, cùm dicat, quòd si quis prohibuerit aliquẽ bona alienare, pignorare vel permutare, vel quouis alio titulo in alium trãsferre, & si secus fecerit &c. quòd tamẽ non intelligitur prohibita hæredis, etiam extranei, institutio.† quia dictio, alia, est repetitiua si- 6 *Alia dictio.*
milium.gloss.& doct.in l.si fugitiui. C.de seruis fugit.

Sic ergo

BIU Cujas

Sic ergo capiẽda sunt verba nostræ cõsuetudinis, cùm dicat ꝙ marit' & vxor nõ possunt sibi facere donationes, cõfessiones, tractatus, neq; alios cõtractus cõstãte matrimonio p testamentũ, vel vltimã volũtatẽ, põderãda est hæc dictio, neq; alios contractus, qa intelligit̃ de similibus. s. qui fiunt inter viuos, & nõ intelligit̃ de hæredis institutione, aut de alia vltima volũtate, quæ nõ possunt dici cõtractus. & ita est intelligẽda hæc nostra cõsuetudo, seu statutũ, vt minùs lædat ius cõe quàm fieri possit, nã tãtùm prohibetur inter virũ & vxorẽ donatio, nõ autẽ alij cõtractus. dixi s̃. in gl. *ne autres contracts*. & in hoc læditur ius cõmune, vt dixi. sufficit ergo quod in hoc ius cõe lædatur, & non in alio, cùm vt dixi in prin. de iure institutio nõ prohibeat, neq; alia vltima volũtas inter virum & vxorẽ. cũ ergo statutũ seu cõsuetudo debeãt ita interpretari ꝙ minùs quàm possit, lædant ius cõmune. ita Ant. de But. in c. cùm dilectus. de cõsue. & Soci. in cons. suo cclxxiiij. in pe. col. interpretãda est hæc cõsuetudo hoc modo ne in tot lædat ius cõmune, maximè cũ tale statutũ esset odiosum ita intelligẽdo, qa tolleret liberã testandi facultatẽ. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. obli. l. j. cum ibi no. C. de sacros. eccl. & ideo est restringẽdũ. l. cùm quidã. ff. de lib. & posth. l. quicquid adstringendę. ff. de ver. obl. & satis constat per verba sequentia quæ cõtinentur in hoc §. s. *si ce n'est du consentement des plus prochains parẽs uiuans qui doyuẽt succeder au mari, ou à la femme, qui seroyent lesdicts traictez, donations, cõfessions, ou contracts, supposé que lesdicts contracts ayent estez uallez par serment*, &c. in quibus verbis nõ repetuntur verba testamẽti, vel vltimę volũtatis, & sic declarando dictã institutionẽ non esse prohibitã, nec in 7 dicto statuto esse cõprehensam, cùm † quotiescunque verba ꝓpria sunt dubia, declarãtur per posteriora. l. si seruus pluriũ, §. fi. ff. de leg. j. l. si idẽ cum eodẽ. ff. de iurisd. om. iud. per Card. in cle. j. §. fi. de iure patro. Tex. tñ in l. eadẽ. ff. de duo. reis. multũ facit in cõtrarium, ꝙ si fiat mentio de contractibus in genere, ꝙ cõprehendatur testamentũ. quẽ alleg. do. meus Ias. in l. testamentum. C. de testa. & vltrà eũ facit tex. in c. cùm à nobis. ibi, siue super testamẽtis, siue quibuslibet aliis cõtractibus quæstio agitet̃. de test. dixi in meo monologio, in verbo, testamentũ. ¶ Sed posito, & non concesso, ꝙ prædicta nostra cõsuetudo ita sit interpretanda ꝙ disponat ꝙ maritus nõ põt instituere vxorẽ, & econtrà, an liget, aut ligare poterit maritũ vel vxorẽ forensem testantẽ secundũ ius cõe in patria iuris scripti, habentem bona in hac patria quo ad bona hîc existẽtia? Vi- detur ꝙ nõ, quia dicta cõsuetudo loquitur in persona, vnde persona sola inci. debet, nõ aũt debet haberi respectus ad bona. per ea quę latè congerũt scribẽtes in l. j. C. de sum. tri. & fide cath. in l. oẽs populi. ff. de iustitia & iure. in c. canonũ statuta. de consti. l. j. in fin. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. ẽt. ff. de tut. l. neq;. C. qui de tut. in test. pos. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. c. vt animarũ periculis. de cõsti. li. vj. hãc quæstionẽ decidit Bart. in d. l. j. C. de sum. tri. in vij. q. circa finẽ, ibi, sed posset de tali q. & in iij. q. circa fi. ver. sed circa hoc dubitatur. concludẽs 8 expresè, ꝙ † qñ verba statuti seu consuetudinis disponunt in personã (prout in casu huius nostræ cõsuetudinis) tũc si decedẽs nõ est de prouincia illius statuti seu cõsuetudinis (licet ibi habeat possessiões & bona) tale statutũ ad eũ non porrigitur, nec eũ ligat: secus si dicta statuta disponeret circa rẽ, vt puta bona cõiugis prius decedentis non deueniat ad alterũ coniugũ superstitem. hęc etiã fuit distinctio Petr. in d. l. j. vt refert ibi Cy. idẽ etiã tenuit Pet. de Anc. in d. c. canonum statuta. in xj. & xij. q. ver. quęro vlteriùs circa statuta permissiua. & in vers. sed remanet fortè dubiũ. & in vers. quæro circa prædicta de quæstione tali, cauetur statuto. accedat doctrina. Spec. in ti. de senten. prola. §. qualiter. vers. item pone quidã filandrin. & Bal. in d. l. j. in xx. col. vers. circa istã inhabilitatẽ quæro. & etiã Sali. ibi dicẽtes, † ꝙ si statutũ disponit impediẽdo psonã, 9 puta ꝙ vir non possit vxorẽ instituere, si forẽsis testatur, nõ impeditur vxorẽ instituere. per d. l. primã, ff. de tut. & cur. da. ab his. gl. est no. in d. l. etiã. ff. de tute. idẽ tenet Ioan. Calde. in cons. suo xvij. in titu. de consti. & in cõs. xxxiiij. posito sub tit. de testa. ¶ Et prædicta sunt vera, nõ solùm quo ad bona existẽtia extra territoriũ statuentiũ, verùm ẽt quo ad bona sita in territorio, vt no. Pet. de Anch. in d. c. canonũ statuta de const. in xij. q. prin. in vers. quęro vlteriùs circa ista statuta permissiua, † quia bona veniũt accessoriè ad psonas vbicunque sint, & bona accedũt personæ, non autẽ psona re- 10 bus. §. si qs ancillas. instit. de lega. l. iustissimè. in prin. ff. de ædil. edic. notat Bal. in l. prædia. in j. col. C. de fideicom. & accessoriũ regulatur secundum naturã sui principalis, non autẽ principale regulatur ab accessorio. facit text. in l. fi. ff. de consti. princ. glo. notab. in l. si patronus. §. patronũ. ff. si qd in frau. patro. notat Bart. in l. si in emptione. in j. col. ff. de contrahen. empt. Pan. in c. ex literis. in prin. extrà, de iure patronatus. & ideo æquũ est ꝙ quò ad hoc vt quis ligetur statuto, ꝙ persona inspiciatur, nec curandum est de bonis, cùm ratione bonorum nõ possit fundari iurisdictio, nec potestas statuendi in forẽsem. vt no. Cy. in l. j. C. vbi pen. tut. Inn. in c. pastoralis. de priui. bene facit l. si libertus. §. sola. ff. ad munic. præsertim quãdo statutum expressè non disponit contra forensem, ratione rerum positarum sub iurisdictione ipsius statuẽtis, quia in dubio non extenditur ad forensem. Feli. in c. postulast. extrà, de foro compe. & ita tenet Ale. ꝓ plura cons. suo xliij. inci. Alfonsus. in v. vol. & in cõsil. suo xvj. in col. j. in j. volu. ¶ Confirmantur prædicta, † quia quando intentatur actio pro obligatione personali, situs rei nõ venit inspiciendus quò ad sortiendum forum iudiciale, licet intentaretur actio ratione rei. tunc enim tantum quis sortitur forum in loco in quo res est quãdo agitur actione reali, secus autem si intentetur actio pro obligatione personali. vt no. in l. forma. ff. de cẽsi. Bar. in l. fin. C. vbi in rem actio. & dominus Abbas in c. fi. col. xviij. de foro compe. vers. quo ad primum. Conclude ergo ꝙ non debet inspici situs rei quando quęritur an quis ligetur obligatione personali descendẽte ex statuto. † cùm paria sint forum sortiri, & legibus 12 seu statutis localibus subiici. not. in c. quo iure. viij. distinctione. per Inno. in rub. extrà, de consuetu. Soci. in consil. cclxxj. in ij. col. in ij. volu. Et notatur per dominum Philip. Decium modernũ in c. quæ in ecclesiarũ. in ij. col. in ij. not. & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. in ij. col. vers. secundò principaliter præmitto. de cõsti. Ita fuit iudicatum in curia Romana pro domino de Vergey, contra dominum de Thalemay. sed contra istud fuit iudicatum in Flandria, vbi expresè fuit dictũ per magnum cõsilium archiducis Austriæ, comitis Flandriæ, quòd vxor domini de Vergey, non potuit eum instituere hæredem quò ad terram & seignoriam de Bourboulency, quæ est in ducatu Burgundiæ virtute huius consuetudinis.

Intellectus nostræ consuetudinis.

Disposita in persona non debent trahi ad res.

Casus fecit.

DOmini de parlamento Diuion. iudicauerunt ita, & pro certo bene, propter illa verba generalia, & *autrement au profit l'un de l'autre*. & sic non est amplius disputandũ, † cùm arestum curiæ habeat vim legis. 13

Nunquid

BIU Cujas

14 An prohibito testamẽto, prohibeatur codicillus.

NVnquid † prohibito testamẽto, prohibeatur codicillus, vide do. Iaso. quem audiui in rubr. ff. de leg. j. Dic tamẽ † q̃ appellatione testamenti venit quẽdã vltima volũtas. ita do. meus Iaſ. in l. ij. in notabilibus. ff. de leg. j. quę no. ¶ Nunquid etiã prohibeat substitutio? videretur q̃ non ex dictis Alb. in ij. parte statutorum. q. cxij. ſed videtur ipſemet tenere cõtrarium in l. ſi is q̃ ex bonis. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & ibi vide plenè do. Iaſ. Et aduerte q̃ iſtud ſtatutũ in hoc eſt pœnale, & ſic odioſum, ex quo prohibent eſſe hæredes, aut alio modo capere per ſucceſſionem, vt dicit dom. meus Iaſ. in l. ſi is qui hæres. ff. de vulg. & pup. ſuſti.

16 NVnquid † autẽ inter ſe poſſint facere donationẽ cauſa mortis videtur q̃ ſic. quia hîc nihil dictum eſt, ex diſpoſitiõe iuris poſſunt. l. cùm hic ſtatus. §. j. ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. iij. & l. ſi maritus. C. de dona. inter vir. & vxo. † Nã donatio cauſa mortis non eſt vltima voluntas, ſed potiùs cõtractus. Nam patet, vltima voluntas eſt huius effectus & potẽtię, vt quòd per ipſam poteſt relinqui abſenti & ignoranti. l. cùm pater. §. ij. ff. de lega. ij. ſed in don. cauſa mortis requiritur præſentia donatarij, & eius ſtipulatio. l. inter mortis. ff. de dona. cauſa mortis. Ita etiã dicit & tenet Iaç. de S. Georg. in l. cùm hi. col. ij. ff. de tranſac. & vltrà dicit vnum nota. verbũ in practica, in l. Labeo. in j. lectura. ff. de pac. q̃ quando donatarius eſt abſens, illa clauſula, ſi non valeat in vim teſtamenti, valeat in vim donationis cauſa mortis, nihil operatur. ¶ Itẽ nõ poteſt dici contractus, quia in contractibus dominiũ non tranſit apud vnum ex contrahentibus recta via, ſed requiritur traditio: & tamen in legatis ſic. l. à Titio. ff. de fur. & in donatiõe cauſa mortis. l. ij. ff. de publicia. ergo legatum & donatio cauſa mortis æquiparantur. ¶ Item in contractibus non habet locum ius accreſcendi. Bar. in l. re coniuncti. ff. de leg. iij. & tamẽ habet locũ in donatione cauſa mortis. tex. eſt in l. vnica. §. fi. C. de cadu. tollẽ. alias æquiparatione ponit do. meus Iaſ. in l. ſenium. in vj. col. cum ſeq. C. qui teſta. face. poſ. inter vltimam voluntatẽ, & donationem cauſa 18 mortis. † Ecce ergo quomodo donatio cauſa mortis, non eſt neque ſimplex contractus, neque vltima voluntas ſimplex, ſed tenet de vtroque: igitur eſt miſtũ, vt eſt tex. in l. ſi. C. de dona. cauſa mortis.

17 Donatio cauſa mortis & vltima voluntas quomodo differant.

19 An ſub ſimplici cõtineatur miſtum.

PRopterea † nunc deueniendum eſt ad illud, nunquid ſub ſimplici contineatur miſtũ. in hoc noſtro caſu conſideranda ſunt duo. Primò quòd miſtũ continetur ſub ſimplici ex interpretatiõe. Hinc dicit Bal. in l. omnes populi. in xij. col. ff. de iuſti. & iur. † q̃ ſtatutum diſponens q̃ in contractu mulieris requiratur certa ſolennitas, nõ vendicat ſibi locũ in perſona miſta. ſ. in hermaphrodito. alle. l. hoc legatum. ff. de lega. iij. & hoc ſequitur Pet. de Anch. in c. canonum ſtatuta. verſi. venio ad primum membrũ. de cõſti. ¶ Cùm hæc noſtra conſuetudo nõ recipiat interpretationem, dicendum eſt q̃ in hoc noſtro caſu non comprehenditur donatio cauſa mortis, maximè cùm videretur fieri correctio iuris per interpretationem, quæ fieri nõ debet. eſt gl. multum ſing. in c. cupiẽtes. §. quod ſi per viginti. in ver. petere. de elec. in vj. quam ad hoc alle. do. meus Iaſ. in l. de quibus. in iij. col. ff. de legi. & in auth. nouiſſima. in xj. col. C. de inoffic. teſta. Sed ſi ſub ſimplicibus verbis poſitis in conſuetudine noſtra cõprehenderetur donatio cauſa mortis, corrigeretur tex. in l. cùm hic ſtatus. §. j. ff. de dona. inter virũ & vxor. & in l. iij. & in l. ſi maritus. C. eod. titu. quæ expreſsè dicũt, quòd donatio cauſa mortis poteſt fieri inter virum & vxorem, igitur &c. ¶ Sed tamẽ reperio quòd ſtatutum prohibens mulierẽ contrahere ſine certa ſolennitate, comprehẽdit donationem cauſa mortis, ea ratione q̃ magis accedit contractui: & ideo ea ratione ſub ſimplici continetur miſtum, quando magis accedit miſtũ ſimplici deſignato, & magis præualet in illo ſimplici. ita Pet. de Anch. in facti contingentia decidit, in conſ. cccclxxxiiij. quod inci. dubium in iſta quæſtione facit. & faciũt quæ dicit do. meus Iaſ. in §. omnium. in v. & vj. col. Inſti. de actio. & idem in caſu noſtræ conſuetudinis dic donationem cauſa mortis eſſe comprehenſam, etiam ea ratione, quia ponitur aliud verbũ ſubſequens, *ne autrement au profit l'un de l'autre*. Quoquo ergo modo ſit, nõ poſſunt facere contractus, aut aliàs relinquere per vltimam voluntatem, ſeu aliàs quouiſmodo quod vergat in vtilitatem vnius. vt patet ex tex. noſtræ conſuetudinis.

ADDITIO. De articulo quando ſub ſimplici cõtineatur miſtum, vide Alciatum in quæſtionibus, de verb. & rerum ſig. col. lxx. & lxxj. vbi ponit materiam nouo ſtylo, more ſuo.

SEd quæro, an † ſicut maritus non poteſt inſtituere vxorẽ, poſſit eam alteri inſtituto ſubſtituere? vide j. in gl. ſi. ¶ Sed iterum quæro, hac cõſuetudine ſtãte, † nunquid maritus poſſit dare facultatẽ vxori diſtribuendi pecunias pro anima ipſius mariti? dic q̃ nõ, ne fiat fraus ſtatuto. ita determinat Ioã. And. in addit. ad Spec. in tit. de inſtru. edi. §. nunc verò aliqua. poſt medium, in addi. incipie. ad iſtum finem. & eſt verum q̃ eſt data facultas ſoli vxori? ſecùs, ſi alteri & vxori. ita Alex. conſi. lvij. inci. proſpectis. in iij. col. in ij. vol. quẽ refert & ſequitur do. meus Iaſ. multa ad hoc allegans, in l. captatorias. in ij. col. C. de teſt. milit. & in l. nõ dubium. in x. col. C. de legi. Alex. in l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad Trebel. idem do. meus Iaſo. in l. quæſtionẽ. C. de fideicom. Adde Ioã. Sanxon. in conſuet. Turon. tit. *des droicts de baſſe iuſtice*. art. v. fol. ix. G. Benedicti in ſua repe. c. Ray. in verbo, ſi abſque liberis. ij. de lega. & fideicom. nu. 171. de teſt.

21

22

IN TEXTV IBI,

Ne autrement au profit.

ARgumento ergo à contrario ſenſu poſſunt facere contractus non vtiles. quod etiam tenet Bal. in l. nihil. C. de cõtrahen. & commit. ſtipul. Quia prohibitio vnius actus non extendit ſe ad alium contractũ alterius rationis & ſpeciei, vt dicit Bal. in l. j. col. vj. C. de inoffi. don. vbi dicit an illa lex de inofficioſa dona. quæ eſt contractus lucratiuus, extendat ſe ad contractus non lucratiuos, vide etiam in l. vlti. C. de prædiis curialium. lib. x. & in l. ij. C. de vſucap. pro emptore. Et qui dicantur contractus lucratiui, & qui oneroſi, vide do. meum Iaſ. in §. item ſi quis. nu. xxviij. inſtitu. de actionibus.

PONe q̃ maritus in fundo ſuo vel vxoris ædificauit domum pulchram: ſoluto matrimonio morte viri vidua quæ eſt cõis in bonis, petit ab hæredibus mediã partem impenſarum factarum in ędificatione domus, vel hæredes viri petunt mediam partem impenſarum factarum in ædificio facto in ſolo vxoris: quæritur quid iuris? ¶ Videtur primò q̃ talis repetitio impenſarum poteſt fieri, vt videtur eſſe tex. in l. ſed ſi vir §. ſi vir vxori aream donauerit. ff. de donatio. inter virum & vxorem. vbi dicit text. ſi vir vxori aream donauerit, & vxor in ea inſulam ædificauerit, ea inſula ſine dubio mariti eſt, ſed eam impenſam mulierem ſeruaturam placet. ita tenet Alexan. in l. j. §. nunc videamus. ff. de no. ope. nuntia. faciunt quæ dicunt Bal.

& Lan

& Lancelo. in l. senatus. §. Marcellus. ff. de leg. j. ¶Distinguendum tamen esset inter expensas vtiles, necessarias, & voluptuosas, prout in l. in voluptuariis. ff. de impen. in re. dota. Aduerte tamẽ, quia pluries vidi ꝙ tales impensæ non repetebãtur, & cõmuniter ita obseruatur in hac patria Burgundiæ. dicã infrà in §. xiij. ¶Imò etiam si maritus nomine vxoris emerit, & possideat mulier, non tamẽ valet, nec est acquisitum mulieri. per tex. in l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. bene tamẽ mulier participabit pro media parte, cùm sit viro acquisitum.

IN TEXTV IBI,

L'vn de l'autre.

1 *An maritus donare possit sorori vxoris.*

QVæro, † nunquid maritus possit donare sorori vxoris, & socer nurui? de his videtur esse text. in l. iij. §. qui in eiusdem. & §. socrui à nuru. ff. de don. inter vir. & vxo. Nã in sorore vxoris est, quia nec habet vxorem in potestate, nec ipsa soror erat in potestate dictæ vxoris, & non ambæ in potestate alicuius alterius, & sic nõ cõtingunt se per potestatẽ, & per cõsequens nõ habet obstare tit. de dona. inter vir. & vxor. & idem in socero & nuru econuersõ, quia non se cõtingunt per potestatẽ. & idẽ de aliis enumeratis per glo. in d. §. socrui. ¶Et si dicatur ꝙ propter coniunctionẽ personæ censetur facta fuisse fraus legi, quasi fuerit inter posita soror ab vxore, & accõmodaret nomẽ in dicta donatione. Et sicut reuera nõ valet donatio facta p maritum vxori per se ipsum, sic etiã valere nõ debet per interpositam personã. tex. in l. iij. §. non tantùm. ff. de do. inter vir. & vxo. vbi est textus formalis ponẽs hæc verba formalia. Non tantum autem per se maritus & vxor, cæteræq; personæ donare non possunt, sed nec per alias interpositas personas. Ad idem est text. in l. si sponsus. in princi. ff. de dona. inter vir. & vxor. & facit quod no. Bar. in l. post contractum. ff. de donatio. l. pe. C. de bonis damna. & facit l. hæres meus. §. fi. ff. de cõdi. & demonst. ¶Quia ad istud posset dici ꝙ prædicta procedunt quando constat de submissione facta ab vxore, & ita loquuntur dicta iura hîc antè alle. aliàs secus, quia non se contingunt per eandem potestatem. Et in specie consuluit in hoc casu Paul. de Cast. quem omnino videas in consilio suo cxciiij. incip. super isto puncto. in cõsiliis nouis, in impressione noua. & vide Socin. in consi. suo lxvj. in ij. col. ¶†Et quid si vitricus vel nouerca donet priuigno, an de iure valeat, vide l. censualis, & ibi Bal. C. de do. vbi dicunt quòd sic, nisi in fraudem esset facta.

2 *An vitricus aut nouerca priuigno donare possit.*

3 QVid autem de socero & nuru, vide Soci. cons. lxj. in ij. col. vbi dicit † ꝙ socer non potest dare nurui & econtrà. & est tex. in l. iij. §. qui in eiusdẽ. & in l. cùm hic status. §. omnino. ff. de do. inter virum. ¶†Sed nũquid vxor possit instituere socerum? videtur ꝙ nõ, nã ex quo est prohibita donatio facta socero, sic etiã institutio, vt in hac nostra consuetudine. ¶Dic tamen ꝙ prohibitio institutionis per hanc nostram cõsuetudinem est exorbitans, & cõtra iuris dispositionẽ vt dixi suprà, eo ꝙ de iure poterant maritus & vxor se inuicẽ instituere. quod prohibitum in marito nõ extenditur ad socerum. tex. ad literam in l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. vbi est tex. † ꝙ lex exorbitans loquens in viro, nõ extenditur ad socerum. & ita in specie cõsuluit dom. Fran. de Curte iunior, & præceptor meus, in consilio suo vj. post feuda. in xv. col. quem ad hoc videas. & in prin. vbi tractat an statutum disponens in marito, habeat locum in vxore. & ibi plenissimè ponit materiã correlatiuorum, allegãdo plures modernos, ad quos est recurrendum cùm materia occurrerit. Vide Boërium in consuetudine septenæ Bituricen. titu. de consuetu. matri. §. j. in xvj. & xvij. col.

IN TEXTV IBI,

Si ce n'est du consentement.

ALiquando enim lex seu statutum requirit consensum, aliquando authoritatem, aliquando decretum, aliquando iussum, aliquãdo præsentiam, aliquando consilium, aliquando licentiam, aliquando mandatum, aliquando conscientiam, aliquando ratificationem.

1 *Consensus differt ab authoritate & decreto.*

QVantum ad consensum dic † ꝙ differt ab authoritate & decreto, prout est in gl. no. in c. j. in verbo, defensore. de rebus eccle. non alien. & ponit Alex. cõsi. cvj. in ij. col. quod incipit, quo ad præsens quæsitum. in j. vol. & do. meus Ias. in l. de pupillo. in iiij. col. ff. de noui ope. nuntia.

ADDITIO. Aduerte quòd quando consensus vel assensus præstatur à domino qui cõsentit, aut assentit, eius consensus, aut assensus facit: sed quãdo præstatur à nõ domino, non facit aliud, nisi quia tollit obstaculum quod esse poterat, vt tenet Matth. de afflictis in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, circa iustitię. in viij. notabili.

2 *An consensus debeat præcedere actũ.*

NVnquid † autẽ consensus debeat præstari in ipso actu, an sufficiat ꝙ sequatur? vide notabilem distinctionem Anto. de But. in c. cùm consuetudinis. de consuet. sed tu dic pro nunc sufficere illud quod dicit Bar. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hære. ꝙ vbi consensus requiritur ab eo qui nullũ habet interesse in cõsentiẽdo, semper videtur requiri pro forma: ideo nõ potest sequi actum, sed debet interuenire tempore actus. l. quid ergo. in prin. ff. de his q no. infa. & hoc intellige quando cõsensus requiritur à pari vel inferiori: & ideo dicit Bal. in l. j. in antepenult. col. C. qui admitti. ꝙ si ex forma statuti in contractu mulieris vel minoris requiratur ꝙ debeat interuenire cõsensus consanguineorum, debet interuenire antequã perueniretur ad extranea: quia ipse consensus est de substantia & forma cõtractus, & illa quæ sunt de forma debent interuenire in ipso actu. ita refert & sequitur do. meus Ias. in l. j. §. j. in iij. col. ff. de verbo. obliga. faciunt quæ dicit Bald. in rubr. C. de rescind. vendi. quem allegat dom. meus in l. vniuersa. in v. colum. C. de precib. impe. offe. Sed quid si à superiore præstatur consensus, id est authoritas? dicam infrà, versicul. nunquid autem.

Consensus à pari.

Consensus à superiore

AVt verò talis consensus requiritur ab aliquo pro interesse alicuius consentire debentis, tunc valet consensus, licet postea sequatur ex interuallo, etiam si actus præcedẽs sit nullus ipso iure, dummodo approbatio eius pendeat à potestate consentientis. secundũ Ant. de But. in d. c. cùm cõsuetudinis. qui allegat text. in c. cùm in iure. in fi. de electio. vide tex. de iure ciuili in l. j. §. prodest. in ij. responso. ff. quorum legatorũ. & bene facit tex. in l. filius. §. fi. ff. de proc. & quod ibi per Bart. iuncta clem. j. de procur. & pro conclusione do. Ant. vide tex. quem ibi notat Bal. in c. j. circa princ. de alien. feu. paterni, in vsibus feudorũ: & ita debemus intelligere Bal. in d. §. iussum. vide vnũ cõsi. Fed. de Senis, cõs. cclix. in ij. col. inci. præterea. & hoc vult, & est notandũ, & nota quia fortè diceres cõtrariũ. ¶Aduerte etiam ad vnũ, ꝙ cõsensus parentũ ad tollendũ metum reuerẽtialem quem vxor habet ex marito, debet præstari præsentialiter, & in præsentia parentum audientium & intelligẽtium. ita tenet Fel. & amplè in c.

eandem

causam matrimonij. de offic. deleg. vbi amplè ponitur materia reuerentialis in omnibus casibus. Vide etiam Barba. in cõs. suo lx. in ij. col. in j. vol. vbi ponit an præsentia parentum tollat metum reuerentialem. & dicit ꝙ non & ibi est pulchrum consiliũ de suceptione ordinis facta per metum.

Mihi tñ videtur ꝙ in casu nostræ cõsuetudinis requiritur consensus parentũ propter eorũ interesse, cùm dicat nostra cõsuetudo ꝙ requiritur cõsensus proximorum succedere debẽtium: ratio ergo nostræ cõsuetudinis videtur etiã esse, ne parẽtes qui succedere debent marito vel vxori, priuẽtur bonis suorũ parentum sine eorum cõsensu & voluntate. facit tex. in l. nam ita. ff. de adop. & ita tenet Bart. in l. trãsactionem. C. de trãsac. quẽ allegat & sequitur do. meus Iaſ. in l. de pupillo. in ij. col. ff. de noui ope. nun. ergo ꝑ doctrinã suprà relatã videtur ꝙ sufficere debeat ꝙ consensus parentũ sequatur, etiã ex interuallo. ¶ Tu dic, ꝙ istud non obstat, eo ꝙ hic cõsensus qui requiritur secundum cõsuetudinẽ nostram, requiritur pro forma. 3 qđ sic probatur, † nã quod cõditionaliter ponitur, est de forma. Bal. in auth. matri & auiæ. in j. col. C. quãdo 4 mulier tutelæ offi. fungi põt. & dicit, † ꝙ cõditio quæ apponitur per legẽ nunquã dicitur continere leuem solennitatẽ. & istud tenet & alle. do. meus Iaſ. in l. ij. §. ꝙ si in patris. in j. & ij. col. ff. sol. matr. & in l. Gallus. §. & qđ si tãtũ. in v. col. ff. de lib. & posth. post Bar. ibi. & in l. cùm quid. in ij. lectu. ff. si cer. pet. & in l. ij. §. j. in. ij. col. ff. de vulg. & pup. & Fel. in c. cum dilecta. in vj. col. de rescrip. sed in hac nostra cõsuetudine est dispositio disponẽs ꝙ maritus & vxor nõ possunt donare, cõtrahere &c. nisi de consensu proximorum parentum: ex quo patet ꝙ iste consensus est de forma, quia est conditionaliter positus, cùm sit dictio, nisi, posita post dispositionem contractã per verba præsentis temporis, prout tenet Bal. in l. j. ff. de cõdi. & demon. Si ergo talis cõsensus requiratur ꝑ forma, ergo debet interuenire in ipso actu, & nõ potest sequi actum. stabit ergo decisio do. Bal. vera in d. l. j. in antepen. col. C. qui admitti. quam retulit do. meus Iaſ. in loco hîc antè alle. scilicet ꝙ in hac cõsuetudine seu statuto, cõsensus requisitus dẽt interuenire in ipso actu. ¶ Et ad argumẽtum suprà factũ respondeo ꝙ causa principalis huius cõsuetudinis seu statuti non est eo ꝙ proximi parẽtes succedere debentes prætendũt interesse, sed causa est in donatione. de qua per text. in l. j. & iij. ff. de do. inter virũ & vxor. de quibus suprà dixi. ¶ Sed quid in aliis, ſ. in testamẽto, legatis & donatione, & maximè in vltimis voluntatibus, vbi videtur requiri cõsensus propinquorum succedere debentiũ propter eorũ interesse? cogita, quia si casus cueniret, esset quæstio pro amico. nã in donatione non facio dubium ꝙ nõ possit præstari consensus post actũ, in aliis verò dubitãdum est, maximè per ea quæ s̃. dicta sunt in gl. *par testament.*

Consuetudinis huius causa.

Vide quæ in hoc & similibus dicit Ioan. Lupus in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. lxviij. numero xxvij. vbi dicit, quòd maritus potest ratificare factũ per eius vxorem sine eius consensu, & licẽtia, sed concorda ex dictis hæc, & quę suprà dixi. §. j. suprà eodem titu.

¶ An sufficiat præsentia consanguineorũ.

Sed quæro, † nunquid sufficiat ꝙ consanguinei sint præsentes? & an talis præsentia habeatur pro consensu? non aliter disputando dic ꝙ non, prout in specie dicit do. meus Iaſ. in l. ij. §. voluntatem. in ij. col. ff. sol. mat. videtur tamẽ quòd sufficeret sola præsentia, 6 † quia vbi requiritur volũtas, sufficit præsentia, prout facit tex. in d. §. voluntatem, quem ad hoc notãt doct.

¶ Tu dic pro respõsione, ꝙ quicquid sit, in hoc nostro statuto tenenda est opinio Bal. in d. l. ij. d. §. voluntatẽ. & in l. fi. §. necessitatẽ. C. de bon. quę lib. & in l. si sine. C. ad Velleia. dicentis, ꝙ vbi in contractu mulieris requiritur cõsensus propinquorũ, non sufficit ꝙ sint præsentes, nisi expressè cõsentiãt. ratio est, quia in statutis verba sunt accipiẽda in casu vero, & nõ in casu ficto, vt est in cõsensu sola taciturnitas, † quę hẽt vim cõsensus ficti, nisi in tribus casibus. ſ. in authoritate tutoris, quæ verbis exprimenda est. l. j. in fi. ff. de autho. tut. & in adoptiõe patris, quæ verbis vel signis interponẽda est. l. si pater naturalis. ff. de adopti. in iussu patris. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hære. Bal. in d. l. si sine, C. ad Velleianum. & hãc decisionem Bal. tenet in specie do. Alex. in cõs. cxiiij. incip. visa scripturarũ & processuum multiplicitate. in iij. col. in v. vol. Hanc etiam decisionẽ tenet Feli. in c. nonne bene dicimus. de præsumptionib. vbi ponit materiam an tacens habeatur pro consentiente. & ibi plenè.

7 Taciturnitas consensus ficti.

Contra illam decisionem Bal. quam totus mũdus tenet, pondero tex. inexcusabilem in d. l. ij. §. volũtatem. iuncto §. precedenti in versi. deniq;. iungendo tex. ibi. vbi formaliter dicit tex. nõ aliter, † ponderãdo dictiones, non aliter, quæ important cõditionẽ, si filia voluerit, & cõsenserit, secundum Bal. in auth. ingressi. in iiij. col. C. de sacrosan. eccl. & est de forma secundũ Bar. in l. fi. in fi. ibi, quęro an ciuitas. C. de vendẽ. rebus ciuitatis. lib. xi. & dicit do. meus Iaſ. in l. de pupillo. in ij. col. ff. de no. ope. nun. & Fel. c. cùm dilecta. in ix. col. ver. sic. septimum signum. de rescript. quòd talia verba important quòd sit de forma, sed sic est † quòd conditio debet impleri in forma specifica. Bart. & do. meus Iaſ. in l. Gallus. §. & quid si. in v. col. ff. de libe. & posth. † & forma debet adimpleri in casu vero & non ficto. ponit Alex. in l. j. ff. de lib. & posth. & tamen est ibi tex. in d. §. voluntatem. quòd sufficit tacita & ficta voluntas. ergo ille text. multum facit cõtra decisionem Bal. ibi, quam suprà tenui.

8 Nõ aliter.

9

10

Quicquid sit, teneo ꝙ in casu nostro sit tenenda opinio Bal. quia in casu nostro, & in cõsuetudine seu nostro statuto requiritur consensus propinquorũ ad redintegrandum personam mulieris, quæ debet actum facere propter fragilitatem sexus: ideo talis voluntas debet esse de forma, prout declarant ad aliud propositũ Bal. & Aret. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæredi. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebellia. post Anto. de But. in c. ij. ne sede vacante. sed in casu d. §. voluntatem. cum §. præceden. voluntas non requiritur ad redintegrandũ personã, sed solùm ratione sui interesse. Et ad duo fundamenta suprà facta, primò ad dictionẽ, non aliter, ꝙ illud est verum, quãdo lex vel statutũ simpliciter diceret non aliter, & nõ procederet vltrà se declarando, prout fecit Iurisconsultus in d. §. voluntatem. suprà allegato. Item ibi nõ requiritur cõsensus in vim propriæ voluntatis, sed in vim contradictionis, nimirum si sufficit tacita & ficta voluntas, & sic cõcludendum est, quòd cõsensus propinquorum in casu nostræ consuetudinis debet præstari expresse.

11 Consensus expressus quis.

Sed quando dicatur † præstitus cõsensus expresse? Dic quòd tribus modis. Primò, quando exprimitur verbis, dicendo, ego consentio. pro hoc faciũt dicta Bart. & aliorũ in l. j. ff. de vulg. & pup. & Ang. in §. si vero expressim. in auth. de hæred. & Falcidia. coll. j. ¶ Secundò quando non verbis, sed signis exterioribus demonstratur, puta quia in agendo pater filio expresse non cõsensit, sed duxit aduocatum ad se defendendum.

BIU Cujas

dendum.facit gl.no.in l.itē quia. ff.de pact.& est text. & ibi Guil.& Bal.in l.si pater.ff.de adoptio.& Bal.in ll. fi.§.necessitatem.vers.quęro an sufficiat præsentia.C. de bonis quæ liberis. ¶Tertiò dicitur expressus consensus quando ex generalitate verborū esse cōprehēditur ex mēte tacitè loquentis ꝙ cōsentit, prout facit tex.in l.prętor.in prin.& ibi Bar. ff.de noui ope.nunt. cum aliis per Soci.in istis tribus allegat.quos ponit in consi.suo cxij.incip.multū abundè & eleganter.repetito in cons. clxxij.¶Quando autē aliquid dicatur expressum,ponit do.meus Ias.in d.l.ptor.ff.de no.oper. nun.& Feli.in c.translato.de constit.in ij.col.& credo ꝙ vnus furatus fuit alteri.nescio quis illorū fuit,quia erāt contemporanei.mortuus tamē est Feli. & nō Ias. quia adhuc viuit hoc anno do. M. D. ix. Idem Ias.ponit in l.j.ff.de vulg.& pup.& in l.certum.ff.si cert.pet. & idem Feli.in c.ad aures.de rescriptis.adde quæ dicit Alex.in consi.lxxx.in v.colum.in j. vol.& in cons.suo cxxxiii.in iij.& v.col.eo.j.vol.

Iason & Felinus.

12 *An consensus præsumatur.*

SEd nunquid † talis consensus præsumatur fuisse interpositus in cōtractu mulieris ex diuturnitate tēporis? Bal.in l.j.C.qui admitti.dicit ꝙ non.& idem refert & sequitur do.meus in d.l.j.in iiij.col. & in l.sciēdum.in vij.col.in versic.cōfirmo istam.ff.de verb.obl. & vide Bal.in d.l.j.C.qui admitti.qui format quęstionem,an tales proximi sint citandi. vbi dicit quòd nō, tamen est eis denuntiandum.

13 *An præstari possit per procuratorem.*

NVnquid † autē iste consensus possit præstari per procuratorem? dic ꝙ nō; quia est de solennitate actus.vt tenet Bal.in d.l.j.C.qui admitti.& Felin.in c. cùm omnes.in xvij.col.de constit.Panor.in c.cùm parati.de appel.& do.meus Ias.in l.j.§.item acquirimus, in ij.col.de acquir.poss.& Franc.de Aret.in d.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff. de acquir.hære. † vbi dicit idē esse in authoritate quæ habet conuenientiam cū cōsensu,qñ consensus interuenit in aliquo actu pro solēnitate: quia sicut consensus dēt interponi expressè,& verbis dēt exprimi.l.si pater naturalis. ff. de adoptio. ita & authoritas.l.iij.ff.de autho. tuto. Item etiā sicut debet interponi in ipso actu,vel incontinēti, ita & authoritas,nec valet in hoc ratificatio,prout dicit Fel.in d.c.cùm omnes.in xvij.col.&in c.cùm dilecta.in xiiij. col.de rescriptis.idem Bald.in l.j.in vlt. charta,C.qui admitti. † Et differunt hęc duo in modico: quia consensus qui præstatur à superiore, qui nullum prætendit interesse,vel à pari,quando interponitur pro solēnitate,est idem ꝙ authoritas:secùs quādo interponitur à pari,&nō pro solēnitate,vt puta ab illo qui prętendit interesse,

14 *Consensus & authoritas in quo conueniant.*

15 *In quo differant.*

16 *Authoritas potest sequi ex interuallo.*

IN casu † tamen authoritas potest sequi ex interuallo,puta qñ ex forma statuti nō potest creari decurio,siue scabinus,siue syndicus,sine authoritate iudicis,puta potestatis,vel Balliui,quia tūc illa authoritas potest sequi ex interuallo.Bal.& Angel.in d.§.iussum.

17 dixi antè.† Et ideo illa authoritas exponitur,id est cōfirmatio, cùm ad vniuersitatē spectat creare syndicū, & ad superiorem confirmare.arg.text.in §.interim.in auth.de defenso.ciuitatū.colla.iij,& dicit illud Feli.in c.edoceri.in vj.col.de rescri.Et istud videmus singulis annis in Vigoberto Heduen. & scabinis, & aliis officiariis ciuitatis, quia semper post electiones de eis factas Balliuus seu eius Locumtē.interponit eis authoritatem, ipsos confirmando in officiis eorum. & dixi suprà hoc eo.tit.§.j.in gl.& *authorité*,versi.j.

ADuerte etiā ad dictum Barb.in consil. j. col.xlvij. ver.nec etiā obstat.in j. vol. ꝙ quando requiritur consensus officialis publici,habetur pro authoritate. allegat Bal.in l.fi.§.necessitate.C.de bon.quæ liberis.

QVando † autem requiratur decretum, nunquid debeat interponi antè vel pòst? iura videntur in hoc variare.nā tex.in l.magis puto.§.illud. ff.de rebus eorum. videtur velle ꝙ decretū debeat præcedere. & ibi hoc tangit Bal.& idem tenet Archi.in c.j.de rebus eccle. non alien. in vj. ¶In contrarium videtur facere tex.in l.non enim aliter.in fin.ff.de adoptio. in verbo, subscribēdum.Bal.in c. j. §.si miles.de feudo sine culpa nō amitten. distinguit, ꝙ si præcessit causæ cognitio debita,potest prędecedere & subsequi. & etiā tetigit in d.l.fi.§.necessitate.C.de bon.quæ libe.& ista ponit Franc.de Aretio in d.§.iussum. vbi etiam ponit an decretum requirat scripturam.& an stetur notario asserenti causæ cognitionem,& etiam iudici, ponit dom. meus Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in xij. col.ff.de offi.proconsulis. 18 *Decretū quando in personam.*

ADuerte tamen quòd si apponatur ex abrupto sine causæ cognitione, nō valet. ita tenet per plura Barb.in cons.suo xl. incip. præclarè scribitur.in v.col. in j. vol.

QVid de iussu † requisito à lege vel statuto, an debeat præcedere actum? & de mādato, quia idem sunt & à pari procedunt? Et dic ꝙ iussus debet præcedere,vt est tex.in d.l.si quis mihi bona.§.iussum.& in l.si verò non remunerādi. §. si post creditum.ff.mandati. vbi habetur ꝙ mādatum debet præcedere. Hinc dicit Bal.in l.si vxorem.C.de cōdi.inser. & in l.obseruare,§.fi.in prin.commenti.ff.de offi.proconsul.& legati.† ꝙ vbicunque statutum requirit mādatum produci à principio, ratificatio sequens nō sufficit ad cōualidādum iudiciū, quia videtur hoc requiri pro forma. & intellige si superueniat post actum cōsummatum: secus si post actum inceptum nondum consummatum.gl.est sing.secundum Ang.ibi in l.Iulianus.ff. qui satisdare cogan.& facit gl.in l.si pupillus.ff.de arbitris.Bart.tamē in l. & quia.ff.de iurisd.om.iudi.dicit, † ꝙ mandatum & iussus in vno differunt,quia mādatum finitur morte mandātis,sed iussus non. Et intellige de iussu superioris,vt est tex.in §. ad hoc, in auth. de māda.prin.coll.iij.sed de iussu priuati hoc esset falsum,vt l.qui in alien.§.si liber.ff.de acquir.hær.¶Item etiā intellige de iussu qui emanauit cum causę cognitione:secus si sine cognitione causæ, qa finitur cū iurisdictione iubentis.l.j.C.de postulando.l.fi.C.depositi.& intellige etiam de iussu priuati, quādo emanauit super eo quod iubēs tenebatur facere proprio nomine:quia nunquā finitur morte iubentis.l. fundi vēditor.in princ. de acqui. poss.& per Ang.in l.si ex stipulatione.ff.de acquiren.possess. ¶Alia est differentia, quia iussus fit his qui tenentur parere,sed mandatum etiam aliis. Bald. in l.si mandator. C.quod cum eo.& per Bart.in l.sæpe.ff.de re iudic. vbi Alex. quandoque tamen vnum ponitur pro alio.cle.j.& ibi Car.Floren. de iudiciis.& per Alex.in d.l.sæpe.& per Barto. l.ij.C. communia de lega. 19 *Iussus quando interuenire debeat.* 20 *Mandatum.* 21 *Differentia inter mandatū & iussum.*

QVid † de præsentia? dic ꝙ vbicunq; requiritur præsentia, illa nō potest suppleri per literas. per Archi.c.ij.lxv.dist.Item etiam nec potest ratificari p præsentiā sequentem,secundum Bal.in l.j. C.qui admitti. plenè per Fel.in c.causam matrimonij.in iij.& v.col. de officio delegati.quod est verum quomodocunque requiratur præsentia,siue ad solennitatē, siue ad obligandum præsentem.Bar.in l.iij.§.si pupillus.ff.de tutelis. † cùm ergo in causis fiscalibus requiratur præsentia aduocati,intantū ꝙ si sniā ferat in eius absentia est ipso iure nulla.l.si fiscꝰ alicui.& l.iij.§.diuus.ff.de iure fisci. 22 *Præsentia.* 23

BIU Cujas

fisci.& ibi gl.& doct.nũquid præsentia aduocati possit suppleri per literas ad aliquem subrogandũ in eius locum per eius literas?cogita ex his quæ dicit Archidia.in loco hîc antè allegato.& antequam fuissem aduocat⁹ regius in hoc balliuatu Heduẽ. † & fuit anno Dom.M.ccccc viij.in mense Februarij, fui subrogatus per prædecessorẽ meum do. Guidonem de Moreault iuris vtriusq; doctorẽ. & fuit facta subrogatio tantũmodo per literas suas signatas sub signo suo manuali, & substitutus per annum vel circa. postmodum mihi resignauit officiũ,virtute cuius resignationis fui prouisus eodem anno,in mense Augusti per Christianissimum regem nostrum Ludouicum xij.

24 Quo tẽpore author noster effectus sit aduocat⁹ regius Heduen.

ADDITIO. Hoc anno Domini M. ccccc xxxj. die tertia Augusti, Christianissimus rex noster Frãciscus hui⁹ nominis primus me in cõsiliariũ parlamẽti Parisiẽ.vocauit,& p ꝓmotionẽ meã ad huiusmodi officiũ cõsiliarij fuit ꝓuisus de dicto officio aduocatiõis magister Hugo Darlay iuris vtriusq; doctor, gener me⁹, q tandẽ Maio sequẽte ab humanis decessit,& in mẽse Augusti sequẽte fui ꝓuisus de officio Præsidentis in parlamẽto Prouincię me existẽte in Burgũdia,vbi sarcinulas meas cõponebã ad eas cõducẽdas Parisios, & sic hic mẽsis Augusti fuit in multis mihi ꝓpitius, qm̃ illo mense natus sum,illo mense fuit mihi collata tõsura clericalis,illo mense fui effectus doctor, & vt hîc antè dictum est,fui prouisus de multis officiis.†

25 Quæstio.

SEd quæro,† quia in sentẽtia ferenda contra fiscum requiritꝰ prẽsentia aduocati,vtrũ ista præsentia includat virtualiter cõsiliũ vel cõsensum eiusdẽ aduocati?illud dico ꝓpter multa statuta quę habem⁹,vbi requiritꝰ præsentia aduocati.s.in ordinationib⁹ regiis factis p Christianissimũ regẽ nostrũ Ludo.xij. videlicet in ordina.cxxij.vbi emẽdæ dñt taxari in prẽsentia aduocati & procuratoris regij.Itẽ in ordinatione cxxvj. vbi dicit q gratiæ & abolitiones delictorũ debẽt prẽsentari in iudicio, & legi in præsentia aduocati & ꝓcuratoris regij. Itẽ in ordinatione cxxxij. vbi ordinatũ fuit q Balliuus & Locũtenẽs non pñt facere aut instituere officiarios,puta nũtios,aut seruientes regios, nisi in præsentia aduocati & ꝓcuratoris. ¶Quęro nũc de duobus,primò.s.nũquid prẽsentia includat necessariò requisitionẽ consilij & cõsensus? ¶Secũdò, si fiãt talia sine præsentia aduocati & ꝓcuratoris,an debeãt dici nulla? ¶Ad primum dico † q hoc verbũ, præsentia,inducit & includit vt requiratꝰ cõsilium eius q debet esse præsens.& istud tenet Bal.in l. nam ita diuus. ff.de adoptio.vbi dicit vnum quod est notabile,q qñ talis præsentia seu cõsiliũ alicuius requiritur ad aliqd opponẽdum,tunc siquis velit opponere causas iustas, defertur actus.l.dotem.ff.sol.mat.sed si opponat ambages,habetꝰ pro cõsentiente.& illud videtꝰ etiã tenere Bal.in l.cùm hi, in prin.ff. de transactio.vbi dicit q in insinuatione donationis & testamẽti requiritur præsentia iudicis,ideo nõ intelligitur donatio insinuata, nec testamentum,nisi iudex admittat productionem. & istam opinionem suprà relatam tenet gl.in l.si quis mihi bona.§.si coram.in j.col.ff.de acqui. hære.& ibi Fran.de Aretio,qui prædicta adducit, & pro opinione contraria quædam etiam alia adducit, videlicet q sicut verbum,conscientia,non importat cõsiliũ, neq; cõsensum, vt ꝓbatur in l.omniũ.C. de testa. & ita tenet Bal.in rub.C.de exercito.& in l.fi.§. necessitatem. C.de bonis quæ libe. licet videatur tenere cõtrarium Ang.in d.§.iussum.suprà alle.& in §.non autem aliàs. inauthẽ. quomodo oporteat epi.per illum text. sicut ergo conscientia non importat consiliũ & cõsensum, ita nec præsentia,† cùm videãtur idem signare.& ideo tex.in l.omnium.loquitur de actu qui fit in præsentia principis. ¶ Et per illũ text. decidit Bar.in casu nostro in l.Modestinus. circa prin. ff. de don. † q insinuatio quæ debet fieri in præsentia iudicis nõ requirit q iudex eam admittat,sed sufficit sola præsentia. ¶Do.Fel. qui vidit opinionem domini sui,illã voluit impugnare in c.nõ potest.in iiij.& v.col.de re iudica.per multa quæ videre potes,sed vnum dicit quod facit ad ꝓpositum nostrum.s.q aliquãdo requiritur præsentia aliquorũ,non vt per ipsam solemnizetꝰ actus,sed vt eorũ cõsiliũ & cõsensu reguletur,vel ab eis resisti possit illicito conatui,vt est in prẽsentia aduocati & ꝓcuratoris suprà relati.& tunc non est dubium q si ista ratione se opponant,& eorum cõsilium,& cõsensum non prẽstent,non valebit actus in cõtrarium factus.& pro certo dictæ ordinationes & iurium dispositiones requirentes in hoc præsentiã aduocati & procuratoris essent parui momẽti si posset eis dici, sufficit vos esse præsentes.& ita est tenendũ in his casibus, in aliis verò vbi requiritur præsentia, vide Feli. ibi.

26 Resp̃det quæstioni.

Pro cõtrario.

27

28

ADDITIO. Sola præsentia sine consensu non prẽiudicat,vt tenet Alex.in cõsil.xx.incipiente,ponderatis his quæ in themate narrãtur.in v.col.ver.sola præsentia.in iij.vol.vbi limitat §.vẽditio.in l.sicut.ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur. quem sequitur Stephanus Bertrandi in consi.suo clxvij.in iij. quæsito.in j. parte. †

SEd in prædictis casibus si actus fiat sine præsentia, nunquid erit nullus ? do.Franci.de Are. latè ponit in d.l.si qs mihi bona.§.si corã.in gl.fi.ff.de acqu.hære.ad quẽ est recurrendũ.& ad Felin.c.causam matrimonij.in iiij.& v.col.de off. deleg. † Aliquãdo requiritur cõsiliũ sapientũ:& tunc si ex forma statuti causa debeat decidi cõsilio sapiẽtis,vel cõsiliũ sapientũ debet dari,& si iudex petito cõsilio, & nõ dato fert sententiã suã,sententia est nulla ipso iure, qa cõsilium vẽ ꝓ forma & pro solenni antecedẽte actũ. & hoc tenet Bal.l.j.C.de indi.viduita.tollen.& in l.cum sententiã. in fin.C.de sentẽ.& interlo.om.iudi.vide Bart.in l.j.§. sed si plures.ver.iiij.quæro,dicit statutũ.ff. de exercit. & Bal.in rub.C.de exercitoria.& in l. j. C. ne liceat in vna eadem q; caus. ¶Sed Io.And.in additio.ad Spec.in tit.de requisitione cõsilij.§.j. refert duas opiniones:s. illã quã hîc antè dixi,quã dicit tenuisse Rofre. Oldra. & Nicol.de Matarel.in publica disputatione,aliã opinionẽ dicit tenuisse per Lamber. de Rãpo. & Guido. de Suza.q etiã publicè disputantes tenuerũt q sentẽtia lata,vt dictum est,requisito cõsilio & non dato,est nulla,sed in fine concordando dicit,videlicet q aliqñ iudex habet iurisdictionem ab illo qui cõdidit statutum, & tunc requisito consilij à statuto est de forma, & si feratur sententia sine illo consilio est nulla : nam videtur dare statutum collegam iudici,qui habet ferre sententiam, & tunc sine illo lata est nulla, & tunc isto casu procedit opinio Bal.& Old.& sequacium.

29 *Consiliũ sapientum.*

ADDITIO. Vide de huiusmodi dubio Matth. de affli.in constit.regni Sicil.quæ incipit,vt vniuersis. in vij.nota.vbi tenet hanc opinionem,quòd si à statuto requiratur consilium peritorum, si feratur sententia sine illo,est nulla.† Exemplum potest poni in ordinatione regia facta per Christianissimum regẽ nostrum Ludo.xij.in ordinatio.85. quæ incipit. *Item & à ce que nosdictz baillifz, seneschaux, & autres.* vbi ordinatum fuit per eum, quòd iudices in dandis prouisionibus & recredentiis debẽt conuocare & petere consilium, sex aut quatuor consiliariorum,qui tũc sunt collegæ,

BIU Cujas

quia debēt signare sententiam. & tunc dicendū est in hoc casu, ꝙ sententia lata in talibus sine requisitione cōsilij dictorum cōsultorum est nulla, quia dati sunt cōsultores iudici à principe per statutum suum & legem suã tanquã collegæ, à quo principe iudex habet iurisdictionem. quod potest fieri per statutū, vt dicit Bal. consi. clxx. incip. Ad euidentiam. in iij. vol.

ADuerte, qa ista ordinatio est fundata sup optima rōe iuris, quoniã iudex principalis q̄ habet iudicare causas arduas debet conuocare quatuor probos viros secum, & experimento causarum exercitatos, & legū sciētia laudatos, & iustitiæ obseruatores, vt dicit tex. in auth. de iudicibus, §. qa verò cōpetens. colla. vj.

30 NVnquid † nunc teneatur iudex sequi consiliū illorū q̄ sunt tanquã cōsultores requirendi? Vide Rapha. Cuma. consil. lv. quod incipit, Duo habentes insimul litigare. vbi notabiliter positis opinionib. cōtrariis distinguit. & ad illū recurrēdū est. ¶ Et dicit do. Iacobinus de S. Geor. excellēs doctor in practica in l. maiorē, in j. lectura. ff. de pactis, & qñ plures cōsultores fuerūt electi ex necessitate iuris, tūc iudex consiliū maioris partis insequi debet, vt est in ordinationibus
Conclusio. nostris. Imò est alia ordinatio regia, quòd minor pars cōformare se debet opinioni maioris partis. Cōcludo breuiter ꝙ in ordinatione suprà mentionata tenetur sequi consilium illorum consultorum. Dicam latiùs in dicta ordinatione, vbi melius ad propositum.

Quæstio. SEd quæro, certū est ꝙ per aliã ordinationem quæ est. 83. ordinatum est in materiis possessoriis super beneficiis ꝙ prouisiones debēt adiudicari sup titulis, nisi iudex videat & cognoscat necessariã esse probationē aliquorū factorū: iudex tunc habet omnes titulos penes se ꝓductos ab vtraq; parte ad finē prouisionis adiudicandæ, & non aliàs, nunqd possit solus sine requisitiōe cōsilij ꝓferre se nō posse adiudicare prouisionem absq; ꝓbatione aliquorū factorū, appūctādo partes ad probandū &c. & si proferat, an talis sentētia interlocutoria sit nulla? Videt ꝙ nō, qa lex regia suprà allegata dicit solū ꝙ vt recredentiæ possint meCasus fa- liùs & securiùs adiudicari, petēdi sunt consulti. In hoc
cti. enim casu non est adiudicata prouisio, neq; recredentia, igitur, quia nūc casus pēdet inter religiosos viros Io. Motin, & Pet. cadot, qui contendunt de sacristia S. Martini Heduē. & fuerūt ab vtraq; parte producti tituli in manibus iudicis ad finē adiudicationis prouisionis, q̄ iudex irrequisito cōsilio dicit prouisionē nō posse adiudicari sine ꝓbatione aliquorū factorū. dī ꝓ parte Ioan. motin, qui appellauit ad curiã parlamenti Burgūdiæ, ꝙ talis interlocutoria est nulla, qa requirebatur petitio cōsilij cōsultorum curiæ, in proferenda tali interlocutoria sentētia, quę quidē fuit omissa, igitur est nulla. nūc non decido, sed latiùs scripsi, vt videri pōt ordinationib. meis regiis, in dicta ordin. lxxxv. ¶ Aduerte tñ ad vnū, ꝙ illa ordinatio fuit facta vt securiùs iudices possent adiudicare ꝓuisiones quę sunt maximi commodi, cum dicat tex. in §. retinendæ. inst. de interdictis. ꝙ lōgè commodius est possidere, q̄ petere. quæ ratio videtur cessare in casu supradicto.

AVt verò iudex qui fert sentētiam nō habet iurisdictionem à statuente, sed à superiore, & tunc qa tale statutū inferiorū quod non potest facere consultum participem iurisdictionis, ideo valet eius sententia spreta requisitione consilij. ita tenet Ang. cōs. suo excix. hanc materiam plenè examinat dñs Franci. de Aret. in l. si quis mihi bona. §. si coram. in pen. col. ff. de
Limitatio prime cōclusionis. acqu. hær. qui limitat primam cōclusionem tribus limitationibus, quas vide, cùm veniāt ad propositum.

¶ Vltra eum limita alio modo. s. quando esset iudex in casu multum claro de iure, qa tūc non requiritur requisitio cōsilij, ꝓut dicit Bar. in l. ille aut ille. §. cū in verbis. ff. de legatis. iij. vbi dicit, † ꝙ si statutū dicat omnes 31
causas debere cōmitti consilio sapiētis, non procedit in his quæ sunt iuris, & non habēt dubiū. idem voluit Bal. in l. placet. C. de sacrosan. eccl. Alex. cons. xlij. inci. visa facti narratione. in ij. vol. vbi plura ad hoc adducit in vlt. col. vide Franci. de curte antiquum in consiliis suis, consil. lxviij. in pe. col. in materia suprà dicta pleniùs quàm per alium. vide Feli. c. ex parte. de constitu. ad quem recurredum est. ¶ Quãdo autem cōsulti sunt contrarij, quid facere debet iudex, vide Feli. in c. cum venerabilis. in xv. col. de exceptio.

ADde vnum casum vbi sententia lata sine consilio est nulla, scilicet quando episcopus destituit abbates & abbatissas sine consilio capituli, destitutio est nulla. Tex. est in c. nouit. de his quæ fiunt à præla. sine cōsensu capi. Et ita dixi in cōtingentia facti de suspēsione facta ꝓ quēdam vicarium alicuius episcopi, qui sine consensu capituli suspēderat quandã abbatissam procedēdo ad reformationem, etiam quia non poterat reformando aliam pœnam imponere, cū esset exēpta. c. periculoso. de statu reg. in vj. dixi alibi.

ADde † an quando in ferenda sententia requiritur 2 An sen-
consiliū sapientū, ab ea possit appellari? dic ꝙ sic, tentia lata
secundū Bal. in l. j. §. j. per illū tex. & in l. ex consensu. consilio sa-
in prin. per illū tex. ff. de appel. Bal. in l. ij. & in l. ex il- pientū pos-
lo. C. de appel. ita dicit & tenet Soci. in cons. suo xxiiij. ri. sit appella-
quod incip. omnipotēs Deus adsit. in j. & ij. col. & do. meus Ias. in repet. l. admonendi. in xvj. col. ff. de iureiu. vbi plus dicit, † ꝙ sentētia lata secundum consilium 33
sapientum requisitū à lege vel statuto nunquã transit in rem iudicatã. allegat Roma. cōsi. 228. quod incipit, pro plena defensione. ¶ Item si feratur sententia secūdū malū consilium alicuius, qui requiri debebat, an teneat. vide Panor. in c. cum in veteri. in pe. col. ext. de electio. & Ang. in cons. suo 186. ¶ Sed † an hoc casu si 34 An ma-
cōsulti malè consuluerint, teneantur ex consilio, ꝓut le consuli-
etiam iudex teneretur, si erratū sit in iure & in facto? tentes tene-
Dic ꝙ sic, vt tenet Philippus Decius in regula, consilij tur.
non fraudulēti. ff. de reg. iuris. post Anto. & Io. de Ana. in c. tua nos. de homicidio. & ibi ponit materiã Deci, an quis ex consilio teneatur, imò etiam dicit, † quòd 35
doctor qui consuluit per imperitiam, si lata sit sentētia, tenetur satisfacere illi contra quem lata fuit sententia. Ad quod pauci aduertunt & malè.

ITem aduerte, † ꝙ si iudex inuita parte assumpsit cō- 36
silium sapiētis, ꝙ nihilominus vtraq; pars tenetur soluere suam partē salarij sapientis. ista dicit & tenet Alb. de rosa. in l. sed & loci. §. in iudicio. vers. sed & si mensor. ff. finium regundo. † idē si assumatur aut im- 37
petretur iudex delegatus, vt dicit ibi Alb. per tex. in l. j. ff. ad legem Rho. de iactu. & c. rescriptum. §. prouisurus. de rescriptis, in vj. qui debet habere salariū à partibus. l. in sacris. §. j. C. de proximis sacros. scri. lib. xij. qđ dicit esse verū Bart. in l. si postulauerit. ff. de adult. qñ iudex petit cōsiliū qa dubitat de casu, & sic ex eius ordinatione, vel si vtraq; pars petat: secus si vna pars sentiat, & altera contradicat, aut vna pars tantùm petat, qa tunc debet esse expen. petentis. vt ibi dicit Bar.

ADuerte quia iudex potest cogere aduocatos ad consulēdum, mediante tamen mercede, vt dicit Matth. de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, vt vniuersis, in prin. vj. glos. dixi suprà in titu. *des iustices*, in §. *meßiers & sergens*. in gl. in vers. an quis cogatur. †

Aliquando

.BIU Cujas

38 Licentia requisita debet præcedere.

ALiquando † requiritur licentia alicuius, & tunc secundum omnes debet præcedere, vt in c. licet. de regularibus. & l.j. C. de sacrosan. eccl. potest tamen præcedere ex interuallo sicut & incontinenti, prout Bal. in d.l.j. & in ru. C. de exercito. ¶ Aduertẽdum tamen ad vnum, † ꝙ vbi requiritur licentia, non sufficit
39 tacitus consensus, prout declarat Io. And. in c. si abbatem. de electio. quod dictum est multum notãdum. & in regula, cum stat. de reg. iuris, in vj. in Mercuriali. & ita dicit Bal. prædicta allegãdo in l. obseruat. §. fi. in fi. ff. de off. procon. & legati. Corsetus singular. 159. in verbo, licentia. & ꝙ debeat præcedere licẽtia, imò etiã verbis expressis, tenet Ludo. Roma. in l.ij. ff. sol. matri. & Lapus allega. sua lxxxvj. Barb. consil. suo xij. in xj. col. quod incipit, scribitur apud prophetã clarissimũ, bonitatem &c. & in cons. lviij. sapienter dicit Psalmi-
40 sta. in viij. col. in ij. vol. & in x. col. dicit, † ꝙ vbi requiritur licẽtia alicuius in actu ꝓficiendo, nõ potest postmodum per cõfirmationem vel ratificationẽ supplẽri, nec ratihabitio postmodum superueniẽs cõualidat actũ, nec facit valere qđ actũ est. Allegat ad hoc plura,

41 Licẽtia debet dari in scriptis.

quæ potes videre. ¶ Et aduerte, † quia licẽtia debet dari in scriptis. Bar. in l. fi. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. & ideo non data in scriptis non valet, qa non est solẽniter cõcessa. Car. Florẽtinus in clemẽti. fin. de electio. xij. quæstione. & ideo probatur per literas. Spe. in tit. de instru. edit. §. restat. vers. sed quid produ.

42 An possit reuocari.

PEr prædicta dixi in casu emergenti, cum subditi ꝙ dicuntur *gens de poete*, non possint comparere in iudicio p ꝓcuratorẽ ab eis constitutũ sine licẽtia dñi: ꝙ si ab initio constituerũt ꝓcuratoriũ sine licẽtia dñi, virtute cuius cõparuerunt in iudicio, licet postmodũ habuerint à dño confirmationẽ ꝓcuratorij & ratihabitionẽ, etiã quod plus est authoritate iudicis authorizatã, post primã comparitionẽ factam virtute dicti ꝓcuratorij passati sine licentia domini, ꝙ ꝓcessus debet dici nullus in præiudicium dictorũ subditorũ qui ita cõparuerunt. Latiùs dicam infrà in titu. *des forestz, pasturages & riuieres.* §. vj. qui incipit, *gens de poete.*

42 NVnquid † autẽ licentia semel concessa potest reuocari? aut cadit inter superiorẽ & subditũ; inter quos. s. concedentẽ & illum cui concessa est, non cadit obligatio, puta cõcessa est p superiorẽ religioso, & tũc põt reuocari. gl. est in cle. j. de testa. Et ita dixi in casu emergẽti ꝓ nobili ac religiosa domina Claudia de rabutin, abbatissa. S. Ioã. magni, in burgo Heduen. cõtra suas religiosas, quæ habuerãt quasdã licẽtias à quondam dña Perneta de Viẽna, quondã abbatissa dicti S. Io. dixi s. in §. j. huius tit. in gl. *sans licẽce* aut cõcessa est ab eo qui potest obligari illi cui concessit, & tunc non potest reuocari. Ita cõsuluit Ang. cons. suo cclxxxiiij.
43 Per hoc dixi † ꝙ dñs habens altã iustitiam qui cõcessit alicui ædificare colũbarium in sua iustitia, non potest illam reuocare, illo etiã nondũ inceptò. dicã infrà in cõsuetudine finali huius libri. ¶ Per hoc etiã cũ certis aliis motiuis dixi, † ꝙ ex quo Heduẽ. epũs semel vni

44 Nota auaritiam episcoporũ.

vicario concesserat licentiam administrãdi sacramenta, & deseruiendi alicui ecclesiæ parochiali, non poterat amplius eã reuocare, & ideo non erat opus ꝙ singulis annis fierẽt, prout fiũt approbatiões taliũ vicariorũ, & ꝙ dicti vicarij qui semel habuerũt vnã licentiã administrandi sacramenta ab eorũ epo, seu officiariis eiusdẽ, capiãt singulis annis vnã aliã. ¶ Sed tñ credo ꝙ istud fieri possit, † cum semel approbatus possit iterum reprobari, maximè in his quæ concernũt curã animarum, vt in terminis & bene ad ꝓpositum tenet Old. cons. suo xviij. incip. circa primum articulum. Et

45 Approbatus semel, iterũ reprobari potest.

multum facit pro illis approbationibus quæ fiunt in hac diœcesi Heduen. singulis annis, qđ multis videtur durum. & illud cõsilium Oldr. refert & sequit Pet. de Anc. in c. accepimus. de ętate & qualitate. ¶ Crederem tamen istud esse intelligendum, † quòd quando quis 46
est approbatus ad vnum beneficium, ꝙ si velit habere curam & administrationem alterius, ꝙ debeat iterum examinari, sed ꝙ si fuerit approbatus semel pro vno beneficio, quòd singulis annis debeat iterum approbari, non video rationem, nisi ratione cõmoditatis sigilli, eo ꝙ de qualibet approbatione soluitur certum quid. ¶ De huiusmodi secunda approbatione aut examinatione quæ fieri potest & quãdo, vide Feli. in c. cũ venerabilis, in vlt. col. de except. qui se remittit etiam ad alia sua loca: quem videas,

DE mandato autem quando requiratur, dixi suprà quãdo tractaui de iussu. vers. qd de iussu. ideo hîc non repeto. vnũ non omitto, ꝙ in casibus in quibus est speciale mandatum sufficit ꝙ fiat mandatũ contra *Mandatũ.*
certã personã, & valet, licet non dicat super qua causa, text. est not. l. q duos. cum l. sequẽ. ff. de procu. & facit quod dicit Bar. in l. illud. §. si talis. ff. de mino. & aliqd in l.j. §. inter filiũ. ff. de falsis. licet in contrariũ videat tenere Cy. in l.j. C. etiã per procuratorem. l. sed primã opinionẽ tanquã cõmunẽ tenet Bar. in l. filius fami. in iij. col. ff. de dona. & Bal. in l. sed & si quis. §. quęsitũ, ff. si quis cautionibus. Panor. c. corã. in vlti. col. de in integrum resti. & vide ad hoc Frãc. de Aretio in d. §. iussum. in j. col. ¶ Sed quid de verbo, voluntas? dic ꝙ vbi requiritur sola voluntas alicuius, si sit presens, sufficit ꝙ non contradicat. Si verò sit absens, sufficit ꝙ ratificet, aut tacitè approbet verbo, vel facto. De ratificatione dicit tex. in l.ij. §. voluntatẽ. ff. sol. mat. De verbo vel facto, Spe. in tit. de succes. ab intestato. ver. pone ꝙ omne. Et ideo in cõtingẽtia facti dixi, ꝙ in §. filiis autem. in l. fi. C. de bo. quę libe. sufficiebat ratificatio patris, imò etiã tacita, scilicet ex quo qdã petierit vsumfructum bonorũ aduentitiorũ post bienniũ à tẽpore quo euenerãt matri in bonis, vt dicebat nõ alienatis, ꝙ ex hoc visus fuit approbasse alienata per filiã, quia volũtas requisita etiã sufficit, ꝙ fictè aut præsumptiuè interueniat. do. meus Iason in d. §. voluntatem. †

QVantum † autẽ ad verbũ, conscientia, dicit Ang. 47
d. §. iussum. ꝙ idem est dicere de conscięntia & de consensu. allegat tex. optimũ qui bene ꝓbat in auth. quomodo oportet episcopos. §. non autẽ alias. colla. j. & ita etiam ibi dicit per illum tex. sed in contrariũ videtur facere quod dicit Bal. in rubr. C. de exercitoria. & in l. fi. §. necessitatẽ. C. de bonis quæ liberis. vbi videtur dicere, quòd per ista verba quòd satis est quòd actus fiat præsente eo & sciente de cuius conscientia debet fieri, nisi lex vltrà requireret factũ & voluntatẽ. vt l.j. in text. & glo. C. de bonorũ pos. quem dicit dñs Fran. de Aretio allegatum fuisse per do. suũ, sed dicit do. Fran. ꝙ dominus suus non vidit Bal. idem tenentẽ in l. nemo. C. de senten. vbi allegat casum pro prædic. conclusione, qui optimè probat, in l. omnium. C. de testa. & ibi idem firmat, in fine commenti. & de hoc vide plenius eundem Franc. in d. loco.

PONe ꝙ mulier cõstituat procuratorẽ ad contrahẽdum cum marito in eius vtilitatem de cõsensu cõsanguineorum proximorum, qui in præsentia cõsentiunt constitutioni procuratoris seruatis solennitatibus, an sufficiat, an verò adhuc requiratur ꝙ consentiant quãdo procurator cõtrahet? ista materia tractatur per omnes in l.j. §. item acquirimus. vbi Ias. Are. & alij scribẽtes. ff. de acqui. pos. & do. meus ibi conside-

BIU Cujas

rat duos casus, quos not. Fede. de Senis in cõsi. suo cẽtesimo, inci. Abbas subiectus. ¶ Sed vlteriùs quæritur an vir & vxor, licet nõ possint donare vnus alteri, etiã cũ iuramẽto, an si donẽt cũ iuramento, & dicãt, & hoc nõ obstãte statuto tali seu cõsuetudine derogamus cũ iuramẽto, an valeat talis derogatio, & an valeat huiusmodi renũtiatio facta huic statuto cũ iuramẽto? Bart. in l. si qs ꝑ eo. in prin. in verbo, mẽbro. ff. de fideiuss. & in l. ij. in fi. C. ne fideiuss. dotiũ denẽ. & Bal. in l. ij. ix. q. C. de rescindẽda vẽditio. & in tracta. schismatis. in iiij. col. vĩ tenere ꝙ non. & dicit Bal. in d. l. ij. † ꝙ minores & mulieres facilè seducuntur quãdoque minis, quãdoq; blandiciis, & pollicitationibꝰ. vt in auth. vt immobilia ante nuptial. col. ij. colla. v. & ideo æquissimũ est huiusmodi statutũ volens in hoc consensum propinquorum. canonistæ tñ in c. cũ contingat, de iureiu. & Io. An. in additio. ad Spec. in tit. de sentẽtia. §. vt autem. vers. ad hoc, & ea quæ præmissa. videntur tenere contrarium. dixi s̃. in hoc §. in gl. *ne peuuent*. ꝙ partes non possunt apponere hanc clausulam, non obstãte. & in pluribus aliis locis, hîc non repeto.

Quæstio.

48 Mulieres facilè seducũtur.

IN TEXTV IBI,

Des prochains parens.

QVi dicantur proximiores, ponit Bar. in consil. x. incip. in nomine dñi. notanter etiã dicit ista cõsuetudo, *prochains parens*. † quia si non fuisset dictum de ꝓximioribus parentibus, sed solum diceret ꝙ requireretur consensus parentũ, sufficerẽt parentes seu cõsanguinei remotiores, prout in specie tenẽt Bart. & Bal. in l. trãsactionem. in fi. C. de transactio. Ang. cõsil. clxvij. quod incipit, Itẽ statuimus. ¶ Tu dic ꝙ veritas est in contrariũ, qa etiã si consuetudo nostra diceret, ꝙ requireret consensus parentũ seu cõsanguineorũ, essent requirendi ꝓximiores. ita tenẽt Bal. & Sali. in l. fi. per illũ text. C. de verb. signi. plenè per do. meũ Iason. in l. non solum. in prin. ff. de noui ope. nuntia. & in l. transactionem *la seconde*. C. de transactio. & in l. j. in fi. C. vnde vir & vxor. & in l. fi. in fi. C. de verb. signi.

1 Parẽtum appellatione qui veniant.

SEd quæro, pone † ꝙ maritus & vxor habẽt liberos proximiores succedere debẽtes, vtrum istorũ requratur consensus, & sufficiat? & vĩ ꝙ non, † quia q. authoritate indigent, authorizare non possunt. l. fi. C. de leg. tuto. c. indẽnitatibus. in gl. de electio. in vj. sed filius contrahendo requirit authoritatem patris. l. cum oportet. §. necessitatem. C. de bonis quę lib. igitur &c. ¶ Contrariũ tñ vĩ esse in casu statuti nostri, qa verum est dicere ꝙ filius est ꝓximus succedere debẽs, cũ sit in primo gradu succedẽdi. §. j. instit. de bon. posl. j. C. vnde liberi. † & ꝓximus est quẽ nemo præcedit. l. ꝓximus. ff. de verbo. sign. ergo verificat in eo statutum. ¶ Nec obstat argumentũ factũ pro contraria parte, qa consuetudo non requirit authoritatẽ quæ sit de substantia contractus, sed tãtum exigit consensum qui à filiosa. patri in multis actibus posset præstari, imò debet. tex. est in l. ij. §. qd̃ si in patris potestate. ff. de sol. mat. not. in l. fi. §. filius autem. C. de bonis quæ lib. inter quæ, scilicet authoritatem & consensum, est differentia, vt dixi in glo. præceden. & facit pro differentia illud qd̃ dicit Bald. in l. si quando. §. illud. C. de inoffi. test. nunc nihil decido. ideo cogitabunt posteri.

2 An in cõtractibus viri & vxoris requiratur cõsensus liberorum.

3

4 Proxim⁹ quis.

SEd pone † ꝙ non inueniat nisi vnus, qd̃ fiendũ? dic ꝙ requirẽdus est illius cõsensus. ita Bal. l. j. in prin. C. vnde vir & vxor. & do. meus in l. Stichum q. meus erit. ff. de leg. j. per tex. in §. quod autẽ. in auth. de non alienandis. colla. ij. vbi dicit text. quòd res immobilis ecclesiæ potest dari in emphyteusim æstimatione facta ꝑ architectos pręsentes. dicit ibi tex. ꝙ si ciuitas nõ habeat nisi vnũ, quòd æstimatio facta ꝑ illum sufficit ibi, aut etiam vno, si vnum solum ciuitas habeat.

5 Quid si nisi vnus parentum inueniatur.

ITem quæro, pone, † ꝙ proximus cõsanguineus sit pupillus, nũquid possit dare cõsensum cũ authoritate tutoris, & an si cõtractus sit gestus, valeat? Bal. in l. in coniunctione. ad finem. C. de nup. vĩ tenere ꝙ sic, cũ dicat ꝙ ſtãte statuto nostro, seu consuetudine si cõsanguinei proximiores mulieris sint pupilli, vĩ quòd eorũ cõsensus non satisfaciat statuto sine authoritate tutoris sui, qa aliàs dicunt̃ præsentes. l. diem ꝓferre. §. corã. ff. de arbitris. ergo vult ꝙ cum authoritate tutoris sui possint, qa tunc dicunt̃ præsentes, vt est text. in d. §. corã. ¶ Sed tu dic ꝙ veritas est in contrariũ, eo ꝙ authoritas tutoris pręstaret̃ ꝓ eo qd̃ non est in patrimonio, vel administratione ꝑsonæ pupilli, sed in ꝑstãdo cõsensum alteri meritò talis authoritas nihil facit, cũ quæ non sunt in administratione patrimonij non ſpectãt ad tutorẽ vel curatorẽ pupilli. in l. fi. ff. de curato. furiosi. & in l. seruꝰ furiosi. ff. de manumiss. & istud tenet Bal. more solito sibi contrarius in l. de pupillo. ff. de noui ope. nunt. & in l. j. circa fin. C. qui admitti. sed per aliã rationẽ. & idem Bal. in suis statu. in verbo, consanguinei. vbi etiã dicit quòd vbi requirit̃ pręsentia cõsanguineorũ, requrit̃ ꝙ sint præsentes ꝑsonaliter, nec posset ad talẽ actũ cõstituere ꝓcura. alle. dicta sua in d. l. j. C. q admitti. ¶ Aduerte quòd do. meus in d. l. de pupillo. assignat aliã rationẽ, vbi plenè per illum.

6 Quid si fit pupillus.

7 Quid si parẽtes sint absentes vt non possint vocari.

SEd pone † ꝙ parẽtes sint ita absentes vt vocari nõ possint, qd̃ fiendũ? dic ꝙ aut ille cuius cõsensus est requirẽdus, dimisit vicariũ seu Locũtenẽ. & tũc sufficit requisitio cõsensus vicarij: aut verò nõ dimisit, tũc non põt expediri actus sine eius cõsensu, ita cõcludit Feli. post multa in c. ex parte. ĩ iij. & iiij. col. ext. de cõsti. dicit tñ Ludo. Roma. cõs. 36. ꝙ cõsanguineis nõ existẽtibus ipsa cõtraheret. & dicit Bal. cõsi. ccj. qd̃ incip. in Christi nomine, in ꝓuincia Anchonitana. in j. vol. ꝙ si ꝓximiores parẽtes cõsentire debẽtes sint ita absentes ꝙ cũ difficultate vocari possint, ꝙ sufficit vocare non remotiores & seq. qd̃ nota. ¶ Aduerte tñ † ꝙ si sit impossibile habere cõsanguineos ꝓpter eorũ absentiã, aut aliã cãm, valebit actus, etiã factus sine eorũ cõsensu, cum impossibilitas excusat in hoc, vt dicit Bal. in l. turpia. §. j. ff. de legatis. j. Lud. Ro. in consi. 36. quos alleg. cum multis aliis Hipp. de Marsi. in l. j. §. præterea, in xxj. col. ff. de quæstionibus. vbi ponit materiam † ꝙ impossibilitas excusat etiã ratione pestis & absentiæ. & ibi quòd impossibilium nulla est obligatio.

8

9

ADDITIO. Aduerte ꝙ sicut impossibilitas excusat, ita etiã debet excusare difficultas, cùm impossibile & difficile æquiparentur. l. cum hæres. §. j. ff. de statu lib. vt tenet Matt. de affli. in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, generalia. in iiij. notabili. in ij. lib. †

10 Quid si nolint consentire.

ITem pone † ꝙ parẽtes sint vocati ad cõsentiendum cõtractui mulieris, & nolint consentire, qd̃ fiẽdum? vel inter se differunt, puta qa quidã dicunt ꝙ non debent cõtrahere sic, alij dicunt contrariũ, qd̃ fiendum? Bar. in l. si cũ dotem. §. eo autẽ tempore. ff. sol. mat. dicit, ꝙ quãdo consanguinei contradicunt, ad iudicem ſpectat examinare causam contradictionis, & si iusta sit, bene quidẽ: aliàs iudex pmittet mulieri contrahere. & istud etiam refert & sequitur do. meus Ias. in l. j. vij. col. & l. bonorum. in iiij. col. C. qui admit. Paul. de Cast. l. j. C. vnde vir & vxor. Corsetus in singu. 69. in litera C, in verbo, consensus. Felin. in c. cùm accessissent. ix. col. ext. de consti. Bal. in suis statutis, in verbo, consanguinei. idem tenet Ludo. Roma. consi. 36. inci.

visa

visa disceptatione. & Panor. consil. lxv. quod incipit, Christi Iesu eiusq; pijssimæ matris. in iij. col. in ij. vol. ¶ Et aduerte, qa do. me⁹ Ias. in l. fi. in iij. col. de iudiciis.
11 dicit, † ꝙ quãdo parentes discordant in consentiẽdo, iudex debet se intromittere, secundũ Bar. & alios in d. §. eo autem tẽpore. & Pan. c. tuæ. de clericis non resi-
12 den. faciendo regulã, † ꝙ vbicunq; partes habẽtes eligere, aut aliquid simul facere discordent, iudex debet se intromittere, eligẽdo, aut aliàs actũ faciendo. quod comprobat multis decisionibus idẽ do. meus Ias. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum. ff. de iureiu. & in l. fi. in iij. col. C. de iudiciis.

13 Si parẽtes sint fœmine.
QVid autẽ † si maritus & vxor haberẽt parẽtes solũmodo fœminas, an requiratʳ solũ cõsensus istarum fœminarũ? vẽ quòd non, † qa cõsiliũ & authori-
14 tas est ꝓpriè virorũ & non mulierũ. l. quidã decedẽs. §. Papinianus. ff. de admin. tuto. & do ratio nẽ, qa cum mulier sit inhabilis in facto suo, nõ debet authorizare in facto alieno. C. de legiti. tuto. ¶ Videreʳ tñ dicendũ cõtrariũ in casu huiꝰ statuti, eo ꝙ statutũ dicit, *prochains parẽs*, q est terminus indefinitus æquipollẽs vniuersali: & sic cõprehẽdit fœminã. no. ĩ l. j. ff. de verb. sig. & in l. quicunq;. C. de seruis fugi. ¶ Facit, qa appellatione ꝓximorũ vterq; sexus cõprehẽditʳ, etiã de ꝓprietate sermonis. vt no. Anch. cõs. 286. inc. viso facto. & idẽ de appellatione propinquorũ. Bal. consi. 334. in q. lib. iij. † Etiã qa ratio huiꝰ cõsensus est eorũ interesse propter spẽ succedẽdi, vt satis dixi, ꝙ habẽt interesse mulieres. & ideo qa hoc casu essent successurę, esset maior ratio. ¶ Et non obstat ꝙ consiliũ & authoritas est virorũ & nõ mulierũ, qa in casu isto non adhibeʳ iste consensus ad authorizandũ, sed tãtum ad consensum præstãdum. qđ est secus, vt dixi in gl. præcedenti. non obstat §. Papinianus. qa non dicit ꝙ mulierũ non sit consiliũ, sed totũ cõtrariũ, sed bene verũ est ꝙ ĩ illo casu non erat necessariũ cõsiliũ mulieris, s. matris, qa illo casu non potuit esse particeps officij, sed non ratione defectus cõsilij. ita Bar. ex tex. ibi. nec est verum ꝙ mulier sit inhabilis in facto ꝓprio, quia in omnibꝰ regulariter est legitima ꝑsona, & illarũ in multis exigitur consensus. vt est tex. in l. in coniunctione. & ibi Bal. C. de nup. & in l. j. C. de nup. facit qđ habetur in l. ij. §. qđ si in patris. & in §. voluntatem. ff. sol. matri.

15 Si cõsanguinei sint ei suspecti.
SEd pone † ꝙ consanguinei cõsentire debentes sint suspecti vxori, an adhuc vxor teneatur eorum cõsensum reqrere? Bal. in l. viduæ. C. de nup. dicit ꝙ statutum loquens de consensu ꝓpinquorũ intelligiʳ de non suspectis, & qui non procurẽt propria commoda potiùs quàm commoda illius. & ita dicit Fel. c. edoceri. in vij. & viij. col. de rescriptis. ita Bal. in suis statutis, in verbo, contrahere. facit regula de qua per Fel. in d. c. edoceri. de qua dixi infrà, in tit. *des forestz, pasturages & riuieres. §. gens de poete.* in glo. *sans paßer procuratiõ.* quæ est scilicet quòd vbi aliàs requiritur consilium alicuius, si est suspectum, omittitur.

Quæstio no tabilis.
SEd quæro de quæstione quæ potest quotidie euenire. maritus aliquis aut vxor habẽt plures parentes, tres videlicet, aut quatuor, qui sunt proximiores, & sunt ex vno latere, videlicet ex latere patris, ex quo latere nulla sunt antiqua hæreditagia, sunt tamẽ proximiores: ex latere verò matris sunt duo aut tres q nõ sunt ꝓximiores, sed tñ debẽt succedere in antiqs hæreditagiis ex illo latere materno proueniẽtibus, ꝑ tex. nostræ cõsuetudinis, inf. ti. *des succeßions. §. les heritages ensuyuent.* etiam licet sint in remotiori gradu: an si maritꝰ velit dare vxori illa antiqua hæreditagia, vel vxor marito, debeat habere consensum istorũ parentũ existentium ex latere matris, licet non sint proximiores, an verò sufficiat habere consensum aliorum parẽtum ꝓximiorum succedere debẽtium in aliis bonis quàm in dictis antiquis hæreditagiis? ¶ Videtur per tex. nostræ cõsuetudinis, ꝙ ex quo sunt isti parentes & ꝓximiores, & tales qui succedere debẽt, licet non succedant in illis antiquis hæreditagiis, tñ quia eisdẽ conueniunt verba dispositionis, ꝙ etiam cõuenire debet dispositio, cum cui conueniunt verba dispositionis, conuenit & ipsa dispositio, & econtrà. l. iij. §. quoties. ff. de damn. infect. Alex. in consil. suo xvij. in j. col. in j. vol. Barba. in cõsil. suo ij. in v. col. in j. vol. Et ideo ecõtrà, cùm parentes ex latere matris licet succedãt in illis antiquis hæreditagiis, ꝓuenientibus ex latere matris, tñ quia non sunt ꝓximi parentes, cũ sint alij proximiores, ex quo eis non cõueniunt verba dispositionis, ergo etiã nec ipsa dispositio, vt dictũ est antè. igitur, &c. Contrariã tñ partem credo de iure veriorem, videlicet ꝙ tantũ hoc casu requiriʳ & sufficit cõsensus istorũ parentũ ex latere matris attingẽtiũ quo ad bona materna in quibꝰ succedere deberẽt, & non requiritur in hac donatione consensus aliorum proximiorum non debentiũ succedere. Et hoc sic ꝓbatur. Nam vbicũq; requiriʳ actus in qualitate, non sufficit actus sine qualitate, nec qualitas sine actu. Bart. in l. Fulcinius. §. cũ hoc. ff. qbus ex causis in posʃeatur. dixi plenè sup. de hac regula in §. *femme mariée.* in glos. in hoc eo. tit. Nam aliud est esse vnum simplex, i. ꝙ dicaʳ parens, aliud esse tale, i. cum qualitate, videlicet ꝙ sit parẽs succedere debẽs, vt dicit Card. dictus Præpositus, ponẽdo prędictã regulã in c. ad id. in ij. col. ext. de spõsa. ¶ Et ratio in hoc multũ cõsiderari debet ad demonstrãdũ seu interpretandũ istud verbũ, *prochains parens qui doiuẽt succeder.* s. interesse succedere debentium de qua s̃. dixi, secundũ quam rationem debet regulari & restringi dictum, seu interpretari. Bar. in l. regula. §. si quis. ff. de iuris & facti ignorã. Faciunt dicta per dom. meum Ias. in l. Gallus. §. quid si is. in iij. col. ff. de lib. & posth. Idem do. meus Ias. in l. licet. in ij. col. C. de pac. & in l. illam. C. de coll. igitur, &c.

Quæstio no tabilis.
QVidam mercator Burgũdus me interrogauit de quæstione quę sæpe euenit. † Eius vxor in morte dedit ei quandã sum mã pecuniariã secretè, & eidẽ dixit ꝙ donabat, & ꝙ nolebat ꝙ vnquã diceret verbum, nec quòd reuelaret ꝑ quascũq; monitiões querimoniales quæ fieri possẽt. Mortua eius vxore fuit factum inuẽtariũ, & in inuẽtario non appositum, nec reuelauit talẽ summã, licet iurauerit oĩa bona quæ erãt cõmunia inter eũ & eius vxorẽ tpe eius mortis in medium adducere, & in inuẽtario ponere: postmodũ hæredes prædictæ eius vxoris impetrauerũt monitionẽ querimonialẽ, cõquerendo de his qui quondã bona prędictæ vxoris, quæ eisdẽ de iure tanquã hæredibꝰ & successoribus debẽt cõpetere, celant, detinent, occultãt, ac reuelare, & in lucem ponere denegãt, & recusant. ¶ Aduerte, quòd talis ꝓhibitio monitionis querimonialis, cùm det occasionẽ furãdi, furripiẽdi, & occultandi bona, est inductiua delicti, & ideo auferẽda, per ea quæ dicit do. meus Ias. in l. ait prætor. j. in prin. col. ij. ff. de iureiuran. De hac quæstione vide Ioã. Sanxon. in consuet. Turon. tit. *des donaiſons entre les nobles.* arti. ij. & Boërium in loco statim allegando.

PRædictus mercator zelo conscientiæ motus declarat & declarauit ꝙ eius vxor ante eius mortem fortè per mensem, eidem dedit vnam bursam in qua est magna summa pecuniarũ, sed eidẽ dedit hoc modo, ꝙ non intendebat, nec volebat ꝙ reuelaret hære-

BIU Cujas

dibus, & quòd in hoc derogabat consuetudini, erat tñ contẽtus eã ponere in lucẽ, ita ꝙ inter eos diuiderent prædictæ pecuniæ. dicũt hæredes cũ dicta bursa fuit in lucẽ posita, qđ talis mercator incidit in piuriũ, eo ꝙ iurauit omnia bona cõmunia in lucẽ posuisse, & fecisse in inuẽtario describere, qđ nõ fecit. Quid iuris? an hoc casu iste mercator inciderit in piuriũ? ¶ Et primò videndũ est an potuerit prædictas pecunias sic & eo modo eidẽ donatas in foro cõscientiæ retinere, & si nõ declarasset se habere, an fuisset tutus in foro cõscientiæ. vr̃ ꝙ sic, qa licet deficiat solẽnitas requisita in donatione. s. cõsensus parentũ, tñ quia interuenit cõsensus actũ gerentiũ, valet: nec tenet quis in foro conscietiæ & animæ. ita dicit Pan. in c. j. in fi. de restitutio. in integrum. Hinc dicit Inn. in c. qa ꝓpter. de electio.

17 & in c. si celebrato. de clerico excõmuni. ministrã. † ꝙ electus cõmuniter ab omnib⁹, si cõstet de cõsensu electiõ, est tutus in foro conscientiæ, etiã si non fuerit obseruata forma à canonibus introducta. Et dicit Pet.

18 de Anc. in regula, possessor. in j. q. de reg. iur. in vj. † ꝙ hęres ex testamẽto carẽte solẽnitatibus iuris, & habẽte cõsensum purũ testatoris, licitè tenet bona sibi relicta in foro conscietię. imò dicit do. Abb. Pan. in c. re-

19 latũ, *le premier*. in ij. col. ext. de testa. † ꝙ cõtractus mulieris factus sine fraude valet in foro conscientiæ, etiã non seruata forma statuti loquẽtis de cõsensu ꝓpinquorũ. q in terminis vr̃ decidere hũc casum. & ista tenet do. meus Ias. in l. si post diuisionẽ, in ij. & iij. col. C. de iuris & facti ignorã. & in l. si nõ sortẽ. in prin. ff. de cõdict. indeb. & in §. sed istæ. in 24. col. instit. de actionibus. ex quib⁹ videret dicẽdũ ꝙ iste maritus non deierauit prædictas pecunias retinendo, cũ habuerit iu-

20 stã cãm retinẽdi in foro conscietiæ, & maximè † quia quælibet causa, etiã iniusta, excusat à dolo gl. in l. j. in fine. ff. de abigeis. cum aliis allegatis p do. męũ Ias. in l. qui iurasse. in j. col. ff. de iureiurãdo. ¶ Et in iuramento faciũt quæ dicit Alex. in consi. 124. in j. vol. & in cons. 39. in iij. col. in iiij. vol. & ꝙ excusęt à dolo, idem Alex. in consi. 73. in fi. in iij. vol. Imò omnis causa colorata causa excusat à dolo, vt dicit idem Alex. in cõsi. 211. in iij. col. in ij. vol. intellige tñ prẽsumpto non vero, vt j.

21 dicetur. † ¶ Sed periurium non cõmittitur sine dolo. d. l. qui iurasse. & ibi do. meus Ias. & in l. videamus, in ij. col. de in litem iurand. & Feli. in c. ij. in ij. col. de rescriptis. & ideo quia † quicquid excusat à dolo excusat

22 à periurio & pœna, vt dicit do. meus in dictis locis, & in l. si quis id quod. in vij. col. ff. de iurisd. om. iud. videt dicendum hoc casu prædictum mercatorem debere excusari à periurio, & pœna negantis, seu occultantis res hæreditarias. de qua pœna dicam j. in hoc eodem tit. §. xxj. incipien. *& s'il est trouué* &c.

COntrarium tñ de iure vr̃ dicẽdum, videlicet primò ꝙ maritus non fuit, nec esset tutus in foro

23 *Statuta seruãda in foro cõscietiæ.* conscientiæ retinere tales pecunias, † quia etiã statuta in foro conscietiæ seruari debent, vt vult gl. in c. quæ in ecclesiarũ. de consti. & ibi Bal. ad hoc no. & dicit ꝙ non reperiet alibi, faciũt quæ dicit do. meus Ias. in d. l. si post diuisionẽ. in ij. col. C. de iuris & facti ignoran.

24 vbi dicit, † ꝙ etiam leges ciuiles & municipales debẽt seruari in foro conscietiæ. & facit gl. in c. ij. de constit. in vj. quã ibi notat Dominicus in antepe. col. quę glo. vr̃ esse similis gl. in d. c. quæ in ecclesiarũ. & illã gl. allegat. Fel. in c. nam concupiscentiã. de constitutio. vbi dicit quòd etiã si in lege præceptiua sit apposita alia pœna, tñ veniens contra eam adhuc peccat mortaliter. & vide quæ dicit Fel. in c. j. in x. col. de constitutio. ¶ Et ad hoc quod dr̃, quòd quælibet causa, etiam iniusta, excusat à pœna & periurio, cum periuriũ non cõmittatur sine dolo, dic esse verum à dolo præsumpto, sed non à vero dolo, vt tenet Alex. in apostil. ad Bar. in l. j. §. j. in verbo, & per hoc. ff. si quis testamento liber esse iuss. fuerit. sed qñ quis committit periurium, non est dolus præsumptus, sed verus. notat do. meus Ias. in l. j. §. nũtiatio. in viij. col. ff. de noui ope. nun. & in l. iubemus. in ij. col. C. de testamentis. igitur hoc casu iste mercator non excusabitur à periurio, & per cõsequẽs nec minus à pœna legis contra occultantes res hæreditarias, ex quo dixi quòd deberet priuari dictis pecuniis, & quòd omnes pecuniæ debent adiudicari hęredibus propter celationem & occultationem mariti. Faciunt quæ dicit Pano. in cõs. lxxiij. in ij. vol. in y. col. & dicam j. in xxj. §. huius tit. ¶ Istã opinionem tenet Boërius in consuetu. septenæ Bituricen. tit. de consue. matrimonij. §. j. in gl. j. in xiiij. col.

SEd iterum quæro, pone † quòd non reperitur nisi 25 Quæst. o. vnus ex parẽtibus qui succedere debet quo ad bona immobilia, alij verò sunt quo ad mobilia, maritus seu vxor vult alienare vel donare immobilia, an sufficiat quòd habeat consensum illius qui debet succedere in immobilibus? an verò etiam debeat habere consensum aliorũ qui non debẽt succedere in immobilibus? Ista quæstio solui potest ex deductis per Bart. in cons. suo j. incip. In nomine Domini, Amen.

IN TEXTV IBI,

Qui doiuent succeder.

ADuerte quia Bart. in l. transactionẽ. C. de transactio. dicit ꝙ aut statutũ dicit ꝙ mulieres nõ possint contrahere sine cõsensu consanguineorũ, & tunc ratio statuti est præsumptio doli & metus. per dictam l. trãsactionem. Aut verò statutum dicit sine consensu consanguineorum proximorum, vt hîc est, & tunc ratio statuti est ratio spei successionis, cùm verosimile sit quod hoc diligentius videbunt. Et ita etiam tenet do. meus Ias. in l. de pupillo. ff. de no. ope. nun. per tex. l. j. ff. de leg. tut. Et ideo videtur ꝙ sufficiebat dicere in consuet. nostra *Prochains parens*, absq; hoc ꝙ ponerẽtur verba supradicta, sed nota qa sunt magis declaratiua, & ideo non bonũ fuit ponere ea. ¶ Sed aduerte, † 1 *Præsentia consanguineorũ tollit præsumptio doli.* quia per præsentiã consanguineorũ, vt hîc vides, tollit̃ omnis præsumptio doli & metus, vt tenent omnes in d. l. transactionẽ. Item etiam tollitur metus reuerẽtialis, de quo in l. j. §. quæ onerãdæ. ff. quarum rerum actio non datur. ¶ † Adde ꝙ idem operat̃ prẽsentia iu- 2 dicis quod amicorum vel consanguineorũ, secundum Bar. in l. frater à fratre. in versi. iij. quæro quid de contractu emptionis. ff. de cõditio. indebiti. Ang. & Imol. in l. j. §. fuit quæsitũ. ff. ad Trebell. faciũt dicta per do. meũ Ias. in l. singularia. in vij. col. ff. si cert. pet. & in §. itẽ si qs in fraudẽ. in viij. col. instti. de actionib⁹. † quo- 3 niã ea quæ fiunt in iudicio sunt maioris authoritatis, q̃ quæ extra iudiciũ. & multi effectus oriunt̃ ex præsentia iudicis, de quibus per do. meum Iaso. in l. pacta nouissima. in iij. col. C. de pactis. & per eundem dominum meum in l. si conuenerit. in iij. & iiij. colu. ff. de iurisdi. om. iudi. & ponuntur septẽ effectus prouenientes ex præsentia iudicis. & ponitur octauus per eundem do. meum Ias. in l. j. §. si iusserim. ff. de acquir. pos. s. ꝙ citatio facta per nuntium in præsentia iudicis habet vim peremptorij. ¶ Hoc tamen casu, quia expresse requiritur consensus propinquorum succedere debẽtium propter eorum interesse, non sufficit authoritas iudicis. † ¶ Et ad id quod primò dictum est de præsentia consanguineorum quòd multùm ope-

retur

retur, vide eundem do. meū in l. interpositas. in ij. col. C. de transact. in l. j. in fine. C. eodem. & in §. quadrupli. in viij. col. insti. de actionibus. Intellige tamen † ꝙ
4 Non verò tollit metum. prēsentia cōsanguineorū nō tollit prēsumptionē metus, & qñ persona quæ infert metū verisimiliter pōt inferre etiā præsentibus parētibus & amicis, vt in tyrāno, idē Ang. in cōs. cclxxx. quod incipit, reperitur in quadā charta. & facit, quia fortior præsumptio tollit minorem. l. diuus. ff. de in integrū restitutio. do. meus Ias. in d. l. transactionē. in j. col. C. de transactionibus. ¶ Et notāter dī *qui doiuēt succeder*, quoniā alij quorum non interest, non posſūt impugnare, imò repellerenᵗ pfines non recipiēdi, vt facit. l. posthumus. §. si qs ex his. ff. de inoffi. test. facit gl. in c. vt circa. in verb. alicui de electio. ī vj. Lud. Ro. ī cōs. ccccxcix. & ī cōs. ccclxxx. & ccclxxxiij. & Benedicti in repe. c. Raynutius. in verbo, in eodem testamēto relinquens, nu. 114. de test. †

IN TEXTV IBI,

Supposé que lesdits contracts ayent esté vallez par serment.

1 Iuramentum an validet donationem cōiugum. SEd tamen istud est cōtra dispositionem iuris, † qª iuramētum de iure validat donationem inter virū & vxorē. ita dicit Guiliel. de Cuneo in l. sed & si possessori. §. itē si iurauero. ff. de iureiu. per Bal. & scriben. in l. Seius Augerius. ff. ad l. Falc. & l. si quis pro eo. ff. de fideiuſ. & Alex. cōsi. viij. & consi. clvij. inci. Viso instrumēto donationis. in iiij. col. in ij. vol. Frāc. de Aretio consi. lxxiiij. incip. Diligenter & maturè ponderatis. in iij. col. Roma. cons. xliij. & do. meus Ias. l. pacta quæ contra. C. de pact. vbi disputat. Sed nunquid potuit consuetudo nostra seu statutum disponere cōtra dispositionem iuris super iuramento?

Ludouicus de Soubterram. CVm essem in studio in vniuersitate Papiē. disputata fuit hæc quæstio ꝑ me, cū egregio ac nobili viro, nūc vtriusq; iuris doctore, do. Ludo. de Soubterrā, qui pro certo vir est acutissimi ingenij, nūc magnæ authoritatis, ꝑtonotarius sedis apostolicæ, prior cōmēdatarius de montēpuys, canonicꝰ Heduē. & Cabillonē. & q multò maiora meretᵉ ꝑpter eius excellētem sciētiā, & virtutū, ac morū honestatē, & fui ei cōtēporaneus. Et fuerūt mihi ꝑ eū contra cōsuetudinem nostram multa subtilia opposita, ad quæ respondi. de materia plenè ꝑ do. meū Ias. in l. fi. ff. qui satis. cog. tractaᵗ, & per eundē in auth. sacramēta puberū. in pe. & vlt. col. C. si aduer. vendi. Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. ī xx. col. ext. de cōstit. & in c. ij. in xij, col. extrà, de spōsa. & matrimo. Lud. Ro. consi. xij, & cōs. cccc. Ale. cōsi. lix. inci. viso instrumento, & tit. quæstionū. in j. vol. & consi. cxxvj. incip. Et consideratis statutis. in j. vol. per Lud. Bolo. consi. xliiij, vbi plura allegat in vj. co. Soci. cons. xlvj. & pen. in j. vol. Ita etiam ponit Frā. de Curte antiquior, in consi. xliij. incip. Super cōtingentia facti

2 Statutum laicorum non potest disponere super iuramento. 3 Regū Franciæ lex. prēmissum nobis fuit ꝙ in Burgūdia. vbi dicit † ꝙ statutum laicorū non potest disponere super iuramēto. & ibi dicit ipse Curtius † ꝙ Rex Frācorum Christianissimus, qui eminet tanquā stella matutina in medio nebulæ meridionalis super omnes Reges, non potest tollere virtutem iuramenti appositi in cōtractu, ideo etiam dicit, nec statutum laicorum. & de hoc vltimo plura allegat, quæ videre potes.

ADDITIO. De huiusmodi artic. vide plura ꝑ Matt. de affli. in constitutione regni Sici. quæ incipit, diuæ memoriæ. in vij. nota. in iij. lib. vbi quędā cōsilia Alex. ibi allegat, quæ iam hīc allegaui. Et si vis videre cautelas ad faciēdum statutum per laicos, aut ordinationem principis, quòd possit tollere iuramentum, aut saltem impedire effectum iuramenti, vide Thomam Ferratium de aduocatis, in suis cautelis, cautela 16. † ¶ Dicam amplius in sequenti disputatione, prout dixi in hunc qui sequitur modum.

DIco ergo consuetudinē nostrā ducatus Burgūdiæ dictantē & clamantē maritū vxori donare non posse, nec econtrà, etiā cum iuramento, valere, & robur firmitatis obtinere posse. respondebo primò ad obiecta sua. ¶ Primò enim inquātùm pro sui initio & præsuppositione, & ad opinionem melius sustinendā adducit, & firmādo dicit, † certum esse donationem 4 inter virū & vxorē firmari iuramento, & validari, per doctrinā Iasonis ꝓceptoris nostri in l. pacta quę cōtra. C. de pact, per doctrinā Pan. & modernorū. c. cùm contingat. de iureiur. & doctrinā Pan. c. fi. de dona. inter virū & vxo. vbi per modernos dī communis opinio. & dicit se vltra Ias. in prędicto loco allegare Alex. in consil. viij. & Aret. in cons. lxxiiij. Sed ego legendo Ias. do. meum in d. l. pacta. inueni ꝙ illa cōsilia allegat, sed vltra allegata ꝑ vtrunq; allego Bar. Veroñ. in cautela cxxij. quę incip. Donatio inter vir. & vxor. Et fratrem Ang. de Clauasio in sua summa, ti. de dona. vers. ij. confirmat dicētem istam opinionē esse verissimam. Sed in isto non facio magnum fundamentū, qa vt videretur bonæ conscientiæ, voluit hanc opinionē tenere, qa ad statum suum pertinet, ea quæ ad conscientiā spectant semper & indistinctè fouere: & talis potest comparari scholari Parisien. de quo meminit Geminia. post Host. c. j. §. fin. in pen. col. de cōcessio. præben. in vj. allego vlterius Ludo. Roma. cōs. cclv. & cōs. ccxciij. in ij. dubio, vbi tenet istam opinionē, & in cōs. xliij. Alex. consi. xxxvij. in ij. vol. in ij. col. Aret. consil. iij. Quidam. omnes tenet prædictam opinionē. ¶ Sed ad istud dico ꝙ non meruit in hoc proposito ad decisionem causæ allegari, nec ex hoc potest fieri fundamentum, cùm istud non sit tutum, sed dubium, iuxta doctrinā Bar. in l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis. quā alle. Iason in repeti. l. admonendi, in xij. col. ff. de iureiur. & Fel. in rubr. procemij decretalium, in ij. col.

Angelus de Clauasio conscientiarius author.

ET ꝙ ista opinio non sit tuta, imò qđ plus est, veritas sit in contrarium, probo nouis fundamentis, imò si bene aduertaᵗ, doctores nō fuerūt bene informati in hoc, saltē tenētes istā partem. Et primò anteq̄ veniā ad fundamēta mea, volo ꝑ illorū corroboratione respōdere ad fundamēta doctorum in hac opinione. Primò. n. Bart. q fuit verꝰ legista, voluit tenere opinionem contrariā, & illā tenuit in l. j. ff. de dona. inter virum & vxo. † eo ꝙ ista donatio est cōtra bonos mores, & per cōsequens validari nō pōt iuramēto. ꝑ tex. vulgatū c. nō est obligatoriū. de reg. iur. in vj. sed tenētes cōtrariā partē ad istud motiuū conati sunt talem qualē solutionē dare, &, vt arbitror, Bal. more suo solito somniauit hāc suam distinctionem in mōte Parnaso, dicit enim Bal. audacter in l. pactum, in xix. q. C. de pact. quem refert Bar. Veroñ. in dicta sua cautela, & post eum Ias. d. l. pacta quæ cōtra. C. de pac. † ꝙ cōtra bonos mores dupliciter consideratur. Primò contra bonos mores ciuiles, vt in casu nostro, & tūc validatur iuramento. Secūdò contra bonos mores naturales seu de iure canonico. & hoc est quādo inducitur peccatum, & tunc illo modo est intelligendum. c. non est obligatorium. Salua pace domini Bal. & omnium hanc suam distinctionem tenentium, dico illam procedere non posse, imò nullo modo veram esse. Primò non probatur iure. Erubescimus enim &c. l. illam. C. de colla. imò quod plus est, contrarium probatur, &

5

6 Contra bonos mores dupliciter consideratur.

si bene inspiciantur ipse Bal. & ipsum insequẽtes, seipsos confundũt. Primò enim inquantũ dicit ꝙ illud quod est improbũ & inhonestũ est cõtra bonos mores de iure ciuili, tale eñ non potest esse quod non sit illicitum, & per consequẽs inducit peccatũ, si inducit peccatum, ergo contra bonos mores de iure canonico, seu naturales, secundum suammet distinctionem.

Refutatio distinctionis. Probo sic. Illud quod est licitum non inducit malefi-cium. tex. l. is qui aggressorem. C. ad legem Corn. de sica. quem allegat Bar. qui nihil ignorauit, in l. decuriones. C. de infami. & eum refert & sequitur Fel. in c. quæ in ecclesiarũ. in v. col. de consti. Sequit' ergo à cõtrario sensu qđ est illicitũ inducit maleficiũ, si maleficium, nemo põt negare ꝙ non sit peccatũ. ergo cùm illud quod est improbum & inhonestũ peccatũ inducit, sequitur qđ illud est contra bonos mores de iure canonico, seu naturales. ¶ Secũdò fortiùs ꝓbatur ꝙ etiam in casu nostro est cõtra bonos mores de iure canonico. patet, nam donatio inter virũ & vxorẽ inducit ad delinquẽdum, & sic est inductiua peccati. satis bene probant, imò expresè dicũt tex. in l. j. ij. & iij. ff. de dona. inter virum & vxo. Et illos tex. ad hoc notauit Bart. in d. l. j. ergo accipiendo verba distinctionis Bal. nemo sanæ mẽtis inficiabitur illam esse cõtra bonos mores de iure canonico. Succedit ergo prædicta regula, non est obligatorium. de reg. iuris, in vj.

PRædictam adhuc distinctionẽ Bal. probo non esse verã in secundo suo membro, qñ voluit dicere, ꝙ illud est cõtra bonos mores naturales, seu de iure canonico, quod inducit peccatũ, & tale non põt firmari iuramẽto, nã nemini venit in dubium solutionẽ vsurariam inducere peccatũ. tenet do. Ias. in l. fi. C. de indicta vid. tollen. & ꝓ consequẽs est contra bonos mores naturales, & de iure canonico, & sic deberet secũdum eum succedere regula, non est obligatoriũ. & tñ est text. ad literam in cõtrarium in c. debitores. de iureiur. & sic patet ꝙ ista distinctio est falsa, & per consequens clarum est opinionem Bart. in d. l. j. non esse bene sublatam per prædictam distinctionem.

ITem ꝙ prædicta distinctio non sit vera, ꝓbatur, qa illud quod est contra bonos mores ciuiles æquiparatur illi quod est contra bonos mores naturales, quo ad obseruationẽ iuramẽti. Nam exhæredare filiũ sine causa est cõtra bonos mores ciuiles, & abdicare vxorẽ suã à se sine causa est cõtra bonos mores de iure canonico seu naturales, & tamẽ idem quo ad obseruationem iuramenti. tex. in c. quintauallis. de iureiur.

ALio modo & fortiùs confirmãdo, probo prędictã donationem esse contra bonos mores naturales, & sic inducere peccatum secundum quod tenet Pan. in c. quemadmodum. extrà, de iureiurãdo. Nam dicit rex. ꝙ ꝓpter tales donationes vnus efficitur pauper, & alter locupletior cum iactura alterius. Ita text. l. iij. ff. de dona. inter virum & vxorẽ. & istud est contra ius naturale. Ita dicit tex. in l. nam hoc natura. ff. de condictione indebiti. Et sic videm⁹ absurda ex illa donatione prouenientia esse iure naturali prohibita. Ergo si bene cõsideraẽ, ratio rationũ positarũ in dictis legibus est, qa famæ suæ, honori & vtilitati non parcant, sed amore quodã extraordinario seipsos postponant, & alios, præponant, dicunt facere contra charitatem, *Charitas.* cùm charitas illa sit & verè dr̃ bene ordinata, quæ à seipso incipit, iuxta legẽ, præses. C. de seruituti. Faciũt tex. in c. non satis. & c. est probãda. lxxxvj. distin. & in c. si non licet. xxiij. quæstione v. Si ergo cõtra charitatem est, ergo contra iustitiam, vt dicit tex. in c. vbi sana. xxiiij. quæstione. j. & dicit in c. abiit. xj. quæstio. iij. † ꝙ qui charitatis iussa spernunt, Deum vtique, qui charitas est, produnt. Per consequens clarum est præ-dictam donationem inducere peccatũ, & sic esse contra bonos mores naturales: ergo &c. 7 Charitatem spernẽs Deum prodis.

SEcundò adducũt intrepidè doctores tenẽtes præ-dictam vestram opinionem vnum fundamentum quod satis stringit, quod est, † nam pactum de futura 8 successione est contra bonos mores, & tamen validatur iuramento, c. quanuis. de pactis, in vj. & hoc probando regulam quam semper adducunt, scilicet quia tale iuramentum potest seruari sine dispendio salutis æternæ. c. cùm contingat, de iureiurando. sed ad illud dabo duas responsiones.

PRima enim responsio est, ꝙ illud quod dr̃, ꝙ pactũ de futura successione validatur iuramento, dico esse intelligendum secundum tex. allegatũ ad hoc, nã dictum doctorum debet intelligi secũdum textum quem allegãt. l. non solum. §. liberationis. ff. de lib. lega. Sed tex. in c. quãuis. de pactis, in vj. dicit, ꝙ pactum quod non vergit in detrimentũ alterius, nec in dispẽdium salutis æternæ, debet validari iuramento. Ergo clarè vides ex illo textu, quòd illud quod in detrimẽtum alterius vergit, vel in dispendiũ salutis ęternę, nõ potest validari iuramẽto, cũ limitata causa limitatum effectũ debeat ꝓducere. l. in agris. ff. de acquir. re. domi. Faciũt plenissimè dicta per do. meũ Ias. in l. age. C. de trãsact. sed nunc donatio inter virũ & vxorẽ nõ est huiusmodi, quia non potest seruari sine dispendio salutis æternæ, qa vt suprà dixi, ꝓ eã inuitatur ad delinquẽdũ. ¶ Item vergit in detrimentũ alterius, nã vt dicit tex. in d. l. iij. ff. de dona. inter virũ & vxorẽ. vergit in detrimentũ proximorum cõiunctorũ, quorum fama denigratur, & vnus illorum qui erat diues, efficitur pauper. ¶ Quæ paupertas est multũ in consideratione, cũ sit durior morte, vt dicit Bald. in l. certa forma. C. de iure fisci. lib. x. & dicit Ang. in l. cũ & filius-familias. ꝙ fordescit quis propter paupertatẽ, & talis vita est suppliciũ, & mors solatiũ. & ibi subdit ꝙ melius est mori quã indigere. hoc tenet Hipp. de Marsil. consi. lxxj. in vlt. col. ¶ Et illud docet † rerũ experien-tia, quæ est rerũ magistra. c. quã sit. de elec. in vj. & il-lud detrimentum & interesse cõsiderauit iurisconsul-tus in d. l. iij. & meritò, cùm magnũ dicatur tã ex parte illius qui de diuite effectus est pauper, † cùm vt dicit Boërius, inter omnes aduersitates fortunæ infœlicis-simum genus infortunij est fuisse fœlicem. quẽ refert gl. in c. consideranda. lxxxvj. distin. inuehendo contra illos qui liberalitate vtuntur, quòd de diuitib⁹ efficiũ-tur pauperes. ¶ Adde † alia tria genera infœliciũ esse. Nã infœlix est qui recta docet, & viuit iniquè. c. mul-ti. xl. distinc. Infœlix est qui pauca sapit, spernitq; do-ceri. xxxviij. distin. c. vltimo. Infœlix est cuius nulla sa-pientia prodest. xvj. q. j. c. reuertimini. ita dicit Lucas de Penna, l. tribuni. co. iij. C. de re mili. lib. xij. 9 Experiẽ-tia rerum magistra. 10 Boërius. 11 Infeli-ces qui.

EContrariò autẽ quis dicatur fœlix, q natus opti-timis auspiciis vitã honestè finierit. humanæ in-quit vitæ conditionẽ pręcipuè primus & vltimus dies continet, quia plurimũ interest quibus auspiciis in-choetur, & quo fine claudatur. dicit G. Benedicti in sua repet. c. Rayn. in verbo, mortuo itaque testatore. j. nu. xiiij. & xv. de testam.

QVod etiã ex parte coniunctorũ ratione eorũ fa-mæ & legis dispositione est in cõsideratiõe. † & maius est illud detrimẽtum quàm si esset detrimentũ omnium bonorum, aut maioris partis, quia quando agitur de fama, dicitur agi de graui & magna causa, cùm agatur de eo quod afficit personam, imò fortiùs 12 Fama detrimen-tum grauis.

non agi

non agitur de fama vnius solũ, sed totius progenici & prosapiæ, qđ maius est. arg. l. cognitionũ, post princi-
13 piũ. ff. de va. & extraord. cognit. † causa enim infamiæ & causa vitæ æquiparantur. l. iusta. cũ glo. ff. de manu. vindict. bona gl. in §. suspectus autẽ. versi. ob culpã. institutio. de suspe. tut. Bar. & doct. l. transigere. in j. col. ad fi. C. de transac. ergo de maiori dicitur tractari vbi tractatur de fama quã si de omnib⁹ bonis tractaretur, quia homo dẽt pluris habere famã quã omnes facultates. l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. test. arg. l. reprehẽdenda. C. de inst. & subst. & talis crudelis est qui famã suã negligit. xij. q. j. nolo. ¶Et de huiusmodi fama quõ multũ est appetẽda & cõseruanda, & quomodo sit in æstimatione, vide G. Benedicti in sua repet. c. Rayn. in verbo, mortuo itaque testat. j. nu. 322. vsq; ad nu. 334. de testa. dixi amplè in meo Catalogo honorũ, in j. parte, in multis considerationibus. Si ergo multo fortius istud detrimentũ sit considerandũ quã bonorum, nõ erit dubiũ ꝙ sicut detrimentũ alterius in bonis impedit quominus iuramentũ operetur suũ effectũ, sic etia istud detrimentũ faciet ꝙ donatio inter virũ & vxorẽ non poterit validari iuramento.

ET licet tenentes opinionẽ contrariã voluerint tenere ꝙ istud verbũ, moribus, positũ in d. l. iij. intelligitur, id est cõsuetudine approbatũ, vt etiã voluit ibi gl. Accu. tñ expositio est mala & cõtra Bal. & Sali. qui dicũt ꝙ talis donatio est cõtra bonos mores, & iõ tex. intelligitur de bonis moribus, nõ de cõsuetudine. ¶Et facit ꝓ tollenda prædicta expositione inepta re-
14 Regula notabilis. gula multũ notabilis, †ꝙ vbicũq; lex vtit illis verbis, moribus, ẽt intelligit de cõsuetudine, qñ exprimit locus vbi sunt illi mores, sed si simpliciter vtit verbis, moribus, intelligit de bonis moribus. hoc decidit tex. in l. moribus vbi gl. id est, iure Lacedæmoniorũ. ff. de vulg. & pupil. & l. more nostrę ciuitatis. ff. de acq. hęr. ita formaliter colligit in illis iuribus. cũ ergo d. l. j. loquatur simpliciter de bonis morib⁹, qa dicit, morib⁹ apud nos receptũ est, ne valeãt donationes inter virũ & vxorẽ, & subdit ibi tex. hoc aũt receptũ est, & sic nõ refert se ad cõsuetudinẽ, sed ad ius, eo ꝙ solitariè prolatũ est igitur intelligitur moribus, id est cõtra bonos mores, & ideo dicta gl. non bene loquitur.

15 ITẽ † verba in dubio debẽt intelligi secundũ subiectã materiã. l. plenũ. §. equitij. ff. de vsu & habi. l. ex militari. ff. de testa. mili. quia vt voluit Philosophus ij. de anima, actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito, sed subiecta materia d. l. primæ requirit ꝙ istud verbũ, moribus, intelligatur ꝓ bonis moribus: quod apparet, qa dicit ibi tex. ne mutuo amore inuicẽ spoliarẽtur donationibus. & in l. ij. eod. tit. dicitur, neque eis esset studiũ liberos educandi. & idẽ dicit l. iij. ff. eo. ex quibus verbis manifestè colligitur, ꝙ illud verbũ, moribus, ibi positũ sapit bonos mores; contra Imo. & alios d. c. cũ contingat. ¶Et licet Fede. de Senis cõs. suo
16 Causa quare donatio inter virum & vxorẽ prohibentur. cxlj. incip. punctus quæstionis cõtingat. dicat † ꝙ donatio inter dirum & vxorẽ prohibeatur, ne matrimonia essent venalia, & vt daretur causa diuortij, ꝙ ideo ex quo illa causa diuortij cessat hodie de iure canonico. c. gaudemus. de diuor. ꝙ etiã cessare debet prohibitio, cũ cessante causa cessare debet effectus. ¶Dicendum est ad hoc ꝙ licet cesset vna rõ de positis. d. l. j. ij. & iij. nõ tamen cessant aliæ rationes prohibitiuæ, & per consequens remanet prohibitio firma. l. si non lex Aelia sentia. ff. de hęre. instit. l. liberorũ. §. notantur. ff. de his qui no. infa. §. affinitatis. instit. de nup. sed sic est ꝙ aliæ rationes positæ in d. l. nõ sunt sublatæ, vt iã hîc ante dictũ est de pluribus. Itẽ etiã de aliis satis constare potest: nam † bona matrimonij quæ sunt tria, fides, 17 Matrimonij bona tria.
proles, & sacramentũ. gl. in c. fi. de cõdit. appo. possent impediri si prædictæ donationes valerent. & primò quantũ ad bonũ prolis, videretur impediri si valerent tales donationes: quia potius vacarẽt vir & vxor talibus donationibus quã educationi liberorũ, vt probatur in d. l. ij. ff. de dona. inter virum & vxorem.

ITem etiã impediretur ipsum sacramentũ matrimonij, quia si essent donationes impediret ipsum matrimoniũ, & postmodũ induci posset diuortiũ. vt d. l. j. ij. & iij. & ideo dicit Bal. in d. l. fi. C. de dona. ante nup. ꝙ per talẽ donationẽ sequitur indignatio animorũ, & exinde diuortiũ: quę omnia sunt cõtra bonos mores, & cõtra bona matrimonij: †quia matrimoniũ non est
18 Matrimonium quare institutum. institutũ libidinis causa, sed causa liberorũ procreandorum: & istud est bonum quod appellamus proles.

ITem est institutũ matrimoniũ vt sit perpetuũ, non vt sit diuortiũ: ideo appellatur sacramentum. Itẽ est institutum vt inter eos fiat fides, nõ solùm in eo quod respicit pudorem matrimonij, sed etiã vt in cunctis sit castitas, amor, & honestas, contra quod bonũ directè opponitur depauperatio. & per illum tex. refert ꝙ talis donatio, cũ sit cõtra bonos mores, nõ firmatur iuramento. & subdit etiã ibi Bal. ꝙ est dare aliã rationẽ specialem in vxore donãte, quia præsumitur decepta persuasionibus viri. & alle. dicta per se in l. j. eo. tit. ¶Et
Mulierum astutia & fraus. ita dici potest in marito, vt præsumatur deceptus fraude & persuasione vxoris, quia vt dicit Seneca in v. tragœdia, instituitur omnis fraude fœminea dolus. iuxta illud, Adã, Sanxonẽ, regẽ Dauid, & Salomonẽ fœmina decepit, quis modo tutus erit? & ideo dicit Bald. & talis donatio opponitur directò bono matrimonij. & licet Fede. de Senis in cons. suprà alleg. voluerit & dixerit ꝙ talis donatio non directè impediat bonũ matrimonij, quia semper hoc nõ cõtingit, sed solũ occasionaliter cõtingere põt, vt habetur in d. l. ij. quæ quidẽ occasiones, cũ sint remotæ, nõ debent attendi quin seruetur iuramẽtũ, qđ põt sine interitu salutis æternæ obseruari, vt no. in d. c. quanuis pactum. de pact. in vj. prout etiã voluit Ioã. de Imo. sequendo Anto. de But. d. c. cũ contingat tamen ex prædictis apparet ꝙ prædicta donatio directè opponitur bono matrimonij.

IMò etiã, & quod plus est quando solùm occasionaliter impediret bonũ matrimonij, ipsa sola occasio sufficit ad impediendũ actũ, vt dicit Bal. in c. per tuas. de probatio. & in c. quoniã. de testibus. vbi dicit Bald. quòd modica occasio impedit actum fieri. pro hoc alleg. tex. singularem in l. ergo. §. si ex die. cum sua gl. in versi. modica occasione. ff. de fideicom. liber.

QVanto ergo fortius in hoc casu nostro, eo ꝙ non solũ est modica occasio, sed magna, prout suprà dictum est. & etiã dicit Bal. in l. j. de dona. inter virũ & vxo. in suis recollectis, ꝙ si esset integer amor inter virum & vxorem, propter amorẽ se spoliarent propriis bonis, nec aliquem modum seruarent in donando.

ITem etiam quia maius studium esset circa extorquendam donationem, quàm circa educationem liberorum, vt iam dictum est.

ALtera namque † solutio ad prædictum motiuum 19 Pactum de succedendo. scilicet de futura successione: quia pactum de futura successione, quod est contra bonos mores, validatur iuramento, erit talis, ꝙ salua pace dominorum istud ita simpliciter dicentium, si bene cõsideretur illud pactum de futura successione, quod est cõtra bonos mores, scilicet affirmatiuũ: est nõ tam solum contra bonos mores, quã etiam in detrimentũ alterius: & fortius, quia incitat homines ad delinquẽdum. s. quia

BIU Cujas

inducit votū captādæ mortis. ita tex. in l. fi. C. de pact. ideo tale nō validar iuramēto, p regulā, nō est obligatoriū, sed bene pactū negatiuū quod est cōtra bonos mores, vt tenet Iaſ. in l. pactū. in ij. col. C. de colla. ſaltem nō vergit in detrimētum alterius: nā matrimonia per hæc impediri nō possunt, cū dicit tex. in c. quāuis pactū. de pac. in vj. filia dote cōtenta, & ideo cū nō habeat illas causas, phibitiuas i d. c. quāuis, & in d. c. cū contingat. ſ. quia nec vergit in detrimētū alterius. nec in dispēdiū salutis æternæ. & ita est cōis omniū opinio in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. & eā dicit ibi cōmunē Iaſ. post Alex. & Ang. ff. de verb. obl. & doc. in d. c. quāuis pactū. ¶ Et si cōtra ista inſtaret aliquis ꝙ vergit in detrmētū filiorū postea nascentium vel mari ti. Dic istud nō esse principale detrimentū, sed secundarium quod quidē nō est in cōſideratione. gl. not. in d. c. quāuis. de pac. in vj. quā quidem gl. dicit esse ſing. Iaſ. in l. nec quicquā. §. vbi decretū. in vj. col. ff. de offi. procō. & in l. filius familiàs. §. diui. in vj. col. ff. de leg. j. & in l. cū quid. in ij. lec. in iij. col. ver. vij. ff. ſi cert. pet. Feli. in c. humilis. in iiij. col. de maio. & obe. & in c. cū M. Ferrarien. in xiiij. col. de cōſti. ¶ Ego tñ cōtra illā gl. pondero vnā gl. contrariā nō ponderatā ab aliquo, inquātū dicit gl. in d. c. quāuis. ꝙ præiudiciū filiorū est præiudiciū ſecundariū, qđ nō venit in cōſideratione, dico ꝙ gl. in c. cū cōtingat. in gl. fi. dicit totū contrariū, quia dicit præiudiciū filiorū esse cōſiderādū: ergo ſequitur vnū de duobus: aut preiudiciū filiorum est principale præiudiciū, & tunc malè dicit gl. in d. c. quamuis. quādo exemplificat pro ſecundario: aut est præiudicium ſecundariū, & tunc vna illarū adhuc malè dicit. relinquo cogitandum. ¶ In caſu tamen nostro poſſet dici præiudiciū principale, cùm donatio poſſit taliter fieri, ꝙ nihil remanebit, & ſic erit detrimentum filiorum ſi pater aut mater erat diues, & filius ſit pauper, vt ſuprà dixi, propter text. in l. iij. ff. de dona. inter virum & vxo. cū dicit, famæ coniunctorum conſulentes. in caſu verò c. quanuis. nō ſic, quia tex. ille loquitur per ablatiuos abſolutos. ſ. filia dote contenta, qui quidem important conditionē: ergo cū quælibet cōditio habeat in ſe argumentum à cōtrario ſenſu. Bar. in l. j. in ij. col. ff. de condi. & demon. ſi non habeat dotē, nō valebit tale pactum, etiā iuramento vallatum. itē in caſu nostro etiā ſecūdarium detrimentū est in conſideratione diſpoſitionis iuris: quia ius conſideravit tale detrimentum. d. l. j. ij. & iij. ff. de dona. inter virum & vxorem.

2 Iuramētum quod ſeruandū.

ET per ſupradicta ſatis etiā est reſponſum ad capitale fundamentū, quod facit totus mundus ſ. † qđ iuramētū qđ pōt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ est ſeruandū. per c. cùm cōtingat. de iureiu. qa ille tex. non ſolū dicit ꝙ pōt ſeruari ſine diſpēdio ſalutis ęternæ, ſed etiā dicit tex. nec vergat in detrimentū alteri⁹. pōdero nouiter, ꝙ nō ſufficit vnū iſtorū, imò alia requirūtur, & hoc propter dictiones, nec etiā, poſitas in d. c. quæ quidem important incluſam copulatiuā, vt vult tex. quē ad hoc ponderat & no. Bar. in l. ſi quis ita
21 ſtipulatus fuerit. ff. de verb. obl. ſed † cum ad veritatē copulatiuæ requiratur vtraque pars vera, nō ergo ſufficit eſſe vnam ex iſtis, ſcilicet quod poſsit ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternę, ſed etiam alia, ſcilicet ꝙ non vergat in detrimentum alterius, quæ quidem in caſu noſtro non eſt, vt ſuprà dixi, ergo &c.

ITem alia ratione probatur quòd non ſufficit vna illarum rationum, imò ad hoc vt habeant locū prædictæ decretales requiritur quòd ambæ ceſſent, imò vna remanente non poterit tex. ille habere locū, quia habemus text. in l. ſi non lex Aelia ſentia. & ibi Bal. ad hoc no. ff. de hære. inſti. † ꝙ quotieſcūque in lege poſitæ ſunt duæ rationes, nō ſufficit ceſſare vnam. Et iſtā regulam tradit Bar. in l. ij. in vj. col. ff. de vulg. & pupil. & ibi Iaſ. & in l. exigendi. in pe. col. C. de procu. & in l. alienam. in fi. C. de procu. 22 Regula.

ITem † vbicunque ad validitatem alicuius actus duo 23
copulatiuè requirūtur, oportet illa duo probare dicentē actum eſſe validum. tex. in l. ſi hæredi plures. ff. de cōdi. inſti. accedit dictum canoniſtarū in c. ij. per illum tex. de reſcrip. ꝙ quādo duo ſunt copulatiuè probanda, nō ſufficit alterum probare: ſed hîc duo copulatiuè requirūtur, vt patet in d. c. cum contingat. & d. c. quanuis. quia requiritur ꝙ non vergat iuramentum in detrimentū alterius: igitur, &c. ¶ Item ꝙ poſſit ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternę. Dicens ergo actum ſuper quo interpoſitum eſt iuramentum debere valere, debet iſta probare, ſed in caſu noſtro donatiōis inter virum & vxorē non poteſt probare: quia vergit in detrimentum alterius, vt ſuprà dixi, ergo, &c. Videtur tamen ꝙ iſtæ regulæ adinuicem contrariantur, vt voluit quodāmodo ſentire do. Iaſ. in l. ij. in j. col. ff. de cōdit. ob cauſam. ¶ Sed dic ꝙ cōcordāt, quia ad impediēdum actum requirentem plura copulatiuè, ſufficit ꝙ remaneat vnū, vt actus talis impediatur, & ita loquūtur iura primę regulæ, ſed ad probādum actum valere, qui quidem pro ſui validitate plura copulatiuè requirit, opus eſt ꝙ probet omnia. & ita loquuntur iura pro ſecunda regula allegata.

DIco fortius ad c. cùm cōtingat. & realiter intelligendo illū tex. ꝙ † etiā iuramētum appoſitum in 24
contractu vel pacto quod nō eſt cōtra bonos mores, ſi tamen vergat in præiudicium alterius, non validat ipſum actum. ita text. ibi, qui non fuit factus ad aliud: ſed nō poteſt negari ꝙ donatio inter virum & vxorē vergat in alterius detrimentum: ergo.

FOrtius dico, † ꝙ etiam ſi iuramentum apponatur 25
in actu qui ſit contra bonos mores, etiā naturales ſi non vergat in alterius detrimentum, validat ipſum actum. de hoc est tex. multū no. in c. debitores, de iureiur. qui optimè probat † ꝙ ſolutio vſurarum eſt cō- 26 Solutio vſurarum validatur iuramēto.
tra bonos mores naturales: quia inducit peccatum: & tamē validatur iuramento, ſed illa potiſſima ratione, quia non vergit in alterius detrimentum. Deberet ergo ad iſtam ſolutionem ſuccedere regula, nō est obligatorium. licet non vergat in detrimentum alterius. ¶ Sed reſpōdeo notabiliter (& iſta est vera ſicut deus) †quòd ſi iuramentum cōtinet turpitudinem ex parte 27
iurantis, non poteſt quis ſe obligare ad pactum, vt in dicta regula, ſed ſic eſt in caſu noſtro qui cōtinet turpitudinem ex parte iurātis: quia vnus fit pauper, & alter locupletior, quod eſt contra ius naturale. d. l. nam hoc natura. ergo inducit peccatum, vt vult Pano. in c. quemadmodum. de iureiur. Turpitudinem enim negare nō poſſumus, cùm ſi efficiatur pauper, nemo negabit quòd non ſuccedat illud Boërij dictum ſuprà relatū, vel etiā melius, quia bene conſiderādo ex parte vtriuſque cōſideratur turpitudo, cū mutuo amore ſe ſpolient: iſtud eſt ex parte iurātis, & ſic eſt turpitudo ex parte illius. Item matrimonia diſſoluuntur, quod eſt turpe ex parte vtriuſque. Ecce ergo quomodo in hoc caſu, cùm ſit turpitudo ex parte vtriuſque, ad minus ex parte iurantis, non poteſt validari iuramento. in caſu capituli, debitores. non verſatur turpitudo niſi ex parte recipientis. & iſtam ſolutionē multum notabilem dedit do. Abbas Panorm. in c. fi. in fi. de pact. Quam quidem ſolutionem refert & ſequitur do. Felin. in c. debitores. in ij. colum. de iureiuran.

Ad illud

BIU Cujas

Respondet tertio fundamento.

AD illud fundamentũ quo dicitur, q̃ iuri publico non põt renuntiari simpliciter, & tñ cũ iuramẽto sic. & pro hoc fuit allegatũ per vos c. si diligẽti de foro cõpet. cũ Iaſ. in l. si quis in cõſcribẽdo. C. de pact. in fi. dicat Iaſ. quicquid voluerit & vos poſt eũ, quia ille tex. mihi probat contrariũ, & ſi Iaſ. cũ ſuis caſſialupis diceret adhuc decies, dicerẽ q̃ decies falſum diceret. Et ſi volueritis tenere cũ Iaſone, reſpondeatis ad c. ſi diligẽti, & ego ero cõtentus, aliàs nõ, cũ habeam tex. ita clarũ, imò dicit totũ contrariũ Bart. in l. Scius Augerius. ff. ad l. Falcid. ¶ Ad illud fundamentũ quod fit de donatione facta filio per patrem, quæ licet de iure nõ valeat, tñ validatur iuramẽto, quod non eſt admirandum: quia talis donatio neque vergit in detrimentum alterius, ſcilicet principaliter, neque tendit in diſpendium ſalutis æternę, neque eſt contra bonos mores, non mirum ſi validetur iuramento.

ITem q̃ dicta donatio etiam iuramẽto nõ firmetur, facit ratio Ang. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. ſcilicet q̃ eo q̃ lex reſiſtit potẽtiæ donandi, & dirigit verba ſua prohibitiua in perſonas cõiugum, eo q̃ ipſi donantes videantur peccare non obediendo præcepto ſuperioris: & ſic cum ipſa præſtatione iuramenti peccetur, talis donatio nõ firmatur iuramento, per rationem Bar. in d. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.

Concluſio. EX quo concludo intrepidè cũ Bar. in l. j. ff. de don. inter vir. & vxo. cũ quo tenẽt multi præalle. p̃ do. meũ Iaſ. in l. pacta quæ cõtra. C. de pact. Et iſtã opi. tenẽt longè plures & excellẽtiores doctores, & lõgè maioris authoritatis, quàm doctores tenentes aliam opi. quos alle. cũ pluribus rationibus do. Soci. cõſ. ſuo lxv. in vj. & vij. col. & etiã dicit Fran. de Curte in conſi. ſuo lxvj. q̃ iſta opi. eſt cõmunis & verior, eo q̃ verificatur ſubtilioribus modis & rationibus, & tenetur per illuſtriores doctores & præſtantiores põdere, numero, & mẽſura. tenet etiã hanc opi. quidã Io. Papi. in quodam ſuo cõſi. qđ incipit, quidã barbatuli qui neſciũt ſe nimias fabas comediſſe, niſi cũ ventre dolent. loquẽdo illis qui tenent contrariã opinionẽ. Quod quidẽ contrarium allegatur per Bartho. Veronen. in cautela ſua vj. alle. cum quodã Raynerio de monte. Et quia Bart. voluit tenere cõtrariã partẽ in l. Scius Augerius. ff. ad legẽ Falcid. quia donatio inter virũ & vxorem nõ reprobatur, neq; ratione publicæ vtilitatis, quia ſalua pace, & ratione turpitudinis, cùm inuitẽtur ad delinquendum, & ſic eſt contra bonos mores.

ITem rõne publicæ vtilitatis, cũ ſi eſſet p̃miſſa multi abſtinerent ab educatione liberorũ, & matrimonia multa diſſoluerent, vt eſt tex. in l. j. ij. & iij. ff. de do. inter virũ & vxo. ſed intereſt reipublicæ vt matrimonia maneãt & liberi procreẽt, vt ciuitas hoĩbus repleat. ita dicit tex. l. j. ff. ſol. matr. ſalua ergo pace dñi Bart. in hoc errauit. ¶ Itẽ idẽ Bar. voluit tenere illã opinionẽ in l. ſi quis p̃ eo. ff. de fideiuſ. ſed ſi bene aduertãt ad ea q̃ ſupra dixi, fundamẽta Bar. in illis duobus locis, confundũt illũ: quia licet bene cõſiderauerit, nõ tamẽ ea bene adaptauit, vt clarè colligit ex ſupradictis p̃ me.

Cõſuetudo noſtra valet. REtenta ergo iſta opinione pro vera, clarum eſt q̃ cõſuetudo noſtra ducatus Burgundiæ valet, cum ſit conſeruatiua iuris, & ſi talis contractus ratione cõſuetudinis nõ veniat annullãdus, ſaltem ratione iuris cõmunis: nec poterit nocere in hoc ſtatutũ neque cõſuetudo: cũ ea quæ exprimi non debent, ſi exprimuntur, etiam ineptè, nõ vitiãt. tex. eſt in l. j. C. de rei vxo. actio. cum infinitis per Iaſon. alleg. in l. vinum. in pen. col. ff. ſi cert. pet. & per eundem in l. edita. in ij. col. C. de eden. & p̃ Panor. in c. examinata. in vj. col. de iudi. & per eundẽ Iaſ. in d. l. ij. in iiij. col. ff. de iuriſ. om. iud.

SEd ne videar cooperiri ſacco inũdato, tenẽdo hãc noſtrã cõſuetudinem hac ſola ratione, poſita opi. cõmuni pro vera, videlicet quòd donatio inter virum & vxorem validatur iuramento, non tamen fatẽdo illam in totum, adhuc dico cõſuetudinem noſtram dictantem maritum vxori donare non poſſe, nec ecõtra cum iuramẽto valere. Et in hac materia inuenio plures opiniones: antequam tamẽ recitẽ eas volo reſpõdere ad obiectũ factum contra communẽ in articulo præcedẽti. & pro opi. quã ego tenui. Quod quidẽ fundamẽtũ dicit dominus Ludouicus de Soubterrã eſſe ſuũ, ſed parcat mihi dominatio ſua, quia (vt infrà dicã, quãdo ad illud reſpõdebo) non creuit originaliter in horto ſuo, ſed Io. de Imo. in c. debitores. de iureiur. vt infrà dicam. ſed credo bene q̃ nõ viderat adhuc Ioan. de Imol. & ideo potuit dicere ſuum.

FVndamentũ enim tale eſt. Ratio quare prohibeatur donatio inter virum & vxorẽ ponitur in l. j. ij. & iij. ff. de donat. inter virum & vxorem. Sed ſic eſt q̃ illa ratio habet locum ſiue apponatur iuramentum, ſiue non, ergo idem ius ſtatuendum eſt. Ad illud dico primò q̃ mihi videtur q̃ tale fundamẽtum nõ poteſt militare. Et probo ſic. Illa quæ ſunt penitus diuerſa & ſeparata, ſeparatam rationem habere debent, cùm ſeparatorum ſeparata debeat eſſe ratio. tex. in l. qui fundum. §. ſi fundum. ff. pro emp. ſed ſic eſt q̃ donatio inter virũ & vxorẽ ſimplex eſt penitus diuerſa & ſeparata à donatione iurata: ergo. ¶ Quòd aũt donatio inter virũ & vxorẽ ſimplex ſit penitus diuerſa & ſeparata, & ſit alia donatio quàm donatio iurata, probat. Nam vbicunque alicui rei aliquid additur vel detrahitur dicitur noua & diuerſa res à prima. tex. eſt no. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. & ibi Iaſon. ff. de verbo. oblig. text. & ibi Iaſon in l. ius autem ciuile. ff. de iuſtitia & iure. tex. & ibi Iaſon in l. j. §. & poſt operis. ff. de noui operis nuntia. Reſpondet obiectis.

ADDITIO. De hac regula vide Matth. de afflic. in conſti. regni Siciliæ, quæ incipit, cum circa iuſtitiæ. in viij. no. quod tamen intelligit verum, niſi per nouã additionẽ derogaretur antiquis iuribus. quod eſt notandũ, vt ibi inducit ad caſus ſingulares, qui cum ſint extra propoſitum, non inſiſto. ¶ † Sed ſic eſt q̃ donationi inter virum & vxorem additur iuramentũ, ergo dicitur diuerſa & ſeparata, ſi diuerſa & ſeparata, ergo non militat prædictũ fundamẽtum, † imò, quod plus eſt, iuramẽtum habet hoc præcipuũ, q̃ alterat actum ſuper quo interponitur vltra naturam ſuã, vt l. j. verſi. confirmaſti. C. ſi aduer. ven. l. ſi quis maior. verbo, ſoluerit. C. de tranſact. Faciunt infinita quæ hîc adduci poſſunt, q̃ actus qui ſimpliciter de per ſe non valent, & tamen cum iuramento valent.

19 Dicta corroborat. COrroboratur, † nam vbicunq; in aliquo actu ſimplici additur noua qualitas, illa qualitas facit illum penitus eſſe diuerſum & ſeparatum à primo. tex. eſt ad hoc notabilis in c. ſtatutum. de electione lib. vj. maximè iunctis ibi nota. per Io. And. vbi dicit † q̃ appellatione eccleſiarũ parochialiũ non veniunt eccleſiæ non parochiales & collegiatæ. Hinc infert Panor. in rubri. de vita & honeſtate clericorum, † quòd appellatione clericorum non veniunt exiſtentes in dignitate. de qua regula multùm ſolenni non fuit oblitus Fel. qui eam ſummoperè cõmendauit in c. licet in corrigendis. in vlti. colum. extrà, de officio ordinarij. & c. tua nos. le premier. prima col. extrà, de iureiur. vbi plenius. & dominus Abbas in c. j. extrà, de inſtitutioni. & in c. j. extrà, de iuramento calum. cũ infinitis allegatis

BIU Cujas

legatis per dom. Felin. in dictis locis, suprà allegatis.
¶Item actus iuratus est potentior quàm non iuratus: vt in terminis dicit Boërius, in consuetudine septenæ Bituricen. tit. de donatio. §. ij.

ITem ꝙ sit diuersa, patet alia ratione: nã vt dicit Ioã. de Imol. in c. debitores. de iureiur. & post eum Feli. si vna & eadẽ ratio sit in accessorio, quæ est in principali, quare nõ ita vitiatur accessoriũ sicut principale? cũ vbi sit eadẽ ratio, idẽ ius statuendũ sit, ergo in casu nostro si vna est & eadẽ rõ in accessorio. s. in iuramẽto, sicut in principali, cur nõ ita vitiatur accessoriũ sicut principale? & sic patet ꝙ istud fuit originale fundamẽtum do. Io. de Imo. ad quod quidẽ dicit ꝙ non est eadẽ rõ in accessorio. s. in iuramẽto, quæ est in principali. voluit eñ ipse Io. de Imo. & Feli. inferre, ꝙ contractus simplices q̃ fiũt inter partes absq; iuramẽto, obligãt solũ vnã partẽ ad aliã, & non obligatur promittẽs nisi soli parti cui ꝓmittit: secus in cõtractibus qui fiunt cũ iuramẽto: quia parti cui promittitur, & Deo obligat promittẽs, & licet dicãtur cõtinere turpitudinẽ respectu partis, nõ tñ possunt cõtinere turpitudinẽ ex parte Dei: & sic cũ euidenter patet aliã esse rationẽ in donatiõe simplici inter virũ & vxorẽ, & donatione iurata, nõ potest idẽ ius statuti; & per cõsequens non obstabit fundamentum domini Ludouici. quia tamẽ intentio mea est veritati adhærere, his responsionibus non obstantibus, dico fundamentũ domini Ludouici in casu nostro militare: & pro opinione mea cõtra cõmunem multum mihi seruire, & ad prædictas responsiones datas ad prædictum fundamentum respõdeo.

AD primã enim dico ꝙ nõ obstat quod dr̃, vbicũque aliquid addit alicui primo actui dicitur nouus actus & diuersus, & p cõsequẽs diuersam rationẽ habẽs: qa dico ꝙ illud est verũ qñ additur aliquid qd̃ habet in se validitatẽ: secus aũt si addatur aliquid qd̃ sit nullũ: quia certũ est ꝙ id quod nullũ est, nullũ põt ꝓducere effectũ. gl. in l. si accusatoribus. in gl. fi. C. de accus. cũ infinitis adductis p Ias. in l. licet, in ij. col. C. de ꝓcur. in l. vbi pactũ, in vij. col. C. de trãsac. in l. ij. §. ꝙ si in patris, in vij. col. ff. sol. matr. multa per Corsetũ in suo repertorio, in verbo, baptismus. sed nunc certũ est & clarũ, ꝙ iuramentũ in casu nostro appositum est nullũ & inualidũ, vt suprà satis sufficiẽter probaui, & adhuc dicã nũc in sequenti membro: ergo nõ poterit operari aliquẽ effectum, & per cõsequens non faciet actũ in quo apponit diuersum à primo simplici, & p cõsequens remanebit destructa illa regula, diuersorũ diuersa & separata dẽt esse ratio, cũ isti actus non sint diuersi, imò remanebit regula illa nostra, vbi est eadẽ ratio idẽ ius statui dẽt in suo esse & robore, imò, qd̃ plus est, † iuramẽtum semper sapit naturã actus super quo interponitur. facit tex. in l. fi. & ibi Bart. & Bal. C. de nõ numerata pec. ¶Faciunt & infinita allegata per do. Ant. Baueriã in suo singulari trac. de effectu iuramenti, in lxxij. priuilegio iuramẽti. ¶Item qd̃ plus est, †adiectio qualitatis nõ alterat substãtiã. l. ij. & l. & an eadẽ. ff. de excep. rei iudi. l. cũ corpus. ff. de acqui. rerũ do. l. senatoris filius. ff. de sena. l. j. C. de dig. lib. xij. glo. pragmaticæ sanctionis, tit. de colla. §. item placuit ipsi congregationi. in gl. in verbo, parochialibus.

AD secundam verò responsionẽ datam per Imo. & Feli. condescendens, præsuppono illud quòd voluit Bal. multum notabiliter in l. si ad excludẽdum. C. de rebus credi. † ꝙ vbicũque ex impletione iuramẽti sequeret iniustitia, vt in casu nostro, vt suprà, dixi, qñ dixi ꝙ est cõtra charitatẽ, & sic contra iustitiã, & sic in hoc est dispẽdiũ salutis æternæ, quod satis suprà probaui in casu nostro, cũ per donationẽ nostrã inducat ad delinquẽdũ, imò fortius si ex nostra donatione induceretur solũ ad delinquendũ venialiter, adhuc tale iuramentũ non est seruandũ, ita tenet Arch. in c. ij. de pac. in vj. quẽ multũ apud legistas cõmendat Bal. in c. j. §. itẽ sacramẽta. in vlt. col. de pace iura. firm. vel etiã ex ipsa impletione iuramẽti sequeret detrimẽtũ alterius, quod in casu nostro negari nõ põt, vt suprà dixi, tale iuramentũ nõ est seruandũ. imò nũc ad propositũ descẽdens, † nõ obseruãs tale iuramentũ non efficitur periurus. ita tenet Lud. Ro. in singulari suo ccccxij. & Bar. in l. si quis in principio testamenti. in vlt. col. ff. de leg. iij. cũ concordã. alle. per Ias. in §. itẽ si quis postulãte. in xiiij. col. insti. de act. qui non fuit recordatus de singulari Lud. de Ro. cum aliis etiã concordã. alle. per Feli. in c. tua nos. in ij. & iij. col. de iureiur. Si ergo non efficit periurus præstãs iuramentũ qd̃ nõ est seruandũ quia illicitum, cõsequenter patet quòd non obligatur Deo: & ideo clarè patet ꝙ responsio Ioan. de Imol. & Feli. nõ habet locum in casu nostro, cùm tale sit iuramentum quod non est seruandum, imò inualidum.

REcitato ergo isto fundamento, ad quatuor opiniones quas in materia nostra inuenio, iuxta superius promissum condescendo. Et primò inuenio ꝙ Ias. in d. l. fi. ff. qui satis. cog. pro sua prima opinione recitat & in mediũ adducit opinionem gl. in l. adigere. §. fi. ff. de iure patro. qui tenet indistinctè † ꝙ sicut papa põt remittere iuramentũ, ita lex seu statutum: quia habet vim apostolici. & illam gl. dicit esse singularem Bal. in c. ij. in pe. col. de ꝓbatio. sed salua eius pace nõ viderat gl. in d. l. fi. quæ dicit † ꝙ lex ciuilis, & sic princeps secularis potest remittere iuramẽtum. & in multis locis tenet Bal. istam opinionem. de quibus per dictum Ias. in d. l. fi. in iij. col. ¶Et vide in materia huius articuli Io. Sanxon. in consue. Turon. *Des succeßions de gens roturiers.* arti. viij. vbi amplè.

ET istam putarẽ posse defensari, primò per ea quæ dicũt docto. † ꝙ veniẽs cõtra præceptũ principis, seu superioris peccat mortaliter, vt ponũt oẽs in c. cũ cõtingat. de iureiu. † quia in omni iuramẽto intelligit excepta authoritas superioris. & pro hoc possent adduci xiiij. decisiones, quas nõ trãscribo, eo ꝙ sunt Ias. præceptoris mei, in d. l. fi. ff. qui satisd. cogã. in ij. & iij. col. ¶Et vide Feli. in c. constitutus. in vj. col. de rescriptis. & Alex. in consi. cxxiiij. in j. vol.

ITem vna alia ratione posset sustineri, quam adducit do. meus, † quia pars in cuius fauorem est prẽstitum iuramẽtum habet vim apostolici. tex. in c. j. de iureiur. cum concordan. per eum alle. Sed si pars habet vim apostolici, ergo multo fortius statutum per text. in l. fi. in fi. & ibi per Bal. C. de fideiuss. & hoc maximè quãdo est causa rationabilis, vt in casu nostro, quia tunc talia statuta valent, & vim apostolici habent. ita Bal. in l. ij. in fi. C. de indicta vidui. tollenda.

NEc obstat, vt mihi videtur, somniũ Pauli de Castro dicentis quòd illa gl. est intelligenda de iure ciuili, non de iure canonico: quod quidem est attendendum, quia dico ꝙ non potest sic intelligi, imò non est intelligenda quo ad suos, etiam de iure canonico. Et probo per vnam aliam decisionem multum notabilem, nam vt dicit Albericus de Rosa. in l. cunctos populos. in vlti. col. C. de sum. trinit. & fide catholica. † quòd si statutum disponat quòd debitores vel fideiussores ad vsuras conuenti non possint opponere exceptionem quòd vsuræ non debeantur, & fideiussor vigore huius statuti coactus est soluere, vsuras repetendo à debitore principali, non poterit debitor opponere

32

33 *A dictio qualitatis nõ alterat substãtiã.*

34 *Iuramẽtum peccatum generans nõ seruandum.*

35 *Non seruans nõ fit periurus.*

36 *Papa potest remittere iuramentum.*

37 *Et lex.*

38

39

40

41 *Decisio notabilis.*

BIU Cujas

ponere ꝙ malè fecit ſoluere vſuras, quas de iure ſoluere nō tenebat: quia poſtquā de facto ſeruatur ſtatutū per principes factū, qui ita volunt de facto ſeruari, eſt pinde quo ad ſubditos ac ſi de iure valeret. allegat illud quod habetur in c. peruenit. extra de fide iuſſ. & qđ no. Inn. in c. j. & c. ſalubriter. extrà, de vſuris, cū cōcordā. allegatis p Iaſ. in l. vbi pactū. in pe. col. C. de trāſac. & in l. dedi. j. §. ſi liber homo. ff. de condictio. ob cauſam. & dicit Albe. vt refert Iaſ. in dictis locis, ita fuiſſe iudicatū, nā vt clarè patet ex iſta deciſione, quę loquitur ēt in vſura quæ eſt de iure canonico prohibita, & ſuper qua nō poteſt ſe interponere princeps, quia inducit peccatum, & tamē vide ꝙ tale ſtatutum eſt ſeruandum, ſic ergo in caſu noſtro, licet eſſet prohibitū principi diſponere ſuper iuramēto, quia ſtatutū factū ſuper eo p principem & ſuperiorē, ſeu approbatū vel tolleratū de facto obſeruatur, & perinde eſt habēdum & reputandum quo ad ſubditos ac ſi de iure valeret.

42 Conſuetudo idem quod ſtatutum.

NEc obſtat illud quod dicit, † ꝙ ſtatutū & cōſuetudo pari paſſu ambulant, quia cōſuetudo idem eſt quod ſtatutū. Bal. in l. ij. circa fi. C. de bonis quæ liberis. cum aliis ad hoc allegatis per Iaſonē in l. de quibus. in vlt. col. ff. de legi. & in l. omnes populi. in prin. in prima lectura. ff. de iuſti. & iure. ſed ſic eſt quòd cōſuetudo non excuſat à pœna æterna, vt vult gl. not. in c. denique. iiij. diſtinctione. quā allegat Pano. in c. cum venerabilis, & reputat ſingularem de cōſuetudine. & refert & ſequitur Iaſon in l. qui iuraſſe. in ij. colum. ff. de iureiur. & in l. ait prætor. §. j. iurari in fine quartæ col. ff. de iureiuran. & in l. ſingularia. in penul. col. ff. ſi cert. petatur. & in l. j. in j. col. ff. quod quiſque iuris. ergo nec ſtatutum: & per conſequens non ſeruabitur tale ſtatutum.

43 Statutum excuſat à periurio probat.

ADiſtud reſpondeo pluribus modis. primò † ꝙ ſtatutū excuſat à periurio, & ſic à pœna ęterna, probatur ſic. nam iuſtus ſuperioris excuſat à mora. tex. eſt ſingularis in l. fi. ff. de lege cōmiſſo. quā reputat ſingularē Bal. in c. fi. in fi. de ſequeſtra. poſ. & fructuū ſed ego habeo, ꝙ quicquid excuſat à mora, excuſat à periurio. tex. in c. breui. de iureiu. Bar. in l. qđ te. & Iaſō poſt eū. ff. ſi cer. pet. & in l. j. §. & poſt operis. in iij. col. ff. de noui ope. nun. & idē Iaſ. in l. ſi quis maior. in v. col. C. de trāſac. ergo patet ꝙ cū ſtatutū quod de facto ſeruatur, vt eſt iſtud apud nos, eo ꝙ hēt in ſe iuſſum principis, qui illa mādat & iubet ſeruare per totam ſuam patriam, ꝙ tale ſtatutū excuſat à periurio, & ſic à pœna æterna. & iſta reſpōſio ſeruit tantum modo quādo noſtra conſuetudo eſſet facta per modum ſtatuti.

44 Conſuetudo excuſat à periurio.

SEd poſito pro vero, prout eſt, ꝙ non ſit ſtatutum ſed ſit vera conſuetudo, adhuc probo † ꝙ excuſat à periurio, nam eo quod iſta cōſuetudo eſt per ſuperiorem tolerata, nō ſolum excuſat à pœna temporali, verumetiam à periurio, & ſic à pœna æterna. Probatur per ea quæ refert Feli. in c. nā cōcupiſcentiā. in iiij. col.

45 de conſtitutio. † vbi religioſi comedentes carnes cōtra eorum regulas peccant mortaliter, niſi cōſuetudo tolerata per ſuperiorem ſit in contrarium, quia tunc talis cōſuetudo eos excuſat. de hoc infrà dicam in vltima opinione.

ITem quādo dicitur, ꝙ conſuetudo excuſat à pœna tēporali & nō æterna, intelligitur de conſuetudine iniqua & irrationabili, ſecus aūt de conſuetudine rationabili, quia cùm cōſuetudo noſtra ſit iuſta & rationabilis, quia per eā euitantur abſurda, de quibus in l. j. ij. & iij. ff. de do. inter virum & vxorem. Item etiam ſatis ſuprà probaui, ꝙ eſt iuſta & rationabilis, & per conſequens etiam debet excuſare à pœna æterna.

SEcunda verò opinio in hac materia eſt, † ꝙ nō poteſt ſtatutum laicorum diſponere ſuper iuramēto, cum illud ſpectat ad eccleſiam, vel ad Romanum pōtificē. c. venerabilē. de elect. cū concordā. allegatis per Iaſonem in d. l. fi. ff. qui ſatiſd. cogā. & iſtam ſic intellectam nō puto eſſe veram, ſed illā cum grano ſalis puto defenſari poſſe, bene enim verum eſt, ꝙ ſi ſuper dicto cōtractu donationis ſit appoſitū iuramentū, poſtquam eſt præſtitum, ꝙ ſtatutum nō poteſt ipſum tollere, neque princeps ſecularis, ſed ꝙ ſtatutū non poſſit facere ꝙ iuramentum appoſitum in contractu donationis habeatur pro non appoſito, & pro remiſſo, iſtud non eſt verum, imò veritas eſt in cōtrarium. facit pro hoc tex. notabilis in l. quæ ſub conditione. §. ſi qui ſub iuriſiurandi. ff. de condit. inſti. & ita debet intelligi. gl. in d. l. adigere. §. fi. de iure patro. ¶ Probatur primò argumento eorū quæ dicit Panor. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in vlti. col. de conſtit. nam certū eſt † ꝙ ſtatutum laicorum nō poteſt aliquid diſponere ſuper clericos. dicit tamen ibi Panor. ꝙ ſi ſtatutum iniecerit vinculū ſuum in perſonā aliquā antequā ſit clericus, ꝙ tale ſtatutum ligat etiā poſteà effectum clericū. ſic ergo licet ſtatutū non valeat diſponens ſuper contractu iurato, quia iuramentū non eſt de his quæ ſunt in adminiſtratione laicorū, tamē ſi ſtatutū iniecerit vinculum in illo actu in quo nondū eſt appoſitū iuramētum, poteſt facere vt tale iuramentū quantū ad talem actum non habeat obſtare ſi poſtmodum apponatur, imò pro non appoſito habeatur. d. §. hîc ante allegat.

46

47 Statuta laicorū nō poſſunt diſponere de clericis.

PRobatur ſecundò hac ratione, quia princeps ſecularis vel ſtatutū laicorū etiam ſuper tali contractu iurato poteſt diſponere, nam ratione donatiōis inter virum & vxorem inuitetur ad delinquendum. faciūt tex. alleg. in l. j. ij. & iij. ff. de dona. inter virū & vxorē. Sed ſic eſt nunc ꝙ ad euitandum delicta nondum cōſummata ſed conſummanda permittuntur multa quę aliàs nō permitterent. quod ſic probatur, nā certū eſt, † ꝙ par in parem nō habet imperiū. tex. in l. ille à quo. §. tempeſtiuū. ff. ad Trebel. text. in c. innotuit. de elec. cum vulg. & tamen in crimine committēdo, vt euitetur, vel vt illi obuietur, inferior corrigit ſuperiorem. gloſſ. eſt notabilis in c. ij. de hæreticis, in vj. ¶ Secundò probatur, certū enim eſt animalia irrationabilia ſubiecta eſſe homini, vt habet Geneſis. j. Creſcite & multiplicamini, & dominamini piſcibus maris. & etiam apud pſalmiſtam. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. & per cōſequens videtis ꝙ non eſt licitū animali irrationali corrigere hominem. tamē habemus Numeri 22. de quo tranſumptiuè in c. nos ſi incompetenter. ij. q. vij. & in c. ſecuti ſunt. §. idem cum Balaam. ij. q. vij. & in c. cum ex iniuncto. de hæreticis. ꝙ ab aſina fuit reprehenſus Balaam propheta, ſeruulus Dei ſupremi, vt delictum per eum conſummandum euitaretur. ¶ Tertiò probatur, † quia ſacerdos poteſt reuelare delictum committendum ſibi dictum in confeſſione, ſecundū Inno. in c. omnis vtriuſq; ſexus. de pœni. & remiſſio. etiam ſi iurauerit tenere ſecretum. gl. eſt no. & ſingularis in c. nerui. xiij. diſtin. & hoc vt obuietur peccato conſummando. ¶ Item alia ſimilitudine probatur: nā certum eſt † ꝙ non eſt licitum laicis capere clericum delinquentem, ſi tamē delictum nondum ſit cōſummatum, ſed eſt delictum conſummādum, vt tale delictum euitetur, licitum eſt laico capere clericū. ita tenet dominus Franc. de Aret. in c. cum non ab homine in iij. col. de iudiciis.

48

Homini oēmnia ſubiecta.

Balaam ab aſina correptus.

49

50

ALias octo vel nouem deciſiones ad probationem iſtius aſſumpti adducere poſſem, quas cauſa breuita-

BIU Cujas

51 Recedē dū à iure vt delicta euitentur.

breuitatis omitto,& eas alibi ponam. † Si ergo licitū sit in multis recedere à regulis iuris cōis vt delicta eui tent,licitū erit in casu nostro recedere,cùm si hoc fiat delicta quæ cōmittent per tales donationes euitabū tur:nec obstat ꝙ dicitur,ꝙ iuramētū istud facit ꝙ statutum concernit periculum animarum,quia tunc sequeretur ꝙ iuramentum esset vinculum iniquitatis.

Tertia opinio.

ALiam opinionem inuenio & tertiam ordine quę est, videlicet ꝙ statutum factū directo super tali cōtractu iurato nō valet,puta in casu nostro, sed si esset factum per indirectū,puta si dicatur,quia quomodocunque fiat talis cōtractus præsumitur simulatus, tunc tenent omnes ꝙ tale statutum valeret, & ꝙ non posset talis contractus validari iuramento. probatur per gl.singularē in l.ab emptione.C.plus valere quod agitur,quàm quod simulatè cōcipitur. quam gl. dicit esse singularem Ang.ibi,& vide Iaſ.de ea in d.authen. sacramēta puberum.in vlt.col.C. si aduersus vēditionē.& idem Iaſ.in §.fuerat.in xxj. col.instit.de actio.& in l.nemo potest.post Alex.ibi.ff.de leg.j.& in l.iusiurandum quod.§.procur.ff.de iureiur. cum concordātiis alleg.per eos ibi.& per Feli.in c.ad nostram in vij. col.de iureiur.vltra quos allego Ang.in l. j. C.de dote cauta non numerata.Iaſ.in l.non dubiū.in ij.col.C.de legi.Angel.de Aretio instit.de emp.in princ. in xxxix. col.Cæpolam in tractatu de simulatione cōtra. in vij. præsumptione.Bal.in l.j.C. de oper. liberto.imò fortius tenet Bal.in l.rogasti.§.si tibi.in vlt. col. ff.si cert. pet.ꝙ qñ iuramentū apponitur super tali cōtractu,nō indiget rescisione. & idē Bald. in l. nec patronis.C.de oper.liber.ad fi.& illud dictum refert Felin. in d. c.ad nostram.multa alia ad istam gl. adducere possem, sed quia non multum ad propositum, ideo non insisto. ¶Iste est propriè casus qui ponitur per Io.San.in consue.Turo.tit. *des succeßions de gens roturiers.* arti. viij.in gl.j.in ver.ibi,hîc quæro.vsque ad finem.

Cōtra tertiam opinionem.

SEd mihi videtur quòd ista tertia opinio nō potest sustineri.primò,nam vt dicit Bal.in l.fin.in vlt.col. C.sine censu vel reliquis.qui allegat Host.& Io. And. in c.postulasti.de foro compe. illud † quod prohibitū
52 est vna via,alia non debet cōcedi.¶Item etiam† quod
53 non potest fieri directò, non potest fieri per obliquū seu indirectum. probat text. in l. verbis ciuilibus de vulg.& pupil.

ITem paria sunt vel ꝙ contractus non possit validari iuramēto,vel ꝙ sit simulatus,vt suprà dixi per gl. in d.l.ab emptione.imò,vt dixi,ista ęquipollent:† sed nō
54 refert quid ex æquipollentibus fiat.l.iij.C.de instit.& substit.¶Item sequeretur vnum aliud, quia si istud esset verū,sequeretur ꝙ lex esset imposita verbis, quod est contra l.ij.C.communia de legatis.& per ista mihi videtur quòd ista opinio non potest sustineri.

Opinio quarta.

QVarta opinio est, quæ mihi videtur vera in casu nostro scilicet ꝙ statutum nostrum seu consuetudo non tollit iuramentū,sed ratione consuetudinis potest cogi pars iurans,imò tenetur petere relaxationem à iuramēto,& sic isto casu cōsuetudo talis excusabit à pœna æterna ratione absolutionis : per consequens nō obstabit.gl.in c.de nique.iiij.distin.& sic nō tollit potestatem ecclesiæ quam habet circa iuramētum.& ista videtur mihi vera, & de facto practicatur, & illam putabam inuenisse,nisi postmodùm legissem Iasonem in d.l.fi.ff.qui satisdare cogantur.

Opinio quinta.

ALiam opinionem inuenio, quæ fuit Barto. in d. authen.sacramenta puberum.ꝙ aut verba statuti prohibent personā,vt in casu nostro,& tūc valet: aut prohibent rem,& tunc nō valet.sed quia ista communiter & ab omnibus reprobatur,ideo nō insisto. ¶Ne tamen sic sicco pede videar pertrāsire circa istam nostram cōsuetudinem,illā defensare volo duobus fundamētis,& hoc erit pro mea sexta opinione & noua, quæ si bona vobis videatur,non mihi, sed omniū bonorum largitori attribuatur.

Opinio sexta.

ERit ergo opinio ꝙ talis nostra consuetudo est valida,& iuramētum in tali donatione contra consuetudinem nostrā appositum nihil operabitur : imò de prędicto iuramēto non est necesse ꝙ absolutio aut relaxatio petatur: & hoc non ꝙ ista consuetudo istud operetur, sed ꝙ nostra cōsuetudo fuit ab antiquo tēpore tolerata per superiores iudices ecclesiasticos,qui super iuramento habent potestatē dispensandi,& propterea ratione istius tolerātiæ censetur esse dispēsatū
55 super hac nostra cōsuetudine per eos,† cum tolerātia superioris inducat dispēsationē.gl.no.in c. quia circa. de consanguini. & affinita. facit illud qđ dicit Abbas in c.cum olim.in ij.col.de cleri.coniuga.† ꝙ si constitutio papæ à principio cōmuniter nō recipiatur, ipso
56 papa sciente & tolerante, ꝙ talis tolerantia excusat à peccato.de quo per Iaſ.in l.rem non nouam.in ij.col. C.de iudi.& per istud est data alia solutio ad gl.in d.c. denique.iiij.distinctione.

55 Tolerātia superioris inducit dispēsationem.

ET quòd in tali nostra consuetudine adhuc nō requiratur absolutio à iuramento per episcopum, probo vno alio modo quasi incidēter,nam dicit Ang. in cons.suo clx.in prima parte,† ꝙ quādo contractus
57 est nullus,non est necessaria absolutio à iuramēto super eo,imò dicit Bal.in l.j.C.de oper. libe. quòd sufficit declaratio iudicis,qui declarabit contractum nullum : sed sic est quòd cōtractus donationis factus inter virum & vxorem contra nostrā cōsuetudinem est nullus.arg.l.de quibus.ff.de legi.& argum. l. non dubium.C.de legi. imò dicit Bal.in d. l. j. quòd miratur de canonistis qui reuocant istam relaxationem ad suū imperium.

ADde quòd vbi est iuramentum, nihil potest fieri contra contractum, nec probari etiam de dolo, nisi prius habita fuerit dispensatio seu relaxatio super illo,vt dicit Ioan.Milis in suo repertorio, in verbo,iuramentum relaxari.allegans Oldr.consil.cxix. & Rotam decisio.ccccclxxxiiij.

AD illud tamen quod dicit de tolerātia obstat vnū forte contrarium, quia cum consuetudo sit quid facti,per text. in c.j.de constitutio.in vj.ideo superior præsumetur illam ignorasse,& sic non poterit esse tolerantia. ¶Sed dic ꝙ eo ꝙ est consuetudo vulgata & notoria, ideo superior præsumitur eam scire.Iaſ.in l. imperium.in vij.col.ff.de iurisdictio.om.iudic. ¶Item etiam erit valida,eo ꝙ solum disponit super iuramēto præstando, & non præstito, prout in terminis tenet Dominicus de sancto Geminiano in c.quanuis.de pactis,in vj.vbi dicit,† quòd laici non possunt disponere
58 super iuramento præstito, sed bene super iuramento præstando.Et ita tenet Hippoly. de Marsil. singul.suo cxciiij.Magna est differentia.vbi multa dicit, & quod differentia est inter ius quæsitum & ius quærendum. ¶Vide Felin.in c.super his.in ij. col. de accusa. qui allegat Bal. in quodam consi. quod est xj. inter consilia Anchara. vbi tenet quòd laici non possunt statuere super iure quæsito ecclesiæ, sed bene super iure quærendo. †

NVnc venio ad riuulū nostræ cōsuetudinis, & dico ꝙ non solum est consuetudo laicorū, sed etiā est consuetudo personarū ecclesiasticarū.quæ nō solū est tolerata per episcopos & alios viros ecclesiasticos,

verùm

verũ expresse approbata: nã scitis q̃ cũ prædictæ nr̃æ cõsuetudines primò à nũc recolẽdæ, & bonæ memoriæ illustrissimo Philippo Burgũdiæ duce in scriptis redactæ, † tres status patriæ, puta status ecclesiasticus, status nobiliũ, & status plebis fuerũt cõuocati, vt patet in proœmio nostrarũ cõsuetudinũ: qui quidẽ tres status dixerũt & approbauerũt cõsuetudines nostras factas & redactas per quosdã deputatos, qui quidẽ deputati fuerãt tã à viris ecclesiasticis, quã aliis hoĩbus illius patriæ, faciẽtes alios duos status: postea serenissimus Rex Frãciæ & Cristianissimus, q̃ post ducẽ Carolũ successit in ducatu, licet cõfirmauerit, & licet adhuc cõfirment hodie singuli reges, nõ tñ sine approbatione prædictorũ virorũ ecclesiasticorũ & aliorũ, imò si cõfirmarent, non obstaret: quia qui confirmat, nihil de nouo dat. l. & quia. ff. de iurisdi. om. iud. Ecce ergo qũo ista nostra cõsuetudo nõ solũ est cõsuetudo laicorũ, sed laicorũ & ecclesiasticorũ promiscuè & simul: quę quidẽ valet, licet etiã sit super iuramẽto, maximè cùm iusta cã rationabilis sit, vt suprà dixi. ¶ Sed nũc ego habeo † q̃ cõsuetudo inducta in loco tam per laicos quã clericos est valida & seruãda, ẽt si sit inducta super his quæ nõ sunt in potestate laicorum ita est tex. in c. ad nostrã. de probationi. quem ad hoc põderat Io. de Imol. ibi, & post eũ tenet do. Ant. de But. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in pe. col. de cõsti. quẽ postea sequitur Feli. ibi, in xxix. col. Istam tenet Alex. in cõsi. xcj. in vlt. col. in j. vol. & Franc. de Aret. in c. q̃ clericis. in vlt. col. de foro cõpe. Et ista sunt quæ mihi videtur pro responsione obiectorũ per do. meũ Ludouicũ de Soubterrã cõtra cõsuetudinẽ superius relatã, & si ista nõ sufficiant, subiicio me correctioni vestrę. ¶ Sed posito q̃ ista consuetudo debeat ẽt seruari quo ad laicos in foro seculari, nunquid debeat etiã seruari in curia ecclesiastica, etiã quo ad clericos, etiã primæ tonsurę, qui possunt vxorari, & qui gaudere debẽt priuilegio fori? Cogita ex his q̃ dicit Boërius in cõsue. Bituricen. ti. de iurisdi. om. iud. §. xj. in j. gl. Et cogita vltra dicta per eũ, q̃ hæc cõsuetudo est nõ solũ inducta p laicos, imò etiam per viros ecclesiasticos, vt dictũ est ante. igitur.

ADuerte etiã ad vnũ, q̃ ista consuetudo non videtur habere locũ nisi in casibus in quibus episcopus potest dispensare, & nõ in casibus in quibus solus papa potest super iuramẽto dispensare, vt in iuramẽto quod est inter clarissimas personas, in quo solus papa dispẽsat, & nõ episcop⁹. c. venerabilẽ. de electio. & ibi Pan. & Barba. in cons. liiij. in x. & xj. col. quia huic cõsuetudini nõ cõsensit summus põtifex, nec illã approbauit, cũ illã ignoret. c. j. de cõsti. sed solũ episcopi patriæ, qui fuerũt congregati tanquam existẽtes de vno statu ex tribus qui potuerũt consentire quo ad ea quę sunt eorũ potestatis, & non quo ad ea quæ solus summus pontifex potest.

ADuerte ẽt quia istud est iuramentũ cõfirmatoriũ cõtractus, q̃d solet validare cõtractus aliàs de iure inualidos. & istud iuramentũ habuit effectus secũdum diuersa tempora: nam primò secũdum ius digestorũ, & ẽt ius antiquũ C. si cõtractus erat inualidus, vel poterat inualidari, tale iuramẽtum non reddebat ipsum validũ, nec etiã remouebat remediũ inualidandi, quia cũ sit accessoriũ, non videbatur rationabile q̃ per ipsum confirmaretur principale: imò non valente principali, nec etiã accessoriũ valet. & ita est casus in l. non dubiũ. C. de legi. & in l. iurisgẽtiũ. §. fi. ff. de pac. & in l. si quis in quilinos. §. j. ff. de lega. j. & hoc si actus nõ valebat (vt dicebat) nec alio modo valere poterat sed si poterat quoquomodo valere, iuramentũ operabatur, vt valeret eo modo quò valere põt. l. cum pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. ij. Secundũ fuit tempus de iure C. modernioris. & hoc iure reperit auctus & augmẽtatus effectus iuramẽti: quia si cõtractus erat validus, sed poterat inualidari priuilegio minoris ætatis p restitutionẽ in integrũ, tale iuramentũ remouebat talẽ modũ impugnandi. l. j. C. si aduersus vendit. Si autẽ erat nullus, vel alio modo poterat impugnari, nõ reperiebat hoc cautũ, & sic erat standum iuri veteri. l. non dubiũ. C. de legi. ¶ Tertiũ fuit ius authẽticorũ, de quo in auth. sacramẽta puberum. C. si aduersus ven. & hoc erat tãtũ q̃n contractus erat nullus rõne minoris ętatis, sed alio casu nõ reperiebat iure cautũ q̃ iuramẽtũ validaret. ¶ Quartũ ius † fuit ius canonicũ q̃d vult indistinctè iuramẽtũ seruari quatuor cõcurrẽtib. Primò q̃ poterit seruari sine peccato ipsius iurãtis. c. cũ contingat. de iureiu. Secũdò q̃ non sit contra vtilitatẽ publicã principaliter. c. si diligẽti. de foro compe. Tertiò, q̃ non sit contra bonos mores. c. non est obligatoriũ. de reg. iur. in vj. Quartò, q̃ non tendat ad præiudiciũ tertij. c. ij. de pac. lib. vj. Et de his vide Pau. de Cast. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. vbi satis ad plenũ per eũ, vbi addit quintũ casum in quo de iure canonico non est seruandum, nec confirmat contractum. s. quando contractus est simulatus. gl. in l. am emptione. C. plus valere quod agitur. do. meus. Ias. in l. ij. in pen. & vlti. col. ff. de iureiur. in l. non dubium. in ij. col. C. de legi. l. nemo potest. in viij. col. ff. de leg. j. in §. fuerat. in xxj. col. & in §. item si quis in fraudem. in ij. col. institu. de actio. in l. ea quæ. in ij. col. C. de transac. & idẽ dic etiã si non interuenit simulatio sed falsitas. do. meus Ias. in l. si ex falsis. C. de transactio.

† tres status patriæ qui sint.

60 Iuramẽtum iure canonum quãdo seruandum.

IN TEXTV IBI,

S'autrement par traicté de mariage il n'estoit entre eux conuenu.

NVnquid ista conuentio facta in contractu matrimonij de iure valeat, vide Boërium in sæpe expressis consuet. Bituricen. tit. de consuet. matr. & doharij. §. j. in viij. & ix. col. ibi, sed si fiat pactum inter coniuges. & vide eundẽ eodẽ ti. §. v. vbi quærit, si quis maritauerit filiam suã, & promiserit non auantagiare alias filias, an valeat hæc promissio. vide ibi eundem.

SEd quæro, qualiter istud procedat? & sic est videndum qualiter per partes possit prouideri, cũ statutum istud sit prohibitiuũ & in ratione sui, † & legis ad statutũ, & iuris scripti ad nõ scriptũ, q̃d est cõsuetudo, bonum est argumentum cum à pari procedant. §. ex non scripto. insti. de iure natura. gen. & ciui. Bald. in rub. hîc finitur lex, deinde regni consuetudines incipiunt. in vsibus feudo. & dicit Bartol. & doc. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. j. C. quæ sit longa cõsue. & est quoddam ius publicum vt lex. l. leges generales. C. de legibus. sed iure publico pacto priuati renuntiari non potest. l. ius publicum. ff. de pac. l. si quis in conscribẽdo. C. de epis. & cle. & C. de pac. l. iurisgẽtium. §. si paciscar. & in §. quia vero. aut in §. si vnus. & §. pacta. ff. de pact. & l. fin. ff. de pact. in §. quia vero. in authen. vt sine prohibi. matres &c. colla. vij. Aliquid per Bartol. in quæstione per eum disputata, incipiente, Lucanæ ciuitatis. sed amplè per eum, Bald. & Salice. in d. l. si quis in cõscribendo. sequitur, quia cũ disponatur per statutum in hoc articulo, non attingendo articulum, quia diffusus est, & satis habetur vbique per doct. tractatus: pro nunc quantumad propositum nostrũ respondeo huic obstaculo, quòd esto quod secundum distinctionem vbique factam de tali renuntiatione

1 Arg. ad ale. ge ad statutum.

Iuramentũ cõfirmato rium cõtractus.

esſemus

essemus in casibus in quibus debēt valere iure impediēte, talis renūtiatio est cōtraria iuris dispositioni, tñ ex quo lex prohibēs restringit suā prohibitionē contrariū disponendo, & sic determinādo, cū licet ita sit de iure ꝙ introduxit ꝙ nō valeāt tales actus, tamē ex quo restringēdo p istā vltimā particulā disponit posse ex cōuētione partiū valere, licet talia sint cōtra ipsius iuris sic disponētis ordinationē, qa hoc lex permittit, valebit talis permissio. allegādo pro hoc textū, & quæ ibi voluit Bal. in l. nō dubiū. C. de legi. & isto casu erit verū dicere nō obstare contrariū, quia partibus aliter volentibus cessat prohibitio dispositionis, & est verū dicere hoc potuisse fieri ex partiū cōuētione, & legis dispositione. & huic solutioni pōt applicari illa quam hēt dispositio huius statuti, de qua hīc fit mentio, quę non respicit principaliter, & in totum vtilitatē publicam, sed ēt & mulierū cōiugatarū, & aliquādo in certis casibus eorū odiū, & fauorē propinquorū, ex quo sequitur ꝙ modus in præfata distinctione declaratus potuit pacto priuatorū dispōni. ¶Sed an satis sit filiæ reseruatum, si fiat in cōtractu matrimonij pactum ꝙ matrimonium reguletur secundū dispositionē iuris scripti aut cōmunis, siue fiat talis contractus in patria iuris scripti, siue fiat in hac patria ducatus Burgūdiæ, quæ est cōsuetudinaria? quo ad hoc cōsului in casu emergēti & tenui ꝙ partes possunt recedere à statuto, & redire ad ius cōe, vt tenet do. meum Ias. in l. properandū. in princ. C. de iudi. & maximè si fiat per extraneū qui nō est de patria, qui nubat alicui de patria huius ducatus, nō est dubiū ꝙ quo ad eū valebit talis cōuentio, quia nō erat tēpore cōtractus subiectus consuetudini, ideo potuit opponere in suo contractu talē conuentionē quā voluit, maximè se reducendo ad ius cōe, ad quod erat adstrictus, & non ad consuetudinē localē, quā ignorabat: & etiam quia ex quo reducitur ad ius cōmune, in hoc est tacita reseruatio seu cōuentio, ꝙ aliter possent inter eos donare quā dictet cōsuetudo, capiēdo verba cōsuetudinis hīc ante dicta in hac gl. quæ dictant, nisi aliter sit cōuentū, quæ sunt genetalia, ideo ex quo aliter cōuentū est quā dictet cōsuetudo, scilicet ꝙ fiat scdm quod iure scripto fieri pōt, sumus in casu cōuentionis aliter quàm per cōsuetudinē, & ideo stante tali clausula valebit donatio inter virū & vxorē secūdum dispositionē iuris communis, scilicet si fuerit iuramēto vallata, aut fuerit reciproca, aut aliàs secundum quod de iure permittitur.

2. *Limitatio consuetudinis.* ISta est ergo † vna limitatio ad cōsuetudinem quam ponit ipsa cōsuetudo. s. quando conuentū est inter coniuges in contractu matrimonij ꝙ possint sibiipsis donare, Vel ꝙ possint aliter facere quàm dictet consuetudo in donādo secundū ius commune. quod satis est. ¶†Sed posset dubitari, an istud verbum, ***entre eux conuenu***, referatur tantum ad maritū & vxorē, an verò ad parentes qui debēt esse præsentes in contractu matrimonij, & si fiat ista cōuentio per maritū & vxorem tantū in contractu matrimonij absque consensu parētum succedere debentiū virtute talis conuētionis, maritus & vxor possint postea sibiipsis facere donatiōes: videretur ꝙ non, quia ratio statuti nostri seu cōsuetudinis est, ꝙ consentire debeāt parentes propter spem successionis, cū dicat tex. nostræ cōsuetudinis, ***les prochains parens qui doibuent succeder***. per ea quę dicit Bar. in l. trāsactionē. C. de trāsac. s. alleg. ergo hæc rō semper militat in contractu matrimonij. & idē est dicendum. s. ꝙ parentes in dicta conuentione fienda in cōtractu matrimonij debent consentire, aliàs videtur ꝙ talis cōuentio nō valeat. ¶Et facit, quia verba vltimò posita debent æqualiter determinare ambo capitula præcedētia, vt dicit Bar. in l. cēturio. ff. de vulg. & pup. subst. faciūt ea quæ ibi ponit do. meus Ias. col. xviij. ꝙ qualitas posita in fine quæ restringit, ad omnia superius mentionata refertur, vbi dicit ēt facere ꝙ relatiuū qualificans refertur ad omnia præcedētia, etiā ꝙ hoc nō patiūtur per regulā grammaticalē. ¶Sed veritas est in cōtrarium, quia ex quo cōsuetudo nostra est stricti iuris, & nō requirit ꝙ cōsensus cōsanguineorū præstetur in contractu matrimonij, qñ fit talis conuētio, ideo nec nos interpretari vltrà debemus, nā solum donatio ꝓhibetur inter eos constāte matrimonio, qñ aūt contrahitur matrimoniū nō est dubiū ꝙ non sunt adhuc cōiuges, & ideo nō pōt dici ꝙ sit donatio inter virū & vxorē. Nec est dicendū ꝙ hæc verba in fine posita referant ad oīa posita in principio secūdū doctrinā Bart. in l. j. C. de lib. præteri. & in l. iij. §. filius. ff. de liber. & posth. & Alex. in l. si idē cum eodē. ff. de iurisd. om. iud. quia etiā vt dicit tex. in l. ex facto. & ibi glo. & doct. ff. ad Trebel. †clausula seu dictio, eius, in fine posita nō refertur od oīa præcedētia, cū si noluerit testator ꝙ domus sua remaneat ad vsum & habitationem dñæ Agnetis vxoris ipsius testatoris toto tēpore vitæ illius ipsa remanēte in viduitate, & post mortē ipsius ad hæredes eius & successores voluit peruenire: ꝙ dictio eius, refertur ad hæredes testatoris & nō vxoris, & hoc est, quia præsumitur ꝙ verbū eius referatur ad incommodū proferentis & nō alterius, vt vidētur tenere Bar. in l. cū in testamēto. ff. de auro & argen. leg. Alex. in consi. lvj. in j. vol. repet. in consi. xxiij. in ij. vol. Hipp. de Marsi. in singulari suo xxj. Aliàs interrogatus. Cū ergo in cōtractu matrimonij sint contrahentes de quorū præiudicio agit̄, & sint ipsi cōtrahentes qui loquunt̄, intelligit̄ de cōuentione illorū, & nō alterius tertij. ¶Posset adhuc sustētari prima opinio, & dici ꝙ hæc qualitas in fine posita debeat referri ad oīa præcedētia, vt dicit do. meus Ias. in l. cēturio. col. xviij. ff. de vulg. & pup. substi. vt dictū est, etiā †quia vna determinatio respiciens plura determinabilia determinat ea æqualiter, vt dicit idem do. meus Ias. in l. iam hoc iure. in pen. col. ff. de vulg. & pupil. substit.

4 *Eius dictio.*

ADuerte etiā quia dictio, erga, appositа in contractu viri & vxoris pro se & filiis eorum, extenditur etiam ad filios vtriusque matrimonij, eo ꝙ principalis contractus recipit singularitates: Ita & etiam accessorium, vt dicit Bal. in auth. qui rem. C. de episc. & cler. quia etiam commune votum parentum concurrit, vt dicit idem Bald. in l. j. C. de priuile. dotis. in iij. col. idem etiam tenet Soci. in l. cum vir. ff. de condi. & demonstratio.

6 *Qualitas fiēda fuit conuentū.*

SEd quęro, †maritus & vxor in cōtractu matrimonij faciunt conuētionem de qua hīc quomodo debet fieri, an videlicet debeāt dicere, ꝙ possint sibi inuicem talia & talia donare & taliter, an verò sufficiat dicere, quòd possint donare sibi inuicē? Bal. in l. fin. ff. de negot. gest. in fine, dicit ꝙ sufficit ꝙ mulier habeat consensum à parētibus de testando, aut donando marito, & non est opus alia specificatione. & hoc nota, ideo etiam sufficit conuentio in genere, quòd possint donare inuicem &c. ¶Sed si maritus & vxor fecerunt donationem alicuius partis bonorum, puta tertię aut dimidiæ post eorum mortem, videtur quòd nō intelligatur hæc donatio etiā de futuris, ex dictis Bart. do. mei Ias. & Iac. de S. Georg. in l. fi. C. de pact. & iis quæ dicit Bal. in l. nulla. in prin. C. de iure dotiū. vbi etiam dicit Bal. vnum singulare, ꝙ si mulier in cōtractu matrimonij det aliquid marito, videtur dedisse in dotem,

3 *Nota.*

BIU Cujas

tem,& nõ aliàs,nisi aliàs constaret ꝙ aliquid esset datum nomine dotis,quoniã datũ vltra dotẽ nõ præsumitur esse datum nomine dotis.¶Et aduerte,qm̃ in istis est habẽda cõsideratio an maritus sit dignus tãta dote,vt dicit ibi Bal. quæ omnia intellige, nisi aliud cõstet de mẽte & volũtate cõtrahẽtiũ,vt puta,quia faciũt donationes inter eos in cõtractu matrimonij de aliqua parte bonorũ,cũ donãt ꝑ se & hæredibus, qm̃ ex quo est cõtra natutã dotis,quæ nõ est trãsitoria ad hæredes mariti,sed soluto matrimõio repetitur:ideo hoc casu non præsumitur data in dotem sed purè & simpliciter.& ita consului in contingentia facti.

7 Maritus remittere potest vxori fructus dotis.

LImita secundò†hãc nostrã consuetudinẽ, scilicet quãdo maritus remittit vxori fructꝰ suæ dotis. de quo est tex.in l.vir vsuras.ff.de dõ.inter vir.& vxo. de cuius intellectu vide do.meũ Ia.in l.de diuisione.in v. & vj.col.ff.sol.matri.& in §.fuerat.Insti.de ac.& tamẽ habemꝰ,†ꝙ remittere est donare,imò prohibitus donare prohibetur gratis remittere.Bal.& Sali.in l. j. C. de pac.Soci.cõsilio cxiiij.qđ incipit, viso testamento dominę Marianę.in ij.col. dixi suprà de hac limitatione in prin.huius §.& intellige quando eadẽ vxor tantum remittit marito vt fiat reciproca remissio. Lud. Ro.consil.ccccxvij.in antepenul.& vlt.col. quæ nota cùm sint multùm ad propositum facientia.

8

9 Et quæ obseruanda sint vxori donare possunte.

LImita tertiò istam cõsuetudinem†non habere locum in his quę eis obueniũt ex forma statuti, qa possunt donare:nam cùm aliquid ad eos peruenit ex forma statuti,si illud donãt,cum per hoc diminuitur patrimonium,quo casu solùm est prohibita donatio inter eos,scilicet ne diminuant patrimonium: potest poni exẽplum,si mulier donat marito dimidiã partẽ acquisitorum quæ sibi ex forma statuti obueniunt,& non sunt de suo patrimonio,cùm dos sit patrimoniũ. Ad prædicta faciunt quæ dicit do.Soci. in suo consil. cxiiij.in iiij.col.in j.volu.Ita in terminis tenent do.de Rota decisione Dcccliij.in antiquis.

10

LImita quartò † non habere locũ, quando mulier renuntiat marito donationem eidem factã, nõdũ per eã acceptatã:quia tũc solẽnitas quæ requiritur in cõtractibus mulierũ, scilicet cõsensus propinquorũ, non requiritur in illa renũtiatione.Ita in specie decidit do.meus Ias.in l.non solùm.§.morte.in xij. col.ff. de noui ope.nunt.& Feli.in c. quæ in eccleſiarum. in xvij.col.extrà, de constit. De aliis limitationibus dixi suprà in prin.huius consuetudinis.

11

LImita quintò†scilicet quãdo vxor donat marito vt filiam communem maritet,vel simpliciter donat,& postmodum donatum conuertat in dotẽ filiæ communis.tex.est ad literã in l.siue vxor marito.ff.de do.inter vir.& vxo.quã dicit esse singularissimã Fran. de Crema.in sing.iiij.incip.quãquã donatio.& notanter dicitur de filia cõmuni,quia si esset filia mariti tantùm ex alia vxore , quia onus dotãdi spectat ad patrẽ hoc casu,cũ tẽderet in vtilitatem mariti,non valeret.

11 Maritus an possit filio substituere vxorem.

SEd adhuc†quæro,& pro vltima limitatione, certum est ꝙ maritus nõ potest instituere vxorem.nũ quid possit instituere filium hæredẽ,& ei substituere vxorẽ?videtur ꝙ nõ , quia per hoc videtur fieri fraus legi.contra.l.scire oportet.ff.de excusa.tut.& l. fraus. & l.contra.ff.de legi.sed in specie decidit contrarium Albe.de Rosa.in secunda parte statutorũ.q.cxij. inci. statuto cauet ꝙ nullꝰ possit relinquere vxori. istud latè examinat do.meus Ias.in l.si is qui,*la premiere*. ff.de vulg.& pup.substi.per regulã illius tex. vbi habetur,

13 †ꝙ prohibitus succedere patri , non prohibetur succedere fratri,etiam ex dispositione patris : sic vxor ꝑhibita succedere per statutũ nostrum marito, non ꝑhibetur succedere filio,etiam ex dispositione mariti, †cũ quãdoq; quis cõsequitur per aliũ,qđ per seipsum consequi non potest.l. Aristo.in fi.ff.quæ res pig.obli. possunt.l.ij.& ibi notatur.ff. de admi.rerũ ad ciuita.p tinentiũ.¶Lucas de Pẽna in l.mulieres. C. de incolis, li.x. ponit xvj.casus in quibus valet donatio inter virũ & vxorẽ,quæ sunt limitatiões ad regulã prædictã. Et licet istæ prædictæ limitationes habeãt aliquã aparẽtiã, tñ mihi videtur ꝙ in hac patria virtute huius cõsuetudinis nõ habeãt locũ:& ꝙ donatio in hac patria inter virũ & vxorẽ sit tãtũ permissa in hoc casu,s. qñ conuẽtũ est inter partes , quia exceptio firmat regulam in nõ exceptuatis.Et aduerte ꝙ ista reseruatio operatur tantũ ꝙ possint facere donatiões reciprocas aut causa remunerationis,& quãdo fiũt reciprocè seruata æqualitate,aliàs non valẽt,vt tenet Anto. de Petrutia in suo tractatu de effectibus iuramẽti,ĩ secũdo effectu.Et ista inæqualitas respicit tã bona, quàm tẽpus vitæ vtriusq; præsumptiuè,ad minus ꝙ præsumat vterq;tantũ viuere:quoniã si vnus esset in infirmitate cõstitutus,tali infirmitate de qua moriatur , & faciũt tũc donationẽ reciprocã,præsumitur fraudulẽta.arg. eorũ quæ dicit Albericus de Rosa.in l.oẽs.§. Lucius. ff.quę in fraudem creditorũ.& dixi s̃.in §.iij. huius ti. in gl.*des heritages acquis.*& istud est verũ de requisitis in reciprocatione ꝙ non sit fraus.neq; dolus : qa hoc casu esset inæqualitas quæ vitiat,secundum dictũ Antõij de Petrutia. Et aduerte ꝙ ista reciprocatio nõ est bona,nec vera reciprocatio quãdo sibi ĩuicẽ faciũt donationes superuiuẽti , ita ꝙ tantum superuiuẽs lucratur,& non mortuus,quia requiritur ꝙ vterq; participet de dõatione,siue viuat,siue moriatur , aliàs nõ est vera reciprocatio,& tamẽ in Gallia abutimur huiusmodi reciprocatione.¶Dicit tamẽ ꝙ si interueniat iuramentum,ꝙ tales donationes etiam inæqualitatẽ continentes validabuntur,nisi versetur præiudicium tertij,vt pote liberorũ primi matrimonij. secũdum l. hæc edictali.C.de secũdis nuptiis.quia non valet cõtra illam l.Facit quod dicit Lud.Rom.cons. suo xliiij. incip.ex suprà narrato.Faciunt quæ dicit Soci. in cõs. xxxv.in iiij.vol.& Franc.Curt.in consi. lxxviij. & do. meus Ias.in authen.præterea.C. vnde vir & vxor. vbi quęrunt an per statutum illa lex tolli possit.& tenent ꝙ non,nisi expresè dicatur, non obstãte tali lege.qđ fit per hanc consuetudinem:nã illa lex est introducta propter iniuriam quę fit filiis primi matrimonii,quę iniuria non tollitur per hãc consuetudinem , ideo nõ cassabitur seu annullabitur donatio facta contra illã legem defectu conuentionis nõ factæ,sed ea ratione, quia nõ est sublata iniuria facta filiis primi matrimonij.sicut in simili dicitur ꝑ gl.in l.nulla.C.de iure dotium.quæ bene ponderata multum facit in hoc casu: quoniam vt dicit d.l.nulla lege ꝓhibitum est vniuersa bona dare in dotem ꝙ tamen si dederit mulier trãsiens ad secunda vota vniuersa bona in dotem. quòd reuocabit, secundum l. hac edictali. suprà alleg. quia hoc casu illa lex nõ tollit iniuriam factam filiis, sed solùm tollit illud obstaculum de donatione vniuersorũ quæ alio iure videbatur prohibita. Ex quo ista consuetudo loquitur simpliciter nõ tollit dictam legem, hac edictali,vt tenet etiam Decius in cõsilio suo. xix. quem vide. & ita etiam tenet Alciatus in j. libr. de verb.& rerum signifi. in xij.folio. sed in fol. xiij. dicit,quòd est verum,nisi sit terminus generalis , puta omni casu,in quo non video magnam rationem ex supradictis. ¶Et facit , quia ex quo est eis permissum

BIU Cujas

in vim huiusmodi reseruationis contra consuetudinē intelligitur tamen permissum secundū quod ante cōsuetudinē ex dispositione iuris erat permissum,& nō plus quoniā ex quo etiā cū iuramento nō valebat donatio inter virū & vxorē,& ꝙ hoc sit permissum hoc casu si fuerit reseruatū : intelligiē ergo ista reseruatio in casu in quo aliàs de iure valeret,ſ.qñ est reciproca, aut causa remuneratiōis,arg.l.si quādo. & ibi not.C. de inoff.test.consului in casu emergenti. ¶ Aduerte etiā,ꝙ si in talibus donationibus inęqualitatē continē tibus interueniat simpliciter iuramentū,adhuc poterunt per donātem reuocari:secus si instrumentū contineat expresse ꝙ promittit donās cū iuramento non reuocare.ita dicit & declarat Bal.in l.ij.col.ij.ver.iuxta prædicta.ff.de iure.& Ant.de Petrutia in repet.l.j. ff.de iureiur.in ij.effectu iuramenti. ¶ Intelligitur etiā ꝙ valebit per reseruationē si fuerit iuramentū appositum,aliàs nō,cùm de iure sine iuramento nō valeat, vt dictum est antè,in gl.*supposé*. quia ista cōcessio intelligitur secūdum ius,& non aliàs, vt dixi,igitur. Ex quibus & pluribus aliis in facti cōtingētia dixi,ꝙ donatio facta per nobilem virum Claudium du Boz dominū dicti loci & de Cōmunes, Guliermæ de sainct Poin eius vxori in suo testamēto,de vsufructu omniū suorum bonorum,& multa alia in vtilitatem dictę eius vxoris facta in ipso testamento dicti domini Claudij,ex quo non fuerunt iurata,nec reciproca, licet in eorum contractu matrimonij fuisset reseruatum,non valebant, nec erant alicuius effectus.

ADuerte etiā, ꝙ in casibus in quibus valet dōatio inter virū & vxorē,si fiat donatio ꝑ maritū vxori,habet in se tacitā cōditionē ex natura dōationis, ſ. si vxor superuiuat post mortē mariti donātis, ex quo si vxor donataria prēmoriat ei⁹ marito viuēte,& supstite talis dōatio resoluit,vt est casus in l.à marito. C. de dona.inter vir.& vxo.ad idē tex.in l.si inter virū.ff. de rebus dubiis.no.plenè per Philippū Deciū in cōsi. suo ccxl. ¶ Aduerte etiam quia tex.in d.l.à marito. dicit ꝙ talis donatio infirmatur si reuocet ꝑ maritū donatorem, quā reuocationem credo posse fieri etiā non interuenientibus causis,vt in l.fi.C.de reuo.dona.

15 Quæstio. FInaliter† & vltimò quæro de duabus quæstionibus:primò videlicet,pōe ꝙ ego & vxor sumus cōtinuò manentes & habitantes in ducatu Burgūdię,& ibi sunt omnia nostra bōa,nos tamē recessimus à ducatu,& iuimus in patriā iuris scripti, vbi valet donatio inter virum & vxorem cum iuramento, & ibi tales donationes fecimus,an valeant?

16 Alia quæstio. ITem,† ꝙ sumus in ducatu Burgundiæ. sed habem⁹ bona in patria iuris scripti,& in Burgundia facim⁹ donationē adinuicem de bonis existētibus extra territorium,an valeant tales donationes? ¶ Breuiter quātùm ad primum dic tales donationes nō valere, quia consuetudo nostra est fauorabilis,& in fauorē mariti & vxoris introducta,scilicet ne mutuo amore se spolient,& ideo ligat subditos existentes etiam in alieno territorio.ita Bart.in l.cunctos populos.C.de summa trini.& fide cath.& l.ex castrensi.ff.de cast.peculio. & sequitur Pet. de Ancha. in repet. c. canonum statuta. in xix.charta.de constitutio.

QVantum ad secundū dic idem,scilicet ꝙ donatio facta per maritum Burgundum vxori de bonis existentibus in alieno territorio, non valet, eo ꝙ illa nostra consuetudo est fauorabilis, & loquitur in personam,ergo extendenda est etiam ad bona extra territorium.facit l.propter litem.§.licet.ff.de excu.tu.& l. ij.C.eo.ti,vbi tutor simpliciter datus à suo iudice pupillo habenti bona in diuersis territoriis,censetur etiam datus ad bona territorij iudicis non subiecti.per plures ratiōes multùm singulares & notabiles decidit in specie ista duas quęstiones Lud.Ro.in cons.suo xxxix.quod incipit, in proposita quæstione nobilis viri.quem omnino videas.

SEd quæro,videmus† ꝙ donatio inter virū & vxorē nō valet:pone ꝙ maritus donet vxori, vel ecōtrà,an per traditionē rei perdāt possessionē. tex.est in l.j.§.si vir vxori.ff.de acqu.poss.qui dicit ꝙ sic, & pōt decidi ex his quæ dicit Iaso.in l.is cui bonis.ff.de ver. obli.& quæ antè dicta sunt eodē §.in gl.*ne peuuent*. Et quomodo ista possessio reuocetur,vide do.meum Iaſ. in §.sic itaque.Instit.de actionibus. 17 Quæstio

§. OCTAVO.

SI constitution de douaire diuis est faicte par traicté de mariage à la femme plus grande & excedante le douaire coustumier, ladicte constitution dudict douaire diuis sera ramenée & reduicte audict douaire coustumier. & si douaire diuis est constitué moindre du coustumier, la femme ne peut auoir, prendre ne demander autre douaire.

IDem in comitatu Niuerneñ.in tit.*Des douaires,& droicts d'iceux*.§.ij. in fin. Et ita ex hac nostra cōsuetudine peruenitur ad æqualitatem,pro quo facit authen.ęqualitas.C. de pact.cōuētis tā super dote quàm ante nup. donatio. facit l.lege Leonis.C.eo.tit.& Bal.in authen.dos data.C.de don. ante nup.facit l.mulier bona.ff.de iure dotiū.& optimè.l.stipulatio ista.ff.de verbo.obliga.& facit pro hac cōsuetudine,ꝙ optima ratiōe sit introducta,in simili tex.& quod ibi not.Bar.& doc.in l.j.& l.pater.& in l. si totas.C.de inoff.dona.vbi si pater† fecit in aliquem filiorum inofficiosam donationem, illa non reuocat in totum:sed inquantū est inofficiosa. ita in simili† si maritus cōstitueret doharium vltra legitimum modum vxori,illa constitutio reuocatur vsque ad legitimum modum.Quicquid sit,ista secunda ratio nō videtur aliquid facere ad materiam huiⁿ §.nec super ea fuit fundata nostra cōsuetudo,sed super authē.æqualitas.cum l.lege Leonis.hîc antè allega.text. multum notabilis pro hac cōsuetudine,in l.ex annuo.in princip.ff.de donat.inter virum & vxorem. † quòd si maritus promittit aliquid vxori vt se alat,non valet si excedat fructus dotis,& vsque ad fructus dotis reuocatur,imò etiam si iam percepisset mulier per aliquos annos doharium(*diuis*)adhuc potest reduci ad doharium consuetudinarium.argu.l.quod de bonis.§.j.ad legē Falcidiam.quatenus illa qualitas excedat facultates dotis. 1 Inofficiosa donatio patris 2 3

SEd quæro† quid dicatur doharium *diuis*? dic quòd dicitur quādo maritus pro dotalitio mulieris dat ei certum quid percipiendum, quod conuenitur inter eos in contractu matrimonij, puta pro vsufructu mediæ partis antiquorum hæreditagiorū leuabit mulier, & percipiet post-mortem mariti singulis annis fructus prouenientes ex tali terra, vel tot reditus annuos, puta viginti, aut triginta francos. & tunc 4 Doharium diuis quid.

istud

istud dicitur, *douaire diuis*.

§ Douaire coustumier quid.

DOuaire *coustumier* † verò dicitur quando maritus ab humanis decessit non constituto dohario, *diuis*, tunc relicta pro dohario consuetudinario habet vsumfructum in medietate bonorum antiquorũ mariti, vt dictum est suprà in consuetudine quæ incipit, *Femme mariée selon la generale coustume*.

6 Et vnde dicta.

VNde orta † sunt hæc verba, dohariũ *diuis*, aut dohariũ consuetudinariũ? videt esse quædã impropria locutio, cũ secũdũ iuris dispositionem ꝓprie dici potuisset, ꝙ vxor remaneret vsufructuaria ī medietate antiquorũ hereditagiorũ mariti, nisi eidẽ essent data quædã bona particularia, in qbus haberet dictũ vsumfructũ durante eius vita. Vnde ergo veniũt prędictæ interpretationes? Bal. in l. fi. nu. 54. versic. decimoquintò quæro. C. de hære. insti. dicit ꝙ sunt octo quæ interpretantur vocabula: & credo ꝙ ex vno ex illis octo hæc verba habuerũt interpretationẽ prædictã, scilicet ex intellectu communi istius patriæ & ducatus Burgundiæ, q quidẽ intellect⁹ & vsus communis patriæ præfertur cuicunq;, & omni regulæ & cõstitutioni, vt habetur in l. librorũ. §. ꝙ tamen Cassius. & ibi gl. ff. de leg. iij. & nota illa octo ex quibus interpretantur vocabula. ¶ Aduerte tamẽ qa gl. plerumque, extrà de donatio. inter vir. & vxo. videtur dicere ꝙ hoc verbum, *douaire*, quo vtimur, debeat dici dotalitium, in sua secunda expositione illius verbi, dotalitium.

IN TEXTV IBI,

Sera ramenée & reduicte.

Quæstio.

QVæro an reductio reducatur in totum ad naturã doharij consuetudinarij, an solùm ad valorem? dubiũ est, qa mulier est saisita in dohario cõsuetudinario, nõ aũt in diuiso: an hoc casu si fiat reductio, fiat etiam in omnibus qualitatibus cõcernentibus naturã

8 Reductio verbum. doharij cõsuetudinarij? Videtur quòd sic, † cùm istud verbũ reductio. videtur hoc importare, cùm in hoc ī quo grauamen est appositum fiat reductio, & ideo reductio dicitur ad pristinam naturam formæ statim ductio, & sic cùm de consuetudinario fuit factum diuisum, si excedat & fiat reductio, erit ad cõsuetudinarium, & sic non erit amplius diuisum, sed cõsuetudinarium, ideo erit cum qualitatibus cõsuetudinarij & non diuisi: cùm etiã, vt dicit tex. in l. iij. §. pe. ff. de iti. actúq; priua. reducere est ad pristinã formã ducere. Et ideo etiã in hoc reducto erit saisita, quẽadmodũ fuisset in cõsuetudinario simpliciter. ¶ In contrariũ videtur facere, quia inspiciendo verba nostrę consuetudinis nõ cõsideratur reductio nisi in eo in quo est excessum, & excessus in nostra cõsuetudine tãtũ cõsideraꝫ in maioritate valoris, ergo ne in plus adhibeaꝫ medicina. aut cura quã si dolor, nõ est dicendũ ꝙ illa reductio extendat effectũ suũ vltra dolorẽ & excessũ. ¶ Fa-

2 cit, † qa pluralitas priuationũ reqrit pluralitatẽ habituũ, & sequiꝫ & notaꝫ p do. meũ in l. de pupillo. §. si ex pluribus. ff. de noui ope. nunt. cogitent posteri. ¶ Fa-

3 cit, † quia similis morbus similem exigit medicinam. Text. est not. cum gloss. in §. si quis verò non habens filios. in authen. quibus modis nat. effi. leg. colla. vj. & in §. illud tamen à nobis. in authen. quib. mod. nat.

4 effi. sui. colla. vij. & dicunt medici, † ꝙ medicina debet esse proportionabilis dolori. Et pro quantitate peccati debet esse plagarum modus. Deutero. 25. facit tex. in ca. fælicis. §. certum. de pœnis. in vj. vide Matth. de afflic. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, vt delicti finis. in iij. libro. ¶ † Et pœna non debet excedere qualitatem delicti. l. rescriptum. ff. de his quibus vt indi. Iac. de sancto. Geor. in l. communis libertus. ff. de in ius vocan. Et facit vna regula Bal. in l. vnica. §. sed si vt manifestetur. C. de cad. tollen. vbi dicit. † Omne qđ decisum est ab aliquo, si ad sua initia reuertatur, taliter reuertitur qualiter emanauit ab illo. 7 Regula.

IN TEXTV IBI,

Et si le douaire diuis est constitué moindre.

QVare est ꝙ si maius dohariũ conuentionale constituatur quàm consuetudinariũ, fit reductio ad consuetudinariũ, & tñ si cõstituatur minus, nõ fit reductio ad cõsuetudinariũ? sic in hoc nõ seruaꝫ æqualitas pro mulieribus quæ grauanꝫ in hoc: nã q in vno grauaꝫ, in alio releuari debet: & ecõtrà, q in vno releuatur, in alio grauari debet. l. eũ qui. in prin. ff. de iureiu. ex quo eꝫ mulieres in hoc releuãtur, ꝙ mortuo marito habẽt dotalitiũ cõsuetudinariũ, nisi habuerit conuentũ grauantur in hoc, ꝙ si habuerint dohariũ, *diuis*, minus quã consuetudinariũ, & ꝙ non possint vlterius redire ad consuetudinariũ. & hoc est quod dicit tex. in d. authe. æqualitas. & in l. lege Leonis. C. de pac. cõuẽtis. vbi dicit, † ꝙ maior lucri pars ad minorẽ 1 reduci debet, nõ autẽ minor ad maiorẽ. & ideo dicit ibi Ba. ꝙ pactũ inęquale reducitur ad ęquale per modũ diminutionis, nõ per modũ augmẽti. Licet videatur ꝙ idẽ iuris sit de parte quo ad totũ. voluit gl. in c. meretrices. in verbo, prohibuit. xxij. q. iij. ꝙ si nõ sint antiqua hæreditagia ad quæ possit fieri reductio doharij, & ꝙ verba cõsuetudinis sint strictè intelligẽda, ꝙ si fuit dohariũ cõuẽtũ seu diuisum in casu vbi nõ est consuetudinariũ, ꝙ in totum debeat extingui cõuentum: tñ quia vbi non est antiquum, reductio fieri non potest, cũ nõ entis nullæ sint qualitates. l. eius q. §. ꝙ si stipulatus. ff. si cert. pe. & si verba huius cõsuetudinis non cõueniunt, non conueniet & dispositio. l. iiij. §. prætor. ver. toties. ff. de dam. infec. Feli. in c. nõnulli. in iij. col. de rescrip. Et sic aliud erit dicendum in dicto casu, qui non regulabitur secundum mentẽ huius cõsuetudinis, nisi à simili, ꝙ fiet reductio ad bona quæ erant acquisita ante cõtractum matrimoniũ, super quibus, aut parte illorum fuit cõstitutum dohariũ diuisum, ita ꝙ dimidiam partem illorum nõ debeat excedere, aliàs fiat reductio. Et si non sint aliqua hæreditagia, nec antiqua acquisita, & si fiat super nouis acquirẽdis, fiet etiam reductio ad dimidiam partem. argu. dictæ authen. æqualitas. hîc antè alleg. Nec ī hoc obstabit gl. in d. c. meretrices. quia Bar. tenet cõtrarium in l. an pars. ff. pro derelicto. & in l. per fundũ ad finem. ff. de ser. rustic. prædio. & do. meus Iaſ. in l. qui sine. ff. de condi. sine causa. vbi limitat d. l. quæ de tota. ff. de rei ven. in sex casibus, & dicit illã non habere locum de parte quo ad totum, ideo cùm fiat mẽtio reductionis, & sic partis, non habebit locum in totũ, & sic in extinctiõe totius, cùm maior sit ratio in vno quàm in alio. ¶ † Fui pluries interrogatus nunquid vna mulier possit habere plura doharia: pone casum, Berta in maritum Titium habuit, iste Titius ad humanis decessit relicta dicta Berta, quæ mortuo dicto Titio accepit dohariũ super hæreditagiis antiquis dicti Titij: postmodum dicta Berta iterum copulata est matrimonio cum Petro, qui quidem Petrus iterũ ab humanis decessit: dicta Berta vult iterum habere dohariũ super hæreditagiis antiquis dicti Petri: & sic de singulis, an possit? ¶ Videtur quòd non. per text. in l. dotis promissio. ff. de iure dotium. vbi dicit 2 *An mulier possit habere plura doharia.*

BIU Cujas

tex.quoniam enim vulgatū est dotis promissionē in primis nuptiis duntaxat destinari.ex quo facit regula
3 Regula. †ꝙ sermo simpliciter ꝓlatus,intelligitur de prima vice.l.boues.§.hoc sermōc.ff.de verb. sig. hinc per hoc dicit in simili Bal.in l.fin.in iij.col.C.de indicta viduit. tol.ꝙ si testator sub noīe appellatiuo relinquat vxorē dominā massariā & vsufructuariā, & cōdito testamēto antequā moriatur vxor decesserit,& sic capit testator aliam,ꝙ nō intelligitur de secūda vxore,sed solùm de prima.& istam decisionē cū regula præcedenti multū latè examinauit Ias.in l.diuortio.§.ꝙ si in anno.in iij.& iiij.col.ff.sol.mat.& in l.duobus. §. si ei q. ff.de iureiu.& Feli.in c.innouam°.in ij.col. de treuga & pace.Hinc etiā facit qđ dicit idē do. meus Ias.in l. q liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.& in l. j. in ij.
4 & iij.col.C.de succeſſ.edicto.& in l.nō solū.ī prin. ff. de noui ope.nūt. ſ. †ꝙ sermo simpliciter prolatus intelligitur de illo actu qui fit per prius,& non per posterius.Hinc etiā dicit idē do.meus Ias.in l. si quis hæredē.in prin.C.de insti.& substi.ꝙ sufficit conditionē semel adimpleuisse. & hæc dico ad colorādū opinionē quorundam practicorum nostræ patriæ qui ita tenēt,& ita mihi plures responderūt, sed neminem inueni qui sciret mihi dare responsionem vbi se fundabant.sed solū dicebant ꝙ istud est apud eos certum,ꝙ mulier nō potest habere duo doharia. Tu dic ꝙ istud est verū,ꝙ mulier nō habet duo doharia,& nō potest habere nisi vnū ab vno marito,scilicet aut conuentū, quod dicitur,*diuis*,aut cōsuetudinariū. & istud est qđ volūt dicere isti practici.¶Sed veritas est,& nō est dubiū,†ꝙ si mulier habeat tres maritos successiuè, imò
5 Plura à pluribus ni vie. decē,à quolibet habebit dohariū,aut cōuētū, aut cōsuetudinariū:ex quo enim dicit à quolibet maritata, & maritus eius,licet sit quint° marit°,semper est maritus,& ista semper est vxor,nō est dubiū ꝙ eidē conueniūt verba dispositionis nostræ cōsuetudinis,ergo & ipsa dispositio:quia cui cōueniūt verba dispositionis,cōuenit & ipsa dispositio.l.iiij.§.toties.ff.de dam. infec.Faciunt quæ dicit Fel.in c.nōnulli.in fi.princ.in vlt.char.ext.de rescrip.Et ideo etiā ꝙ cui non conueniunt verba,nec cōuenire debet dispositio. Alex. cōs. xvij.in j.col.in j.vol.& in cōs.lv.in iij.col.in ij. volum.

ADuerte tamen,ꝙ si maritus & vxor essent ita sanes,ꝙ nō esset amplius spes prolis, ꝙ ex quo nō dicitur matrimonium,sed cōnubium,vt tenet Feli.in c.cùm sit generale.ī viij.col.ext.de foro compet. ideo quia non conueniūt eidem verba dispositionis,videretur ꝙ nec dispositio,& sic quòd non deberet habere doharium,quoniam ex quo non est matrimonium non dicitur maritata. sed non credo hoc esse verum: quia secundum communem vsum loquendi dicitur maritata,qui in hoc præfertur propriæ significationi, ideo non insisto.

§. NONO.

LA femme qui est participante pour la moitié des biens meubles & acquests communs entre son mari & elle, est tenue apres le trespas du mari de payer la moitié de tous debtes deuz par sondict mari ou par elle,& ne sont point legats & faicts funeraux reputez debtes.

¶IDEM in comitatu Niuernensi & Burgundiæ quo ad debita.

IN TEXTV IBI, Qui est.

QVare est ꝙ statuentes vtuntur hîc relatiuo, *qui*, dum dicunt,ꝙ mulier quæ participat, &c. videtur enim ꝙ debuerunt sicut fecerūt in articulo, *Fēme mariee*,qui est secundus istius tituli,dicere, *La femme en Bourgongne est tenue de payer*. vt ſ. habeatur pro cōstāti ꝙ mulier in Burgūdia ad istud onus teneatur, & propterea nō fuit opus vti relatiuo,*qui*.Rñdeo dupliciter,aut enim ad euitādū istud contrariū, & fatendo istud diceretur,ꝙ relatiuū,*qui*,nō stat hîc relatiuè sed declaratiuè,sicut est in l.j.C.de sacroſ.eccl.vbi amplè. pro huiusmodi expositione in simili recitat, quæ hîc nolo referre quia ibi amplè poterūt videri ꝑ Bar.Bal. Sali.& Ang.Si dicimus ꝙ per istud relatiuū non adiiceret qualitas generi,hęc mulierū est copula,tūc solū stat declaratiuè,quasi dicat,mulier quę est participās, prout in veritate est,nihil aliud expresso in Burgūdia tenetur ad istud onus:respondeo & dico ꝙ ista dictio *qui*,hîc posita,stat relatiuè, quia potest fieri in Burgūdia ex pacto ꝙ mulier nō sit istius communionis particeps,& sic ꝙ nō sit communio inter virū & vxorē. vnde statuentes etiā voluerunt disponere argumēto à cōtrario sensu,vt mulier quæ est particeps bonorū, sit etiā particeps æris alieni,& nō aliàs,quia si hoc remansisset indecisum,& dictū fuisset solùm,mulier tenetur in Burgūdia ad solutionem æris alieni,istud incōueniēs sæpissimè accidisset,quia mulier quæ ex pactis dotalibus nō fuisset particeps in cōmunione bonorum,reperisset se oneratam in solutione debitorū, quod fuisset iniquum secundum quod habetur in rubro & nigro,ne vxor pro marito.& ꝙ talis conuētio contra statutum possit inter virum & vxorem in contrahendo fieri,dixi suprà,d.artic.*femme mariee*.

Quæstio. Qui relatiuum.

ITem maximè,quia de iure cōi est ꝙ vxor nō teneat ad debita mariti, vt in rubro & nigro C. ne vxor ꝑ marito.Sed partes posūt recedere à statuto,& redire ad ius commune,vt tenet do.meus Ias.in l.properandum.C.de iudic.& in l.omnium.C.de testament.

1 Quæstio. SEd iterū iuxta prędicta quæro,†vtrū possit fieri pactum,ꝙ mulier sit particeps sc̄dm formā statuti supradicti,& tñ ꝙ non teneat ad solutionē debitorū secundū quod tenetur ex forma huius arti.¶Et vī ꝙ sic: cuilibet enim iuri pro se introducto licet renūtiare.l. si quis in cōscribēdo.cū vul.C.de pac.sed istud ius est principaliter introductū in fauorē alicuius consocij, ergo illi poterit renūtiari: maximè cū respub.ex hoc nullum principaliter patietur incōmodum:quo casu succedit illa vulgata distinctio,de qua in d.l. i° publicum.ff.de pac.¶Item pacta contrahentiū sunt seruanda.l.j.ff. de pac. contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.j.§.si conueniat.ff. depositi.

2 Societas matrimonij. QVod verò fieri non possit, facit, † quia ista est quædam societas,quæ habet ex sui natura vt lucri & damni partes sint æquales,l.si non fuerint.§.Aristo.ff.pro socio.aliàs Leonina esset societas, vt dicit ibi text.& contra æquitatē,de qua suprà locutus sum in d.ij.artic.vt ſ. qui sentit lucrum, sentire debeat & onus.¶Item regula est vera,†quòd qui acceptat emo-
3 Regula. lumētum,non potest repudiare onus annexum.l. neminem.& ibi Bar.ff.de lega.ij. l. quoniā. & ibi Bal.C. de nat.libe.sed onus debitorum soluendorum est annexū illi lucro de media parte quæstuum & mobiliū, ergo lucrum nō potest acceptari ex pacto, & damnū refuta

refutari. ¶Non obstãt cõtraria: quia primò respondet ꝙ ius dicti articuli de cõmunione respicit fauorẽ publicũ, vt mulieres facilius nubãt. ſcẽm notata in l. j. ff. ſol. mat. Sic etiã istud ne cõiuges depauperẽtur, cuius interesse respicit fauorẽ publicũ. §. j. insti. quibus alie. licet. & §. pe. instit. de his q ſui vel alieni iur. ſunt. ¶Nõ obstat ſecũdò conuẽtio partiũ, † quia pacta quæ ſunt cõtra vtilitatẽ publicã, & cõtra leges, ſunt nullius momẽti. l. pacta quæ cõtra leges. C. de pac. cũ ſimilib. & ꝙ fiat cõtra leges maximè in hac ſocietate, facit, quia partes dãni & lucri debẽt correſpõdere. d. § Ariſto. cũ l. ſeq. tex. in l. ſi cũ dotẽ. §. ſi marit. ibi, quid enim tam humanũ. ff. ſol. mat. & propterea, illud pactũ habet aliquid fraudis & doli, ex eo ꝙ eſt cõtra ęqtatẽ illã. l. nã hoc natura. ff. de condictio. indeb. & naturã ſocietatis; & ſic nõ tenet. l. iij. §. fi. ff. p ſocio. Cũ enim iſti duo articuli de cõmunione & ſolutiõe ęris alieni ſint ex bona fide iibi inuicẽ colligati, & correſpõdentes, & q habet cõmodũ ſentiat onus annexũ. d. l. nã hoc natur. ſequitur ꝙ pactio cõtraria circa hoc habet in ſe fraudẽ & dolũ. d. §. fi. quia nõ eſt ex bona fide. † & inter bonã fidẽ & malã fidẽ non eſt dare mediũ, niſi dubitaretur, ſecundũ gl. in l. iij. §. ex cõtrario. ff. de acq. poſſ. quæ dubitatio nõ facit ad hoc propoſitũ. ergo nullius eſt momẽti. d. §. fi. Hęc intelligo tã in viris, quàm in mulieribur. tñ faciet quantũ ad mulierẽ me dubitare. l. ſi mulier. ff. de pact. dota. quæ habet, † ꝙ pactũ alias illicitũ circa iura dota. ſi proũt mulieri toleratur, ſiue interueniet in cõtrahẽdo, ſiue poſt cõtractũ matrimoniũ. Ex quo poſſet dici, ꝙ in cõtrahẽdo matrimonio poſſent talia pacta prodeſſe mulieribus. per d. l. ſed nõ viro: & hoc facit fauor dotis. Sed quãtũ eſt de tali pacto poſt cõtractũ matrimonij, nullo mõvaleret obstãte articulo prẽced. qa ſaperet quandã donationẽ inter virũ & vxorẽ, niſi cũ ſolẽnitatẽ, de qua ibi. Sed qui vellet reſpõdere ad d. l. ſi mulier. poſſet dicere ꝙ loquitur in pecunia dotali, cuius fauor eſt sũmus. d. l. j. ff. ſol. mat. ſed caſus noſter eſt in aliis rebus q̃ dotalibus, ſ. cõmunicatione, quę nõ eſt ſic fauorabilis vt, dos, quare &c.

(Bonæ & malæ fidei nullum medium.

6

7 QVid autẽ † econtrà, vtrũ poſſit paciſci in contrahẽdo matrimoniũ ꝙ mulier non habeat mediã partẽ quęſtuũ & mobiliũ, & ꝙ teneatur ad mediã partẽ debitorũ? rationes in caſu prædicto aſſignatę faciũt etiã pro & contra. ¶Sed duæ rationes faciũt me dicere ꝙ non valet talis pactio. Vna quæ eſt contra dictã l. quoniã. C. de naturali. liberis. vbi Bal. dicit, ꝙ qui acceptat onus, neceſſariò tenetur acceptare emolumentũ illi annexũ, nec põt illud repudiare. cõſtat autẽ ꝙ onꝰ ſoluendi æs alienũ pro media parte eſt annexũ lucro medię partis quęſtuũ. ſ. & mobiliũ: ſed cùm onus ſoluẽdi ſit acceptatũ, nõ poterit repudiari emolumẽtũ ſi dicatur ꝙ cuilibet licet vti re ſua pro arbitrio. l. in re. C. mãdati. etiã abutendo. l. ſed ſi lege. §. cõſuluit. ff. de peti. hęre. Dic ꝙ hoc nõ licet in prędiudiciũ alterius vt iſto caſu in quo creditores habẽt dãnũ, vt patet ex ſtatuto ſequẽti. Itẽ non licet impunè, quia abutẽti fieret interdictio ſuorũ bonorũ. l. is cui bonis. ff. de ver. obl, vel fieret alia ꝓhibitio pro intereſſe reipublicę, quia expedit ne quis re ſua malè vtatur. d. §. pen. inſt. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. Alia, quia eſt contra æquitatẽ & diſpoſitionẽ illiꝰ edicti, ne vxor pro marito, & maritus pro vxore conueniatur. & qđ in cõtrario ſtatuto diſponit, vt à iure exorbitãs eſt à iure reſtringẽd. l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. l. viro atq; vxore §. ſi vero. ff. ſol. mat. cũ vul. &c. Et niſi eſſet illa communio quæ eſt inter virũ & vxorem, non procederet huius ſtatuti diſpoſitio, vt cõtra ius, ex quo ſequit ꝙ pacto priuati nõ põt in contrariũ fieri, vt ſcilicet ceſſante communione procederet diſpoſitio huius ſtatuti ex pacto, qa eſſet cõtra ius publicũ, cũ mulier etiã nõ poteſt ex pacto expreſſe renũtiare tex. eſt ad literã in l. ob maritorũ. C. ne vxor pro marito. qđ fortè ſecus eſſet in marito. ſed rẽne inæqualitatis ſeruãdę inter ipſos idẽ dicimus. Nõ video ꝙ ratio huius cõſuetudinis poſſit eſſe ex l. pro hæreditariis. C. de hæred. actionibus. nec ex l. prædia. C. de pred. & aliis reb. minor. cũ non ſit verũ ꝙ mulier ſuccedat in media parte, nec dicitur hæres, ſed portionaria. ¶Sed pone † ꝙ mulier ipſa viuente renũtiat acqueſtibus & mobilibus, etiã poſt cõtractum matrimoniũ, an poſſit: & an hoc caſu ſi moriat, hæredes ei⁹ ſint liberati à debitis: & ſi mulier nõ renũtiaue rit ipſa viuẽte, an ea mortua poſſint hoc facere eius hę redes, ad effectũ ꝙ ſint liberati à debitis? Quãtum ad primũ dic ꝙ ſic, vt ſuprà dixi in hoc tit. §. *Feme mariee ſelõ la generale couſtume.* in gl. ibi, limitã tertiò. ¶ Quãtũ ad ſecundũ dicã. ſ. hoc eod. tit. §. *Entre gens nobles, la femme, &c.* ¶Et pro ſuprà dicta quæſtione faciunt, † qa maritus & vxor ſunt ſocij diuinæ & humanæ dom⁹. l. aduerſus. C. de crim. expil. hæred. l. j. ff. de ritu nuptiarũ. Et ideo ſicut partẽ in lucro capit vxor, ſ. in acquiſitis, ita etiã particeps debet eſſe damni, cũ vt dicit tex. in l. vna. §. pro ſecũdo. in fi. C. de cad. tollen. qui capit lucrũ ſentire debet & onus. nã ex quo ſunt ſocij, & tẽpore ſocietatis contractũ eſt debitũ, debet ſolui de cõmuni. Ita eſt text. ad literã in l. omne æs alienũ. ff. pro ſocio. & ſic nihil facit l. pro hæreditariis. C. de heredi. actio. & l. j. C. ſi cer. pet. ¶Itẽ adducitur alia ratio, quia partẽ capit in debitis paſſiuè, quæ, ſ. marito debentur. l. p hãc. C. de erog. mil. ann. l. xij. ergo idẽ erit in debitis actiuè, vt qui ſentit commodum, ſentiat & onus.

8 An mulier poſſit renũtiare acqueſtibus.

9

A Duerte ad vnum quod communiter ſolet fieri in multis contractibus matrimonij. nam conuenit inter cõiuges ꝙ erũt communes in mobilibus & acqueſtis, an intelligatur ratione cõuẽtionis de acquirendis an de acquiſitis & acquirendis? ¶Tu dic ꝙ ſi ita ſimpliciter dicatur in contractu, ꝙ non eſt dubium ꝙ debeat intelligi de acquiſitis & acquirẽdis, quia ſecũdum conſuetudinẽ acqueſtus qui fiunt conſtante matrimonio ſunt communes. Vt ergo conuentio quæ fit poſtmodum de aliquo operetur, acqueſtus facti ante matrimonium, & qui fiũt conſtãte matrimonio erũt communes, cùm ita videatur inter eos conuẽtum: & nihil tam naturale quàm ea quæ placuerũt cuſtodire, & inter eos ſeruare. l. j. ff. de pact. Cogita, quia non pono pro conſtanti. & ideo vide quæ dicam infrà, hoc eod. tit. §. xv. in fine quando allegaui deciſionem Bar. in l. non impoſſibile. ff. de pact.

IN TEXTV IBI, Et acqueſtz.

1 SEd quęro, † mortuo marito, an bona relicta dicantur noua vel antiqua? Præſumptio eſt quòd ſint antiqua, & dicenti eſſe noua incũbit probatio. tex. eſt ad literam in c. j. §. fi. qui eſt §. ſi verò. de gradibus ſuccedendi in feudo. dicam infrà in §. *La femme douee.* ibi, quæro de vna quæſtione.

IN TEXTV. IBI, De tous debtes.

1 Totum quid importet.

A Duerte † quòd qui totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. iij. ex quo tenetur ſoluere dimidiam partem debitorum: non ſolùm quæ cõtracta fuerunt conſtãte matrimonio, ſed etiã quæ contracta fuerãt per maritum ante matrimonium contractum

BIU Cujas

inter eos, eo quòd dicit, *de tous debtes deuz par fondict mari & elle.*

2 *De quibus debitis intelligatur.*

INtellige † debita, ſ. quæ ſemel exacta nunquã debẽtur, quia talia ſunt debita, & nõ illa ℔ quibus cõpetit rei vẽdicatio, ſecundũ gl. inſt. de act. in prin. in verbo, debetur. Facit gl. in l. Aurelius. §. Mæuia. ff. de lib. le. Bal. in l. cũ neceſſitatẽ. C. de fideicõ. ¶ Hinc eſt † ℔ quittatio generalis de oĩbus debitis nõ extẽditur ad res reales, & quæ vendicari poſſunt. Iaſ. in §. j. col. xvj. inſtit. de actio. & in l. ſub prætextu. in ij. col. C. de trãſactio. Alex. in cõſi. ſuo xlvj. in ij. & iij. col. in j. vol. Idẽ Alex. conſ. ſuo xii. in ij. col. in ij. vol. & in conſ. ij. in vj. col. in iiij. vol. vbi ponit quis propriè dicatur debitor.

3

SEd an hoc caſu mulier teneatur ad luitionẽ pignoris pro parte rerum hypotecatarũ ante matrimonium contractum per eius maritũ, aut patrẽ eius mariti cum marito, in quibus habebat reachatum, & ſic cum mobilibus reputarentur? dicam infrà in fi. gl. huius §. & in gl. fi. §. ſequentis.

ADDITIO. Pone ℔ quidã emit aliquod hæreditagium ante cõtractũ matrimoniũ, & tẽpus ſolutionis differt in tẽpus futurũ, quod euenit cõſtãte matrimonio futuro, ita ℔ debitũ ſoluitur cõſtãte illo matrimonio, vel poſt matrimonium etiã diſſolutũ, an eo ℔ fuit facta ſolutio cõſtãte matrimonio poſſit mulier dicere ℔ ſit acqueſtus? videtur ℔ ex quo collata eſt ſolutio ſeu deſtinata in aliud tẽpus, ℔ debet haberi reſpectus ad tẽpus ſolutionis, & non ad initium cõtractus, quoniã bonũ eſt argumẽtũ de loco ad tẽpus. l. ſi quis. ff. de auro & argẽto legat. ſed ſic eſt ℔ ſi fiat cõtractus certo loco, & deſtinetur ſolutio in aliũ, habetur reſpectus ad locũ deſtinatæ ſolutionis, & nõ ad locũ contractus. tex. eſt, & ibi notatur per gl. & doct. in l. quæro. ff. de ſolutio. ergo idẽ erit in tẽpore, cùm ſi idem ſit de loco ad tẽpus, idem etiã de tempore ad locũ. Bar. in l. miles ita. ff. de milit. teſt. allegat l. vinum. ff. ſi certum petat. facit l. datio. §. quod ſi per venditorẽ. ff. de actio. empt. facit quod dicit gl. in cl. ij. de cẽſibus vbi arguit de loco prohibito ad tẽpus. Et ſic ſi fiat cõtractus vno tẽpore, ℔ habẽdus eſt reſpectus ad tempus deſtinatæ ſolutionis. Ex quo videtur ℔ cùm ſolutio dicti acqueſtus ſit tempore cõſtãtis matrimonij deſtinata, ℔ debet haberi ℔ acquiſito. Et maximè hoc videretur habere locũ ſi fieret renouatio illius primę obligationis ex aliqua cauſa, vt in alio ſecũdo cõtractu, puta in fratre qui emit bona antiqua ſororis certo pretio eidẽ ſorori ſoluẽdo tepore quo maritabitur, ℔ ſi poſtmodũ maritetur ſoror tẽpore cõſtãtis matrimonij poſtea facti cũ aliqua vxore cũ dicto fratre, ſi ipſe frater iterum & de nouo promittit ſummã iãm conuentã in primo contractu vẽditionis factę per ſororem ex prima venditione, videtur eſſe noua vẽditio, & videtur prima renouata, ex quo habetur reſpectus ad ſecdm, quia per ſecũdum actum videtur receſſum à primo, maximè ſi aliquid addatur aut detrahatur in ſecũdo, vt facit tex. in l. pacta conuenta, verſ. Paulus. ff. de cõtrahen. emp. Quod intelligẽdũ eſt, niſi ſit dictũ in ſecundo, abſque derogatione primi cõtractus, qui remaneat in ſuo robore, & ſic ſit appoſit. illa clauſul. rato manẽte pacto, quæ tantũ importat, & hoc caſu ſi nõ ſit illi primo derogatũ. Et ℔ ſi ſit dictum ℔ maneat in ſuo eſſe ab illo principio, habẽdus eſt reſpectus, quoniã cuiuſcũque rei potiſſima pars eſt principiũ. l. j. vbi per Iacobum Butriga. ff. de origine iuris. & dicit Bar. per illum text. in l. Pomponius. *la ſeconde.* ff. de nego. geſt. ℔ initium vniuſcuiuſque actus, ſeu geſtionis actus eſt inſpiciendum, etiã ſi ſint plures, dummodò tendãt ad effectum primi. Et maximè etiã attẽdimus originem rei quãdo non alteratur origo per accidẽs. l. Iulianus. §. non ſolum ff. ad Macedo. l. ſi filius fa. *la premiere.* C. eodem. l. aſſumptio. ff. ad municipales. imò etiã idẽ ſi alteretur, dummodo accidẽs ſe referat ad originẽ: & tũc etiam origo inſpici debet quantũlibet correcta. l. cũ filius. §. hæres meus. ff. de lega. ij. dixi in alio caſu, in tit. *des cenſes.* §. iiij. in gl. j. in fi. vbi dixi an ſi antiquum hęreditagiũ detur ad reditũ annuum, debeat ſemper reputari antiquũ hęreditagiũ, anverò nouus acqueſt⁹. Ex quo cùm in hoc caſu ex tali primo tractatu ſequatur ſcdm accidens, ſcilicet, ℔ fiat ſecũdus tractatus, quia tñ primus tractatus nõ alteratur per ſecũdũ, imò etiã ſi alteratẽ ſe retulit & refert ad primũ, per clauſulã ſuprà poſitã, clarum eſt ℔ habẽdus eſt reſpectus ad originẽ, ſcilicet ad tẽpus contractus, & nõ ad illud tẽpus, quo fuit facta ſecunda obligatio de priori debito. Imò etiã ex quo finis, ſcilicet ſolutio debiti, habet neceſſariam cõſequẽtiã ad principiũ & tempus eius, maximè cauſatiuè habetur reſpectus ad initium, & non ad finem. l. iij. §. ſcio. ff. de minoribus. l. j. ff. qui potio. in pignor. habeãtur. Ex quo non dicetur eſſe talis acqueſtus qui cõmunicari debeat, cũ non ſit factus cõſtante matrimonio, ex quo in hoc eodẽ nõ cõueniũt verba diſpoſitionis. ideo nec ipſa diſpoſitio. l. iij. §. toties. ff. de dãno infecto. Et aliud conſuetudo huius patrię diſponit de tempore acqueſtus quàm debitis, quoniã acqueſtus factus tantum tempore conſtãtis matrimonij, eſt communicãdus, & omnia debita quocunque tempore ſint facta, ſunt cõmunicanda. quod poteſt eſſe, quia licet debita ſint communicanda ratione participationis mobilium & acqueſtuum, & ſic cùm ad omnia debita teneatur vxor, videtur ℔ etiam participare deberet in omnibus acqueſtibus, maximè in ℔bus eſt eadẽ ratio, ſcilicet quæ ſoluũtur tempore cõſtantis matrimonij. cùm illa ſolutio debiti pręcedẽtis ſit cauſatiuè cõſequens ad primum debitũ, ideo cùm ſit cauſatiua illius, videretur de illo iudicandum ſicut de alio. Sed hæc potuit eſſe ratio, eo quòd in hoc grauaẽ maritus ℔ vxor participet in acqueſtibus. quod eſt contra diſpoſitionem iuris. l. ex pecunia. C. de iure dotiũ. & dixi antè eodem titulo. §. ij. in gl. j. verſic. Panor. ideo videtur in alio releuari, quòd mulier teneatur ad omnia debita: & quia pręſumptio eſt quòd ex quo ſtatuẽtes grauauerunt in vno maritos huius patriæ in iſtis acqueſtibus, quòd voluerũt eos in aliis releuare. Et etiã quia illud quod debetur eſt tãtum pecunia, & ſic mobile, de quo maritus poteſt diſponere, etiã conſtante matrimonio, vt ſcribitur ſuprà iſto titu. §. iij. intãtum ℔ vxor nõ poteſt aliquid querelare. Hinc videmus ℔ conſuetudines noſtræ in ſimilibus habuerunt reſpectum ad initiũ obligationis vt in §. penultimo huius titu. vbi ſi mulier aut maritus retrahant hæreditagia prius vendita ſub ſpe reachatus contracti ante matrimoniũ, quòd vxor non poteſt aliquid querelare de pecuniis ſolutis, etiam conſtãte matrimonio pro huiuſmodi reachatu antè cõtracto, & tamen ſecus eſt in retractu qui fit ratione conſanguinitatis de hęreditagio vendito per vnum ex conſanguineis mariti, quia mulier habebit partem pecuniæ ſolutę. ratio eſt, quia initium cõtractus fit cõſtãte matrimonio, ideo inſpicit in hoc caſu: ſecus in alio, vbi initiũ debiti fit ante matrimoniũ: & eſt ſolũ quędã tuitio pignoris, aut redẽptio rei ſuæ venditæ ante matrimoniũ: & tẽpus liberationis illius veniẽs cõſtante matrimonio non eſt in cõſideratione, ſic nec hoc caſu eſſe debet ſolutio debiti facti ex acquiſitione prius facta de aliqua re, quæ

Rei cuiuſcunque potiſſima pars principium.

hoc caſu

hoc casu per solutionem pòst factã exoneratur suo onere prius constituto. & ista pluries dixi in cõtingentia facti. & etiã iam suprà dixi in §.ij. in hoc tit. in glo. *acquests*. versi. vlterius quæro de alia quæstione.

IN TEXTV IBI,

Ou par elle.

INtellige nomine suo, & ad suã vtilitatẽ, aut incommodum, aut quorũ cõmoda & incõmoda respiciũt factũ illius & non alterius, puta suorũ filiorũ primi matrimonij, quoniã licet ℔ illis debitis quę mulier facere potest etiã sine authoritate mariti. l. penul. C. in quibus causis pignus tacite contrah. sit maritus obligatus, vt tenet Alex. in apostil. ad Bar. in l. ob maritorũ. C. ne vxor pro marito. & econtrà, tamen in contingentia facti dixi, ℭ quidã reditus annui constituti per maritum & vxorem ℔ mille libris Turoñ. quæ fuerant positæ in redemptionẽ certorum hæreditagiorũ ad vtilitatẽ filiorũ vxoris ex primo matrimõio ad ℔secutionẽ dictæ vxoris matris dictorũ filiorum primi matrimonij, quæ ita induxerat maritũ, ℭ se ℔ dictis mille libris obligauerat, debebãt redimi p dictã vxorẽ & suos filios primi matrimonij, & ℭ hęredes mariti poterãt cogere dictã vxorẽ & eius liberos redimendũ prædictũ reditũ annuũ reachatabilẽ, eo ℭ videbat esse quædã tacita donatio, quã maritus facere videbat suæ vxori per indirectũ, ad vtilitatẽ filiorũ dictæ vxoris ex accõmodatiõe nominis. per l. multũ interest. C. si quis alteri vel sibi. quę quidẽ donatio sicut est directo prohibita inter virũ & vxorẽ, aut quicũque alius contractus lucratiuus, vt in §. vij. huius titu. ita per in directũ videtur esse prohibiti. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. substit. Et sicut cõmoda dictarum pecuniarũ erãt penes filios primi matrimonij dictę vxoris, quorũ maritus dictæ vxoris vtiliter gesserat negotia, redimẽdo terras eorũ venditas, ℭ actione negotiorũ gestorũ tenebantur ad incommoda, & ad reddẽdũ dictũ maritũ, & eius hęredes ab huiusmodi obligatione & reditus cõstitutione indẽnes. Et in alio casu dixi ℭ mulier quæ renũtiauerat bonis mariti, secundũ consuetudinẽ infrà positã, in §. xx. nõ erat quitta & liberata ab huiusmodi debito. imò ℭ creditores nõ obstãte dicta renuntiatione poterant eã cogere ad soluẽdũ debitũ ex causa suorũ filiorũ primi matrimonij factã, licet maritus cũ ea esset obligatus & insolidũ, eo ℭ illud debitum non erat effectualiter debitũ mariti, sed erat quædã accõmodatio nominis mariti pro securitate creditorũ, quæ quidẽ nominis accõmodatio videtur in se importare quandã donationẽ, quæ prohibita est inter virum & vxorẽ, tã de iure quã de consuetudine. imò magis in viro pro vxore ℔hibetur etiã ac cõmodatio nominis, cùm inducat pręsumptionẽ donationis. vt quod directo fieri nõ potest, fieret per indirectũ. l. cũ ℔pria. C. si quis alteri vel sibi. quoniã esset facere fraudẽ legi ℔hibẽti donationẽ inter virũ & vxorẽ si esset ꝓmissa. quæ fraus euitari debet, & illi obuiandum est. l. fundo. ff. de rei vend. imò magis reprobanda, cum sit cõtra legẽ & illius interpretationem. fidei. ff. de iure fisci prout dicit Lucas de Penna in l. vnica, in fine, C. de his qui se deferunt. lib. x.

An mulier teneatur ad restitutionẽ malè acquisitorũ per maritũ

¶ Tem stante hac cõsuetudine, † nunquid mulier teneatur ad restitutionem mediæ partis rerum malè habitarum aut per concussionem, seu per furtum subtractarum? Nam vt videmus hîc per tex. nostræ consuetudinis, tenetur vxor ad debita contracta constante matrimonio: & hoc ratione participationis in mobilibus & acquestibus cum marito. Sed sic est quòd de rebus existẽtibus penes maritum ex delicto, puta quia furatus, aut quia per concussionẽ, aut aliàs indebito modo, nõ potest dici creditor. quia debitor dicitur ex quo habet creditorẽ, nemo enim in hac pecunia furto subtracta, aut per concussionẽ potest dici creditor, quia ex quo non sponte, sed ex necessitate se quitur fidẽ alienã, nõ dicitur propriè creditor. l. si tibi pecuniam. ff. si cer. pet. & ibi Bar. ergo non potest dici debitor in hoc maritus. ¶ Imò etiam, quod plus est, si esset adiudicatum contra maritum ℭ teneretur ad restitutionem ante eius mortẽ, videretur adhuc ℭ vxor non teneretur pro dimidia parte, quia in hoc ℭ quis teneretur restituere ex delicto non dicitur debitor. Dic plenius vt suprà dixi in eo. tit. §. ij. in gl. in verbo, *acquestz*. post quintam limitationem.

ADDITIO. De materia quãdo mulier teneatur ex delicto viri & econtrà, & pater ex delicto filij, & econtrà, vide amplè per Matth. de affli. in decis. regni Sicilię, quę incip. patres pro filiis, & ibi ponit, si pater soluat pœnam pecuniariam pro filio, an possit ab eo repetere. Et vide eundem Mat. in consti. quæ incipit, patarenorũ. in xj. xij. & xiij. col. vbi ponit regulã cum limitationibus, quãdo pater punitur ex delicto filij, & ecõtrà. ¶. De hac materia vide Ant. de Bu. in cõs. vij. in fi. & tex. in l. cum duobus. §. dãna. ff. pro socio. & vide. j̃. in §. seq. in gl. j. in addit. incip. aduerte quia vt suprà dictum est. ¶ Vide tamen quæ dicit in contrarium Pano. in consi. lxv. inci. in facti contingentia. in j. vol. & vide l. quod autem ex furto. cum materia quatuor legum sequentium. ff. pro socio. Et pro hac opinione vide arrestum parlamenti Burgundiæ.

§ Assignatio per maritũ liberis facta de quæstibus, an præiudicet vxori.

SEd quid † erit de assignationibus quæ fierent per maritos parentes suis liberis per modum diuisionis inter liberos, si fierent de quęstibus, vtrùm debeat in totum habere locum, vt sit per modum diuisionis partagij inter liberos traditum, siue assignatũ an debeat decretũ apud illos manere, vt mulier debeat mediam partem bonorum assignatorum deperdere? vidi aliquando cõtingere, vt scilicet pater viuens filiis suũ patrimonium diuidat & assignet. ¶ Videtur ℭ huiusmodi diuisio seu assignatio debeat valere & tenere etiam in quæstibus in præiudiciũ mulieris, quia pater viuens habet horum quæstuum dispositionẽ per statutum, suprà, *le mari* &c. Et facit, quia talis assignatio quæ fit per patrem filio per modum diuisionis sapit magis naturam cõtractus quàm vltimæ voluntatis solennitate adhibita. l. ex parte. §. fi. vbi tex. ibi, pater in filios diuisit bona. ff. famil. erciscũ. & facit natura † verbi, assignare, quod traditionem importat. l. qui officij. ff. de contrahen. emptio. facit §. fin. in l. j. ff. nau. caup. sta. l. assignare. ff. de assignandis lib. l. assignare. ff. de verb. signifi. & sic dispositionem inter viuos, secundũ notata in l. Lucius. ff. de lega. ij. & in l. legatum. ff. eod. tit. per quã maritus potest de quæstibus disponere, & in his mulier non contrariare & c. Et pro hoc videtur esse casus, imò est in d. §. fin. d. l. ex parte. vbi habetur quæstio. Pater inter filios diuisit bona, quod debet intelligi inter viuos, ex eo quod sequitur, & illam testamẽto confirmauit, qua cõfirmatione nõ fuisset opus per vltimam volũtatem, si fuisset alias vltima voluntas, quæ etiã minus solennis, valet ad huiusmodi diuisionem secundum notata in l. fi. C. famil. erciscũ. & in l. hac consultissima. C. de testa. ¶ Sed hoc inde fuit, quia multùm prodest quòd voluntas & dispositio inter viuos confirmentur morte, vt in actu & dispositione vltimæ volũtatis: vt notatur in l. hæredes palam. §. sed si no tam. ff. de testamen. Et colligitur etiã ex verbis in

6 Assignare verbum.

BIU Cujas

d.§.positis.ibi, assignauerat. per quæ & ibi dispositapatet,quia pater post illam diuisionē,& assignationēpermodum traditionis factam,passus fuerat filiū illisboni vti,& illa possidere. Ex quibus colligitur ꝙ eratdispositio inter viuos,ex quo sequit,& patet,ꝙ expositio gl.ibi,super verbo,diuisit.dū dicit, in codicillis,nō est bona,& est falsa diuinatio,& subauditio ad textum. Si ergo præcesserit talis dispositio,& assignatiointer viuos per ratiōes suprà allegatas,debebit valerein præiudiciū mulieris.& certè illius ratio patet in d.l.ex parte.inquātum non violando literā debebit, vtsimpliciter loquitur,simpliciter intelligi, in dispositione inter viuos.Facit nunc circa hunc passum cogitare, vt scilicet debeat valere talis assignatio, sed procontraria parte mouent plura iura & rationes.

PRima,ꝙ omnes legū professores teneāt,ꝙ omnesleges de huiusmodi diuisionibus per patres factisloquentes,& tractantes loquuntur,& intelligūtur illæ diuisiones sapere vltimam volūtatem patris sic diuidentis.l.filij.l.si cogitatione.l.fi.C.famil. erciſc. vbidicunt omnes per illos tex.tales dispositiones & diuisiones esse vltimas voluntates,& ex illis quantumcūque minimè solēnibus,& quibuscunq; verbis fiāt,diuidētis arbitrio robur tales diuisiones habere:&vt aliæ vltimæ voluntates subiacere Falcid. & aliis de vltimis volūtatibus disponētibus:quinimmo & aliquādo legata sapere,secūdum notata ibi, ꝙ licet sit apparētia dispositionis inter viuos,tamē lex ipsa expressèdicit,qualitercunque fiat non esse dispositionē interviuos, aut donationem, sed sit disponētis vltimū arbitrium. tex.est adliteram.in l.si filia.§.si pater. ff. familiæ erciſc.¶.Ex quibus videtur cōcludendum ꝙ talis diuisio & patris assignatio inter viuos de quæstib⁹facta,& vltimum arbitrium patris,& dispositio causamortis in quæstibus,non valebit inpręiudicium mulieris.¶ Et non obstant motiua pro contraria parte facta,quia talis diuisio inter viuos facta quātùm ad apparentiam actus qui præsentialiter geritur,habet respectū ad id quod post mortē euenit, scilicet portionis filiarum quam sunt habituręs,& sic ad tēpus mortis restringuntur.Ex quo sequitur ꝙ paria sunt,ꝙ aliqua fient aliquo tempore vel alio,sed ad illud referri.l.in his.ff.de hęred.instit.l. quod sponsæ. C. de donatio.ante nup. Tamē ego credo ꝙ posset sic inter viuosfieri,ꝙ haberet omnes qualitates contractus inter viuos.& valeret.quod nota ex antedictis.Et quantū adassignationem quæ sapit traditionem, dico ꝙ hoc estfictè & non verè,secundum Io.Fab.in l.si quis argentum.C.de dona.& in §.fin.instit.de assigna.liber.quætamē esset vera traditio,& facit cessare,&omnino excedit terminum assignationis simplicis.& nō habeaturrespectus ad petitionem successionis quę est postmortem,quæ saperet omnino traditionē inter viuos,

7 Quidvalet talis assignatio.

†dubitando ꝙ valere debeat,& ꝙ operaretur talis assignatio si fiat in solenni volūtate. vel nō. videat. Bar.Bal.& Sali.in l.quoties.C.famil.erciſc.quia si fiat permodum quotæ in solenni volūtate,habetvim institutionis,vt ibi: silverò in minus solenni volūtate fiet assignatio non per modum quotę,sed certarum rerum:si quidem certè ab intestato sint hęredes,ex quo nonrefert quali titul.bona habeāt,quæ qualiter habituri sunt:talis assignatio nō impedit, quin ęqualiter ab intestato succedant,sed operabitur vt quamlibet rē suāsibi assignatam per modum prælegati accipiant ab intestato.& vt dicit Sali.in d.l. quoties. erit vltima voluntas ab intestat.pro quo ego alleg.tex.in d. §.si pater.¶Sed quæro,voluntas codicill.an in alia videaturibi per eos.quia nihil seruit ad propositum nostrum,videatur per eos in d.l.filij.C.famil.erciſcun.& virumtalis dispositio siue assignatio habeat locū in liberisnaturalibus,dic vt per Bald.& Salic.in l.fi.C. familiæerciſcundæ.

IN TEXTV IBI,
Et ne sont point legats.

QVare est † ꝙ legata facta per maritum non capiuntur super acquisitis constante matrimonio,cùm etiam sint in bonis maritiꝰratio est,quia vt suprà eo.ti.habemus in iiij.cōsuetudine,quæ incipit.*le mari ne peut greuer*.maritus in mobilib⁹ & acquestis in quibus vxor habet dimidiam partem,non potest grauarevxorem in vltima voluntate.sed sic est ꝙ legatum estvltima volūtas,†& appellatione vltimę volūtatis cōprehenditur legatum : vt per plura ostendit do.meusIas.in l.senium.in vij.col.C.qui test.fa.pos.ergo faciēdo legatum,si legatū assumeretur super parte mulieris mulier esset grauata contra consuetudinem supradictam, maximè etiā quia vxor accipit mediam partem acquisitorum & mobilium tanquam suum virtute legis municipalis.& nō in hoc dicitur hæres,sedlegatum dicitur onus hæreditarium, quod soli hæredi est iniunctum.no.in i.pro hæreditariis.C.de hæredita.actio.per gl.& Bal.in l.j.& ij.C.ad Trebelleian.

1 Maritus nō potest le gare de acquestibus.

2

QVid autem † de legato facto de rebus mobilibus aut acquestibus, & soluto per manus testatoris,eius vita comite,an mulier poterit vendicare mediamparteꝫnam hoc potest fieri ꝙ eius vita comite per manus suas soluat legatum.l.Lucius.*la premiere*.ff.de leg.ij.& ideo videt ꝙ est dispositio inter viuos,& per traditionem videtur transire in aliā speciem, & mutarenaturā,vt dicatur donatio inter viuos secūdum gl.& Bart.in d.l.Lucius.& in l.legatum.ff.de leg.ij. nam invita soluens nō dicitur obligationē cōtrahere,sed spēfuturæ obligationis dissoluere. ideo cū maritus possit invita de talibus disponere per consuetudinem suprà positā in §. *le mari constant le mariage* &c. sequitur ergo ꝙ si fecerit vltimā voluntatem & legatum,soluēdo illud videtur mutare volūtatem,& de legato facere donationē inter viuos ? quod pōt facere nec potestmulier contradicere,vt suprà dictū est. Credo tn ꝙ sisimpliciter tradat,nihil aliud dicendo,ꝙ præsumitꝫ excausa legati,& ideo non valet,& poterit vxor vēdicare mediā partem. faciunt quæ in terminis dicit Bald.in l.ij.ibi,sed iuxta prædicta quæro.C. de iur. dot.& quæ dicunt doct.post Dyn.& alios in d.l.legatum.& in d.l.Lucius.ff.de lega.ij.nec præsumitur volūtas testatoris mutata. ideo si quis allegat testatorē mutassevoluntatem,debet probare,vt dicunt ibi docto.

3 Quid si le gatū viuēs soluerit.

SEd quæro,† quid in donatione causa mortis,numquid sit debitum ad quod teneatur vxor pro dimidia parteꝫ videtur ꝙ sic,quia nihil consuetudo nostradicit de dicta donatione causa mortis,sed solùm de legato,& iō cū non distinguat,nec nos distinguere debemus.l.de pretio.de publiciā.in rē act.mihi tn videtꝫ ꝙ vxor etiā nō teneatur ad donationes causa mortis,qa vt ꝙ dictū est in cōsuetudine quarta huius tit. quæinci.*lē mari ne peut greuer la femme*. maritus in vltimavolūtate nō potest grauare vxorē in acquisitis & mobilibus,sed si est,† ꝙ donatio causa mortis est vltimavoluntas,igit,& ꝙ sit vltima volūtas ꝓbatur,nā videmus† ꝙ qui pōt capere ex testamēto , pōt etiā capereex donatione causa mortis.l.omnibus.ff.de do. causamortis.&q; habet priuilegium in testādo,vt est miles,habet etiam priuilegium in donando causa mortis.

4 De donatione causa mortis.

5 Donatio causa mortis est vltima voluntas.

6

l. Marc.

l.Marcellus.in prin.ff.de dona.cau.mor.Item sicut in legato dominiũ transit recta via in legatarium.l.à.Titio.ff.de fur.idẽ in donatione causa mort.l.ij.ff.de publician.in rem actio. ¶ Item sicut in vltimis volũtatibus habet locum ius accrescendi.l.re coniuncti.ff.de leg.iij.ita etiã in donatione causa mortis.tex.in l.vnica.§.fi. C.de cad. tol.de quo Bar. non fuit recordatus in d.l.re coniuncti.Item quemadmodũ in vltimis voluntatibus reuocatur iuramentum continẽs quid turpe,ita in donatione causa mortis.l.quæ sub conditione.§.hoc edictum. ff. de condi. institut.Item distinctio quæ fit, an per alienationem testatoris intelligatur reuocatum legatum,an sit alienatio volũtaria,vel necessaria l.fideicommissa.§.si rem.ff.de l.iij.habet etiam locum in donatione causa mortis. dictum singulare Dy. in l. Stycũ qui meus erit.ff.de leg.j.quod dictum Bal.ibi reputat aureum:& alij sequũtur.Et istud etiam refert & sequitur Hip.de Marsilijs in singu.suo cxxxvj incip.longa profectò.¶Ex quibus supradictis æquiparationibus apparet,quòd donatio causa mortis æquiparatur vltimę voluntati.quas quidem æquiparationes posuit do.meus Ias.in l.seniũ,in vij.& viij. col.C.qui testa.facere pos.

IN TEXTV IBI,
Et faicts funeraux.

3 *Maritus sepelit vxorem expensis de dote.*

BAl.in l.quod in vxorem.C. de neg. gest. dicit,† ꝙ maritus postquam vxor est mortua,& sic finitum est matrimoniũ, nõ tenetur eam sepelire de proprio, sed de patrimonio mulieris, & de dote tenetur eã sepelire.l.sic pro rata.ff.de relig.& sumpti.fune.nam eo ꝙ est mortua,nõ tenetur amplius subire onera.† ipsa tamen existẽte in infirmitate tenetur subuenire de alimẽtis & medecinis,& omnibus necessariis. nã cùm durat matrimoniũ tenet subire onera,& si non subit, nõ potest nec ex pacto,nec ex statuto dotẽ lucrari.l. si ab hostibus.§.si vir vxor.ff.sol.mat.ideo vt sit æqualitas inter virũ & vxorẽ:†idẽ erit in vxore,quę postquã maritus est mortuus non tenetur ad expẽsas funeris, quæ debẽt extrahi de hęreditate mortui,etiam priusquã soluat creditoribus& legatariis.l.scimus.§.in cõputatione.C.de iuris deli.Sed sic est,ꝙ postquã maritus deuenit ad vltimã volũtatẽ, nõ potest amplius in media parte acquisitorũ & mobiliũ præiudicare vxori,ergo illa media pars iam est acqsita vxori,& sic non est de hæreditate, ergo super illa nõ est detrahẽda expensa funeris,cùm etiam vxor illã capiat iure societatis & cõmunitatis,& iure municipali ita dictãte,†dicẽ ꝙ si vir habeat vxorẽ indotatã,& quæ nihi habeat, tenetur eam sepelire,ne iniuria eius videatur quondã eius vxorẽ insepultam relinquere. ita est tex. in l. ꝙ si nulla.ff.de reli.& sumpti.fune. Lud. Roma. in consil. 517.in prin.& vide.l.in eum.cum multis seq.ff.de rel. & sumpt.fune.quod deduci debet ex hæred.prædicta impensa funeris.l.impensa.ff.eo.& est priuilegiata actio funeraria,vt est tex.& gl.in l.ij.ff.de priui.credi.

5 *Expensa funeris ante omnia est deducenda ab hæreditate detrahenda.*

ET ista † expensa funeris ante omnia est deducenda de hæreditate, priusquã creditoribus & legatariis aliquid soluatur.d.§.in cõputatione.† & adde ꝙ sicut expensa funeris est priuilegiata, vt ante omnia deducatur, idẽ in expen. facta in infirmitate defunct. tex.est no.in l.restituenda.C.de peti. hæred. quem ad hoc ibi no.Bal.& adde similẽ tex.in l.legatũ.C. de reli.& sump. fun. adde † quòd idẽ est in informatione testamẽti,quia expensa facta in hoc ante omnia est deducenda.Bar.in l.non ignorat.C.de fru. & lit. expen. Ant.de But.in c.j.ij.in ij.col.de ꝓba.& dicit Bar.se plu ries vidisse in facto.† qñ hęres fecit expẽsas in recolligẽdo testamẽtũ à notario, ꝙ si hæreditas nõ sit soluẽdo,tenent legatarij contribuere partẽ.p tex.in d. §.in cõputatione. & illud refert & sequit Pan. in cõs. cvij. inci.hęres q recolligit testamẽtũ.in j.vol.¶Et quę sint funeralia,ponit gl.in cle.dudũ.†de sepul.in cle.de iure ciuili,dicit sumptus funeris qcquid corporis causa erogatũ est.l.funeris.in prin.ff.de relig.& sump.fu. & vide tex.in l.at si quis.§.funer.causa.ff.de reli.& sumpti.fun.qs dicat sumptus funeris,&quõ debet arbitrari,vide in l.si qs sepulchrũ.§.sumptus funeris.ff.eo.& vide prædictas leges ad sciẽdũ q teneãtur ad sumptus funeris,& quę actio de iure cõpetat:&dicit Bar.in l.q erat.per illũ tex.ff. fami. erciscẽ. ꝙ iudex ex officio potest facere vendi de hęreditate pro sepultura defuncti. ita tenet & sequitur Paris de Puteo in tract. de syndicatu,in ver.cõcordia.charta.xxxv.Et aduerte,† q.a sepulturæ seu homini sepulto debet gloria,prout ostẽdit Inn.in c.cùm liberũ.de sepul. vbi dicit ꝙ sacerdos spoliatus corpore iam sepulto,nõ est ante omnia restituendus,vt vexatio corporis humati euitetur. dicam amplius in tracta.meo de gloria, laude & honore omniũ statuũ,in quinta cõsideratione secundæ partis.

8

9 *Sumptus funeris quid.*

10 *Sepulturæ debetur gloria.*

ADDITIO. Istud est in Catalogo gloriæ mundi, in ij.parte,in v.& vj.considerationibus. Et vide Hippoly.de Marsi.in singu.suo cxcix.incipiẽte,In iure expressum,& clarum est.

1 *An mulier teneatur ad luitionem pignoris pro dimidia.*

SEd quæro,†dicitur hîc in hoc §.ꝙ mulier quæ habet mediã partẽ in mobilibus & acquestib⁹ tenet ad mediã partẽ omniũ debitorũ,an hoc casu teneatur ad dimidiã partẽ redituũ, & assignationũ, pẽsionum, seu redituum venditorum per maritũ super omnibus bonis,in quibus marit⁹ habebat reachatũ, hoc est,an mulier teneatur ad luitionẽ pignoris pro dimidia parte?nam per consuetudinẽ nostrã infrà in tit. *des rentes uendues à reachat.* artic. j. reditus annui cum pacto de retrouendendo sunt,& inter mobilia computãtur,ita ꝙ si essent quos maritus acquisiuisset, vxor eius haberet dimidiam partẽ.ex quo ergo vxor quæ participat in mobilibus ratione illius participationis ad debita cùm in talibus participat, æquum est vt in similibus subeat onera,& supportet in quibus lucrũ percip. & audiui ꝙ ita fuit iudicatum in parlamẽto Burgundiæ nõ sunt multi anni,sed nescio inter quos,sed si hoc sit verũ,quãdo possit cogi mulier ad luendum, cogita ex his quæ dicit Bar.in l.sit vt certo.§. nunc videndum. ij. ff.cõmodati.¶ Sed aduertendum est ꝙ tex.nostræ cõsuetudinis dicit,ꝙ mulier tenetur ad debita, & non inuenio ꝙ tales reditus assignati sup re immobili sint debita,imò vr ꝙ dispositione iuris nõ sint debita quo ad mulierẽ.nã ꝓ talibus annuis reditib⁹ aget ille cui debẽt actione hypothecaria psonali,& hoc tãtũ cõtra illũ q ꝓmisit,& q se obligauit:aut actiõe hypothecaria ad rẽ,& hoc ꝓsequendo rẽ hypothecatã,nec agere poterit psonali cõtra mulierẽ,cùm nõ sit obligata.sed sic est ꝙ si ille cui debẽtur tales reditus agat hypotecaria ad rem,dicitur actio realis.Bar.in l. pignoris. C. de pigno.& sic nõ dicit in hoc casu creditor,cùm in actione reali nõ sit dare neq; creditorẽ, neq; debitorẽ. gl.est.no.in §.j.in verb.debetur. instit. de actio. Alex. in l.j.in fine,ff.si certũ peta.ergo non erit debitũ. Bal. in cons. cccclxxxv.in j. parte.& per consequens non tenebitur mulier, cùm teneatur tantùm ad debita,qa ex quo in istis reditibus hoc casu nõ cõueniant verba consuetudinis,ergo nec dispositio illius:cùm cui verba non conueniũt,nec etiam dispositio.l.iiij.§.toties. ff.de dam.infec.Alex.in cons.xvij.in j. col.in j.vol.ista

An reditus annui sint debita.

BIU Cujas

quæstio fuit decisa in parlamento Burgundię, vt dixi, ideo non plus insisto: sed dico ꝙ hoc casuaget credi tor si velit contra mulierem condictione ex statuto, per §. xj. huius tit. vt ibi videbitur.

§. DECIMO.

ET semblablement est tenu le mari de payer la moytié de tous les debtes deuz par sa femme.

DEM in comitatu Niuern̄. Hic articulus incipit à copula præcedente aduerbium similitudinis, vt Latinè solet. † quę copula coniūgit sensus dispositioni præcedē tis & sequentis. l. si stipuler. §. si in locando. ff. de verb. habetur in l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duo. reis. in l. j. ff. de condi. & demon. per Bar. & † natura aduerbij similitudinis est æqui parare. l. ad similitudinē. C. de epiſco. & cler. aut. similiter. C. ad leg. Falc. est ergo sensus quòd sicut mulier ex statuto præcedenti tenet ad dimidiā partē debitorum viri, sic maritus tenetur ad dimidiam partem debitorum mulieris. & † est ista similitudo directa. ¶ Similitudinum alia est contraria, alia directa. Directa est quoties assimilata simul conueniūt, vt si diceretur, Sempronius est studiosus, sicut Titius est studiosus. Contraria verò est quæ fit à contrariis, vt si diceretur, Titius est studiosus, sicut Sempronius est vagus. ita docto. per gl. in ver. dominium. ibi, superiore casu, in l. si quis posthum. §. si filiū. ff. de libe. & posth. gl. est in l. si quis. §. si duob⁹. in ver. neutri. ff. de adimen. leg. tex. in l. iij. cum gl. in pri. §. fin. ff. de acquir. rer. domi. gl. in l. sicut ff. de pignorib. glo. in l. sicut datā. C. de lib. cau. quæ gl. hîc explicata sibi cōuenit, & est directa. quod enim in vxore disponitur p statutū præcedens, istud recta similitudine disponitur hîc in marito. & dicuntur similia, cum in eis est omnimoda ratio & eadem, imò in hoc casu maio. l. non solū. §. qui primipilū. ff. de exc. tut. & licet regula sit iuris, † ꝙ nullū simile sit idē. l. qđ Nerua. ff. deposi. tamē vbi est omnimoda similitudo, possint dici cad. tex. est, & gl. no. in l. nemo potest. de duo. reis. vnde cùm in istis casibus sit omnimoda dispositionis ratio & eadē, sequitur ꝙ nō merētur dici similia, sed eadem. Ex quo potest dici, ꝙ & si non fuisset per hoc statutū aliquid dispositum de viro, ꝙ ex virtute & ratione statuti præcedentis ille articulus ad istum fuisset ampliatus, non autem vt similia, sed vt eadem, & vt æqualitas inter socios seruetur, & vt vir ad paria iudicetur. ¶ Et ꝙ fauor mulieris quæ admittit extēsionē de similibus ad similia, regula, odia. de regu. iur. in vj. cum ibi notatis, & p Bal. in l. fi. C. de in ius vocā. Et quæ ad hūc articulum attinent suprà articulo præcedenti amplissimè dixi, q̄ licet disponat quomodo mulier tenet ad debita viri, & cęter⁹ funeralia, & iste dicat quomodo vir teneatur ad debita mulieris, tamē ibi ego dixi magis quomodo teneatur vir ad funeralia vxoris. Applicentur hîc quę ibi dicta sunt, & vltrà quantum ad hoc dicatur, † ꝙ licet ratio similitudinis, de qua in hoc articulo, velit ꝙ maritus teneatur ad medietatem debitorū mulieris, & isti casus parificati & eorum similitudo debeat esse omnimoda. §. item lapilli. & gl. in verb. inuētoris. insti. de rer. diui. Et sit sensus, ꝙ licet in debitis viri non computentur impensæ funeris mariti, vt ad illas mulier non teneatur, sic erit indebitis mulieris, nō debet ista impensa funeris computari, vt maritus ad illā teneatur. Quod debet intelligi, vt dixi suprà artic. proxi. nisi aliquid de dote mulieris habeat vel ex pacto, vel alio modo, per iura quæ ibi alleg. Ex quo ad practicam nostram reducendo, dico quòd side dote mulieris aliqua pars amobilizetur, hoc est efficiatur mobilis, vt ea ratiōe maritus virtute statuti illius aliquid vltra mediam partem lucretur, ꝙ pro rata illius quod lucratur, tenetur ad funeris impensas, & cōputabitur inter debita. & erit tunc verum dicere, quòd non erit omnimoda similitudo. quod non erit mirum, † quòd licet aduerbium similitudinis referat sequētia ad præcedentia, per d. §. item lapilli. tamē non semper refert cū suis qualitatibus. hoc est si clausula sequēs habuerit aliquam clausulam limitatiuā, illa limitatio nō refertur semper ad clausulam pręcedentem. casus est ad literam in l. quæ bis. ff. de ædi. edi. Et hoc quoniā clausula limitatiua in sequente appositā, nō potest primo conuenire. facit gl. in c. secundo requiris. de appella. Bar. in l. si idem. §. fin. ff. de iurisdict. om. iud. † Etsi maritus noluerit istas impēsas pro rata facere, in hoc punietur, quia perdet lucrū quod habet ex parte dotis amobilizata, per iura sequentia. alleg. glo. in l. non oportet. C. de his quibus vt indignis. & l. fin. cum auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. Et non obstat quòd illa iura loquuntur in lucro relicto ab eo qui ordinauit, vt scilicet nulla alia pœn. sit à iure imposita, nisi amissio illius lucri, & ꝙ isto casu est lucrū legale, quia etiam in tali lucro procedit, vt non faciēs qđ lex vult, puniatur in lucro legali, imò etiā dispositio casus est in l. sciant. C. de legi. hær. l. matres. & l. omnem. C. ad Tertullia. Et videtur esse optima ratio quare teneatur maritus soluere mediam partem debitorum mulieris & melius quā vt vxor viri, quia mulier non potest cō stāte matrimonio facere debita absque volūtate mariti, per statutū primum in hoc tit. & sic videtur accōmodare volūtatē suam vt illa soluat, per hoc statutū, imò quodammodo ipsemet videtur illa facere, quę re nuntiauit solùm, ideo in primis factis ad debita tenetur, sed hoc facit ratio suprà dicta æquissima.

1 Copulæ natura.

2 Aduerbij similitudinis natura.

3 Similitudines variæ. Directa.

Contraria.

4 Nullum simile idē.

5 Maritus tenetur ad medietatē debitorum mulieris, sicut ecōtra.

6

7 Pœnam ritis suprà dicta non facientis.

IN TEXTV IBI, De tous debtes.

INtellige de debitis validis, † quia si mulier fideiussisset pro aliquo, licet etiam dicatur debitum. Bart. Alexan. & alij in l. j. ff. si cert. pet. & Ang. & doct. in l. Blanditus. C. de fideiuss. & in l. Stichum. §. vltim. ff. de sol. tamen maritus non tenetur, cùm etiam mulier iuaretur exceptione Velleian. ff. & C. per totū, ad Velleia. intelligitur ergo consuetudo de debito quod potest exigi ab inuito, quod verè dicitur debitū. Bar. & doct. in d. l. j. ff. si cert. pet. & non de illo quod per exceptionem tolli potest. & tamē videretur hîc dicendū contrarium, cùm tex. nostræ consuetudinis loquatur generaliter, dicendo, *de tous debtes*. vnde qui totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de lega. iij. c. solitæ. de maio. & obe. c. si Romanorum. xix. distin.

1 De quibus debitis sit intelligēda consuetudo.

SEd tu dic, † ꝙ generalitas & vniuersalitas est intelligenda & restringenda ad actū ciuilē debito modo factū seu habilem, prout est materia vulgata in l. j. §. nūtiatio. per do. meum Ias. ff. de noui ope. nunt. & facit quod dicit Bart. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de cōtratab. † quòd statutum puniens cedentem actionem nobili, intelligitur de cessione ritè facta, & quæ est valida. † & statutum quod imponit gabellam super cōtractu, intelligit de cōtractu valido. Bal. in l. non dubiū. in iiij. col. C. de legib. cum infinitis ad hoc allegatis per do. Felin. in c. ex tenore. in iiij. & v. col.

2 Generalitas quo. modo restringēda.

3

4

BIU Cujas

de rescrip. & in ca. cæterum. in vij. & ix. colum. extrà, de iudic. & ponit latè do. meus Iaſ. in l. ij. §. prætor ait. in j. & ij. col. ff. qui ſatisda. cogan.

¶ Debita pro delictis an hic comprehendatur.

ITem † nunquid ſi mulier debeat aliquid ex delicto commiſſo peream, vel econtrà maritus, an dicatur debitum videlicet qd cõprehẽdat ſub hoc ſtatuto ſeu cõſuetudine? vide Alex. & do. meum Iaſ. in l. j. ff. ſi cer. pet. ¶ Aduerte, qa vt ſuprà dictum eſt maritus & vxor ſunt ſocij: † & ſocius nũquã tenet ex delicto ſocij, etiã ſi eſſent ſocij omniũ bonorũ: & cõdemnatio debet tãtùm ſolui de parte delinquẽtis, & nõ de parte alteri⁹. tex. eſt in l. ſi fratres. §. per cõtrariũ. ff. pro ſocio. Alex. conſil. ſuo lxx. in v. vol. & vide Iacobinũ de S. Georgio in l. ſi ſeruus. §. ix. eod. tit. in gl. *de tous debtes*. verſ. item ſtante.

¶ Socius nõ tenetur pro delicto ſocij.

ET intelligenda ſunt prædicta de conſuetudine huius patriæ: ſecus de iure. † quia de iure maritus nõ tenetur ꝓ vxore, nec econtrà. l. j. & p. totũ. C. ne vxor ꝓ ma. niſi in vno caſu, ſ. ſi mulier tutrix nõ reddita rõne tutelę nupſit tibi, tu obligaris ꝓ ea, caſu quo nõ eſſet ſoluendo. tex. eſt not. de quo exclamat Bal. in l. pe. C. in qui cau. pig. taci. cõtraha. vbi ſubdit Bal. † caue ti bi cũ cõtrahis matrimoniũ cũ vidua, vt facias primò ꝓ reddat rationẽ, & fiat ei quittãtia generalis. ꝓ quo facit gl. ſin. in auth. ſacramẽta. C. quãdo mu. tute. off. fun. poteſt. & vide quæ dixi in §. ij. gl. in verſi. *acqueſts*. poſt quintã limitationẽ ſ. hoc eo. tit. & in §. *la femme qui eſt participante*. in gl. in verſi. *de tous debtes*. hoc eod. tit. vbi ex prædictis ſimul collectis potes videre quomodo mulier teneatur ex delicto mariti, & econtrà.

7 De iure ſecus.

8 Pro contrahẽtibus matrimonium cum vidua.

VIdemus hîc ꝓ per hanc cõſuetudinẽ maritus tenetur ad omnia debita contracta per vxorem, & econtrà, an hoc ſit verum, etiã ſi debita ſint facta ante matrimoniũ cõtractũ? dixi in §. præcedenti, ꝓ mulier tenet ad luitionẽ pignoris ratione rei hypotecatę cũſtãte matrimonio, in quo habẽt reachatũ, vt hîc antè in §. præcedenti. ſed quid ſi maritus ante contractum matrimoniũ hypothecauerit partem ſuorũ bonorũ immobilium pro certo redditu annuo ſingulis annis ſoluẽdo in quo habet reachatum an mulier teneatur poſt eius mortem luere pignus pro dimidia parte, an verò hęredẽs in totũ debeant luere: & ſi hęredes luãt, an luitiõe facta mulier debeat habere in illis bonis, ſi ſint antiqua hæreditagia, dohariũ ſiue vſumfructum pro dimidia parte? Cogita, quia vidi caſum in facto, & multum põderaui iſtud verbum, *De tous debtes*, quod verbũ comprehẽdit etiam facta ante matrimonium, & conſtante matrimonio.

Nota.

ADuerte, quia dixi in caſu emergẽti q ita fuit deciſus, ꝓ ad debitũ contractũ ꝑ fratrẽ in ſororibus ſuis maritãdis ab eis acquirunt bona paterna ante cõtractũ matrimoniũ cum aliqua vxore, ꝓ illa vxor non tenetur ad illa debita. Et ratio eſt, quia in illis participat, cùm ſint acquiſita ante matrimoniũ, nec ſunt antiqua hęreditagia quo ad eã, & ſic nõ capiet in eis doharium. Et ideo cùm nõ ſenſiat in illis aliquod commodum, ideo videtur ꝓ non debet ſentire aliquod onus. dixi tamẽ ſuprà eo. ti. art. ij. verſi. vlterius quæro. ꝓ ſi quis emat rẽ immobilẽ ante matrimoniũ, & ſoluat conſtãte matrimonio, ꝓ mulier participabit in lucro, ſ. in acquiſitione facta ante cõtractum matrimoniũ in vno caſu, ſcilicet in patre qui acqſiuit bona materna filiæ mediãte certa dote, quam ſoluit poſtea cõſtante matrimonio ſęcundæ vxoris.

ADDITIO. Ego poſtmodum mutaui opinionem, & mihi viſum fuit quòd mulier non debet participare in illis acqueſtibus factis ante matrimonium, licet ſolutio fuerit facta conſtante matrimonio: quoniam in talibus inſpicitur tempus contractus. dixi in §. præcedenti in glo. *de tous debtes*.

§. VNDECIMO.

ET peuuent les creanciers agir cõtre les heritiers du defunct debiteur, pour le tout, lui eſtant ſeulement, ou agir contre la femme pour la moytié de la debte ſi bon leur ſemble.

IDEM in comitatu Burgundiæ quo ad ſecundum articulum, & idem in comitatu Niuernenſi. Iſta conſuetudo videtur eſſe contra omnem iuris diſpoſitionem, ſcilicet quòd vxor teneatur pro marito. vt l. j. & ij. C. ne vxor pro marito. imò conueniens vnum pro alio deberet perdere cauſam. auth. ſed omnino. C. eodem. ſed vt iam dixi, iſtud eſt eo ꝓ qui ſentit commodum &c.

IN TEXTV IBI,

Contre les heretiers.

1

ADuerte † quod non ſufficit quem probare eſſe filium ad hoc vt probetur quòd ſit hæres, ſed requiritur probatio quò ſe immiſcuerit. ita tenẽt Ioan. Fabr. & docto. ibi in l. j. C. ſi minor ab hæredi. allegat. Dyn. in l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matrimonio.

IN TEXTV IBI,

Contre la femme.

SEd iuxta prędicta † quęro, nũquid valeat ſtatutum quod vxor teneatur pro marito, & pater pro filio, & ſic vnus pro alio teneatur tex. in l. hac diffinitione. C. de omni agro deſer. lib. xj. & in l. fin. C. de primipi. li. xij. & in l. ſatis notum. C. in qui. cau. pignus taci. cõtrahatur. videntur facere quòd ſic. Hinc dicit Bar. in tract. repræſaliarum. in iij. q. j. partis principalis, ꝓ valet ſtatutum expreſſè diſponens, ꝓ vxor teneatur pro viro. Hinc dicit Bal. in l. dot. C. de iure do. ꝓ valet ſtatutum diſponens quòd filij mercatorum teneãtur ad debita patris, etiam ſi non probentur hęredes. Imò etiam ſi conſtet ꝓ repudiauerunt expreſſè hæreditatẽ, & licet ſtatum in hoc ſecundum eum eſſet durum, tamen valẽt, quia pactum valeret. Et cum Bal. trãſit Pe. de Anch. in repetitio. c. canonũ ſtatuta. in xviij. charta, in verſi. ſed quæro vlterius, ſcriptum eſt in lege diuina. ¶ Et de quæſtione ꝓ pater teneatur pro filio, etiam in delictis quo ad pænã pecuniariam, ponit latè do. Iaſ. in §. actiones. in x. & xj. col. inſtit. de actio. & in l. ſi quis in ſuo. §. legis autem. C. de inoff. teſta. & in l. de quibus. in xiiij. col. ff. de legib. & Feli. plenè in c. ij. in ij. col. de conſti. & in c. ius generale. in penul. & vlt. col. j. diſtin. do. Iaſ. in l. j. in pen. col. ff. de in litem iur. Et Soci. in conſi. ſuo xxxj. in iiij. col. ibi, circa tertiam. in j. vol. vbi amplè.

1 Statutum quod vnus pro alio teneatur, an valeat.

ADDITIO. Et quia iſta conſuetudo videtur eſſe contra ius commune, an potuerit hoc inducere dux Burgundiæ, qui non recognoſcit imperatorem in ducatu, ſed regem Francię recognoſcit? vide Mat. de affli. in præfatione conſtitu. regni Siciliæ, in ij. & xij. quæſtionibus, vbi ponit decem cõcluſiones quomodo ſtatutum non valet contra ius commune.

Et

BIU Cujas

1 Creditores d'vn mari contra quæ agere possint, & nota bene totam hãc glo.

ET quia † iste articulus in verbis, sensu, & substantia habet plurimũ obscuritatis: cùm enim veniat continuãdo materiã statutorũ precedentium quę disponũt de debitis viri & mulieris per eosdẽ soluẽdis, & ibi sunt factę illorum similitudines, sequitur ꝙ iste articul⁹ debet disponere in verbis & sensu ꝙ creditores non possent agere cõtra hæredes viri obligati pro toto. Et similiter creditores mulieris obligatæ non possent agere contra hæredes ipsius etiam pro toto, quemadmodum dispositum fuit infrã, quòd si sunt obligati simul possit agi secundũ formã obligationis, quod tamen videtur esse sic in hoc articulo dispositũ, & colligitur ex verbis in vltima clausula, ibi, *ou agir*, quæ disponit aliquid de muliere, videtur declarare ꝙ tãtum loquitur in creditoribus viri, vt possint agere pro toto contra hæredes viri, quòd aliter sit in creditoribus mulieris, cùm de ea & de suis hæredibus nihil disponat, imò aliquid postea disponendo §. seq. videtur illum casum quantum ad hęredes mulieris in hoc non procedere. arg. l. cum prætor. ff. de iudi. ¶ Tamen ego credo ꝙ talis fuerit mens statuentiũ, vt possit etiã tota isti⁹ articuli dispositio cõuerti, & in muliere intelligi, tã in prima particula quã secũda, vt sit sensus, ꝙ creditores mulieris possint agere contra hęredes mulieris, si ipsa mulier esset obligata. Nihilomin⁹ etiã ex clausula secunda, possent etiã agere cõtra virum superstitẽ & ꝓ media parte, vt sit istorum parificatorũ omni modo similitudo, sicut in primis duob⁹ articul. & fatetur ratio, ꝙ † quãdo lex antiqua parificat aliquos casus lex nona superueniens loquẽs in vno etiã intelligitur loqui in alio. l. si qs seruo ꝓsuaserit. C. de furtis. l. ij. §. ꝓsuadere. ff. de sect. fug. cùm ergo duo prima statuta, quæ posũt dici lex antiqua, parificãt virũ & mulierẽ, istud statutũ, qđ est nouũ, debebit etiã eos parificare. ¶ Et ꝙ talis sit mens statuẽtiũ, facit ratio statuti sequẽtis, ibi, *Et si lesdicts mariez*, etiam tamẽ statutũ sequẽs verbis expressis plus declarat hunc articulũ, qualiter tn in creditoribus mariti & eius hęredibus, vt habeãt recursum cõtra mulierẽ ꝓ media parte, & nihil disponit de casu assimilato, s. de hæredib⁹ mulieris. hi enim habẽt regressũ cõtra maritũ, qa præsupponere videt ꝙ mulier ꝓ debito viri possit insolidum cõueniri, ꝙ si talis fuerit mẽs statuẽtium, quæ fortè præsumẽda est, quæritur de ratione: nullã aliã reperire scire, nisi quia nõ præsumitur ꝙ mulier cõstante matrimonio se obliget sola, sed præsumitur quòd maritus se obliget, & sic cõtra eum datur & nascitur ex obligatione actio. Nimirum si cõtra eum ꝓ toto agatur, quia cõtra obligatũ agi debet inst. de act. in prin. l. licet §. ea obligatio. ff. de ꝓcu. l. si pupilli. ff. de nego. gest. at actio quæ datur in mulierẽ nõ datur nisi in subsidiũ, quare. &c. ¶ Sed etiã ista ratio nõ cõcludit, qa etiã mulier potuit habere debita ex sua obligatione tam ante cõtractũ matrimonium quàm post, ex voluntate & licẽtia siue cõsensu mariti, cõtra quã debet attẽta ratione suprædicta agi, & nõ ecõtra virum, quod tamẽ hîc aliter dicendum est. vnde sunt hîc quatuor casus, vn⁹ in litera, s. ꝙ cõueniãtur pro toto hæredes mariti defuncti, aut mulier ꝓ dimidia parte. ¶ Secundus erit huic contrarius, & erit similitudo contraria, de qua suprà sum locutus, de qua debebit esse idem iudicium, quia contrariorũ est eadẽ disciplina. l. inter stipulantẽ. §. sacrã. ff. de ver. obl. est autẽ ꝙ muliere mortua obligata, creditores agant in totum contra suos hęredes, similiter aut ipse maritus ꝓ dimidia parte cõueniri poterit: & credo ꝙ sic, & sic esse debet in ratione huius statuti. ¶ Tertius erit ꝙ creditores agant ꝓ quota contra maritũ viuentẽ, aut pro dimidia contra hęredes mulieris mortuæ. ¶. Quartus, ꝙ creditores agãt cõtra mulierẽ obligata ꝓ toto, aut ꝓ dimidia contra hęredes mariti mortui. & omnes istos casus credo esse p rationẽ hui⁹ articuli decisos, vt sic procedere in omnibus debeat quemadmodũ hîc disponit. nõ audeo affirmare: qui ista legitis cogitate. sed inquantũ iste art. habet ꝙ mulier potest conueniri & contra eam poterũt agere viri creditores ꝓ media parte debiti, videt esse quodãmodo iuri contrarium. Nã certissima iuris est regula, † ꝙ omnis actio presupponit obligationẽ: saltẽ actio personalis, † quæ est ius persequendi in iudicio quod sibi debet. inst. de actio. in prin. quod ibi notat. † & est mater actionis. d. l. licet. §. ea oblig. ff. de proc. pro suo interesse & medietate debit. i. quod iudex est medietas, similis expositio est in §. finitur. inst. de vsuf. ibi p modũ & tẽpus in medietate tẽporis. vel erit alius effect⁹, quia illa actio cõpetit pro illa dimidia consequẽda & interesse persecutionis, qđ erit in sumptib⁹ & expen. aliis. quæ secunda expositio videt verior, vt j. patebit. ¶ Dico ergo ꝙ pro intellectu materiæ est præsupponendũ id quod in articulis præcedentibus est dictum de ratione quare viri & vxoris debita sint cõmunia, & cõmuniter soluẽda, siue sit illa ratio societatis, correitatis, participãtionis in quæsitis & mobilib⁹, aut alia, hoc incõcusse verũ est, ꝙ mulier est debitrix pro dimidia parte, & ꝙ potest cõueniri & exigi ꝓ dimidia parte † sed quia hæredes habere nõ possunt post dispositionẽ statuti, propterea cõgruum fuit ꝙ illis daret remediũ cõtra mulierẽ ꝓ illa dimidia. qđ remedium est recursus cõtra hęredes ipsi⁹ mulieris, q recursus fundat in his quæ habent p tex. gl. Bar. Bal. Sali. & nouissimos in l. j. C. de trãsac. p Bar. in l. j. §. nũc tractemus. ff. de tu. & ratio. distra. per eũdẽ Bar. l. Modestinus. ff. de solu. aliqđ p Bal. in l. j. C. cõmunia de legat. qđ tamẽ remediũ, & alia tria de iure cõmuni cõtra mulierẽ hæredib. viri totũ soluẽtibus denẽ etiã cõprehẽsis secundũ Mat. in locis s. allegatis, & cõtradicit. vnde dicitur dixisse his actibus aut supflua aut manca, siue iuris dispositioni diminutiua, istud remediũ cõcludẽdo videt alia velle. l. cũ prætor. ff. de iudi. cũ similib. ¶ Ad quorũ verã intelligẽtiã est sciẽdũ, ꝙ seruo secũdo obligato, & solidũ soluẽte cõpetunt remedia quę ponũtur in l. j. C. de transl. sunt autẽ diuisionis ordinis, diuisionis actiõis vtilis, etiã vt cõtra tamẽ ceteros fideiussores & tutores diuersimode cõpetant secũdũ not. in d. l. Modestinus. in l. j. & auth. ibi positã, vbi quãtũ ad correos videat ꝓbare Cy. Bal. C. de duo. reis. ¶ Quãtũ ad alia remedia quæ sunt cessionis & donatiõis, diuisionis cessiõis, nihil ad ꝓpositũ: ideo me remitto ad notata in legib. s. alle. sufficit habere ꝓ firmo & cõstãti, ꝙ arguit de vtili actiõe quæ succedit in subsidiũ & loco actionis, vt sit verum dicere cum mulier tenearur pro media parte ad solutionem debitorũ per maritum, & nõ sit obligata suo nomine: aut si sit per cõuentionem expressam secundum formã articuli seq. quo casu possunt conueniri soli. aut secundum formã statuti precedentis quomodo semper declaratum est, scilicet conditione ex lege: & in hoc casu sunt vir & vxor, & socij & mariti hęredes conueniãtur insolidũ: & agitur insolidum contra ipsos hęredes, quia licet p creditores nulla facta fuit cessio, æquum certè fuit illis prouidere de remedio cõpetenti. qđ est ex dispositione iuris illa vtilis actio quæ succedit loco cessionis, quæ vt de iure isto casu & similibus cõpetit, sic et de constitutione cõpetere debuit, p iura suprà all. maximè p Bar. in d. l. Modestinus. ff. de sol. & istud remedium

2 Sensus consuetudinis.

3 Nota de casibus parificandis.

Casus quatuor.

4 Regula.

5 Actio personalis, quid.

6

7 Remedium creditoribus contra mulier. rem.

BIU Cujas

diũ est ista actio recursoria, de qua suprà sum loquut⁹: cùm enim casu quo soluẽs solidum potest implorare beneficium cessionis, eo casu si soluẽs non petat sibi cedi, statim trãsiẽt in ipsum vtiles actiones ipso iure. d.l.Modestinus. ¶ Sed quid opus fuit cauere per statutum, cùm ꝓcedat ex iuris dispositione? dico ꝙ ꝓdest, secũdũ qd̃ nuper dixi, †quia dispositum à iure potest in consuetudinem reduci, vt rectè per Bar. in l. j. ff. ad legem Fal. in l. de quibus. ff. de legi. & habet istud statutum fundamẽtũ in iure, in eo ꝙ vnus ex correis habet actionem cõtra alium licet soluerit volũtariè intelligens. l. primã. & ibi not. C. de duo. reis. Vnde cùm vir & vxor sunt cõmunes & correi, secũdũ qd̃ dixi, igitur &c. & addo. etiam si esset verum dicere mulierẽ non esse primò obligatã (qd̃ tamen ostendi necesse) tñ meritò ex natura correorum datur hæredibus viri regressus cõtra mulierem, secundũ notata in d.l.j. C. de transac. Bar. in l. vt fideiussor. ff. de fideiuss. not. per Bar. in iiij. q. prin. in d.l.j. & auth. ibi posita. C. de duo. reis. posśũt tñ vltra remediũ, licet possint hæredes petere à creditorib⁹ qbus soluerint cedi sibi actiones contra mulieres, secundũ no. per Bar. in l. cùm is. ff. de fideiuss. in l. Modestin⁹. ff. de sol. cũ similibus. cùm ipsa mulier ꝓ media parte sit obligata modis suprà declaratis qa si nõ esset obligata, fortè esset secus, & esset in hoc casu remediũ huius articuli singularissimũ. vnũ est tñ remediũ, ꝙ si cessio posset isto casu ꝓcedere, ꝙ debitor fieret per creditorem ante solutionẽ sibi factã, qa post solutionẽ nõ valeret, nisi pacto de cedendo præcedẽte. casus est in d.l. Modestinus. ¶ Hinc satis apparet hoc remediũ huius statuti vtilis actionis esse summè necessariũ, cùm materia cessionis sit difficilis & intricata. de qua vide singularẽ distinctionẽ in d. l. Modestinus. †& nõ est opus quęrere qd̃ de casu cõtrario, videlicet si mulier totũ soluerit an possit ab hæredib⁹ viri p vtilẽ actionẽ medietatẽ petere p remediũ huius statuti, qa mulier nõ põt ꝓ toto debito exigi, sed tantum pro dimidia parte, secundũ qd̃ est dictũ suprà pro qua dimidia parte statutũ eã obligat, vt s̃. amplè declaraui. Tamẽ si volũtariè soluit, qd̃ põt accidere, quę ritur quid iuris? & in hoc videtur esse difficultas. & omissa illa disputatione de volũtaria obligatiõe vel necessaria, dicemus post Bar. in d.l. Modestinus. in j. col. ibi, antequã tertiũ. ꝙ cùm vir & vxor sint socij & correi, & duo correi debẽdi, vt s̃. declaraui articulo ꝓximo, & tractatur de primitiua obligatione, ex quo cõmodũ fuit cõmune, negotiũ ptinet ad vtrũq;, ꝙ tũc p creditorẽ debetur cõtra correũ debitorẽ ꝓ illa parte soluta fieri cessio soluẽdo, vt notat̃ per gl. i l. vir vxori. §. fi. ff. ad Velleia. per Bar. in l. reos. in prin. ff. de duobus reis. & à pari ꝓcedũt cessio & ista vtilis actio, secũdum notata in l.j. C. de transac. sequitur ꝙ isto casu habebit ista mulier vtilẽ actionẽ, & remediũ huius statuti cõtra hæredes. & est minor difficultas in hac actiõe vtili q̃ in cessione, qa dissoluitur obligatio, secũdũ quod declarat Bart. in d.l. Modestinus. quæ per soluentẽ volũtariũ est dissoluta, ideo cessio videt̃ impossibilis, cùm p solutionẽ fuit sublata omnis obligatio. inst. qb. modis tollit̃ oblig. ĩ prin. l. Papinian. ff. mãdati. & hoc si soluẽs soluat nomine illi⁹ cõtra quẽ petit cessionẽ. & in hoc casu nihil operetur pactũ prędecedẽs nec dispositio d.l. modestinus. ¶ Sed, qd̃ est fortius, dico, quod cessante distinctione huius statuti, erat bona ratio, & iuris dispositio, ꝙ hæredes viri soluentes totũ, & cõpulsi soluere repeterẽt medietatẽ ab ipsa vxore tã p supradicta, q̃ ex natura correorum, ex quo iure & natura eorũ est verũ dicere in casu contrario, si mulier soluat, poterit ab hæredibus viri repetere. ꝓ quo facit quod voluit Bart. in d.l.j. & auth. ibi posita. C. de duo. reis. in xxx. col. ibi, secundò quæro. † vbi quærit quid si vnus ex eis correis soluit, an repetat. & dicit, ꝙ aut duo rei obligantur ex mera liberalitate, & tũc aut sunt socij, ꝙ vnus soluẽs repetit ab alio actione pro socio: aut nõ sunt socij, & nullo modo repet. l. in lege Falcidia hoc obseruandum. ff. ad legem Falci. aut non obligantur ex mera liberalitate, & tũc aut totũ negotiũ peruenit ad soluentẽ, vt qa tota pecunia peruenit ad eũ: vel alio modo, & ille nihil repetit, nec negotiũ ptinet ad aliũ, & interdũ ab alio petit sciens ad eũ pertinere in totũ vel in partẽ. vt in l.j. C. de duo. reis. in l. nec quicquã. ff. de exer. & in l. habebat. ff. de inst. actio. & istis casibus contraria actione agit, secundum Bart. vbi suprà, ꝙ aut omnes sunt obligati ex propria conuentione, & vnus præsente alio, & tunc soluẽs repetit partem actione mandati. l. si remunerandi. §. si passus. & l. qui patitur. ff. de mãdati. l. Iulian⁹. §. j. ff. de verbo. obli. iste artic. est decisio articuli sequentis. aut vnus obligatur altero absẽte, vt fit cõmuniter, ꝙ vir se obligat absq; muliere, quãdo tamẽ ex statuti dispositione tenetur ea obliga. quã suprà articulo proximo declaraui: & tũc si sunt socij, aut sunt socij, vt sunt vir & vxor, & tamen alter ab altero repetet actione pro socio. d.l. nec quicquam. ff. de exerci. aut non sunt socij, & non habent beneficium diuisionis, & sic quia negotium non poterit expediri pro parte, & si debitũ fuerit cõtractũ in rõne rei corporalis, ita ꝙ cadit in iudiciũ cõmuni diuidũdo, & iterũ repetet per actionẽ cõmũi diuidũdo. d.l.q habebat. §. fi. ff. de ĩstit. or. act. aut fuit cõtractũ debitũ simpliciter, vt quia pecuniã. acceptã deferunt, & tunc quilibet cõuertit in suos vsus, & iterũ habet locũ cõdictio ex l.j. C. de duobus reis. si verò habebat beneficium diuisionis, & sic negotiũ poterat expediri per partẽ, & tunc habet locum actio negotiorum gestorũ. l. si cõmunes. ff. de negotiis gest. l. hæredes. §. si vnus. ff. fam. erisc. hęc est disti. Bart. quã sequuntur communiter doc. Bal. d.l. & Sali. in d. auth. idem Bar. in iisdem verbis in l. reos. in ij. col. ibi, quæro qua actione. ff. de duobus reis. ex qua poterit colligi ratio huius statuti & quæstionis suprà formatæ.

9 Si mulier totũ soluerit quid iuris.

10 Vno ex correis soluente an repetat.

IN TEXTV IBI, Obligé seulement.

ADuerte quia hoc casu si maritus & vxor essent obligati, creditores nõ possunt agere insolidum ad totũ debitũ, qa limitata causa limitatũ ꝓducit effectum, & etiã quia est tantùm permissum creditoribus agere insolidum cõtra hęredes mariti, quãdo maritus est solus obligatus. & ideo consuetudo nõ vltrà extendatur q̃ sit in ea statutum, & satis denotat cõsuetudo sequens. ¶ De dictione autem solùm, & solũmodo, quid importent, & dictione solus, & aliis dictionibus taxatiuis, vide Decium in l.j. C. de bono. poss. contra tabulas. vide suprà in §. huius tit. in gl. pen.

D. Dictiones taxatiuæ.

IN TEXTV IBI, Pour la moitié de la debte.

SEd quæro, †quæ actio detur cõtra vxorẽ mortuo marito in media parte debitorum meriti, nam nõ est dubium ꝙ nulla datur de iure C. per titul. ne vxor ꝓ marito. dic ꝙ petãt creditores ab vxore dimidiam partem debiti condictione ex lege, quæ oritur ex hac cõsuetudine, quę est lex municipalis, maximè cũ nõ exprimatur in hac cõsuetudine causa quę cadat in formam contractus vel quasi, ꝓut voluit Bar. in l. si duo.

1 Cõdictio ex lege quã do h. beat locum.

§. si quis

VEl tertiò † dicitur nobilis, qui ex genere nobili descẽdit,quia à parẽtibus nobilibus descẽdit, eo ꝙ ex genere est nobiliũ, vt dicit And.Sic. cõs.lvij.in j. & ij.col.in ij.vol. † vbi plenè dicit qs veniat appellatione generis, & cõcludit ꝙ illi dicunt de genere alicuius,ꝙ sunt de eius cognatione in masculina linea,vt ibi per multa.& notatur in cle.ij.in prin.de sent.excõ. † ꝙ nobilis est qui ex sanguine claro descẽdit, & ideo dicit Aristo.iiij.politicorũ,† ꝙ nobilitas est virtus, & diuitiæ antiquæ,secundũ Boẽr.lib.iij.prosa.vj. de cõsolatione philosophiæ.Et dicit Arist.lib.ij.Rhetori.ꝙ nobilitas est maiorũ claritas, & honorabilitas progenierũ,quæ attendit secundũ virtutẽ generis. ¶ Sed tñ aduerte † ꝙ vera nobilitas est quæ ex virtute alicuius prouenit.& illa sola est quæ animũ moribus ornat.de qua in c.venerabilis.de præbẽ. & ibi Hosti. dicit, † ꝙ disputare de nobilitate generis est disputare de nobilitate stercoris.cõtra quẽ vide gl.in extrauagãti, execrabilis.in §.nos itaq;.in verbo,generis claritatem.de præbẽ.& dignitatib.¶†Sed quæro iuxta prędicta quę sint prærogatiuæ nobiliũ?do.And.Sic.dictus Barb.in cõs.suo 35.in prin.in ij.vol.ponit ibi quasdã prędrogatiuas:inter alias dicit,† ꝙ feuda debẽt dari & conferri nobilib⁹,& ideo cũ virtus sola sit quæ aliũ nobilitet, morib⁹ & ex sciẽtia nobilitas causetur.l.ij.§.amplius. & ibi Bar.ff.de excusa.tuto.& in l.prouidẽdum. C.de postulã.ideo vt habetur per And.Sicu.cons.5. allega. in viij.col.† nobiles & literati æquiparãtur,vbi etiam ponit aliud,† quis inter æqualiter literatos præferat, an qui ex genere claro & nobili descendit , an qui ex ignobili.Et alleg.gl.singularem in c.nũquam. lvj. distin.quæ dicit,ꝙ præferri debet ille ꝙ à parẽtibus ꝓsus alienis à virtutibus,dũ tamen ipse sit virtuosus,illi qui natus est ex bonis parẽtibus , licet etiam sit virtuosus, cuius tamẽ videmus contrarium obseruari.Et plenissimè hoc examinat Rodericus Zamoren.in suo speculo humanę vitæ.lib.j.c.vj.ideo cùm (vt suprà diximus)nobilitas sola sit vnica virtus,vt ait Iuuenal.& dicit Seneca in lib.de minoribus,Nobilitas est hominis generos⁹ animus.nã nobilitas vel bonitas cognatorũ nõ valet,nisi fuerimus nosipsi boni,vt dicit Cassiodorus in lib.epistolarũ,li. ix. epist. viij. ꝙ doctrina facilè exornat generosum,quę etiã ex obscuro nobilẽ facit.¶ Si vis videre amplissimè materiam nobilitatis, vide Bonũ de curtili Brixiẽ.in tractatu nobilitatis,vbi tractat p septẽ quęstiones.Primò ponit deriuationem nobilitatis,& qũo sumat.Secundò ponit diffinitionẽ. Tertiò ponit introductionẽ, & in quo nobilitas consistat.Quartò,qualiter consecutiuè, & in quos seu ad quos transeat. Quintò ponit nobilitatis priuilegia. Sextò,qualiter in actu practico deducatur,& quomodo ꝓbanda sit cùm de ea contẽtio insurgit. Septimò, quib⁹ ex causis,quomodo & qualiter perdatur. & latè in meo catalogo honorum,parte viij. per totum.

16 Generis appell. qui veniant.

17 Nobiles sanguine.

18 Nobilitas.

19 Vera nobilitas.

20

21 Prærogatiuæ nobilium.

22

23 Nobilis & literatus æquiparantur.

24

Seneca.

VEl quartò¶ dicitur nobilis qui ex priuilegio, vel alias habet iurisdictionem meri & misti imperij. ita Bal.cons.cxxix.in ij.col.in ij.vol. sed nihil pro hoc allegat. Sed facit pro hoc qđ amplissimè notat Lucas de Penna in l.mulieres.in ij.col.vers.iiij.ex comitatu. C.de dignit.lib.xij.& ibi notat,†ꝙ nobilitas causatur ex nouem,videlicet ex sapientia,ex alia virtute,ex dignitate,ex comitatu,baronia,vel dñio huiusmodi qđ homo in homines,& fideles cẽsetur habere,etiã si castrũ habeat vnicum,ex militia,ex nobilitate progenitorũ,ex diuitiis,maximè vetustis quæ ab antiquis ꝓgenitorib⁹ venerũt,ex loco, cũ ex vrbe splẽdida oriũdi,ex cõmuni opiniõe.& istorũ numerus est infinitus. & de qualibet nobilitatis causa vide amplè ibi. & ibi etiã ponitur nobilium proprietas , & in quo cõsistat. cogita de nobilitate generis & scientiæ ac morum, & qũo ortũ habuit.& an à regum & principum sola volũtate & concessione rectè acquiratur sola nobilitas, ponit Rodericus Zamorẽ.in suo Speculo humanę vitæ,lib.j.c.v.& in c.vj.de multiplici nobilitate, & in c. vij.de laudib⁹, præconiis & cõmendatione nobilitatis, & de illius virtutib⁹ & vtilitate,& in c.viij.de vanitate nobilitatis humanę,& de vitiis quę eã comitant, & de pluribus excessibus nobiliũ,& de falsa nominatiõe,& de illius incõmodis,laborib⁹,& periculis.quæ hîc nolo ponere,quia ibi possunt videri.¶Aduerte tñ † ꝙ feudum nobile non nobilitat rusticum. Lucas de Penna in l.cùm neque.C.de incolis,lib.x. Res enim à ꝑsona sumit cõditionem & honorẽ,non ecõtrà. l. iustissimè.ff.de ædilit. edict. Et de huiusmodi nobilitatione per feudum,vide quæ dixi in quodam meo cõsilio incipiente,his diebus.

25 Nobilis propter iurisdictionẽ.

26 Nobilitas ex nouẽ causatur.

27 Feudũ non nobilitat rusticũ.

ADDITIO. Istud cõsilium fuit mihi subtractum cũ pluribus aliis quæ non reperio, sed videatur aliud in hoc quod est lxiiij. qđ incipit,viso processu moto & agitato. in prima instantia.& videatur etiã Guido papæ quæst.cccclxxxv.quem ibi allegaui,in ij.col.& de materia nobilitatis posui in Catalogo gloriæ mundi, in viij.parte,& in xv.consideratione posui quomodo feudum nobile nobilitat hominem,sed ista est infima nobilitas, vt statim dicam. Aduerte tamen ꝙ Matthæus de afflictis in constitutione regni Siciliæ , quæ incipit,vt vniuersis,dicit ꝙ præstatio honoris nobilibus personis est ex debito, non tamẽ datur aliquod possessorium. dixi alibi.

SEd pone quòd quidam nobilis accepit quandã in vxorem quæ erat ignobilis,an comprehẽdatur in hac nostra cõsuetudine? dic ꝙ sic,† quia nobilitas viri afficit vxorem. Bart. in l.fi.C.de verb. signif. & tanto tempore quo est vidua debet gaudere hoc priuilegio l.filij.§.vidua.ff.ad municipales.

28 Nobilitas viri afficit vxorẽ.

ITem † nunquid nobilis seu qui descẽdit ex genere nobilium , & peruenit ad paupertatem comprehẽdatur in hac nostra cõsuetudine:Soci. in consilio suo

29 Nobilis pauper effectus perdit nobilitatẽ.

BIU Cujas

cxlvj.suprà alleg.dicit ꝙ talis nõ est amplius nobilis, qa nobilis dr̃ esse quibus assistũt progenitorũ virtutes & diuitię.& facit tex.in l.nobiliores.C.de cõmerciis & mercato.vbi Bal.dicit etiã † ꝙ qui est de genere nobiliũ,si exercet artes mechanicas, pdit nobilitatẽ, ideo nõ cõprehendet etiã in hoc statuto. quæ oĩa notãda,cũ possint singulis dieb⁹ euenire,ideo dicit Guido papæ,† ꝙ ꝓcuratores practicãtes in curiis q̃ sunt de genere nobili perdũt nobilitatẽ.ita dicit quæst.sua lxxxix.vide etiã quæ dicit idẽ Guido papæ quæst. sua cxcvj. ¶Sed quia quis † exercẽdo artẽ mechanicã, vt dictũ est,perdit nobilitatẽ, an perdat ita ꝙ etiã relinquendo exercitiũ artis mechanicæ dicat, & sit ignobilis?an verò tantũ perdat nobilitatẽ pro illo tpe quo exercet artẽ mechanicã?Crederẽ in hoc esse aduertẽdũ,an qs esset nobilis genere,& tũc si exerceat artem mechanicã,tãto tpe quo illã exercet, ꝙ sua nobilitas sit offuscata,sed si dimittat exercitiũ,crederẽ prędictã nobilitatẽ non esse amplius offuscatã. † Nã iura sanguinis tolli non posſũt in totũ. l.iura sanguinis. ff. de reg.iur.ió si qñq; offuscẽtur ꝑ aliquod obstaculũ, remoto illo obstaculo,iterũ sunt in suo esse generis. ¶Si verò qs esset nobilis per priuilegiũ principis, tũc crederẽ ꝙ exercẽdo artẽ mechanicã perdit priuilegiũ in totũ.& sub hac cõsideratione aliàs consului in casu emergenti.& vide Ioan.Raynaudi in suo comprehens. feudali,in tractatu de nobilitate,fol.centesimo, in vj. quæstione principali.vbi ponit qũo perdat nobilitas.

30 *Qui perdant nobilitatem.*

31

32

33 *Iura sanguinis non posſũt tolli in totum.*

ITem an si quis se nobilitare fecerit etiam pendente eius vita,& postmodum acceperit quandã vxorem, quæ tñ semper vsa est vestibus burgẽsium,& portauit caputiũ mulierum burgẽsium, & non caputium nobiliũ,licet eius maritus semper ꝑ nobili se dixerit & nominauerit,nec vllam artem mechanicam exercuerit,sed fuerit iudex & Locumte.vnius Balliuatus,aut etiã fuerit aduocatus, an debeat talis post eius mariti mortem vti hoc priuilegio,tanquam sit vxor nobilis, vel etiam priuilegio §.iiij.in tit.seq.videtur ꝙ sic,quia ex quo lex non distinguit,nec nos distinguere debemus.l.de pretio.ff.de public.in rẽ act.& ex quo accepit hominẽ nobilẽ est nobilis. vt dictum est hîc antè.

COntrariũ tñ dixi in casu emergẽti,eo ꝙ ex quo se gerebat pro burgẽsi,portãdo habitũ burgensem nũc in vsu existentẽ, noluit acceptare illã nobilitatẽ, quo ad ea quæ sunt in vtilitatẽ illius:& præsumit esse burgẽsis ex habitu,† cùm præsumat esse talis qualis ꝑ habitũ demõstratur,c.si iudex.de senten.excõ.in vj.& ibi Geminia.in tex.& ibi Bar.in l.moueor.C.si seruus exportãdus væneat.& facit singulariter text.in d.c. si iudex.ꝙ licet sit priuilegiũ introductũ in fauorẽ clerici,tñ intelligitur dummodo incedat in habitu, & si negligat portare habitũ,videtur suo priuilegio renũtiare:imò quod plus est,† plus nocet illa renuntiatio præsumptiua per non sumptionem habitus, quã expressa.arg.not.in d.c.si iudex.& in c.si diligenti.de foro competenti.iuncta gl.in l.si ignorans.ff.locati.

34 *Ex habitu qualitas persone præsumitur.*

35

ADDITIO.Dixi etiam in catalogo gloriæ mundi, in viij.parte in xvij.consideratione.

ADde etiam † ꝙ diuitiæ nobilitant hominem, & per diuitias vilitas personę tegitur.plenè ꝑ Lucã de Penna in l.mulieres.C.de dignitat.li.xij.& ibi ponit 36.priuilegia in quibus vltra plebeios priuilegiãtur,& septem in quibus est eorum deterior conditio. Et quæ dixi de nobilitate,vide.j.titu.*des enfans de plusieurs licts.* §. iiij.in j.glo.

36 *Diuitiæ nobilitant.*

ADDITIO.Credo tamen ꝙ iure inquãtum dicitur ꝙ diuitiæ nobilitẽt,ꝙ ista nobilitas sit infama:nec est multũ honestum ꝙ nobilitas acquiratur per rem, & non per virtutem.ex quo dicit Matthæus de afflic. in constit.regni Siciliæ,quę incipit,post mortem.in j. notabili,quòd illa nobilitas quæ procedit ratiõe feudi est infima,quia homo non debet nobilitari per rẽ, sed res per hominem.

IN TEXTV IBI,

Qui ne se voudra entremettre.

QVæro, mulier aliqua nobilis post mortẽ mariti renũtiauit bonis mobilibus & acquestibus mariti,vt hîc,sub conditione tamẽ ꝙ non intẽdebat per hoc præiudicare aliis suis iuribus, sibi cõcessis tã per cõsuetudinem quàm aliàs sibi acquisitis & donatis p eius maritũ constante matrimonio:postmodũ reperitur subtraxisse plura bona mobilia,an hoc casu valeat renũtiatio per eam facta,ita ꝙ dicatur renũtiasse secũdum hanc consuetudinem,& maneat renũtiatio valida sublata cõditione, an verò cõditio impediat renũtiationẽ, ita ꝙ renũtiatio sit nulla? ¶ Item si renũtiatio sit valida,cùm per eã priuetur dotalitio,an si postmodum reperiatur subtraxisse bona, ex quo certũ est quòd tenetur ad debita,ac si non renuntiasset,per cõsuetudinem secundò sequentem,an iterum recuperet doharium,& an hoc casu habere debeat dohariũ, an verò eo sit priuata?

Quæstio notabilis.

ADprimum vr̃ ꝙ ex quo iste actus renuntiationis est actus, id est effectus potẽtiæ lege municipali cõfirmatus seu cõprobat⁹,ex quo dr̃ legitimus. l. lege obuenire.ff.de verb.sign.Io.And.in regula, act⁹ legitimi.in Mercuria.in princ.† & ideo cùm act⁹ legitimi non recipiũt diẽ neq; conditionẽ,dicta regula, actus legitimi.& regula, actus legitimi.ff.de regu. iur. ꝙ ex quo hæc renũtiatio facta est sub cõditione, ꝙ est nulla,& nulli⁹ valoris:& ideo si nulla est hæc renũtiatio, sequitur ꝙ ex ea priuari non debeat dohario,cùm qđ nullum est,nullum potest producere effectum.l. non dubium.C.de legi.Hinc dicit Bal.in l.ea quidem.C.si mancipium ita fuc.aliena.ne prostitua.ꝙ frustratoriũ factum pœnam efficaciter non committit. Plenè per do. meũ Ias.in l.ij.§.quod si in patris.in vij. col.ff. sol. matr.Felin.in c.ex tenore.in v.col.de rescriptis.vbi de prædicta regula ad saturitatem.

1 *Actus legitimi non recipiũt conditionem.*

POsset dici pro contraria parte,ꝙ ex quo renuntiatio per dictã mulierẽ est facta, ꝙ suũ debet sortiri effectũ,maximè quo ad præiudiciũ mulieris.arg.c.qđ in dubiis.de renũtia. vbi renũtiatio etiã inualida producit effectũ contra renuntiantẽ, & si postmodũ fuit apposita conditio, hæc fuit cõtraria substantiæ renũtiationis,quæ nihil debuit operari,cum videatur esse quædã protestatio facto contraria,ex quo tolli debet. Panor.in c.cum M.Ferrarien.de constit.Bart.in l.non solum.§.morte.ff.de noui ope.nunt.maximè cum hęc quæ sunt per eã apposita, videntur esse facta per modum protestationis,circa ea quæ non dependent nisi ex potestate iuris.s.municipalis,& sic nostræ consuetudinis,quia de cõsuetudine nostra renuntiãs priuat dotalitio.Si ergo renuntiet cum protestatione ꝙ non intendit renuntiare dotalitio, hæc protestatio nihil operatur,imò non obstante ista protestatione, renũtiatio habebit effectum iuris.Ita Bart.in d.§.morte.in vij.col.ibi,circa quintum nota.s.circa ea quę.Item ad minus ex quo in hoc casu sumus ad tollendum obligationem iam contractam,non valet protestatio, nisi intersit consensus partis in odium cuius fit hæc renũtiatio:vt tenet idem Bar.in d.§.morte.in v.colum.ibi, sed quęro an etiam partis consensus.& sic in hoc casu valebit

valebit effectus, ſ. renũtiationis, nec aliquid operabitur hęc proteſtatio. ¶ Nec obſtat qđ dĩ ꝙ hæc renuntiatio eſt actus legitimus, & ideo nõ recipit conditionem: quia ad hæc dico ꝙ plures ſunt actus legitimi q̃ recipiũt diem & conditionẽ, vt dicit Dy. in d. regula, actus legitimi. de reg. iur. in vj. & ad illã regulã, actus legitimi, dicitur, ſcilicet quidam, vt ſint ibi nominati, de aliis autem nihil dicitur, imò ſunt plures ibi nominati per Dyn. & gl. qui recipiunt conditionem, & qui non ſunt ibi nominati. Et ideo dicit ibi Dyn. ꝙ illa regula intelligitur tantum de ibi nominatis.

ET ex his ſequit̃ deciſio ſecundi dubij, ſ. ex quo renũtiauit, & ſic p dictã renũtiationẽ priuata eſt ſuo iure dotalitij, ſed ex quo poſtmodũ ſubtraxit bona, ex quo tenet̃ ad debita nõ obſtãte dicta renũtiatione, an ad minus hoc caſu cõſequi poterit iterũ ius ſuũ dotalitij? Videret̃ ꝙ ſic, qa per ſubtractionẽ perinde eſt ac ſi nõ renũtiaſſet, cũ ad debita teneat̃, quo caſu habere debet ius dotalitij, ideo vĩ ꝙ iterũ redit ad ius ſuũ antiquũ, ita ꝙ illa renũtiatio debet haberi ac ſi facta nõ fuiſſet. ¶ Sed tñ mihi vĩ contrariũ, cũ ex quo nõ eſt dubiũ ꝙ renũtiatio facta, infecta fieri non põt. l. in bello. §. factæ. de capti. & poſtli. & ſuũ effectũ operata eſt, cũ per eã ſit priuata ſuo iure dotalitij, vt per tex. nĩæ cõſuetudinis, & licet nũc priuetur dicta mulier iure ſibi cõceſſo, ne teneret̃ ad debita, per ſubſtractionẽ per eã factã, & ſic p ſuũ delictũ, non tñ ius dotalitij recuperat, ne ex delicto ſuo cõſequat̃ commodũ, & delictum eius eidẽ patrocinetur, qđ eſſe nõ debet. l. de rebus. ff. de arbitris. facit quod in ſimili dicit Bar. in l. iij. §. ſed & ſi quis. C. cõmunia de legatis. † & etiã nemo poteſt allegare dolũ ſuum ad ſuũ cõmodum. Bar. in l. tranſactione. C. de trãſactio. ne ex delicto cõſequatur commodum, quia tũc hoc caſu per ſuum delictum de quo debet puniri, cum non obſtãte dicta renũtiatione tenetur ad mediã partem debitorum, iterũ haberet ius dotalitij quod amiſit per dictã renũtiationem. quod eſſet abſurdum & inconueniẽs, ideo fieri non debet.

2 *Nemo ex delicto ſuo commodũ conſequi debet.*

IN TEXTV IBI,

Faire la renonciation.

1 *An mulier poſſit renuntiare bonũ viro marito.*

QVæro an mulier † poſſit facere hanc renũtiationem etiam viuẽte marito? dic ꝙ ſic, vt dixi ſuprà in hoc eodem tit. §. ij. in glo. fi. ibi, limita tertiò. & hoc corroboratur, quia ꝙ mulier ſit particeps acqueſtuũ & mobiliũ, eſt tãtum de conſuetudine, & cõtra ius. l. ex pecunia. C. de iure dotiũ. & ꝙ etiã teneatur ad debita mariti eſt contra ius. C. ne vxor pro marito, & ecõtrà. & tãtum per conſuetudinem, poteſt ergo reduci ad ius commune renuntiando conſuetudini. ita tenet per plura do. meus Iaſ. in l. properandum. in prin. in pen. col. C. de iudiciis. & in l. omniũ. in iiij. col. C. de teſtam. item ſi bene videãtur conſuetudines noſtræ ſ̃. hoc eo. tit. d. §. ij. & in §. ix. incip. *la femme qui eſt participante.* iſta participatio eſt ius introductum in fauorẽ mulieris, ergo illi poteſt renũtiari. l. ſi qui in conſcribendo. & ibi Iaſ. in vij. nota. C. de pact. ſi ergo illi renuntiauerit, cùm tantùm teneatur ad debita ratione communionis. d. §. *la femme qui eſt participante.* põderando relatiuum, qui, vt ibi ponderaui, dicendum eſt quòd etiam viuente marito poteſt huic iuri communionis renũtiare, & renuntiando erit quitta & libera à debitis mariti. Cogita.

2 SEd vlterius quæritur. Pone † ꝙ mulier ipſa viuẽte non renũtiauit, ſed reliquit filios qui poſt mortem eorum matris volũt huic iuri cõmunionis & participationis renuntiare, an ſint admittendi ad huiuſmodi renũtiationẽ, ita ꝙ liberẽtur à debitis pro media parte? Vĩ primò ꝙ non, quia ꝙ hoc caſu mulier ſit particeps vel nõ, eſt in facultate ipſi⁹, cũ habeat ius ſeu facultatẽ renũtiãdi huic cõmunioni, vt in hoc §. in morte mariti. ergo multò fortius in vita. arg. eorũ quæ dicta ſunt ſuprà in hoc eo. tit. §. iiij. incip. *le mari cõſtant le mariage*, &c. † ſed facultas facti non trãſit ad hæredes. l. cũ quis. vbi Bar. & Alex. qui legit illã. l. cum l. in ſtipulationibus. ff. de verb. obl. & per Bar. in l. ſi ſtipulatus fuerim. in prin. ff. de verb. obl. & in l. ſi quis ſtipulatus. in prin. verſ. vlti. poſt gl. ff. de ſolu. ergo hoc caſu iſta facultas renuntiãdi nõ trãſibit ad hæredes. ¶ Item facit, qa ꝙ mulier poſſit huic iuri renũtiare. vĩ eſſe priuilegiũ pſonale, cũ per conſuetudinẽ noſtrã ſolũ fiat mentio de muliere. Quæ quidẽ conſuetudo eſt ſtrictè intelligẽda, & non extendẽda. l. quicquid adſtringendæ. & ibi Bar. ff. de verb. obl. ergo non trãſit ad hæredes, † cũ priuilegiũ perſonale nõ egrediatur perſonã. c. priuilegiũ. de reg. iur. in vj. ¶ Itẽ facit text. noſter hîc, cùm dicat, ꝙ iſtud eſt de voluntate mulieris, an velit eſſe quitta & libera, qui eſt ſatis clarus & apertus, ſed ſic eſt † ꝙ voluntas morte finiẽ. l. locatio. quę eſt quarta. ff. loca. ex quo not. Bart. & do. meus Iaſ. in l. cẽteſimis. & in l. inter ſtipulantẽ. §. j. ff. de verb. obli. † ꝙ declaratio volũtatis nõ trãſit ad hæredes, quia nõ egreditur perſonã. & ita etiã eſt apoſtilla ad Ferrariẽ. in ſua practica libellorũ, in forma reſpõſionis rei cõuenti. in gl. in verbo, iuſiurãdi. in apoſtil. in verb. iuramẽto. igitur in hoc caſu non trãſibit ius declarãdi ad hæredes. ¶ In contrariũ poſſet dici ꝙ etiã mortua muliere iſtud ius competere poſſit eius hæredibus ſeu filiis. ¶ † Et primò ſic, nam de pacto ad conſuetudinem bonũ eſt argumentũ, cùm quod poteſt per pactum, poteſt per conſuetudinem ſeu ſtatutũ. Gloſ. in rub. de decre. decuri. lib. x. C. do. meus Iaſ. in l. præſcriptione. in iij. col. C. ſi contra ius vel vti. publi. & in l. iubemus. in j. col. C. de iudi. ſed ſi per pactũ mulier haberet iſtud ius. ſ. ꝙ poſſet renuntiare huic iuri, trãſiret ad eius hęredes. l. ſi pactum. & ibi Alberi. ff. de probatio. ergo etiã idẽ quando ſibi competit ex conſuetudine. ¶ Secũdò ſic, ius quod competit mulieri circa huiuſmodi renũtiationem, ſibi cõpetit ex ſtatuto noſtro, ſeu noſtra conſuetudine, ergo eſt condictio ex lege. Bart. & do. meus in l. j. ff. de condi. ex lege. dicam infrà, in hoc eod. tit. §. *& peuuẽt les creanciers.* ſed condictio ex lege eſt actio perſonalis. Bart. in dicto loco. & dicam infrà, in tit. *des cenſes.* §. *le ſeigneur cenſier.* † & omnes actiones tranſeunt in hæredes actiuè & paſſiuè. l. pro hæreditariis. C. de hæredita. actio. igitur. ¶ Tertiò (vt hîc videmus) mulier in vita poteſt huic iuri participationis & communionis renuntiare: ergo facilius debet ad hæredes trãſmitti, cùm quod in vita cedi poteſt, facilius eſt ad hæredes tranſmiſſibile. quod probat do. meus Iaſ. de actionibus directis, de iure fideicommiſſi vniuerſalis, & de reſcriptis ad lites: quæ licet non ſint ceſſibilia, tamen ad hæredes trãſmittuntur, vt probat do. meus Iaſ. ſigillatim in l. j. §. fi. in iij. & iiij. colum. ff. de noui operis nuntia. facit text. in l. ſi ſtipulatus fuerim. & ibi do. meus Iaſ. in ij. nota. ff. de verbo. obligat. vbi dicit † quòd facultas eligendi tranſit ad hæredes, licet non ſit ceſſibilis. quod eſt verum, maximè cùm hæc facultas eligendi competat mulieri iure ſuo & pro ſe. ideo tranſit ad hæredes. Bart. in d. l. ſi ſtipulatus. Quia nũc ſic eſt quòd hæc facultas quæ datur huic mulieri, eſt facultas eligendi an velit vti iure communi, & ſic eſſe quitta & libera, an verò iure noſtro ſtatutario: & ſic ꝙ tãquam particeps teneatur ad mediam partem de-

3 *Facultas facti non tranſit ad hæredes.*

4 *Priuilegiũ perſonale non egreditur perſonam.*

5

6

7 *Arg. de pacto ad conſuetudinem.*

8 *Omnes actiones tranſeunt ad hæredes.*

9

BIU Cujas

bitorum, igitur transibit ad eius hæredes.

ADDITIO. Quãdo verò facultas transeat ad hæredes, vide do. meum Iaſ. in l. poſt dotem. nu. 50. & 51. ff. ſol. matr. ¶ Et ſi dicatur ꝙ quãdo ſtatuentes voluerunt quòd facultas trãſiret ad hæredes, iſtud expreſſerũt, vt hĩ in §. præcedẽti, vbi illa facultas quę datur marito, datur etiã hæredibus, qa hoc expreſſit ſtatutum, volẽs inferre quòd ſi ſtatutũ non expreſſiſſet, ꝙ non fuiſſet data illa facultas hæredibus, vt ibi dixi. Cùm ergo hîc non fuerit facta mẽtio de hæredibus, non vĩ ꝙ hæc facultas trãſeat ad hęredes. Ad hoc eſt clara reſponſio, quòd imò nõ fuit neceſſe facere mentionem de hæredibus, cùm expreſſio hæredũ ſit ſuperflua, qa ſine expreſſione hæredum trãſit obligatio actiua, & paſſiua in hæredes. l. veteris. C. de contrahen. & com. ſtipula. do. meus Iaſ. plenè in l. ij. §. itẽ ſi in facto. in ij. col. ff. de verbo. oblig. imò dicit idem do. meus in l. diuortio. §. interdum. in j. col. ff. ſolut. mat. † ꝙ ſtatutum pœnale loquens in perſona extẽditur ad hæredes. dicam infrà in tit. *des cenſes*. §. *le ſeigneur cenſier*. in gl. fin. Nihil aliud nũc dico, cùm nondũ viderim hanc quæſtionem in facto. Et ſupradicta poſui, vt dem poſteris materiã cogitandi. Credo tamen ꝙ ſi hæredes vellent facere prædictam renuntiationem, & ꝙ prædictũ ius renuntiandi haberent, quòd deberent obſeruare ſolennitates, de quibus in hoc §. ¶ Aduerte etiã pro ſolutione prædicta ad dicta in §. xvij. iſtius tit. qui incipit, *la femme apres le treſpas de ſon mari*. in glo. *& ſemblablement en ſont ueſtus*.

IN TEXTV IBI,

En la preſence du iuge.

1 *Ad multa prodeſt iudicũ præſentia.*

PRæſentia † enim iudicis multum cõfert, & maioris robotis & firmitatis ſunt quæ fiunt in iudicio, quàm quæ extra iudiciũ. per plura probat dom. meus Iaſ. in l. pacta nouiſſima. in iij. col. C. de pact. & in l. ſi conuenerit. in iij. & iiij. col. ff. de iuriſd. omnium iudicum. faciunt quæ dicit idem dominus meus in l. j. in j. col. C. de pact. & in l. ſiue apud acta. in j. colum. C. de tranſactio.

IN TEXTV IBI,

Ou de notaire & de teſmoings.

1 *Notario ſine teſtib⁹ non creditur.*

NOtanter dicit, *& de teſmoings*, † quia notario nõ creditur ſine teſtibus, vt in authẽ. de tabellioni. in princ. coll. iiij. & in authẽ. de inſtru. caute. & fide. §. ſed ſi inſtrumeta. coll. ix. gl. & docto. in l. iuriſgentiũ. §. quod ferè. ff. de pact. Alex. in conſ. xiij. quod incipit, ex his quæ in themate narrata ſunt. in iiij. col. in j. vol. quod eſt repetitum in conſi. xviij. in iiij. vol. & in cõſi. xcvj. in j. vol. intellige tamẽ niſi ſint acta iudicij, vt ibi per eum, & dom. meum Iaſ. in l. omnium. in pen. col. C. de teſtamen.

ADDITIO. Hîc ergo vides, ꝙ notarius non poteſt recipere inſtrumentum validum ſine teſtibus. ſed ad validitatem inſtrumẽti per notarium recepti duodecim requirũtur, quæ ponit Matt. de afflic. in conſtitu. quæ incipit, baiulos omnes. in j. libro in x. notabili, in octauo requiſito.

IN TEXTV IBI,

Et auec ce ne prendra.

1 QVæro † nunquid mulier quæ fecit prædictas renuntiationes capiat mediam partem acqueſtuũ factorum nomine mariti tãtùm, aut ad minus nomine mariti & vxoris? vidẽdum eſt quod dicit conſuetudo ſuprà eo. tit. §. ix. incip. *la femme qui eſt participante*. Et cùm fui interrogatus, neſciui quid reſpondere, ſed ſolùm dixi, vt mihi videbatur, ex quo nõ ſoluebat debita, ꝙ etiam non debebat habere dimidiam partem acqueſtuum, quia vt videtur per dictã conſuetudinẽ noſtram ſuprà poſitam, quæ incipit, *la femme qui eſt participante par la moitié*. &c. Mulier hac ratione tenetur ad dimidiam partem debitorum, quia habet mediam partẽ acquiſitorum, & ſic cùm nũc non ſoluat debita, quia grauantur in hoc hæredes, qui tenentur ad omnia debita, & ſic etiã quia releuatur in hoc, cũ nõ teneatur ad debita: debet in alio grauari, ſcilicet, quia non debet capere mediam partem acquiſitorum & mobilium. ¶ Videretur tamen ponderando plures cõſuetudines ſuprà poſitas, ꝙ per dictam renũtiationem non priuatur acqueſtib⁹ & bonis mobilibus, & ſic non obſtãte dicta renũtiatione debet habere mediam partem acqueſtuum & mobiliũ, quia cõſuetudo noſtra habet reſpectum ad hoc ꝙ priuetur bonis mariti, cũ dicat, *& qui ne ſe uoudra entremettre des biens de ſondict mari*. ſed ſic eſt quòd media pars acqueſtuũ & bonorum mobiliũ nõ eſt de bonis mariti, ſed vxoris. Sed cùm conſuetudo ſuprà poſita, in §. ij. quæ facit vxorem participare cũ viro in acqueſtibus & mobilibus, dicat quòd vxor *eſt participante*, & ſic loquitur per verbum præſentis temporis, vt dixi ſuprà in d. §. ij. in gl. *eſt participante*, ex quo tranſlatum eſt dominium in vxorem ſtatim acquiſitione facta, & ſic ipſo iure, ergo cùm ſint iam bona vxoris, de quib⁹ eſt ſaiſita, vt habeẽ ſuprà in §. xiiij. prædicta verba accipiendo, non ſe intromittit in bonis mariti. Item §. noſter, & ſic conſuetudo noſtra tantum videtur priuare vxorem renuntiatione, de qua in hac conſuetudine, facientem iure dotalitij, nec facit mẽtionem quòd priuetur acqueſtibus & mobilibus, ideo etiam nec nos illam prædicto iure priuare debemus, cùm vbi lex nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. ff. de publicia. vbi Bart. dicit, quòd per hoc dicendum eſt, † quòd ſtatutum & conſuetudo non recipiunt extenſionem ex idẽtitate rationis. do. meus Iaſ. in l. non dubium. in viij. colũ. C. de legi. De qua materia plenè per eũdem in l. quanuis. ff. de in ius vocan. vbi amplè ponit quãdo licitum eſt diſtinguere legem ſeu ſtatutum per rationem, aut per aliud ſtatutũ, ſeu aliam legem, maximè in pœnalibus: ſed in priuatione bonorũ, † cùm nũquam pœna priuationis imponi debeat, niſi expreſſe dicatur in lege. tex. eſt in §. cũ igit. in ver. ſic. nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens. in authen. de non eli. ſecun. nub. coll. j. Bal. in authẽ. ex teſtamẽto. C. de ſecun. nupt. in c. fi. de iure patro. & ibi Panor. Alexan. in conſil. ciij. in viij. col. in j. vol. do. meus Iaſ. in l. diuortio. §. ſi fundum. in iij. colu. ff. ſol. matr. in l. ſi quis maior. in ij. col. C. de tranſact. in l. quod te. in xij. col. ff. ſi cert. peta. vbi alleg. conſil. Alexan. hîc antè alleg. idem dominus meus in l. j. in fi. C. de trãſact. & in authen. non licet. in ij. & iij. col. C. de libe. præte. Corſet. in ſingul. ſuis in verſi. arbiter, in quadam addi. Felin. in c. ex parte. in j. & ij. col. extrà, de reſcript. & in c. tranſlato. in penulti. colu. extrà, de conſtitu. Cùm ergo, vt antè dixi, mulier in dictis bonis habeat ipſo iure dominiũ & poſſeſſionem mortuo marito, non debet illis priuari per quamcunq; renũtiationem quam faciat in bonis mariti, cùm non ſit lex quæ dicat, ponderarem libenter hæc verba in fine noſtræ conſuetudinis poſita, cum dicat, *& auec ce ne prendra aucun douaire couſtumier ou diuiz*, quæ verba videntur importare quòd iam alia bona quæ poterat capere, non tamen capiet. Cogita. ſi caſus eueniat, latius dicam, ſed

2

3 *Pœna priuationis bonorum.*

BIU Cujas

ſed tamen credo, quicquid dictum ſit, quòd priuatur acqueſtibus & mobilibus, quæ debebat habere ratione participationis. Conclud.

IN TEXTV IBI,

Ou en preſence du curé, ou du vicaire du lieu, & de teſmoings en defaut dudict iuge.

1 Deficientibus perſonis neceſſariis, recurritur ad alias.

ISTud eſt eo † ꝙ defectu perſonæ neceſſariæ ad actū, ad aliā recurritur. qđ ꝓbatur per text. in l. ij. C. quē admo. teſta. ape. vbi † teſtamentū qđ debet aperiri corā teſtib⁹, ſi ſint abſentes, poteſt aperiri corā honeſtis perſonis. etiā eſt tex. in l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. ff. 2 quēadmodum teſta. ape. & ad hoc faciunt xij. deciſiones, ex quibus ponit ſex Ange. in l. ſi vacātia. in repet. C. de bo. vaca. li. x. & ſex ponit Iaſ. in l. ſi. in ij. col. C. de iudi. & facit gl. in c. quoniam frequenter. in §. in aliis. in verbo, neglexerat. vt lite non cōteſta. & quod dicit Iaſ. in l. cùm filius familiâs. in j. col. ff. ſi cer. pet. & in l. in prouinciali. §. ſi ego. in iij. col. ff. de no. opa. nun. & Feli. in c. ex parte. in iij. col. de conſtitutio.

§. VICESIMO.

HEntre toutes autres gens ſi la femme veut demeurer quitte & deſchargee de payer la moitié deſdicts debtes de ſon mari & d'elle, & qu'elle ne ſe vueille entremettre és biens de ſondict mari, elle ſera tenue de ſoy deſceindre, & laiſſer ſa ceincture ſur la foſſe de ſon mari, incontinent apres l'enterrement de ſondict mari, s'elle eſt au lieu ou il ſera treſpaſſé, & s'elle n'y eſt, ou qu'elle ait empeſchement legitime & notoire, tellement qu'elle ne puiſſe venir au lieu ou ſon mari eſt inhumé, dedans xxiiij. heures, elle ſera tenue de ſoy deſceindre, & faire renonciation auſdicts biens de ſon mari, au lieu auquel elle ſera, en la preſence du iuge du lieu, ou du notaire & de teſmoings, du curé, ou du vicaire dudict lieu, & de teſmoings dedans xxiiij. heures apres ce que le treſpas de ſondict mari ſera venu à ſa congnoiſſance: & en ce faiſant elle ſera quitte des debtes deuz par ſondict mari & elle: auec ce, ne prendra aucun douaire couſtumier ou diuis ſur les biēs de ſondict mari.

IN hac conſuetudine & conſuetudine precedēti, Idem in comitatu Niuernē. & ſunt quædam ſolēnitates in comitatu Niuernē. quæ non hîc: quædam etiam hîc ponūtur quæ non ſunt in conſuetudine comitatus Niuernē. & aliis locis. dicam in gl. ſi. huius §.

IN TEXTV IBI,

Entre toutes autres gens.

BAld. in l. non ignorat. C. qui acc. non poſ. in j. col. dicit, † ꝙ in dubio quis potius præſumit̄ popularis, quàm nobilis. & ratio, † ꝙa in qualitatib⁹ quæ nobis nō inſunt à natura, qualitas nō præſumit̄, niſi probetur. vt per gl. in c. ſi fortè. de elect. lib. vj. doct. in c. ſi. de præſump. & in l. ſi verò. §. qui ꝓ rei qualitate. ff. ꝙ ſatiſd. cogan. Soci. in conſi. cxlvj. quod eſt poſitum de verbo ad verbum per Franciſ. Curtium antiquiorem in conſ. xviij. quod incipit, eleganter & ſubtiliter. 1 Potius quis præſumitur plebeius, quā nobilis. 2

IN TEXTV IBI,

Deſceindre.

HIc eſt vnus modus renuntiationis iuris per hanc noſtram conſuetudinem introductus, qui fit ad inſtar illius, de quo habetur Ruth, iiij. nā antiquitus erat mos in Iſraël inter propinquos, vt ſi quando alter alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma cōceſſio, ſoluebat homo calciamētum ſuum, & dabat propinquo ſuo. hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſraël, vt habetur Ruth iiij.

PEr hoc videmus, † ꝙ defertur nobili potius quàm alij: quia in hac renūtiatione minor ſolennitas adhibetur per nobilē quàm per plebeium & populare, vt patet ex hac cōſuetudine & præcedenti. ¶ In multis enim aliis defertur nobili. primò, † ꝙa ei potius creditur quàm alteri. Spe. in tit. de citatione. §. ſequitur videre. verſic. vtrum autem. † Item nobilis in liga præferri debet. Inno. in c. j. de maiori. & obe. Bal. in rub. C. ꝓ ſocio. & in tit. de pace Conſtantiæ, verb. in nomine domini. & Alex. in apoſt. ad Bart. in l. j. ff. de albo ſcriben. ¶ † Item nobilis mitius quo ad pœnā corporalē punitur quàm ignobilis. Bald. in l. nemo. C. de ſumma trini. & fide cathol. & Alex. in apoſtil. ad Bart. in l. Pædius. ff. de incen. rui. naufra. intellige tamē vt per Feli. in c. paſtoralis. ī prin. de offi. deleg. † vbi ponit ſex aut ſeptem caſus in quib⁹ nobilis ita punitur ſicut ignobilis: ſcilicet in ꝓditore, in hęretico, in papa, in imperatore, in exceſſiua contumacia, in illo qui deliquit in officio ſuo. vide ibi Feli. 1 Nobili potius defertur quam plebeio. 2 3 4 5 In quib⁹ nobilis puniatur vt plebeius.

ADDITIO. De proditore, vide Hipp. de Marſi. in ſingul. xvj. vbi dicit quòd proditores ſunt odio Deo, hominibus, & iuri: ita ꝙ nobilis pro ꝓditione debet furca ſuſpēdi. allegat Bal. in c. cùm quidam. de jureiu. & etiam de proditore vide eūdem Hypp. in conſ. ſuo j. in princ. ¶ Vide Lucam de Penna in l. j. C. de dignit. lib. xij. vbi ponit † ꝙ priuilegia nobilitatis perduntur piurio, falſo teſtimonio, vel delicto. & ibi ponit multa priuilegia nobilitatis, de quibus dixi antè, §. pręceden. in gl. *entre gens nobles*. 6

ITem nobilis † ſuccedit homini ſuo moriēti ſine legitimo hærede. Bal. in l. j. C. de hæretic. qđ intelligit ibi Bald. niſi aliter teſtādo diſpoſuerit. ¶ Neſcio vnde ꝓceſſit hæc ſolēnitas, quæ vī eſſe vituperoſa & vilis. & eſt fictio quæ habetur pro vno actu, nā iſta renuntiatio facta & tacita tantum operatur quantū expreſſa. ¶ Et aduerte ꝙ ſicut poteſt induci per ſtatutum, ꝙ qui renuntiat hæreditati, vadat cum præcone per ciuitatem, ita etiam poteſt induci per hoc ſtatutū hæc ſolennitas, ſed an hoc ſit contra bonos mores: in cōſuetudinibus meis antiquis, quas magiſter Ioannes Thierry ſibi vſurpauit, allegat conſil. Alexā. in conſil. ſuo xxij. ſed parcat mihi, quia nihil Alexan. ibi, nec in ſuis cōſiliis (quod viderim, licet omnia ſua cōſilia viderim & ea apoſtillaui) dixit ꝙ faciat ad propoſitum. 7

BIU Cujas

ex quo enim non allegabã nisi vidissem prædicta allegata per dictũ Thierry, qui ad minus debebat corrigere, volui videre cõsuetudines magistri Ioannis Iofriot, q eas scripsit Dolæ, sunt xviij. anni, & in illis est allegatũ consi. ccxj. sed etiam ibi nihil dicit. sed contra hãc consuetudinem quo ad hanc solennitatem videtur facere ea quæ dicit Bal. & Salic. in l. in omni. C. qui bo. cede. pos.† q non valent statuta terrarum per quæ quis cedẽdo bonis percutiat lapidem cum natibus. & ista dicit do. meus Ias. in §. fi. instit. de actio. vbi plura allegat. & ideo cùm hæc renuntiatio videtur effectualiter esse quædam cessio bonorũ particularis, videbatur q hæc solennitas inducens quandam turpitudinem, non debuit introduci: sed cùm ratio doctorum hîc cessat, quia non nuda, sed cum aliqua honestate dimittendo solùm zonam, ideo non sumus in illo casu, igitur.

Ioannem Thierry reprehendit.

8

Consuetudinis nostræ ratio.

ET ratio huius cõsuetudinis est, ex quo enim mulier ratione communionis & societatis quam habet cum marito in media parte acquisitorũ & bonorum mobilium tenetur ad debita mariti pro dimidia parte, & sic si non habeat dictam mediam partem acquisitorum & mobilium, nõ tenebitur ad debita, per rubricam & textũ, C. ne vxor pro marito. renuntiando ergo bonis non est inconueniẽs nec inciuile quòd nõ teneatur ad debita mariti. Ex quo enim post mortem separata sunt corpora, nõ est opus nisi separatione bonorum, quæ fit per has renũtiationes, ideo amplius non sunt socij.

Quæstio.

SEd quæro de quæstione quã iam suprà tetigi isto tit. §. xiij. vir & vxor confessi sunt publico instrumento se accepisse centum ducatos à Sempronio, & qlibet se insolidũ obligauit, & facti sunt duo rei debẽdi, & quilibet omnia bona sua obligauit creditori, insuper vxor renũtiauit Velleiano, & legi antiquæ, & iuri hypothecarũ, & nouæ constitutioni, & omnibus exceptionibus etiã specialem renuntiationem requirẽtibus, & si de eis specialis mentio esset faciẽda. mortuus est nũc vir, vxor renũtiat bonis seruando formã harũ duarum consuetudinum: nunc dictus Sempronius agit cõtra vxorẽ non solũ de media parte debiti, sed etiam de toto, & quod plus est, vult adhuc petere actione hypothecaria bona mariti quę à muliere possidẽtur, & fuerunt eidẽ in dotem assignata, quid iuris in hoc casu? Spe. in tit. de oblig. & solut. in §. j. vers. sed pone, vir & vxor. ponit hãc quæstionem, & distinguit soluendo, aut tota pecunia peruenit ad maritum, licet se obligauerit, & tunc actione personali non potest fideiubere pro alio, qđ in hoc casu præsumitur feciſſe. ff. ad Macedo. l. itẽ si filiusfamiliãs. §. j. si verò pro parte ad maritum peruenit, tunc vxor pro parte tenetur. l. vir vxori. §. fi. ff. ad Velleianũ. & hoc quando constet de prædictis, sed in dubio nõ tenetur mulier nisi creditor probet illam pecuniam versam in vtilitatẽ mulieris, quia præsumitur tota pecunia ad maritũ pueniſſe. authen. si qua mulier. C. ad Velleia. & faciũt quę dicit Imol. in c. cum contingat. de iureiurãdo. & Paul. de Cast. in d. authẽ. si qua. C. ad Velleia. & in reliquis, vide ibi Spec. & Bar. in consi. cxxiij. incip. pũctus quæstionis. vbi ponit quæstionem iam suprà tactã, & Pau. de Cast. in consi. cccix. incip. Bar. in quodam consi. j. in ij. vol. consiliorum antiquorum.

IN TEXTV IBI,

Ou qu'elle ait empeschement.

1 Protestãdum de impedimento.

DE hoc tamen impedimento debet protestari coram testibus, † & nõ potest quis se excusare propter impedimẽtum, nisi de impedimento protestetur expresse, prout tenet Panor. in c. sciscitatus. in vltimo notabili. de rescrip. facit gl. notabilis in c. cupientes. §. quòd si per viginti. in verbo, propositũ, de electio. in vj. quæ vult, † q vbi quis est impeditus expedire actũ in termino, non excusatur nisi ꝓtestetur q per ipsum nõ stetit, sed propter tale impedimentum. de qua gl. facit festum do. meus Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in ij. & iij. col. ff. de noui operis nuntiatio. vbi amplè tractat materiam. & in l. properãdum. §. sinautem vterque. in j. col. C. de iudiciis. & Alex. in consilio xix. incipiente, viso processu causæ vertentis. in ij. col. in j. vol. Barba. consi. xlj. in xix. col. in j. vol. Et faciunt de materia impedimenti dicta per Felin. in c. ex transmissa. de præscrip. & plenius per Philippum Francum in c. ex ratione. in xiiij. col. vbi multa ponit. de appellatio. per Francis. de Aretio in cons. clxiij. vbi quædam notabilia dicit.

2

ADDITIO. Et aduerte q non sufficit protestari de impedimẽto, sed etiam debet intimari parti, vt est tex. & ibi notatur in clem. causam. de electio. Et etiam de huiusmodi protestatione impedimenti & eius effectu, vide Cosmã Guymier in suo commento quod fecerat super pragmatica sanctione, in titulo de pacificis possessoribus.

TV autẽ †caueas ne sit impedimentum affectatum aut procuratum, quia affectatum non prodest. l. ij. §. simili modo. & ibi Bart. & alij. ff. si quis cautionibus. clement. ij. in §. illis. & ibi glo. & Cardin. de pœnis. & faciunt quæ dicit Feli. in c. fin. extrà de testibus. & Angel. Areti. in tractatu maleficiorum, in gloss. j. in iij. colum. in iij. fol. vbi plenè probant quòd affectata non prosunt.

3 Impedimẽtum affectũ nõ prodest.

ET alleganti † impedimẽtum incumbit onus probandi. Felin. in c. iij. in iij. col. extrà, de offic. deleg. †Sed quomodo probabitur tale impedimẽtum? Bart. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cautionibus. dicit q probatur per iuramentum, concurrente tamẽ qualitate personæ, arbitrio iudicis. Idẽ tenet Antonius de butrio, & alij in c. querelam. extrà, de procu. Idẽ Bart. in l. quęsitum. ad finem. & ibi Imo. ff. de re iudic. do. in Alexa. & Ias. in d. §. quod diximus. ¶ Sed do. meus Ias. cõtra illam doctrinam opponit ibi de duabus legib⁹. Primò videlicet de l. illud. circa fin. de tempor. appellat. vbi vult q impedimentum debeat edoceri euidẽtissimis probationibus, ergo non potest probari per iuramentum, vt ibi dicit. igitur. ¶ Aduerte tamen, q si iudex dicat se aliis negotiis impeditum vel occupatum, etiam in terminis generalibus, licet causæ impedimenti in specie non exprimantur, illi creditur, & sufficit. ita dicit Iaco. Rebuffi. in l. vnica. C. de Metropoli berito. lib. xj.

4

5 Impedimentũ probandum & quomodo probetur.

SEcundò opponit de tex. in l. fi. circa medium. C. de Iordi. cognit. & facit tex. in c. cupiẽtes. §. quòd si per viginti. iũcta gl. in verbo, plena fides. de electio. in vj. sed dicunt quidam q ibi probatio plena non requiritur circa impedimentum, sed circa aliud.

ET ideo ex prædictis dicit ibi idem domi. meus Ias. quòd est dicendum, quòd aut impedimẽtum verisimiliter potest probari per testes: tunc non sufficit iuramentum, sed requiruntur probationes euidentex, per tex. hîc antè allegatum. & est de mente Barto. in l. si quis ex argentariis. §. finali. ff. de edendo. Aut verò tale impedimẽtum verisimiliter non potest probari per testes. & tunc si non tractatur de magno præiudicio, & concurrat qualitas personæ, tunc bene potest probari per iuramentum, per l. thesaurus.

ff. ad

ff.ad exibē. & l.fi.C.de fide instrum.& Paul.de Cast.in d. §. quod diximus. sic ergo est vna limitatio ad illud quod dicitur, ꝙ potest probari per iuramentum, scilicet quando veri similiter nō potest probari per testes.

SEcundò limita secūdum eundem dominū meum, scilicet, ꝙ non habeat locum quando ex tali impedimento oritur probanti illud actio, quia tunc debet probare per testes. l. penult. §. docere. ff. ne quis eum. & ita tenent Bal. & Roma. in d. §. quod diximus. quos allegat dominus meus ibi. sed bene verum est ꝙ concurrentibus supradictis quo ad cōsequendā exceptionem sufficit probare per iuramentū. Ita tenēt doctores hîc antè allegati in dicto loco.

TErtiò limita quando requiritur probatio alicuius impedimenti notorij, quia tunc non sufficeret iuramentū, † eo quòd notorium debet probari per testes, vt dicit Spec. in tit. de notorio crimine. §. iam. ver. obstat & hoc notorium. & versi. sequen. Et Bal. ibi in addi. vers. testis. & in Spec. eod. tit. §. j. imò ad minus p duos, vt per Abba. in c. tertio loco. de præsumptio. & per glo. ij. q. j. c. Deus omnipotens. §. fin. Ex quo ergo cùm in casu nostrę cōsuetudinis dicatur, quòd nisi habeat impedimentum legitimum & notoriū, quòd ex quo requiritur quod tale impedimētum sit notoriū, quod non sufficit quod probetur in casu nostro per iuramentum, sed requiritur ꝙ sint testes. quod nota si casus eueniat.

6 Notorium debet probari per testes.

QVartò, pro limitatione dic ꝙ licet impedimentum possit probari per iuramentum, tamen hæc probatio potest annullari per contrariam probationem. Ita tenet dom. meus Iason in sua solenni repeti. l. admonendi. in ciiij. col. ff. de iureiurand. allegans pro hoc. Innocen. in cap. quia propter. in pen. col. extrà de electio.

QVintò, pro limitatione seu responsione aduerte, quòd licet possit impedimentū probari per iuramentum, intelligitur pro vna vice tantùm, & sic semel, & non bis. tex. est no. in l. fi. ff. de bonis autho. iu. pos. secundum Bal. ibi, in lectura antiqua. & Ang. in l. veluti. §. hæc vox. & ibi Bal. in lectura antiqua, ff. de eden. & illum text. dicit ad hoc singularem Lud. Ro. in rub. ff. de arbi. ¶ Quæ autem sint quæ possint probari per iuramentum, vide quæ dixi. in tit. *des iustices*. §. v. in gl. *s'il n'a grace*, in fine. ver. item per hoc staretur dicto vnius. in additione ibi posita, quæ incipit, hîc vides vnum casum.

SExtò, pro limitatione dic ꝙ quando quis fuit semel periurus, ꝙ nō admittitur ad probandū impedimentum per iuramentum, † quia periurus perdit omnem facultatem probādi per iuramentū. tex. est in c. paruuli. xxij. q. v. & facit quod dicit Bal. in authen. & qui iurat. in primis verbis. C. de bo. auth. iudi. pos. † ꝙ qui est periurus si non pōt satisdare, perdit beneficiū: nec statur iuratorię cautioni. de qua materia qn̄ stetur iuratorię cautioni, & in quibus casibus nō admittitur iuratoria cautio, ponit amplè. do. meus Ias. in l. j. in v. col. ff. qui satisda. cog. vbi ponit xiiij. casus vbi non statur iuratoriæ cautioni. & istam limitationē ponit do. meus Ias. cum aliis tribus in d. l. ij. §. quoddiximus. ff. si quis cautio. quem vide post Alean.

7

8

IN TEXTV IBI,

Dedans xxiiii. heures.

SEd an aduersus lapsum huius tēporis possit princeps restituere: cùm ista sint positiui iuris? videtur quòd sic, per ea quæ dicit amplè Franciscus de curte iunior in suis consiliis feudalibus, consi. j. col. ix. & x. vbi per plures rationes comprobat ꝙ in his quæ sunt positiui iuris supremus princeps habet liberam potestatem disponēdi & immutandi. c. proposuit. de cōcess. præbē. notat Feli. in c. j. de cōstitutio. & in his quæ facit princeps nō oportet vlteriùs disputare. l. disputare. C. de crimi. sacrilegij. Nec princeps alicui formæ adstringitur, nec est ab eo exquirēda ratio, cur ita facit. Eccle. viij. do. meus Ias. in l. rescripta. C. de precib' impe. offe. & in eo sufficit pro ratione volūtas. Bal. in l. impetrata. C. sententiā rescindi nō posse. Feli. in c. si qn̄. in ix. col. extrà, de rescriptis. Imò venienti contra factum principis quod facit ex certa scientia, dēt imponi perpetuum silentiū, vt dicit Bal. in §. si quis autem. in verbo, non admittimus. aliàs in verbo, imperialis clementia. col. vlt. de pace Cōstantię. imò potest tollere ius quæsitū alteri, dummodo non sit cōtra ius diuinū vel naturale, sed tantùm positiuū. notatur in l. fi. C. si cōtra ius vel vtilitatē publ. l. quoties. C. de precibus impe. offe. notatur per omnes in c. quæ in ecclesiarum. extrà, de constitutio. maximè qn̄ est aliquid quod ab eo prouenit, quoniam etiā priuilegium ab eo concessum reuocare potest, vt no. glo. fi. in c. decet. de reg. iur. in vj. & Ang. in l. controuersiam. ff. de priuilegiis credi. maximè qn̄ per reuocationem talis priuilegii fit reductio ad ius commune, quoniam nō est dubium ꝙ hoc casu princeps pōt tollere ius quæsitum per priuilegium, quod est contra ius commune, ita ꝙ etiam sentiens lucrum ex tali priuilegio non potest conqueri ꝙ ex hoc rescripto ius suum lædatur. ita tenet Fran. de curte in dicto cōs. j. col. xj. vers. quarta conclusio. quem sequūtur multi, quos ibi allegat. Sed sic est ꝙ hoc casu illi qui possunt prætēdere damnū sunt creditores mariti, qui habent vxorē in vim huius cōsuetudinis obligatam pro debitis sui mariti, & sic in vim priuilegij, cùm talis cōsuetudo in hoc sit contra ius commune, per quod vxor non tenetur ad debita viri, nec ediuerso. toto tit. C. ne vxor pro marito. Tollendo ergo per principē mulieri obstaculū, quod erat in ea in vim cōsuetudinis, & reducendo eā ad ius cōmune, quod fieri pōt, vt dictum est, nec hæredes, nec creditores possunt talia rescripta impugnare, imò talia rescripta sunt magis fauorabilia si ex aliqua causa releuent mulierem ab omissione solennitatis fiendæ per nostram consuetudinem, quoniam restitutio generalis ex clausula, si qua mihi iusta causa vī, nunquā tollitur, maximè quādo inseritur in rescripto, si de tali causa vobis cōstiterit. l. j. in fi. & l. necnon. §. quod eius. ff. quibus ex causis maiores imò quotics æquitas suggerit. l. sed & si per prætorē. §. quoties. ff. eo. ti. Et quęlibet causa dicitur iusta quæ à principe approbatur, nisi à iure sit prohibita. notatur in iuribus s. alle. imò semper in principe præsumitur causa, imò sua sola voluntas habetur pro causa. Fel. in c. quę in ecclesiarum. in ij. col. & in c. postulasti. in xv. col. & in c. ad audientiam, ij. de rescriptis. do. meus Ias. in l. si testamentum. C. de test. Alex. in cons. xliiij. in fi. in j. vol. & in consil. xciiij. in pe. col. in eod. j. vol. maximè qn̄ dat restitutio ad terminum elapsum, vt no. in cle. j. & ibi per Cardi. de in integ. restit. Cùm ergo in talibus elapsus sit terminus ad faciendum prædictam renūtiationem cum solennitate hîc descripta, potest princeps illam restituere ad illud tempus, ita quòd tempus elapsum possit ita facere prædictam renuntiationem sicut potuisset in tempore præfixo & requisitō, seu introducto à consuetudine. Quod intellige verū, dummodo non se intromiserit pendēte dicto termino, qn̄ si hoc ꝓmitteretur, aperiretur via delinquēdi & fraudandi,

BIU Cujas

quæ ſemper eſt tollenda. l. in fundo. ff.de rei vendi.l. quoties.ff.de reg.iur.do.meus Iaſ.in l.ij.C.de in dicta vidui.tollen.faciunt quæ infrà dicentur in concluſione harũ conſuetudinũ,in gl.*interpretées*.ver. xxxij.cõclu. ideo videmus ꝙ cõiter tales literæ regiæ cõtinẽt clauſulam,dummodo non ſe intromiſerit in bonis,& debẽt cõtinere: quia ſe intromittendo videtur quaſi cõtrahere cũ hæredibus & creditoribus mariti, rõne cuius contractus vel quaſi cõtractus magis obligatur & adhuc multo magis ſi ſubtraxerit,celauerit,aut occultauerit bona mariti,quoniã hoc caſu priuatur iure renuntiãdi, vt habetur amplè in cõſuetudine ſequẽti, in gl.*ayent ſoubſtrait & recelé*. & in vtroque eſt triplex vinculũ legis ſ.municipalis,& quaſi cõtractus & ſubſtractio.& ideo difficilior eſt diſpenſatio principis ꝓpter duo obſtacula.arg.l.ſi nõ lex Aelia ſentia. & quæ ibi no.Bal.ff.de hære.inſtit.de quo per do. meum Iaſ. in l.fi.in vj.col.ff.de cõſt.principũ.vbi dicit, ꝙ vbi ſunt plura obſtantia,princeps dẽt de oĩbus facere mentionem:quia plura ſpecialia facilè tolerantur, & non eſt ita leuis diſpẽſatio cũ vno defectu quàm cũ pluribus, vt notant plenè doct.in l.j.in prin.vbi do.meus Iaſ. ff. de verb.obl. Et ad tollendũ obſtacula & obiecta quæ feci infrà,in tit.*des retraictz*,arti.j.in gl.j. de reſtitutione fienda contra cõſuetudines noſtras, bonũ eſſet ꝙ huiuſmodi impetrationes reſtitutionũ contra cõſuetudines noſtras impetrarentur ab ipſo principe,& nõ à cuſtodibus ſigillorũ,apponendo clauſulam, nõ obſtante tali cõſuetudine, cui in caſu prædicto derogamus.quod poteſt facere princeps, vt antè dictum eſt.

IN TEXTV IBI,

Apres que le treſpas de ſon mari ſera venu à ſa cognoiſſance.

EX quo enim hoc in caſu requiritur factũ hominis iſtud tẽpus meritò currere non debet, niſi à tempore ſcientiæ:cùm,vt dicit Bal.in l.quandiu. C.qui ad mit.†ꝙ tẽpus ſtatutũ à lege vel ſtatuto in quo requiritur factum hominis. non currit ignoranti. Plura ibi & infinita allegantur per do. Alex. in d.l.quandiu.& vide eundem do.meum Iaſ.in d.l. quandiu. licet tamẽ in hoc noſtro caſu videatur eſſe contra doctrinã Bart. in l.genero.ff.de his qui not. infam. vbi tempus à ſtatuto introductum currit etiam ignorãti. vide alle.per Alex.in dicto loco.

1 Tempus non currit ignoranti.

IN TEXTV IBI,

Par ſon mari & elle.

EGo tamẽ dixi ℔ videbatur ℔ dicti quingẽti franci deberẽt censeri & presumi fuisse soluti pro primis quingẽtis francis, qui debebãt sortiri naturã mobiliũ: tum primò, qa in cõtractu matrimonij erãt primò descripti, & ratiõe ordinis scripturæ solutio facta intelligi debet primis in ordine. l. illud. & ibi Bart. & doct. ff. de solutioni. Tum secũdò, quia ista est cõmunis consuetudo, & cõmunis observantia totius patrię huius ducatus Burgũdiæ, ℔ quãdo sunt pecuniæ sortientes naturã mobiliũ in dote, quòd primò soluuntur, ideo talis cõsuetudo est obseruanda. cùm id quod consuetum est, sit attendẽdum. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edi. † & à solitis quæ quotidie fiunt bonũ est argumentum. l. certè. §. fi. in verbo, quotidie enim precario. ff. de precario. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco publico. l. vt liberis. circa finẽ. ibi, vt assolet fieri. & ibi notatur, C. de colla. Nam quod consuetũ est fieri, debet obseruari. Faciunt quę per infinita dicunt doctores in plurib⁹ & diuersis locis, maximè do.me⁹ Ias. in l. certi condict. §. si nũmos. in iij. col. ff. si cer. peta. per eundem in d. l. vt liberis. in iij. col. C. de coll. Feli. in c. cum M. Ferrarien. in iij. col. in iiij. notabi. extra, de constit. & in c. ex literis. versic. vij. & vlti. extrà, de fide instrum. Feli. in c. cum omnes. x. co. extrà, de cõstitutio. Faciunt quæ dicit Alexan. consi. 27. incipien. In causa & lite vertente. & in consi. 28. & in cons. 105. incipiente, reuerende domine. in ij. volu. vbi dicit, † ℔ notarius simpliciter rogat⁹ intelligitur apponere clausulas consuetas. & in consil. j. in v. col. in fin. in v. vol.

ADDITIO. Faciunt quæ adhuc dicit Matt. de afflictis in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, baiulos omnes. in x. notabili. intellige tamen de notario qui recipit, non de alio qui grossat, quoniam nihil potest addere. Et intellige etiã antequam instrumentum sit grossatum & incontinenti, non pòst, vt tenet Hippol. de Marsil. singu. suo cxxiij. incipiente, in iure clarum est. ¶ Et quod dicit in consi. suo cvij. incipiẽte, Pro inuestigatione prędicta. in antepe. & pe. co. in ij. vol. vbi dicit, † ℔ conuentiones & capitula facta in aliqua patria, intelliguntur facta secundum consuetudinem & communem obseruãtiam illius patriæ, quia qđ consuetum est, attendi debet, imò etiam in illicitis excusat. Faciunt quę dicit Barba. in consi. iiij. in vj. col. in ij. vol. vbi dicit, † quod si illud quod est in obseruãtia, & moribus vtentium obseruatur, est tantæ efficaciæ ℔ tollit statutum in contrariũ. ita do. meus Ias. in l. rem non nouam. in j. & ij. col. C. de iud. facit † consuetudo licitum quod aliàs esset illicitũ. per do. meũ in l. certi iuris. in ij. col. C. de iudic. imò, quod plus est, dicit in specie Alex. in cons. suo 85. inci. Ponderatis narratis. facit. in fi. in j. vol. ℔ in solutione præsumenda ex qua causa sit solutum, ℔ attendendum est id quod consuetũ est fieri, puta ℔ si consuetudo est ℔ potius soluat in vnã causam, quam in aliã, & nihil sit dictum in solutione, ℔ præsumitur in illam causam in quam consuetũ erat ita fieri. ex quo ergo cõsuetũ est in hac patria fieri solutionẽ in his primò quæ sortiuntur naturam mobilium, prædicta solutio iudicabitur facta pro his quæ sortiũtur naturã mobiliũ, & non de his quæ sortiũtur naturam immobiliũ. Nihil fuit iudicatum in casu supradicto, qa deuenerũt ad concordiã, sed si casus eueniret, esset pro amico, nisi partes inter se conuenirẽt, cùm ad prædicta posset responderi, ℔ de his quæ non sunt scripta in cõsuetudinibus nostris est recurrẽdum ad ius commune, nec põt alia consuetudo seu obseruãtia allegari, nisi sit scripta in hoc volumine cogita.

2 Argum. à consuetis fieri.

3

5

6 Cõsuetudo ex illicitis licita.

IN TEXTV IBI,

C'est à sçauoir dix pour cent.

LEx taxat in l. fi. §. præterea. C. de iure dotium. sed Bal. in cons. xciiij. in j. parte dicit, ℔ illi taxationi non est standum, sed est considerandus mos regionis, ideo dicit Bal. in d. l. fi. §. præterea. ℔ in aliquibus locis sunt statuta, quòd præstentur decẽ pro centenario, vt est in hac patria, & est satis probabile, quia secundum vsum communem mercantiæ tale lucrum affectatur. c. per vestras literas. de dona. inter virum & vxorem.

ADDITIO. Et dicit Bart. in l. in lege Falcidia. iiij. col. ff. ad legem Falci. quòd per statuta loci potest introduci tale lucrũ ad decẽ pro cẽtũ. Sed aduerte quia istud interesse ℔ petit marit⁹ in hoc casu, nõ potest ℔ maritũ alteri cedi, vt tenet Bal. in rubr. C. de vsuris in quinquagesima quæstiõe. quẽ refert Petr⁹ belluga in suo speculo principũ, i tit. de ℔positione grauaminũ. §. de vsurariis. nu. xvj. sed vt ibi dicit, sec⁹ est interesse quod debetur vẽditori feudi pro pretio eidẽ nõ soluto per emptorẽ, qui interim percipit fructus secundũ l. curabit. C. de actio. empt. quia potest alteri cedi.

IN TEXTV IBI,

Des le terme qu'ilz ont promis de payer.

SVbaudi *qu'ilz.* s. *deniers.* & non *qu'ilz.* s. *arrerages* & sic per hunc tex. constat ℔ illud tempus currit à tempore quo promissa fuerit pecuniæ solutio, & destinata fuerit solutio pecuniarũ assignatarum. aut promissarum assignari, & nõ à tẽpore quo promissa sunt arreragia solui ex dictis pecuniis. & sic istud verbum, *qu'ilz*, relatiuum, refertur ad promissionẽ solutionis

pecun

BIU Cujas

pecuniarum,& non ad promissionem solutionis arreragiorum ex dictis pecuniis prouenientium.

Casus facti. ETuenit mihi casus in facto ad consulẽdum,in quo quidam promiserat milleducatos pro dote suę filiæ,& promisit soluere quinque cẽtum in die nuptiarum,quod fecit, alios verò quinque centum debebãt soluereeius hæredes post eius decessum, an hoc casu currant arreragia statim post eius decessum, an verò requiratur interpellatio?

DIcebãt quidã q̃ à tãpore interpellationis,quia in cõtractu nõ erat assignatus terminus arreragiorũ, & sic nõ erat ꝓmissum soluere arreragia à tali tpe, qđ tẽpus solutionis nõ erat determinatũ, q̃ debebat fieri interpellatio per consuetudinẽ nostrã. ¶Dixi ego cõtrariũ,& dico q̃ illa arreragia currũt,seu currere debent à tẽpore decessus,cũ ab illo tẽpore fuerit promissum soluere dictos quingẽtos ducatos,& sic hoc verbũ,*qu'ils*,refertur ad denarios promissos,& non ad arreragia promissa. de natura cuius relatiui ponũt Bar. Bal.& Ias. qui facit regulã cũ sex limitationibus, in l. cunctos populos.in j.col.C.de sum.tri.& fide cath.

FAcit etiam hæc ratio, quia arreragia non veniunt ratione promissionis,sed quando dos certo die,ꝓmissa illo die adueniẽte nõ soluitur,& sic ratione moræ debentur dicta arreragia.ponderando igitur verba consuetudinis ibi,*qu'ils ont promis* &c.satis dilucidè patet istud relatiuum, *qu'ils*, debere referri ad pecunias dotales & non ad arreragia,quę veniunt non ratione promissionis,sed propter moram commissam in solutione dotis.quæ suo die non soluitur, & ita alias dixi in contingentia facti,& eram huius opinionis.

NVnc verò saluo meliori iudicio dico q̃ debet fieri interpellatio post decessum,ad hoc vt incipiãt currere dicta arreragia.præsupposito igitur q̃ dicta arreragia debeãtur ratione moræ factæ in nõ solutione sortis principalis,vt est satis vulgare,moueor hoc fundamẽto.† obligatio,quæ est pura ab initio non constituit quẽ in mora nisi per interpellationẽ.l. si ex legati causa.ff.de ver.obl.l.mora.in prin.ff.de vsuris.ibi, mora fieri intelligitur nõ ex re,sed ex persona,id est si interpellatus loco oportuno non soluerit &c. sic etiã in præsenti casu quãuis obligatio sit in diẽ,quia hęredes solũ obligãtur ad arreragia post decessum, adueniẽte die,id est mortuo patre ipsius filię, debet fieri interpellatio,aliàs sequeret q̃ in pũcto quo quis obligatur per euentũ diei siue cõditionis,illo eodẽ puncto cõstitueretur in mora.qđ est absurdũ.l.q̃ dicimus.ff.de solu.l. promissor Stichi.ff.de const.pecu.Cy.in l. minorum. C.in quibus causis in integ.rest. Bart. in l. quoties in diem.ff. de ver.obl. Cùm igitur hæredes incipiant obligari post decessum, & nõ fuerint in mora nec etiã testator,esset durum & contra ius, vt illo tẽpore quo incipiunt obligari,illo eodem tẽpore constituerentur in mora.nec obstat vulgata l.magnam C. de contrah. & cõmit.stip.†.vbi dies interpellat pro homine, quia sanè debet intelligi, an & quando dies fuit certa: sed obligatio in præsenti casu fuit incerta,cùm dies mortis fuerit incertus, igitur extemplo post decessum nõ incipiunt currere dicta arreragia.

1 obligatio non constituit quem in mora.

2 Dies interpellat pro homine.

ETnõ est†mirandũ si nũc mutauerim opinionẽ,cũ enim Papinian⁹ variauerit.l.manifestissimi. C. de fur.& dicit tex.in c.magnę sapiẽtię est reuocare hominẽ qđ malè locut⁹ est.xxij.q.iiij. alibi sanũ dicitur esse cõsiliũ,si qs reuocauerit qđ malè fecerit.c. cũ cessãte. de appel.alibi dicit tex.in c.qualiter & qñ.j.de accusa. Nõ pudeat vos errorẽ vestrũ corrigere, q̃ positi estis vt aliorũ corrigatis errores,alibi dicit solennis tex.§.j. in fi.vers.non erubescimus.in auth.de nup.col.iiij.nõ enim(inquit imperator)erubescimus,si quid in meliꝰ eorũ quæ statuimus prius ipsi cõpetenti ratione nec ab aliis expectare corrigatur. & ideo dicit Bald.in d.l. manifestissimi. † q̃ doctor qui malè consuluit potest consiliũ emendare,& sic variare.idẽ not.gl.in l.Labe. ff.de seruitu.rusti.prædio.ad excusationẽ doctorũ qui diuersis temporibus diuersa fecerint consilia, vel propter imbecillitatẽ memoriæ, vel propter mutationẽ opinionis, noua enim in nobis quotidie generantur phantasmata.alibi dicit tex.in c.non debet.de cõsang. & affinita. ¶ non debet reprehensibile videri, si secundum varietatem temporum statuta variantur humana, cùm etiam ipse Deus ex his quæ in veteri statuerat testamento nonnulla mutauit in nouo.

4

5 Statutæ variantur cum tẽpore

ADDITIO. De mutatione opinionis & variatione,an sit licita & permissa,& sic quærẽdum est,an l. j. C.de furtis.& c.gesta.24.distin.quę dicunt q̃ cõtraria allegãs non est audiendus,procedat in dictis aduocatorũ & doctorũ cõsulentiũ,& maximè in Bal. q̃ more suo in multis fuit sibi cõtrarius & varius. Et breuiter in hoc articulo omissa longa disputatione videat̃ do. meus Ias.in l.si ex toto.§.si ita legatum in pe.col.ff.de lega.j.& Decius in regula iuris, nemo potest mutare. in ij.col.ff.de regu.iur.& Dy.in regula,mutare. de regu.iu.in vj.& ibi tenent q̃ nõ procedit in doctoribus, quibus licitum est variare arg.l.diui fratres.ff. de iure patr.& gl.in l.quod sæpe.§.in his ff.de contrah.empt. vbi dicit q̃ Bulgarus more sapientis mutauit consiliũ. & gl.magna in l.j.ff.de periculo & comm. rei vẽditæ. in medio, vbi etiam loquitur de dicto consilio Bulgari mutato.facit l.Labeo.ff. de seruitu. rustico. prædio. vbi Bal.excusat variationem scribentiũ.& in d.l.manifestissimi.ad idẽ est gl.in c.vides.xxiij.q. vj. in versicu. opinio.& in c.disciplinam.in verbo,gladiis.xlv. distì. vbi Car. Alex.& in c.quid est hoc.quinquagesima distin.inferens q̃ leges possunt exponi diuerso modo in diuersis locis.& ita etiã tenet Luc.de Penna in l. professio.per illũ tex.C.de muneribus patrimo.lib. x. Et istud procedit tam in lecturis,quàm in cõsiliis, prout dicunt Bal.in d.l.manifestissimi.§.pe.& Car. Alex. in d.c.disciplinã.vbi dicũt,& licitũ est quãdoq; in diuersis causis,& inter diuersos cõtraria cõsilia ex superueniẽti ratione dare, sed si inter eosdẽ reuocatur primũ consiliũ,debet restitui salariũ habitũ à primo cõsilio, vt dicit Pau.de Cast.in l. de tutel. per gl.C.de in integrũ restit.minorum.iusta enim de causa, vt dicit Bal. in d.l.fi.doctor potest consulere diuersis temporibus diuersa & varia,& idem Bal.in c.ne innitaris in fin.de constitutio.vbi refert de Augustino, qui fecit librum retractationũ.Et de doctore contraria consulẽte,vide Ang.in d.l.Labeo.ff.de seruit.rustic.prædio. prout etiam fecit quãdoque Bar.vt colligitur in l.si pater. C. de insti.& substi.& in l.qui Romę.§.duo fratres.in iij. q.ff.de ver.obl.ideo se excusat Barb.q̃ mutauerit opinionem in consi.j.charta viij.lib.j.& in c.j.col. xxij.de constit.dicit tamen Ang.in d.i.Labeo.q̃ doctores debent abstinere ab ista mutatione opinionis tanquam ab igne,qa ob malignitatẽ linguarũ talis mutatio in malã partẽ accipitur,& quãdoq; nõ euitãt pœnã pręuaricationis.l.j.C.de aduo.diuerso.iudicũ.quã ad hoc alleg.Specul.in tit.de aduoca.§.j.Geminianus & Philippus Francus in c.fi.penul.col.in glos.ij.de testibus, lib.vj.& Philippus Dec.in l.precibus,in ij.colum.versicu.ij.nota.C.de impu.& aliis substi. vbi loquitur de Socin.idem tenet Alber.in l.fi.C.de postulan. & dicit Pau.de Ca.in l. fi. C. de aduoca.diuerso.iudicũ.quòd

3 Sapientia qđ reuocare maledictio.

BIU Cujas

abstinẽdũ est ab his præuaricationibus, exemplo Oldra.qui præ tristitia mortuus est.tamen do.Ias.præceptor meus in d.l.si ex legati. ponit quando consulens potest variare.& Philippus Corne.in consi.vij. incip. reparo me in prin.in iiij.vol.vbi dicit ꝙ potest doctor cõsulere pro vtraque parte quando variatur factum, &ibi se excusat.& si vnũ dicatur in lecturis,& aliud in cõsiliis,excusandus est doctor.adducitur text.in c.decretalis.xx.distinc.facit l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inoff.testam.& ibi Bar.not.& in l.Aurelio. §.fi.ff.de libe.lega.& in l.naturaliter.§.nihil cõmune. vbi do.meus Ias.in vj.col.ff.de acquir. poss. quoniam cõtraria in diuersis causis posset allegari,vt dicit Lucas de Penna in d.l.professio. C. de muneribus patrimo.Et hæc procedũt in doctore consulente. sed quid in principe, nã in principibus variatio & incõstantia reprobatur,quia in principe tanquã in fonte iustitiæ, debet esse constans volũtas.& prncipibus cõuenit illud verbum,Semel locutus est Deus.& ꝙ scripsi scripsi. & ideo princeps debet habere vnum calamum,& vnam linguam,& nõ plures.quoniam scriptũ est,quę processerunt de labiis meis nõ faciã irrita.vnde debet esse immobilis sicut lapis angularis,& sicut polus in cælo.verba sunt Bal.in consi.cclxxix.inci.pridie enim consului.in iij.lib. & ibi concludit ꝙ quãdo princeps etiã proprio motu reuocat id quod prius fecit, fingitur circunuentus,adeò ꝙ cõtrarium probari non potest.& ita ampliare videtur id quod dicitur in c. cũ olim.de re iudic.& idem de secunda concessione alteri facta ꝙ non valeat cõtra primam,latè probat,& tenet Roma.in consi.ccxviij.incip. circa primam. & disputatur per Alex.& Lucam de Penna in locis suprà allegatis.per Deciũ in d.regula, nemo potest mutare vbi multa consilia ad hæc alleg.dicit tamen Matt. de affl. in constit.regni Siciliæ,quæ incipit, præcipimus.in j. libro, ꝙ in officiis cõcadendis & mutandis quandoq; permittitur principi variatio.Et cùm,vt hîc antè vidimus,licitum sit & permissum quãdoque mutare opiniones, protestor,secũdũ quod etiam protestatus est Matth.de afflict.in fine constitut.regni Siciliæ,ꝙ non obstent mihi propria scripta, si dum vita comite aliis rationibus videatur mihi aliud dicẽdum, quia intellectus peregrinus hominis propter varias rerũ figuras non est semper vniformis.Cuius Matthęi dicta in cõmento cõstitutionum regni Siciliæ hoc anno domini M.ccccc xxxj.me existente in hac ciuitate Paris. remissiuè ad hæc mea commẽtaria addidi. & eius opera super dictis constitutionibus nondum videram,& quædam negotia ibi agendo fui nominatus à curia parlamentali ad officium consiliarij in dicta curia, ad nominationem cuius christianissimus Rex noster me consiliarium fecit die iij. Augusti,eodem anno.

Quæstio. SEd nũquid possit maritus petere principalem sortem debitam cum arreragiis iam incursis, & pro tempore præterito escheutis?fui interrogatus de hoc casu,& videtur ꝙ non,quia vsura est pœna.l. qui sine. & ibi Bart.ff.de neg.gest.l. lecta. & ibi Alex. ff. si cert. pet.& dicit ibi do. meus Ias. † de pœna ad vsurã valet argumẽtum.gl.in d.l.lecta.in verbo,pœnę.& in l. Iulianus.§.idémque Papinianus.ff.de actio.emp.&facit tex.in l.non solum.*la seconde*,versi.vsuras.ff.de libe.legat.tamen Bar.in d.l.qui sine.Alex.& Ias.in d. l.lecta. & Roma.in consi.ccxl, faciunt & ponũt aliquas differentias,†sed in pœnis cõuentionalibus quis non potest petere & rem & pœnã, imò debet altero esse cõtentus.l.rescriptũ.§.si pacto.ff.de pactis.& ibi Bart.& alij doct.Alber.de Rosate post alios in l.j. C. de iudiciis.†videtur facere aliã differentiam inter pœnam & vsurã,quia vt dicit, pœna non põt peti cũ principali, sed vsura põt peti cũ sorte principali, vt videntur doctores innuere per tex.in d.l.j.qui nihil mihi facit,nec video ꝙ ex illo textu inferri possit ꝙ ibi fuerit petita sors,sed credo ꝙ mens & intellectus illius legis est,ꝙ iudicio cœpto super vsuris præteriti tẽporis, stipulatio vsurarũ currentiũ pòst non est perẽpta. non aliter insisto,sed teneo opinionẽ communẽ. ¶. Videtur ergo dicendum ꝙ aliud est pæna,aliud vsura, & ꝙ vsura etiã peti potest,& principale simul.& hoc est etiã iuridicũ in hoc casu,cùm hæ vsuræ de quibus hîc fit mentio,nõ sint simpliciter cõuẽtionales,imò legales,& p legẽ nostrã municipalẽ:& ideo etiã peti possunt, † cũ pœna legalis peti possit cũ principali,vt notant Bar.& Ias.in d.l.rescriptũ.§.si pact.ff. de pact. & licet dicatur ꝙ etiã aliquando hæc pœna quę de iure debeatur,deducatur in contractu matrimonij per stipulationẽ, vt solent multi facere,tñ non id inspicimus, sed id quod agitur principaliter, hoc est id ratione cuius principaliter debetur,scilicet ratione legis municipalis ita disponẽtis fauore dotis,& etiã iuris cõmunis.c.salubriter.de vsuris. quæ tñ licet deducatur vltra legẽ in cõuentionẽ per stipulationẽ,nõ desinit esse in cõsideratione:sicut videmus in simili de iudice ordinario, cui cõmissa est causa à principe, qui ꝓ hoc nõ desinit esse ordinarius.faciũt quę dicit Butrig. & Bal.in l.qui pro curatorẽ dat.in princ.ff.de proc. de veritate cuius decisionis ponit Ias.in l.j.§.& post operis.ff.de nou.ope. nunt.& in l.j.§.si quis simpliciter.ff.de verb.obl.& in l. ius autẽ ciuile. ff.de iusti.& iure.licet regula per eũdem in dictis locis posita videatur cõtradicere, & etiã huic nostræ cõclusioni,quia ex quo dispositioni legis conuentio & stipulatio interponuntur,videtur esse alterata natura dispositionis legalis,†etiã quia stipulatio interposita super aliquo actu immutat naturã illius actus.vt facit tex.in l. emptio. ff. de rescindẽ.vẽd. vbi stipulatio interposita super contractu emptionis & venditionis immutat naturã illius cõtractus. ¶ Faciunt tamen pro hac cõclusione plura,pro parte contraria per do.meum alleg.in rub.ff.de ver.obl. vbi tãdem concludit,an stipulatio interposita super aliquo actu reguletur secũdum illum actum,ideo licet in dicta vsura,seu pœna debita fauore dotis & matrimonij pro cẽtenario decem,quæ est iure debita, interponatur in cõtractu matrimonij stipulatio & promissio secundum formam nostræ legis,dicentis per ea quę do. meus Ias.ibidem allegat,dictam stipulationem regulari secundum naturam nostræ legis municipalis, ita quod & principale, & arreragia, hoc est pœna & res, simul peti possint, cùm per hanc stipulationẽ seu cõuentionem hæc pœna non desinat esse legalis.

ET aduerte,quoniã põt petere principale debitum iã eschcutũ in terminis elapsis actione hypothecaria reali,& bona hypothecata in patria iuris scripti debẽt declarari hypothecata ꝓ dictis terminis elapsis quo ad effectũ exactionis.& ꝓ aliis in futurũ debẽdis nõ possunt peti quo ad effectũ exactionis seu condẽnationis.l.j. C.de fideic.vbi tex.rotũdus.Bar.in l.ita stipũ.mihi.xiiij.col.ff.de ver.obl.Pau.de Ca.in l.j.iij.co. C. de iu. & quo ad vsuras seu arreragia põt petere bona declarari hypothecata ꝓ dictis arreragiis,tã prętéritis quã futuris, si expresse fuerit cautũ inter partes, aliàs nõ.†hypothecatæ emẽ res ꝓ principali,nõ cẽsent hypothecatæ ꝓ vsuris seu arreragiis. l.per retentionẽ. C.de vsuris.l.solutum.vbi bonus tex.iuncta gl. in §.si in sortẽ.ff.de pig.ac.l.grege.§.fi.in fi.verbis ff.de pign.

Restat

6 Argu. de pœna ad vsuram.

7 Pœna & vsura quo modo differant.

9 Pœna legalis.

10 Stipulatio mutat naturam actus.

11

BIU Cujas

12 Dubiū. REstat†nūc aliud dubiū,vtrùm principale & arreragia possint simul peti in eodē iudicio in patria iuris scripti,vbi nō viget hæc nostra cōsuetudo,ita vt actio personalis ad principale, & actio personalis ad arreragia in eodē iudicio cumulētur,sic q; vna & eadē snia possint terminari.ista quæstio est subtilis in materia cumulationis quę affert honorē aduocatis eā bene intelligētibus,secundū Bar.in l.fundum Titianū.ff.de exce.¶Et primò vī q; principale & arreragia, seu sors cū vsuris nō possint in eodē iudicio peti, & cumulari.

13 Regula. ista enim est regula in materia cumulationis,†q; quādo iudicia seu duæ actiones sic se habēt,q; snia absolutoria lata in vna pariat exceptionē rei iudicatę in alia, nō admittat cumulatio.& hāc reg.ponit Dy.in regula,nullus pluribus.de regu.iur.in vj.Bar.in l. edita. C. de edēdo.Ang.in §.si minus.insti.de actio.Sed satis li-

14 quidè cōstat†absolutoriā latā super sorte parere exceptionē rei iudicatæ in vsuris,cū arreragia sic se habeāt ad sortē,vt nō possint deberi nisi sors debeatur.igitur petitio sortis & arreragiorum non est admittenda,ita vt de istis duabus actionibus possit fieri cumulatio.

15 Præiudiciales actiones nō possunt vna in simul intentari. ITem†præiudiciales actiones non possunt simul in eodem iudicio intentari:sunt enim huius naturæ,q; vna,s.magis præiudicialis facit silere minus præiudicialē.l.vnica.C.quādo ciuil.actio.l.prætor.§.hoc edicto.vbi amplè Bart.de ista materia.ff.vi bo.rap. sed actio personalis ad sortē,& actio personalis ad arreragia sunt præiudiciales,cùm sentētia lata super sorte faciat præiudiciū in vsuris l.fundi quē.vbi Paul.de Cast. ff. de except. ergo cum supradictæ actiones sint præiudiciales,non possunt simul intentari & cumulari.

ADDITIO.Quæ autem sint exceptiones præiudiciales ponit Matth.de affl.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit,similiter agens.in vj.notabili.vbi ponit an oēs apud eos sint correctæ,ex quo illa cōstitutio tollit exceptiōes prę iudiciales, ita q; debet simul cū principali cumulari,prout etiam fit apud nos in materia possessoria,in qua placitandū est ad omnes fines non habendo respectū ad fines non recipiendi quę impediūt litis ingressum,quæ primò deberent discuti, præterquam tamen in causa appellationis,vbi fines nō recipiendi primò sunt discutiendi:an tamē causa nullitatis sit primò discutienda,vide eundem Matt.in cōstit. regni Siciliæ, quæ incipit,dilationes. in iij.notabili. vbi amplè declarat an deserta appellatione per lapsū fatalium sit sublata nullitas,& ibi tenet quòd non.

LIcet prędicta fundamenta sint vrgentia, ita vt his motus Bart.tenuerit pro hac parte in d.l.edita.C. de edendo.& in l.ij.C.de peti.hæredit.vbi dicit in iudicio particulari non esse admittendam petitionem fundi & fructuum in eodem iudicio.

PVto tamen cōtrarium verum, scilicet q; in eodem iudicio principale & arreragia iā incursa siue escheuta peti possint, non obstantibus fundamētis supradictis.Non obstat igitur primum fundamētum,s. q; absolutoria lata &c. quoniā intelligimus admittēdam esse cumulationē & petitionem principalis cum arreragiis, si modo in eodem libello vnum principaliter,& aliud accessoriè petatur, quo casu admittitur cumulatio in eodem iudicio regula autem supradicta intelligitur & procedit quādo in diuersis iudiciis,vel in eodem iudicio in diuersis libellis æquè principaliter petuntur principale & arreragia,quo casu non admittitur cumulatio, secundum Dyn. in dicta regula, quam sequitur Pau.de Ca.in l.j.C.de iudiciis.

16 Actiōes præiudiciales sunt genere diuersa. NOn obstat fundamentum de præiudicialibus actionibus,†quia sunt diuersa genera prę iudicialium actionum.Quædā enim sunt prę iudiciales actiones ratione maioritatis, aliæ authoritatis, & tales nō possunt cumulari. & de istis loquūtur iura in contrariū alleg.Quædā autē sunt præiudiciales adinuicē, vt sunt istæ de quibus est cōtrouersia.& de istis loquitur tex.in d.l.fundi quē.ff. de except. & tales possunt cumulari in eodē iudicio,si in vno libello vnū principaliter & aliud accessoriè petatur. Et pro hac opinione facit tex.in §.sed neq;.in auth.de fideiuss.coll.j. vbi admittitur cumulatio actionis hypothecarię personalis & realis,& tñ sunt præiudiciales.gl.in l.quæ de inofficioso.ff.de inoffi. testam. vbi etiā admittitur cumulatio petitionis hęreditatis & querelæ inofficiosi testamenti,quæ tamen actiones sunt præiudiciales. igitur istis cùm non sit maior ratio, admittetur cumulatio. ¶Ex prædictis patet principale & arreragia simul peti posse in eodem iudicio,& vna sententia terminari.

SEd quia argumentū validius est reseruandū in fine secundum Specu. in tit.de alleg. & disputa. §. iiij. pro hac opinione facit tex. in terminis in d. l. j. C. de iudiciis.secundum primum intellectum gl. quæ luce clarius innuit sortem cum vsuris præteritis ante litis contestationem petitam fuisse, ergo principale & arreragia quæ habentur loco sortis & vsurarum in eodem iudicio peti possunt,secundum dictū intellectū, quem approbant Bar. Paul. de Cast. & alij doctores, cui intellectui applaudit alia glos.in d.l. fundi quem. super verbo,huiusmodi.de exceptio.quæ dicit fundū cum fructibus peti posse.

ADuerte tamen quando pœna potest peti cū principali,per doct.maximè Bal.in l.& si post tres. ff. si quis cautio. ¶Item quęro†an dominus cēsus seu re- 17 Quæstio ditus possit intētare & actionem realē & personalem simul contra principalem,aut contra eius hęredes:an debeat esse contentus vna:¶Videtur q; vtranque posset intentare,per tex.in §. sed neq;.in authen. de fideiusso.coll.j.quod intellige verum,quando illud quod venit ratione actionis personalis debet officio iudicis:& nō iure actionis,vt tenet Bal.in c.cùm dilectus. in vlti.col.de causa possessionis & proprietatis.¶Item etiam intellige,quando actio realis seu hypothecaria intētatur principaliter, & personalis accessoriè:secus si vtraque principaliter,quia esset contra tex.in l.fundi.& in l.fundum.ff.de exceptio.eo quod absolutoria lata in vna,pariat exceptionem rei iudicatæ in alia.l.si deferente.ff.quibus mod.pignus vel pypotheca.dicit Bal.in l.edita.in xxj.col.C.de edēdo. & do. meus Ias. in ix.colum.quod ita de cōsuetudine obseruatur,vbi plenè tractatur materia.¶Et intellige omnia prędicta quando intentantur coram iudice qui potest de vtraque cognoscere,scilicet corā iudice laico, cùm ecclesiasticus(cum sit in rem.l.pignoris.& ibi Bar. & Bald. C.de pigno.) cognoscere non possit. dixi infrà in §. j. titu.*Des cenſes.*§.ij.& in §.vj. in gl. *ſans ce qu'il ſoit tenu.* secus autem si vtramque intētaret coram iudice ecclesiastico, quia vt vnicuiq; sua iurisdictio tribuatur: aliàs debitus ordo non seruaretur. Debet tantùm proponere personalem, & si vtrāque proposuerit,debet vnā eligere. Et ista est noua limitatio apud nos ad dictum §.sed neque. suprà allegatum. Aliàs sequeretur inconueniens, quia per indirectum iudices ecclesiastici assumerent cognitionem causæ realis,quam non possunt de directo assumere. Et ita hac die secūda Mēsis Nouembris,anno domini M.ccccxx.dixi:erentus adhuc & fatigatus reliquiis meæ magnę infirmitatis, & nisi timuissem labores mihi nocere, cum essem adhuc debilis,&nōdū extra pericula,nec adhuc exterius

cam

BIU Cujas

cameram in qua sum,sunt quatuor mẽses,fortè maiora scripsissem,sed sufficit nunc me dedisse cęteris materiam cogitandi:si alio tempore eueniat casus,vel detur opportunitas, fortè maiora scribam. Guido papæ tamen in decisio. sua cviij.Actio personalis. tenet indistinctè admitti cumulationẽ, & dicit se obtinuisse. & vide eundem quęstione sua cxliij.An prętendens se læsum.vbi ponit an rescisio contractus, & restitutio in integrum possint cumulari cum petitorio petẽdo possessionem rei sibi restitui;ego practicaui, & super his impetraui literas regias.

ADDITIO. Vide decisionem Tholosanã cccIxix. vbi dicit quòd agens ad rescissionem contractus non est audiendus,petendo possessorium,sed vtdicit,causa nullitatis & restitutionis in integrũ possunt simul intentari,& etiam rescindens & rescissorium possunt simul intentari.

IN TEXTV IBI,
Sera suffisamment interpellée.

1 POst bienniũ † à die ductionis vxoris ad domũ mariti debẽtur vsurę marito, † quia per lapsum bienn ij cõtrahitur mora irregularis.tex. est de hoc multũ notabilis in l.fi.§.præterea.C.de iure dot.contrarium tñ videtur tenere gl.in l.de diuisione.in gl.fi.ff.so.ma. vbi voluit, † ꝙ mulier quæ dotẽ promisit,teneatur ad biennij.&licet doct.antiqui impugnẽt illã per text.in d.l.fi.§.præterea.tñ Bart.ausus est saluare illã ibi duobus modis.primò vt §.prętera.loquatur qñ extraneꝰ dat dotẽ,quia nõ cõstituitur in mora nisi elapso bien nio:secus autẽ est in ipsa muliere dãte dotẽ, ꝙa statim cõstituitur in mora à die cõtracti matrimonij,eo ꝙ recepit aliquid,&maritus sustinet onera matrimonij,iõ mulier statim est in mora,prout tenẽt cõmuniter doctores;& Alex.in consi.cxliij. inci. perspectis instrumẽtis.in v.vo.vbi dicit ꝙ est cõmunis,ꝙ siue dos fuerit promissa ab vxore, siue à patre eius,etiã si marito possit imputari aliqua negligẽtia, ꝙ sẽper sunt in mora à die quo maritus sustinet onera matrimonij;secus si ab extran. & dicit hanc esse communẽ,quã secutus est in cõsulẽdo.vide eundẽ Alex.in cõs.lj.in iij.vol. & in consi.liij.co.iij.vol. ¶Vel secũdò posito ꝙ dictus.§. præterea.loquat in muliere dãte dotẽ,potest intelligi vt ꝓcedat quo ad hoc vt mulier teneat ad vsuras maiores secundũ dispositionẽ illius legis, vt ibi per Bar. & in d.l.de diuisione.& ibi do.meus Ias.ff. sol. mat.& istam solutionem Bar.tenet Bal.iud.l. de diuisione tamen tenet contra Bar.in d.§.prętera.in pen.col.vers. reuoco in dubiũ,pone ꝙ mulier.vbi latè examinat,& per multas bonas rationes. ¶Vide hîc vnum casum in quo biennij tempus obseruatur, aliũ videas in l. cum
4 domini.ff.locati.† videlicet cum conductores domorum non apparent per biennium, possunt domus aperiri, & bona ibi inuenta describi. Plures alios vide per Dyn.in trac.de præsc.ver.est præscriptio duorum annorum,quos hîc non transporto.

SEd ad prædictas rationes respondet Romanus,& alij in d. l. de diuisione. ¶ Sed pulchrum est scire, ꝙa dicitur vsuræ debentur post biẽnium à die contracti matrimonij, † quãdo dicatur contractus matrimonij ad finem prædictum:videtur ꝙ à die traductionis vxoris ad domum mariti, & non aliàs, vt tenet Lud. Roma.in singulari suo in verbo dos.per tex. in l. vlti. §.fi.C.de iure dot. Sed Lud.Bologninus in d. §. fi.dicit ꝙ à die contracti matrimonii.

INtellige tamen prædicta quando aliàs dos nõ fuisset promissa ad diem certã, quia tunc die lapsa contrahitur mora regularis.l.magnã.cũ vulg.C.de cõtra. & cõmitt.stipulat.& ad hoc facit tex.& ibi Bal.in l.vnica.§.exactio.C.de rei.vxor.actio. & in d.§.prætera per Bal.Nam à die tali certa incipiant currere vsurę si maritus sustineat onera matrimonij. ¶ Adde † ꝙ sicut 6 dies interpellat pro homine, ita etiam iuramentum, quod est dictum singulare. ita tenet Franc. de Crema singulari suo cxxiij.incip. vbicunque est iuramẽtum.

ITem intellige, nisi aliàs interuenisset interpellatio mariti,iuxta l. si ex legati causa. cum ibi traditis. ff. de ver.obli.quia tunc à die interpellationis incipiant currere vsuræ.& sic istis duobus casibus nõ erit opus expectare biennium, & sic moram irregularem cùm habemus regularem.arg.not.in l.prouinciali.§.j.ff.de nou.ope.nunt.ista tenent Ang.de Aret.& do.Ias. in §. fuerat.instit.de actio.

ET regulare est, † ꝙ interpellatione quis in mora cõ 7 Interpelstituitur.casus est in l.si ex legati causa.ff. de verb. latio cõstiobli.l.mora.de vsuris.l.quod te.ff.si cert.pet.vbi.Ias.l. tuit in mo Titia.§.vsuras.ff.de legatis ij.facit quod notat Alex.in ra. consi. lix.inci.Christi saluatoris.vbi dicit, ꝙ si statutũ requirit in ferenda sñia consiliũ sapientis, cõsultor cõstituitur in mora per interpellationẽ, & ideo dicit ꝙ nunquã dicant stetisse per iudicẽ vel cõsultorem, nisi postquã fuerunt interpellati,& non fecerunt,& istud est verũ, siue committatur ad effectũ periculi interitus.d.l.si ex legati causa.& l.quod te.siue ad commissionem pœnæ.l.si pœnam.ff. qñ dies legati. & generaliter quo ad alios effectus ex mora resultantes: de quibus per gl.in l.mora.ff.de vsuris.l.si quis filium.§. stipulatio.ff. de collat. bonorum. ita formaliter dicit Bart.in l.stipulatio.in vj.quæstione. ff. de verb. oblig.

ET intellige † ꝙ sufficit interpellatio extraiudicia- 8 An suffi lis de constituendo quem in mora gl. est in l. qui cit interRomæ. §. cohæredes. in verbo, testato. & ibi Bar. & pellatio extraiudicia docto.ff.de verb.oblig.& in l.fideiussor obligari.§. fi. lis. in glo.fi.ff.de fideiuss.gl.in l. amplius non peti.ff.rem ratam haberi.facit tex.in l.denuntiasse. in princ. ff. de adulteriis.& ibi Bar.quam legit sub l. qui vxori.

SEd limita istud pluribus modis.primò videlicet vt procedat in his quæ debentur iure obligationis & actionis;secus in his quæ debentur officio iudicis, ꝙa requiritur monitio iudicis.tex.est de hoc singularis secũdum omnes in l.cùm postulassem. ff. de damno infecto quem Barto.ibi dicit singularem, & in d. l. si ex legati.& non sufficit interpellatio in iudicio,se requi- De his quę ritur quòd fuerit deuentum ad litis contestationem. de bentur ita intelligit Paul.de Castr.in d.l.cùm postulassem. & officio iuin d. l. si ex legati. imò etiam quod plus est, non suf- dicis. ficeret libelli oblatio.ita Bart. in l.denuntiasse.§. quid ergo.ff.ad legem Iuliam de adulter.not.Bartol.& alij in rubrica de in ius vocan. Angel. & Roma. in l. si ex legati causa.ff.de verb. obliga. facit tex.in l.si libertus à patrono.ff.de in ius vo. & istud refert & sequitur dominus meus Ias.in l.vinum.in ij.col.ff.si cer.pet. hinc plus dicit Bar.in l.vbi exigitur.§.is autem.ff.de edendo. quòd opus est expectare donec iudex faciat præceptum in conuictum.& ita dicit debere intelligi d.l. cum postulassem. Aretinus tamen dicit istud nõ iure probari,& propterea putat quòd sola interpellatio in iudicio sufficiat. ¶ Credo quòd opinio Barto. sit vera, per tex.in l.non iustam.C.ad Trebellianum. Nam hæres cogitur adire hæreditatẽ ex officio iudicis,& hæreditatem restituere, l. non est cogendus. l. si legatus seruus.ff.ad Trebell,l.& sine scriptura.C.eo.& tamen ad hoc vt hæres dicatur in mora constitutus, erit necessarium expectare quòd in cum fiat præceptum de

adeun

1 Lapsus ẽnij contrahitur mora irregularis.

3

§ Contractus matrimonij quãdo.

adeundo,nec plus censetur in mora.l.ille à quo. §.tẽpestiuum.ff.ad Trebellianum.& ita fuit de mẽte Bar. in d.l.cum postulassem.dum allegat d.l. nõ iustam. & ita mihi videtur sonare d. l. cum postulassem. & istud etiam tenuit Ang.Aret.in §.j. instit. de actio. dum dicit quòd iudex potest cogere partem ad sic faciẽdum.

Materia collationis

HAnc limitationem sublimita duobus modis. primò vt nõ procedat in materia collationis. Nam licet collatio fiat officio iudicis nobili,tamẽ interpellatur extra iudicium ad conferendum,constituitur in mora. ita Bal.in l.soror.C. de colla.allegat casum singularem in l.filius.§.fi.ff.de colla.bonorum. vbi dicit quod est mirabile.

Officio iudicis nobili.

SVblimita secũdò procedere, qñ quis tenet officio iudicis nobili, sed secus quando teneretur officio iudicis mercenario, quia sufficit interpellatio extraiudicialis.ita tenet Cy.in l.j.in iij.co.C.de alie.mutãdi iudicij causa facta.& Rom.in l.iij.in ix.co. de arbitris. & Bal.in l.iij.ff.de iurisd.om.iud.& idem do. meus Ias. in d.l.vinum.in vij.col.& in d.l.j.in v.col.ff.de iurisdi. omnium iudicum.

Creditore prius existente in mora.

SEcundò limita conclusionẽ supradictã ℣ interpellatio extraiudicialis etiã cõstituit quẽ in mora, qã nõ habẽt locũ qñ creditor prius fuit in mora, puta qa interpellatus rẽ sibi oblatã recusauit recipere sine iusta causa,quia tunc ad purgandũ morã suam,& cõstituẽdũ debitorẽ in mora, nõ sufficiet simplex interpellatio extraiudicialis,sed est necesse ℣ deueniatur ad litis contestationẽ.ita probat tex.in l.sed & si alia. ff.de consti.pecunia.quẽ reputat ad hoc singularẽ Sal.in d. l.sed & si alia.& in l.pacto.C.de pactis.nõ insisto circa istud,quia contrariũ tenuit Ale.in l.si ex legati causa.& in l.si insulam.& in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff. de verb.oblig.& vide do.meum Ias. in d.l.vinum.

Precedẽte alia mora

TErtiò limita illud qd̃ dictũ est, ℣ interpellatio extraiudicialis cõstituit quẽ in mora, vt sit verũ qñ alia mora non præcedebat,sed si debitor prius erat in mora tũc interpellatio secũda extraiudicialis nõ solũ cõstituit eũ in mora, sed etiã purgat morã præcedẽtẽ, eo℣ interpellãdo secũdo loco vĩ remittere morã.Bar. no.in l.Acmilius Largianus.vers.ex quo no.per illum tex.ff.de mino.tñ do.meus in l.si exlegati causa.in pe. & vlt.col.ff.de verb.oblig.quã legit me audiente videtur reprehẽdere Bar.post modum saluat ipsum in hoc idem do.meus,sed nõ ita amplè videtur reprehẽdere Bar.in d.loco.ita dicit in l.cũ ꝓcurator.§.si dominus. ff.de no.ope.nun.& in d.l.vinũ.in viij.col.non insisto aliter,quia possunt semper videri scripta domini mei.

Quãdo debitor nõ potuit soluere.

QVartò limita quando debitor tempore quo facta est interpellatio non poterat soluere,tunc illa interpellatio extraiudicialis non cõstituit debitorẽ in mora gl.est multum notabilis in l.vinum. in gl.magna,circa prin.ff.si cer.pet.quem ibi notant Ang.Sali. Alex.do.meus,& alij,& idem do.meus in d.l. si ex legati causa.ff.de verb. oblig.

In eligẽte viam iudicij.

QVintò limita illud non esse verum, quando quis eligit viam iudicij,& non interpellationis, quia etiã si iudicium esset nullũ,non haberet vim interpellationis extraiudicialis ad effectum cõstituendi debitorem in mora,etiam si fuerit lis cõtestata. per d.l.amplius non peti.ff. rem ratam haberi. ex quo enim processus est nullus,nõ possumus dicere ℣ debitor fuerit interpellatus,ex quo creditor hanc viã interpellationis extraiudcialis elegit,nec etiam tãquam litem fuerit secum contestatus,quia illud non potest.l.iiij.§.cõdemnatum .ff.de re iudi.l.quoties.ff.qui satisdare cogan.l.nõ putauit.§.non quæuis.ff.de contra tabulas.

†ex quo enim actus est nullus non põt producere aliquẽ effectũ,vt patet ex hĩc antè alleg.cũ id qd̃ nullũ est,nullũ posit producere effectũ.l.non dubiũ .C. de legib⁹.& vĩ deuentũ fuisse ab regulã,quod potui,nolui.de qua in l.multũ interest. C. si quis alteri vel sibi. c.cũ super abbatia.de offi.deleg. ¶ Confirmatur per id quod dicit gl.notabilis in l.sicut.C.de peti. hære. † ℣ actus factus in iudicio,si nõ valet vt agitur, non valet vt valere potest.Vnde ex quo nõ potest valere vt interpellatio iudicialis,nõ debet valere vt interpellatio extraiudicialis,per supradicta. ¶ Mihi tamen videtur ℣ ista limitatio posit impugnari, quia certũ est de iure †℣ processus nulliter factus habet vim interpellationis extraiudicialis.Iac.de Arena in l. in minorũ. C. in quib.cau.in integrum restit.non est necessaria,quẽ refert & sequitur Bal.in c.j.in iij. col. de milite vasallo℣ contumax est.& Are.in cons.suo 150.incip. Visis diligenter.in pe.& vlt.col.& in l.si ex legati causa.vl. col. ff.de verb.obli.sicut videmus in confessione facta coram incõpetente iudice,quæ vim cõfessionis extraiudicialis habet,prout dicit Bar.in l. cũ scimus. post gl. ibi.C.de agric.& censi.lib.xj.& tenent Panor.& Feli. c.at si clerici.in prin.de iudi.& Calderi.in consil.pen. de confessis.quia est indubitatũ.Alex.in consi.xiij.incip. Ex his quæ in themate.in j.vol.& in consi.xix.incip.Ex his quæ in themate. in iiij. vol. non ausus fuit firmare istud vltimum.Cogita in prædictis,℣a fortior est prima opinio, eo quod non valet vt ago in iudiciis,non valet vt valere potest.

9 *Actus nullus nullum producit effectum.*

10

11

In præscriptione interrumpenda.

SExtò limita,quo ad constituendũ quẽ in mora sufficit interpellatio extraiudicialis, sed quo ad interrumpendam præscriptionẽ non:quia istud non reperitur iure cautũ,sed ad min⁹ requiritur citatio, libelli oblatio,vel litis contestatio.Gl. ordi. in l.cùm notissimi.C.de præscri.xxx.anno.& dic vt ibi,& per doct.in l.fi.ff.de eo per quem factum est.

12

13 *Interpellatio extraiudicialis vna habet vim perempto rij.*

INtellige secundò,quando dictũ fuit,† ℣ interpellatio constituit quem in mora,nec requirũtur plures. gl.est in l.mora.ff. de vsu.& ibi Bart. & tex. in l. Titia Seio.§.vsuras,ff.de leg.ij.& ibi Bar.Idem Bar.in l. qui Romæ.§.Seia cauit.ff.de verb.obl.Ang.& Imo.in d.l. qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verb. obli. Can. in c. ex literis de const.Ias.l.nõ solũ.§.morte.in ij.col.de noui ope.nun.¶†Et intellige ista in extraiudiciali interpellatione, cũ vnica vim habeat perẽptorij. Gl.ordi.in c. si episcopus.xviij.dist.& in l.si tẽpora. C.de fide instr. lib.x.& in cle.j.in verbo,requisierint.de hæreticis. Et ita in terminis firmat Bar.in d.§.vsuras.&in d.l.mora. †secus autẽ in iudicialibus,quia tres requirũtur interpellationes.l.ad perẽptoriũ.cũ seq.ff.de iud.l.tres denuntiationes.C.qũo& quando iudex l.de vnoquoq;. §.j.& l.cõtumacia.ff.de re.iud.vbi Alex.plenè examinat,& ponit decẽ casus in quibus in iudicialibus suffi cit vna interpellatio,&quinque aut sex casus in quib⁹ iudex non potest facere vnã citationẽ pro omnibus. Non insisto in prædictis,quia non est præsentis speculationis,& satis amplè examinauit Alex.in dictis locis,& canonistæ in c.consuluit.de offi.deleg.

14 *Iudicialiu nõ: tres enim requiruntur*

15 *Casus quibus nõ sufficit vna interpellatio.*

SEd quando dictũ fuit suprà, † ℣ sufficit vna interpellatio in extraiudicialibus,& dic istud nõ procedere quando tractatur de præiudicio personali inferẽdo,nã tunc trinæ requiruntur interpellationes. auth. si quis ei.C.de adult.Hinc est ℣ videmus†℣ in protestatione requiritur scriptura quando tractatur de præiudicio personali inferendo.d.authen.si quis ei.Et tenent Roma.& alij in l.non solùm.§.morte.ff. de noui ope.nunt.& Sali.in d.authen.si quis ei.

16

Secundò

Secundò dic istud non procedere,†quãdo inferior
17 vult cõstituere superiorẽ in mora quia trinę requiruntur interpellationes.Casus est singularis in c.j. de supplẽ.negli.pręla.quem pro singulari allegauit Ant. de But.in c.cum causa.de offic.deleg.& in c.ex literis. & ibi Imo.de constit.& Feli.in d.c.ex literis. in v.col. vbi plura ad hoc allegat.Facit.gl.in cl.dudum. in verbo,recusauerint.de sepul.vbi dicit,ꝙ ad hoc vt ministri & vicarij medicantiũ expostulantes ab episcopo dari licentiam suo religioso audiendi confessiones in sua diœcesi,noscantur ipsum constituisse in mora,est necesse ꝙ ipsum ter interpellauerint.de qua multum bene Feli.in d.c.ex literis. Aret.in c.iij.in j. col. de accusa.& Feli. in c. scitatus. in viij. col. de rescrip. & ita tenet Rom.sing.suo cccxxix.incip.Ego dixi.Facit gl. in clem.j.ĩ verbo,requisierint.de hæreti.quæ dicit, ꝙ quando par parẽ,vt collega collegam interpella sufficit vna interpellatio,ergo videtur inferre ꝙ secus esset si inferior superiorẽ interpellet.sed contra gl.in d. cle.j.tenet gl.in d.c.cũ causa.de offi.dele. & illã sequitur Hosti.in d.c.ex literis.& ibi Anto.& idem videtur
18 voluisse in cle.j.de deci.†Nam vbi agitur de priuando quẽ iure suo,trina requiritur monitio.Gl.est in c.fi.in verbo,tertio.de vita & honesta.clerico.& in c.j.in verbo,tertiam.de milite vasallo qui cõtumax est.sed priuare quem officio est pœna.l.testamẽto Centurio. ff. de manumiss.testa.ergo ad priuandum collegam officio delegationis est necessaria trina monitio. Petrus de Anch.tenet ꝙ illa gl.est verior in d.clem.j.pro qua tenet Pau.de Leaza.ibi.& Cardi. & Imo. in c. cũ causa.de offi.deleg.& Bal. in l. qui crimen. in viij. col. C. qui accusa.non pos.& in l.nam ita diuus.ff. de adopt. & in auth. item nulla.C.de episc.& cle.& in l.fi.in iiij.
19 quæst. C.de edic.diui Adria. tollendo.

Sed istud †intellige & sublimita, nisi superior expresse denegaret, quia tunc sufficeret vnica interpellatio, ideo quod dictum est hîc antè intelligitur quando superior dissimulat consentire, quia tũc non esset satis conuicta sua contumacia & negligentia.ita notant Ioan.And.& Hostie.in d.c.j.de supplen.negli. prælato.& est gloss.in d.clemen.dudum in verbo, recusauerint.de sepult.& sequitur Alexan.in consi. suo lxxxj.incip.stãtibus verbis.in iiij.volu.vbi dicit,quòd vbicunque requiritur trina interpellatio, si in prima interpellatione dixerit interpellatus se nõ velle consentire,sufficit pro omnibus.

20 Tertiò dic†supradictam regulã dicentem sufficere vnã interpellationem,non procedere in appellãte.Nã ad hoc vt videat fuisse diligẽs in causa appellationis,vt sibi tẽpus nõ labatur,nõ sufficit semel interpellare iudicẽ,vt cãm expediat,sed debet summa openiti, propterea talis appellatio debet fieri in instantia qua petũtur apostoli.l.fi.§.illud. in ver. sũma ope.C. de tẽpo. appel. & per illũ tex. firmat ibi Sali.& Bal.in auth.si appellatione.C.eodẽ.de tẽpo. appel. & sequitur do.Feli.in d.c.ex literis. allegans Ang. in quodam cõsilio,quod est cõsiliũ cxl.quod incipit, quidã Matthæus. adde Alex.consi.xix.incip.viso processu causæ vertẽtis.in j.vol.in iij.col.& in consi.lxxxj. in iiij. vol.
21 Quartò dic†supradictã regulã dictantem sufficere vnicã interpellationem, non habere locũ in domino requirente vasallum vt vadat ad pugnam : nam vt possit priuari feudo, est necesse ꝙ ter fuerit interpellatus.gl.in c.j.§.fi.in verbo,legitima.de allodiis.& licet Bal.hanc glo.non videatur ibi sequi, tamẽ anno præcedenti cùm fuissem interrogatus à quodã nobili abaudię, qui fuerat interpellatus per edict ũclamando, *le ban*,& iterum.pro secunda vice fuerat interpellatus per literas illustrissimi ducis Sabaudię vt iret secũ in Italiã pro Christianissimo Rege Frãciæ,qui iuit ad debellãdũ Venetos(quos cũ magna victoria superauit,)ꝙ ex quo nõ fuerat ter interpellatus,ꝙ non poterat feu.priuari.& cùm ei talia dixissem, petiit à me, si istud esset scriptũ,cùm ei dixissem,ꝙ sic,me rogauit vt ei darẽ scripto,quia timebat molestari : ꝙ feci. & istud fuit in oppido Diuionensi, cùm ibi essem ad sollicitandum quendam processum in curia parlamẽti.

ADDITIO.Et quòd requiratur trina monitio,vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ,quæ incipit, mulier quæ dotarium. in iij. lib. Aduerte tamen ad vnum singulare quod dicit idẽ Matthæus in constitu.regni Siciliæ, quæ incipit, si vasallus à domino.in v.notabili,quòd in rege sufficit vnica interpellatio ad priuandum vasallum suo feudo. & istud dictum fuit allegatum in causa marchionis Saluciarum,quando fuit priuatus feudo marchionatus, anno domini M.ccccxxxj.

Quintò dic†supradictam regulam non procedere 22
in casu authen.statuimus.C.de epis.& cler.videlicet in iudicibus recusantibus ministrare iustitiã clericis, quia licet priuentur iurisdictione, non tamen nisi post trinam monitionem. ita tenet Fel.in d. c. ex literis.in secunda sua fallentia.de constitutio.

Sextò dic†idem in casu authen.licet.C.de episc.& 23
cler.vbi requiruntur duæ monitiones.

Septimò limita†nõ procedere in casu l.iiij.ff. de pi- 24
gno. actio. scilicet quando creditor conuenit cum debitore de pignore non vendendo.Nã nihilominus poterit vendere post tertiam denuntiationem.Ale. in d.l.qui Romæ.§.cohæredes.ff. de verb. oblig. Sed an istæ tres denuntiationes possint fieri vna voce,determinat ibi Bar. & dicam infrà.

Octauò limita † non procedere quando volo de- 25
nuntiare seu protestari ꝙ per me non stat, sed impedior per causam aduersarij mei. Nam non sufficit hoc semel,sed finito impedimento debeo ei iterũ denuntiare,si per talem nuntiationem intendo aliquid noui iuris acquirere. ita no. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori.per illum text.& ibi do. meus las.ff. de noui operis nuntiatione.

Nonò limita†non procedere.vbi quis tenetur de 26
leui culpa ex contractu, quia non dicitur fecisse debitam diligẽtiam si solùm semel petiit eam sibi restitui.ita dicit Feli.in d.c.ex literis.& allegat text.cum gl.in l.fi.in verbo,instantia.ff. de pignor.actio.dicant quicquid voluerint & Bar. & Imol. nec text. nec glo. in d.l.fi.dicunt aliquid quod valeat.

Decimò limita†non procedere in monitione quæ 27
fit vt quis agat vel accuset.iuxta.l.diffamari.C.de inge. manumissis. & l. si ea. C.qui accusare non poss. quia debet esse trina monitio,& nõ sufficeret vna. ita Angel.in §.si quis autem non implens.in ij.columna. versic.& ex his infero.in authenti.de hæredib. & falci.collatio.j.& in authent.de eccle.tit.§.sinautem.per illum text.collatio.ix.dicit tamẽ Felin. quòd illud est verum,nisi monitus in prima monitione dicat se nolle accusare, quia sufficit vna monitio. in cap. licet. in vltima colum. extrà,de accusatio. † sicut in simili di- 28
citur de citato qui dicit se nolle venire.per ea quæ dicit Innocen.in cap.ad petitionem.extrà,de accusat.& gloss.in cap.de illicita.xxiiij.quæstio. iij. & de hac satis suprà dixi.

Undecimò limita † non procedere in monitione 29
quæ fit ad priuationem iuris vel priuilegij, quia ad hoc,

BIU Cujas

ad hoc vt quis priuet iure suo, vel priuilegio à iure cõcesso, requiritur trina monitio. Hinc est ℣ si clericus nõ incedat in habitu & tonsura perdit priuilegiũ clericale, intelligitur post trinã admonitionẽ. Pano. in c. tuæ. de apostat. in c. in audiẽtia. & c. cũ contingit. ij. de sent. excõ. Alex. cons. viij. in iij. col. in j. vol. idem tenet Fulgo. in consi. clvj. incip. suppositio. statuto. in fine.

30 *An trés interpellationes possint fieri vno cõtextu.*

30 SEd quia † suprà diximus multos casus, in quibus etiã in extraiudicialibus actibus requiruntur tres interpellationes, quæro nũquid istę tres interpellationes poterũt fieri vno cõtextu? videtur ℣ sic per casum in cle. quanuis de appe. vbi licet appellans debeat petere apostolos instanter, instantius, & instãtissimè, tñ poterit eodẽ contextu petere instãtius & instãtissimè. Dicamus idẽ in proposito. & ita vr̃ tenere Rom. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætor. ff. de no. ope. nun. cõ℘batur, nã licet in actibus iudicialibus tres requirũtur denuntiationes. l. tres. C. quo & quãdo iudex. l. ad peremptoriũ. ff. de iudiciis. tñ vno cõtextu vna poterit fieri pro omnibus. d. l. ad perẽptoriũ. ita in proposito licet in casibus prędictis tres requirãtur interpellationes, tñ poterit vna pro omnibus fieri, dicẽdo interpello te pro tribus vicibus. & ita tenet Rom. sing. suo cccxxix. incip. ego dixi do. Ale. tenet contrariũ in d. §. si quis ipsi prætor. eo † ℣ istę interpellationes quę fiũt vno cõtextu habẽtur loco vnius, & poti⁹ quis dicitur sępius loqui quàm interpellare. ita no. Bar. & alij in l. iiij. ff. de pig. act. & ℘ illã gl. dicit Bal. in proœmio C. in pe. col. † ℣ quãdo duæ cõfessiones fiũt eodẽ instãti, nõ dicitur ibi adesse geminata cõfess. de qua loquitur Bar. in l. cùm scimus. C. de agri. & cẽsitis. lib. xj.

31 *Interpellationes plures vno contextu facta habentur pro vna.*

33 Nã istud est clarũ in iure, † ℣ plura eodẽ impetu facta pro vno reputãtur. tex. in l. fi. in fi. ff. ad legẽ Aquiliam. ita dicit & sequitur Ias. in l. qui bis idem. in ij. col. ff. de ver. oblig. Et hoc probatur pluribus rationibus.

34 PRimò, † nam si verba plura iniuriosa vno cõtextu in vnũ conferuntur, vnicũ dicitur cõuicium: secus si cum interuallo tẽporis prolata fuissent l. itẽ apud Labeonem. §. conuicium. ff. de iniuriis. & ibi Bar. gl. in l. nunquam plura. ff. de priuatis delictis.

35 FAcit secundò quod decidit Bal. in c. ex literis. in vltima col. de constit. † ℣ stante statuto quòd reus in maleficiis ter debeat citari, non sufficit vna citatio pro tribus, etiam peremptoria, sed requiruntur tres sęparatæ, diuersis temporibus factæ.

36 FAcit tertiò quod dicitur, † quia si plures res subtrahãtur, vnicũ dicitur furtum, qñ subtrahũtur vno cõtextu & tẽpore: secus si diuerso tempore subtractæ forent. l. eum qui. §. idem dicũt. ff. de furtis. & ibi Bar. inducit ad quęstionẽ statuti dicẽtis, ℣ pro primo furto fustigetur, pro secũdo auricula abscindatur, ℘ tertio suspendatur: ℣ si quis eodem tempore ter subtraxerit, non suspendetur, tanquam vnũ dicatur furtum, vt dixi suprà in tit. *Des iustices & droicts d'icelles, §. Si aucun commet.* in gl. *& s'il renchet.*

37 QVartò facit † quod dicimus, ℣ ad inducendam consuetudinem requiritur ℣ actus fiant diuerso tempore secundum Anto. de But. in c. si. de consuetu. no. in l. de quibus. ff. de legib. & prout est melior tex. de iure, qui non est solitus allegari, in l. si triẽnio. ff. de statu libe. quẽ ad hoc allegauit Ias. in l. si certis annis. in ij. col. C. de pac. & ab eo didici.

38 QVintò facit † quod dicit Bart. in l. eum qui. ff. de annuis lega. ℣ licet ex solutione x. annorũ præsumatur debitum præcessisse. l. si certis annis. C. de pactis. l. cùm de in rem vers. ff. de vsuris. tamẽ illud procedit qñ illa solutio fuisset facta de per se vnaquæque singulo anno: secus si vno cõtextu fuisset facta ℘ decem annis, vel pluribus. ita Bal. in l. ij. C. de dotis promissione. Io. Fab. in l. ij. C. de fideicom. Ias. in d. l. si certis annis. in ij. col. & in l. ij. in xlj. col. C. de iure emphy. & in lxx. col. & in l. j. in iij. col. C. de fideiçomm. Ideo etiam emphyteuta probãdo se soluisse pro tribus annis præsumitur retrò pro toto tempore soluisse, vt est gl. in l. ij. C. de iure emphyt. & est casus singularis secundum scribentes in l. quicunque. C. de apochis publicis. lib. x. Tamen illud debet intelligi quando istæ solutiones fuerunt factæ singulis annis: secus si vno contextu soluisset vno anno pro tribus, prout dicit Bal. in d. l. ij. C. de dotis promissio. & in d. l. quicũque. do. meus post alios in d. l. ij. C. de iur. emphyt.

39 SExtò facit, † quia si plures res donẽtur eodem contextu, vna erit insinuatio, si legitimam summam transcendant, tanquam vna dicetur donatio: secus si diuerso tempore donarentur. l. sancimus. §. sinautem. C. de donatio. & dictum est per omnes in l. scire debemus. ff. de verb. oblig.

40 SEptimò facit quod not. Ang. in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. substi. † ℣ si testamentũ patris & filij vno contextu fiant, censebitur vnũ testametũ, & vnica tantũ erit soluenda gabella: sed si fiãt ex interuallo, duo reputabũtur testamẽta, & duplex soluetur gabella. ¶ Ideo facit † ℣ licet plures sint tractatus in vno contractu, & quilibet de per se ascendat in summam centum librarum, ℣ si fiant vno contextu in vno instrumento, quod de quolibet articulo seu de qualibet venditione non soluetur gabella tabellionario. quod an sit verum, dicitur satis in d. l. patris & filij.

41 OCtauo facit † quod dicit Barto. in l. inficiando. §. infans. in fi. ff. de furtis. vbi Bart. inducit ad quæstio. ℣ si statuto caueatur ℣ in nuptiis quibuscunque tantũ vocentur xij. personæ, ℣ si pater & filius simul duxerint vxores, ℣ nihilominus non poterunt inuitari nisi xij. personæ, quia vnicæ dicũtur nuptiæ, quia vno contextu fiunt. ¶ Ex quibus prædictis videtur tenendum cum Alex. qui tenet ℣ tres interpellationes vno contextu factæ habentur pro vna.

42 ET ad contraria respondetur. Primò ad textum in clemen. quanuis, suprà alleg. ℣ illud fuit specialiter inductum ob consuetudinem litigantium.

SEcundò ad tex. in d. l. ad peremptorium. ℣ ibi loquitur in citationibus fiendis per iudicem, quas iudex suo arbitrio potest moderare, vt ibi dicitur.

43 *Interpellatio procuratoris sufficit.*

INtellige tertiò qñ dictũ fuit suprà ℣ interpellatio cõstituit quem in mora, prædicta procedere, † siue interpellatio fiat per ipsum creditorem, siue per eius procuratorem, vel eius negotiorũ gestorem, quia sem per qui interpellatur cõstituitur in mora. l. si quis solutioni. §. mora. & ibi Bar. ff. de vsuris. gl. Bart. & scriben. in l. sequitur. §. videamus. ff. de verb. obl. l. prohibere in princ. ff. quod vi aut clam. facit quod not. Bar. per illum tex. in l. cùm satis. C. de agric. & censitis. li. xj. vbi dicit † ℣ protestatio procuratoris facit ℘ testatum incurrerẽ pœnam, sicut protestatio domini. Et istud procedit multis modis, sed alibi dicam.

44

45 *Simplex absq; causæ expressione.*

QVartò intellige † prędicta ℘ cedere etiã si simpliciter dicat, solue, nõ expressa causa, ℣ de sua causa & facto certificatus esse debet. l. qđ te ff. si cer. pe. l. mora. ff. de vsur. qđ intellige ℘ obligatione secũ celebrata: secus si pro obligatione ex facto alterius descẽdẽte, vt sui predecessoris vel ℘curateris, quia nõ sufficeret simplex interpellatio, sed est necesse ℣ debitor reddat certus de obligatione, legẽdo instrumẽtũ, vel copiã dando. tex. in clem. causam. de electio. & in l. nomen.

men.C.quæ res pigno.obl.est materia Bar.in l.nõ solũ.§.morte.in materia ꝓtestationis citatorię.ff.de noui ope. nũt.& ita tenet do.meus Ias.in d.l.quod te. in xiiij.col.ff.si cer.pet.& ibi Bar.vbi scripsi cũ Bar. quãdo dictum est ꝙ est necesse ꝙ ostendatur instrumentũ debiti,& adde Pet.de Anchar.in consi. ccclxxj. Et facit quãdo hæres præsumitur scire facta defuncti. Bar. in l.qui Romæ.§.duo fratres ff.de verb.oblig.

46 Fieri potest procuratori.

QVintò intellige† prædicta procedere, siue interpellatio fiat debitori, siue eius procuratori generali cum libera.iuxta not.per gl.& doct.in l.procuratoris.ff.de tribut.& in l.apud Celsum.§.quæsitum. de doli mali & metus excep.Bart.tractat materiam in d.§.morte in materia protestationis prohibitoriæ. Et intellige prædicta duobus interuenientibus.Prmò,s. ꝙ præsentia dñi nõ possit haberi. l. aut qui aliter. §. j. cum l.seq.ff.quod vi au clam.Io. Andr. in c. generali. de elec.in vj.Secũdò ꝙ hoc est verũ,qñ lex expresse nõ requirit ꝙ denũtiatio non veniat ad plenã notitiã domini,quia nõ sufficit ꝙ fiat procurato.gl. est singularis in clem.causam.de elect.in verb.appellatũ. Tertiò requiritur ꝙ fiat in rem:secus si in personam,ad excusandũ vitiũ,quia tunc non sufficit ꝙ fiat procuratori, nisi procurat. intimet domino.text.est in l.itẽ veniũt. §.petitam.& l.ij.ff.de peti.hære.& ita no.Bal.ibi.& idem Bal.in l.de pupillo.§.morte ff.de no.ope.nunt.

47 Tacita

SExtò intellige† ꝙ nõ est necesse ꝙ interpellatio fiat per verba expressè denotantia interpellationẽ, vt interpello.quod aliquãdo fit,prout no.in l.si ex legati causa.ff.de verb.obl.& in l.quod te.ff.si cer.pet.sed etiã sufficit ꝙ fiat tacitè,vt puta egeo illa pecunia,vellẽ vt solueres,& similia. ita no. Bar. in d. §. morte. ꝙ tñ videtur sentire do. meus Ias. in l. si ex legati causa. in vij.col.ff.de verb.oblig.& intellige vt ibi per eum.

48 Die feriato.

SEptimò intellige† etiam si interpellatio fiat die feriato pro actu qui tẽpore feriato explicari potest, puta quia soluat, quia isto casu tempus feriatũ nõ videtur obesse. arg.tex.in l.miles.§.sexaginta.ff.de adul te.Facit quod habetur in l.ij.in fi.C.de appel.& in l.j. §.nuntiatio.ff.de noui ope.nunt.

ALiis aũt multis modis cõstituitur quis in mora q̃ ꝙ interpellationẽ, puta qñ est assignata dies. Nã cõstituit quẽ in mora & interpellat ꝙ homine. l. magnã.C.de contrahen.& cõmit.stipul.imò etiam hora. Ita Bal.in l.j.ij.col.in princ. C.ne liceat tertiò prouocare.Istud nõ examino,quia plenè examinauit domi. meus Ias.in l.si ex legati causa.ĩ gl. deberes. in fi.ff.de verb. obli. vbi ponit regulã cum quatuor ampliationibus,& nouem limitationibus. Alios autem modos hîc non ponam,eo ꝙ hæc consuetudo est onerata,sed alibi,quando plenius tractabo materiam moræ.

§. VICESIMOQVARTO.

DEniers de mariage qui ne sont à meubles, & qui sont assignez ou promis d'assigner, sont heritages pour la femme, & pour ses heritiers.

¶ IDEM in comitatu Niuernensi.

IN TEXTV IBI, Deniers.

ALexan.in l.singularia.in vij.colum.& Bal.ibi.ff.si certũ pet. ponũt multa specialia esse in pecunia, quæ pro nunc omitto.¶ † Sed aduerte,quia denarius dicitur decima pars argenti,quæ decẽ valebat quã singuli offerebãt Cęsari imperatori,qñ durãte pace decẽ annis vsq; ad ortũ Christi,Cęsar fecit totũ orbẽ describi vt sciret quot ꝓuincias,quot villas,quot ciuitates, quot castra,& quot hoies haberet sub se,& qlibet solueret vnũ argenteũ,qđ decẽ valebat. Vnde dicit,Exiuit edictũ à Cæsare vt describeretur vniuersus orbis. & ibi latius per doctores theologos explicat,&etiã in legenda sanctorum,in rub. de natiui. Do. in princip.

1 Denarius quid.

SEd dic ꝙ denarius seu nũmus est fideiussor necessitatis,secundum Arist.& est vita hominis.tex.& gl. in l.aduocati.C.de aduo.diuers.iudi. Et qui habet pecuniam,habet omnem rem de mũdo,vt dicit Bal.in l. receptitia.in ij.col.C.de constit.pecu.& vt dicit Plautus relatus per Pyrrhum in suo tra.de quęstoriis magistratibus,belli neruus est pecunia.vide Cur.in repe. l. vnicæ. C. de sequestrati. pecuniæ.

ADDITIO. De laude & excellentia pecuniæ, vide quæ dixi in Catalogo gloriæ mundi,in xij.parte, liiij. considera.Et quãdo pecunia sit de rebus quę seruando seruari non possunt,vide Bertrandi in consilio suo 100.numer.13.in j. parte.

IN TEXTV IBI, Sont assignez,ou promis dassigner.

QVæro,† nunquid pecunia in emptionem prędiorum destinata sit res immobilis? dic ꝙ sic tex. in l.iij.in §.quid ergo.ff.de contra.iudi.tut. quem Ludo. Rom.dicit esse singularem in cons.suo clxxxviij. inci. in hac causa mihi commis.in fi.& in l.si ex legati causa.ff.de verb.obli.Et adde ad prædicta quæ dicit Lud. Roma.in singul.104.incip.Tu habes. vbi dicit ꝙ ipse solus notauit illum tex.in d.§.quid ergo.& vide Frãc. de Crema singu.suo 60.inci.pecunia.& quod & quãtum esse debeat causa approximata ad effectũ, vt destinatũ dicatur pars eius ad quod destinat, vide Frãc. de Aret.in consil.vj.& vide Alex.facientem materiam brocardicam in cons.suo xcvij.iucip. aliàs de facto cõsultus respondi.in iij.vol.And.Barba.in rub. de rebus eccle. non alienandi. & satis amplè dixi suprà in hoc tit.in §.ij.incip. *Femme mariee au duché de Bourgongne,* in gl.in verbo, *De tous meubles,* & hîc non repeto. aduerte tamen ꝙ ista vxor per istam assignationem efficitur proprietaria. Guido. papæ q. cccccxxv. per tex. not.in l.Titia.j.§.fi.ff.de l.ij.& l.fi.ff.de vsufr.erec.rer. quæ vsu cũsum.l.donat.in cõcub.§.species.ff. de don.

1 Denarius quid.

IN TEXTV IBI, Sont heritages.

QVæro,† quotuplex dicatur habere patrimonium vxor? dic quod habet seu habere potest bona triplicis generis. primò videlicet bona dotalia,vt ista quæ dantur marito per eius patrem,aut alium: & tũc si sint pecuniæ assignatę aut assignãdæ sunt patrimonium vxoris, & in illis bonis per prædictam assignationem est proprietaria,prout dicit Guido papę quæstione ccccxxv.

1 Mulier triplicia habere potest bona Dotalitia.

SEd quęro,pone† quòd mulier habeat amplum patrimoniũ,& multa bona, & simpliciter nubat, an videatur omnia sua bona dedisse in dotem? gl. est in l. mulier.ff.de iu.do. quæ videt tenere ꝙ sic. sed vide in hoc ibi Bar.& in disputatione sua incip.quędam mulier habens amplum patrimonium.& vide do. meum Ias.in auth.præterea.in iiij.colum.C.vnde vir& vxor. Ange.in consil.cccxxxv.Pet.de Ancha.in consi.xciiij. Panor.iu consi.xlvj.in ij.dubio,in j.vol.Alex. in cons. suo cxliiij.in j.co.in j.vol.Bal.in l.nulla.C.de iure dot. dem Alex. cons.suo cxlii ij.in v.vol.

Secundò

BIU Cujas

3 Paraphernalia. SEcũdò mulier † dicitur habere bona paraphernalia, & sunt illa quæ mulier secum defert in domũ viri l.si ego.§.dotis.ff.de iure dotium. §. si verò quasdam.gl.in verbo,proprias.in authẽt.de exhiben. reis. coll.v.& habetur in l.fi.C.de iure dotium. & de prædictis bonis paraphernalibus,vide Roma.cons.cxlv. incipien.ista quæstio.& in consi.clxxvij.incip.in prædicto dubio.& Io.de Imo.in consi.lxxxij.in fine.

ADDITIO. Amplè de his tribus generibus bonorum mulieris ponit Bertrandi in consilio suo xix. num.11.in iiij. parte, vbi ponit quomodo fructus ex illis percepti sint mariti,& plura ibi alleg. Sed an pecuniæ in capsa vxoris repertæ eius esse præsumantur, vide eundem Bertrandi in consilio clxiij.numero 1.in iij.parte.

4 Neutra. QVædam sunt † bona mulieris nec dotalia nec paraphernalia,veluti ea quæ sunt extra dotem, & extra ea quæ vxor in domum mariti inducit. l. de his.C.de dona.inter virum & vxorem.Si tamẽ de his mulier concesserit administrationem marito,efficiũtur paraphernalia,secũdũ Bart. & alios,maximè Alexan.Bald. & dominum meum Iaſ.in l. maritus. C. de

5 ꝓcurat.† sicut etiã est de bonis quæ obueniunt vxori ex hæreditate, quorum administratio datur marito, quia sunt paraphernalia, Rapha. Cuma. in consilio cciij.quod incipit,Legatarius certarũ rerum.cũ quatuor consiliis sequẽ. Et de prædictis vide do. Alexan. in consilio suo xlij.incipiẽte, Super præmisso themate.in j.co.in j.volu.& in consil.lxiij.incip.Super præmisso dubio.in iij.col.in ij.vol.per Fran.de Aret.cons. clx.per Ang.in consl.lxj.incip.Titius.& Rom.in cons. cclxxx.in ij.dubio.Et in prædictis locis disputatur ad quos fructus, & de quibus bonis tenetur fructus restituere maritus, quæ omnia nota.

6 Pecunia res dotalis dicitur. ET aduerte† quia pecunia dicitur dotalis res,& reputatur dotalis,ita ꝙ si cõuertatur in aliam rem, non dicitur venditio,sed permutatio.l.si ei.& l.sequẽ. ff.de iure dotium. & l. si mulier. ff. de pactis dota. & ideo non mirum si aliqua res ex tali pecunia ematur, dicatur res dotalis, tanquam empta ex pecunia dotali. Cogita.

7 ADuerte,† quia res mobilis æstimata,& in dotem data,etiam si fuerit cõsumpta per virum & vxorem,perinde est ac si bona viri essent consumpta,quia ista consumptio non diminuit dotem.Hinc dicit Bal. in l.æstimatæ.ff.solu. mat. quòd rustici sæpe obseruãt illam legem,quia mobilia in dotem dãt,quæ quidem appretiant & æstimãt.Sed quibus casibus æstimãtur, aut ęstimari possint bona mobilia in dotem data,ponit Socin.in consi.lvj.incip.consiliis nostris.in j. & ij. col.vbi dicit ꝙ septem casus in quibus res quæ in dotem tenentur,æstimantur.

8 SI tamen † mulier dedit omnia sua bona mobilia in dotẽ cum inuẽtario,si cõstãte matrimonio fuerint consumpta,an hæredes mariti teneantur ad ęstimationem?Bal.not.in l.de his.per illum tex.C.de donat.inter virũ & vxorem,dicit, ꝙ arrediũ quod portat mulier in domo mariti si consumetur,non repetitur,

9 Arrediũ quid. sed tantùm illud quod supereſt.†& dicitur arredium illud quod portat ea intentione vt consumatur,vt est consuetudo in pannis lineis.Ita dicit etiam Ang. in l. hac lege. C. de pact.conuentis.Intelligit tamen Ang. ibi,nisi inuita vxore cõsumantur.Et vide Franc. Cremẽ.sing.142.incip.si paraphernalia.vbi quærit in apostilla quomodo probẽtur esse consumpta,& etiã apostilla ad Bal.in d.l.de his.& vide Panor.in consl.lxxxij. in vlti.col.in ij.vol.

§. VICESIMOQVINTO.

LA femme ne participe point és heritages qui sõt racheptez par son mari constant leur mariage,lesquels heritages auront esté vẽdus ou baillez à reachepts, ou qui se peuuẽt rachepter par sondict mari, ou ses predecesseurs à reachept, & ne peut ladicte femme apres le decés de son mari, ne aussi les heritiers d'icelle femme aucune chose quereller ou demander és deniers du pris desdicts reachepts,ne semblablement és rentes,ou censes, ou autres charges reales dõt l'heritage de sondict mari seroit deschargé,& pareillement sera faict des heritages, censes, ou rentes de ladicte femme reacheptez par sondict mari,ou elle.

IN TEXTV IBI,

Ou demander és deniers du pris.

MIhi videtur ꝙ in hoc sit quædã cõpossibilitas ad §.ij.suprà hoc eo.tit.quia ibi dicitur, ꝙ mobilia & acquestus cõmunicantur inter virũ & vxorẽ. ratio est,quia sunt socij diuinæ & humanæ domus:ideo ratione societatis humanæ dom⁹ lucra inter eos cõmunicari debent.si ergo maritus habuerit pecunias,vĩ ꝙ in quẽcunq; vsum illas ponat, ꝙ debeant esse cõmunes.Ideo crederẽ ꝙ ista cõsuetudo sit quodam modo in hoc exorbitãs,quia ex quo res venditæ fuerũt alienatæ,& extra manus istius mariti positæ,ex quo reacheptat seu redimit,vĩ noua acquisitio per vẽditionẽ primò factã de tali fundo,reditu,aut censu,trãslatum est dominiũ in emptorẽ,etiam licet sit gratia redẽptiua,& pactum de non alienãdo.ita tenet gl. magna in l.j.C.de inoff.do. ꝙ satis apparet, † ꝙa potest emptor 1 in alium trãsferre dominium,non obstante gratia redẽptiua quæ erat in prima alienatione, prout not. in specie in l.qui ab enti.§.j.ff.de acquir.poss.& ibi Bar. & Alex.& idem Alexã.in l. filiusfamiliãs.§. diui.in ij. col.in iij.limitatione.& ibi Io.de Imo.ff.de legat.j.

Oppugnat consuetudinem.

Ed tamẽ Ioan. Fab.in §. si cui fundus.insti. de leg. videtur dicere vnum, quod multum facit ad ea quæ hîc antè dicta sunt.† licet enim dominiũ rei alienatæ 2 trãseat in emptorem, ita ꝙ possit in alium transferre non obstãte gratia redemptiua,vt hîc ante dixi, & tenet Alexan.in d.§.j.& in consil. x.in ij.col.in j.vol.tamen quia oblato pretio & reddito contractus rescinditur,& sic proprietas consolidatur cũ illo iure quod habebat,eò ꝙ ista proprietas quæ redimitur, videtur esse alia à iure quod maritus habebat, videtur ꝙ tanquam alia sit iudicãda,& de per se, & quia consolidatur,de nouo,videtur de ꝑ se iudicari.l.Mæuius.§.fundo.ff.de leg.ij.ergo si de per se iudicetur, videtur esse noua acquisitio,non reductio bonorũ alienatorũ,maximè quia licet rescindat virtute gratia redemptiuæ alienatio, non tamen retrò trãsfertur dominũ quod fuit translatum in emptorem,prout dicit do.Alex. in consil.x.in ij.& in iij.col.in j. vol. hîc antè alleg. ¶ De

BIU Cujas

hoc dicto Ioan. Fab. in d. §. si cui fundus. vide Io. Sanxon. in consuet. Turoneñ. tit. *de pied, de fied, & de peage*, art. iiij. qui inducit ad aliud propositum.

VIde etiã Guil. Bened. in sua repe. c. Ray. in verbo, & hortũ. nu. 16. & 17. de testa. vbi inducit, ꝙ si qs habet domũ liberã, & emat hortũ debentẽ seruitutem, si acquirat eũ etiã vt eũ iungat cum domo, non per hoc domus debebit seruitutem, & econtrà. Et de materia, an augmẽtum rei sit eiusdem naturæ cum re augmentata, vide Socin. in l. si ex toto. ff. de lega. j.

ADDITIO. Materiã augmẽti, & qũo res augmẽtata sit eiusdẽ naturæ cuius est augmẽtum, amplè p Albertũ Brunũ in suo tractatu de augmento, in ij. parte.

3 *Res recuperata mutat naturam.* ET facit pro hac opinione, † ꝙ talia bona sic recuperata videtur esse alterius naturæ quàm erãt ante primã alienationẽ. ex quo enim diu fuerũt extra familiã, licet postea fuerint recuperata virtute pacti de retrouendendo in perpetuũ appositi, siue ad tempus in prima alienatione: videret alterata qualitas bonorũ, ita vt nõ amplius dicãtur patrimonialia, & sic antiqua, & sic apud illũ qui recuperauit videtur esse ex noua causa vẽditionis, vt in simili facit tex. in l. si à me.

4 ff. ad l. Falc. † vbi res recuperata non dicitur esse apud recuperantem eo iure quo prius erat. ex quo Bart. infert ibi ad quæstionem de emphyteuta qui rem vẽditam recuperauit, vt non liberetur à pœna quã alienãdo incurrit, & ibi latè per Alexã. & faciunt quæ dicit Soci. in l. serui electione. §. cum fundus. ff. de leg. j.

5 *Defendit.* DIco tñ ꝙ quicquid sit, ista cõsuetudo est optimè inducta: cũ ita sit dicendũ de iure. † quia ex quo res est vẽdita, aut alienata cũ pacto de retrouẽdẽdo, si recuperata fuerit virtute pacti de retrouẽdendo, retinet qualitatẽ suã, & patrimonialis dr, prout ante alienationẽ dicebat, cùm illa retrouẽditio fuerit necessaria, & talis res ad suã propriã naturã rediit. l. si vnus. §. pact⁹ ne peteret. ver. qđ & in specia. ff. de pact. ibi, sed formæ suæ reddit. c. ab exordio. 35. dist. & talis res nõ transiata, sed reddita vr, vt dr in l. filio quẽ pater. ff. de liber. & posthu. facit tex. in l. volũtate. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. & in simili est bonus tex. in l. peculiũ est. §. si ære alieno. ff. de pecu. vbi res peculiares dicuntur, licet totũ peculiũ ære alieno exhaustum sit, vnde ære alieno dissoluto non opus est noua cõcessione. origo em & causa prima inspicit, vt in l. qui id qđ in prin. ff. de don. in l. ij. §. paruiq; referre dicamus. ff. de priuil. credi. & specialiter in proposito adduci pót qđ dicit Bar. in l. in diẽ. ff. de aqua plu. arc. vbi inqt, † ꝙ qñ vẽ-

6 ditio est facta alicui cũ pacto de retrouẽdẽdo, vẽditor ad quẽ res vẽdita vigore dicti pacti reuertit, liberè illã recuperare debet, ideò si emptor tpe quo res apud eũ fuit, rẽ obligauit, facta retrouẽditione ius hypothecæ soluitur, scdm Bar. in d. l. in diẽ. ver. tota die cõtingit. ex quo satis vr ꝙ qñ res vẽdita cũ pacto de retrouendẽdo à vẽditore vigore dicti pacti recuperatur, vr esse in eadẽ causa & qualitate prout erat apud ipsum venditoré tẽpore venditionis, & non tanquã res de nouo acquisita iudicatur, & sic cũ fuit antiqua & patrimonialis, nõ est æquũ ꝙ mulier participet, aut marit⁹, qñ est ex parte mulieris. ¶ Facit pro prędictis dictũ Bal. in l. ab emptiõe. in princ. vers. ex hoc not. ff. de pac. & est bonus text. in l. sequitur. §. itẽ Labeo. ff. de vsucap. vbi Bar. hoc tenere videtur. & per prædicta cõsuluit Phil.

7 Deci. in cons. xxxviij. † ꝙ si quis alienauerit rẽ suã patrimonialẽ cum pacto de retrouendẽdo, & vigore illius pacti illam recuperauerit, si postea iterũ alienauerit, agnati veniãt ad retractum, cùm sit semper patrimonialis, nec fit noua acquisitio. quod nota.

IDem Philip. Decius cõsi. suo ccxxxviij. in iij. col. dicit, ꝙ res recuperata in vim pacti de retrouendẽdo dr hæreditaria, ita ꝙ comprehẽditur in fideicõmisso.

ADuerte ad vnũ, qñ aliquid peruenit ad maritum, vel vxorẽ constãte matrimonio ex causa originẽ habẽte de præterito, & ante matrimoniũ, an debeat dici lucrũ cõicandũ inter eos, dixi s. in §. ij. hui⁹ tit. gl. *& acquests*. Sed amplè vide p Io. Lupũ in repe. rub. de do. inter virũ & vxo. in §. lxij. nu. 13. & 14. vbi vr cõcludere ꝙ ea quę veniũt ex natura rei quæ habet originẽ de præterito, nõ cõicantur: secus si facto cõiugatorũ. no. ibi, & vide casus p eũ positos qui multũ faciũt pro intellectu harũ cõsuetudinũ. ¶ Quid si fuit recuperatũ p filiũ in vim rescissionis cõtractus ꝓpter deceptionẽ vltra dimidiã iusti pretij, & postmodũ vendat per filiũ, an dicat antiquũ hæreditagiũ, ita ꝙ ei⁹ cõsanguinei & ꝓximi veniãt iure retractus ad recuperãdũ, seu retrahendũ dictũ hæreditagiũ tãquã antiquũ? vide. s. §. j. ti. *des retraicts*, in gl. *ancien*. Esset in hoc dubio cõsiderãdũ ꝙ istæ rescissiones impetrant à principe, & iõ cùm impossibiles cẽsẽatur, p l. apud Iulianũ. §. fi. ff. de leg. j. videt apud nos cõpetere iure speciali, ex quo nõ sunt in cõsideratione. l. iiij. ff. de fideicõ. lib. Georgius Natã in repe. cle. sæpe. in prin. in iiij. not. de verb. sig. & nõ habet locũ apud nos. l. ij. C. de rescin. vẽ. nisi impetret à principe, ꝓpter authoritatẽ sigilli cãcellariæ ꝓcedẽtẽ à principe, quę semp apponit apud nos instrumẽtis. ideo ex quo instrumentũ est ligatũ authoritate principis, & vinculo ab eo ꝓcedẽte, æquum est ad hoc vt dissoluat, vt illius authoritas & potestas interueniat, cùm nihil tam naturale, &c. Sed cũ de facili princeps soleat istud concedere, videtur esse in cõsideratione, per ea quæ dicit Georgius Natam in dicto not. vbi amplè prosequitur illud dictũ, † ꝙ quę à principe impetrantur, impossibilia esse censentur.

Quæstio.

Impetrata à principe impossibilia censentur.

8

§. VICESIMOSEXTO.

S'Il aduient que le mari retraye par proximité de lignage l'heritage, ou rente ancienne vendue par aucuns des parens du mari, la femme dudict mari, iceluy mari trespassé, sera rembourſee de la moitié des deniers payez pour ledict retraict, ſur les biens des heritiers du mari, ou elle tiendra la moitié dudict heritage retraict. Et pareillemẽt ſera ſi l'heritage, cenſe, ou rente, vendus par aucuns des parens de la femme ſont retraicts.

IEFFERT ergo hæc consuetudo à præcedenti. † Nã illud qđ retrahit iure proximitatis nõ sortit priorẽ naturã, ita ꝙ dicatur quasi acquisitio, cũ vxor habeat dimidiã partem illius fundi retracti iure proximitatis, aut dimidiam partem pecuniæ datæ ad retrahẽdum, vt hîc vides, † & tamen in his quæ redimuntur iure reacheptus secus, quia vxor nihil habet, licet pecuniæ datæ ꝓ reacheptu sint & fuerint cõmunes, ergo dicta reacheptio non est proprie acquisitio, sed antiquæ rei

1 *Ius retrahendi & ius reacheptus quomodo differant.*

2

recupe

recuperatio. ¶Sed quæ est rō diuersitatis, & quare secus in iure reacheptus q̄ in iure retractus? Ioā. Galli in suis qōnibus per arresta. q. lx viij. ponit aliquas rōnes, & dicit q̄ in casu in quo tātùm cōpetit actio personalis, & q̄ res nō est realiter tradita, scilicet effectualiter perpetuò, hoc casu non dicitur reemere, nec emere.

ISta cōsuetudo etiā viget in patria Senonēsi, vt patet in cōsue. illius, sub tit. *des retraicts*. art. lv. Sed pone q̄ maritus & vxor in cōtractu matrimonij faciūt q̄ etiā recuperāda p̄ eos, siue in vim retractus, siue in vim iuris reachept⁹, erūt cōmunia, & p̄ acquestib⁹ inter eos cōmunicabunt, an valet talis cōuentio si simpliciter fiat, & nō dicat, non obstāte tali cōsuetudine? cōsului in casu emergēti q̄ non, etiā si diceret, nō obstāte tali cōsuetudine, qa inferior non pōt tollere legē superioris. tex. in vulgato c. cū inferior. in prin. de ma. & obe. & cōsuetudines nostrę habēt vim legis, vt infrà patet, in cōclusione & approbatione illarū, dicā fortè alibi. Istud tñ sit generale ad omnes articulos cōsuetudinis quibus partes non possunt derogare ex expresso eorū consensu, nisi expresse sit dictum q̄ partes poterunt aliud facere si sibi reseruauerunt in dicto eorum contractu matrimonij, & q̄ hoc permittat consuetudo.

IN TEXTV IBI,

La femme dudict mari.

QVærò, videmus hîc q̄ consuetudo nr̄a dat istud lucrū vxori & marito, qa si fuerint retracta hæreditagia vēdita p̄ vnū ex p̄pinquis iure proximitatis cōstante matrimonio, q̄ mulier pōt repetere dimidiā partē pecuniæ, & etiā reddēdo singula singulis, pone q̄ moriat maritus, & etiā statim mortua est antequā acceptauerit illud lucrū in illa pecunia, aut in hæreditagio retracto, nūqd trāsmittat ad hæredes, aut si moriatur ante maritū, nunquid mortuo marito hæredes eius possint petere illā dimidiā partē à marito? Dic de hoc vt dictum est ꝛ. in §. *la femme qui est participante*, in gl. fi. & cogita ex his quæ dicit Ias. in l. cum antiquioribus. in pen. col. vbi se remittit. C. de iure delibe.

Des rentes vendues à reachept, & executions d'icelles.

RVBRICA V.

ISTA rubrica cōtinet duas materias, materiā scilicet redituū venditorum cum pacto de retrouendēdo, de qua tractatur in §. j. & materiā executionū, de qua tractatur in §. ij. in fin. Quid veniat appellatione reditus & prouentus, ponit Paul. de Cast. in consil. suo cccliij. in consiliis antiquis, in impressione noua.

§. PRIMO.

REntes vendues & acheptees à reachept sortiront nature de meubles durant le temps du reachept.

1 Reditus annui an reputentur pro mobilibus an immobilibus.

QVantū ad quæstionē, †nūquid reditus annui ppetui cōputātur inter immobilia vel mobilia? †Nā nō est dubiū q̄ possidēs immobilia releuat ab onere satisdādi: sed sic est q̄ possidēs annuos redit⁹ releuat ab onere satisdādi, sed m Albe. de Ros. in l. sciendū. ff. q̄ satis. cog. maximè qa, vt dr̄ in l. iubemus nulli. in prin. vbi gl. & doc. C. de sacros. eccl. qñ p̄cipiūt ex fundo specialiter obligato. facit l. hac edictali. §. his illud. in ver. immobiliū. vbi Cy. & alij. C. de secū. nup. §. vult em̄. coll. ij. in auth. de nō alie. aut p̄mutād. reb. eccl. cle. exiui. in vers. cūq; annui reditus. de ver. sig. Et aduerte qa dicit Bal. in d. §. his illud. † q̄ si sint reditus annui q̄ non sint perpetui, sed ad modicū duraturi, inter mobilia cōputant. & ad hoc alle. tex. in l. fi. ff. quo. bono. vbi interdictum qđ dat ad immobilia non dat ad reditus modico tpe finituros. & idem tenet in l. si certis annis. C. de pact. & vide eundē Bal. in c. j. §. fi. de feud. cogni. in vsi. feud. & nota dicta ibi per eū, quæ sunt notāda. Fede. de Senis consi. xij. quod incipit, fratres prædicatores. Bal. in c. ad audientiam. de rescript. *le second* Bal. in c. domino guerram. in tit. hîc finitur lex. in vsibus feudorum. 2

TV dic breuiter, & est verū, † q̄ redit⁹ annui diu duraturi, puta qñ sunt p̄petui, inter immobilia cōputant. l. fi. §. præterea. C. de iure dot. vbi † isti redit⁹ annui ppetui appellant panes ciuiles, & inter immobilia cōputant. & vr̄ de his tex. in d. §. p̄tereà. & in l. ij. circa finē. C. de peti. bono. subla. li. x. & tex. in d. l. iubem⁹ nulli. in prin. C. de sacros. ecc. vbi lex vtit verbo, annonas ciuiles. & facit multū bñ tex. in d. cle. exiui de paradi. §. cūq;. de veb. sig. & tex. ī auth. vt hi q̄ obli. se habere phibēt res mino. in §. si verò habeat redit⁹. in gl. in verb. reditus. coll. vj. & Cyn. in d. l. hac edictali. in d. §. his illud. vbi dicit, † q̄ q̄ habet reditū annuū tanquā possessor immobiliū releuat à cautiōe de iudicio sisti, vt in auth. de nō alie. circa prin. coll. ij. Sed qñ reditus annui nō sunt lōgo tpe duraturi, tūc inter mobilia cō putātur, puta est datū tp̄s ad redimendū. facit gl. iūcto tex. in auth. de nō alie. in §. j. & gl. in cle. j. de re. eccl. nō alie. & Bal. in d. l. iubemus. vbi dicit, † q̄ p̄statio cēsus si est ad magnū tēpus vel imperpetuū, dr̄ quoddā ius immobile, abstractū & cōsideratū de per se. & vide ad p̄dicta Ang. in auth. ingressi. C. de sacros. eccl. & in d. l. sciendū. ff. q̄ satis. cog. & Cy. in d. l. si certis annis. C. de pac. & Io. An. in c. puenit. de cēsi. Bal. in rep. l. ij. in ver. sciēdū aūt. C. de ser. & aqua. & in l. litibus. & in l. si coloni. C. de agri. & cēsi. lib. xj. vide apostillā. j. & ij. quæ est ad Panor. in c. ad audientiā. *le second*. de rescri. vide Barba. in l. Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. obli. 3 Reditus annui perpetui. 4 5 Reditus annui panes ciuiles. Annonæ ciuiles. 6 7 Census præstatio perpetua.

LImita hāc nostrā cōsuetudinē, qñ dr̄, † q̄ reditus annui perpetui inter mobilia cōputantur, qñ sunt vēditi aut empti cū pacto de retrouendendo, nisi post xxx. annos cōputādos à tpe interpositiōis pacti de retrouēdēdo, qa post tale tēp⁹ efficiunt ppetui. ita notabiliter dicit Ang. ī cōs. lv. qđ inci. Guil. & Frā. imò qđ plus est, tenuit Pe. de Anc. in cōs. cccxxxij. qđ inci. visis diligēter actis & actitatis. in ij. col. † q̄ si sit factū pactū q̄ toties quoties & qñcunq; soluat p̄tiū, teneat redimere, intelligit si infra decē annos. ita refert Ias. ī l. petens. in iiij. col. C. de pac. idem Ias. in l. si mater. in fi. C. de instit. & substi. vbi etiā plus dicit, † q̄ istud intelligit etiā si tale pactū sit iuratū. & dicit se ita cōsuluisse. 10 nondū vidi eius consilia, licet mihi pluries aliàs dixerit q̄ volebat ea ponere in lucē. & pro hac parte consuluit Signorellus de homodeis in cōsi. suo cxl. incip. casus talis. & vide Fel. in rub. de præ. in vj. col. in fi. 8 9 Pactum de retrouēdēdo quāto tempore præscribatur.

CContrariū tñ tenuerūt & verius & cōmunius Richar. & Barth. de Sali. in quibusdā cōsiliis duob⁹ quæ fecerunt. & ita etiam tenet Fabianus in tracta. de empt. & ven. in vij. q. principali. & in iij. charta. eo maximè quādo pactū est appositū de retrouendendo toties quoties, seu perpetuò, per ea quæ cōsuluit do. Alex. in cons. xlvj. in iij. col. in iij. vol. Et ita fuit iudicatū in hac ciuitate Heduen. contra magistros Ioā. Fran. & Nicolaum de mōthonolo, & fuit confirmata sentētia

BIU Cujas

11 per arreſtū curiæ parlamēti Burgūdiæ † fuit etiā iudicatū ī curia parlamēti Burgūdię ꝙ poſt xxx.annos talc ius offerēdi,ſeu talis facultas redimēdi præſcribeba tur,qñ incepta erat præſcriptio cōtra hæredes. ¶ Ratio eſt in prōptu,qa ꝙ iſtud ius non præſcribat, ex eo

12 *Facultas nō præſcribitur.* † ꝙ eſt facultas,quæ non præſcribitur.Fel.in c. cū acceſſiſſent.col.iij.de præſcri.& dixi.ꝯ.tit.fi.§.pen.ſed ex quo iſtud eſt deuentū ad hæredes non eſt amplius fa-

13 *Nec trāſit ad hæredes.* cultas,† quia facultas non trāſit ad hæredes, vt tenet Bar.in l.cū quis.& Alex. q legit illā legē cū l. in ſtipulationibus.ff.de verb.obli.dixi ſ.in ti.*des droicts & appartenances à gens mariez.* §.xix.inci. *entre gens nobles.*

14 *Iura defuncti competunt hæredibus.* in gl. *ſi la renonciation.* verſ.ſed vlterius.Cogita,† cum iura quæ competūt defuncto,competūt & hæredib⁹. dixi in dicto loco hîc antè alle.Et licentia data defuncto competit & hæredib.Bald.in l.ſicut.§.ſi debitori. ff.quibus modis pig.vel hypotheca ſoluitur,

ADDITIO. De materia huius dicti ꝓ Ang.in cōſ. ſ.alleg.vide Pet.Gerard.ſing.xviij.inci.no.diligenter. vbi reprobat Ang.& dicit,ꝙ adhuc in duobus caſibus nūquā cōtra tale pactū currit præſcriptio,ſ.qñ cōtractus præſumit vſurarius,qa eſt paruitas pretij, & tale pactū:vel qñ eſt interpoſitū iuramentū,quoniā,vt dicit,hoc caſu nūquā prēſcriptio currit inter obligatos. & dat aliā cautelā in fine,ꝙ ponat in cōtractu,ꝙ quoties præſcriptū fuerit,toties ꝓmitto retrouēdere,qñ vt dicit,hoc caſu p̄ſcriptio non patrocinaret, eò ꝙ ex deſinētia vnius alterius origo ꝓficiſcitur : & vt dicit: iſtā cautelā in ſimili tradit Bal.in l.ij.j.col.C.vt in poſ. lega.& vide dictū Pet.ibi,quoniā bene declarat prædictū conſilium Angeli,contra quem etiam conſului in caſu emergenti.& videatur conſilium meum cōſilio xj.vbi amplè dixi de hoc pacto de retrouendendo cum clauſula,toties quoties,an tunc præſcribatur.

Ioannes de Montholō. AD quæſtionē principalē, vide Boēriū in conſuet. Bituri.tit.de præſcri.§. j.in fi.j.gl.do.Io. de Montholō cōciuis & contēporaneus nr̄,vnus ex ſuprà nominatis,q hoc anno dñi milleſimo qngēteſimo viceſimo fecit quoddā Prōptuariū iuris,dicit† ꝙ fuit iudi catū in curia parlamēti Pariſiē.anno dñi M.CCCCCXVIIJ. ꝙ tale ius expirabat ſpatio xxx.annorū, & ꝙ credit ꝙ illa opinio ſit verior.& ita dicit ī d.lib.in verbo, emere. ¶ Sed credo ꝙ quicquid ſit, & quicqd dicant Ang. Pet.de Anch.Iaſ.& alij ſ. noiati,ꝙ opi.Richar. & Bar. de Sali.ſit verior,& ꝙ meli⁹ iudicauerūt dñi de parlamēto Burgū.quā Pariſ.ſ.ꝙ talis facultas data p iſta verba,toties quoties,nō p̄ſcribit ſpatio xxx.annorū inter cōtrahētes,nec etiā in hæredes , niſi integrū tēpus ſit cōpletū cōtra hīdes,quo caſu præſcribit,vt antè dixi.

An emere reditus annuos ſit vſura. SEd quæro de alia queſt.† nūqd emere reditus annuos ſup aliquo ſapiat vſurā?re perio ꝙ Iaſ.in l.cūctos populos. in xiiij.col.in j.lect.in ix. & x. col.in ij. lect.C.de ſum.tri.hāc q. tāgit,& tenet ꝙ talis contractus eſt ꝓmiſſus.plura ibi allegat,quæ nolo tranſportare,qa pauci hodie de hoc diſputāt propter frequētiā huius cōtractus.quidā Louanieñ. ſed nomen eius ignorat,ſeu non declarat, diſputauit hanc materiam, tandē cōcludit ꝙ talis contractus non eſt vſurarius,& iſtud ꝓbat rationib⁹ & authoritatibus.quantū ad rationes,ad eum me remitto,ſed dico ꝙ hāc tenēt plures alleg.per eundē Louanien.dixi alibi, hîc nō repeto, ne videar pluries & diuerſis verbis eadē repetere.

17 Pactum de retrouēdendo an ſit licitum. AN autē † iſtud pactū de retrouendēdo ſit licitum de iure ciuili?vī ꝙ ſit validum.tex.eſt in l. ij.C.de pac.inter emp.& ven.& ibi per doct.maximè per Bal. & Salic.& p Ang.in l.ad officiū.C.cōmu.diui.& facit tex.in l.ſi à te.C.de pac.inter emp.& ven.& ī l. ſi fundū.& in l.quoties. ff.de in diē addictio.& dicit Ang.in d.l.ij.† ꝙ illud pactū de retrouēdēdo eodē p̄tio qđ ap- 18
ponitur in inſtrumēto quotidie, valet & tenet:nec ex hoc ꝓbat cōtractus pignoratitius vel vſurarius.& adducit tex.in d.l.ſi à te.& in l.fi.ff.de lege cōmiſ.& in l. qui fundū.& dicit Albe.de Roſan d.l.ij.C. de pac. inter emp.& vē.p illū tex.& per tex.in d.l.q fundū.ff.de cōtrahen.emp.ꝙ † pactū de retrouendēdo conuētum 19
cū emptiōe & locatione nō reddit cōtractū vſurariū, vel illicitū ſi nō interuenerit fraus,vel ſimulatio , aut læſio ipſi⁹ vēditoris cui locat,& iō licitè p̄t fieri etiā in foro cōſciētiæ:& dicit ſe ita obtinuiſſe. & idē tenet Bal.in c.j.verſ.quæro quibuſdā pact.de feudo dato in vicē legia cōmiſſorię.in vſibus feudorū.& in conſ.ſuo xxxix.in vlt.col.in iij.parte.De iure canonico eſt text. ī c.ad noſtrā.de emp.& ven.& in c.illo vos.de pig.vbi talis cōtract⁹ ſimpliciter factus nō reprobat ſimpliciter,niſi ꝓpter dolū & fraudē emptoris. & facit gl.in c. cōqueſtus.de vſuris.in ver.magna.ibi,in ſi.nō tñ eſt vſura ſi vēdo tibi fundū.& etiā Martinus quint⁹ in extrauagāti,regimini.in prima & ſecūda,declarauit authoritate apoſtolica dictū cōtractum eſſe permiſſum. dixi ſ.amplè in tit.præced.in §. *deniers de mariage aſſignez, ou promis d'aſſigner.* nō amplius eſt hîc diſcutiēda iſta materia. ¶ Tamē vide Philip.Deci.in conſi.ſuo cixvij. vbi ponit † duo eſſe quæ faciūt præſumere cō- 20 *Quæ faciant cōtra ctum emp. & vē. præſumi vſurarium.*
tractū emptionis & vēditiōis eſſe vſuariū,ſcilicet pactum de retrouendēdo,& modicitas p̄tij. & dicit vnū notabile verbū,ꝙ † onus rei iniūctum facit illā minus valere.not.Abb.in c.in aliquibus. in ij.no. de deci. & Philip.Decius in dicto conſ.quærit,an idem ſit in dationē in ſolutū.vbi tenet ꝙ non.Adde vnū ſingulare, 21
† ꝙ ſi res ſit empta iuſto p̄tio,ſi fuerit pactū de retro- 22
uendendo ad tepus , non admittitur poſt tēpus ad rehabēdum.Si verò non ſit empta iuſto p̄tio,& ſit pactū de retrouēdēdo ad tēpus tātum,tñ imperpetuum recuperabit,etiā elapſo tēpore. ita tenet Bal. in c.j. in tit.de feudo dato in vicē legis cōmiſſoriæ.& Hoſtī.in ſumma.tit.de vſuris.§.in aliquo.verſ.x.quos refert & ſequitur Ia.de S.Geor.in l.mutuū.in j.col.ff.ſi cer.pet. ¶ Et dicit Guid.pa.conſi.ſuo clxxx.ꝙ talis contractus eſt vſurarius.dixi alibi.& ibi ponit quid ſit iuſtū p̄tiū. dixi.ꝯ.tit. *des cenſes.*§.iij.in gl.fi.dicit tñ Alex. cōſ. ſuo cix.in fi.in iij.vol.& in cōſ.xlvj.in j.col.in iij.vol.quòd pactum de retrouēdendo,& modicitas pretij non faciunt præſumere contractum vſurarium.

ADDITIO.Vide tamen Bertrandi in conſilio ſuo lxxxviij.in iij. parte, vbi dicit ꝙ pactū & pretij vilitas præſumi faciūt ꝙ contractus ſonans in venditionē,ſit non quidā contractus venditionis, ſed contractus ſimulatus,& in fraudē factus,per plura quæ ibi allegat. & dicit omnibus fidelibus eſſe conſulendū ꝙ deſiſtāt ab huiuſmodi contractibus.& in conſi.ſuo cxj. in iij. parte, dicit ꝙ etiā elapſo tēpore retrouenditionis teneat emptor retrouēdere,ſed ſi fuerit facta vēditio iuſto p̄tio nō tenetur reſtituere elapſo termino dato ad redimendū,vt dicit idē Bertran.in cōſi. cxv.in j.parte.

ADuerte etiam quia do.Iacob.de S.Geor.ſingularis doctor in practica, tenet ꝙ iſta duo ſufficiunt ad faciēdum præſumere contractum pignoratitium, ſeu vſurarium, ita ꝙ fructus in ſortem computari debeant,& ibi plures doctores allegat,& dicit quòd iſta opinio multum in practica ſeruatur,& ita dicit in l. ſi quis nec cauſam.§.res pignori.ff.ſi certū petatur.licet etiam dicat quòd Bal.in quodam conſilio per eum ibi allegato teneat quòd tertium requiratur,ſcilicet conſuetudo fœnerandi.

Sed

BIU Cujas

SEd quicquid sit, sanior est opinio pro conscientia, ꝙ sufficiant illa duo, eo ꝙ modicitas pretij facit rẽ minus valere, vt dictum est suprà imò quod plus est, fuit iudicatum in parlamento Parisiensi ꝙ modicitas pretij, quæ non excedit ad decẽ pro centum, facit rem perpetuò redimibilem, & cõtractum præsumi pignoratitium, ex quo fructus computari debẽt in sortem.

ADDITIO. Ista opinio, ꝙ sufficiant duo, s. vilitas pretij, & pactũ de retrouẽdendo est cõis, prout tenet Thomas Ferratius in suis cautelis, cautela xvij. & ibi ponit cautelã ad obuiandũ ꝙ talia nõ faciãt cẽseri cõtractũ vẽditionis vsurariũ & simulatũ, s. ꝙ faciat emere à rustico, qui excusatur ab vsuris, & cessat cõtra eũ suspicio vsurarum, vt dicit gl. singularis in l. cùm allegas. quam ibi sequitur Bal. in ij. col. C. de vsur.

23 Ius reacheptum per missum in re diuino

DIc tñ † ꝙ istud ius reacheptus est permissũ de iure diuino, vt est tex. Leuitici xxv. vbi dixit dñs filiis Israël, cũcta regio possessiõis vr̃æ sub redemptionis cõditione vẽdet'. & vide plenè p Pet. de Anc. ĩ cõsi. suo xxx. inci. dubitari solet. vbi amplè tractat an valeat emptio cẽsus & reditus ad tẽpus ppetuũ, vel ad redimẽdũ. & iõ dicit Bar. Cæpola ĩ tractatu de simulatiõe cõtractus, in iij. parte principali, in xij. prẽsumptione, ꝙ credit ꝙ istud pactũ in foro cõscientiæ sit validũ, & ꝙ sit ꝓmissum ꝙ pactũ de retrouendẽdo fiat vel ad tẽpus, vel in perpetuũ, & ꝙ ex eo nõ inducat' mala præsumptio, maximè quæ præsumat cõtractũ esse vsurariũ vel simulatũ, nã si lex ciuilis & canonica hoc permittãt, & ẽt scriptũ sit iure diuino, nõ est dicẽdũ illicitũ, ne inde iniuriarũ nascat' occasio, vnde iura nascãt'. l. meminerint. C. vnde vi. c. qualiter & qñ. j. de accu. &

24 Damnũ facere.

facit l. ij. C. de indi. vidui. tol. † & qđ fit lege ꝓmittẽte, pœnã non meretur. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adul. &

25 † nemo dr̃ damnũ facere, nisi qui id facit, qđ ius facere non habet, vt in l. nemo damnũ. ff. de reg. iur. istud idẽ tenet Inn. & post eũ Io. And. ĩ c. ad nr̃am. de empt. & ven. Ant. de But. in c. cõquestus. de vsur. oẽs theologiin iiij. dict. xv. Alex. de ales in iij. parte summæ, sup vij. præcepto decalogi. Arch. ĩ c. pleriq;. xiiij. q. ij. Host. & Rayn. in summa. Ang. de clauasio in angelica sua, in ver. vsura. j. §. lxvj. & vide do. Gui. pa. q. ccccxvj. An per concessionem vbi dicit hũc contractũ esse licitũ. ¶Et intellige prædicta, dũmodò talis emptor non sit consuetus fœnerari, & ꝙ non sit modicitas ptij, & ꝙ nõ sit pactũ de retrouẽdendo, cum prędictis. ita tenet Bal. in cons. suo cccclix. inci. hũc pasũ tãgit. in v. parte. & ita tenet Bernar. de bustis in j. parte sui rosarij, ĩ sermone xxvij. in j. parte illius sermo. in litera T. & in dicto sermo. in tota illa j. parte plenè examinat hũc articulũ, in qua quidẽ parte in lr̃a C. secũda quęrit an doctor requisitus an talis cõtractus sit bonus, & cõsciẽtia fieri possit, debeat respõdere ꝙ sic. & concludit finaliter ꝙ sic: aliter (vt dicit) ꝓditor est veritatis, allegãdo dictũ Ioã. Chrysostomi, de quo in c. nolite. xj. q. iij. non vidi obseruari in multis locis, qa qñ opus est dicere aliquid quod tãgit aliquẽ particulariter, etiã si sit ꝓ veritate, fingũt omnes se dormire, aut sanguinẽ narib⁹ emittere, & propterea proditores veritatis dici possunt, iuxta illud dictum, de quo est tex. in c. nolite.

26 Proditor veritatis quis.

xj. q. iij. vbi dicit tex. † qui non liberè veritatẽ pronũtiat, quam liberè pronuntiare potest, aut non defendit quod defendere conuenit, proditor est veritatis.

Dictũ notabile Odofredi.

DIcit tñ Odof. vnum verbũ qđ nolo omittere, qđ nõ dicit Bernardinus de bustis, q plenè examinauit prædictã materiã in loco s. alleg. ꝙ dñi Burgenses Frãciæ nunquã cõmitterẽt vsurã, benè tñ faciũt prædictũ contractũ de retrouendendo, ideo dicit ꝙ non sunt tuti in foro conscięntiæ. & ita dicit in l. emptione. C. plus valere quod agitur. sed intellige prout intellexit Bernardinus in loco suprà alleg.

IN TEXTV IBI,

Rentes.

QVid de re immobili, puta terra, aut seignoria vẽdita cũ pacto de redimẽdo, an cẽseat' qđ mobile? vide. j. tit. *des succeßions des baſtards.* §. v. in consilio ibi posito. vers. restat nũc aliud dubiũ. vbi dabo intellectum ad hanc cõsuetudinem, & dixi quòd non.

PLura dubia in hac materia, & plusquam in alia, in primis diebus meæ practicæ mihi euenerũt, & in aliquibus consului, in aliquibus summariè respondi. *Dubia alia qua.*

PRimum fuit mihi quæsitum, nũquid pactũ de retrouendendo adueniente tẽpore, sit ipso iure concessum: non fui lõgus, nec prolixus in respõsione, sed solùm dixi ꝙ de hoc me remittebam ad Alex. in cons. x. in j. vol. & quia casus amplius mihi nõ occurrit, me remitto ad Alex. ibi donec superueniat opportunitas, & causa amplius videndi.

SEcũdum est, quid si fructibus pẽdentibus redimo fundũ taliter venditũ, ad quẽ debeãt spectare fructus pendentes. Alex. in l. qui Romæ. in princ. in vlti. col. ff. de verb. obli. decidit hãc q. & dicit ꝙ Raph. Cuma. in l. diuortio. in prin. & l. de diuisione. ff. sol. matr. tenet vnã opi. sed reprehẽdit Cumanũ in dicto loco. & ideo dixi quòd tenenda erat opinio Alex. in d. l. qui Romæ secundũ quem consului. ¶Vide Io. Sãx. in consuet. Turoñ. tit. *des droicts de retraict.* arti. xij. vbi ponit quid in retractu, si proximior fructibus pendentibus rem retrahat. & concludit quòd in fructibus de ꝓximo recolligẽdis emptor illos habebit, nec in his potest prætendere ius ꝓximus. & de stagno, & sylua cædua percipiet pro rata tẽporis. vide Pyrrhum in consuet. Aurelianen. tit. de feudis, cap. lxxj.

TErtium est, vẽditi fuerũt quidã annui reditus cuidã ptio ducentarũ librarũ Turonen. & fuit vẽditio facta purè & simpliciter. postmodum & vẽditione cõpleta emptor fecit gr̃am vẽditori sub signo suo manuali, ꝙ dabat ei duos annos ad redimendũ dictos reditus sic vẽditos, cũ pacto ꝙ anteq̃ redimeret, aut redimere posset, teneret' soluere dicto emptori principalẽ summã cũ arreragiis quæ ꝓ tẽpore essent, & non aliàs. euenit casus ꝙ pendẽte tpe dictus emptor vẽdidit dictos reditus annuos quidã alteri. aduenięte autẽ tẽpore reacheptus venit primus venditor offerens, & realiter consignãs prædictas ducẽtas libras cũ ꝓtestatione de soluẽdo arreragia, si quę reperirent', & cũ offerrent' primo emptori dicit se nõ amplị⁹ hos dictos reditus tenere, sed illos alteri, illũ nominãdo, vẽdidisse. dubitatũ fuit nũquid illa secũda venditio facta per primũ emptorẽ impediat effectũ iuris reaceptus, ita ꝙ primus venditor non possit auocare rem per se vẽditã, an verò dictus primus venditor virtute suæ gratiæ redemptiuæ veniendo infra tempus dictæ gratiæ possit illam rem vendicare à secundo emptore.

PRo parte affirmatiua, videlicet ꝙ possit dictus vẽditor auocare rem venditã per primum emptorẽ, & illam vendicare, videtur facere regula vulgata, † ꝙ res trãsire debet cum suo onere, acceptariq; cum suis oneribus debet. doct. in l. cũ fundus. §. seruũ. ff. si cert. pet. tex. cum gl. in l. si autem. ff. de pact. l. si cõuenerit. §. si fundus. ff. de pig. actio. ¶Facit, quia aduenięte tẽpore resoluitur ius primi emptoris, vt per Alexand. in cons. x. in j. vol. qui est dator secundo venditori, ergo etiam resoluitur ius secundi emptoris, † cum resolu-

27 Regula.

28

BIU Cujas

to iure datoris, resoluit ius acceptoris. l. lex vectigali fundo. ff. de pigno. Et faciũt quæ dicit Bar. in l. in diẽ. ff. de aqua plu. arcẽ. quẽ vide. ¶ Item etiã quod fortius est, hæc res vendita primo emptor est subiecta reddi-
tioni cũ causa. s. quę retrò fingit, scilicet cũ oblatũ fue-
rit ꝓtiũ, quo casu re trãsferẽ dominiũ, vt dixi allegãdo
consiliũ Alex. cõs. x. ergo non potuit alienari nisi cum
illa causa. l. vbi autẽ. ff. de in diem adiectio. §. j. l. in diẽ.
ita Bal. no. in l. & si dotis. in fi. C. de iure dotiũ. vbi di-
cit idẽ qñ res subiacet amissioni, qa tũc non põt trãsi-
re nisi cũ sua tẽporalitate, & sua causa, ꝓut debet in-
Casus fa- telligi d. l. lex vectigali fundo. Quã quidẽ decisionem
cti. allegaui cõtra Antoniũ Chappet qui emerat aliquam
peciã terræ à Guidone Gardebois, cui fuerat donata
per quandã Pernellã relictã quondã Simonis Valot,
cũ pacto & cõditione ꝙ illã teneret alimẽtare & nu-
trire, ita ꝙ si hęredes eius Gardebois nolẽt adimplere
ꝓmissa per dictũ Gardebois, ꝙ omnia bona donata p
dictã viduã eidem Gardebois ad ipsam integraliter &
pleno iure redirẽt. Nam cùm mortuus fuisset dictus
Gardebois, hæredes eius fuerũt conuenti ad requestã
dictæ viduę ad videndũ interinari mãdatum impetra-
tum per eã in forma restitutionis in integrũ, & resci-
sionis contractus ob non satisfactionẽ ꝓmissorũ per
dictum Gardebois. qui quidẽ parentes cõsenserũt in-
terinationi purè & simpliciter, ex quo nõ est dubium
ꝙ dicta pecia terræ vendita per dictũ Gardebois eidẽ
Chappet rediit & redire debet ad dictã viduã, seu ad
habentẽ causam ab ea. fui in processu cũ eo tanquam
habens causam ab ea. tãdem cõcordauimus: sed si ca-
sus postmodũ tibi eueniat, & velis probare quomodo
donatarius non obseruauit ꝓmissa, in casu simili vi-
de Philip. Corneũ in cons. cx. vbi plenè. in j. vol. ¶ Re-
deũdo nũc ad propositum nostræ quæstionis, dico ꝙ
videt ex quo hæc res vendita primo emptori subiace-
bat redditioni cũ causa quæ retrò fingebat, ꝙ ad quẽ-
cunque vadat, debet ire cum suo onere.

33 in locis suprà alleg. † non inducí debet correctio iuris ex idẽtitate rationis, ꝑut tenet per plura do. meus Iaſ. in d. auth. quas actiones, & in auth. non licet. in ij. & iij. col. C. de lib. præte. & iſta quæſtio haberet locũ, vbi nihil aliud eſſet ſtatutum q̃. hoc quod antè dictũ eſt: ſed cùm in hac patria habemus conſuetudinẽ quę diſponit ꝙ creditor pro reditu annuo poteſt ad ſui voluntatem agere contra tenementarium, non excuſſo etiam debitore principali, vt in ti. *Des cenſes.* §. vj. inci. *Le ſeigneur cenſier ou rentier.* non eſt neceſſaria hæc diſputatio quo ad nos in hac patria.

34 Excuſſio qualiter fienda.

SEd quæro, † qualiter fiet hæc diſcuſſio debitoris principalis de iure? dic ꝙ debitore cõdemnato per ſentẽtiã, vel per præciſam obtentã fortè virtute inſtrumẽti guarẽtigiati fiat execuſſio ĩ debitorẽ ſi habeat bona, & ſi nulla bona habeat, poterit creditor habere regreſſum in hypothecaria cõtra tertios poſſeſſores bonorũ hypothecatorũ. iuxta auth. hoc ſi debitor. imò debẽt fieri ſummariæ informationes nunqd principalis debitor habeat bona mobilia vel immobilia, quæ dñt dari iudici ante libelli oblationẽ, & ipſis viſis declarabit hypothecariã cõpetere creditori cõtra tertios poſſeſſores. & iſtã formã tradit Iac. But. in d. auth. hoc ſi debitor. C. de pig. & Ang. ĩ auth. de fideiuſ. coll. j. vbi plenè ꝑ eũ de actione hypothecaria. iſtã formã tradit ẽt Guid. Papæ. q. ſua cccxxij. quæ inci. ſuprà quæſtione cviij. vbi dicit ꝙ hæc forma ſeruat' in curia parlamẽ ũ Delphinatus, & in illa tota patria. ꝑ certo nõ video iſtud obſeruari in hac patria, imò video ꝙ ſtatĩ & incõtinẽti recurrit' ad rẽ hypothecatã, ad quẽcũq, ſit: ſed iſtud vidi in reditibus annuis, chargiis, & onerib⁹ ſeu arreragiis, in qbus nõ eſt neceſſaria excuſſio, vt dictũ eſt ſuprà. & faciunt quæ dicit Guido Papæ quæſt. xlij.

ET intellige prædicta qñ agit' hypothecaria contra extraneũ poſſeſſorem, qa primò fiẽda eſt excuſſio antè q̃ deueniat' ad hypothecariã realẽ cõtra extraneũ poſſeſſorẽ: ſecus ſi cõtra ipſum principalẽ ſeu eius hæredẽ, qa põt intẽtari ꝑſonalis & hypothecaria, & ĩ eodẽ libello cumulari, qñ poſſidẽt rẽ hypothecatã, vt eſt tex. in auth. de fideiuſſ. §. ſed neq;. & facit circa fi. C. de fideiuſſo. & tenet Io. Fab. in §. item Seruiana. ibi, doct. quærunt. inſtitu. de act. & dicit Guido Papæ in q. ſua cviij. ſe ita aliàs obtinuiſſe. ¶Aduerte ẽt ad ea quæ dicit idẽ Guido Papæ q. ix. quæ multùm ſunt notanda.

35 Quæſtio.

BArt. verò † in l. Moſchis. ff. de iure fiſci. quærit de vna quæſtione, videlicet, pone ꝙ ſunt plures poſſeſſores bonorũ hypothecatorũ, an creditor poſſit eligere quẽ vult, vel debeat quẽlibet conuenire pro rata? Quidã dicũt, vt dicit, quẽlibet debere cõueniri ꝑ rata, ꝑ tex. in d. l. Moſchis. cõcluſio eſt, ꝙ põt eligere quẽ voluerit pro toto debito, ꝑut voluit gl. & Bar. in d. l. Moſchis. & iſtud obſeruat' qđ intellige verũ in debito ſimplici, rõne cui⁹ res eſt hypothecata: ſecus eſt in re hypothecata ꝑ annua penſione vel reditibus annuis. qa agendũ eſt cõtra quẽlibet poſſeſſorẽ ꝑ rata, vt in c. cõſtitutus. de religio. domibus. & iſtud tenet & ſeruat Io. Pet. de Ferrariis in forma reſpõſiõis libelli in actione hypothecaria, in gl. in verb. exceptionẽ excuſſionis & Guido Papæ. q. 432. vbi plenè ponit de hac materia. Io. Fab. in §. item ſi quis in fraudẽ. in x. col. verſ. ſed qđ ſi debitor. inſti. de actio. & ibi Ang. & Iaſ. Barb. & alij in c. ex literis. de pig. Soci. verò in conſ. ſuo lxxv. in
36 pe. col. dicit, † ꝙ quãdo quis habet plura bona hypothecata pro debito, ꝙ poteſt creditor eligere quæ bona velit qñ ſunt penes creditorẽ. Caſus eſt in l. creditoris. ff. de diſtract. pign. quod ſecus eſt qñ ſunt penes. tertiũ, qa tũc ꝑ rata ſunt hypothecata. Alle. auth. hoc ſi debitor. C. de pig. ea ꝙ, vt dictũ eſt, prius eſt conueniẽdus principalis q̃ deueniendũ ad tertiũ poſſeſſorẽ. & hoc eſſet verũ de iure. ſed ſãte cõſuetudine, de qua ĩ ti. *Des cenſes. §. le ſeigneur cenſier ou rẽtier.* quæ dat facultatẽ cõueniẽdi aut principalẽ obligãtũ, aut tenemẽtariũ, nõ credo diſtinctionẽ Soci. habere locũ ĩ hac patria, vbi viget prædicta cõſuetudo cõtra d. auth. hoc ſi debitor. ¶Aduerte etiã † quia pro paruo debito tota 37
res, quãuis magna, tenet' l. quãdiu. C. de diſtrac pig. & ibi Bar. gl. in l. pen. C. qñ decreto opus nõ eſt. quæ dicit, ꝙ creditor põt ponere manũ ad rẽ quã velit, quia poſſeſſores & detentores nõ habẽt beneficiũ diuiſionis, ſicut plures fideiuſſores: † cùm hypotheca ſit indi- 38 *Hypotheca indiuidua.*
uidua, vt l. rem hæreditariã. ff. de euicti. & l. pignoris. ff. de pig. & dicit Bal. in d. l. quandiu. C. de diſtract. pig. ꝙ hypothecaria eſt indiuidua. & illa eſt in hoc caſu opinio Bar. & gl. in l. Moſchis. ff. de iure fiſci, vt dixi antè, quam multi tenent. ¶Video tñ eã eſſe multũ exorbitantẽ, & valde eſſe cõtra tex. in terminis in d. l. Moſchis. qcquid dicant oẽs, qa ex illa aliquali interpretatione, & extenſione illius dictionis, nõ dẽt corrigi illa lex. Et ad tex. in d. l. creditoris. dico hoc eſſe verum qñ oẽs res hypothecatæ ſunt penes hypothecãtẽ, qa põt pro toto debito vnũ ex illis eligere, ſed non ſic eſt qñ plures res hypothecatæ ſunt penes plures tenementarios & diuerſos, qa oẽs ſunt cõueniendi. tex. eſt incõuincibilis in d. l. Moſchis. & ẽt d. l. creditoris. ac etiã l. ij. C. ſi vnus ex pluribus. loquuntur in multis rebus pignoratis ꝑ debito. tex. verò in d. l. Moſchis. &c. cõſtitutus. de religio. domibus. loquũtur in penſiõe ſeu reditu annuo debitis ſuper pluribus rebus, & aſſignatis, quo caſu quælibet res eſt hypothecata pro rata, vt dicit Guido Papæ dicta deciſ. cccxxxij.

ADDITIO. De materia hui⁹ l. Moſchis. vide Mat. de affli. in conſtit. regni Sici. quæ inci. ſi qs in poſterũ. in ix. col. ibi, ſed iuxta hoc quæro. vbi per multa tenet ꝙ de iure in obligatione ꝑſonali inter omnes fiẽda eſt diuiſio, niſi ſint obligati in ſolidũ. ĩ hypotheca reali de rigore quælibet res ꝑ reditu & pẽſione eſt obligata: de æquitate ſecus: & vĩ velle ſequi illã æquitatem. Et idem Mat. de affl. in cõſti. quæ inci. fratribus. in iij. no. in iij. libr. limitat dictã l. Moſchis. in trib. caſibus. Aduerte etiã ꝙ habens generalẽ hypothecã nõ debet facere ſibi ſatiſſieri de meliori, ſed de mediocri: & ſic prius ad burgenſatica bona q̃ ad feudalia debet fieri executio. qđ an ſit verum, vide Mat. de affli. in cõſtitu. quæ incip. ſi domin⁹ vaſallũ. in iiij. no. in ij. lib. ¶Quãdo autẽ ex pluribus debẽtibus reditũ ſeu cẽſum ſolutio partis vnius ꝑ ſit aut noceat alteri, vidæ quæ dicit Io. de Imo. in l. imperatores. ff. de publicanis. Bar. in l. fraudati. ff. eo. q dat differentiã inter plures hæredes, aut plures poſſeſſores. vide etiã Barb. in l. iiij. §. Cato. ff. de verb. obl. vbi ponit an cenſus ſit diuiduus, vel indiuiduus. & vide etiã Sali. in l. ꝑ hæreditariis. in fi. C. de hæredita. actio. Pau. de Caſt. conſ. ſuo cxxxv. Et de materia huius gl. vide Boërĩũ in cõſue. Bituricẽ. tit. de cõſuetudine hypothe §. j. vbi ponit q. Bar. in d. l. Moſchis. hîc antè examinatam, & tenet cum Bar.

MVlta alia ſingularia in hac materia hypothecæ quæ multum ſeruiunt ad practicam, & quę ſunt videnda, ponit Io. Pet. de Ferrariis in d. glo. exceptionem excuſſionis. & Guido Papæ quæſt. ſua cccxxxij. iam ſuprà allegata, quæ cauſa breuitatis hîc nõ inſero, ne etiã videar tranſportare dicta aliorum. & pleniſſimè ſunt poſita per do. meum Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem creditorum. in xv. col. cum quinque ſeq.

Inſtit.

BIU Cujas

inſtit.de actio.quæ omnia ſunt notanda.

IN TEXTV IBI,

Son pleige.

1 ADde † q̃ qui fideiubet pro aliquo dicit ur malè vti ſua ſubſtantia.vt tenet Ang.in l.in p̃ſonã.§.j. ff.de pac.quem refert Ale.in l.ſi cõſtãte.col. viij.ff.ſol. mat.¶Et debitor dicit infelix.tex.in auth.de fideiuſſo. §.cognoſcũt.coll.j.& dicit infelix eo q̃ cliens eſt creditoris.l.iij.C.de nouatio.& dicit Prouer.xxij. q̃ qui mutuũ accipit,ſeruus eſt fœnerãtis. ſecundũ Io.And. in c. cùm ſint partium iura.de reg.iur.in vj.Et aduerte q̃ licet exceptiones cõpetentes principali cõpetãt ẽt fideiuſſori.l.omnes.ff.de except. tñ fallit in exceptione vſurarũ,quæ nõ cõpetit fideiuſſori,ita q̃ ſi re⁹ principalis dixerit inſtrumentũ vſurariũ corã iudice eccleſiaſtico ſuo nomine & noĩe fideiuſſoris, poſtea fuit facta inhibitio iudici ſeculari,ne p̃cederet ad capturã dicti rei,hæc inhibitio non prodeſt fideiuſſori,qa illa nõ obſtãre poterit capi,vt tenet Hipp.de Marſil.ſing. ſuo cxxv.incip.tu ſcis regulã.& iſtud idẽ tenet in trac. ſuo de fideiuſſoribus.nu.274. dixi in hoc §. Et poteſt etiã agere creditor cõtra hęredẽ fideiuſſoris,eo q̃ obligatio fideiuſſoria trãſit ad hæredes. l. iiij. ff. de fideiuſſo.l.fideiuſſoris.C.de fideiuſſo.§.fideiuſſor inſti.de fideiuſſoribus.habet in l.ex cõtractibus. & in l. ex depoſiti.ff.de actio.& oblig.quod antè nõ habet locũ in fideiuſſione quæ fit ex maleficio , vt dicit gl.in d.§.fideiuſſor.& vide Hipp.de Marſil.ſing.clix.incip. obligatio fideiuſſoria.

§. TERTIO.

MEubles n'ont point de ſuyte en hypothecque, quand ilz ſont mis hors de la puiſſance du debteur à qui eſtoyent leſdicts meubles, ſinon entant qu'ilz ſeront de plus grande valeur que la debte du creancier, qui les auroit faict prendre, non obſtant priorité ou poſteriorité d'hypothecque.

IDem in ſui principio in præpoſitura Pariſiẽ.& in Aluernia, & ferè in tota Gallia. idem in comitatibus Burgũdiæ & Niuer. ¶†Bar.in l.cùm vn⁹.in fi.principij.ff.de bo
2 Prior tẽ pore potior iure. nis autho.iud.poſſid.dicit,†q̃ qñ pignus capit authoritate iudicis,vel virtute inſtrumẽti guarentigiati (qđ habet vim ſentẽtiæ) q̃ nõ hẽt locũ regula , q̃ prior eſt
2 tẽpore potior eſt iure.& põt eſſe ratio,† quia rerũ mobilium vilis & abiecta eſt poſſeſſio.l.ſi rẽ mobilẽ.ff.de acqui.poſſ.l.peregrè.ff.eo. tit. ita q̃ facilius p̃ditur etiã ab ignorãte,d.l.ſi rem.& ibi gl.& d.l, peregrè, & gl.& doct.in l.ſi poſt acceptum.in gl.j.ff.de rei vendica.

Quomodo intelligẽda hæc conſuetudo. ISta cõſuetudo obſeruatur quaſi in toto regno Frãciæ & eſt regiſtrata in curia parlamenti Pariſiẽ.quæ ſolet eã interpretari,niſi bona mobilia deuenirent ad detentorem iure hęreditario & ſucceſſionis,quia iſto caſu poſſunt p̃ſequi mobilia.faciũt quæ dicit Io.Fab. in §.item ſi quis in fraudẽ. inſtit.de actionib. & ratio.
3 poteſt eſſe, † quia ſucceſſor intrat in locum defuncti, cùm vna & eadem perſona cenſentur,apud quem defunctum poterant proſequi, ergo idem in ſucceſſore.

ADDITIO. Iſta conſuetudo videtur limitanda in alio caſu,ſ.quando debitor per clauſulas precarij aut cõſtituti cõfitet ſe tenere bona ſua mobilia,& poſſidere nomine creditoris pro debito : qa etiã hoc caſu poteſt creditor propria authoritate facere executionem cõtra ſingularẽ ſucceſſorẽ,vt tenet Mat.de affli. in cõſti.regni Sici.quę inci.pacis cultũ.in vij.col. dixi infrà in tit.*Des cenſes*,§.fi.in gl.*contre le tenementier*.

INtelligenda tñ eſt hæc conſuetudo in generali hypotheca pignoris , qñ quis generaliter obligat oĩa ſua bona,qa tũc bene credẽ cõſuetudinẽ noſtrã habere locũ : ſecus aũt qñ eſt expreſſa hypotheca alicuius pignoris,qa tũc p̃ſequi poteſt dictũ pignus. l. debitorẽ.& l.ſi tibi notariũ. C.de pignoribus.qa hypo- 4
thecaria actio eſt in rẽ perſecutio. l.pignoris.C.de pignoribus.l.ſi fundus.§.in vẽditiõe. & l.pignoris.ff.de pig. Et pro certo ſi iſta limitatio ad cõſuetudinem eſt vera eſt mirabilis & notabilis,ſed nõ credo eã verã,qa vbi lex nõ diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.l. de pretio.ff.de publicia.†Itẽ tantũ operat generalitas 5
in ſuo genere, quantũ ſpecialitas in ſua ſpecie.text.& Bart.in l.j.& fi.C.quæ res pig.obl.¶De materia huius articuli vide Boëriũ in conſuetudine Bituricen. tit.de cõſue.hypothecæ.§. ij. ibi ponit limitationẽ hîc antè poſitã. †Et quomodo tot operetur generalitas in ſuo 6
genere,quot ſpecialitas in ſua ſpecie,vide Iacob.de S. Geor.in l.Imperium.in ij.lectura,in prin.ff. de iuriſdi. om.iud.Alex.in conſi.cxj.in ij.col.in vj.vol.

IN TEXTV IBI,

Quand ils ſont mis hors de la puiſſance du debteur.

NOta iſta verba,† quia iſtud nõ poteſt fieri niſi per 1
ſentẽtiã iudicis,mittẽdo creditorẽ in poſſeſſionẽ bonorũ pro menſura debiti,ſecũdùm auth. & qui iurat. C.de bonis autho.iudi. poſſi.vel virtute executionis factæ p̃ mãdatũ cãcellariæ, huius patriæ qđ quidẽ dari põt ſup inſtrumento obligatorio habẽte executionẽ paratã virtute ſigilli & ſubmiſſionis. & iſtud eſt qđ voluit dicere in d. l. cùm vnus.in fi.ff.de bonis autho.iud.poſſi. ideo ſi eſsẽt obligati debitores alio modo,ita q̃ nõ poſſet dari executio p̃ciſa cõtra eos,ſed in caſu oppoſitiõis audirent pẽdẽte p̃ceſſu,alij creditores q venirẽt & peterent audiri,collocarent ſecũdũ prioritatẽ tẽporis,ſedm regulã iuris, q̃ prior eſt tẽpo- Regula iu ris.
re potior eſt iure. de reg. iur. in vj. quam in pulchrè notat Dynus,& eam pluribus limitationibus limitat.

ET vt ſolet† fieri inſtrumentũ in hac patria,dicitur 2 inſtrumẽ tum guarentigiatũ.
guarentigiatũ virtute ſubmiſſionis,quę fit cõmuniter,ſcilicet qñ partes ſe ſubmittũt coërcitioni iuriſdictionis cãcellarię cõtractuũ virtute ſigilli cãcellarię in inſtrumento appoſiti,qđ habet executionẽ paratã. Item virtute cõfeſſionis factæ notario poſtquàm notarius monet partes ad ſoluendũ,faciendo eis præceptũ.ita dicit do.meus Iaſ.in l.errore, in pen. col.C.de iuris & fac.ignorã.& dixit me audiente in l.j.§.ſi quis int.in fi.ff.de verb. obl, & ſcripſi ſub eo in recollectis meis,ſed impreſſores non ita poſuerunt,vt retulit.

ADDITIO. Vide Albertũ Brunũ in tract.de cõſti. de certis ſtatutis,in verbo,guarẽtigiũ,primo articulo.

ADuerte q̃ executione incœpta , imploratio officij iudicis quæ fit apud nos cùm impetrat mãdatum à iudice cõtra creditorem vt cõpareat iuſtificaturus de ſuis literis obligatoriis & executorialibus auditurus dici,proponi & allegari cauſas iuſtas & rõnabiles,quare dictæ literæ nullum debeant ſortiri effectũ,aut caſſari debent & annulari, nõ impedit executionem,

BIU Cujas

tionē, nec ſuſpēdit, eo ꝙ apud nos nō ſolū nō admittitur cōtra talia oppoſitio, & ſic exceptio, nec ēt appellatio, & ſic defenſio, & ideò hoc caſu nō pōt implorari officiū iudicis. Ang. in l. planè. ff. de pet. hæred. ſi tñ coram iudice proponatur dolus in cōtractu, & iuſtificet, hoc caſu pōt implorari officiū iudicis, & tunc iudex pōt inhibere ne vlteriùs procedatur, ſecundùm Ang. in l. fi. ff. de pet. hær. Vide apoſtillā ad practicā Bal. in tit. de offi. iudicis. vide tñ quid dicat Alex. in cōſ. cxiiij. in vlt. col. in v. vol. & Hippo. de Marſi. in ſing. ſuo 88. Ita tenet Bened. de barzis in ſuo trac. de guarentigia ar. iij. in xx. dubio. & vide eum in xxj. dubio, vbi ponit an reſtitutio in integrū impetrata ſuſpēdat executionem iam inchoatam: & ibi tenet quòd non.

ADDITIO. Aduerte ad exceptiones quas poteſt reiicere iudex. ſ. malitioſas, falſas, friuolas, non releuātes, neque veriſimiles, iuri cōtrarias, calūnioſas, excluſas pòſt terminū, & videre poteris per Matt. de affli. in conſtitu. regni Sicil. quæ incip. litteras. in vj. notabili. ¶Quomodo aūt tale præceptum faciat inſtrumētum guarentigiatum, vide Boërium in ſæpe nominatis cōſue. Bituri. ti. de iuriſ. om. iud. §. xxvj. in fi. gl. & an talia inſtrumenta requirāt inſinuationē, vide eundē Boërium eodem lib. tit. de dona. §. fin. in fi.

3 ET talia† inſtrumēta poſſunt mitti executiōi cōtra debitorē nō obſtāte oppoſitione, ita ad minus ꝙ manus regia ſit munita, qđ dicitur cōiter, *La main du Roy ſuffiſamment garnie.* & tunc iſto caſu licitū erit creditori ꝑ tale inſtrumētū ponere mobilia extra manus debitoris: qb⁹ poſitis, nō ampliùs poterūt alij creditores ſe opponere, & ꝑ parte debiti reſtitutionē dictorū bonorū petere, niſi ī id qđ eſt vltra mēſurā debiti, iuxta dictā auth. & q iurat. C. de bonis auth. iudi. poſſidē.

4 *Inſtrumētū guarantigiatū an exequi poſſit cōtra hæredes.* ET nō eſt dubiū, † ꝙ iſtud poteſt fieri contra debitorem principalē, ſed nunquid poſſit etiā fieri cōtra hæredē? Bal. in l. fi. C. ſi aduerſus credito. dicit, † ꝙ inſtrumenta guarentigiata nō poſſunt exequi contra ſingularē ſucceſſorem. & idem do. meus Iaſ. in l. ij. in
5 pen. col. ff. de iureiu. † ſed cōtra hæredem poteſt mitti
6 executioni inſtrumentum habens executionē paratā.
7 prout dicit Bar. in l. poſtulāte. ff. ad Treb. vbi dicit, † ꝙ ſi ſtatutū dicit ꝙ debitor poſſit capi & incarcerari, poterunt etiam capi hæredes debitoris. & cum Bar. trāſeunt ibi Ang. & Io. de Imo. & ad prędicta vide do. meū Iaſ. in l. ij. §. itē ſi in facto. ff. de ver. obl. & in l. diuortio. §. interdum. ff. ſol. mat. Pan. in cōſ. lxxxvj. in j. & ij. col. in ij. dubio. in ij. vol. & ꝑ illud dictū Bart. infert Aret. in l. mutū. in vlt. col. ff. de acq. hær. & do. meus. Iaſ. in l. j. §. itē acquirimus. in ij. lect. in iij. col. ibi, ſeptimò facit. ff. de aqui. poſ. † ꝙ ſtatutū loquens de vera perſona trahitur ad fictam, quæ verā repræſentat. quod no.

8 ¶Aduerte tamen, † an pro debito ciuili quis poſſit incarcerari, quoniam vt dicit Io. Fab. & do. meus Iaſ. in §. fi. inſti. de actio. ꝙ nō, de conſue. regni Franciæ, niſi ſit ad hoc expreſſè obligatus. vide Boërium in cōſuetudini. Bitu. iij. gl. nota ꝙ de iure iniuriatus. tit. de iuriſdi. om. iud. Si tamen quis ſit ita obligatus, nō poteſt capi in nundinis, vt dicunt Bal. & Sal. in l. j. C. de nundinis. & quid in mercato? non videtur idem. lex tamē in auth. vt non fiant pignora. videtur tenere ꝙ idem ſit, vide Berthachinum in tract. de gabellis, in ſecunda parte octauæ partis principalis.

10 *An quis poſſit obligare ad carceres.* ET vtrum † poſſit quis ſe obligare ad carceres, vide Lucam de pen. in l. curioſi. C. de curioſis & ſtatio. vbi tenet quòd non. & vide eundem in l. cùm ſcimus. in ij. col. C. de agricol. & cenſitis. vbi dicit, quòd quis ſe poteſt obligare multis modis. dicam alibi, & dixi ſuprà tit. *des iuſtices.* §. vj. in gl. *meßiers.* verſi. Et aduerte. cum additione ibi poſita.

SEd tamē ad dictum Bar. ponit do. Soci. quandā intelligentiam in conſ. ſuo ccxciij. quod inci. preſens cōſultatio. in ij. c ol. de iſtis iuſtrumentis guarentigiatis, quæ habēt executionē paratā nihil aliud hīc dicā, cùm ſit ſufficiēter tractatū per Benedictū de Barzis in ſuo tract. de inſtrumento guarentigiato. & dicam j. in fine harum cōſuetudinū, & infrà titu. *des cenſes.* §. *le ſeigneur cenſier.* in gl. fi. Aduerte tamen † ꝙ licet nihil 11 *Exceptio nullitatis.*
poſſit opponi cōtra talia inſtrumēta, tamē poteſt opponi exceptio nullitatis, ēt proueniēs ratione falſitatis. † Imò etiā poteſt talis exceptio opponi cōtra tres 12
ſentētias cōformes, vt per plura tenet Boërius in conſuetu. Bituricen. titu. de iuriſdict. om. iud. §. xxvij. vbi pulchra gl. in hac materia. Et dicit idem eſſe quādo euidenter conſtat de iniuſtitia. Et vide Alex. in conſil. xxxiij. in fi. inci. viſo themate. in j. vol. vbi dicit, † ꝙ ex- 13
ceptio nullitatis impedit executionem ſententiæ.

ADDITIO. Quod intellige verū etiā licet ſit deſerta appellatio, vt tenet Mat. de affl. in cōſtit. regni Sicil. quæ incip. dilationes. in iij. notabili. Et qđ plus eſt ēt ſi fuerit ſentētia ſenatus & parlamēti à quo nō appellatur, vt dicit Bal. in l. fi. C. de legi. & in auth. quæ ſupplicatio. C. de precibus impera. offerē. quod intellige qñ ſentētia eſſet nulla ex defectu iuris naturalis, vel ex defectu iuriſdictionis, vt tenet Ang. in l. falſam. C. ſi ex falſis inſtrumentis, ſecus ſi ex defectu iuris poſitiui. vt tenet per plura Matth. de affli. in cōſti. regni Sici. quæ incipit, appellationū tempora. in xiij. notabili. Maximè quando prouenit ex defectu incompetentiæ iudicis. gl. in clemen. j. de ſequeſtra poſſeſſio. & fructuum. Alex. conſi. 194. in vj. vol.

ITem intellige ꝙ talia† inſtrumenta habeant execu- 14
tionem paratam in liquidis, & non in liquidandis. quod an ſit verum, vide do. meum Iaſ. in l. j. col. iiij. ff. de edendo. Vide de hoc plenè per Barbatiam in conſ. xviij. in v. col. in j. vol.

ADDITIO. Et vt dicit Albertus Brunus in tract. de conſti. in verbo, guarentigia. in viij. ar. alleg. Bal. in l. ij. C. de executio. rei iudicatæ, ꝙ obſtat exceptio, ꝙ nō eſt liquidū, nō autē exceptio pacti nudi. ¶De materia horum inſtrumentorum, vide quæ dixi infrà tit. *des cenſes.* §. vj. in glo. fin. Et aduerte poſt doctrinā in d. l. j. de quęſtione multū notabili, de qua. j. in d. §. vj. tit. *des cenſes.* † Itē poteſt opponi exceptio quæ competit 15
ex cauſa, ex qua inſtrumētum guarentigiatum habet executionem, quādo exceptio impedit dictam executionē, vt videri poteſt per Bal. in auth. præſente. C. de fideiuſ. facit quod dicit Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita ſtipulatur. ff. de verb. obl. vbi dicit, † ꝙ quādo aliquis 16
intētat aliquod ius qualificatū, ex iſta qualitate ſemper obſtat reprehenſio, qa ipſemet ſe reppellit. † & nō 17 *Qualitas cauſæ finalis maxima.*
eſt maior qualitas in mundo q̄ illa quæ importatur ꝑ cauſam finalem, ſine qua quis non erat aliàs cōtractu rus. per tex. in l. ſi creditor. C. de fideiuſſoribus. vbi etiam idem Bal. notat, † ꝙ omne quod eſt de finali, re- 18
quirit eius repletionē, imò etiam dicit idem Bal. in l. ex his prædiis. C. de euictio. † ꝙ contra inſtrumētum 19
guarentigiatum poteſt opponi exceptio rei nō traditæ & non manutentæ. Vide Benedictum de Barzis in ſuo tracta. de guarentigia. in iij. articu. in xvj. dubio. Ex quo aliàs pluries dixi, † quòd obligatus ex aliqua 20
cauſa, puta pro admodiatione alicuius rei, ſi cauſa nō ſortiatur effectum, nec etiam obligatio, vt puta quia admodians non vſus fuerit admodiatione, aut propter impedimentum admodiātis, aut alterius quem

prohi-

BIU Cujas

prohibere potuit admodians,& non prohibuit: quo casu ẽt tenetur ad interesse lucri cessantis. l.si fundus quem.& l.si tibi alienam.cum seq.suprà alleg.

ADDITIO. Vide Decium in cons.cxix. Albertum Brunum in tract.de cõsti.in verbo,executio.vbi ẽt dicit,ꝙ nõ tollit restitutionẽ in integrũ, allegat Soci.in cons.ccxcix.col.ij.vers.secundum maiorẽ.& ibi ponit multa quæ possunt opponi cõtra talia instrumẽta.maximè exceptionẽ vsurariã,vt dicit Ale.in l.4.§.cõdemnatũ.in vj.col.ff.de re iudic. & exceptiones peremptorias, vt ibi dicit.Et ẽt admittit exceptio nõ numeratæ pecunię.Brunus in tract.de cõsti.in verbo,guarẽtigia. art.vlt.& ita ẽt tenet Mat.de affli. in constit. regni Sicil.quæ incip.causas.per.in fine,vbi amplè.& ibi dicit ꝙ exceptio qualitatis deficiẽtis in instrumẽto,per cuius instrumentũ nũquã est exclusa,secundũ Bar.in l.j. §.parui.ff.qd vi aut clã.& Alex.in cõs.iij.in ij.col.in ij. vol.Et etiã exceptio quæ prouenit ex facto aduersarij semper potest opponi, vt tenet Hippol. de Marsiliis singulari suo xcvj.incip.renuntians.

ADuerte ad hoc ꝙ caueatur ꝙ nõ producatur instrumẽtum,oportet ꝙ ex visione illius constet de vitio, quia hoc casu vitium ex tenore producti apparens omnẽ illius executionem impedit. l. fi.C.de edicto diui Adria.tollen.faciunt quæ dicit G. Benedic.in sua repe.c.Ray. in verb. & vxorem nomine Adelasiã. nu.443.& 444.in v.decis.extrà,de testamentis.

IN TEXTV IBI,

Sinon entant qu'ilz seront de plus grãde valeur.

1 ISTud est ꝓpter tex. in d.auth.& q iurat.C.de bo.author.iud.possi.† vbi licet olim creditor poterat occupare oĩa bona debitoris pro suo debito, hodie põt illa occupare,aut mitti in possessionẽ petere ꝓ mẽsura debiti declarari tãtùm. & qũo fiat ista declaratio, ponit Panor.in c.qm̃ frequenter.§.in aliis. in xiij. col. vt lite non cõtestata,hodie de cõsuetudine sufficit ꝙ executori appareat,ꝙ debitor est obligatꝰ sub sigillo,aut notario signãte mãdatũ acceptũ sub obligatiõe,& tũc ꝓ illa summa ꝓ qua apparet,põt executor facere executionẽ paratã in bonis debitoris secundũ mẽsurã illius debiti.¶Aduerte,qa † secũdus creditor põt agere cõtra primũ creditorẽ ad illud quod supereſt de pretio,vt in l.j.ff.de distrac.pig.& in l.si prior.ij.responso. ff.qui potiores in pig.habeant.& l.quærebatur. eo.de qua actione ponit Bar.in d.l.j.ff.de distract.pig.

ADDITIO. Sed si fiat executio alicuius sententiæ an debeat citari pars,vide Mat.de affli. in consti.regni Sicil.quæ incipit,dilationes, in iij.notabili. ibi,demũ And.tangit illã cõclusionẽ.vbi post longã disputationem ponit septẽ cõclusiones,& in quæstione sequẽti dicit,ꝙ est citãdus ad hoc vt videat& cognoscat si seruetur ordo iuris,de quo in l.à Diuo Pio.§.in vẽditiõe. ff.de re iudi.qui obseruandus est, aliàs ab executione potest appellari,vt dicit Bar.in d.§.in venditione.licet Feli.in c.dilecta. de rescriptis. & in c. sicut. de re iudicata,teneat ꝙ executio sit nulla, vt dixi alibi, & vide eundem Matthæum in loco hîc antè allegato.

3 VIdemus† quotidie ꝙ quãdo fit executio in bonis alicuius,faisiendo aliquam rem particularẽ, tertius se opponit, & dicit illã rem ad se pertinere,quæro qn̄ hoc fit,cui incumbat onus probãdi ad quẽ spectet illa res?dic ꝙ illi qui dicit ad se pertinere,nisi esset possessor,vt tenet Io.Fab.in l.j.C.de iure fisc.quod intellige qn̄ tenet & possider: secus si alter teneret, & tertius diceret se habere ius in possessione, quia non admittitur ad oppositionem Ioan. Fab. in dicto loco.

Materia tertij se opponentis in executione sententiæ.

SEd exordiendo materiã tertij se opponẽtis in executione siue sentẽtiæ.siue alterius rei,primò quæro quid incumbat tertio veniẽti vt admittat̃ ad docẽdum de iure suo?Secundò an tertius cõparens pro suo interesse admittatur solummodò ad contradicendũ, an verò etiã vt in se litem suscipiat? ¶Ad primum cõclude secundũ Ang.& Rapha.in l.j.ff.de appel.recipi. & Bal.in l.fi.circa medium. C. de edicto diui Adriani tollẽ.& Ant.de But.in c.cùm super.de re iudi.ꝙ si tertius intẽdit cõsequi legitimationẽ suæ personæ,vt admittatur in dicto iudicio, sufficit ꝙ summariè doceat de iure suo respectu alicuius interesse ex tribus interesse,de quibus nunc dicã non autẽ esset necesse ꝙ plenariè doceat,vt probatur in c.veniẽs,*le second*.de testibus.& in l.à diuo Pio.§.si super rebus. ff.de re iudi.& intellige prædicta in casibus in quibus tertius admittitur.† quod quomodo fiat,& quãdo debeat admitti istud consideratur,quoniam aliquando tertio dotalis defensio ptinet,vt in l.pe.ff.de re iudi. aliquãdo æquè principaliter spectat ad reũ conuentũ,sicut ad ipsum tertiũ,vt in l.principaliter,*la secõde*, C.de libera.causa. aliquando ad ipsum reum spectat defensio, sed tertij posset interesse.¶Et istud interesse potest esse triplex, propter quod quis potest admitti.†Primũ,qn̄ ex processu qui fieret cum alio fieret plenum præiudicium, iuxta d.l.pen.ff.de re iudic. Secundum quando tertio cõparenti præiudicaretur in possessione quia possessio vacans occuparetur, quàm diceret ad se spectare: vel præiudicaretur in possessione in qua actualiter incumbit.facit d.l.à diuo Pio.§.si super rebus.cum gl.ff. de re iudi.& ibi Bar.& docto. & l.ob maritorum.cum gl.C. ne vxor pro marito. Tertiũ, propter qualequale præiudicium quod resultat ex præsumptione iuris,vt in l.à sententia.ff.de appel.& in l.si duo. ff.de iureiur. prædictam conclusionẽ,ꝙ teneatur summariè probare de iure suo,probat Fel.in dicto c.veniẽs.de testibus & in d.c.cùm super.de re iudicat. & ibi p Feli. qn̄ tertius se opponens possit impedire excutionem sententiæ non insisto.

4 Quando admittitur tertius.

5 Interesse triplex propter quod admittitur.

ADDITIO.De tertio se opponente,& de authore laudato, qui dicit̃ ille qui est citatus ad causam, vide Matthæum de afflictis in decisio.xv.

Pro secũda quæstione.

AD secundum conclude secundùm Ang. de Aret. plenè tractantẽ hanc materiã in d. l. à sententia. ff.de appel.ꝙ aut tertius vult nouã instãtiã intrare seu inchoare,& potest.l.is à quo,cũ seq. ff. de rei vend.qd̃ intellige ꝓcedere dummodo nõ sit de casibus in qb⁹ sententia lata cõtra vnũ potest præiudicare tertio. de quibus in l.pe.ff.de rei.vend.qa sicut sentẽtia in dictis casibus præiudicare potest, ita etiã præiudicãt acta.c. causam quæ,j.vbi Inno.de testi.cum aliis alle. per eũdem Ang.& sic non posset inchoari noua instantia in præiudicium iam actorum: secus tn̄ extra dictos casus,qa tunc per tertiũ deberet dari nouus libellus, & lis cõtestari.¶Considerandũ est ergo,ꝙ aut comparet tertius primo iudicio expedito,& tũc nõ cogitur primus victor satisdare possessori de eum reddendo in demnem,si tertius agẽs obtineat sentẽtiã, secus si cõparet tempore quo nondũ est finitum primũ iudiciũ, quo casu satisdare debet.gl.& Inno.in d.c.cùm super. & in d.l.is à quo. Et hoc intellige verũ, si primũ iudiciũ fuerit totaliter finitũ, videlicet ꝙ executio sit facta,& sentẽtia executioni demãdata. Nam si post latã sentẽtiam pro primo statim comparet tertius, & velit impedire executionẽ sentẽtiæ vincẽtis, tunc l. à diuo

Pio.§.

Pio.§.si sup reb⁹.ff.de re iudi.habebit locū.Sed si relicto vincēte agit cōtra victū adhuc possessorē,& nōdū deiectū,tūc consuliē de cautione indēnitatis.l.à Titio. ff.de verb.obl.¶Si verò terti⁹ nolit inchoare nouā instātiā,sed inchoatæ assistere, tūc cōcludendū est cum Anto.de But.in d.c.cùm sup.q si tertius prætēdit tale ius,cuius ad eū veluti in emptore marito & debitore, primo loco & principaliter spectat defensio, tūc pōt ipse tertius tripliciter assistere. Primò assistere, ne fiat collusio.Secundò liti assistere ipsam adiuuādo.Tertiò assistere assumēdo in se litem,cùm ad eū principaliter spectet defensio,& remouēdo reum à ꝓsecutiōe litis, iurib.supradi.hoc vltimū limitat Bar.in l.si ꝓplusorio. §.j.ff.de appel.ꝓcedere qñ à principio & añ litē cōtestatā à reo cōuento cōparet,quo casu etiā adhibet cognitio summaria.ꝓut ibi Bar.& doc. in l. Titia. ff.sol. mat.vbi dicūt idē esse,si ignorās ꝓcessū cōparet post litē cōtestatā:qa tūc cōtestatio nō sibi prēiudicat,sicut nec sentētia ignorāti.Si verò tertius sciuisset dictā litē contestari,& non cōtradixisset,tūc poterit remouere reū,nec assistere.l.post litē.ff.de ꝓcu.nisi cā ista superuenerit,vel nisi reus cōsenserit, qa tūc reo inuito poterit assistere,& cām iuuare:qñ s.est tale ius cui⁹ defensio principaliter spectat ad tertiū, qa si tale ius est cuius defensio principaliter non spectat ad tertiū,sed ęquè principaliter ad vtrunq;,veluti dū est quæstio de iure subiectionis,quia æquè interest subiecti ne dñm mutet.l.inuitus.ff.de fideicō.liber. & etiā patroni vel prælati,ne perdat dñium subiecti.l.si pariter. ff. de libera.causa. tūc terti⁹ ad duplicē effectū poterit cōparere.s.assistere liti,ne fiat collusio,& cām iuuare.d.l.si suspecta.ff.de inoff.testa.eo q æquè principaliter spectat ad conuentū.¶Sed vbi & tertiò esset talis tertius, ad quē secūdariò spectet defensio, & ad reū cōuentū principaliter,vt in venditore,tūc poterit venditor assistere liti,& eā iuuare , sed non poterit quo ad tertiū effectū litem in se assumere,saltē remouēdo conuentū.Et dic prædicta ꝓcedere ex parte rei cōuenti, non autē venditoris q solùm admittitur vt simplex defensor,vel vt ꝓcurator in rē suā, & sicut defensor necessarius.l.si actor.ff.de ꝓcu.cùm allegat.p Ange.in d.l.à sentētia.& hoc etiā inuito actore , & in iudicio moto cōtra emptorē, quo casu iurabit de calūnia, & totum iudiciū in se suscipiet,non tñ admittit animo nouādi, nisi actor velit,secundum Iac.de Are.Pet.& Cy.in l.j. C.vbi in rem actio.cum aliis alleg.p eundē Ang.licet gl.in l.liberto.§.fin.ff.de neg.gest. dicat istud,etiā animo nouādi admittendū esse eum , etiā inuito actore. quam tamen gl.omnes doctores reprehendunt.

Cautela. TV tamen in practica serua cautelā , quando venditor denūtiatus comparet,& vult in se assumere causam,videlicet q actor ꝓtestet, q non intēdit neq; vult mutare iudiciū suū cōtra reum iā inceptum, nec cōuētū intēdit liberare , & semp iudiciū suū ꝓsequat cōtra emptorē & possessorē,vide gl.Bar.& doc.in d.l. si actor.illa tñ glos.pōt saluari scdm Bal.in l.ij.in fi.C. vbi in rē act.q intelligat de nouatione instantiæ, hoc est de trāslatione dominij in ipsum,tanquā in procuratorē in rem suā,& non de nouatione actionis quæ liberat reū principalē ab actione proposita. cuius effectus magnus est, quia licet fiat nouatio instātiæ,tamen fiet executio in ipsum emptorē.d.l.pe.§.sed sciētibus.ff.de re iudi.sed si nouaret actio,nunquā in emptorem posset fieri executio , quia esset liberatus per nouationem, quod est tenendum mente.

Tertius ꝓsistit reo inuito. QVod autem dictum est tertium assistere posse,& cām iuuare,intelligendū est hoc etiam ꝓcedere reo inuito,adeo q si re⁹ vellet desistere à lite, & actoris seu agentis intētionem confiteri , posset tñ tertius ꝓsequi.d.l.si pariter.in fi.Intellige etiā prædicta procedere,qñ vult venire ante sententiā , & sic pendente litē principali:idem etiā dic procedere si vellet venire post sententiā suspensam per appellationem à reo interpositā,qa etiam posset appellare à sententia , si per reum non fuit appellatū.¶Aduerte tñ q sufficit libelli oblatio,& litis cōtestatio facta per reum,quādo tertius cōparet,& prosequitur litem cœptā per reum,qa hoc modo videtur ipse tertius approbare omne id qđ actum est ab ipso reo , prosequendo litem per reū incœptā.l.iij.§.falsus.ff.rē ra.ha.Secus si tertius inchoet nouā instātiam,vel ipse appellet,quia est noua instantia.l.ita demū.C.de ꝓcu.vbi do.meus Ias. licet Hosti. in d.c.cum super.de re iudi.teneat cōtrariū,† cùm nō 6
possit tertius non suo nomine gestum ratificare,dum illud vergit in sui vtilitatem:secus tñ si in sui præiudicium,† nam quis ratum habere potest in sui præiudi- 7
cium qđ suo nomine actum non est. text. peregrinus in l.si fundus.§.j.ff.de pign.Ex quib⁹ præmissis infertur,q si reus est conuentus vt detentator,vt est colonus, & tertius vt possessor compareat ante litem cōtestatam,& velit in se assumere litem , & reum remouere,quod poterit, cùm ad eum spectet defensio : secus si comparet post litem contestatā à reo, quo casu posset suscipere litē in se,ad hoc vt reus non condemnetur ad rem restituendā,quā ipse tertius possidet,licet non possit remouere reum ad hoc vt non cōdemnetur in æstimatione,quia in ea cōdemnabit, ex quo se obtulit liti,& lis est cum eo cotestata.arg.l.nec vllā. aliàs est.l.etiam si putauit.§.non solùm.de peti.hæ.& est ratio,quia si conuentus possideret rem, & sic non spectat principaliter causa quo ad possessorem ad tertium,licet prętendat ius in re,tñ non potest remouere conuentum à defensione.d.l.is à quo.&c.Si autem reus est conuētus super iure quod ipse non possidet, sed alius in dicto reo illud ius possidet , prout est in liberto,q nō possidet in se ius patronatus , sed patronus illud possidet in liberto,tūc patronus pōt assistere liti cœptæ,& illā iuuare.idem est in subiecto ecclesię vel clerico quo ad prælatos.Sed non potest patronus vel prælatus remouere subiectum,nec in se assumere litem prædictā,per Inno.& Anto.de But.in d.c. cùm super eo. quia æquè principaliter interest ipsius subditi,sicut ipsius superioris.d.l.si pariter.

DVbitari tamē posset, † an & quādo agitur contra 8 *Dubium.*
aliquē subiectum super iure subiectionis,an prę-
iudicet superiori subiecti.Inn.in d.c.cùm super.in gl. mag.in ver.appellatiōi.dicit,aut fuit acta causa à subiecto ipso superiore ignorāte,& tūc nec ꝓcessus , nec sententia sibi præiudicat:si autem sciuisset,tūc prę-
iudicat sibi quo ad possessionē,si non appellasset à sententia,sed non quo ad proprietatē, nisi interueniat in iudicio,& cām defendat. d.l. pe. ff. de re iud. & dū lra dicit,interueniēte,suppleri debet,&defendente,scdm quosdā ibi in glo.Sed Roge. glossator exponebat ibi, interueniēte,quod idē si sciat & taceat.gl.tamē in d. l. pen.in ver.interueniente.videtur inclinare in partem Roge.& illā sequit Bar.& Ang.¶Et pro hoc facit,† qa 9
si debitor patitur creditorem disputare de iure dominij super pignore in quo habet causam à debitore , fit sibi præiudicium,vt patet in d.l. pe.ergo eodem modo si patronus patitur libertum litigare de libertate quā habuit à dicto patrono,debet sibi præiudicare.& cum hac opi.cōmuniter transeūt legistæ.Quæ omnia qualiter decidi debeāt & concordari , & dominii scię-

BIU Cujas

tia,vel ignorantia, quomodo procedat quæstio,vide Ang.de Are.in l.à sententia.ff.de appel. plenè & ad lõ-
10 gum tractantẽ & disputantẽ.cõcorda vt ibi. ¶† Quando autẽ inferior se submittit iurisdictioni alterius domini,an noceat vero dño in possessorio? vide Bar.in l. quod meo.in pen.col.ff.de acqui.poss.& Ia..in l.si cõuenerit.col. iij.ff. de iur.om. iud. Et etiã si patiatur se trahi in ius,aut exerceri iurisdictionẽ alterius in eum ignorãte domino,non præiudicat vero domino.Feli. & Aret.pleniùs in c.cæterùm.de iud.Et ita dixi in casu emergenti pro ecclesia Heduen. contra dominum de Vouldenay.Et aduerte ꝙ quando inquietatur homo in iurisdictione aut subiectione domini,dominus potest etiam agere pro eo.vt tenet Ioã.Fabri in l.cùm aliquid.C.vbi causæ fiscales.

11 ITem † nunquid publicatis testibus & attestationibus cũ principali,poterit tertius alios testes producere, non obstãte dicta publicatione? Inn.vĩ in d.c.cũ super.tenere contrariũ ꝙ nõ, sicut nõ posset reus cõuentus sup eisdẽ articulis,vt in c.fraternitatis.de testi. in vj.ratio est, ꝙa si sentẽtia cõtra reũ lata præiudicat tertio nedũ in possessorio,sed etiam in petitorio,eadẽ ratione debet prejudicare processus,vt per Inno.in d. c.causam quæ.& ea quæ in d.l.à sententia.ff.de appel. allegat & disputat ad propositũ Ang.de Aretio.

ADDITIO. Sed an tertius veniẽs possit facere articulos eosdem vel contrarios,vide Mat.de affl.in cõsti.regni Siciliæ,quæ inci.iurisperitorum.in iij.hb. in primo nota.in xj.limitatione,vbi tenet quòd sic.

12 *Tertius quando appellare possit.* QVærit etiã ibi Ang.† qñ tertius possit appellare. & cõcludit ꝙ aut dñs sciuit,vel ignorauit.Si sciuit causam agi in prima instãtia cõtra reũ conuentum ateq̃ esset conclusum in causa,tunc põt appellare, vel appellationẽ prosequi, sicuti reus & conuẽtus. Si aũt ignorauerit oẽs ꝓcessus, vel sciuit vltimã appellationẽ post cõclusionẽ in causa,ꝙa tũc non posset suas defensiones formare,poterit tertiò ꝓuocare,qđ reus facere non posset,ne ignorãtia sua sibi noceat,dũmodò appellet intra decẽ dies,vide eundẽ Ang.ibi plura allegantẽ ac ponentẽ cautelã in practica, qñ scilicet appellãs dicat,iuro ad sancta Dei euãgelia,iuxta c.pastoralis.de excep.ꝙ nup (& maximè intra decẽ dies) ad mei notitiã deuenit, ꝙ talis sentẽtia ꝓ tali cõtra talẽ, in tali forma fuit lata,quæ mihi præiudiciũ facit,saltẽ qualequale,& me grauare põt,vnde appello.Nunquid aũt appellatio vel victoria huius tertij ꝓfit ipsi principali,notat Bar.in l.si qui separatim.ff. de appel. Et an sententia lata contra conuentum, cui tertius ꝓ suo interesse assistat in iudicio,noceat illi tertio, vide eundem Ang.in d.l.à sententia.ff.de appell.

Des enfans de plusieurs lictz.

RVBRICA VI.

NAscuntur tales filij propter secundas aut tertias nuptias,quæ tñ sunt intra annum à die obitus primi mariti vxoribus prohibitæ, quia intra tempus anni mulier debet lugere primũ maritũ.l.j.& ij.C.de secũ. nup. l. decreto.C.ex quibus causis infamia irrogatur.vbi plenè.& puniebãtur vxores trãseuntes ad secũda vota ante tẽpus luctus,hodie verò mortuo viro nubat in dño, se-
1. *Ad Corinth. 7.* cundum dictum Apostoli j.ad Corinth.vij. cauẽdum tamen est,ne ita tempestiuè transeat ad secunda vota, ꝙ nõ possit verisimiliter iudicari an partus qui sequitur,sit primi an secundi mariti, & sic propter turbationem sanguinis l.liberorũ.ff.de his qui notan.infa.

Sed oẽs pœnæ introductę de iure cõtra mulieres trãseuntes ad secunda vota intra annũ luctus de iure Digestorũ & Codicis sunt sublatæ per dictum Apostoli dicentis,mortuo viro nubat in domino. de quo in c. pen.& fi.& ibi plenè Panor.de secũ.nup.per Feli.post Panor.in ecclesia sanctæ Marię.de consti.in xlj.col. cũ duabus sequentib⁹. ¶ Aduerte,ꝙ eo ꝙ videbatur aliquibus istud esse prohibitũ, in aliquibus partib⁹ fuit introducta quædam consuetudo, † ꝙ fiebat & fit, le *chariuary*, contra secundò nubentes,sed istud est reprobatum,ita ꝙ de cætero facientes tenentur actione iniuriarum,nec eos excusat consuetudo. ita tenet Io. Fabri instit. de iniuriis.in vers.iniuria.& Auffre.in addi.ad decisiões Tholosa.decisio.cxl.& facit cõtra Cabilonenses,qui habent hanc consuetudinem etiam à talibus vxoratis extorquendi quicquid possunt. sed quidam hoc anno domini 1518.fuerunt vocati in curia suprema parlamenti Burgundiæ ad requestã procuratoris generalis propter extorsiones in dicto *chariuary*, factas. Aduerte etiã quia Lucas de penna in l, mulieres.in x.& xj.col.C.de incolis,lib.x. multũ laudat & commendat mulieres post mortem primi mariti continẽtes, quæ antiquitus corona pudicitiæ coronabantur. Quid autem dicat de mulieribus ad secundas nuptias trãseuntibus,vide eundem Lucam in l.quoties.C.de priuile.schola.li. xij.

1 Le chariuary.

ADDITIO. Hæ mulieres quo ad filios mariti ex primo matrimonio dicunt nouercæ,quæ semper per falsas suggestiones inducunt maritos ad iniuriã faciẽdã sanguini ꝓprio:vt dicit Ang.in l.nõ eñ.ff.de inoff. testam.& ibi dicit Pau.de Cast.ꝙ prę̃sumunt inimicæ priuignorũ,& qđ pater facit cõtra filios suos habẽtes nouercas,præsumit facere suasionibus nouercalibus, hinc nouerca dr̃ nocens arcus,vt dicit Alb. in suo dictionario refertur per Stephanum Bertrãdi in consil. suo cccxxxvj.vlt.col.in j.parte. qui prædicta dicit.

§. PRIMO.

SI l'homme a enfans de plusieurs lictz, la derniere femme suruiuant iceluy son mari, elle demeure douhée sur la portiõ de l'hoirie de sondict mari appartenãt aux enfans qu'elle a eu de luy seulemẽt, & non pas sur la portion des enfans des autres lictz, soit en douhaire diuiz, ou coustumier.

ET in hoc plus habẽt filij primi matrimonij quàm secundi, quod non est incõueniens, ꝓut in notabili casu cõsuluit Ale. in cons.suo clviij.incip.circa primum dubium.in v.vol.vbi dicit,† ꝙ stante statuto ꝙ maritus 1 *Quòd dotẽ lucretur quando intelligendum.* lucretur dotem vxore prædecedẽte in matrimonio, non habet locũ in muliere prædecedente in secundo matrimonio superstitibus liberis ex primo matrimonio,ꝙa illa dos reseruabitur filiis primi matrimonij, & tãtum maritus habebit,quantũ vnus ex filiis primi matrimonij. & hoc dicit tenere Bart. Bald. & Sali. in l.hac edictali.C.de secun.nup. Bald.in l.j. C. de inoff. dot.& in pluribus aliis locis.si ergo idem dicendum est in casu nostro à simili,nam † quia per consuetudinem nostram suprà positã in tit. *Des droicts & appartenances à gens mariez.* §.vj.quæ incipit, *Femme mariee* 2 *De dotario lucrando.*

selon

selon la generale coustume. vxor post mortē mariti habet doharium, hoc est vsumfructū, in medietate hæreditagiorū antiquorū, qa illud nō est intelligendū in marito prædecedēte in secūdo matrimonio superstitib⁹ liberis primi matrimonij, qa tūc tātū habet vxor pro dicto lucro sibi proueniēte, quantum vnus ex filiis primi matrimonij de iure. ¶Sed cōsuetudo ad tollendum istas ambages, voluit alio modo disponere, ꝙ tantū potest habere sup bonis antiqs eius mariti, quę ꝓueniunt ad filios procreatos ex se & dicto eius marito. quod potuit facere, cùm sit æquum, vt filij primi matrimonij per secūda vota non grauentur. nā sicut mulier debet relinquere lucra filiis primi matrimonij, & illis reseruare, & earū rerū est eis alienatio inter dicta. l. generaliter. & l. fœminæ. C. de secun. nup. Frāciſ. de Crema in sing. suo 75. incip. si maritus legauit mille. & in sing. suo 83. inci. mulier trāsiens ad secunda vota. & nota singulariter dicta per eundē de Crema in sing. suo 173. quod est vltimū, quod incip. consului pridie in causa eleganti. vbi dicit, † ꝙ lucra quæ habent mulieres & mariti ex statuto & consuetudine debent reseruari filiis primi matrimonij, licet Bal. voluerit tenere contrarium, sed malè.

3 *Lucra cō iugum.*

Quæstio.

PVlchrum esset nūc videre stante hac nostra consuetudine, quæ ꝓhibet vxorem dotari super bonis filiorū primi matrimonij, nunqd ista mulier quæ virtute consuetudinis nostræ suprà positæ in titu. *des droicts & appartenances à gens mariez.* §. xiiij. dat vxori post mortē mariti mediā partē mobili ū, nunquid ista pars mobilium accipi debeat etiā super parte filiorū primi matrimonij, an verò debeat vxor tātùm habere mediā partē mobiliū quæ ꝓuenerūt ad filios ꝓcreatos in secūdo matrimonio, sicut habet tātùm vsumfructū in parte filiorū ꝓcreatorū in secūdo matrimonio. Fui interrogat⁹ in casu, ꝙ nondū euenerat à quodā bono filio, qui mihi petiit si pater eius moreretur, nunqd eius nouerca deberet habere mediā partē omniū mobiliū, an verò tātùm deberet habere mediam partem mobiliū ꝓuenientiū ad filios procreatos ex eius patre & nouerca. Et iste filius erat de illis de qb⁹ Ouidius in j. Metham. Filius ante diē patrios inquirit in annos. Absq; reuolutione librorū ei dixi, ꝙ tātum deberet habere mediā partē mobiliū ꝓuenientiū ad filios ꝓcreatos ex patre suo & nouerca. & ideo ex idētitate rōnis dispositio isti⁹ cōsuetudinis circa lucrum doharij i muliere prędecedēte añ maritū in sēdo matrimonio, habebit locū in lucro mobiliū rōne cōicationis & societatis initæ inter maritū & vxorē. Quia nondū euenit casus, non aliter disputabo, dicā alibi.

Æquitas nostræ consuetudinis.

ET aduertēdū maximè ꝙ cōsuetudo nra fundatur sup æquitate l. hac edictali. C. de secun. nup. quæ loquit gñaliter in quocūq; lucro, siue sit in mobilib⁹, siue in immobilibus. Ideo etiā extendēda erit hęc cōsuetudo in prædicto lucro bonorū mobiliū, & † etiā 4 omne lucrū qđ capit mulier sup marito, intelligit filiis primi matrimonij nō extātib⁹. qa liberi primi matrimonij faciūt deficere cōditionē, vt iā dictū est hīc antè. & tenet Pau. de Cast. in cons. suo cccl vj. inci. suprascriptus dominus. in nouis cōs. in impressione noua Papien. ¶Et pro hac cōsuetudine bñ faciūt dicta p Ludo. Ro. in cōs. suo cccc xlviij. inci. vī primò. in ij. col. 5 vbi dicit, † ꝙ mulier trāsiens ad secūda vota, habens filios ex primo matrimonio, nō potest disponere nisi de quarta parte bonorū: ergo idē in marito, cùm sint correlatiua. idē Lud. Ro. in cons. suo cccc v. incip. præ- 6 suppositis terminis. dicit, † ꝙ etiam si cōtemplatione matrimonij fuerit facta donatio vxori, ꝙ per trāsitum ad secūda vota priuat ꝓprietate illius donationis, & reseruat filiis primi matrimonij, & hoc in prin. consilij, sed finaliter tenet ꝙ etiā non priuat illa proprietate. ¶Aduerte, qa oēs pœnæ introductæ de iure ciuili in fauorem filiorū primi matrimonij non sunt sublatæ, ita ꝙ l. fœminæ. §. illud. C. de secun. nup. habet adhuc hodie locū in muliere quæ trāsit ad secūda vota, vt amplè tenet Philip. Decius in consil. suo ccxxx. vbi etiā dicit, ꝙ illa lex in illo §. habet locum in marito. & ibi plus dicit, ꝙ etiā si vnus ex filiis primi matrimonij renūtiauerit in manibus patris, aut matris successioni eorū fratrū & sororū, ꝙ si tantū cidē successio alicui⁹ fratris aut sororis ex primo matrimonio eueniat matri quæ ad secūda vota trāsit, ꝙ post mortē matris in totum acquiretur filio primi matrimonij, & nō alijs. *Nota.*

¶Aduerte etiā † ꝙ si mulier habeat filios diuersorum matrimoniorū, filij primi matrimonij accipiēt lucra ꝓuenientia ex primo matrimonio, & filij secundi lucra ꝓueniētia ex secūdo matrimonio, & sic de singulis. nota. in l. si quis priori. §. talem. C. de secun. nupt. 7 *De filiis diuersorū matrimoniorum.*

SEd iterū quæro † per l. hac edictali. C. de secund. nupt. mulier non pōt plus donare marito q̄ sit reseruatū filiis primi matrimonij. certū est de iure ꝙ mulier cōmittens adulterium perdit dotē. vulgato c. plerunq;. de dona. inter vir. & vxo. an mulier committēs adulteriū in secundo matrimonio priuet dote, ita ꝙ acquirat secūdo marito in præiudiciū filiorum primi matrimonij, an verò eis reseruari debeat illa pars quę reseruaret si mulier donaret secūdo marito? text. in l. imperator. ff. de fideicom. lib. dicit, ꝙ † istud qđ ꝓhibetur alienari per contractū, sic etiā ꝓhibet per delictū. ex quo dicit Corsetus in repe. rub. de iureiuran. ꝙ in hoc casu tantū applicabitur marito quantū mulier potuisset donare. & dicit Franci. de Crema singu. suo lxxxvij. incip. statuto cauetur. ꝙ existentibus filiis primi matrimonij propter adulterium vxoris dos non applicatur secundo marito. dixi iam suprà. 8 *Quæstio.* 9 *Prohibitū alienari contractu, nec delicto alienatur.*

DE hac l. hac edictali. C. de secun. nup. & de tribus cautelis quę possunt dari cōtra eā, vide amplè p Deciū in cōs. clxvj. videlicet ꝙ donet omnia bona sua donec viuat, vel ꝙ donet filiis nascituris, vel ꝙ reseruata legitima filiis donet residuū marito, quę tū non sunt tuta, vt ibi: vel ꝙ terti⁹ interueniat q̄ velit se obligare solēniter marito, vel ꝙ derogēt dictę legi, hac edictali, vide ibi eundem Deciū. & amplè de d. l. an possit tolli p statutum, vel consuetudinē, & quomodo, per Fran. Curtiū cons. suo 78. & per Soci. consi. suo 35. in iiij. vol. & per do. meum Ias. in auth. prætereà. C. vnde vir & vxor. vbi amplè Aduerte tamen ad vnā ex limitationibus positis per Deciū in cōsi. suprà allegato, ꝙ licet mulier nō possit plus dare secūdo marito quàm vni ex filiis primi matrimonij, potest tū dare filiis secundi matrimonij. & ita cōsuluit Bal. qui truffatur de illis qui consulerunt contrariū. cùm de hoc dicat esse tex. ad literā. d. l. hac edictali. §. his illud. & illum refert & sequitur Bertrandi in consil. suo lxiij. in j. parte. Et idem Bertrandi in cons. suo clxvj. in j. parte, dat intellectum ad illam legem, in eo quod dicit ꝙ non potest plus relinquere marito q̄ vni ex filiis primi matrimonij, quod si parum, aut nihil relinquat, debet extendi vsque ad legitimam: quod est notandum.

§. SECVNDO.

LA femme du filz qui vient demeurer auec le pere & la mere dudict filz, ou auec le pere tant

BIU Cujas

seulement, ne participe point és biens dudict pere, mais luy demeure sauue ce ce qu'elle y a apporté pour le recouurer,& l'emporter, ou l'estimation, au profit d'elle & de ses heritiers.

SEd quæ sit differentia inter successorem in hęreditate,& successorẽ in dignitate,vide p Barb. in cõs. viij.in xviij.col.in ij. vol. vbi dicit , ꝙ successor in dignitate consequitur ex titulo defuncti ab eius promotore.c.ad decorem.de insti.

§. SECVNDO.



NNe peut exhereder, ses vrais heritiers , qu'on ne leur laisse leur legitime , qui est par coustume reputee la tierce partie des biens du trespassé,sans charge de legats,fraiz funeraux, & des donatiõs faites en derniere volonté , sinon par aucunes des causes d'exheredation declarees en droict.



NN multis locis in Frãcia nõ potest qs instituere,sed potest exhæredare. In comitatu Burgundiæ nihil de hoc disponitur, ideo erit recurrendum ad ius commune.

Vt dictum

VT dictum est hîc antè, verbum, hæres, prolatum intelligitur de vero. Bal. in rub. de causa possessio

1 Appellatione hæredis qui veniant.

nis, in fi. & in c. item cùm quis. de resti. spo. † sed quid cõprehendat, dic ꝙ illud qđ cõprehendit appellatiõe successoris, cõprehẽditur appellatione hæredis: quod verbum successor, cõprehẽdit omnes hæredes vniuersales. l. quædã. §. is autem. ff. de eden. & ibi doctores. Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posthu. Bart. in l. pater. §. mater. ff. de leg. iij. ¶ Et appellatione etiã hæredis in dubio intelligitur de vniuersali etiam extraneo. Bar. in d. §. mater. Soci. in cõs. suo ccl. incip. in causa Bonon. quæ agitatur. in j. col. & in consil. suo cclvij. in iiij. col. dicit, ꝙ verbũ hæres, de proprietate sermonis includit quẽlibet hęredẽ, & verbũ successor, quemlibet vniuersalem successorem. Imò etiam dicit in cons. suo cclxj. in pen. col. ꝙ appellatione hæredum veniunt etiam extranei. vide Pau. de Cast. in cons. suo cccl. in nouis cõsiliis, in impressione noua. Vide Panor. in c. in præsentia. de probationibus.

2 Hæres idem quod dominus.

ET aduerte, † quia verbum hæres, idẽ est quod dominus. Gl. in l. j. ff. si cert. pet. vbi dicit gl. hæres, id est herus, hoc est dominus. Hinc dicit tex. in l. itẽ Mela. §. legis Aquiliæ. ff. ad leg. Aquil. ꝙ legis Aqliæ actio hero cõpetit, hoc est dño. Et quid cõtineatur appellatione hæredis, vide tex. in l. sciendum. & in l. hæredũ. ff. de verb. sign. & doct. in locis hîc antè allegatis. ¶ Et

3 Hæres dupliciter sumitur.

aduerte † ꝙ verbũ hæres sumitur dupliciter: vno modo ꝙ hærede sanguinis, alio modo pro hærede hæreditatis, vt dicit Inn. in rub. de iure patronatus. quem refert Bal. in c. j. in tit. de eo qui sibi & hæredibus suis masc. & fœmi. inuesti. peti. & in his est differẽtia: quia in hæredibus sanguinis, nomen hæres, habet significare qualitatem successoris, & in aliis habet significare qualitatẽ successionis. ¶ Item iura sanguinis attribuuntur cuilibet successori pro virili: sed iura hęreditaria, pro hæreditaria portione. Ista sunt verba Bal. in dicto loco. ¶ Aduerte tamen ꝙ etiam hęres in certa re cum protestatione quòd non teneatur ad debita nisi pro parte, tenetur in totum, si non sint alij hæredes. vide Boërium tit. de test. §. j. gl. in suis cõsuetudinibus Bituricen.

Quæstio notabilis.

SVccedit alia notabilis quæstio quę potest euenire, vt habemus infrà, *des successions des bastardz.* princeps succedit bastardo, & sic dr eius hæres: an hoc casu si testamentũ fecerit bastardus, teneatur relinquere principi legitimã, & sic tertiam partem bonorum, posito ꝙ testari possit? De quo articulo dixi j. in dicto tit. §. ¶ Videtur primò ꝙ sic, cùm sit loco hæredis: vt tenet Bal. in l. j. in j. col. C. de bonis quæ libe. & Bar. in l. nõ intelligitur. §. cùm ex causa. ff. de iure fisci. Dixi infrà dicto tit. §. j. in gl. in verbo, succedere. ¶ Cõtrariũ tamen posset sustineri, quia verba statuti sunt propriè intelligenda. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Ias. in authẽ. vnde & si parẽs. in iij. co. C. de inof. testa. nec verba propriè intelligũtur, cùm aliquid habetur pro tali, vel loco talis, vt dicit Bar. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ad l. Iuliam de adulter. & per plura probat dns meus in l. prætor ait. §. siue autem. ff. de noui operis nuntia.

4 Haberi pro tali & esse talem differunt.

† ꝙ aliud est esse talem, & haberi loco talis: imò si aliquis habeatur loco talis, illud est impropriè esse talem, vt dicit idem do. meus Ias. in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. substi. sed in statutis non est assumenda impropria significatio seu interpretatio, vt dixi in pluribus locis: igitur, &c. & hæc omnia dixi, & multò plura in casu contingente pro defensione successionis cuiusdã, qui tamen erat legitimus, licet per invidiam fuerit oppositum quòd esset bastardus, quod tamen non erat verum, imò iustificaui ipsum fuisse legitimum.

IN TEXTV IBI,

Qu'on ne leur laisse.

ADDITIO. Istum verbum, *laisse*, gallicè prolatũ, potest adaptari prolatũ aut ad vltimas volũtates, aut ad cõtractus, prout dicit Stephanus Bertrandi in cõs. suo cccl xxv. in ij. parte. sed aduerte, qa hoc verbũ hîc positum intelligitur per institutionẽ, prout ita declaratur per consuetudinẽ sequẽtem, vbi amplè dicam.

IN TEXTV IBI,

Leur legitime.

VEllem † scire quibus de iure debetur legitima. Bal. in l. maximum vitium. in vlt. col. C. de liberis

1 Legitima quibus debeatur.

præteritis, dicit ꝙ non debetur nisi veniẽtibus ab intestato ad successionem alicuius, & non debetur trãsuersalib⁹ nisi in vno casu, scilicet in casu §. ingratitudinem. in auth. de nuptiis. coll. iiij. videlicet fratri. l. fratres. C. de inoffic. testa. & ita dicit Bal. in auth. ex causa. in ij. col. C. de liber. præter. vel exhæredatis. vbi dicit, ꝙ propriè transuersales non dicuntur exhæredati, quia nemo tenetur eos instituere nisi in vno casu, vt hîc dicitur. dicam plenè de hoc in §. sequenti.

ET debetur † legitima filiis iure naturæ. i. de iure

2 Filiis iure naturali.

naturali, secũdum ꝙ filius debet succedere patri. prima distinctio. c. ius naturale. & Bal. in l. fin. §. ipsum. C. de bonis quæ libe. Dy. in regula, indultum. de reg. iur. in vj. do. meus Ias. in l. si arrogator. xix. col. ff. de adopt. † & legitima est quasi debita filio, & in ea dicit

3 Legitimæ varia nomina.

creditor filius. Alex. in cons. suo xlvj. in vj. col. in j. vol. & Soci. in cons. xxx. in x. col. ibi, xij. & in cons. suo cl. in v. col. vbi dicit, † ꝙ in hoc aliquãdo appellatur legitima, aliquando debita portio, vt in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. aliquando simplex debitum. §. j. in authen. de trien. & semisse. aliquando debitum iure naturæ. l. si totus. C. de inoffi. dona.

4

QVo iure † autem debeatur ascẽdentibus? Bal. in dicta auth. nouissima. in j. q. C. de inoffi. testa. di-

5 Ascendẽtibus quomodo.

cit ꝙ debetur iure naturali. dicit tñ idẽ Bal. in l. j. C. de legi. hære. ꝙ debetur ratione naturali. & in §. ius naturale. insti. de iure naturali gẽtium & ciuili, ꝙ debeat iure positiuo non naturali: & ideo more solito est sibi in hoc contrarius. vide Ludo. Roma. in cõs. suo xxxij. in pe. col. vbi dicit ꝙ est debita de iure ciuili & positiuo: & ideo, vt dicit, potest in totum tolli.

IN TEXTV IBI,

La tierce partie des biens.

ADuerte † ꝙ legitima est tertia pars eius qđ pro-

1 Legitima quid.

ueniret ab intestato debita iure naturę ęre alieno deducto, & funeris impẽsa. notãt docto. in auth. nouissima, post gl. C. de inoff. testa. istud est verum de iure communi, sed per consuetudinẽ nostrã legitima est tertia pars substãtię vel patrimonij patris, vel alterius prędefuncti. & hoc põt statutũ seu cõsuetudo quę au-

2 Cõsuetudo minuere potest legitimam.

get in hoc legitimã. † nã potest consuetudo & statutũ augere & diminuere legitimam. Dynus in regula, in dultum, de reg. iur. in vj. Bar. in l. fi. in prin. ff. de bonis damnatorũ. do. Ias. præceptor meus in l. extraneũ. in iiij. col. C. de hære. insti. doc. in c. Rayn. de testa. Ludo. Ro. in cõs. suo xxxij. & maximè ꝙ possit augere, tenet Soci. in cõs. suo xciij. in ix. col. ibi, circa tertiã dubitationẽ. nã ista legitima de qua est secũdum definitionẽ Sali. in d. authen. nouissima, quod dicit do. meus Ias. posse fieri per statutum, sed de iure communi secus.

BIU Cujas

3 Sed an in totum tollere.

ET ad illud † quod dictū eſt, ꝙ legitima poteſt minui per ſtatutū,& an in totū poſſit tolli, vide do. Soci.in conſ.ſuo v.in j.col.deciſio.capellæ Tholo. deciſi.ſua ccccxxxvij.vbi dicit,ꝙ iſta eſt cōmunis opinio ꝙ pōt minui,ſed non in totū tolli.& dicit Soci.in cōſ. ſuo xxx.in j.& ij.col. ꝙ hæc opinio tanquā humanior & æquior eſt ſequēda.plura ad hoc allegās quæ videri poterūt.idē tñ Soci. in cōſ.ſuo cclxxxviij. in xj. col. dicit,ꝙ cōmunis eſt opinio,ꝙ ſtatutum poteſt tollere in totum legitimā. ¶ Credo ꝙ opinio Soci. prima eſt æquior,maximè in legitima debita filiis iure naturæ,

4 Iura ſanguinis tolli nō poſſunt.

quæ non poteſt tolli:quia iure ſanguinis debet.†quæ iura minimè tolli poſſunt.l.iura ſanguinis. ff. de reg. iur.vt plenè dicit idem Soci.in dicto conſ.xxx.ſed alia legitima quæ debetur aſcendētibus iure poſitiuo, vt dixi,poteſt in totum tolli.ſi tamē caſus eueniret,eſſet diſputabilis,& multum dubitabilis.

ADDITIO. Vide Io.Sanxon. in conſuetudinibus Turonen.tit. *des ſucceſsions des fiedz.* artic.xxvj.dixi in tit. *des mainſmortes.* §.xiij.in gl.j.

5 ET hāc † legitimā habere debemus ex re mediocri non meliori,nec viliori. Guid. pa. quæſtione 608. & Iaſ.in l.ſcimus,in ij.col.C.de inoff.teſt. & in l. filiū quem,in viij.col.C.familiæ erciſ. & dicit do.meus in
6 d.l.ſcimus. † ꝙ filius non poteſt cogi accipere hāc le-
7 gitimam in pecunia.† & hanc legitimam poteſt filius accipere propria authoritate.Idem do.Iaſ.in l.non eſt dubium.C.de leg.& in l.non amplius.§.fi.ff. de leg. j. Alexan.in conſi.ſuo lxix.in vlt.col.in j.vol.& j. codē §.ver.pen.

ET aduerte ꝙ filius poteſt in Francia ſe facere manutenere in vim guardiæ in ſua legitima ſibi de iure debita:cùm in ea ſit ſaiſitus in vim conſuetudinis generalis, quæ eſt,ꝙ mortuus ſaiſit viuum etiā contra Bar.in l.ij.C.quando & quibus quarta pars debetur, libro decimo. vt tenet Gul. Benedicti in ſua repet. c. Rayn.in verbo,mortuo itaque teſtatore, *le ſecond.*nu. 74. de teſtamentis.

IN TEXTV IBI,

Du treſpaſé.

1 In legitima attēditur tempus mortis.

NOta ergo ꝙ in † legitima quanta eſſe debeat, attenditur tēpus mortis patris defuncti, nec curat an aliis temporibus habuerit ampliores facultates. l. cùm quæritur. C.de inoff.teſta.Ita ꝙ fructus debētur à tempore mortis,auth.nouiſſima.ibi,ſequente, & ibi gl.& doct.in l.in fideicommiſſariam.ff.ad Trebel.Bal. in l.non eſt ambiguum. C.fami.erciſc.quod eſt verū, quū petit titulo vniuerſali, ſcilicet petitione hæreditatis tanquā ſit hæres in illa, ſecus ſi peteretur titulo particulari,ſeu ſingulari,vel officio iudicis,puta quia ſuper ea trāſegit,& petit trāſactionem reſcindi ex capite læſionis , hoc caſu debetur à tempore litis cōteſtatæ , quia hæres per tranſactionē fuit effectus bonæ fidei poſſeſſor:ex quo hoc caſu deueniendum eſt ad l. certum.C.de rei vend. & ad l.ex diuerſo.ff.eod. de rei ven.Et in ſuppleméto legitimæ crederem ꝙ cùm aliquid habuerit p legitima,ꝙ pro ſuppleméto nō agat titulo vniuerſali,ſed ſingulari,ſcilicet condictione ex lege.vt tenēt doctores,maximè do.Iaſ.in l.omni modo.C.de inoff.teſta.ꝙ hoc caſu deueniendum eſt ad l. certum.ſuprà alle.quoniā qui veniunt titulo ſingulari,veniūt officio iudicis mercenario,qđ facilius tollitur,vt dicit Bal.in d.l.nō eſt ambiguū.& ibi Sali.& maximè qa ſupplementū non debet niſi petatur,vt dicit idem do.meus Iaſ.in l.ſcimus.C.de inoff.teſt. & in §. bonę fidei,xxiiij.col.inſti.de actio.Et iſtud idem eſt in legitima patroni.l.etiam. §. ſi patronus. & l.ſi patronum.§.fi.ff.de bonis liber.ex quo inferendū,† ꝙ pater 2
in vita ſua non tenet dare legitimā filio quāuis dicat in euāgelio, Lucæ 15. Pater, da mihi partē ſubſtantiæ quæ me cōtingit.& ꝙ non teneatur pater,eſt tex.in l. j.§.ſi impuberi.ff.de coll.bono.Bar.i auth.ſi qua mulier.circa.fi.de ſacroſan.eccl.Bar.in l.quanquā.C.ad l. Falc.Bal.Ang.& alij,maximè Iaſ.in l.ij.in iij.col.in ij. notab.ff.de vulgar.& pupillar.ſubſtit.nam filij in vita patris habent ſolā ſpem ſuccedēdi poſt mortē patris, quæ ſpes non habet tantum ius de præſenti. ita dicit Bar.in l.is poteſt.ff.de acqu.hære.& ideo dicūt Cy.& Bar.in l.fi.ff.de lib.agnoſcē.† ꝙ pater in vita non tenet 3 Pater vi-
aſſignare legitimā filio,quia debet expectare tempus mortis,cùm filius in legitima viuo patre nullū habeat ius,contra gl.in §.ſi verò non implēs.in auth. de hæred.& Falci.† imò qđ eſt plus,etiā ſi pater vendat diſſipando bona,non poſſent petere filij ꝙ iudex cogat aſſignare legitimā,vel aliquē fundū,prout dicit Bald. in l.non poteſt.ff.de adop.ipſe tñ Bal.more ſolito ſibi cōtrarius,tenuit cōtrarium in l.ij.C.ſi in fraudem patroni.de quo per Iaſon.§. item ſi quis in fraudē. in ij. col.inſt.de actio.& in l.nam poſtea.quam legit cum l. ait prætor.§.ſed & ſi quis in fraudē. in ij.col. ff. de iureiu. & in auth.nouiſſima.C.de inof. teſta.

QVādo † autē pater amiſit omnia bona in ludo, §
nūquid filij poſſent reuocare vſq; ad legitimam tanquā cēſeatur titulus lucratiuus?ponit Bal.in l.j. in fin.C.ſi in fraudem patro.idem do.meus in d.§.ſed & ſi quis in fraudem.in ij.col. ff.de iureiu.& in l. filium quem.in vj.col.C.familiæ erciſc.

TEnendo ergo opinionē Bal.in d.l.ij.C.ſi in fraudē Prædictorum limitationes.
patro. limita hanc præcedentem concluſionem vno caſu,ſcilicet quādo pater diſſiparet bona:quia filij poſſunt petere ꝙ eis aſſignetur legitima pro alimentis,etiam in vita patris : credo quòd opinio contraria ſit verior:officium tamē iudicis in hoc multùm faceret,ſi iſta fierent iudicis officio. Pro alimentis.

LImita ſecundò,niſi pater omnia in ludo amiſiſſet: Amiſſa ludo.
quia filius poteſt reuocare amiſſa per eū in ludo illicito vſque ad legitimam:vt dicit Bald. in l.j.C.ſi in fraudem patro. antè allega.non pono pro conſtanti.

LImita tertiò , niſi pater in vita fecerit immenſam Immenſa donationem.
donationem , ita ꝙ filij ex reſiduo parū haberent pro legitima:quia tunc non inſpicitur tēpus mortis, ſed tēpus donationis.ita tex.in auth. vnde & ſi parēs. vbi doct. C.de inof.teſta.& Iaſ.in l. cùm quæritur. C. eodem, de inof.teſta.

LImita quartò , niſi pater ingrediatur monaſteriū: Abingrediente monaſterium.
qa tunc viuo patre adhuc naturaliter debetur legitima.tex.eſt reputatus ſingularis,& ibi gl.in c. cùm ſimus.de regula.per quē ita dicit Bald.in auth. ſi qua mulier,in vlt.col.& ibi Bart.C. de ſacroſan.eccleſ.per quē tenet ita ibi,non recordatus de textu canoniſtarū in c.cùm ſimus.quicquid ſit, in hoc dubitant legiſtæ. vide ad plenum per Iaſ.in d.auth.ſi qua mulier.in pe. col.C.de ſacroſan.eccle.& per Antonium Corſetum in ſing.162.in verbo,legitima. quæ nota.

LImita quintò ſupradictā concluſionem , niſi eſſet Pro delicto filij.
ſtatutum diſponēs ꝙ pater teneatur aſſignare filio legitimam pro delicto filij , quod ſtatutum valet. c.ij. & ibi docto. de deli. puerorum. Iaſon in authen. nouiſſima.in fi.ij.col. & in fin.iij. col. C. de inoffi. teſtam.& in l.cùm quæritur.C.eo.& an tempus delicti, an condemnationis ſit inſpiciendum,vide dom.meū Iaſ. ibi non multum inſiſto , quia non eſt magnæ efficaciæ apud nos.

Limita

BIU Cujas

6 Volũtas. LImita sextò prædictã conclusionem, & hîc attendũ est, † nisi pater volũtariè assignasset legitimã filio: tunc si postea augerẽtur facultates patris nõ attenderetur tẽpus mortis patris, sed tẽpus assignatæ legitimæ: nec põt petere aliquod augmentũ legitimę. ista fuit originalis cõclusio Iaco. But. in l. pactũ. C. de colla. quã pro eleganti refert & sequitur Bal. in l. ij. C. de reuocã. his quæ in frau. credi. & in l. fi. circa iij. col. C. de vsuris rei iudi. & in auth. res quę. vers. statuto cauetur. C. cõmunia de leg. sequitur Ang. in l. si proponas. §. si hæreditatẽ. ff. de inoffi. testa. & idem Ang. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obli. ista opinio videtur esse falsa, & reprobatur cõmuniter p tex. expressum in l. si qñ. §. j. C. de inoffi. testa. vbi casus ad

7 Pactum inter patrẽ & filiũ de non querelando testamentum. literam, † ꝓ per pactum fieri non põt inter patrem & filiũ, & ꝓ filius nõ possit querelare testamentũ. rationem ibi assignant doct. & ita per illũ tex. Bal. reprobat illam opinionem. in d. l. pactum. in vlt. opinione. C. de col. & in l. quãuis. in fi. C. de fideicõ. & Ias. in d. authẽt. nouissima, in iij. col. & in d. l. si quãdo. §. j. C. de inoffi. testa. cõ alle. per eũ in d. locis. vltra quod addit pro cõfirmatione miserabilẽ decisionẽ Bal. in c. cũ M. Ferrarien. in iiij. col. de cõsti. ibi. & est argumẽtũ † ꝓ filia quæ recepit dotem ꝓ legitima promisit nihil amplius petere, ꝓ post mortẽ patris poterit filia à fratribus augmentũ petere, si excreuerint facultates illius prædefuncti, per tex. in d. c. cũ M. Ferrarien. ista est mirabilis

Casus facti. decisio, & fecit me hoc anno multũ dubitare in casu emergenti. Venerabilis & discretus vir do. Iaco. A. nuptui dedit dñam Mariã B. eius neptẽ, & filiã suæ sororis, honorabili & sapiẽti viro magistro C. in legib⁹ licẽtiatio, quã quidẽ desponsauit anno do. mccccclxxxix. Et in cõtractu matrimonij dicta domina Maria B. de authoritate sui mariti renuntiauit oĩbus bonis dicti domini Iacobi A. & successionibus ipsius & fratrum dñi Iacobi mediante certa summa quã dictus dominus Iacobus eidẽ dominæ Mariæ in dotẽ dedit, & pro eius legitima. qui quidẽ do. Iacobus tunc temporis, scilicet renũtiationis factæ per dictã dominã Mariã, non erat multũ diues, neq; potẽs: postmodũ effectus est diues & potẽs, ita ꝓ acquisiuit bona post dictã renũtiationẽ factã, excedẽtia valorem quindecim mille francorũ, & cũ cõsuetudo nostra ducatus Burgundiæ dicter ꝓ oẽs habiles ad testandũ debẽt relinquere veris hæredibus legitimã titulo institutionis, ꝙ secdm cõsuetudinẽ nostrã sunt vbicũq; sint in quocũque gradu, dũmodo sint proximiores, vt erat prędicta dña Maria, quæ erat filia sororis prædicti dñi Iacobi. & sic per repręsentationẽ secundũ cõsuetudinem nostrã debebat habere legitimã titulo institutionis. dicebatur ex parte dictæ dñæ Mariæ, ꝓ non erat instituta, licet esset hęres, & sic ꝓ testamentũ erat nullũ, & sic ꝓ debebat venire ad successionẽ p repræsentationẽ suæ matris. ¶ In oppositũ per fratrẽ dicti dñi Iacobi dicebatur, ꝓ ex quo habuerat legitimã in vita dicti domini Iacobi, seu dotẽ loco legitimę, ob quod renũtiauerat oĩbus bonis prædicti domini Iacobi, & successionibus mediante iuramẽto, cum promissione de non amplius aliquid petendo, ꝓ amplius ad prædicta bona redire nõ poterat: & sic ꝓ prędictus do. Iacobus non tenebatur eam instituere hæredem, & quòd non potest rumpere testamentum, cùm fuerit exclusa. Ex parte dictæ dominæ Mariæ, & per eius maritũ aduocatum dicebatur, ꝓ licet renuntiasset omnibus bonis cum promissione de non amplius aliquid petendo, ꝓ tamen nõ erat exclusa à petitione legitimæ bonorum super excrescentium post prædictã renuntiationem.

¶ Istam quæst. examinat Luc. de Penna in l. ij. in fin. C. de prædiis & omnibus rebus nauicularioru, li. xj. vbi tenet ꝓ potest petere augmentum dotis.

QVid dicendum? nunquid dicta domina Maria debeat habere legitimam bonorum & facultatum quæ superexcreuerunt, & an possit petere augmentũ in legitima ratione superexcrescentiæ illorũ bonorũ & facultatũ? ¶ Item etiã aliud est, quia dicta domina Maria habet fratres & sorores, qui licet non renũtiauerint, opponitur tamẽ eis ꝓ mater eorũ renuntiauerat, ex quo sunt excluſi: & sic dicta domina Maria est exclusa duplici de causa scilicet propter renũtiationẽ matris, & propter renuntiationem. ¶ Sed aduertendũ est ꝓ ex quo post dictas renũtiationes dictus quondã dominus Iacob⁹ acquisiuit plurima bona, & dicta domina Maria & eius fratres, nõ obstãtib. prædictis renuntiationibus, poterunt petere augmentum dotis p Bal. in d. c. cùm M. in iiij. col. de consti. etiam licet iurauerint non amplius aliquid petere in dictis bonis per tex. multũ notabilem in d. c. cùm M. vbi erat certa constitutio iurata de certo numero canonicorum, & quod plus erat confirmata per summum pontificem, cum clausula decreti annullatiua: & tamẽ superexcrescentibus facultatibus ecclesię, possunt nõ obstãte iuramento alij canonici addi, eo † ꝓ iuramẽtum intelli- 9
gitur de rebus sic se habẽtibus prout tũc se habent. c. 10 Iuramẽtũ non extenditur ad futura.
cũ inter. de renuntia. & dicit ibi † ꝓ iuramentum non extenditur ad futura.

ADDITIO. Aduerte & intellige de huiusmodi superexcrescentia & augmẽto, ꝓ ad illa iuramentũ filiæ non extenditur nisi expressè ad hoc renuntiauerit: & ideo consuluit G. Benedicti ꝓ quãdo fiunt tales renũtiationes, ꝓ opponatur clausula, si bona patris ẽt augmentetur: quoniã ex hoc præsumitur certiorata. ita tenet prædictus G. Benedicti in repetit. c. Ray. in verbo, duas habẽs filias, nu. 266. de testa. vbi ad hoc alleg. Ias. in auth. nouissima. C. de inoffic. test. non credo tamen ꝓ istud obseruaretur apud nos in filia dotata secundũ cõsuetudinem nostrã, sed in legitima secus. ¶ De hac clausula vide eundem Ias. in l. ꝓ Seruius. in ij. col. ff. de condi. ob causam. vbi etiam ponit quando dispositio generalis trahatur ad futura. vide Cæpollam in tractatu seruitutum vrbanorum prædiorum, tit. de furno. vbi etiam dicit, † quòd verba in dubio intelligũ- 11
tur secũdum tempus prẽsens. l. si cum meus proprius, cum ibi not. ff. si seruitus vendicetur. clemen. literas. de rescrip. Et faciunt quæ dicit Alberi. de Rosate in l. Rutilia Polla. ff. de contrahẽ. emp. † ꝓ in dubio verba 12
cõtractus intelliguntur secũdum quod apparet tempore contractus.

ADDITIO. Et etiam ꝓ iuramentum aut quælibet alia dispositio intelligatur rebus sic se habẽtibus, ponit Matt. de affl. in cõsti. regni Siciliæ, quæ incipit, authoritatem. in iiij. not. vbi dicit ꝓ iuramentum alicui præstitum intelligitur durante eo cui prẽstitum est & remanẽte in suo statu. ¶ † Et de clausula & materia il- 13
lius vide Boërium in consuet. Bituricen. tit. de testa. §. vj. col. xj. gl. illius. §.

ET facit pro hoc tex. in l. si quando. §. j. C. de inoffi. test. quem ad hoc ponderauit Bal. in l. pactũ. C. de colla. in vj. oppositione, vbi est tex. † ꝓ etiam filia per 14 Filia nõ potest renũtiare legitimæ.
pactũ non põt renũtiare legitimæ, quia iuri de futuro renuntiari non potest: legitima enim in vita patris nõ debẽt. dixi suprà. Ideo si renũtiet legitimæ, iuri de futuro renuntiatur, prout tenet Ias. in d. §. j. & hoc tenet contra Iacob. Butrig. qui tenuit expressè contrarium, dicendo quòd si pater in vita voluntariè assignauerit

BIU Cujas

legitimam, ſi poſtea augeantur facultates patris, non pōt amplius vltra petere. quam deciſionē ſecutus eſt Bal. in pluribus locis, vt dicit ibi Iaſ. Sed tamē illa deciſio. Iac. But. non. pōt in hoc caſu ſuffragari, quia dña D. mater dictæ dñæ Mariæ non habuit tēpore renūtiationis factæ per eā dotē integrā, hoc eſt aſcendentē vſq; ad legitimā, & ſic minus legitima habuit ꝓ dote: & etiā dña Maria tēpore dictæ ſuæ renūtiationis, quæ tūc iā repræſentabat eius matrē, nō habuit ꝓ ſua parte quæ eidē debebatur ab inteſtato integrā legitimā, ſed minus habuit. Ex quo ēt licet renūtiauerit, poterit tñ agere ad ſupplemētum legitimæ, & ad augmentū, prout ita intellexit Imo. in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. in iij. col. ff. de verb. obli. Et Iaſ. in auth. nouiſſima. in iij. col. C. de inoff. teſta. & in d. §. j. Et ideo ex ſupradictis datʒ magna limitatio ad c. quanuis. de pac. in vj. hāc deciſionē Bal. latè multū examinat Fran. Curt. antiquis, qui prædictā diſtinctionem facit in conſ. ſuo vlt. in antepē. & vlt. col. Vide eū quia multū bene examinat. Et etiam illam amplè examinat Barbatia in repet. rub. C. qui admitti ad bon. poſſeſ. poſſunt.

QVando prædicta deciſio Bald. eſſet vera in caſu ſuo, videretur adhuc ꝙ nō poſſet adaptari ad caſum præcedentē, & de nihilo operatur: quia filio fratris & ſororis nō debetur legitima, quia nulli trāſuerſali, excepto fratre primi gradus, cōpetit querela. l. fratris vel ſororis. C. de inoff. teſta. ergo à fortiori eidem dñæ Mariæ filiæ ſororis dicti dñi Iacobi, nō competit ſupplementū: quia nunquā cōpetit ſupplementū, niſi ille cui nihil relictū erat ꝓ legitima, haberet querelā inofficioſi: & nunc aliquid modicum relictū eſt. l. omnimodo. & l. ſi quis filiū, cum ibi notatis. C. de inoffi. teſta. igitur &c.

POſſet etiā dici ex aliis cauſis, ꝙ nō poteſt agere ad ſupplementū legitimę, quę dicā. ꝯ. in hoc tit. §. *femme mariee*, quando tractabo materiā, nunquid filia nō congruè dotata poſſit agere ad ſupplementū congruę dotis. Et ibi allegaui Decium conſi. cclxxvj.

IN TEXTV IBI,

Sans charge de legats & fraiz funeraux.

1 *Statutū quod quis teſtari non poſsit in præiudiciū filij an valeat.*

NVnquid † valeat ſtatutū ꝙ quis non poſſit teſtari aut legatū facere, ſeu relinquere (etiā pro anima) in præiudiciū filiorū? & ſic incidimus ad practicam, an ſcilicet iſta cōſuetudo intelligatur ēt ſi ſint legata facta ad pias cauſas & pro aīa quantum ad practicā eſt deciſum per cōſuetudinē, ꝙ etiā pro anima nō poteſt relinquere per hāc cōſuetudinē noſtrā, per hęc verba, *& fraiz funeraux*, ſed an de iure valeat, Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, in verb. ad idē adduce, qđ no. Pet. de Anch. de cōſti. dicit ꝙ nō, allegādo tex. in c. quicunq;. 2 xvij. q. iiij. & intellige illū tex. † in legitima in qua magis fouet filiis quā eccleſiæ. Probat tex. in auth. ſi qua mulier. & ibi Bal. & Sali. C. de ſacroſ. eccle. ¶ Aduerte, 3 *Quæ dicantur relicta, ad pias cauſas.* † qñ dicatur quid eſſe relictū ad pias cauſas. vide Ioā. Sanxon. in conſue. Turon. tit. *des donaiſons faictes entre gens roturiers*, artic. j. fol. cxxj. vbi dicit, ꝙ quicquid ſit relictū pro ſalute animæ ēt ſi diuiti. Itē cū relinquitur aliquid miſerabilibus perſonis. Itē cū relinquitur piis locis. Itē qñ quid relinquitur pro redimēdis captiuis. Itē pro puellis maritādis. Itē qñ quid relinquitur pro luminaribus vel ornamētis eccleſiæ, vel fabrica, vel libris, aut aliis rebus quæ ad diuinum cultū ſpectāt. Itē qñ aliquid relinquitur ad cuſtodiā ciuitatis, aut locorum communiū vel publicorū. Itē quādo ad refectionem pontium. Itē ſi fiat legatū pio loco vel pauperibus pro reſtitutione malè ablati incerti. de quibus omnibus ad plenū videas Ioan. Sanxon. ibi: & ibi ponit multa de pia cauſa, & de fauore piæ cauſæ, vide amplè Ro. in repet. authen. ſimiliter. C. cōia de lega. & eundē Sanxon. titu. *des ſucceßions des gens roturiers*, artic. viij. quando ponit de legato facto conſanguineo pauperi.

ADuerte, qa in quantū dicit, ꝙ legitima nō dēt one rari impēſa funeris, qa legitima accipitur deducto ære alieno, & funeris impēſa. l. Papinianus. §. quarta aūt accipiet. ff. de inof. teſt. & Iaſ. in l. fi. §. in cōputatione. in iij. col. C. de iure deliber. ſed bene verum eſt, † ꝙ omne aliud grauamē dēt reiici, oīs cōditio & omnis dilatio. l. quoniā in prioribus. C. de inoffi. teſta. & ibi Iaſ. qui ampliat & extēdit duabus ampliationibus. 4 *Omne grauamen illegitime impoſitum reiiciendū.*

PRimò ſcilicet, etiā ſi cōditio adduceretur quæ eſſet merè poteſtatiua & facilis: vt puta ſi pater inſtituat filiū ſub cōditione ſi voluerit. l. iam dubitari. ff. de hære. inſti. quia talis conditio debet reiici: & ratio, † quia ſi filius moriat antequā declaret ſe velle hæredem, non traſmittit ad hæredes. l. ſi ita legatū. §. illi ſi volet. ff. de lega. j. & ſic cū ſua interſit ꝙ traſmittat: ideo tenetur, ſecundū Bal. & alios in d. l. quoniā. Imola in d. l. iam dubitari. 5

SEcundò ampliat & extēdit dictā legē, etiā ſi filius eſſet inſtitutus in alia re cū legitima, quia cōditio reiicitur vel grauamen, vſq; ad legitimā: & in reſiduo dūrat. tex. in l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffi. teſta.

TErtiò amplia, etiā ſi eſſet appoſita clauſula, ꝙ pater iubet filiū eſſe cōtentū tali relicto, vt tenet Iaſ. in l. ſi quando. §. generaliter, in j. col. C. de inoffi. teſta. & in l. hæres inſtituta. C. de impu. & aliis ſubſtitutio. in quibus locis multa allegat, ad quē recurrendū eſt.

IDem Iaſ. plenè examinans hanc materiam limitat iſtud octo limitationibus, quas nolo hīc trāſportare, eo ꝙ ad ſaturitatem poſuit in d. l. quoniam in prioribus, quas omnes no. C. de inoffi. teſta.

SEd quantum ad primū aduerte, † ꝙ prouiſio filij, 6 *Prouiſio non.* hoc eſt conditio in fauorem filij adiecta nō reiicitur de legitima, per l. filius matrem. C. de inoffi. teſta. & ibi Iaſ. qui ponit hanc materiam.

SEd quæro, nunquid prohibitio alienationis ſaltem reiiciatur in legitima? qa caſus eſt ſufficiēter examinatus, nō inſiſto. Et illum examinat Fran. de Aret. in conſi. ſuo xix. in ij. col. quem vide.

IN TEXTV IBI,

Des donaiſons faictes en derniere volonté.

PONe † ꝙ aliquis teſtator in ſuo teſtamēto fecit donationes inter viuos: qđ fieri pōt per ea quæ dicit Bar. in l. hæredes palā. §. fi. ff. de teſta. Faciunt quæ dicit Iaſ. in l. cum antiquitas. in ij. col. C. de teſt. in l. ij. in iiij. col. C. de bon. poſſ. ſecundum tabulas. an talis donatio debeat etiā de legitima tanquā grauamen reiici. Et iſte caſus nondū mihi euenit in facto, ideo ſolū me remitto ad dicta Bar. in l. Seia. §. fin. ff. de don. cau. mor. Et plenè per Ang. in conſi. xiiij. in j. vol. & in cōſ. lxxxj. in co. j. vol. vbi ponit ꝙ quādo donatio facta in vltima volūtate dicatur inter viuos, vel cauſa mortis. ¶ De prædicta glo. quæ eſt in d. l. hæredes palam. §. fin. quomodo reprobetur, vide per Georgium Nattan in repet. c. quāuis. in xvij. col. de pactis. in vj. & dixi infrà iſto tit. in gl. *ne ordonnance de derniere uolonté*. Sed aduerte, quia ſtante validitate contractus facti in teſtamento, ſicut ſemper poteſt reuocari teſtamentum, ita & cōtractus in eo factus. Guil. Benedicti in ſua repet. c. Raynutius. in verbo, teſtamentū. lo. ij. nu. 5. de teſta. 1 *De donaiſons inter viuos in teſtamento.*

¶ † Et

BIU Cujas

2 ¶†Et quando pater confitetur in testamẽto se esse debitorẽ alicuius, an ista cõfessio noceat hæredibus, vide Bar.in l.cum quis decedens.§. codicillis.ff.de lega. iij.Iaſ.in l.ait prætor. *la ſeconde*. §.item ſi quis.ff.de iureiur.Alex.in conſi.xlv.in ij.col.in j.vol.& conſi.xxvj. in ſecundo vol.dixi plura alibi.

3 ET quãdo†ſimpliciter dicitur, dono, per exiſtentẽ in articulo mortis nõ facta mẽtione mortis, an dicat donatio cauſa mortis vel inter viuos? Vide quę dicit Soci.in conſi.ſuo cxxx.in iij.col.in verſ.nec ſecũdo loco.in j.vol.& in conſ.cxxxv.in iij.col.in iij.vol.Nõ ampliùs inſiſto,& ex cauſa.¶Vide Ant.de But.& Barba.in c.ij.de cõſue.Alex.in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.vide quæ dixi infrà hoc eod.tit.§. *le teſtateur*.in gl.*ne ordonnance de derniere uolonté*,in additione ad illam gl.

IN TEXTV IBI,

Sinon pour aucunes des cauſes d'exheredation declarees en droict.

ISTud probatur in auth.non licet.C.de liber. prẽteritis vel exhæredatis.& ibi per domi. Iaſ.poſt alios.

1 *Cauſe exheredationis quot.* ¶†Quæro quot ſunt cauſæ exhæredatiõis? Dic ꝙ ſunt quatuordecim, ex quibus pater põt exhæredare filiũ, quæ ponũtur particulariter in gl.ſi. in c. quintauallis. de iureiuran.& in auth.vt cum de appellatio. cognoſ. §.cauſas.coll.viij.& his verſibus continentur.

Bis ſeptem cauſis exhæres filius eſto,
Si patrem feriat, uel maledicat ei.
Carcere detruſum ſi negligit, ac furioſum,
Criminis accuſet, aut paret inſidias.
Si dederit grauia ſibi damna, nec hoſte redemit.
Teſtari prohibet, aut det arena locum.
Si prauos ſequitur, uel amat genitoris amicam:
Non orthodoxus, filia quando coit.

¶Ioannes de Platea in §.j.inſtit.de exhæreda.liberorũ ponit has xiiij.cauſas ſeriatim,& alios verſus.

Bis ſeptem cauſis filius poteſt exhæredari.
Parentes feriat, uel uerbum ſi graue dicat:
Crimen accuſet eos, ueneno ſi potat eos.
Detulit in eos furientes negligit eos.
Non fideiuſſit pro patre, uel hoſte redemit.
Teſtari prohibet patrem, uel arena ſe miſcet.
Non orthodoxus, uel filij luxurientur.

ADDITIO. Et aduerte ꝙ pro iiſdem cauſis poteſt filio alimenta denegare.gl.in l.ſi quis à liberis.§.idem iudex.in verbo,detulerat.ff.de liber.agnoſcẽ.Matt.de afflic.in conſtit.regni Siciliæ, quæ incipit, patres pro filiis.in v.notabili.

2 SEd quæro, † pone ꝙ filius cõmiſerit aliam cauſam grauiorẽ vel æquè grauem, non tñ eſt vna de illis xiiij.puta quia fuit rebellis & proditor, nũquid pater poterit ipſum exhæredare? licet Martinus Lauden.teneat ꝙ non,in l.j.§.fi.ff.de iuſtitia & iure.per tex.in d. §.cauſas.taxatiuè loquẽtẽ in illis quatuordecim cauſis,quem videtur ſequi Alex.in d.auth.non licet.C.de liber.præter.tamen idem Alexã.contrarium tenuit in conſulendo in conſi.ſuo cciij.incip.ſuper themate.in ij.& iij.col.in ij.vol.Aluaro.& alij.in c.j.§.prædictis.& §.porrò.quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. do.meus Iaſ.qui multos allegat,& multùm cõprobat in d.authen.non licet.Feli.in c.paſtoralis.in ij.col.de reſcriptis.

ADDITIO. Iſtud etiam tenet Hippol.de Marſil.in ſing.lxxviij.incip.pluresſunt cauſæ.vbi allegat Ange. in l.lex Cornelia.in princ.ff.de iniur.¶†Et nota qñ actũ eſt ſuprà in quatuordecim cauſis exhæredationis, ꝙ vna eſt cauſa poſita in d.§.cauſas.ſcilicet, ſi grauem iniuriã filius fecerit patri, vtrũ iſtud intelligatur ẽt in iniuria verbali.Alex.in d.conſi.cciij.hîc antè allegat. tenet ꝙ ſic.& nota dicta ſua.& faciunt quę dicit Bald. in c.veniens.in fi.per illũ tex.de iureiur.† vbi dicit, ꝙ ex iniuriis verbalibus oritur inimicitia capitalis. quẽ refert & ſequitur Iaſ.in l.procuratoribus.in finalibus verbis.C.de procurato. 4

3 *An pro iniuria verbali.*

ADDITIO. Quando iniuria dicatur atrox, ponit Matth.de afflict.in conſtit.regni Siciliæ, quæ incipit. priuſquam citatur.

ADde ꝙ ſicut ingratitudine cõmiſſa cõtra viuentẽ põt reuocari legatũ,vel adimi hæreditas; idem ſi fiat eo defuncto,qa ſi ipſe viuẽs cogitaſſet,veriſimiliter reuocaſſet legatũ,vel hæreditatẽ ademiſſet.p text. in l.iij.§.fi.cũ ſeq.ff de adimen.legatis.Et ita ẽt tenet Guil.Benedicti in ſua repet.c.Ray.in verbo,& vxorẽ nomine Adelaſiam.nu.269.in v.deciſ.extrà, de teſta.

5 *An pro turpibus nuptiis cõtractis.* ITem etiã, † quia dicitur, ſi cõtra voluntatẽ parentũ inter arenarios & mimos pſeuerauit, cùm pater nõ fuerit illius profeſſionis, nunqd ſi filius cõtrahat turpes nuptias cõtra voluntatẽ patris poterit pater eum exhæredare,p illũ tex.nã de iure Digeſtorũ iſtud poterat.l.iij.§.ſi emãcipatus.ff.de bono.poſſ.cõtra tabu.

6 *Turpes nuptiæ quæ.* †& dicuntur turpes nuptiæ qñ filius caperet in vxorẽ famulã ſuã,vel eius filiã,vel ancillã.l.humilẽ.C.de inceſtis nup.Bar.in l.ſi rogatus.§.j.per illũ tex.ff.de manumiſſis vindi.l.ſi libertã.& ibi Bar.C.de nup.ſed tñ illa cauſa non ita expreſsè enumeratur in illo §.& videretur ꝙ ſufficienter eſſet expreſſa in illis verbis ſuprà poſitis,ſ.ſi præter voluntatem patris &c.¶Aduerte tamen,quia Inno.in c.accedẽs.de procurato.tenet ꝙ propter illam cauſam nõ poteſt filius exhæredari. & illũ refert & ſequitur Alex.ad aliud tamẽ propoſitum,in l.j.in xvj.col.ff.ſol.matr.& Iaſ.in d.authẽ.non licet.mihi tamen videtur cõtrarium per illum tex.qui ſatis exprimere videtur.

7 *Cauſæ pro quibus deſcendentes exhæredant aſcendentes.* ET ſunt prędictę†cauſæ ex quibus aſcendẽtes poſſunt exhæredare deſcendentes.ſed tu dic ꝙ ſunt tantùm octo ex quibus deſcẽdentes poſſunt aſcendẽtes exhæredare,quæ ponũtur id d.§.cauſas.in fi.§.ſed hæc quidem.in auth.vt cum de appellat.cognoſci.& his verſibus comprehenduntur.

Si pater & ortho fidei conſpernet honorem.
Acuſet filium, ueneno ſi petat eum.
Coniunctam filij diligat, teſtarique artat.
Furentem negligat, captum nec hoſte redemit
Conſortis uitæ crudeliter inſidietur.

ET prædictas cauſas ponit notabiliter Io. de Plate. vbi ponit hos verſus & alios de quibus ſ. in §. j. inſtit.de exhæreda.liberorum.

8 *Quibus frater fratrem.* ET ſunt † tres ex quibus frater põt exhęredare fratrẽ,quæ ponuntur in §.ingratitudinẽ in authẽ. de nuptiis,coll.4.Prima eſt, ſ.ſi procurauit mortẽ fratris. Secunda,ſi criminalem inſcriptionẽ,i.accuſationẽ dixit contra fratrẽ.Tertia, ſi ſuæ ſubſtantiæ properauit inferre iacturam.Io.de Plat.in loco hîc antè allegato.

9 *Nota qui poſſint exhæredari ſine cauſa. Volens.* LImita † tamen hanc noſtrã cõſuetudinem, qñ dicitur ꝙ nemo verus hæres põt ſine cauſa in iure expreſſa exhæredari, ꝙ non hẽt locũ qñ exhæredatio fit voluntate hæredis: puta quia dicit pater, exhæredo filiũ volẽtẽ & cõtentũ exhæredari: vel quia filius aut alius hæres ſcribat teſtamentum in quo fuit exhæredatus,iuxta l.non putauit.§.ſi quis ſua.ff.de bonorũ poſſeſſione cõtra tabulas.quia omnes cauſæ quæ ponuntur in d.§.cauſas, procedunt inuito filio.ita Bart. Alex.& alij in l.ſi qñ.§.fi.C.de inoffic.teſta.licet gloſ. ibi latè

BIU Cujas

ibi latè diſputãs teneat contrariũ. ſed Iaſ. ibi dicit hãc opinionẽ eſſe veram. quod intellige vt per eum ibi, & per eundem in l. poſthumo. in viij. col. C. de bonorũ poſſ. cõtra tab. ſcilicet quando filius cõſentit exhæredationi ante teſtamentũ patris, vel tempore teſtamẽti: ſecus aũt ſi ſit exhæredatus ſine cauſa, aut præteritus verus hæres: quia poſtmodũ etiã ſi poſtea conſentiret, nihil tamen operatur eius conſenſus, ſecundum Ang. & Imo. in l. ſi quis poſthumos. §. j. & ibi Alex. in fine ſimpliciter ſequitur. ff. de libe. & poſthu.

10 *Tranſuerſales.* LImita ſecundò † dictã noſtrã conſuetudinem non habere locum in illis in quibus nulla dẽt de iure relinqui legitima, puta in filiis fratrũ & ſororũ: & in qbus nulla eſt cauſa in iure ad eos exhæredandũ, imò poſſunt ſine cauſa exhæredari, per l. fratris vel ſororis. C. de inoffi. teſta. & ideo nõ hẽt locũ conſuetudo nra in trãſuerſalibus niſi in fratre turpi ꝑſona inſtituta. l. fratres. C. de inoff. teſta. & iſtud eſt verũ de iure. ſed vr ꝙ conſuetudo noſtra ſequẽs deroget, cùm loquat generaliter de vnoquoq; habili ad teſtandũ, qui tenetur relinquere legitimã veris hæredibus, titulo inſtitutionis dicã ibi latiùs. ſed prædictã limitationẽ in hoc caſu ponit Bar. in d. l. fratres. C. de inoffic. teſta. & Bal. in v. qõ. & Imo. in l. filio præterito. in vij. q. ff. iniuſto rupto. Alex. & Iaſ. in authẽ. non licet. in pen. col. C. de libe. præteris. Cyn. tamen videtur tenere contrariũ in auth. ex cauſa, in ij. quæſt. C. de liber. præteritis.

11 *Nepotes.* LImita tertiò † hanc noſtram cõſuetudinem habere locum tantum in filiis primũ gradũ obtinẽtibus: quia in filiis filiorum, qui dicũtur nepotes, de iure licet debeãt ſecundũ conſilium legis Velleæ exhæredari, aut inſtitui, quia poſſent mortuo patre ſubintrare primum locum: talis tñ exhæredatio poteſt fieri ſine inſertione cauſæ. ita tenet Bal. in repet. l. pater filium. in v. col. ff. de inoff. teſt. ¶ De hoc quid ſit de iure, vide alle. per do. meum Iaſ. in authẽ. non licet. in pen. col. C. de liberis præteritis.

12 *Sola exhæredatio quæ fit mala mente prohibita.* LImita quartò † hanc noſtrã cõſuetudinem habere tantũ locũ in exhæredatione quæ fit mala mente, aĩo priuandi hæredes hæreditate, & ſic in exhæredatione odioſa: ſecus in exhęredatione facta bona mẽte ad prouiſionẽ filij. textus multũ notabilis q ponit exemplũ. l. multi nõ notę. ff. de libe. & poſth. & in l. filius matrẽ. & ibi Iaſ. C. de inoff. teſta. l. ĩ fideicõmiſſis. §. cũ Pollidius. ff. de vſur. & l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. ff. de lega. ij. Bar. in l. cũ ex filio. in prin. ff. de vulg. & pupill. Alex. & Iaſ. in d. auth. nõ licet. Franc. de Aret. in conſi. ſuo xix. in ij. col. vbi videtur tenere ꝙ qñ prohibitio alienationis eſt fauorabilis filio, ꝙ non tollit de legitima. qui caſus eſt multũ notabilis ſi eueniret in facto. imò dicit Iaſ. in d. l. filius matrẽ. ꝙ hęc limitatio habet locum etiam quando filius eſt exhæredãdus cum expreſſione cauſæ exhæredationis. de quibus in authẽ. vt cùm de appellatio. cognoſci. §. cauſas. vt eſt hîc in hac noſtra conſuetudine. quod nota.

LImita quintò & attende ꝙ pater nõ poteſt exhæredare filium niſi expreſſa cauſa ex xiiij. caſibus, vel maiori. ꝙ iſtud eſt verũ ad hoc vt valeat teſtamentum. † quia ſi ſit facta exhæredatio filij ſine cauſa, teſtamentum non valet quo ad exhæredationem: tamen ſi probetur per hæredem ꝙ filius commiſit cauſam ingratitudinis, per quam potuit exhæredari, licet eam non expreſſerit in teſtamento, tamẽ ea probata filius repellitur, vt non poſſit etiam ab inteſtato ſuccedere. ita ſingulariter notat Angel. in §. ingratitudinem. in j. no. in auth. de nuptiis, per illũ tex. ſecundum primum intellectum glo. & ideo dicit ipſe ꝙ aduocatus hæredis ſcripti debet eſſe cautus vt ſemper probet cauſam ingratitudinis filij ſine cauſa, licet in teſtamẽto nõ ſit expreſſa quia ex probata, repellitur filius etiam ab inteſtato. & iſtud refert & ſequit do. meus Iaſ. in auth. nõ licet. in pen. col. C. de liber. præter. & in l. cũ mota. in iiij. col. C. de trãſac. vbi prædicta alleg. ¶ Contrariũ tamen & melius ſeipſum corrigendo tenuit idem do. meus Iaſ. in l. in arenã. in prin. C. de inoffic. teſta. allegando eundem Ang. tenuiſſe cõtrarium in l. j. in fi. ff. de inoffi. teſta. vbi reprobat illam gl.

13 *Exhæredatio ſine cauſæ expreſſione reddit teſtamẽtum nullum.*

TEne ꝙ neceſſaria eſt expreſſio cauſæ hodie, aliàs teſtamentum eſt nullum. auth. non licet. & auth. ex cauſa. & ibi doc. C. de libe. præte. & ideo videtur ꝙ querela in hoc caſu non cõpetat, cùm deẽ tantũ ad reſcindẽdum. l. vt liberis. verſi. reſciſſo. C. de colla. † ſed id quod eſt nullum ipſo iure reſcindi nõ poteſt. l. nam 24 & ſi ſub conditione. verſ. poſt defectum. ff. de iniuſto, rupto irritóque teſtamento: & ideo videtur † ꝙ hodie 15 *Querela inofficioſi ſublata.* querela inofficioſi ſit ſublata per iura nouiſſima. do. meus Iaſ. iſtud plenè diſputat in d. authen. ex cauſa. in xij. col. C. de liber. præter. & dicit pro intelligentia ꝙ ſunt conſiderandi tres caſus principales.

PRimò, quia aliquando exhæredatio ſit ſine inſertione alicuius cauſæ, & licet iſta valeret iure Digeſtorum & C. tñ hodie talis exhæredatio eſt ipſo iure nulla. d. authẽ. ex cauſa. vbi dicit tex. irritum eſt teſtamẽtum: quod intelligitur ipſo iure. probatur in l. j. in fi. ff. de iniuſto, rupto & irrito teſtamẽto. & probatur, eo ꝙ textus vtitur verbo præſentis temporis. gl. in l. in criminali. C. de iuriſdic. om. iud. & hoc caſu ſublata eſt querela, & nemo in hoc contradicit.

ALiquãdo & ſecundò exhæredatio fit cum inſertione cauſæ legitimæ, & quæ cauſa eſt probata per hæredem, & tunc querela eſt ſine effectu.

ALiquãdo & tertiò † exhæredatio fit cum inſertione cauſæ, ſed illa cauſa nõ probatur per hęredes, quod neceſſariò requiritur. d. auth. nõ licet. & tũc hoc caſu nõ eſt ſublata querela, prout tenuit Io. in d. auth. ex cauſa. & iſtam dicit eſſe cõmunem ibi Iaſ. in xij. col. ad quem recurrendum eſt, qui allegat Bart. & ita omnes ſcribentes in l. j. ff. de teſtam. 16 *Hæres probare tenetur cauſam exhæredationis.*

ADuerte tñ † ꝙ ſi teſtator in teſtamẽto expreſſerit plures cauſas exhæredationis. ſufficit vnã ꝓbare. tex. in §. ſi igitur omnes. in §. ſi tales. in auth. vt cùm de appel. cognoſci. Bal. in d. auth. non licet. & poſt eũ Iaſ. in vlt. col. vbi dicit vnum, † ꝙ licet in exhæredatione 18 cauſa exprimi debeat, tamẽ non eſt neceſſe inſerere locum & tempus cõmiſſæ ingratitudinis, licet hæres teneatur probare. ita conſuluit Bal. in conſ. ſuo 89. incip. Proponitur ꝙ Tuciarellus in ſuo teſtamẽto exhæredauit. in v. parte. quem refert & ſequitur Alex. in d. auth. non licet. in conſi. ſuo cciij. in iij. col. in ij. vol. incip. Super themate, & dubiis ſupraſcriptis. 17 *Probatio vnius ex pluribus ſufficit.*

COnclusionem † ſuprà dictam in qua dictum fuit teſtatorem nõ poſſe exhæredare filium ſine cauſa, ſublimita in teſtatore volente ingredi monaſteriũ, quia poteſt filium exhæredare ſine inſertione cauſæ, nec erit teſtamẽtum nullũ, ſed ſolùm filius aget ad legitimam condictione ex lege. Bar. in authẽ. ſi qua mulier. in iiij. col. C. de ſacroſan. eccl. per tex. in §. j. in verbo, quoquomodo. in auth. de monachis. colla. j. nã ſit hoc licet miliri temporalis militiæ, quanto magis militi cœleſtis militiæ. prout tenent & ſequuntur Bald. Fulg. & Pau. de Caſt. in d. authen. ſi qua mulier. cõtra Bar. tamen tenent Salic. & Iaſ. qui alleg. Ioan. Fab. tenentem contra Bar. ſ. ꝙ tale teſtamentum irritetur. & ſecundum hanc opinionem conſuluit Ludou. Roma. in conſi. 19

BIU Cujas

in consi.suo ccxxxvij.incip.opinionem hanc.& credo istam tenẽdam, quam maior pars legistarum tenet. & si eueniret in practica,non est dubium ꝙ propter generalitatem nostræ consuetudinis teneretur.

20 Propter ingratitudinẽ semel remissam non potest exhæredari filius.

ITem † aduerte ꝙ inquantum dictum est ꝙ testator potest exhæredare filiũ ex causa ingratitudinis, ꝙ si filius commiserit causam ingratitudinis tamẽ per pactum fuerit eidẽ filio remissa causa, filius amplius ex illa causa non poterit exhæredari,secundum Ange.& Pau.de Cast.in l.fi.C.de pact.& tenet Ias.in d.authen. non licet.in ij.col.C.de liber.præteri.

21 IMò plus † vbi dicit, ꝙ si filius commiserit causam ingratitudinis cõtra patrẽ,per quã possit exhæredari, si pœnitentiam viuo patre agat,vel ante cõditũ testamentum,nõ põt ex illa causa exhæredari à patre.istud tenet Alex.in l.j.in xvij.col.ff.sol. mat. ¶Probatur per simile.nã si filia peccauerit in corpus suũ,est iusta causa per quã pater põt eã priuare dote, & negare alimẽta,secundũ Speculatorẽ in tit.ꝙ filij sint legitimi.vers. sed quid si filia tua.Bal.in l.fi.C.de dotis promissione. tamen si filia agat pœnitentiã, non põt amplius dote & alimẽtis priuari.ita Spe.in d.loco.versi. quid si ipsa pœnitet. & Bal.in l.si filiã tuã.C.de inoffi.test. Ias.in l. in arenã.C.de inoffi.test.& in d.auth.non licet. suprà

22 alleg. ¶Cui adde, † ꝙ si filius pœnitentiã egerit,imò ẽt si gratũ seruitium patri fecerit, tollitur ingratitudo. ita Bal.in l.fratres.C.de inoffi.testa.quem refert & sequitur Ias. in l.ex hoc iure. in pen. col.ff.de iustitia & iure.& qđ plus est,illa reconciliatio filij erga patrem tollit ingratitudinẽ,secundũ Bar.in l.iij.§. non solùm. ff.de alimen.legatis. ¶Faciunt ad hoc quæ dicit Felin.

23 in c.eam te.in viij.col. de rescriptis. vbi dicit † ꝙ infidelitas præcedens non nocet cõuerso imò dicit emẽdatum prẽferri bono,cùm gaudium sit Angelis super vno peccatore penitentiam agente,&c.

ADDITIO. De huiusmodi reconciliatione & remissione quæ fit multis modis,vide per Matt.de affli. in constit.regni Siciliæ,quæ incipit, generalia iura.in ij.lib.in v.no.vbi dicit,ꝙ si pater exhæredauit filium, si postea reconciliauit eum,videtur esse sublata & remissa exhæredatio.Et etiam si princeps concessit filio alicuius qui commiserat crimen læsæ maiestatis, videtur ei remisisse quo ad eum.

24 Ingressus religionis non tollit ingratitudinem.

ADuerte tamen † ꝙ per ingressum monasterij, aut religionis nõ ablat causa ingratitudinis antè cõmissa.gl.est nota.in auth.de mon. in prin.in verb.maculã.Cy.& Bal.in l. Deo nobis. C.de episc. & cler.Ias. in d.authẽ. non licet.in ij.col. C.de liberis præteritis.

25 ITem † etiam pater arrogando filium non videtur ei remittere in gratitudinem.tex.est not.in l. filio quẽ

26 An furor. pater.ff.de libe.& posth.Nunquid autẽ † furor superueniens tollat ingratitudinem prius cõmissam? ponit Bar.& alij in l.ex facto.versi.vj. requiritur. ff. de vulg. & pupil.substit.do.Ias.in l.furiosum.C.qui testam.facc.possunt.

27 AD prædicta adde † ꝙ pater maledicendo filium ex causa sufficienti ad exhæredationem,non dicitur eum exhæredare,sicut nec benedicendo dicitur eũ instituere.Bal.in procœmio decreta.in vlt.col.vide Ias.in l.si pater tuus.in ij.col.C.de hære.insti.&in l.si quis in fundi vocabulo,in iij.no.ff.de leg.j. & in d. auth.non licet.vbi plura allegat,& in §. ꝓximo,in gl. *par droict.* versi.quid si pater.

Augustini dictum notabile. BArtholomẽus Veron.qui dicitur Cæpol.qui cautelis vti voluit,in hac materia quãdam cautelã adinuenit,ponendo aliquos casus,ꝙbus filius posset priuari legitima , cõtra doctrinam Augustini dicentis,si ꝙs velit Deũ instituere,& filiũ exhæredare, aliũ quærat pro cõsultore quàm Augustinũ:vt habet c.fi. xvij. quæst.iiij.ideo in suis cautelis cautela xxiiij.inci.pater volẽs excludere filium à legitima. posuit quasdã cautelas ad priuãdum filium legitima,sed pro certo nihil faciunt ad propositum,& sunt friuolæ.

Cautelæ pro priuãdo filium legitima.

4 SEd pone ꝙ teſtator dicat, relinquo filiæ centũ pro dote, an ſufficiat? Hanc quæſtionem latè examinat Alex. in rub. ff. ſolu. mat. in x. col. vbi allegat Ang. ſibi cõtrarium. dicit tamen ibi Alex. ꝙ ex quo dos eſt ius vniuerſale: & ibi per Bar. ꝙ verbũ, relinquo, illi adiectum importat inſtitutionẽ, p gl. in §. ſi verò nulla. in verbo, relictis. in authẽ. de hære. & falci. coll. j. & in l. his verbis. in princ. ff. de hære. inſtituen. & dicit Iaſ. in dicta authen. nouiſſima. C. de inoff. teſt. & iſtud tenet Ang. in conſ. ſuo lxxxj. inci. Domina Maria. in ij. col. in j. parte. Et iſtud tenet Anto. de Butr. in c. Raynu. de teſta. & idem Alex. in conſi. ſuo xvij. incip. Ponderatis his. in vj. col. in iij. vol. cõtrariam partem tenuit idem Ang. in conſi. ſuo xcix. incip. Petrus de vrbe. & Alexã. illum inſequendo allegauit in conſi. ſuo lxx. in ij. vol. vbi etiam tenet iſtam ſecundã opinionem. tenet etiã in conſi. ſuo clxxvij. incip. Viſo themate. in iiij. col. in eodem ij. vol. Primam dicit eſſe communem Alexan. in dicta rubrica.

ADuerte etiam ꝙ gl. in l. deniq;. §. ſed vtrum. in fi. ff. de minoribus, dicit ꝙ cum dote debet inſtitui in duodecim imperialibus aut quinque ſolidis.

5 ITem pone † ꝙ teſtator in ſuo teſtamẽto ſimpliciter dicat, ꝙ relinquit filio centum, poſtea dicat, volo ꝙ tale teſtamẽtum meum dictetur, & fiat ad dictamẽ & conſilium ſapiẽtis, an ſapiens poſt mortem teſtatoris poſſit addere clauſulam, iure inſtitutionis, ita vt teſtamẽtum valeat? Bar. in l. illa inſtitutio. ff. de hęre. inſtit. tenet ꝙ non. ¶ Contrariũ tñ tenet Bal. in d. l. illa inſtitutio. & in l. captatorias, in quinta oppoſitione. C. de teſta. mili. & in l. humanitatis. in iiij. col. C. de impub. & aliis ſubſtit. & dicit Cardi. Florentinus in conſ. ſuo lx. in ij. col. ꝙ ex quo inſtitutio in legitima non eſt de ſubſtantia, ſed de ſolemnitate, quòd poteſt addi à ſapiente, ad cuius ſenſum debet dictari.

6 Notarius groſſus.

SEd iterũ quæro, Pone † ꝙ aliquis groſſus notarius in teſtamento ſcribit qualiter pater relinquit filio centũ iure ſubſtitutionis aut reſtitutionis, cùm deberet dicere iure inſtitutionis, an valeat teſtamẽtũ? Bal. in l. ſi cũ ante. de donatio. ante nup. dicit ſe in hoc caſu conſultum reſpondiſſe, ꝙ valet teſtamẽtum, & ſic imperitia vel groſſities notarij non habet teſtamento officere. p glo. in l. fi. C. de fideiuſſo. & iſtud dictũ Bal. ſequitur And. Sicu. in c. Rayn. in xxv. col. de teſta. Hinc dicit alibi Bal. quòd ſi groſſus notarius qui inſtrumento ſcribere debet pro ſua legitima, & ſcribat pro ſua falcidia, vel ſcribere debet, ꝙ mulier renũtiat Velleiano, ſcribit Valeriano, per ſuam groſſitiem, ꝙ talis imperitia ſeu groſſities notarij non nocet. Ita dicit in l. imperator. *la premiere*, in ij. col. ad fi. de ſtatu homi. quem refert & ſequitur do. meus Iaſ. in d. authen. nouiſſima. in viij. col. C. de inoffic. teſta. & in l. ſi tibi pecuniam. in ij. & iij. col. ff. ſi certum peta. Hinc dicunt Inno. & Hoſtien. in c. petitio. de procurato. ꝙ ſi quis dicat in inſtrumento, Titius conſtituit talem aſinum ſuum ad agendum & defendendum, vbi deberet conſtituere procuratorẽ &c. valet talis conſtitutio, & poteſt agere, & defendere. Ita dicũt & referunt do. meus Iaſ. in d. l. ſi tibi pecuniam. & in l. teſtamentũ nõ ideo. in ij. col. C. de teſta. & do. Alex. in conſi. ſuo xliij. inci. viſis his quæ continentur in proceſſu, in vj. col. in iiij. vol. quem allegauit dom. meus Iaſ. me audiente. in l. ſi quis in fundi vocabulo, in iij. notabili. ff. de legatis. j. Adde quæ dicit Fel. in c. ad audientiam, *le premier.* in iij. col.

BIU Cujas

iij.col.de rescriptis.per prędicta dixi his diebus, ꝙ licet in quodam instrumẽto donationis esset dictum & appositum verbũ, *instituit*, pro verbo, *constituit*, cũ esset dictum, *à tiltre de simple institut*, vbi debuisset dixisse, *constituit*, quòd istud non vitiabat donationem.

ADDITIO. Imò etiã aduerte, quòd etiã defectus in verbis, vbi sensus colligi potest nõ vitiat. l. eũ pater. §. cum imperfecto. ff. de lega. ij. & sensus intellectualis orationem perficit quæ in suo contractu non est. l. verbũ volo. C. de fideicommissis. vide ad hoc Benedicti in repet. c. Rayn. in verbo, cætera bona, num. 57. de testam. vbi ponit de defectu verborum, qui suppletur ex intellectu sensus.

QVæritur hîc, an si filius fuerit simpliciter institutus in legitima, vel etiam sine expressione legitimæ, possit dicere, ego volo & accepto legitimam, & repudio in residuo hæreditatẽ. Angel. in cons. lxxxiij. incip. subtiliter & elegãter, per l. j. & ij. ff. de acqui. hęred. Alexan. in consil. suo lxxv. incip. visis & diligenter prospectis. in iij. col. in j. vol. Bart. in l. ꝙa poterat. ff. ad Trebell. plenè per G. Benedicti in sua repet. c. Raynu. in verbo, si absq; liberis. ij. de vulg. substi. de testa. vbi ponit quinque limitationes à nu. 48. vsque ad nu. 62.

7 VLterius quæro, pone† ꝙ testator fecit testamentum, & in suo testamẽto reliquit filiæ centũ simpliciter, sed testamento facto dicit: ego volo ꝙ relicta per me in meo testamẽto filiæ sint eidem relicta pro legitima iure institutionis, & in illis illam hæredẽ instituo, an testamẽtum sustineri possit per talem declarationem subsequẽtem? Bal. dicit ꝙ non in l. non codicillum. C. de testa. & sequitur Barba. in c. Raynu. in xxj. col. de test. do. meus Iaſ. in d. authen. nouissima, in vij. col. C. de inoff. testa. & do. Claudius de aquis in d. l. nam quod. §. non omnis.

8 SEd an sufficit † relinquere legitimã titulo institutionis? do. Alex. in l. inter cętera. ff. de libe. & posth. & Iaſ. in auth. nouissima, in vij. col. C. de inoff. testa. tenẽt ꝙ sic; ꝓ tex. in l. si filius substituat. & ibi Bal. ad hoc notat, & dicit non esse alibi. ff. de hęre. instit. & tũc testamẽtũ annullato primo gradu institutionis incipiet à substitutis, vt ibi est textus. ille text. est multũ notabilis & peregrinus, sed nescio si obseruaretur hodie in hac patria iuris cõsuetudinarij, quo iure expressè dr, ꝙ debet relinqui titulo institutionis, † nam verba ꝓlata simpliciter, intelliguntur & debent intelligi per prius & non ꝓ posterius. ita tenet Bal. in l. j. C. de succesſo. edic. per text. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. substi. vbi substitutio pupillaris facta de hæredib⁹ testatoris, intelligitur de his qui immediatè sunt hæredes ex iudicio defuncti, & non per mediam persõnam alterius, vt est ibi tex. & ideo dicit Bart. in l.

10 hoc legatum, per illũ text. ff. de lega. iij. † ꝙ qñ verbũ potest intelligi per prius, & per posterius, semper debet intelligi per prius. & facit tex. in l. legatis. ff. de lega. ij. faciunt & alia quæ dicit Iaſ. ad conseruationem huius regulæ etiam philosophalis in d. §. hęc verba. & in l. non solùm. in prin. ff. de noui ope. nũtia. sed sic est ꝙ substitutio non est institutio simplex, sed secunda institutio, vt dicit gl. multùm notabilis in rub. ff. de vulg. & pupil. substit. & ibi omnes. ergo illud verbum institutio, positum in consuetudine nostra, intelligi non potest in substitutione, cùm non sit per prius intelligere, sed per posterius.

ITem si istud esset verũ, sequeretur vnum absurdũ, scilicet ꝙ aliquando etiã filius aut hæres haberet in legatis, & donatione causa mortis, & fideicommissis legitimam, quia substitutio in eis fieri potest. l. vnica. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de cadu. tollen. & ita tenet do. meus Iaſ. in rubr. ff. de vulga. & pupil. substitutio. in j. col.

ITem omnis cõditio debet reiici de legitima. l. quoniam in priorib⁹. C. de inoff. test. sed substitutio est cõditionalis institutio. tex. in l. in ratione, *la premiere*. §. si filio. & §. j. & in l. qui fundũ. §. qui filium. ff. ad legem Falc. ita tenet Iaſ. in rub. ff. de vulg. & pupil. in ij. col. in ij. lect. quam legit me audiente.

SEd an hæc† legitima, seu hęc tertia pars debeat re- 11
linqui nominatim hæredibus, hoc est, an hęredes, & qui ab intestato sunt successuri, debeant in hac tertia parte nominatim institui? an verò sufficiat dicere, instituo illos qui mihi ab intestato successuri sunt in tertia parte bonorũ meorũ? tu dic ꝙ sufficit ꝙ dicat, ꝙ instituit illos qui de iure eidẽ succedere debẽt in tertia parte bonorũ suorum. & pro hoc videntur facere quæ dicit Alex. in cons. suo cxxxiiij. in vj. col. in j. vol. vbi dicit, ꝙ licet in testamẽto cæci debeãt nominatim exprimi nomina hæredum, tamen sufficiat ꝙ fiat per æquipollẽs. & facit text. in l. hac consultissima. C. qui testa. facere possunt. vbi videtur esse singulare in illo casu, ergo in cõtrarium est ius commune: imò etiam licet sit singulare in illo casu, adhuc tamen sufficit ꝙ fiat per æquipollẽs, per glo. ibi alleg. in d. l. hac cõsultissima. per Alex. in d. consi. quæ est multum not. & ꝑ do. meum Iaſ. & Frãcis. de Aret. in d. l. vbi etiam dicit, ꝙ qualitas valde notoria habetur pro designatione formali. & vide text. in l. j. & in l. nominatim. ff. de libe. & posthu. cogita, quia sustinentur tales institutiones. Filius dicit, legitima non est mihi integrè relicta, quomodo ꝓbabit, cùm sit negatiua? Dic ꝙ debet dicere, tãtum est in hæreditate, &c. & qui voluerit probare contrarium, probet, quia legatarij tenentur probare contrarium. ita dicit & tenet Guido papa in q. cxlij. in fine. quæ nota.

IN TEXTV IBI,

Autrement ledict testament ou ordonnance est nul.

1 *Aliter & alias dictiones quid important.*

ISTæ dictiones† aliter, & aliàs, faciũt vt prædicta quę apponũtur sint de forma, & sint taliter requisita, ꝙ si non obseruentur, actus est nullus. ita dicit Bart. in l. fin. in fine ibi, quæro an ciuitas. C. de vẽden. reb⁹ ciuita. li. xj. Imò hæc verba ita disponunt circa formã, ꝙ renuntiari non potest. Bar. in l. de his. per illum tex. ff. de transa. Feli. in c. cum dilecta. in ix. col. de reseri.

ADDITIO. Vbi amplè materia formæ quomodo sit in omnibus seruãda, ita ꝙ etiam nihil addi possit quod bonũ videatur, vt dicit Ambrosius in libro de paradiso. & si qd addas, videtur esse quædã præuaricatio, maximè in his quæ mãdãtur per superiorẽ, cũ fines mãdati sint diligenter obseruãdi. l. diligenter. ff. mãdati. & dicit Bal. in l. quoties. in j. & fi. col. C. de suis & legitimis hæredib⁹. ꝙ formæ nihil addi vel detrahi potest. & facit quod habetur Deuterono. in fine, dum dicit, Quod præcipio tibi, hoc facito: ne addas quicquam, nec minuas. facit gl. in c. si cui. de electio. in vj. & quæ dicit Benedicti in repet. c. Raynut. in verbo, in eodẽ testam. relinquens. nu. 67. & 68. de testamentis. ¶ Vide quæ dicit do. meus Iaſon in l. de pupillo. in ij. col. ff. de noui oper. nunt. & in l. nõ solùm. §. morte. in xiiij. colum. ff. eodem, de noui operis nũtia. & in l. ij. §. volũtatem. in ij. lectura. ff. solu. matr. nam si hæc verba non fuissent apposita, tunc si testator aliter fecisset, non per hoc fuisset testamentum nullum. ita dicit

9 *Verba simpliciter prolata quomodo intelligenda.*

BIU Cujas

Iacob.de S.Geor.in tracta.de roydis.in viij. col. ponderando ſtatuta,vel cõſuetudines, vt cognoſcatur an teſtamẽtum ſit nullũ,an verò agi poſſit ad ſupplemẽtum.Et ſic ex quo eſt hîc poſita clauſula annullatiua, non poſſunt partes renũtiare. ita in ſimili, & in pulchro caſu tenet Io.Sanxon.in conſuet. Turoñ. tit. *des ſucceßions des gens roturiers.* artic. viij. vbi amplè dixi antè,in gloſſ. *c'eſt à ſcauoir.*

VIde amplè G.Benedicti in ſua repe.c.Ray. ĩ verb. in eius teſtamẽto relinquẽs.nu.26.de teſtamẽtis. & à nu.105.vſq; ad nu.122. vbi ponit, an filius poſſit approbare teſtamentũ patris nullũ.& dicit idẽ Benedicti in dicta gl.nu. 23. ℔ iſtud decretũ irritãs nedum inficit titulum,ſed etiam poſſeſſionem,quod nota.

2 Quæſtio. SEd iuxta † hãc cõſuetudinem præcedentẽ quæro, an ſi teſtator non reliquerit integrã legitimã veris hæredibus, ita ℔ ſecundũ hãc conſuetudinẽ teſtamẽtum ſit nullũ,cætera,ſ.legata debeãt remanere firma, ſecundũ authẽ.ex cauſa.C.de liber.præte.vel exhæredatis.de iure nõ eſt dubiũ ℔ ſic,p dictã auth.ex cauſa. ¶Nec obſtat ſi dicat, ℔ ex quo conſuetudo debet addere iuri cõmuni,ſecundũ Bart.in l.iiij.§.prætor.ff.de dam.infec.in l.ij.ff.de vſucapio.per Panor.in c.cũ his. de priuilegiis.℔ debet teſtamentũ eſſe nullũ,nõ ſolũ quo ad hæredis inſtitutionẽ,ſed etiã quo ad legata,vt addat iuri cõmuni. ¶ Quia reſpõdet ℔ ſatis addit iuri cõmuni,qa addit in duobus. Primò, ℔ omnes veniẽtes ab inteſtato,ſint neceſſariò inſtituẽdi in quocunque gradu ſint, cõtra ius cõe.l.quoties.ff.de inoffi.teſta.Secũdò in hoc ℔ teſtamentũ eſt nullũ,ſi venientes ab inteſtato ſunt inſtituti in min⁹ quàm legitima his reſeruata, vbi de iure etiam filiis inſtitutis in minori portione teſtamentũ eſſet validũ, & ageretur ad ſupplemẽtum.l.omnimodo.C.de inoff.teſt.vnde hęc cõſuetudo debet recipere interpretationem paſſiuã, ſecũdũ auth.ex cauſa,ſuprà alleg.per ſupradicta. & hoc etiã vt minus lædat ius cõmune quàm poſſit,qđ fieri debet.l.ij. C.de noxa.c.dilectus.de conſuetudi. Iaſ. in l.properandũ.§.ſinautem alterutra.in iij.col.C.de iudiciis. ¶Ex quo tamen iſta cõſuetudo eſt contra ius,videtur ℔ non debeat recipere interpretationẽ à iure,p regulã multum notabilẽ quã ponit Bal. in l. maximũ vitiũ.in vj.col.C.de liberis præte. de qua Iaſ. in auth. nouiſſima.in vj.col.C.de inoffic.teſta. idem do.meus in l.omnes populi.in pen.col.ff.de iuſti.& iure.& Panor.in c.cauſam.de reſcrip.Alex.in conſi.xix.in j. vol. Et in hoc caſu noſtro eſt clarum ℔ prædicta authẽ.ex cauſa, non habet locũ in hac patria, & vbi viget hæc noſtra aut ſimilis conſuetudo,propter verbũ, † *ordõnance*, quod comprehendit omnia genera vltimarum voluntatum,quæ ſunt octo,vt in §.v.huius tit.glo. *ne ordõnance de derniere uolonté.* verſi.quot autẽ. ¶Et ſic p iſtũ.§.tollitur l.omnimodo. C.de inoff.teſta. qa nunquã apud nos agitur ad ſupplementum legitimæ, ſed omnino teſtamentũ redditur nullũ, & ſucceditur in omnib⁹ defuncto ab inteſtato. ¶Tollitur etiã d. auth. ex cauſa,qa qualiſcunq; ordinatio vltimæ voluntatis eſt nulla, ſi integra legitima non ſit relicta titulo inſtitutionis, & hoc caſu nihil operabitur quo ad nos clauſula,ſi non valeat iure teſtaméti,valeat iure codicillorum,vel alterius cuiuſlibet vltimæ volũtatis, vbi legitima non eſt relicta.ſecus verò eſſet,ſi teſtamentũ eſſet nullũ defectu ſolẽnitatis.& de hoc vĩ eſſe tex.ad lĩam in l.j.C.de codicillis.gl.tñ & doctores in d.auth. ex cauſa.maximè Iaſ. in antepen. col. dicit, ℔ ſiue ratione ſolennitatis, ſiue ratione exhæredationis, vel pręteritionis filij,etiã in poteſtate, ſemper illa clauſula habet vim fideicõmiſſi vniuerſalis, vt eſt tex.melior de iure inter cæteros,vt dicit gl.in l. generaliter. §. ex teſtaméto.ff.de fideicomm.libe.quod an ſit verum de iure,videas ibi doc.&,vt dico, illa opinio videtur eſſe contra text. ad literã in d.l.j.C.de codicillis. ¶De huiuſmodi materia,vide plenè p G. Benedicti in ſua repet.c.Raynu.in verbo,in eodem teſtaméto relinquẽs. nu.229.vſque ad nu.248.de teſtam. ¶Sed quicquid ſit quo ad nos per conſuetudinem noſtram,ſi non ſit relicta legitima integra: & ſic ſi venientes ab inteſtato ſint præteriti,ſiue in totũ,ſiue in parte legitimæ;ſemper teſtamentum,& quæcunque alia vltima voluntas eſt nullum,ſeu nulla.& in hoc non credo dubiũ,& ita quo ad nos practicatur & obſeruat, licet contrarium Alex.tenuerit in conſ.ſuo xxix.inci. Quoniam abundè. in eod. j. vol. credo quòd cùm nihil dictum ſit de legatis, quòd recurrendum eſt ad ius commune per conſuet.noſtram. Cogita.

ADDITIO. Et licet quodãmodo dubiũ ſit in annullatione teſtaméti quæ fit per prętereitionẽ ſecundũ dictã authenticã ex cauſa,quæ tñ limitatur in plurib⁹ caſib⁹, vt dicit Benedicti in loco hîc antè allegato; tñ in caſu in quo reuocatur teſtamentũ per pœnitentiã, ſeu expreſſam reuocationẽ,ſi reuocatio ſit generalis, aut indefinita,cẽſent omnia in eo contenta reuocata, ſecundũ Bal.Paul.& Iaſ.in l.omniũ.C.de teſta.Barba. in c.fi.in xij.col.de ſucceſſio.ab inteſtato.Benedicti in dicta repet.c.Rayn.in verbo,teſtamẽtum. ij. in princ. de teſtamẽtis,vbi dicit,℔ etiam hoc ita habet locum, ℔ ſi fuerint fructus percepti ante reuocationẽ, ℔ repeti poterũt.l.cum quis.ff.de condictio.ob cauſam. l. videamus.§.j.ff.de vſuris.& etiã ſi legata fuerint ſoluta poſſunt repeti,vt dicit Bal.in l.fi.C.de vſuris & fructibus lega.niſi tamẽ ſint pia legata,quoniã talia non cenſentur reuocata,vt dicit Guido pa. quæſtione ſua cc.in fine,& vide Alex.in conſi. xxij.in iij.vol. ¶ † An ius dicendi nullum ex potentia ſuitatis ad quoſcunq; hæredes trãſmittatur? Bal.in c. ſciſcitatus. de reſcrip. tenet ℔ ſic.& videndo.meum Iaſ. poſt alios in l. ſi infanti. C.de iure delibe.dixi in quodam conſi. incipiẽ. Quidam do.Ioannes.

ADde ℔ cùm querela inofficioſi teſtaméti & donationis pari paſſu ambulent.l. j. C.de inofficio. dona.& nunc per hãc l.nouam inofficioſitas teſtaméti reddat ipſum nullum: vt hîc,℔ etiam iſtud extẽdetur ad inofficioſitatem donationis,eo ℔ cùm duo per legem antiquam parificantur,ſi ſtatutum fiat nouum in vno,extẽdetur ad aliud, vt dixi amplè infrà in hoc tit.§.v.in gl. *meilleur de l'autre*,nume.64.& in quodam meo conſilio incipiente, *Veu le procez meu & pendant par deuant monſieur le Bailly d'Auxoys.* Quod tamen videtur eſſe ſecus dicendum de iure,per l.ſi mater.& l.ſi liqueat. C. de inofficio. dona. vbi videtur reuocari quatenus modus exceditur.ſed cùm conſuetudo noſtra reddat teſtamentum nullum,videtur etiam quòd reddere debeat donationem ex hoc nouo iure, cogitandum eſt in hoc.

§. QVARTO.

SI le teſtateur diſpoſe des deux parts de ſes biens, en autres perſonnes qu'en ceux que par droict, & par couſtume luy doyuent & peuuẽt ſucceder,faire le peut, & en ſont

ſaiſis

3 Ordonnance.

4 Ius dicẽdi nullum.

saisis ceux qu'il aura instituez heritiers par son testament valablement faict, & selon raison.

IN comitatu Niuernensi potest testari de omnibus mobilibus & acquisitis, de antiquis verò hæreditagiis potest tãtùm testari vsque ad quintam partem.

IN TEXTV IBI,

Des deux parts de ses biens.

1 Institutio in re aliena non valet.

ADuerte,† quia notanter, *de ses biens*, quoniã si instituat aliquẽ in re aliena, institutio non valeret, & est testamentũ nullum. facit qđ dicit Bar. in l. j. in ix. col. C. de sacros. eccl. facit c. filius. de testa. facit. l. cùm pater. §. euictis. ff. de leg. ij. facit tex. in l. sicut. §. venditionis. ff. quibus modis pignus vel hypothe. soluitur.

2 vbi dicit tex.† ꝙ qui ꝓmittit de re sua testari, sibi præiudicat, ergo per contrarium, si non cõsentit, non sibi præiudicat. de quo dicto plenè per Ias. in l. cùm proponas. & in l. de quęstione tali. col. iiij. C. de pact. & in l. si quando. §. & generaliter. in ij. col. C. de inoff. testa. & in l. cum rem alienã. C. de legatis. vbi dicit in prin-

3 Legatum sic.

cip. ij. col. in iiij. limitatione,† ꝙ bene legatũ rei alienę valet, sed non hæredis institutio. allegat Bal. in l. fi. in xviij. oppositione. C. de hæredi. instit. vide eundẽ Ias. in l. scimus. in j. col. & in l. quoniam nouella, in ij. col. C. de inoff. testa. & in authen. nouissima. in xiij. col. C. eod. de inoff. test. dixi aliqua hoc eodem tit. ẽ. §. iij. in glo. *de tous ses biens.*

ADDITIO. Vide Stephanum Bertrandi in cõsilio suo cccl vj. in iiij. dubio, in prima parte, vbi dicit, ꝙ in talibus non sufficit tacitus consensus per præsentiam aut taciturnitatem, sed requiritur expressus cõsensus.

4 Legitima quæ dicatur.

ADuertendum est † ꝙ hodie legitima hæredis est tertia pars omniũ bonorum testatoris, quæ quidem legitima est augmẽtata, vt ẽ. dixi. §. præceden. & illa tertia prohibet alienari in testamẽto per cõsuetudinem nr̃am præcedẽ. & etiã per hanc consuetudinẽ, cùm vnius inclusio alterius est exclusio. facit. c. nónne bene dicimus. de præsumpt. & cõsuetudo nostra quæ dicit tertiã partem debere relinqui, nihil dicit de fructibus, ex quo cõsuetudo nr̃a præcedẽs, & hæc corrigit ius cõmune in vno, quia vult tãtùm ꝙ possit alienare per suũ testamentũ duas partes de suis bonis, vbi plus poterit de iure communi. ex quo ergo in cæteris debet remanere ius cõe incorrectũ. l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. l. si seruũ. §. non dixit prætor. ff. de acqu. hære. cùm ergo nihil disponat cõsuetudo nr̃a de fructib⁹, standũ est iuri cõmuni, quo nemo negaret quẽlibet posse disponere de fructib⁹, cùm hoc prohibitũ

Rei suæ quis libet moderator.

lege nõ inueniat, vnusquisq; rei suæ moderator est & arbiter. l. in re mãdata. C. mãda. l. nemo exterus. C. de Iudæis. & maximè, qa hæc nostra cõsuetudo est odiosa, eo ꝙ vr̃ contra naturalẽ æquitatem & ciuilẽ, quib⁹ licet vnicuiq; domino disponere de reb⁹ suis, & ad libitũ frui. l. etiã. §. licet. ff. sol. mat. & cõtra dispositionẽ iuris cõmunis, qa omnes de bonis ad libitũ disponere possunt, exceptis parẽtibus lineæ ascẽden. quib. data est potestas de iure alienãdi etiã bona, & de ipsis disponendi, excepta quarta parte, quæ debet filiis iure naturæ. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. test. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. Et per hoc dicit Pet. de Ancha. in cõs. suo cccl xxx. incip. In Christi nomine amen, ante determinationem. ꝙ statutũ prohibẽs mulierẽ non posse disponere de bonis vltra quartã est odiosum. Ideo cũ hæc cõsuetudo nr̃a sit odiosa, est restringenda, & intelligẽda in verbis per eã prolatis. Ex quo ergo prohibet istud statutũ, seu hæc nostra cõsuetudo cũ præcedenti, testatorem posse disponere de bonis suis vltra duas partes, & sic odiosum, & restringibile, ergo non debet extẽdi ad fructus, maximè† cùm dispositio super principali quę est strictè intelligẽda, non trahitur ad fructus & accessoria. Casus est notabilis & ibi Bar. & doct. in l. fi. ff. de condict. indeb. Cùm ergo sumus in materia stricta, dispositio super bonis & sic sup principali, nõ trahitur ad fructus: ex quo vr̃ dicendum, ꝙ testator disponens de duabus partibus suorum bonorũ, potest adhuc disponere de fructibus, nec per hoc vitiabitur testamentum. 5

COntrariam tamen opinionem teneo de iure veriorẽ, ꝙ imò non possit disponere de fructibus, nisi eo modo quo disponit de bonis. nam consuetudo nostra generaliter loquitur, ergo generaliter est intelligenda. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præstan.† non enim minus dicuntur bona, fructus percepti ex ipsis bonis, quàm ipsa bona, quæ à beando dicũtur. l. subsignatũ. §. bona. ff. de verbo. signi. nec enim potest dari ratio differẽtię.† Fructus enim bonorum producti ab eis debent esse eiusdem naturæ, si consideremus eos accessorios ad bona. nam vt dicit Ioan. And. in regula, accessoriũ, de regu. iur. in vj. vt refert Petrus de Anch. in j. not. accessorium ex principali productũ, vel deriuatum illius efficaciæ non debet esse, cuius est producens seu deriuãs, & hoc siue loquamur quo ad inesse productionem, siue quo ad eius conseruationem, siue quo ad eius peremptionẽ. † Ex quo ergo fructus qui producũtur à bonis sint eiusdem naturæ, quo ad conseruationem & peremptionem, cuius sunt res & bona à quibus producũtur, idem erit dicendum de fructibus, sicut de bonis à quibus ꝓducti sunt. Facit tex. singularis in l. fi. in pen. vers. ff. de requi. reis. vbi patet ꝙ dispositio illius tituli, per quã bona tam immobilia quàm mobilia absentis citati annotantur & cõseruantur, vt si veniat in annum recuperet, interpretantur per diuum Traianum quòd vẽdicat sibi locum in fructibus. Ita notat Bal. in c. j. in fine principij. de pace tenenda, in vsibus feudorum. ¶ Facit & aliud fundamentum. Nam in reliqua parte testatoris præterquã in dictis duabus partibus per consuetudines nostras præcedẽtes, & per hanc videtur esse ius constitutum veris hæredibus. Idem ergo etiam in fructibus, cùm si mihi sint prædia obligata, fructus etiã percepti, sunt mihi obligati. l. Paulus. §. j. ff. de pig. l. quanuis. cum alleg. in glo. C. in quibus cau. pig. tacitè contrahitur. ex quo patet quòd fructus percepti ex re, sunt eiusdẽ naturæ cuius est ipsa res.

6 Bona vnde dicta.

7

8 Fructus eiusdẽ naturæ cuius res à qua percipiuntur.

ITem & vlterius facit, nã cõsuetudo nostra loquitur in patrimonio testatoris, cũ dicit, in omnib⁹ bonis, & sic in re vniuersali, & ideo fructus augẽt ipsam rem vniuersalẽ. l. item veniũt. §. fructus. ff. de peti. hęre. vnde dicit Iaco. Butri. in l. iubemus. C. ad Trebel.† ꝙ fructus cẽsentur esse res hæreditaria, sicut reliquum patrimonium. Et ideo ex his potest legitima suppleri. Notat Ang. in l. centurio. vbi etiam est bonus text. ff. de vulga. & pupil. Si ergo censent esse in patrimonio, sicut alia bona, ergo idẽ ius est in eis, & verificabitur statutũ seu cõsuetudo nostra in fructibus sicut in aliis bonis. ¶ Item vt dictũ est † fructus augẽt patrimoniũ, ergo debent esse eiusdẽ naturæ cuius & ipsa res principalis. l. etiam, cum plenè not. per Bald. C. de iure dotium. Facit etiam text. cum ibi nota. per Bart. in l. si cõuenerit. ij. §. si nuda. ff. de pign. act. ¶ Confirmatur;

9 Fructus res hæreditaria.

10

BIU Cujas

nam videtur ꝙ in dote ex quo sapit vniuersitatem.l. ꝙ dr̃.ff.de impen.in rebus dotalibus.& notaᷓ plenè per Bar.in rub.ff.solu.mat.Et est põderãdum, ꝙ licet tex. in l.assiduis.C.qui potio.in pig.habeãtur.velit,ꝙ priuilegia dotis habent locũ tãtùm in dote,vt patet in fi. in verb.ad dotem tãtùm.†tñ habemus ꝙ fructus percepti ex re dotali ante matrimonium vel post,qa percepti eo constante petuntur vnà cum dote: quia sunt dos,& habent omnia priuilegia dotis:vt est tex.& ibi notant doct. maximè Pau.de Cast. & moderni in l. si marito.§.si fundũ.ff.sol.mat.& sic fructus habẽt eadẽ priuilegia,sicut ipsa res à qua descendũt.¶ Et facit pro corroboratione prædictorũ text. multũ singularis ad propositum in l.fi.C.de frumento vrbis Cõstanti.lib. x.vbi habetur,ꝙ erat deputata certa quantitas pecuniæ ad emptionẽ frumẽti tẽpore necessitatis,quã officiales non poterãt minuere,vel in aliũ vsum conuertere,sub pœna dupli:& tamen dr̃ ibi in fine,ꝙ lucrum proueniẽs ex illa pecunia continetur etiã sub eadem dispositione pœnali: ergo lucrũ ex re est eiusdem naturæ cũ re, & quo ad dispositionem seu solutionem etiam in pœnalibus.ex quo dicit Bart. singulariter in d.l.fi.per illum tex.† ꝙ si inter socios sit contracta societas ad certũ tempus,ꝙ sicut non debet diminui capitale positũ in societate,ita nec lucrũ, qa lucrũ assumit sibi naturam quã habet capitale:& pro certo hæc disputatio nõ est inutilis,quia eam disputauit Socin. de verbo ad verbum,consulendo in simili casu: & ita consuluit in cons.xciij.in vij.viij.& ix.col.licet videaᷓ quodammodo extrauagans ad hunc.§.tamen seruiet ad multa alia.¶ Aduerte etiam quia videtur ꝙ testator instituẽdo debeat dicere, instituo talem in tali & tali re, quæ sunt duæ partes omnium meorũ bonorum. Nec sufficit dicere,instituo talem in duabus partibus totius meæ hæreditatis, quia hoc casu ratione incertitudinis non transfertur possessio, nec videtur hoc casu ꝙ talis titulus tribuat aliquod ius, etiam quo ad acquisitionem possessionis: vt in simili dicit Alex.cõs. suo cviij.in vj.vol.vbi dicit,† ꝙ si vẽditor vẽdat quicquid iuris habet in tali re,ille titulus non suffragatur emptori propter incertitudinem rei, ratione loci & quotæ.Nam hîc videtur incertitudo ratiõe loci,ergo. Tu dic ꝙ hoc casu non videtur esse incertitudo neque loci neque quotæ,cùm postmodum possit certificari. & ideo talis titulus operabitur effectum, de quo hîc in hac consuetudine,per ea quæ dicit idem Alex.cõs. suo cv.in prædicto vol.

11 *Fructus dotis eiusdẽ priuilegia habent.*

12

13 *Verba quibus testator instituendo vti debet.*

PHilippus Decius plenè in consil. suo ccxxvj. in ij. col.ibi,nec obstat quòd in casu nostro.vbi dicit,ꝙ si dicaᷓ, tertia aut quarta pars talis fundi, est certitudo:secus si dicatur,tertia aut quarta pars omniũ bonorum meorum,quia talis quota non facit certitudinem.vide eundem amplè in regula contractus,ibi,iij. cõclusio prædicta.ff.de regu.iur.vbi dicit, quòd constitutum nihil operatur quando res est incerta,& iam suprà dixi in isto tit.art.j. in glo. *saisis.* versicu.aduerte quòd si precarium.

SEd pone ꝙ testator dicat,ego instituo talem in tali fundo.& illũ confinet per confinia sua,& postmodum dicat,ꝙ continet centũ iugera terræ,& cõtineat minus,aut plus,dũmodo non excedat duas partes,an possit institutus si nõ sint tot iugera, sequi vsq; ad talem numerũ:vel si sint plus,dummodò non excedant duas tertias partes,possit totum consequi,ita ꝙ hęredes non possint repetere?Dic ꝙ si præponatur numerus, habebit̃ respectus ad numerũ:si verò postponaᷓ, erit solum causa demõstrationis,& non vitiat: maximè si sint cõfines,qm̃ attendi debẽt cõfines hoc casu, nec demonstratio numeri falsa vitiat,nec minuit corpus fundi cui adiicitur.l.si fundũ sub cõditione.§.si libertus.l.si seruus legatus.§.q quinq;.ff.de lega.j.l.his verbis.§.paterfa.ff.de leg.iij,l.demõstratio falsa. ff. de cõdi.& demõ.& ibi Bar.in prin.ver.quæro quartò qd in contractibus.¶Et facit,quia designatio confinium rem designat,& quicquid est intus,includit.l. æde sacra.§.j.ff.de contrahẽ.emp.& l.si fines. C.de euict. & ita tenet Oldr.cõsulendo in consi.suo cxcvij.incip. in cõcessione cuiusdã.& multi alij,quos do.Alex. refert, & sequitur in cõsiliis suis cvj.& cvij.in vj.vol.¶Intellige tamen ꝙ in hac disputatione testamẽtaria si numerus excedat duas tertias partes quomodocunque siue præponaᷓ,siue postponatur,vitiat testamentũ:qa aliàs legitima non esset relicta,qđ fieri debet,aliàs testamẽtum esset nullum, vt in consuetudinibus prędẽtibus.¶De huiusmodi consuetudinibus, quãdo est in eis defectus in plus aut minus,vide G.Benedicti in sua repet.c.Rayn.in verbo,& hortum.nu.14. & 15.

IN TEXTV IBI,

Peuuent & doyuent.

1 *Possunt & debent.*

ISta duo † verba simul iuncta importãt necessitatẽ. c.i.in verbo,possumus & debemus.vt eccle.benefi. cle.ij.cum glo.in verbo,debent.de statu mona.facit l. prætor.in prin.ff.de eden. Alex.in cons. suo ccxxiij. in fi.in ij.vol.& hoc est quãdo ponuntur dispositiuè: secùs autem hîc,cùm tantùm sint narratiuè posita.

IN TEXTV IBI,

Et sont saisis.

LIcet em̃ iste hæres sit saisitus,tñ põt adhuc petere se manuteneri in illa saisina & possessione:ex quo hodie habemus practicã apud nos,ꝙ hęres siue ex testamẽto,siue ab intestato,statim facit se manuteneri i dicta possessione.qđ (vt dicũt quidã) dr̃ quartũ interdictũ seu remediũ possessoriũ.Dixi s̃.in hoc tit.in §. j. in iij.limitatione,vbi posui nũquid dicta consuetudo simpliciter dictãs mortuũ saisire viuũ, intelligit̃ tã de hærede ex testamẽto,q̃ ab intestato:sed illa est inutilis disputatio ꝓpter hũc §. qui disponit hæredẽ ex testamẽto saisitũ esse mortuo testatore de his quę sibi erũt relicta in testamento. ¶ Et aduerte,† qa etiã possessio põt tradi in vltima volũtate.l.Lucius.ff.de leg.ij. Bal. & post eũ Barbatia in c.ij.in iiij.col.de cõsuet.in antiquis.qđ intellige verũ in vltima volũtate valida,eo ꝙ clausulæ aptæ ad trãsferendũ possessionẽ nihil operantur in contractu nullo.dixi s̃.§.j.hoc eo.tit.in glo. *saisit.*ergo idẽ in vltima voluntate,cùm bonum sit argumentũ de cõtractibus ad vltimas voluntates.notatur in l.quæ de legato.per do.meum Iaſ.ff.de lega.j.

1 *Possessio traditi potest in vltima voluntate.*

VIde Bal.in c.j.de confirmatio. vtili vel inutili.al- legatum per Guil.Benedicti in sua repe. c. Rayn. in verb.in eodem testamento relinquens.j.num. 254. de testa. vbi dicit, ꝙ si testator apposuerit in legato precarium,legatarius poterit eo mortuo apprehẽdere possessionem propria authoritate.

INtellige etiam prædicta habere locum in instituto in re certa: quoniam licet habeatur loco legatarij, quando est datus hæres vniuersalis, tamen etiam potest propria authoritate apprehendere,prout institutus vniuersalis,vt tenet do. meus Iaſ. in l. quoties. in fine,C.de hæred.instit.vbi etiã dicit idem esse in simplici legatario,quãdo constat de voluntate testatoris. ¶Vide quæ dixi suprà in §.j.in glo. *saisit*,ibi,& aduerte ꝙ cõstitutum translatum post mortem non valet.†

Sed

2 Quæstio. SEd iuxta † prædicta quæro nunqd substitutus virtute huius consuetudinis dicatur saisitus mortuo primo hærede? videt ꝙ sic, quia substitutus est hæres, cùm dicatur secundò institutus, vt notatur in l.j.ff.de vulg.& pupil.substi.& in rub.& dicit tex.in l.in ratione.j.in §.j.& §.si filio.& l.qui fundū.§.si filium.ff.ad l.
3 Fal.† ꝙ substitutio est cōditionalis institutio: ergo adueniente tēpore conditionis substitutus dr̄ institutus: ergo debet esse saisitus per dictā consuetudinē. Tu tñ tene contrariū,† qa substitutus contingēte casu substitutionis nō dr̄ succedere hæredi defuncto, sed primo testatori. Textus in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff.de vulg. & pup. Et ideo cùm substitutus nō succedat vltimo hæredi defuncto,q erat saisitus p mortem primi testatoris,non dicitur,eius successor seu hæres,per cō sequens nō potest ei conuenire dispositio dictæ consuetudinis,quia cui non conueniunt verba statuti,nō conuenit & eius dispositio.l.ita autem.in princi.ff.de adminiſt.tuto.l.iiij.§.prætor.versi.toties. & ibi Bar.ff. de dam.infec.c.ad nostrā.iij.de iureiur. Alex. cōsi. suo xvij.in j.col.in j.vol.& in consil. lvij. incip.Prospectis testamento & codicillis.in iij.col.in ij. vol. Et faciunt quæ plenè dicit Feli.in c.nonnulli.in vlt. charta principij, de rescriptis. ¶Item verba debent intelligi per prius & non per posterius,vt notat Bal.per illū tex.in l.j.C. de successo. edic. & facit text.in l.qui hæredi.§.
5 cùm hæreditas.ff.de condi.& demon.vbi dicit tex.† ꝙ coditio dandi quæ debet impleri ex persona hæredis, intelligitur in eo qui per prius est hęres,non autē qui in secundo effectualiter est hæres iudicio testatoris. ¶Faciunt & alia quæ adducit do.meus Ias.in l. q liberis.§.hæc verba.in j.& ij.col.ff.de vulg.& pupil.& in l. non solùm.in prin.ff.de noui ope.nun.& in d.l.j.C.de succes.edicto.in ij. & iij. col. Ex quo ergo substitutus nō dicitur hæres per prius, sed per posterius,ideo nō comprehendetur in statuto faciente mētionē de hęre de.Facit ēt,quia sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo,& dispositio regulariter verificat in prima vice,per tex.in l.boues.§.hoc sermone. ff.de verb. signif.& in l.dotis ꝓmissio.§.fi.vbi Bar. ff. de iure dotiū.plenè p do.Ias.in l.duobus.§.si ei qui.ff.de iureiur. & in l.diuortio.§.qd̄ in anno.in iij.col.ff.sol.mat.Feli. in c.innouamus. de treuga & pace. Ex quo ergo consuetudo nostra faciēs mentionē de hærede, est verificata in primo hærede, nō habebit locū in secūdo hærede,& in illo qui secūdariò dr̄ hæres, puta in substituto,qui dr̄ secundò institutus.Et facit pro hac parte,
6 qa si aliter esset,sequeret absurdū,† scilicet qa duæ fictiones simul cōcurrerent,qd̄ esse non pōt. Gul.in l.j. C.de dotis ꝓmissio.l.si is qui.ff.de vsuca. & l.qui sibi. ff.de sol.Bal.in l.super lōgi. quasi in fi.C.de de prēscri. longi temporis.& dicit do.meus Ias.in §.fuerat in xij.
7 col.Instit.de action.p gl.in d.l.j.† ꝙ duo specialia non possunt simul concurrere.quā multi dicūt ad hoc singularē.sed do.meus allegat vnā in l. cū post. §. gener. in verb.placuit.ff.de iure dotiū.quā ad hoc allegat Alex.in cons. suo iij.incip.Ex his quæ in themate. in iij. col.in j.vol.repetito.in consi.xcvj.in j.vol. & in consi. xix.in iiij. vol. sed sic est nunc ꝙ cōtinuatio possessionis in hæredem quæ fit per consuetudinem nostram est translatio ficta,prout dicit Aret.in l.j.ff. de acquir. poss. & vocatur talis possessio artificialis, per Bald.in rub.de causa possessionis & proprieta. in pen. colu.& per Alexan. in cons.xxiiij.in j. col. incip. attentis his. in iij.volu.& si bene ponderentur eius dicta, tenet filium obtinere debere in possessorio virtute talis statuti contra substitutū,& si talis dispositio extenderetur ad substitutū,essent duæ fictiones: vna in primo hærede alia in secūdo hærede. ¶Sed ad hoc posset dici hoc modo nō cōcurrūt simul,sed diuersis temporibus,& ideo nō sumus in prædicta regula,quæ dicit, ꝙ simul cōcurrere nō possunt,ideo dicit ꝙ vnū est speciale, ꝙ transferat possessio in hæredē per statutū,& vna est fictio. ¶Item etiam alia est fictio, ꝙ substitutus sit hęres, cùm verus hæres & ꝓpriè dicatur,qui est primò institutus:p fictionē ergo iuris substitutus pōt dici hęres, cùm vt dicit tex.in l.si filiusfamil.§.si filio. ff.quod cū eo qui in alien.potest.& in l.postulante.ff.ad Treb.nō est hæres,sed loco hæredis,ideo fictione iuris dicitur hæres,& istæ duæ fictiones simul concurrent, tamen ad hoc posset dici,ꝙ istæ duę oriuntur ex duplici fonte,quia vna à dispositione consuetudinaria, alia à dispositione iuris cōmunis,& ideo posset dici ꝙ possent simul concurrere,prout voluit dicere do.Ias.in l.quoniam in prioribus.in ij.col.C.de inoff. testam. & Feli. in c.cùm M.Ferra.in vij.col.de constitutio.vbi limitat hanc regulam tribus limitationibus.

ITem facit,† quia vbi aliquid est inductum per fictionem,vt est huiusmodi saisimentū, seu trāslatio possessionis in hæredē,standū est primis terminis ipsius dispositionis,nec aliquo modo debet fieri extensio. l. pater.§.fi.ff.de capti.facit l.lex Cornelia.cum gl. ff. de vulg.& pupil. † vbi fictio legis Corneliæ validans te- 9
stamentū principale nō extenditur ad tabulas pupillares.ita dicit Alex. in cōs.suo x.inci. videtur fortasse. in fi.iij.col.& in iiij.col.in j.vol.licet videat tenere cōtrarium per illa iura.Soci.in cons.suo cxj.in ij.col.ibi, cōfirmatur etiā.& hoc est maximè, quia fictio nō potest sortiri effectum nisi ad ea quæ secūdum naturam possibilia esse possunt.l.denique.ff.ex quib⁹ cau. maio.& Cyn. l. siue possidetis. C. de proba. impossibile est enim secūdum naturā ꝙ testator qui decessit fortè à longissimo tempore possit post mortem primi hęredis saisire substitutū, maximè quia requiritur ꝙ saisitus sit in possessione tēpore quo saisit, quod non potest esse in primo testatore,qui nō amplius est saisit⁹. & istud tenuit Alex.in terminis,ꝙ substitus non possit se dicere saisitum virtute dictæ cōsuetudinis.ita tenuit in cons.suo xl.inci.prospectis his quæ à præsuppositio.in ij.& iij.col.in iij.vol. quod est repetitum in consi.lxxxij.in ij.vol.vbi plenè examinat.& ideo consului in casu emergenti in comitatu Burgūdiæ ꝙ filiæ domini de Champdiues debebāt obtinere in possessorio aduersus dominum de Chaigni se prætendētem substitutum.& faciunt quæ dicit idem Alex. in consi. xxiiij.in iiij.vol.suprà alleg.

ET adde ad prędicta notabilē decisionē Guid.pa.q. Ccccccxij. vbi quærit,nūquid vna possessio operet effectum circa duos successiuè ponendo casum notabilē. Titius bona sua donauit Caio eius fratri in casu quo ipse decederet sine liberis, vsufructu retento, & constituit se ꝓcario nomine ipsius Caij possidere ipsa bona:& casu quo ipse Cai⁹ sine liberis decederet,ipse talia bona donauit Sēpronio, se etiā cōstituēdo ea nomine ꝓcario possidere, & vsufructu retento prout s. obiit dictus Titius donator sine liberis, & ita habuit locū donatio in personā dicti Caij,qui bona possedit: moriē deinde dictus Caius & sine liberis relicto certo hærede,& ita casus sub quo donatio fuit facta Sēpronio euenit, cōtra quem hæredem Caij egit Sempronius rei vendicatione, asserendo sic vt præmittitur donata sibi pertinere iure dominij vel quasi. quęritur postmodum,vtrum bene agat.videtur quòd insequendo prædicta debuisset dixisse, vtrum possessio

4 Substitutio est conditionalis institutio.

Verus hæres quis.

8 Inducta per fictionem nō extendenda.

Casus notabilis.

BIU Cujas

mortuo Caio ſit trãſlata penes Semproniũ. iſtud eſſet in caſu noſtro melius dubitare, quia caſus mihi nõdũ euenit, nõ aliud dico q̃ ſit dictũ p Guid.Pap. in d.q.& ideo ex dictis ibi per eum & ſupradictis, cogita quid in hoc caſu dicendũ eſſet, ſi caſus eueniret in facto, & pro certo eſſet caſus pro amico. ¶Aduerte, quia hoc anno dñi 1518. xx. die Decẽbris fuit iudicatũ in curia parlameti Burgũdiæ, q̃ ſubſtitutus non erat ſaiſitus. & hoc pro domino de Buſſy ratione proceſſus exiſtẽtis ſuper terris & ſeigneuriis de Solongey, Bouſſenay, le Fay, & pluribus aliis terris: & fuerunt repulſi ſubſtituti impetrãtes in materia guardiæ per fines nõ recipiendi, ex quo fuit iudicatũ ſecũm opinionẽ meã hîc antè poſitã, & ideo nõ erit amplius dubitandũ. Contrariũ tñ iudicauerũt dñi de parlameto Tholoſano, vt refert Gul.Benedicti in ſua repe.c.Ray.in verbo, mortuo itaque teſtatore, *le ſecond*.nu. 74.de teſtamentis.& ego in caſu emergẽti cõſului ſecũdũ opinionẽ Tholoſanã, quã credo veriorẽ, vt euitetur iuris circuitus. ¶Et dubiũ põt eſſe in fideicommiſſaria, ſed in directa ſubſtitutione mortuus ſaiſit viuũ, ſicut inſtitutiõe, vt dicit idẽ Benedi.in dicta repet. in verbo, ſi abſq; liberis. iij. de compendioſa ſubſtitutione. nu. 14.de teſta.

IN TEXTV IBI,
Ceux qu'il aura inſtituez.

NOtanter dicitur *inſtituez*, quoniã ſi eſſet legatũ, aut alia vltima voluntas, nõ eſſent ſaiſiti legatarij, ſed capere deberent p manus hęredũ. Textus in §. legatum.inſti.de lega.facit l.ij. C. eodẽ. ſed inſtitutus mittit in poſſeſſionẽ de iure.l. fi. C. de edicto diui Adriani tollen. & ideo nõ mirũ ſi p cõſuetudinẽ ſit ſaiſitus. Sed qd ſi errore notarij dicat in teſtamento, dono, lego, & per inſtitutionẽ relinquo? dic q̃ quomodo eidẽ cõſtet de volũtate teſtatoris, q̃ voluit inſtitutionẽ hæredis facere, ſemper tenenda eſt inſtitutio. quoniã quęcunq; verba legatum importãtia, vel aliũ relicti titulũ, põt teſtator diſponere & alterare q̃ inſtitutionem importẽt, vt eſt caſus in l.quoniã indignũ. C. de teſta.ibi, dum dicit, ſed quibuſlibet cõfecta ſententiis, vel ĩ quolibet loquẽdi genere formata inſtitutio valeat, ſi mõ p eã liquebit volũtatis intẽtio. cùm ergo hęc verba p inſtitutionẽ relinquo, ſatis demõſtrãt intentionẽ teſtãtis, illi ſtãdũ eſt, ita q̃ hæc verba dono & lego nihil operabunt ne error aut imbecillitas notarij noceat, cũ appareat de volũtate teſtantis. l. errore ſcribẽtis. C. de teſta. & ibi do. Iaſ. facit l. fi. C. de fideiuſ. vbi imbecilitas notarij non debet nocere partibus.

IN TEXTV IBI,
Par ſon teſtament valablement faict.

1 *Teſtamẽtũ duplex.*

LIcet † olim eſſent plura genera teſtamẽtorum, vt patet inſtit. de teſta.ordinã. tamẽ quia hodie ſunt in vſu tantummodo duo teſtameta, ſcilicet in ſcriptis & nuncupatiuum, ideo de eis tantũmodò faciã mentionem. ¶† Quantum autem ad teſtamentũ in ſcriptis requirunt plures ſolẽnitates. Primò enim requiritur q̃ ſint ſeptem teſtes, vt in l. hac cõſultiſſima. C. de teſtam. ſed gl. ibi ponit aliquos caſus, in quibus requirũ tur plures, & in quibus ſufficiunt pauciores.

2 *Ad teſtamentum in ſcriptis requiſita.*

ADDITIO. Intellige verum ad probandum volũtatem defuncti, ſed ad probandam ſolennitatẽ defuncti, id eſt, q̃ teſtamentum fuerit factum coram ſeptem teſtibus, ſufficiunt duo teſtes, vt dicit gloſſ. in c. Deus omnipotens. ij. q. j. Bal. in l. ij. C. de bon. poſ. ſecundum tabulas. quod an ſit verum, vide Matt. de affli. in cõſti. regni Siciliæ, quæ incipit, inſtrumentorum robur. in iiij. q. & dicit Hippol. de marſi. ſing. ſuo clvj. incip. nemo prudens, q̃ ſi teſtamentum ſit factum corã ſeptẽ teſtibus, & ſcriptura ſit perdita, ſufficit hoc caſu probare amiſſionem illius ſcripturæ, & cõtinentiã ipſius p duos teſtes, ad hoc vt dicat teſtamentũ eſſe plenè probatum. ita etiam tenet Gul. Benedicti in ſua repet. c. Rayn. in verbo, teſtamentum. j. nu. 92. ibi, plus dico q̃ ſi teſtamentum. de teſtamentis.

ADde alium caſum vltra gl. ſ. in teſtamento conditto ad pias cauſas, quia duo teſtes ſufficiũt. c. cùm eſſes. & c. relatum. iij. de teſt. Item in omnibus teſtamẽtis conditis in terris ſubiectis eccleſiæ, licet nõ ad pias cauſas cũ preſbytero parochiano. d. cùm eſſes. Spec. in tit. de inſtrum. editione. in §. compẽdioſe. ver. item ſi per ius canonicum. dicit idem eſſe quãdo ſunt quatuor teſtes ſine parochiano. Iaſ. in d. l. hac conſultiſſima. in ij. col. ibi plura allegat. vbi ponit caſum in peregrinis qui vadũt Romã, qui poſſunt teſtari corã duobus teſtibus. ¶Quomodo teſtamẽtum poſſit probari p duos teſtes, & quòmodo duo teſtes in eo ſufficiant, vide Gul. Benedicti in ſua repe.c. Ray. in verbo, teſtamentum j. in xij. fallentia. de teſta. ¶† Item nũquid iſte numerus poſſit tolli per ſtatutum vel conſuetudinẽ, vide Iaſ. in l. fi. C. de teſta. poſt Bar. ibi. ¶Item nunquid propter neceſſitatem, hoc eſt tẽpore peſtis, valeat teſtamentum cõditum coram duobus teſtibus? Iaſ. in d. l. fi. melius quàm viderim diſputat, & finaliter cõcludit q̃ ſic. nunquid autẽ iſte numerus ſit de forma ſubſtantiali, vide per dom. meum in l. cùm quis. in iij. col. C. de iuris & facti ignor. & in l. ij. C. de bon. poſ. ſecũdum tabulas.

Septem teſtes.

3 *An iſtenumerus poſſit tolli per ſtatutum conſuetudine.*

SEcundò † requiritur q̃ ſint rogati d. l. hac conſultiſſima. & ſic fortuiti nõ ſufficerent, & iſtud non ſolùm procedit in teſtamẽto in ſcriptis, ſed etiã in teſtamento nuncupatiuo, vt probatur in l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſt. §. gl. in fi. in verbo, adhibitis inſti. eodẽ. de teſt. Iaſ. in d. l. hac conſultiſſima. in j. col. regulare tamen eſt q̃ teſtes fortuiti ſufficiant, præterquã in quatuor caſibus, vt eſt gl. in §. j. in verbo, iniũgatur. in auth. de tabel. coll. iiij. allegata in §. & licet. in fi. in auth. de teſta. coll. vj. ¶Adde etiã, q̃ teſtes in matrimonio debẽt eſſe rogati. gl. in c. noſtrates. xxx. q. v. ¶Quando tamen dictũ eſt q̃ teſtes in teſtamento debent eſſe rogati, limitat tribus modis Iaſ. vno modo, ſ. in teſtameto condito à patre inter liberos. gl. eſt nota. in l. fi. ad fi. C. de codicillis. ponitur in d. l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. alias duas limitationes non pono, cùm non ſint veræ. & dicit ibi Iaſ. allegando Frãc. de Aret. in d. l. hæredes palàm. §. fi. ff. de teſta. qui illas reprobat. † & debent tales teſtes eſſe rogati à teſtatore vel à notario. glo. eſt in auth. rogati. C. de teſti. & ibi Bal. Io. Fab. in §. fi. inſti. de taſta. & iſtud latè diſputat Iaſ. in d. l. hac conſultiſſima. in j. & ij. col. & idem in l. ſciendum. in xvij. col. ff. de verb. obli. & in l. fi ita quis. in ij. lectura, in fi. ff. de vulg. & pupil. & in l. ſerui electione. quaſi in fin. ff. de lega. j. vbi dicit, † quòd ſufficit teſtes eſſe rogatos incontinenti poſt conditum teſtamentum.

Hoc limitat.

4 *Quòd teſtes ſint rogati.*

5 *A quo rogari debeant.*

6

TErtiò † requiritur q̃ teſtes ſint liberi, quia ſerui non poſſunt in teſtamento teſtes eſſe. l. qui teſtamento. §. ſeruus. ff. de teſt. niſi communi opinione reputarentur liberi. l. j. C. de teſta. ¶† Quæro iuxta prædicta habemus in hac patria quoddam genus ſeruitutis, qui dicuntur homines noſtri & villani, & ſunt hoïes manuſmortuæ & talliabiles ad volũtatem domini, nũquid tales poſſint eſſe teſtes in teſtameto? nã tex. habemus expreſſum in conſuetudinibus noſtris, qui

7 *Vi liberi.*

8 *An homines manuſmortuæ poſſint eſſe teſtes.*

BIU Cujas

qui vocat eos ſeruos, vt eſt tex. infrà tit. *des mainſmortes.* in §.viij.inci. *Et ſi une femme frãche ſe marie à un homme ſerf, & de mainmorte.* nam vt patet per illum text. homines manuſmortuæ iſtius patriæ ſunt, & poſſunt dici ſerui, ergo nõ dñt admitti in teſtes in teſtamento: & maximè, quia ſi bene cõſideretur natura iſtorũ hominum, æquiparãtur ſeruis, vt dicam in diſcurſu illius tituli, *des mainſmortes.* igitur, &c. mihi videtur ꝙ tales homines poſſunt eſſe teſtes in teſtamẽto, quia vt dicit Barto. in l. hoſtes. in iij. col. ff. de cap. & poſtli. reuerſis. hodie iura captiuitatis & ſeruitutis inter chriſtianos nõ obſeruanẽ quo ad pſonas, ſed quo ad res tantummodo, quæ bene poſſunt eſſe ſeruæ, & ideo ex hoc facta eſt noſtra cõſuetudo in tit. *des mainſmortes.* §.j. inſequẽdo dictũ Bar. q ordinauit nullos eſſe ſeruos corpore ĩ Burgũdia, ex quo data eſt eis poteſtas relinquẽdo res & hæreditagia quæ ſunt cõditionis ſeruilis, ſe dicere & noĩare francos & liberos Chriſtianiſſimi regis Frãcię nũc ducis Burgũdię, vt patet in ti. *des mainſmortes.* ĩ. in §. *homme de mainmorte peut deſauouer.* ꝑ quã conſuetudinẽ ipſam põderãdo clarè cõſtat hæreditagia eſſe tantũ ſubiecta cõditioni ſeruili, & nõ pſonas, ꝙa ſi perſonæ eſſent ſubiectæ, requireret manumiſſio, quæ nõ requiritẽ, ſed ſolùm opus eſt ꝙ ſe dicat & nominet ſeu aduohet hoĩem francũ. & ex his vr ꝙ poſſunt eſſe teſtes in teſtamẽto, & nundũ mihi euenit caſus, ſed ſi eueniret, ita dicerem per rõnes ſupradictas.

An monachi. QVid de fratribus mendicãtibus, monachis, & aliis religioſis? ponit do. meus Iaſ. in d. l. hac conſultiſſima. in ij. col. C. de teſta. Guid. Papa. q. ccccxvij.

9 Vt puberes. QVartò †requiritur ꝙ ſint puberes, & ſic maiores xiiij annis. dixi ſuprà, tit. præcedenti. §. iiij. quando quadrauit ad propoſitum qui eſſent puberes.

10 Vt maſculi. QVintò †requiritur ꝙ ſint maſculi, ꝙa mulier non põt eſſe teſtis in teſtamento. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſt. §. teſtes. & ibi gl. inſti. de teſt. gl. in c. 11 forus. ad fi. in verb. fœmina. de verb. ſig. † ſic etiã non poteſt eſſe teſtis in ſcriptura priuata trib⁹ teſtibus ſubſcribẽda. tex. eſt in l. ſcripturas, in verbo, virorũ. & ibi Bal. ad hoc notat. C. q potio. in pig. habeanẽ. in multis aliis eſt deterioris cõditionis mulier quàm maſculus, quæ nunc nolo dicere, ſed eos enumerat Spe. in tit. de procuratore. §. j. in j. ij. & iij. col. vbi ponit xxxvij. caſus in ꝙbus vir eſt melioris cõditiõis q̃ mulier. in multis ẽt eſt melioris cõditionis mulier. & ponit Spec. in dicto loco xj. caſus. & in multis partib⁹ paſſib⁹ ambulãt. & ponit Spe. in d. loco xiij. caſus, adde ad ſupradictum Iaſ. in l. hac cõſultiſſima. C. de teſt. & in l. fi. in fi. C. de codic. ¶ Alia de ſubſcriptione & chordulis ponunt in tex. in d. l. hac cõſultiſſima. vbi ampliùs videdũ eſt ꝙd dicat Pau. de Caſt. qui ponit xiij. requiſita. ¶ †Sed vt ad practicã deſcẽdamus, ponendo formã ipſius, dicamus ꝙ primò dẽt ſic fieri, prout ponit Io. Fab. Gallus pater practicę. primò eã debes ſcribere teſtamentũ ꝑ te ſi velis, ꝙ nullus ſciat quæ in eo ſcripta ſunt: in hoc dicit tex. in d. l. hac cõſultima, ſi nullũ ſcire voluerint quæ in eo ſcripta ſunt. vel ꝑ ſecretariũ tuũ ſi magis velis. ꝑut eſt tex. in auth. & nõ obſeruato, quæ eſt poſita poſt l. iubemus. C. de teſta. deinde vocabis teſtes, & dices in eorũ præſentia, ꝙ hoc vis fore teſtamentũ tuũ: & rogabis ꝙ ſint tibi teſtes: & ſi per te manu propria ſcripſeris, & hoc cõtineatur in ſchedula, non eſt opus ꝙ plus ſcribas: ſi ſcribere neſcis octauũ adhibeas qui ſubſcribat. & hoc eſt per l. cùm antiquitas. C. de teſta. quæ videtur in hoc corrigere d. l. hac conſultiſſima. poſtmodum facies ꝙ teſtes ſe ſubſcribãt in eodem teſtamento, & incontinenti, & quãdo per te ſubſcribes, erit talis ſubſcriptio: Ego talis volo eſſe huiuſmodi chartam teſtamentum meum: & ſicut in ea eſt ſcriptũ teſtatus ſum. & quando ſubſcribũt teſtes debet eſſe talis ſubſcriptio, ego talis vocatus & rogatus in teſtẽ ad teſtamẽtum talis quod hac ſchedula cõtinetur manu propria ſubſcripſi, & tali ſigno ſignaui: & iſta ſatis apparẽt in d. l. hac cõſultiſſima. C. de teſta. & in l. pen. ff. de teſt. & fiet ſic, quia recipies ſatis de pergameno, & in prima parte ſcribes totam ordinationem tuam, & plicabis in rotulo: & plicato rotulo remanebit tantũ de pergameno ꝙ ſciuerit fieri ſubſcriptiones, & quãdo fuerint factæ plicabis totam chartã, & in quadro ſicut plicantur bullæ curiæ Romanæ, & inuolues in panno ſeu linteo, & illud linteum ſuetur ita largè ꝙ poſſint poni chordæ ad latera & de ſubtus, quæ trãſibunt per linteum, & illis chordis pendebũt ſigilla, & erit bonum ſi ponãtur duo ſigilla ad quodlibet latus & de ſubtus tria. ſi nõ habeas linteum ponas in rotulo totũ, & recipe chordas, vel literas de pergameno, quas perforato pergameno ponas per vltimã ſuperficiem rotuli, & claudas cum ſigillis, & ſic de conſuetudine clauduntur atteſtationes teſtium. & hanc formã ponit de verbo ad verbum Ioã. Fab. in §. poſſunt. inſti. de teſta. & vide Specu. in tit. de inſtru. edi. §. vt autem. ver. teſtamentũ. Io. Fab. in dicto loco hîc antè allegato dicit, ꝙ quanuis non caueatur, nec ſit iure cautũ, erit tamen bonum apponere diem & locum, vt notat Azo in ſumma, de teſtamentis. ¶ Dicit tñ idem Io. Fab. in l. omnium. C. de teſta. ꝙ nõ tenet conſuetudo ꝙ creditur literis ſigillatis concernentibus teſtamentũ, & an valeat teſtamẽtum ſi nõ fuerit ſignatum. & ſigillatum ſignis & ſigillis teſtium. vide Boërium in cõſuet. ſeptenæ Bituricen. tit. de teſta. §. j. in gl. magna.

13 Teſtamẽtum nuncupatiuũ. ALiud eſt †teſtamentũ nuncupatiuum, in quo quidem dñt eſſe ſeptẽ teſtes rogati, maſculi, puberes, & debet fieri ipſis præſentibus & audientibus volũta tẽ teſtatoris. §. per nũcupationẽ. in l. hac cõſultiſſima. C. de teſta. & tale teſtamentũ obſeruatur cõmuniter. dixi ſuprà de forma c. cùm eſſes. de teſta. ꝙ habet locũ de iure canonico. Guid. Pap. q. ſua ccccxliij. dicit, ꝙ habet locum etiam in terris imperij, quando teſtator eſt in graui infirmitate cõſtitutus, & ꝙ ex illa infirmitate moritur: ſecus ſi cõualeſceret: quia tamẽ credit teſtamentum illud non valere vltra annum, quòd ſcilicet quando teſtator teſtatur corã duobus teſtibus, & curato parochiano. addit plus & dicit ꝙ vidit obſeruari ꝙ in rure, vel alibi tẽpore peſtis vbi copia teſtiũ nõ reperitur, teſtamẽta corã curato & duobus teſtibus facta valent. & ita vidi obſeruari & iudicari in iudiciis, ita in caſu emergẽti dixi ꝙ valebant. idem Guid. Pap. in dicta quæſt. ponit alias ſpecies vltimarum volũtatum in dicta quęſtione. ad quã te remitto.. Sed aduertendum ad illam de qua in l. fi. C. de teſta. qñ ruſticus teſtatur in rure vel loco campeſtri.

De ſubſcriptione teſtamẽtorum. 12 Forma teſtamẽti.

ADDITIO. De huiuſmodi fallẽtia vide plenè per Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, teſtamentum. j. nu. xij. in ij. fallẽtia ibi poſita de teſtamentis. & in illa tota gl. ponit xij. fallentias ſeu limitationes ad prædictam regulam, quòd requiruntur ſeptem teſtes, & ꝙ de iure canonico ſufficiant duo teſtes. vide eundem ibi num. lxij.

SEd aliud eſt dubium, an ſchedula reperta in archa teſtatoris probet teſtamentum etiam ſi nõ ſint teſtes doctores in l. fi. C. de fideicommiſ. maximè dom. meus Iaſ. in l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Gul. Benedicti plenè in repetit. c. Raynutius. in verbo, teſtamentum. j. in xij. fallentia, & in verbo,

in extre

BIU Cujas

in extremis cõſtitutus, quaſi in fi. de teſta. cõſului pluries, & dixi ꝙ valet, dummodo ſit ſcriptum, aut ſignatum, aut ſubſcriptum manu teſtatoris.

SEd quia hîc tex. noſter loquitur, qñ quis diſponit p teſtamentũ, ꝙ eſt ei pmiſſum diſponere de duabus partibus p teſtamentum, & nõ plus, nunquid autẽ ſi ipſo viuente, vel ipſo exiſtẽte in loco mortis diſpoſuerit de omnibus bonis ſuis, aut ſaltẽ ita diſpoſuerit donando inter viuos, taliter ꝙ legitima nõ ſit ſalua hæredibus, an poſſint tales hæredes reuocare illam donationẽ, tanquã ſit inofficioſa iſte caſus quotidie euenit, & fui à plurib. interrogatus, & qñ tales fiũt ſtatim ante mortẽ, & qñ fiũt cõſanguineis, & de plurib. aliis præſumptionibus, vide ſ. in tit. *des droicts & appartenances à gens mariez*. §. iiij. inci. *le mari conſtant le mariage*, in fi. & aduerte † qa donatio inofficioſa põt per hęredes reuocari, etiã ſi teſtator iurauerit. do. Iaſ. in l. ait prætor. *la premiere*, in iij. col. ff. de iureiur. † & dĩ inofficioſa qñ eſt vltra duas partes totius hæreditatis, vt eſt in teſtamento ſecundum noſtras conſuetudines.

14 Donatio inofficioſa reuocatur.

15

ADDITIO. Quando permiſſum ſit hæredibus reuocare quod prædeceſſor fecit in præiudicium eorũ, vide Matt. de affli. in conſti. regni Sici. quæ inci. cõſtitutionem diuæ memoriæ. in iij. lib. in j. & viij. notab.

IN TEXTV IBI,

Selon raiſon.

CVm ergo conſuetudo noſtra ſe referat ad ius cõmune, debet intelligi ſecũdum ius commune, & ideo teſtamentum factum debet habere omnes cõditiones quæ à iure debent eſſe in teſtamẽto, de quibus hîc antè dictum eſt in gl. præcedenti. arg. eorum quæ dicit Boërius in conſuetudi. Bituricen. titu. *des preſcriptions*. §. vj. in gl. cõſuetudo vel ſtatutum. Sed quia vt videmus de generali conſuetudine regni Franciæ obſeruatur ius canonicũ, in c. cùm eſſes, de teſta. vt dicit Io. Fab. in l. j. in prin. C. de ſacroſan. eccl. & dicit. Old. conſi. ccxlviij. verſic. ad ſecundam quæſtionem. ꝙ ita conſuetudo eſt Pariſiis, an etiam apud nos ſufficiat ꝙ hoc modo fiat teſtamentũ, cogita ex his quę dicit Boërius in prædicta conſuetudine teſtam. & de teſtam. & vlt. vol. §. j. vbi narrat. plures conſuetudines circa hoc. & vide hîc antè in prin. huius. gl.

§. QVINTO.

LE teſtateur par teſtamẽt ne ordonnance de derniere volonté ne peut faire l'vn de ſes vrais heritiers, & qui ab inteſtat luy doyuẽt ſucceder, meilleur de l'autre.

VIdetur ꝙ iſta conſuetudo cõtrarietur diſpoſitiõi iuris cõis, cùm expreſsè dicat tex. in l. parentibus. C. de inoff. teſta. & l. inter oẽs. C. fami. erciſ. ꝙ arbitriũ diuidẽdæ hæreditatis parentibus inter liberos nõ eſt adimendũ, & valet diuiſio', dum tñ aſſignet pro minori legitimam, qui quidem tex. videtur eſſe contra conſuetudinem, & etiam videtur hæc conſuetudo eſſe contra tex. §. ſi verò aliquis. cùm ſimilibus. in auth. de trẽte & ſemiſſe. coll. iij. quia aufert liberã teſtaméti factionem. ¶ Et ꝙ hæc diuiſio quæ fit per patrem inter filios ſit actus vltimæ voluntatis, & non actus inter viuos, patet, ex quo eſt tex. in d. l. parẽtibus. & in d. l. inter omnes. qui dicunt eſſe iudiciũ, ex quo magis iudicandus eſt actus vltimæ volũtatis. & facit gl. in d. l. inter omnes. in verbo, iudicij. dixi ſuprà titu. *des droicts & appartenances à gens mariez*, §. ix. in gl. *de tous debtes*. vbi ſcripſi ꝙ etiam dr̃ eſſe vltimum arbitriũ, ex quo eſt actus vltimæ voluntatis. ideo in hac patria ſubiicerẽt huic cõſuetudini, licet contrarium fuerit iudicatum in magno cõſilio regis inter dominos de Villernoult dictos de Iaulconet. Sed quid de rebus emptis per patrem nomine filij, an habeant vim donationis, an vltimæ volũtatis? Iacobi. de S. Georg. in auth. qui rem. col. xviij. C. de ſacroſan. eccl. & Bal. in l. filiæ cuius. C. fami. erciſ. videntur tenere etiam ꝙ habeat vim vltimæ voluntatis. dixi alibi ꝙ videtur habere vim donationis. ¶ † In ſecũdo verò pater non poteſt aſſignare vni ex liberis fundum integrum, excluſis aliis. de quo per Bal. in tit. de prohi. feu. alie. per Fed. in c. imperialem. & Io. Rayn. in d. c. imperialem. §. habito. in allodialibus verò poteſt plus vni dare quàm alteri, vt habetur in l. j. & ij. C. de interdi. matr. in l. cùm pater. §. cuictis. ff. de leg. ij. & Iaſ. in d. l. parentibus. C. de inoff. teſta. tamen videtur fundata ſuper æquitate, vt dicam infrà. ¶ Quia hîc antè dicitur quid in feudo, vide etiã quid in re emphyteutica, per Iaco. de S. Georg. in authẽ. qui rem. in repe. in in xviij. col. C. de ſacroſ. eccl. ¶ Aduerte quia ferè in tota Gallia obſeruatur contrarium, quia etiam melior eſt cõditio primogeniti, ꝙ debet habere auantagium, ſiue annagium, de quo Ioan. Fab. facit mentionem in §. cæterum. inſti. de legiti. agna. ſucce. vide conſuet. Turonẽ. titu. *des ſucceſſions des fiedz & autres heritages*, artic. iij. & ibi per Ioan. Sanxon. & dixi ſuprà in rubrica, de conſuetudine, ꝙ primogenitus ſuccędat. tamen tantùm importat hæc conſuetudo quantum conſuetudo quæ eſt ferè generalis in tota Francia. † ꝙ qs nõ poteſt ſimul eſſe legatarius & hæres, quia nemo põt à ſeipſo legatum conſequi. de qua per Boërium in §. vj. x. col. gl. tit. de teſta. & vlti. volunta. ¶ Iſta conſuetudo etiam habet locum in ducatu Borbonij, tit. *des ſucceſſions*, articu. ij. vt libro conſuetudinum prædictæ patriæ ſcribitur.

Auantagium.

1 2

IN TEXTV IBI,

Ne ordonnance de derniere volonté.

MVlti noſtri practici huius patrię dicunt, † ꝙ per hanc conſuetudinem ſunt prohibitæ ſubſtitutiones in Burgundia, ſed non video ꝙ per hoc ſit prohibita ſubſtitutio vulgaris, pupillaris, & aliæ: imò habeo text. in terminis noſtrarum ordinationum huius patriæ, & quæ ibi obſeruãtur, ꝙ etiam ſubſtitutiones ſunt permiſſæ, vt eſt tex. in ordinationibus parlaméti Burgundiæ, in tit. *des inuentaires, & auquel cas ils ſe doyuent faire*, §. ij. & ideo non eſt dubium quòd ſicut quis in Burgundia poteſt aliquos extraneos inſtituere in duabus partibus ſuorum bonorum, ita & ſubſtituere: & etiam ſicut poſſet omnes ſuos hæredes ab inteſtato inſtituere, ita eis ſubſtituere, & eos inuicem ſubſtituere dummodo ſicut non poteſt per inſtitutionem facere cõditionem vnius meliorem, ita nec per ſubſtitutionem: & ſi teſtator haberet pupillum, poteſt eundem inſtituere, & illi ſubſtituere extraneum in duab' partibus totius ſubſtãtię illius pupilli, ſicut poſſet ille pupillus inſtituere aliquem extraneum in illis duab' partibus, ſecundum quod dictum eſt in §. præcedẽti. ſi tamen dictus pupillus eſſet extra pubertatem, & in tali ætate quòd facere poſſet teſtamẽtum. & intellige ſic de ſingulis.

1 Subſtitutiones an in Burgũdia ſint prohibitæ.

2 Subſtitutio vulgaris grauamẽ pupilli fauor.

ADuerte tamen, † qa ſubſtitutio vulgaris vel fideicommiſſaria dicitur onus & grauamẽ hæredis. l.

cohær

cohæredi.§.cùm filię.ff.de vulg.& pupil.& substit.sed substitutio pupillaris dicitur merus fauor.& prouisio filij.d.§.cùm filiæ.ita tenet do.meus Iaſ. in authen.res quę.in ij.col.C.cómu.de leg. Quid.ergo de fideicómissaria, videlicet, instituo filium meũ,aut talẽ hęredem meum,& si decesserit sine liberis,substituo ei talẽ ? de hac pendet processus in curia parlamenti Burgundiæ inter illos de domo de Chalõ, ad causam successionis quódam domini de Grignon, cui illustrissimus princeps Orengiæ dicit se debere succedere, etiã in bonis existẽtibus in Burgũdia, virtute vnius substitutionis fideicõmissarię.nũc nõ insisto, cùm pẽdeat processus.

ADDITIO. Cùm iste casus mihi sępe euenerit,ego dixi multis & in pluribus casibus ꝙ substitutiones in Burgundia sunt validæ siue sint directæ, siue fideicõmissariæ,sicut in patria iuris scripti. Nec tollitur effectus illarum per hãc nostrã cõsuetudinem, cùm ita sit ꝙ verba cõsuetudinis sint strictè & ꝑriè intelligẽda, & per prius nõ ꝑ posterius,vt antè dixi in ti.*des droicts & appartenances à gens mariez.* §.vj.in glo.*sur la moitié.* num.24. & sumenda sunt in vero sensu. dixi suprà, in tit. *des fiedz.§.* viij.in verbo,*reale.*nu.4. & in hoc tit.in §.præcedenti.in gl.*& sont saisis.*vbi dixi ꝙ substitutiones nõ comprehẽduntur in statuto faciente mentionem de primo hęrede:quoniã substitutus,licet sit hęres primi testatoris, & illi succedat,vt est text.in l. cohęredi.§.cùm filię.ff.de vulg.& pup.& ibi do.Iaſ.tamẽ non est verus hæres & primus,sed cõditionalis, & secundus,vt suprà dixi.& ita etiam tenet idem do.Iaſ.in rub.ff.de vulg.& pup. ideo non cõprehenditur in statuto seu cõsuetudine mentionẽ faciente de vero hæredę,qui dicitur proprius & primus. Et etiam ꝙa vbi fit mẽtio de hæredę,intelligitur de illo qui est immediatè hæres.l.ꝙ liberis. §. hæc verba.ff.de vulg.& pup.& ibi do.meus Iaſ.qđ nõ est in substituto qui non est immediatè hæres, sed post mortẽ primi hæredis, vt dictũ est. Et ideo si substituto & secũdo hæredi nõ conueniant verba nostræ consuetudinis,nec etiã dispositio illius.l.iiij.§.prætor.ver.toties.de dã.infec.Alex.in cõs.xvij.in j.col.in j.vol.& cõs.lvij.in ij.vol.&maximè cùm cõsuetudo vtatur his verbis, *l'un de ses vrais heritiers,& qui ab intestat luy doyuent succeder.* quod non est in substitutis.Et etiã cùm in primo casu hæc cõsuetudo sit exorbitãs à iure,tollens in hoc dispositionẽ testatoris, ꝙ non possit disponere vni plusquã alteri:qđ vĩ esse cõtra ius,vt dixi in initio huius §. ideo satis est ꝙ intelligatur in primo & vero hęrede,& non in aliis hæredibus, ꝙ licet quodãmodo possint dici hæredes secũdariò & cõditionaliter,non tñ sunt veri hęredes: ideo cùm nulla expressè,nec tacitè de substitutionib⁹ fiat mẽtio,recurrendũ est in hoc ad id qđ ius cõmune disponit secundũ conclusionẽ nostrarũ consuetudinum.& ideo aduocati nostri deberẽt illas practicare, cùm in illis sit materia quę implet bursas aduocatorũ vt dicit do.Iaſ.in rub.ff.de vul.& pup. referẽs dictũ Alberi.magni practici Galliæ.' In comitatu Burgundiæ, & in patria iuris scripti ytuntur his substitutionibus. & consului in casu emergenti in successione illorũ de Verey,vbi erat quæstio de quadã substitutiõe fideicõmissaria, in qua cõprehendebat terra montis S.Vincentij,quæ est in patria cõsuetudinaria huius ducatus Burgundiæ,& comitatus Kadrellen.¶ Cógita tamen, quia semper dubitaui ꝙ substitutiones in hoc §. cõtinentur ꝑpter verbũ, *ne ordonnance de derniere uolonté*, qđ est generale:& ideo ꝙ tales substitutiones possunt tantùm fieri in quibus possunt fieri institutiones & legata,§.in duabus tertiis partibus, ita ꝙ semper remaneat quarta debita iure naturæ,& cum hoc fiet detractio quartæ Trebellianicæ, sc̃dm tex.& not.in c.Ray. de testa.¶Sed posset esse dubiũ,qđ in Frãcia in multis locis,vbi est cõsuetudo ferè generalis,vt in prępositura Parisiensi,Balliuatibus Melden. Senonen. Trecen. Vitry en Partoys,Carnotẽ.&in plurib⁹ aliis locis,vbi ꝑhibet institutio hæredis, an sit etiã ꝑhibita substitutio.Sũt aliquæ cõsuetudines quæ nõ solũ ꝑhibent institutiones,sed etiã substitutiones,vt est cõsuetudo Aurelianen.& in his seruãda est cõsuetudo:in illis verò vbi tãtùm institutiones hæredũ sunt ꝑhibitę,vĩ ꝙ etiã sint ꝑhibitæ substitutiones,saltẽ tales quæ depẽdent à prima institutiõe,ꝙa ꝑhibito antecedẽte vĩ & cõsequẽs esse prohibitũ,sicut cõcessõ antecedẽti, cõcedunt & ea quæ ad illud accessoriè veniũt:vt no.per do.meũ Iaſ.in l.ij.ff.de iurisd.om.iud.sed sic est, ꝙ substitutio est secũda institutio,vt dicit gl.& do. Iaſ. in d. rub.ff.de vulg. & pup. & ita etiã tenet Masueri. in sua practica,in tit. de succeſ. vlt.vol.¶ Posset tñ dici,ꝙ licet illa substitutio quæ fit in testamẽtis tollat per has cõsuetudines,non tñ tollitur illa quæ fit extra testamẽtum,vt est in l.hæredibus.ff.ad Trebell.& in l.j. §. fi.C.de caducis tollen.&facit l.ab eo.C.de fideic.& in l.j.C.de dona. causa mortis.aut in cõtractib⁹ secundũ l.quoties.C.de dona.quæ sub mod.de quib⁹ ꝑ G. Benedicti in sua repe.c.Ray.in verb.si absq; liberis.ij. de fideicõ.substi.nu.19.& 20.de testa. vbi amplè de substitutione quæ fit in cõtractib⁹,sc̃dm d.l.quoties.quæ est multũ notãda, & ad quã pauci aduertũt in practica.Imò etiã est maximè in hoc aduertendũ ad illã generalẽ cõsuetudinẽ Frãciæ quæ est in multis locis, & ferè in tota Gallia,quæ non admittit institutionẽ hęredũ,seu dicit,ꝙ institutio hæredũ non habet locum, quomodo sit intelligẽda,& vtrũ sit ita passim & indistinctè vera, ꝙ nunquã quis possit instituere hæredẽ: qđ si ita intelligat,inuenio eã maximè exorbitantem, cũ tollat liberã facultatẽ testandi.l.j.& ibi nota.C. de sacrosan.eccl.& ꝑ certo esset magna seruitus,ꝙ nemo posset instituere hæredẽ.& istud est apud nos ſpeciale in hominib.manusmortuę,qbus ꝑhibet dispositio ꝑ testamentũ,vt ĩ.in tit. *des mainsmortes.* §.xj.ꝙ si hæc cõsuetudo generalis in Francia ita passim intelligeret quo ad omnes,redderet eos seruos quo ad hoc,nisi dicatur ꝙ debet intelligi sc̃dm hãc nr̃am cõsuetudinẽ, ſ. quo ad illos qui succedere debẽt ab intestato, qm̃ institutio hęredis in vno ex illis nõ habet locũ, sed ꝙ in casu vbi aliquibus ꝑmittit donare, aut alio modo relinquere,vel disponere de aliqua parte bonorũ,ꝙ ĩ illa parte nõ possit hæres extrane⁹ instituí, dũmodo sit talis,ꝙ nõ sit successurus ab intestato.nõ credo ꝙ illę cõsuetudines ita intelligant,ꝙa etiã prohiberetur vna via,qđ alia esset permissum,qđ fieri nõ debet, vt dicit Bal.in l.fi.in vlt.col.C.sine cẽsu vel reliquis. Et faciũt quæ dicta sunt ſ.in tit.*des droicts & appartenances à gẽs mariez.* §.iiij.in gl.ex quo dici posset ꝙ substitutiones in talibus casib⁹ valeãt,& sic etiã institutiones.cogita si casus tibi eueniat in patria vbi viget talis consuetudo.¶Sed iuxta prędicta quęritur,nũquid per hęc verba,si sine liberis decesserit,si sint liberi,cẽsentur vocati ex testamẽto vel ab intestato. aliàs consuluĩ Mediolani in causa emergenti,& inserã in meis consiliis.

QVot autẽ † sint genera vltimarũ volũtatũ ponit Gui.Papa octo in quæst. sua. 543. Vltimarũ voluntatum.vbi dicit inter alia.nũ.7.† ꝙ donatio causa mortis est vltima volũtas, & hoc est quãdo est ineſſe producta:secus si antè,quia contractui æquiparatur. dom.meus Iaſ.in l.fenium.in vij.col.C.qui test.facere pos.

3 *Genera vltimarũ volũtatũ.*

4 *Donatio causa mortis.*

BIU Cujas

poſ. & in princ. illius col. ponit æquiparationes inter donationem cauſa mortis & vltimam volũtatem.

ADDITIO. Hippol. de Marſil. in ſing. ſuo cxxxvj. incip. longa profectò. dicit quòd ſicut legatũ per alienationem volũtariam legantis reuocatur ita etiã donatio cauſa mortis, ſecundum Dyn. in l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. j. quod dictum refert Alex. in l. nõ omnis in prin. ff. ſi cer. pet. ſubdens quòd eadẽ ratione ſi ſuperueniant inimicitiæ inter donantẽ cauſa mortis & donatarium, induceretur reuocatio donationis, ſicut cõtingit in legato. l. iij. in fin. cum l. ſeq. ff. de adi. leg. dixi ſuprà, in titu. *des droicts & appartenances à gens mariez. §. ix. gl. & ne ſont point legats.*

ADde q̃ ſtipulatio facta per patrem ſtipulãdo pro ſe & filio, intelligit̃ ordine ſucceſſiuo, & eſt quædam donatio cauſa mortis, Iacobinus de S. Georg. in auth. q̃ rem. in xvij. col. C. de ſacroſ. eccl. Et de æquiparationibus de quibus hîc, & etiam quomodo donatio cauſa mortis tripliciter conſideratur, vide per G. Benedicti in ſua repe. c. Rayn. in verbo, teſtamentum. iiij. nu. 31. vſq; ad nu. 41. de teſt. Et in fine illius gl. vide quid de mortis cauſa capione an ſit vltima voluntas, & quomodo differat à mortis cauſa donatione. ¶ Aduerte quia idem do. meus Iaſ. in l. ſciendum. quæ eſt in ij. lect. ff. de leg. j. ponit vndecim æquiparationes inter vltimam volũtatem & donationem cauſa mortis. & inter alia dicit, † q̃ ſicut in vltimis voluntatibus habet locũ ius accreſcẽdi, ita in donatione cauſa mortis. l. vnica. ſi. & ibi Bart. & alij, C. de cad. tol. quanuis ſecus ſit in contractibus. l. ſi mihi & Titio. vbi Bart. & alij. ff. de verb. obl. & do. meus Iaſ. in l. re coniuncti. in ſi. ff. de leg. iij. Iſta cõſuetudo etiã habet locum in ducatu Borbonij, in tit. *des ſucceßions.*

Caſus facti. ET aduerte, quia ſi fiat mentio mortis, præſumitur donatio cauſa mortis. Bar. in l. Seia. ff. de do. cauſa mortis. Alex. in conſi. lxxxj. inci. viſo inſtrumẽto. in ij. col. in j. vol. hæc dico quia fui conſultus de quodã caſu: quidã vni ſuorũ hæredũ in ſuo teſtamento donauit quendã reditũ annuum hoc modo, dono etiam tali fratri meo tales reditus mihi debitos ſingulo anno q̃ talẽ ſuper tali hæreditate retento mihi vſufructu, & volo q̃ poſt mortẽ meã vſusfructus reuertat̃ ad ipſum pleno iure. dubitatũ fuit nunquid valuit hęc donatio? videbatur q̃ non, quia ex quo erat facta in teſtamẽto, videbat̃ eſſe vltima volũtas, ſed dixi q̃ etiã contractus põt fieri in teſtamento. l. hæredes palã. §. fi. ff. de teſta. ſed non econtrà, q̃a inſtitutio hæredis nec alia vltima voluntas poteſt fieri in cõtractu. l. tale pactũ. §. pater. in fi. ff. de pac. do. meus Iaſ. in l. licet inter priuatos. in ij. col. C. de pac. Item dicebat q̃ in prædicta donatione erat mẽtio mortis, vt s̃. dixi, ex quo ergo erat vltima voluntas, q̃ in ea non poterat fieri cõditio vnius ex hæredib⁹ melior, & alterius deterior: & ſic q̃ dicta donatio tanquã cauſa mortis nõ valebat. De dicta gl. quę eſt in l. hæredes palam. §. fi. ff. de teſta. q̃ cõtractus poſſit fieri in vltima volũtate, vide Georgium Natan in repe. c. quanuis. in xvij. col. verſ. circa ſecũdam partem. ibi, tertiò, quia ſequeretur. de pactis, in ſexto.

DIxi q̃ hæc donatio eſt donatio inter viuos, quæ poteſt fieri in vltima voluntate, vt dixi, & licet fiat mentio mortis, iſtud non impedit: quia iſta mẽtio mortis, non eſt in verbis importãtibus ſubſtantiã donationis, ſed in verbis executiuis, quo caſu illa mẽtio mortis nõ facit illã donationem præſumi cauſa mortis. prout tenet Bal. in addi. ad Spec. in tit. de inſtru. in vlt. col. in verſi. ſi quis dona. & ita dicit eſſe de mente Spe. in dicto tit. §. porro. ver. autem forma. & ita tenet Alex. in cõſ. ſuo xiiij. in ij. col. in j. vol. facit, † q̃a verba appoſita in executiuis nihil operantur, nec immutant naturã actus. tex. eſt in cle. j. ad fi. de præben. quem ibi exclamat Pan. dicens illum tex. neſcire alibi. ita refert & ſequit̃ do. Iaſ. in l. ius autẽ ciuile. in ij. col. ff. de iuſti. & iure. vbi plura ad hoc alle. ¶ Itẽ hæc mentio mortis eſt ſolùm facta cauſa demonſtrationis, & ideo non facit q̃ donatio ſit cauſa mortis. Alex. in cõſ. ſuo lxxviij. viſis. in iiij. vol. ¶ Et q̃n mentio mortis appoſita in donatione facit iudicare donationem cauſa mortis. vide G. Benedicti in repe. c. Ray. in verbo, teſtamẽtum. iiij. nu. xxiij. de teſta. vbi ponit ſeptem modos quibus indicat̃ q̃ mẽtio mortis inducat donationẽ cauſa mortis. & ibi ponit an reſeruatio vſusfructus in tempus vitæ inducat donationem cauſa mortis.

ET cùm hæc dixiſſem, licet pro hac opinione habuiſſem Alex. in d. cõſi. xiiij. ſuprà alle. tamẽ pòſt quodãmodo hæſitaui ꝓpter quoddã argumentũ cuiuſdã aduocati Heduen. qui mihi dixit, q̃ ex eo quòd, vt dictum eſt, donatio cauſa mortis eſt vltima volũtas † & in vltimis volũtatibus verba poſita in executione operantur, l. quibus diebus. §. quidã Titio ff. de cõdit. & demon. Bar. in l. j. in iij. col. ff. de cõdi. & demon. ergo iſtud verbũ appoſitum in executiuis debet aliquid operari. iſtud argumentũ nõ eſt validum, quia vt iam eſt dictum, donatio in ſua eſſentia facta nullam facit mentionem de morte, & ſic nõ eſt donatio cauſa mortis, quia dictum eſt tãtummodo, dono talem rem tali retento mihi vſufructu: iſta eſt donatio perfecta, & ſi poſtmodum apponatur dictio mortis, quia eſt in executiuis & importantibus dilationẽ, & eſt facta mẽtio per modũ dilationis, tunc non intelligimus donatum cauſa mortis, ſed inter viuos, ex quo remaneo in illa prima mea opinione. Si caſus indigeat altiori indagine, latiùs inſiſtã, ſed nũc nõ aliud dico, ſed tantũ me remitto ad Alex. in conſi. ſuo lxxviij. in iiij. vol. hîc antè alleg. ad quẽ recurrendũ eſt cùm plenè dicat. niſi fuiſſent hæc verba. videtur q̃ ſi filius acceptaſſet relictum eidem factum, nõ potuiſſet amplius querelare de legitima. ita Bart. in l. poſt legatũ. iuncta gl. ibi. ff. de his quibus vt indig. licet Ang. & Bal. videãtur tenere cõtrariũ in l. Papinianus. §. ſi cõditioni. ff. de inoffi. teſta. ¶ Aduerte tamẽ ad vnũ, † q̃ nunquã dr̃ donatio cauſa mortis, etiã licet fiat mentio mortis, & dicatur q̃ dat cauſa mortis, ſi dicatur q̃ donat irreuocabiliter. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cauſa mortis.

VIde quatuor ſingulares limitatiões ad d. l. vbi ita donatur. quas ponit G. Benedicti in ſua repe. c. Rayn. in verbo teſtamentũ. iiij. de teſta. & in d. gl. vide materiã donationis cauſa mortis, & in fine, q̃ tribus modis ipſo iure reuocatur, quæ oĩa nota. ¶ Primò ſ. ſi donator ſuperuixerit, aut de periculo in quo erat euaſerit. l. iiij. & ibi Bar. ff. de don. cauſa mortis. Secundò, cùm donatorẽ pœnituerit. l. non omnis. & ibi Bart. & doc. ff. ſi cer. pet. quod intellige ẽt dũmodo decedẽdo reliquerit hæredem, q̃m ſi ſine hęrede moriatur, nihil operat̃ pœnitentia. Ang. Alex. & alij in l. ij. ff. de lega. j. Tertiò, ſi donatarius ante donatorem deceſſerit. §. j. inſti. de dona. vide Benedicti in loco hîc antè alleg.

ADuerte tamen, † q̃ ſi duo fecerint donationẽ adinuicem bonorum ſuorũ, videlicet præmoriens ſuperſtiti, q̃ dicitur donatio cauſa mortis, vt dicit Io. Fab. in l. j. C. de inoff. do. & ideo ſi fiat inter illos q̃ ſuccedere debent adinuicem, eſt periculoſa. Contrarium tenet Sali. in l. ſi. in iiij. col. verſi. iuxta hæc quęro. C. de pact. & etiam G. Bened. in ſua repet. c. Rayn. in verbo, teſtamentum. iiij. nu. 23. de teſta.

Additio.

6 Verba in executiuis.

7

8 Nota.

BIU Cujas

ADDITIO. Aduerte tñ ꝙ, vt videtur tenere Alex. in cõs. suo lxxxiij. in vj. col. ver. venio ad secundũ principalẽ articulũ. in ij. vol. videtur tenere ꝙ talis donatio non sit donatio causa mortis, sed potius sapit vim contractus: imò etiam videtur tenere ꝙ si sit omnium bonorum, præsentium & futurorũ, ꝙ valet. vide dicta per eum ibi. Et vide Thomam Ferratium cautela xxx. vbi ponit cautelam ad illaqueandum donatorẽ causa mortis, ne possit reuocare donationem.

Casus facti.

SEd adhuc his diebus mihi euenit casus de quodã, qui donauit duas partes, & plus, de bonis suis vni ex suis hæredibus per donationem inter viuos, in qua quidem donatione apposuit hæc verba, ꝙ nolebat ꝙ teneretur prædicta bona donata conferre cum aliis hæredibus, & illamet die qua fecit dictam donationẽ fecit testamentum, in quo instituit donatariũ cũ aliis hæredibus, approbando, ratificando, & confirmando dictam donationẽ iam per eum illa die factã. dubitatũ fuit de pluribus: Primò an dicta donatio possit dici causa mortis, ex quo in ea prohibetur collatio cũ aliis hæredibus, deductis bonis donatis. cogita ex his quæ dicit Alex. in consiliis hîc antè allegdicã j. in hoc §. in fi. ibi, sed insequendo. Et aduerte, quia præsumitur esse facta causa mortis, cùm incontinenti, eo die & loco fecerit suum testamẽtum, in quo fecit mentionem de dicta donatione. arg. eorum quæ dicit do. Frã. de Curte senior in consi. suo liij. inci. super duobus publicis. in iij. col. vbi dicit ꝙ promissio de retrouendendo incontinẽti facit præsumi ita fuisse per prius conuentũ. alleg. Bal. in l. ij. C. de ædil. actionib. & in l. per diuersas. C. mandati. † & dicitur incontinenti, quando eadẽ die & loco, & coram eisdem testibus, vt ibi. ¶ Imò dicitur vnum & idem instrumentũ, vt dicit Bal. in l. Sempronius. ff. de lega. ij. & dicitur in esse contractui principali, secundũ Bal. in l. petẽs. in vlt. charta. C. de pact. & in l. pe. §. mulier. ff. sol. mat. Alex. in cõs. xxv. inci. viso instrumento. in iiij. col. in ij. vol. ¶ Secundò, an tanquam inofficiosa poterit reuocari. cogita ex his quæ dixi in §. præcedẽti in fi. ¶ Adde ꝙ ex quo est facta per existentem in lecto, & in infirmitate de qua moritur, præsumitur fraudulẽta, & facta in fraudem hæredum, ita ꝙ debet reuocari. ita tenet Alb. de Ros. in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credi. facit quod dicit Anto. de But. in c. ij. de consue. vbi dicit, † ꝙ actus gestus in infirmitate, præsumitur gestus causa vltimæ volũtatis condendæ, vel causa mortis. c. j. & c. de his. de sepul.

Inconuenit fieri quid dicatur.

11

11 Donatio ab infirmo facta dicitur causa mortis

EX quo infertur, † ꝙ donatio facta ab infirmo est donatio causa mortis. & licet istud dictũ Anto. de But. videatur reprehendere Alex. in l. quæ dotis. in iij. & iiij. col. ff. sol. mat. post Io. de Imo. tñ And. Sicu. in c. ij. de consuet. in iij. col. dicit dictum Anto. esse verum in illo qui credit moriturũ ex illa infirmitate, per dictum Bal. in l. ij. C. de iure dotium. qđ præsumitur qñ facit mentionẽ mortis vt puta, quia exonerat donatarium ad facta funeralia, aut prohibet collationẽ corũ quę donat, aut alio modo facit mentionem de morte. dixi plenè in quodã cons. quod feci in materia successionis Cypriani de Rabutin, in vij. dubio. & intellige prædicta esse vera, ẽt si donet, ita vt statim fiat accipiẽtis cui conuictus imminente periculo donare videat. arg. l. ij. ff. de do. causa mortis. Et istã reprehensionem Alex. ponit G. Bened. in sua repe. c. Rayn. in verbo, testamentum, iiij. nu 22. 23. de testamentis.

TErtiò, an teneatur cõferre nõ obstãte dicta prohibitione? dic ꝙ non, per tex. expressum in auth. ex testamento. C. de colla. Quartò, an per confirmationem postea factam in vltima volũtate, dicatur vltima volũtas, & an capiat vim & effectũ ab ipsa hora donationis, & ab hora cõfirmatiõis & approbatiõis, & qd operet? ista cõfirmatio quãtũ ad cõfirmationẽ? vr ꝙ nihil operatur. per tex. in l. si donatæ. §. si sponsus alienum. ff. de dona. inter vi. vxo. & cogita. ex not. per do. meũ Ias. post Bar. & alios in l. more. in v. col. cum seq. ff. de iurisd. om. iud. ex quibus possunt decidi prædicta.

ADuerte tamen ad id quod dicit Petr. de Anch. in consi. suo xxviij. in ij. col. incip. rationes inductæ. vbi dicit, ꝙ in duabus dispositionibus successionis dispositio sumet effectum & essentiam ab illa quæ se refert ad aliam, non ab illa ad quam fit relatio.

ADDITIO. Videtur tñ ꝙ tex. in l. si donatio. C. de dona. facit in contrarium, vbi dicit ꝙ si donatio inter viuos per testamentũ confirmetur, habet vim vltimæ voluntatis: ex quo format effectũ ab illa confirmatione maximè qñ non apparet scriptura donationis, sed in hoc cogita. ꝙ si constaret de scriptura staretur illi scripturæ donationis.

SEd quia hîc antè dr, ꝓ parẽs potest expressim designare, ꝙ nõ fiat dotis & aliorũ datorũ collatio, an sit satis expressim designatũ per hæc verba, dono talia filio meo, & volo ꝙ ea capiat ante omnẽ diuisionẽ: seu sic, *ie donne mille francz à un tel, lesquels il prendra auant tout partage.* Credo ꝙ sic, cùm talia verba satis denotent mentẽ donãtis, quæ fuit, vt donata seu data essent donatario præcipua. non enim attendẽda sunt verba, sed effectus, l. iij. C. de insti. & ideo sufficit ꝙ effectus per aliqua verba cõstet de mente donãtis, quæ sint ita æquipollẽtia ꝙ per ea possit denotari effectus prohibitionis collationis, cùm nõ refert qd ex æquipollentibus fiat. l. si mater. C. de insti. & substi. facit qđ dicit Alex. in consil. suo cxxxiiij. in iiij. v. & vj. col. in j. vol. maximè in vj. col. ibi, & ad prædictorũ confirmationem. vbi dicit, ꝙ licet aliqd specificè, nominatim, vel expressè, qđ idem est, fieri debeat, tamen idem est ac si fiat per æquipollẽs. alleg. gl. in l. hac cõsultissima. in verbo, iudicia. C. qui test. facere pos. hinc dicit Bal. in auth. sed cùm testator. in ij. col. C. ad legẽ Falcid. ꝙ licet Falcidia debeat expressè prohiberi, tamẽ si dicatur per testatorẽ, volo ꝙ hæres soluat integra legata, idẽ est. & sic sufficit ꝙ prohibeatur per æquipollens, ꝓ gl. singula. in l. decem. ff. de fideicõ. libertatib. vt tenet Alex. in cõs. suo cxxxiij. in ij. col. in v. vol. vbi plura ad hoc alleg. Vide ad hoc plenè per Corsetũ in tractatu de potestate regia, q. lxxij. in ij. dubio Trebelliani, vbi amplè. Quid enim plus operantur hæc verba, nolo talia bona donata cõferri per donatariũ, quàm hæc volo ꝙ donatarius capiat data ante omnem diuisionẽ? certè nihil, cùm collatio fiat in ipsa diuisione. & de his quę veniũt in diuisione est fienda collatio. Bal. in authent. ex testamẽto. in j. col. C. de coll. cùm vt dicit † conferre est idẽ quod ponere in diuisione. & dicit idẽ Bal. in l. si emãcipati. in vlt. col. C. de colla. † ꝙ collatio fit de his quæ in communi ponũtur, vt de his fiat diuisio. cùm ergo ꝓ verba donãtis donata sint capienda ante omnem diuisionẽ, & sic in diuisione non veniant, per consequẽs nec in collatione, & illud operantur prædicta verba. & si illud non operantur, vellẽ scire quid aliud operari possent, quia non est dubium ꝙ debent de aliquo operari. l. si quãdo. ff. de leg. j. c. si Papa. de priuile. in vj. Bal. in rub. C. de cõtrah. empt. in ix. q. ¶ Sed quid si dicat, volo quòd ea habeat præcipua & ex auantagio? Nam aduertè quòd bene inuenitur in iure istud verbum, præcipua, sed verbum, *auantage*, est vulgare, & credo quòd idẽ important. & ideo videndum est an ista verba importent ꝙ sit prohibita collatio

Aequipollentia idẽ operantur.

13 Conferre.

14 Collatio

Auantage.

collatio,ita ꝙ donatarius non teneatur cõferre. videtur quòd ſic per hæc antè dicta,& ſatis videtur facere tex.in l.filiæ C.famil.erciſcun. & faciunt dicta per do. meum Iaſ.in l.prætor.ait.ff.de noui.ope.nun.vbi dicit ꝙ quando aliquid requiritur expreſſum,ſufficit quòd tacitè colligatur ex mẽte,& identitate rationis, vt ibi probat,& limitat.

ADDITIO. Aduerte tamen ꝙ vbi aliquid dẽt exprimi expreſsè, non eſt ſatisfactum' ſi fiat verbis generalibus, vt per plura comprobat Matth.de afflic.in conſti.regni Siciliæ, quæ incipit, vt de ſucceſſionibus in gl.in verbo.quolibet.in fi.intertio libro.

25 SEd quia in † impetratione beneficij ſecundi opus eſt facere mentionẽ de primo expreſsè,aliàs gratia eſt nulla.c.ſi motu proprio.de præben.in vj.ſed dubitatũ,aliàs fuit nũquid ſi in bullis apoſtolicis eſſet clauſula,ꝙ teneor obſtantiũ habeat' pro expreſſo, ſufficiat ac ſi eſſet facta mentio de primo beneficio. videbatur quibuſdam ꝙ ſic,per ea quæ dicit do. meus Iaſ. in d.l. prętor ait.in iij.col.ibi,quid autem.ſed ego dixi,& tenui contrariũ,per tex.in d.c.ſi motu proprio. de præben.in vj.vide in quodam conſilio ſuo.

SEd iterum videndum eſt,an ſi pater in vita diuidat hæreditatem ſuã,ſeu bona ſua, & vnicuique ſuorũ filiorum partem aſſignauerit, ſit vltima voluntas, an verò ſit cõtractus. dubium facit, quia ſi ſit vltima voluntas,& in ea expreſsè dixerit,ꝙ non poterit de prædictis bonis alienare,ſi poſtea alienauerit, nõ valebit alienatio,ſi verò ſit contractus;valebit.no. per doc.in l.ea lege.C.de cõdic. ob cauſam. per doc. in l. filiusfa. §.diui.ff.de leg.j.cum vulgaribus.Et etiam in caſu huius §.ſi ſit vltima voluntas,& ꝙ pars ſeu portio vnius ſit melior, q̃ alteri⁹,nõ valebit huiuſmodi diuiſio. videtur ꝙ ſit vltima volũtas,ex verbis. l. parentibus.C. de inoffi.teſta.p verbũ ibi,iudiciũ defuncti,quod magis tendit ad vltimam voluntatem, q̃ ad cõtractum.& in l.cogitatione.C.famil.erciſ.¶Et dicit Alex. in conſ. cxxiij.in pe.col.in j.vol.ꝙ verbum,diuidatur inter filios,refertur ad inſtitutionem.per l.quoties.C.famil. erciſc.gl.& ibi Bal.& Sali. eo ꝙ hæ diuiſiones fiũt cogitatione mortis, & futuræ ſucceſſionis, vt probatur clarè ex illis iuribus.

ADuerte, quia hæc conſuetudo prohibet tantùm ꝙ fiat conditio vnius ex veris hæredibus melior per vltimam voluntatem. per hoc reducendo eos ad collationem eorũ quæ habent hæredes ex vltima voluntate.Sed quid ſi faciat per cõtractum,puta per donationem,quia plus donat vni q̃ alteri, an etiã videat' eſſe prohibitum?videtur ꝙ non,quia ex quo excludit vltimã voluntatem, videtur includere contractũ.arg. c.nõne bene dicimus. de præſumptio. Sed quia videtur eſſe eadẽ ratio in vno ſicut in alio,ſ.ratione æqualitatis ſeruandæ propter quam introducta eſt collatio.l.vt liberis.C.de colla.quæ vult non ſolùm relicta in teſtamento & vltimis voluntatibus eſſe conferẽda, ſed etiam ea quæ per donationes,ẽt propter nuptias, & quomodocunque conferantur.ex quibus cõſtat, ꝙ parificat' collatio illo iure relictorũ in vltimis voluntatibus & in cõtractibus,ideo cùm antiquo iure parificatur diſpoſitum in vno iure nouo,ſ.per hanc cõſuetudinem,videtur eſſe diſpoſitum in reliquo ex parificatis iure antiquo.iſta eſt doctrina Bart.in l.Marcell⁹. §.ꝙ autẽ.ff.ad Treb.de qua dixi in glo. *meilleur de l'autre*.in ver.ad hoc eſt clara reſponſio.cum verſi.ſequ.& alia ratione,ſ.ne via malitiis aperiatur.tenet in terminis Alex.in conſ.lv.in j.vol. dicam infrà in gl. hîc antè alleg.verſi.ſed inſequendo. vbi amplè.

IN TEXTV IBI,

Ne peut faire l'vn de ſes vrais heritiers.

POne quòd teſtator faciat teſtamentum, aut aliàs vltima volũtas ſit nulla. Bal.in l.non dubiũ.in iij. no.C.de legi.dicit, † ꝙ quando lex vel ſtatutum prohibet fieri actum vel cõtractũ, licet nõ procedat vltrà annullando,tamẽ actus eſt nullus.& dicit ꝙ hoc probat tex.in d.l.non dubium.in dictis duobus locis. ſed videtur ꝙ in hoc caſu cõſuetudo noſtra nõ prohibet, ſed ſolùm nõ permittit. ex quo ſequitur deciſio Salic. in l.fi.ad fi.iuncta cum prẽcedenti,C.de ſenten.ex periculo recitandis.ꝙ † quando lex vel ſtatutum loquit' non permiſſiuè,nõ expreſsè prohibẽdo, tũc nõ intelligitur annullare actũ, niſi expreſsè dicat.ita tenet do. meus Iaſ.in d.l.nõ dubium.in j.limitatione, limitãdo ſupradictũ notabile,in iiij.& v.col.C.de legi.& ibi vide do. meũ Iaſ. qui ponit alias quatuor limitationes. Queſtio. 1 2

DE hac materia dixi ſuprà in titu. *des driocts & apartenances à gens mariez*. in §. j. & in §. *le marine peut*. & in §. *le mari & la femme ne peuuent*. quæ omnia nota.

ISta noſtra cõſuetudo loquitur generaliter, non diſtinguens inter feuda & allodialia.& tamẽ longè videtur eſſe diuerſum,quia vẽ ꝙ teſtator non poſſit vni ex filiis aſſignare feudum,vt notat Alua.in c.omnis.ſi de feudo fuerit controuerſia.& tñ teſtator põt vni ex filiis prælegare allodialia,arg.tex.in l.cùm pater. §. euictis.ff.de lega.ij.& ita dicit Cardi.Alexã. qui dicitur Præpoſitus, in c.præterea ducatus.in tit.de prohibita feu.alie.per Federicũ.videndũ eſt quid dicant doct.in l.auus.ff.de pact.vbi Ang.& ibi ponit do.meus.Iaſ.qñ prodeſt prouiſio vni hæredum facta, & quando trãſit ad hæredes,& ad dicta ibi recurrẽdum eſt.¶Quæ autem ſint ad hæredes trãſitoria ponit gl. & doct. in l.ſi pactum.ff.de proba. & ibi eſt text. dicam latiùs infrà. D. *alibi libum*.

IN TEXTV IBI,

Et qui ab inteſtat luy doyuent ſucceder.

AN legatum † factũ aut donatio cauſa mortis facta tali qui debet ſuccedere ſit valida, ſi declaret ſe nolle eſſe hæredem?videtur ꝙ nõ: quia conſuetudo non ſolùm dicit ꝙ non poteſt facere conditionem vnius ex ſuis veris hæredibus meliorẽ, imò etiã illorũ qui debẽt ſuccedere. & ideo vt illa verba de aliquo operent' ita erit dicta vltima volũtas reuocabilis in illis qui debent ſuccedere, licet effectualiter nõ ſuccedãt, qa abſtinuerũt,ſicut in veris hæredibus,qa hoc ſonãt verba cõſuetudinis. & in hoc multũ eſt ponderãdum verbũ,*doyuent*.veritas tñ eſt in cõtrariũ,eo ꝙ cõſuetudo requirit duo,ſ.ꝙ ſint veri hęredes,& ꝙ ſint tales q eidem ab inteſtato ſuccedere debẽt.& paria ſunt ꝙ q⁹ à principio non extiterit, vel ꝙ extiterit & nõ habuit effectũ,vt quia repudiauit.l. ſi quis ſub conditione.ff. de teſta.tut.do.meus Iaſ.in l.quoties.col.iij. C.de hære.inſti.& facit,quia ſi ſint filij, habẽt beneficium abſtinendi, quod nõ eſt ſublatũ per conſuetudinẽ. ideo remanet ſecundum iuris diſpoſitionẽ.de qua in §. ſui. inſti.de hæredum qualitate & differentia. ſi verò ſint collaterales,tũc ſunt extranei q poſſunt aut adire,aut repudiare,& habent tempus deliberandi,dicto tit. de hæredum qualitate & differentia. §.extranei.imò ſufficit ꝙ ſe non immiſcuerint.dixi ſuprà hoc eod.titu.§. j.in gl. *le plus prochain*. & cùm hic text.requirat copulatiuè 1 De donationis factæ ei qui ab inteſtato ſuccedere debet.

latiuè duo, videlicet ꝙ sint veri hæredes, & quòd ab intestato eidem succedere debeant, non sufficit cõcursus vnius. s. ꝙ sint tales ꝙ ab intestato succedere debeant: imò etiam requiritur ꝙ sint veri hęredes: quod non sunt in hoc casu per repudiationem, vt antè dixi. ¶Imo, quod plus est, nisi per aditionem, quoniam de iure hæres intelligitur qui per aditionẽ est hæres, & nõ aliàs, vt tenet Alex. in cõs. suo j. in iiij. col. in j. vol. Soci. in cons. xcj. inci. visa. in ij. col. in j. vol. dicam alibi amplius de filio, qui etiã non dicitur hæres nisi per aditionẽ. † ¶Si tamen fuerit filio facta donatio inter viuos, aut ei acquisitũ aliud ius ex contractu poterit acceptare & declarare se nolle esse hæredẽ. notat amplè Guil. Benedicti in sua repet. c. Ray. in verbo, si absque liberis. ij. de vul. substi. nu. 54. ibi, quintò limitatur dicta gl. de testa. ¶Imò etiã si acceptauerit donationẽ, & declaret se nolle esse hęredẽ, adhuc potest petere legitimã præter donationem, vt habetur in l. si quando. §. generaliter. in gl. C. de inof. testam. ita tenet Amanellus in suis singularibus, art. xcviij. Fran. de Aretio in consi. xvij. in viij. col. † ¶Et aduerte etiam quòd quis non potest esse legatarius & hæres de consuetudine generali Franciæ, vt dicit Boërius in consue. Bituricẽ. tit. de testa. §. vj. in gl. magna ibi, aduerte tamen.

IN TEXTV IBI, Meilleur de l'autre.

1 Nota. SEd pone † quòd testator in suo testamento dicat, & confiteatur se esse debitorẽ in certa pecunię quantitate vni ex veris hæredibus: an hæc confessio noceat veris hæredibus? Dic quòd non, per ea quæ notãtur ꝑ Bal. in l. cũ qs decedẽs. §. codicillis. ff. de leg. iij. do. me. Ias. in l. ait prætor. §. itẽ si quis. ff. de iureiur. Alex. cõs. xlv. in j. vol. & xxvj. in ij. vol. Io. Fa. tñ in l. j. C. de inof. dona. dicit valere, si probetur debitũ, per l. qui testamẽto. ff. de proba. Idẽ etiã in donatione facta in lecto mortis, per ea quæ dicta sunt in gl. præcedenti, in verbo, *ne ordonnãce*. ex dicto Ant. de But. in c. ij. de cõsue.

ADDITIO. Quomodo ista melioritas intelligatur an respectu bonorũ tantũ existentiũ in Burgundia, an verò respectu totiꝰ patrimonij, etiam si vna pars sit in patria iuris scripti? videtur dicẽdũ quòd tãtũ habetur in hoc respectus ad bona sita in Burgundia, vbi viget hæc cõsuetudo, cùm hęc consuetudo videatur respicere personas testãtis & hęredũ: secus si tantùm respiceret bona, quia etiã extẽdenda esset ad bona extra territoriũ, quo ad illum qui testatur in Burgundia, vt in simili consuluit Pet. de Anch. in cons. suo clxiij. inci. visis & diligenter inspectis. & plures alij, de quibus suprà dixi in simili casu, in §. ij. in tit. *des droicts & apparteñances à gens mariez*. in gl. *au duché de Bourgongne*. faciũt & alia quæ dixi in eo. tit. §. vij. in gl. *par testamẽt ne ordonnance de derniere uolonté*. quæ multũ faciunt pro decisione huius dubij. cõsului aliàs in casu emergẽti. †

2 Cohæres an teneatur cõferre sibi à testatore inter viuos donata. ECce ergo ꝙ testator non potest vni ex veris hæredibus plus assignare quàm alteri. ¶† Sed quia hîc antè dictum est, quòd si reliquerit vni ex hæredibus per cõtractum donationis inter viuos, etiam factũ in articulo mortis, valet: an tamen istud sic donatum, licet habeat effectum, debeat conferri cum aliis veris hæredibus, si velit donatarius cohæres cum aliis succedere? de filiis, siue sint emãcipati, siue non, tenentur cõferre etiam donationem simplicem. & inter viuos. Tenent omnes in authen. ex testamento. C. de codici. imò etiam donationem propter nuptias. d. l. vt liberis de nepotibus simul succedentibus, patruis & auunculis, conferunt & profectitia & aduentitia, quando tractatur de successione illius à quo talia aduẽtitia proue nerũt. d. l. vt liberis. in fi & hoc est quãdo nepotes succedunt simul: secus si succedant simul cũ patruis & auunculis, quia tunc tenentur conferre, secundum disposita in l. illam. C. de colla. Sed an nepotes ex filia succedentes auo cum aliis filiis fratribus eorũ matris prædefunctæ? Bal. format hanc quæstionem in l. quoniam nouella. in ij. col. C. de inoff. testa. † vbi ponit septem regulas ad cognoscendum qui teneantur conferre, quas volo hîc inserere, cum doctrina quorundã in l. si emancipati. C. de colla.

3 Regulæ de his qui conferre tenẽtur.

PRima † regula Baldi est, ꝙ nunquam habet locum collatio, qñ tractatur de successione descẽdẽtium: hoc est quãdo ascendẽtes succedũt descendẽtibus. Ista regula probatur in l. vt liberis. C. de colla. & in l. quoniã nouella. C. de inoff. testa. istã tenent omnes in d. l. si emancipati. maximè Cy. in antepe. col. Bal. in ix. col. do. meus Ias. & Alex. in d. l. si emanc. in iiij. & v. co. vbi amplissimè tractãt hanc materiã, & assignãt rationes.

4 Ascendentes descẽdẽtibus succedẽtes non conferunt.

SEd deducẽdo iura patriæ nunc ad practicam quęro: videmus ꝙ pater & mater non succedũt filio in antiquis hæreditagiis, sed solùm succedunt eis in bonis prouenientibus in eis & in acquestibus factis per eos. pone quòd filius aliquis habuerit quatercentum libras de reditu, quas acquisiuit: habet duos fratres, patrẽ & matrẽ: quilibet illorũ succedit in capita, hoc est quòd tãtum habebit pater quantũ vnus ex suis fratribus, vt habetur in §. seq. sed ante mortẽ fecit donationẽ patri de ducentis libris Turoñ. reditualibus, aut de centũ, nũquid debeat cõferre si velit succedere cũ fratribus sui filij & matre; videretur per iura hîc antè dicta, & per doctrinas doctorũ in locis hîc antè alle. quòd non tenetur ad collationẽ dictæ donationis, & maximè quia hîc cessat ratio l. vt liberis. scilicet vt æqualitas seruetur, quia iam per consuetudinẽ nostram grauatur pater, ꝙ in totũ cũ matre deberet succedere. l. iure succursum. ff. de iure dot. & tamen succedit solũ in parte cum aliis suis filiis fratribus dicti defuncti, & ideo si in vno grauatur, æquũ est vt in alio releuetur.

Quæstio.

INquantum possit dici quòd ex quo ꝑ cõsuetudinẽ nostrã sit pater successibilis filio cum aliis fratribꝰ, ꝙ in hoc illo eodem iure quo succedunt fratres succedit & ipse, ita quòd in talibus bonis sicut fratribus debetur legitima, sic etiam patri. quæ quidẽ legitima iure nostro principali, & per cõsuetudinem nostram omnibus succedentibus ab intestato, & qui per cõsuetudinẽ succedere debent, relinqui debet. & ideo cum in hoc casu fratres & pater succedũt eodem iure & æqualiter, & sicut vni debetur legitima in illis bonis, sic etiã alteri, ꝙ pater deberet conferre. dicã ꝯ. de his duabus ratiõibus. ¶Aduerte tñ qa hoc casu pater nõ succedit titulo vniuersali, sed particulari & singulari, & ideo nõ tenet cõferre. vt dicet infrà in septima regula.

ITem & maxime, quia non est dubium quòd si filius fecisset similem donationem fratri, credo ꝙ teneretur ad conferendum: vt ergo seruetur æqualitas, quæ est ratio generalis in collationibꝰ. d. l. vt liberis. videretur dicendum quòd pater deberet conferre sicut & fratres. Quicquid sit contrarium est verum, scilicet ꝙ non teneretur cõferre, vt hîc antè dictum est. & ad id qd̃ dicitur quòd si filius fecisset donationem fratri, ꝙ teneretur conferre, non est verum: † quia collaterales non faciunt collationẽm vt de his duobus articulis dicam ꝯ. in sexta regula Bal. vbi amplè.

5 Nec collaterales.

6

SEcunda regula Baldi est, † quòd nunquã habet locum collatio nisi bona quæ petuntur cõferri, processerit de bonis illius de cuius hæreditate agitur

BIU Cujas

quando requiritur fieri collatio. probatur iſta regula
7 in l.quoniã nouella.C.de inoff.teſt.vbi habet† ꝙ dos
&donatio propter nuptias cõputantur in legitimam,
quando eſt ꝓfecta de ſubſtantia eius de cuius ſucceſ-
ſione agitur.& etiã probatur in l.vt liberis.C.de coll.
Dos & dona. propter nuptias. quãdo cõputetur in legitima. vbi dicit,ꝙ dos & donatio ꝓpter nuptias debent cõ-
ferri, qñ tractat de hæreditate illius à quo eſt ꝓfecta,
& nõ aliter.& facit iſta regula ꝓ eo qđ dicit Bal.in l.j.
C.de legitimis hęredibus.ꝙ ſtatutũ ſimpliciter diſpo-
nẽs† ꝙ exiſtẽtibus maſculis fœminæ dotatæ nõ ſucce
8 dãt,intelligit in hæreditate dotãtis & nõ alterius.qđ
ſequitur & nota. dignũ reputat Alex. l.j. §.veteres.in
antepe.col.ff.de acqui.poſſeſ.cum aliis infinitis alleg.
per dominũ meum Iaſ. in d. l.vt liberis.& in d.l.quo-
niã nouella.vbi plenè examinat prędictũ ſtatutũ.dicã
etiam ĩ.hoc eod.tit.§.*Femme mariée de pere & de mere.*

9 Peculiũ caſtrẽſe & aduentitiũ non conferuntur. TErtia regula† eſt,ꝙ peculiũ caſtrenſe,vel quaſi,&
aduentitium hodie nõ conferũtur. & de peculio
caſtrenſi vel quaſi eſt tex.in l.j.§. nec caſtrẽſe.ff.de col
la.bonorum.de aduentitiis bonis eſt tex.in l.fin.C.de
10 collatio.† & ſunt aduentitia bona quæ proueniunt fi-
lio aliunde quàm à patre de cuius hæreditate agitur:
puta ſunt bona materna,quę olim acquirebantur pa-
IN hoc † succedunt parētes cū fratribus & sororibus secundum dispositionem iuris, quæ est in §. consequens. in authen. de hære. ab intest. venientibus. & in authen. defuncto. C. ad Tertul. hoc est videlicet, quod si filius moriatur relicto patre, fratribus, & sororibus vtrinque coniunctis, ꝙ vocantur cum ascendentibus in gradu proximis, & viriles partes, hoc quot est & quot erunt, tot fiant portiones.

SEd quid erit dicendū de acquestibus factis per patrē & matrem simul, & mortuus sit pater, ex quo media pars euenit matri virtute nostræ cōsuetudinis, & media tribus filiis, ex quibus moriuntur duo post patrem, vnus videlicet post alium, quia non est dubium ꝙ mater succedit cum fratribus sui filij in bonis mobilibus pro æquali portione, an etiam succedere debeat in bonis immobilibus acquisitis per ipsam cū patre dictorum suorum filiorum, quæ non sunt antiqua paterna, sed acquisita per eorū patrem cū matre earum? dixi in prin. huius §. ꝙ istud statutum, seu ista consuetudo est contra ius commune, ergo non est extendēda extra suos terminos, sed potius restringenda quàm amplianda: cùm ergo regula bene sit in bonis antiquis paternis & maternis, non est extendenda ad acquisita, imò in casu in quo non est dispositum per consuetudinem nostram, recurrendū est ad ius commune, de quo hîc antè dixi in glo. præcedenti.

IMò, quòd plus est, si bene aduertatur, videtur ꝙ tex. nostræ consuetudinis disponat ꝙ pater & mater succedāt in acquestibus, ibi, *& au regard des autres biens meubles & acqueſtz.* & ideo ꝙ mater etiam debeat succedere in acquestibus etiam factis per patrē constāte matrimonio, in quibus participat. igitur. Si tamen dicatur, ꝙ quando hîc fit mentio de bonis acquisitis, ꝙ debet intelligi prout tex. intelligit, scilicet de acquisitis per filios & non per matrē, ex quo nō debent comprehendi bona acquisita per patrem & matrem simul. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ acquisita facta per patrem & matrem simul constāte matrimonio dicūtur ea bona prouenisse ex patre & matre simul, in quibus tamen succedere debet. Sed istud nō multùm me mouet, sed solùm me mouet ꝙ ex quo in hoc casu nihil est dispositū ꝑ tex. nostræ consuetudinis, quòd recurrendū est ad ius commune, qđ fieri debet, per textū in fine conclusionis harum cōsuetudinū, incipiēte, Et *il ſoit ainſi.* ibi, *& auec ce voulons & ordonnons*, quo quidem iure cōmuni mater succedet. d. l. iure succursum est. ff. de iure dot. & istud cuidā dixi causa disputandi tantùm, sed teneo ꝙ bona acquisita per patrē & matrē simul constāte eorū matrimonio mortuo patre quo ad filios sūt antiqua hæreditagia pro illa parte quę eis obuenit, & ideo in illis non succedet mater. ¶ Facit id quod dicit do. meus Ias. in prēludiis feudorum, col. xxix. post mediū, versi. aliā quoque adde. referens Bal. ita tenere in l. j. in iiij. q. ff. de rerū diuisio. vbi dicit, ꝙ illud dicitur antiquum hęreditagiū quod à successione procedit & deriuatur. pro quo facit quod voluit Ioan. Fab. in prœmio institutionū, in verbo, Iustinianus. vbi facit differētiā inter acquestus & ea quę ex successione obuenerunt. dixi suprà in tit. *des droictz & appartenances à gens mariez.* §. ij. in gl. *acqueſtz.* & facit etiam quod dicit Bal. in c. j. §. fi. de feudi cognitione, vbi dicit ꝙ filius succedens patri non acquirit, sed acquisitum capit, dicens id mente tenendum, & pulchrum ac sapidū modum loquendi esse. & ista sæpe allegaui in consulendo & scribendo, & in specie in hoc casu. ita in terminis tenet Ioan. Galli in suis quæstionibus per arresta, q. lxx. vbi dicit ita fuisse decisum. † ¶ Non insisto aliter quia non vidi magnum dubium, & si esset dubium, dixi ꝙ ex quo hæc interpretatio reducit nos ad ius antiquum, quod sequenda est, vt dicit glo. singularis in c. statutum. in verbo, numerandi. de prębendis, in vj. Soci. in cons. suo vlt. in fin.

SEd aduerte quia text. de iure dicit, ꝙ fratres vocantur cum ascendentib. proximis, hæc nostra cōsuetudo dicit & tantum facit mentionem de patre & matre. † Quæro si moriatur aliquis relicto auo tantùm, vel proauo cum fratribus vtrinque coniunctis, nunquid iste auus succedet cum dictis fratribus, an verò fratres tantùm ipso excluso? Pone sic, decessit Ioannes sine liberis, patre & matre relictis, Petro & Gulielmo fratribus vtrinque coniunctis, & Antonio eius auo, hoc est patre sui patris: an dictus auus succedet vnà cū dictis fratribus in bonis dicti Ioan. Ista quæstio est multum dubia in iure. Iacob. de Beluisio in auth. de hære. ab intestato. §. si verò. colla. ix. tenet quod frater excludit auum, per illum tex. ibi. ita etiam tenet Bal. in auth. defuncto. in xiiij. col. C. ad Tertul. & istam opinionem credo de iure veriorem quam multi tenuerunt, & illam comprobat Ludouicus Bologninus in dicto suo tractatu, in apostillis ad Matthæū. do. meus Ias. in l. de quibus. in vj. colum. ff. de legi. Alex. consil. lxxx. in j. volumine.

2 *An auus succedat cum fratribus vtrinque coniunctis.*

ADDITIO. Per opinionem Fulgosij in l. de quibus. ff. de legi. quam allegat do. meus Ias. ibi, videretur tamen dicendum ꝙ in hoc articulo si non sint pater au mater, sed sint auus aut auia à quibus bona aliqua processerint: quòd in illis debent succedere auus aut auia, ex identitate rationis, cum hîc cōsideretur à quo bona processerint, quæ quidem ratio militat in auo & auia, ideo idem esset dicendum. & ideo vidi cōsultum per aliquos nostros aduocatos in cōtingentia facti ad exclusionem cognatorum, & patruorum: & fui huius opinionis insequēdo rationem nostræ consuetudinis, quæ cōsiderat originem vnde processerūt talia bona, quę quidem ratio cùm militat in auo & auia, idem ius in eis est statuēdum, ex quo patre & matre deficientibus, de iure succedunt auus & auia tanquam existentes in secundo gradu. ne ergo in totum excludantur sed solum in casibus in quibus pater & mater excluduntur, ideo patre & matre exclusis æquū est vt proximiores post eos in locum eorum ponantur, & ita succedant nepotibus, prout successissent pater & mater secundum consuetudinē, licet de eis non fuerit facta mentio, quia fiet extensio consuetudinis nostrę ad simile, ex idētitate rationis, cùm idem sit de nepote quod de filio notatur in l. liberorum. ff. de verbo. & rerum signific. ergo idem de auo sicut de patre, maximè in casibus vbi limitat eadē ratio in auo sicut in patre, vt est hoc casu, scilicet à quo bona processerunt, & etiam quia auus est in gradu post patrem, qui est secundus gradus. l. Iurisconsultus. §. secundo gradu. ff. de gradibus. & instit. eod. tit. §. secundo gradu & xxxv. quæst. v. §. secundo gradu. Et hoc casu maximè fiet extensio de patre ad auum in hoc quòd admittātur ad successionem talium bonorum ab eis prouenientium, cum in hoc sit fauorabile duplici ratione, naturali scilicet & æquitatis, vt antè dixi. & contrarium est odiosum, ideo conuenit ampliari id quod fauorabile est, & restringi quod odiosum. regula iuris odia restringi. de regulis iuris, in sexto. †

Dictum

Frater ex vno latere ad ſuccedat cũ patre.

DIctum eſt hîc antè † ꝙ fratres vtrinq; coniuncti admittuntur cum parẽtibus, quid de fratre ex vno latere tantùm an ſuccedat fratri vnà cum patre & matre? tex. eſt in l. ſi quis vel ſi qua. C. ad Tertul. qui dicit, ꝙ ſic, ibi, ſi qs vel ſi qua matre ſuperſtite & fratre vel legitimo, vel ſola cognationis iura habẽte, inteſtatus vel inteſtata deceſſerit, nõ excludi à filij ſucceſſione matrem, ſed vnà cũ fratre mortui vel mortuæ &c. Sed qcqd ſit, tene cõtrariũ, qa illa lex corrigitur p authen. ſequẽtẽ, quæ tantùm loquit in fratribus ex vtroque latere cõiunctis, & etiã in d. auth. de hær. ab inteſtato. §. cõſequẽs. ita tenet Bal. in d. auth. & Ang. in authen. de nõ eligen. ſecundò nubentes. in prin. coll. j. ita etiã tenet Barb. in conſ. ſuo xxxvij. inci. ſcribit ſapiẽter Paralippomenon. in xxij. col. cum ſeq. in ij. vol.

VIde ẽt tex. in l. fi. C. coĩa de ſucceſ. & in l. quęcũq;. C. de bo. quæ lib. de iure ciuili frater ex vno latere præferebat patri aut matri, ſed vt dictũ eſt, fuit poſt correctũ Ego cõſului cõtra Bal. Ang. & Bar. ꝙ d. auth. non corrigit prædictã l. ſi quis. eo ꝙ licet dicat d. authen. defuncto. ꝙ ex vtroque latere cum patre & matre admittantur, non tamen excludit alios. & ideo eſt deueniẽdum ad auth. poſt fratres. C. de legi. hær. vide in conſi. meo incipien. caſus ſic proponitur.

ADDITIO. Illud conſilium eſt conſilium nouum in ordine meorum conſiliorum.

QVæro an per iſtã noſtrã conſuetudinẽ ſit ſublata lex, ſi infanti. C. de iure delib. dic ꝙ ſic, p ea quæ dicit Iaſ. in d. l. in iiij. col. licet dicãt plures hanc quæſtionem eſſe mirabilem, nõ inſiſto, quia plenè ponit.

IN TEXTV IBI,

Meubles.

INtellige de mobilibus proueniẽtibus aliũde quàm à dictis patre & matre: quoniã ſi pater fecerit donationem filiis de pluribus bonis mobilibus, in illis ſuccedant ſoli, nec ſuccedant fratres eum eis, cùm in articulo præcedente loquatur indefinitè in bonis ab eis prouenientibus, appellatione quorum bonorũ ſimpliciter comprehenduntur mobilia, & immobilia. & hic ſequens articulus intelligitur tantùm de mobilibus aliũde, videlicet ab aliqua ſucceſſione prouenientibus, & ita debent concordari hi duo articuli.

Quæſtio.

QVæro de quæſtione, qdã filius habens hæreditagiũ antiquũ, ſeu quẽdã fundũ antiquũ, quẽ vẽdidit 1 titio, qdã ex ꝓximioribus retraxit iure retractus poſt mortẽ dicti Sẽpronij dictũ fundũ: nũc pater vult habere partẽ in pretio oblato tãquam ſit mobile: ꝓximiores, vt ſunt fratres, dicũt ꝙ nõ. Bal. in l. ea demũ. C. de coll. mouet hãc quæſtionẽ in ſimili caſu, & dicit ꝙ debet reputari mobile. & cùm ſit iº ad mobilia, mobile debet reputari. l. ex facto. §. rerũ autẽ. ff. de hær. inſt. & qa hoc caſu vt in caſu Bal. iſtud ius retrahẽdi habet originẽ & cãm inter viuos, & ꝙ cõſuetudo magis accedit cõtractui q̃ vltimæ volũtati, & ex cõtractu acqrit iº ſpei ab initio, ideò initiũ inſpicit. l. ij. §. id quoq;. ff. de coll. Quicquid dicat Bal. ego credo cõtrarium in hoc caſu, eo ꝙ in huiuſmodi ſucceſſionibus an bona ſint mobilia, vel immobilia inſpicitur tẽpus mortis.

IN TEXTV IBI,

Et acqueſtz faicts par leſdicts enfans.

NOtanter ponuntur hîc verba, *acqueſtz faicts par leſdicts enfans*, qa ſi ſint acqueſtus facti per patrẽ aut matrẽ, dicũt bona paterna aut materna, in quib⁹ nõ ſuccedũt pater & mater, vt in prin. huius textus, in his verbis, *paternelz ou maternelz*. cùm conſuetudo in ſui principio excludat patrẽ aut matrẽ ab antiqs hęre ditagiis, & à bonis paternis aut maternis, qm̃ nõ oĩa antiqua hæreditagia ſunt tãtùm paterna aut materna qa aliqua poſſunt eſſe auita aut ab aliis prædeceſſoribus prouenięti a, ſed oĩa paterna & materna etiã dicũ tur antiqua, & in talibus paternis & maternis quę ab eis fuerunt acquiſita. Quoad ſucceſſionẽ filiorũ reſpectu patruorũ & aſcẽdentiũ collateraliũ nõ habebit locum §. *les heritages enſuyuent la ligne du tronc*, qui ponitur ſtatim, ex quo non ſunt prouenięti a à truco auunculorũ & materterarũ, ſed in illis ſuccedũt proximiores: vt dixi in d. §. *en prochain*. & in gl. fin.

IN TEXTV IBI,

Auec leurs freres & ſœurs.

SEd pone † ꝙ non habeat fratres nec ſorores, ſed ſolùm matrẽ, & alios collaterales vltra fratrũ filios, an mater ſuccedere debeat ĩ totis bonis mobilib⁹? iſta quæſtio clarè decidi poteſt ex his quæ hîc in prin. huius §. dixi in j. & ij. col. vbi recurrendum eſt, & ideo ex quo nihil ſtatuit vltra fratres & filios fratrũ, imò expreſsè dicitur ꝙ non extenditur hæc ſucceſſio cõſuetudinaria vltra illos, ꝙ alij caſus ſint omiſſi, de illis recurrẽdum eſt ad ius cõe, de quo dixi in prin. huius §. 1

ADDITIO. Et ita etiam tenet Bal. in l. j. in fine conmẽti. C. de ſecun. nup. & Albertus Brunus in tract. de ſtatuto p qđ filia dotata excluditur à ſucceſsione. arti. ix. quæſt. x. ibi, prædicta concluſio declaratur.

VIdetur tamen dicendũ ꝙ ex quo eſt aliud ſtatutũ generale, ſeu conſuetudo generalis ſequẽs in arti. viij. quæ loquit in omnibus antiquis hæreditagiis vbi agnati ſuccedũt & cõgnati, excluſis omnibus aliis ꝙ mater etiã excludi debeat in illis, extãtibus agnatis & cognatis. ad quæ faciunt dicta per G. Benedicti in repe. c. Ray. in verbo, & vxorẽ nomine Adelaſiam. nu. 15. vſq; ad 35. & in nu. 44. de teſt. & dixi in quodã meo cõſilio hîc antè, in ver. quid ſi ſint alleg. ¶ Et cùm caſus eueniſſet de Ioãne de Nouailles qui nullos parentes habebat, etiam in x. gradu fuit quęſtio inter matrẽ & fiſcum de ſucceſsione illius: quia fiſcus dicebat matrem eſſe excluſam per conſuetudinẽ, & ſic ꝙ ex quo nulli alij erant hęredes, ꝙ fiſcus ſuccedere debebat dictum fuit quòd mater in totum eidẽ ſuccederet, quod & fuit factum excluſo fiſco. *Caſus facti*

ADDITIO. Pro hac deciſione facit dictum Bal. in terminis, in l. j. in fine cõmẽti. C. de ſecun. nup. de quo per Albertũ Brunum in tractatu de ſtatuto excludente fœminas. art. ix. in x. quęſt. illius articuli. vbi dicit ꝙ tale ſtatutũ excludens matrẽ propter aliquos, intelligitur ſi ſint tales q̃ poſsint vel velint ſuccedere, p plura quæ ibi allegat: ex quo nõ eſt ſine dubio ꝙ mater filij manuſmortuæ qui nullos habebat parẽtes ſecũ qui ſuccedere eidẽ poſsint, potius, debeat ſuccedere filio quàm dominus manuſmortuæ, ſi reperiatur habitare cum filio in communitate tempore mortis, nec eã excludit hoc caſu hæc cõſuetudo, imò ſi ſint fratres aut ſorores, videtur ꝙ eos repellat in præiudicium domini. dicam infra, in tit. *des mainſmortes*. ¶ De materia huius conſuetudinis vide Boerium in conſuetud. ſeptenæ Biturícen. tit. de teſta. §. iij.

IN TEXTV IBI,

Et les enfans de ſes freres.

QVia dicit conſuetudo, quòd ſuccedunt fratres & filij fratrum cum patre & matre ſecundum diſpoſitionem iuris, vidimus quando ſunt tãtum fratres & aſcendentes de iure: videndum quando ſunt

BIU Cujas

aſcẽdentes fratres & filij fratrũ,qũo debeãt ſuccedere.

1 Fratrum filij an ſuccedãt cum patruis & aſcẽdentibus mortuo patruo.

†Videt ꝙ filij fratrũ excludent à ſucceſſione ſuorũ patruorũ exiſtẽtibus aſcendẽtibus fratribus patrui eorũ prædefuncti,p tex.qui videt de iure apertus in §.ſinautem defuncto.in auth.de hære.ab inteſt. venientibus. colla. ix. vbi dicit tex. ꝙ quando moritur aliquis relicto patre & fratribus & filiis fratrum,ꝙ illi filij fratrũ excludunt à fratribus & aſcendẽtibus. Caſus eſt in d. auth.§.ſinautẽ cum fratribus. vbi eſt tex. ad literam.

2 TV dic ꝙ† licet ille tex. ſit de hoc formalis, tamen veritas eſt,ꝙ ſuccedũt filij fratrũ ad illã portionẽ, ad quam pater eorũ ſucceſſiſſet de iure,caſus eſt apertus in §.hoc itaq;.in auth.vt fratrũ filij.col.ix.nec obſtat ille tex.in d.§.ſinautẽ cum fratribus.ſuprà alle.qa corrigitur p iſtũ,vt expreſsè dicit imperator in authẽ. vt fratrũ filij.Nõ enim piget ſuas leges corrigere, vbi vtilitatẽ ſubiectorum inuenire vult:& quãdo filij fratrũ ſuccedãt in ſtirpes,vel in capita,ponit gl.& doc.in authen.ceſſante.C.de legit.hæred. & Bartol.in l. poſt conſanguineos.ff.de ſuis & legi.hære.vbi ſatis amplè p eũ.ſed caſus gl.& doc.in d.auth.ceſſante.& Bart. in d.l.poſt cõſanguineos. eſt qñ ſunt plures filij fratrum pluriũ fratrũ,itaꝙ ex vno fratre ſint duo aut tres ex alio fortè vnus. ¶Sed quid qñ nõ ſunt filij fratrũ,ſed tm̃ filij vnius fratris,qui volũt ſuccedere hoc caſu cũ patre aut matre,an pater debeat habere dimidiã partẽ, an verò qlibet filiorũ faciat vnã partẽ,ita ꝙ pater tantùm ſuccedat in ſimili parte in qua vnus illorũ filiorũ fratris defuncti ad ſucceſſionem cuius veniunt? Albe. de roſ.in auth.defuncto.C.ad Tertullianũ,videt tenere ꝙ in hoc caſu filius fratris, ſeu filij fratrũ excludant de iure in totum,& ꝙ ſolus pater ſuccedet. ſed hoc nõ eſt verum,per d.authen.vt fratrum filij.& etiã videtur eſſe derogatũ per hanc conſuetudinem: quod non eſt ſine dubio:ſed poſito ꝙ ſuccedant, hîc pendent leges & prophetę:ſi ſint plures,quomodo eidẽ patruo cum patre ſuccedant,an in ſtirpes vel in capita. Et credo ꝙ ſuccedant cum eorum auo in ſtirpes:quoniam licet videantur ſuccedere in hoc caſu ex capite eorum,tamen quia diſpoſitione iuris pater filij mortui, & ſic auus iſtorum filiorum fratris debuiſſet ſuccedere in totum, in ſolatium filij amiſſi. d.l.iure ſuccurſum. vt hæc noſtra conſuetudo minus lædat ius commue quàm poſſit, dicendũ eſt ꝙ prædicti filij fratris ſuccedãt patruo pro illa parte pro qua ſucceſſiſſet eorum pater: nõ eſt tamen ſine dubio.cogitent poſteri ſi caſus eueniat.

ADuerte ad vnum ſingulare, ꝙ mater quæ ſuccedit filio cum aliis filiis debet illud reſeruare poſt mortem filiis primi matrimonij ſi tranſierit ad ſecunda vota. ita eſt text.in l.fœminæ.§.illud.C.de ſecund. nup.imò quod plus eſt,filia quæ renuntiauit bonis paternis & maternis in fauorem aliorum, non priuatur hoc iure ſuccedẽdi matri poſt eius mortẽ, quæ habuit ex ſucceſſione ſuorum filiorũ tempore quo tranſierat ad ſecunda vota. in terminis tenet Philipp. Decius in conſi. ſuo ccxxx. inci. proponitur ꝙ ex Petro Brolas, dix ſuprà in rub. *Des enfans de pluſieurs licts.*

Quæſtio. SEd quæritur,Titius & Sempronius fratres habent filios & vxores, & multa antiqua hæreditagia & mobilia. Titius relictis duobus filiis moritur & relicta vxore.moriuntur deinde duo filij relicta vxore dicti Titij matre dictorum,& filij filiorũ ſui fratris,nam vxor ſuccedit in mobilibus,&ſunt plura mobilia,pauca verò antiqua hæreditagia, filij verò fratris ſuccedunt in iſtis bonis antiquis,& ſic in hęreditagiis antiquis,mater verò in mobilibus tantùm, quis iſtorum tenebitur ad debita, an mater quæ ſucceſſit in bonis mobilibus,an verò conſanguinei,hoc eſt filij fratris ꝙ ſuccedunt in antiquis hæreditagiis:iſta quæſtio videtur deciſa per tex.in l.ex facto.*l. grande*, ver. vnde ſcio quæſitum.ff.de hære.inſti.& ex his quæ infrà allegaui in §.ſequen.ibi,ſed quæro iuxta prædicta.videtur tamen dubitãdum ꝙ ex quo creditor debet prius excutere bona mobilia,tex.in l.à diuo Pio.§. in vẽditione. ff.de re iud.ꝙ mater tenetur primò ſoluere vſq; ad valorem mobilium,& ſi mobilia non ſuffecerint, deueniendum erit ad immobilia,arg. illius tex.

PRædicta omnia habent locum in allodialibus, 3 An in feudalibus ſuccedant deſcendentes.

† Sed quæro quid dicendum de iure in bonis feudalibus,nunquid aſcendentes ſuccedant deſcendẽtibus?tex.eſt formalis ꝙ non in c.j.in prin.de natur. ſucceſſionis feudi.

ADDITIO. Vide de hac materia Præpoſitũ ibi, & etiã vide Iacobũ Ardizoni in ſua ſumma feudorum,in iij.parte in x.q.& Ioannẽ Blanchum in ſua ſumma,in iij.parte,in prin.§ Aduerte primò† ꝙ allodialis res dicitur,quę pertinet ad plenũ & directũ dominium alicuius,vt tenet Pau.de Caſt.in cõſ.ſuo clxj. & dicit Oldra.†ꝙ allodiũ,id eſt ,ppriũ,vnde dicit Bal. in c. inter 4 filiã.ſi de feudo fuerit controuer. ꝙ allodiũ eſt quædã proprietas quæ nõ recognoſcit niſi à ſolo Deo, & ideo dicitur allodialis id eſt libera, nec præſumitur res eſſe feudalis. Alex.conſ.cxxxix.in j.vol. ¶ Quæ autem ſint bona allodialia vide amplè per G. Benedicti in repet.in c.Ray.in verbo,& vxorẽ nomine Adelaſiã.in ij. deci.nu.297.vſq; ad nu.310.de teſt.dixi ſ. pleniùs. ſed quia vt videmus,aſcendẽtes in allodialibus ſuccedunt deſcendentibus & non in feudalibus,quæ eſt ratio diuerſitatis?doct.in d.c.aſſignant plures rationes.

PRima ratio† eſt, qa nõ præſumit ꝙ pater & aſcen- 6 dentes recipientes feudũ tanquã ſeniores poſſint ita bene adiuuare dñm ſicut deſcẽdẽtes iuuenes, cùm virtus in iuuenibus ſit potẽtior,q̃ in ſenibus.l.j.C. de athletis.li.x.& iſtã rationẽ tradut Iac.de Belui. & Nic. de Neapo.in d.c.j.ſed Aluarotus in §. hoc quoq; ſciẽdũ.q feudũ dare poſſunt,impugnat hãc rõnẽ,qa poſſibile eſt ꝙ aſcẽdens ſit potẽtior ad ſeruiendũ q̃ deſcendens.& ideo dicit ꝙ melior ratio quę poteſt eſſe,eſt ratio gl.in d.c j.de natu.ſucceſſ.feud.ſcilicet,† quia iſtud 7 eſt de natura feudi, quæ in iſto caſu vincit legem. ſed adhuc videtur ꝙ hæc ratio non eſſet valida, quia eſſet nunc quęrere,quare hęc natura data eſſet feudo:ideo voluit dare aliam rationem,ſ.ꝙ hoc eſt ex natura,effectu,& vi verborũ expreſſorũ,vel quæ tacitè ſubintelligũtur in inueſtitura,quia prouidetur vaſallo & hæredibus ſuis,nã in natura feudali hęres capitur pro filio. c.j.§.& ſi clientulus,de alie.feudi.Et inde videtur ꝙ ſolùm prouideatur deſcendẽtibus,vt dicit,qđ ita voluit Bal.in d.c.j.de natura ſucceſſ.feud. Iſta ratio eſt adhuc quodãmodo debilis,& laborat eo morbo quo præcedens, qa nunc eſſet reſpondendũ, quare verbũ hæres ſolùm capiatur pro filio, & non pro aſcendẽtibus. Et ideo me audiente audiui do.Frã. de Curte iunioꝛ dicentẽ ſibi plus placere primã rationẽ ſuprà aſſignatã, eo maximè qa licet quandoq;& poſſibile ſit ꝙ ſenior ſit aliquãdo potẽtior ad ſeruiendũ q̃ iuuenis,tamẽ lex adaptat ſe ad ea quæ magis cõmuniter accidũt.l. nam ad ea.ff.de legi.& hanc materiã me audiẽte, & ſub eo dicta ſua ſcribente,multũ bene explicauit,extendẽdo prędicta nõ ſolùm habere locũ in feudo ſeculari,verũ etiã in feudo eccleſiaſtico, put decidit Bal.in auth.de- 8 In tenuta feudi eccleſiaſtici ſuccedunt deſcendentes. functo.C.ad Tertullianũ.quẽ ſequitur Aluaro.& cõmuniter alij in d.c. j. de natura ſucceſſio.feud.& dicit Bald. in d. authen.defuncto.† vnum mirabilius,idem eſſe in

eſſe in emphyteuſi eccleſiaſtica, in qua ſuccedunt ſoli deſcendentes, non autem aſcendentes.

LImita prædicta non ꝓcedere qñ pater renũtiaſſet feudo in manibus dñi cũ pacto vt filiũ inueſtiret ea cõditione, vt morienti filio poſſet pater ſuccedere, qa tũc ſuccedit. Ita dicit Iac. Ardizoni in d. c. j. de natura ſucceſ. feu. arg. l. ſi pater qui. in fi. C. de eman. lib. & dicit eſſe caſum in quibuſdã capitulis extraordinariis. in §. quædã viſa. Et iſtã limitationẽ ſequit̃ Aluar. & Præpoſitus in d. c. j. Ex quo generaliter inferẽ † ꝙ aſcendẽtes poſſunt ex pacto ſuccedere in feudo, ꝓut etiã ex pacto ſuccederet quilibet extraneus. iuxta c. j. de feudo non habente propriam naturam feudi.

9 Aſcendẽ. ex pacto ſuccedunt in feudo.

10 Ex conſuetudine.

PRo ſecũda limitatione † dic idẽ ſi ꝓ cõſuetudinem fiat ꝙ in feudo ſuccedãt aſcẽdẽtes: qa poterũt ſuccedere, ꝓut eſt in hac patria ducatus Burgũdiæ, & in tota Gallia, in qua quo ad ſucceſſionẽ feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ, vt habetur in tit. de feudis ſuprà, §. *En choſes feodales, & mouuãs de fied les heritiers ab inteſtat peuuent ſucceder comme en autres choſes.* vbi diſponitur ꝙ de cõſuetudine huius patriæ, feuda quo ad ſucceſſionẽ ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ, ergo ſicut pater in allodialibus in aliquibus caſibus ſuccedit filio, ita & in feudis, vt ſuprà dixi in d. §. *En choſes feodales.* & hoc eſt, qa vt videmus, iſtud poteſt fieri per pactũ, ergo etiã ꝓ ſtatutũ vel conſuetudinem, ꝓut not. Bal. in l. præſcriptione. in vij. col. C. ſi contra ius vel vtilitatẽ publicã. faciũt quę allegant̃ ꝑ do. meũ Iaſ. in d. l. præſcriptione. in iij. col. & in l. properandũ. in prin. in pen. col. C. de iudi. Felin. in c. j. in ij. col. de proba. do. meum Iaſ. in auth. iubemus. C. de iudiciis.

11 TErtiò † limita prædicta nõ habere locũ qñ filius eſſet inueſtitus contẽplatiõe patris, & amore paterno ꝓpter ſeruitia patris. ſequunt̃ & tenẽt hãc limitationẽ Alua. & alij in d. c. j. de natura ſucceſ. feu. argu. l. dedit dotẽ. ff. de colla. bono. l. auus. ff. de iure dot. l. fi. C. de vſufru. facit text. & notata in l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. vbi parificat ꝙ aliquid ꝓueniat ad filiũ ex re patris, vel contẽplatione patris. intellige ſecũdum doctrinam Bar. in d. §. in arrogato.

EX hac limitatione poſſet inferri ad vnũ notabile, ex noſtra conſuetudine videmus ꝙ quantum ad ſucceſſionẽ aſcendentium fit diſtinctio, an bona ſint acquiſita per filium, an prouenerint ab ipſis aſcendẽtibus, qa in proueniẽtibus à patre, vel à matre ſuccedunt pater & mater ſoli reſpectiuè, in acquiſitis, ſuccedũt vnà cum fratrib⁹ in capita. pone ꝙ fuerũt quædam donata filio contemplatione patris, & amore paterno, & propter ſeruitia patris, an pater debeat in totum ſuccedere? cogita ex his quæ hic antè dicta ſunt, & quæ ponuntur per doct. in d. §. in arrogato.

12 In feudis antiquis.

QVartò limita prædicta † vt procedant in feudo nouo: ſecus autẽ in feudo antiquo, quia tũc ſuccedunt aſcẽdentes ſiue ſint per directã lineam, ſiue ꝑ trãſuerſalem, ꝓut tenet Iac. Ardizo. in ti. de ſucceſſio. feud. ſub rubricella, an aſcendẽtes ſuccedant per tex. in c. j. in tit. imperator Lotharius Eugenio papæ. in fi. ſed de hac limitatione dubitat Aluaro. in d. c. j. de natura ſucceſ. feu. dicens eam eſſe veram in aſcendente tranſuerſali, ſed non videt quomodo poſſit adaptari in aſcẽden. per lineã directã, cùm ſemper in tali feudo antiquo aſcendens ſit potior ad habendũ dictum feudum quàm deſcẽdens, quia feudum paternũ non poteſt peruenire ad filium patre ſuperexiſtẽte. quia pater prior admittitur: niſi ſaluetur, ſecundũ eũ, qñ filiꝰ primò poſſidet dictũ feudum de voluntate patris, qui emãcipaſſet ipſum filium, & feciſſet ipſum inueſtiri, dummodo omnino non refutaſſet ius ſuum: quo caſu moriente filio bene reuertit̃ ad patrẽ, ſed nõ iure ſucceſſionis, ſed antiquo iure ſuo. arg. l. filio. & l. filius. §. j. in fi. ff. de libe. & poſthu. l. ab hoſtibus. C. de captiuis. Et ideo dicit, ꝙ iſtud eſt qđ dicit, ꝙ feudũ reuertit̃ ad aſcenden. ſed non iure ſucceſſionis. ſed tu dic ꝙ ꝑ noſtram conſuetudinem, ex quo prouenit à patre, ſuccedet in eo iure ſucceſſionis, vt dicitur in hac noſtra cõſuetudine, ibi, *mais le pere ſuccedera*, &c.

SEd iuxta prædicta quæro nũquid pater in prædictis bonis viuẽte filio habeat vſumfructũ? poſt prędicta ponit hanc quæſtionem do. Franci. de Curte in tractatu feudorũ. in iij. parte, in iij. charta, verſi. quartò, circa intelligentiam huius materiæ. & aliàs in hoc caſu aliquid dixi cùm dubitatũ fuit nũquid pater habens vſumfructum in bonis aduẽtitiis filij ipſo viuẽte, habeat etiã eo mortuo. dixi ſ̃ tit. præcedẽti. §. *entre gens nobles.* & vide Bal. in l. cùm oportet. in prin. in iiij. col. quia eſt de feudo. C. de bonis quæ libe. & in l. ſi vxorem. in fi. C. de condi. inſti.

ADDITIO. Vide in hac materia Franci. Curt. iuniorem, quem ſuprà allegaui in ſuo tractatu feudorũ, in iij. parte, charta. xxx. vbi amplè ponit hanc materiã ſucceſſionis aſcendentium in feudo, & facit regulam cum quatuor limitationibus.

HEri fui interrogatus de quadam quæſtione: Quidã pater manuſmortuæ habebat tres filias, duas ſ. maritatas extra domũ, quibus dedit dotẽ: aliã in domo ſua. iſta quæ eſt in domo ſua moriẽ abſq; liberis. qa habet bona diuerſi generis: videlicet antiqua hæreditagia quæ ei competebant ad cauſam ſuorũ prædeceſſorũ ex linea materna, habet bona acquiſita per eius maritũ conſtãte matrimonio, & alia quæ fuerant in contemplatione matrimonij eidẽ à ſuo patre data: quæriẽ quomodo in eis ſuccedat? Quantũ ad ea quæ prouenerũt ex patre nõ eſt dubiũ ꝙ ſuccedit pater in totũ per cõſuetudinẽ noſtrã, ibi, *mais le pere ſuccedera.* quantũ ad acquiſita & mobilia ſuccedut aliæ ſorores in capita, cũ patre, q eas vocat, & ſic cõſequunt̃ ꝑ aliũ qđ ꝑ ſeipſas cõſequi non poſſent, vt habetur in tit. *Des mainſmortes.* §. *quand gens de mainmorte uont de uie à treſpas.* nũc eſt dubiũ de antiquis hæreditagiis, nã pater in eis non ſuccedit, vt hîc in prin. noſtrę cõſuetudinis, ergo non vocabit filias exiſtẽtes extra cõmunionem. cùm tex. cõſue. dicat, *L'un de leurs parens prochains qui leur doit ſucceder*, pater in iſtis ſuccedere non debet, vt dictũ eſt, ergo non vocabit illas. ex quo ſequit̃ ꝙ dñs manuſmortuæ in illis antiqs hæreditagiis debet ſuccedere. ſed in hoc eſt dabilis ſolutio ꝑ ea quæ dicit Iaſ. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio & Mæuio. ff. de leg. j. vbi dicit, ꝙ ad hoc vt qs faciat partẽ alteri nõ requirit̃ ꝙ eodem iure admittat̃, ſed ſufficit ꝙ alio iure diuerſo partẽ habere vel retinere poſſit. cogita cùm caſus euenerit. vĩ etiam, ꝙ dñs manuſmortuæ in omnibus debet ſuccedere, qa ſi bene aduertat̃ ad conſuetudinẽ ſuprà allegatam, dicit, *Quand gens de mainmorte uont de uie à treſpas ſuruiuant l'un de leur prochain parent qui leur doit ſucceder, demeurant auec eux en communion.* pondera verbum, *en communion*, quia requiritur ꝙ ſint communes in bonis, aliàs non vocat alios exiſtentes extra cõmunitatẽ, ſed ſic eſt ꝙ inter patrẽ & filiũ nulla eſt cõmunio. Bal. in l. cùm oportet. ver. quæro quare fratres. C. de bonis quæ libe. & in l. certũ. in ij. col. C. fami. erciſcun. in l. cum duob⁹. in lectura ſua antiqua. ff. pro ſoc. Alex. conſ. ſuo xviij. in j. vol. Ludo. Bologninus plura allegans in conſil. ſuo vij. in j. col. igitur &c. cogita, quia eſt ſpes de litigio in bona & opulenta ſucceſſiõe.

Quæſtio.

BIU Cujas

Dubium. ¶In hac cogitatione illã decidẽdo aliud dubiũ & maius decidiẽ, qđ eſt, ſi in iſtis bonis & hæreditagiis antiquis nulli ſint fratres filij defuncti, aut eorũ filij, ſed tãtũ pater, an pr̃ in illis ſuccedat excluſo dño, an verò dñs excludat patrẽ? videreẽ ꝙ dñs patrẽ excluderet, cũ text. noſtræ conſuetudinis j. deſcriptus, tit. *des mainſmortes*. §. xiij. dicat ꝙ vn⁹ homo manumortabilis alteri ſuccedere nõ põt, niſi ipſis exiſtẽtib. in cõione & ſocietate, & ꝙ ſimul morẽt, ſed ſic eſt ꝙ pr̃ & filius nullã inter ſe hñt cõmunionẽ, vt hîc antè dixi. itẽ pater non eſt de illis q ſuccedere debẽt, cũ ſit excluſus p cõſuetudinẽ, vt hîc, & qa ſemel excluſus ſemp vr̃ excluſus.

QVicquid ſit, licet multi ſint in hac opiniõe, poſſet tñ dici ꝙ hoc caſu pater ſuccedet. Nã vt videmus hæc noſtra cõſuetudo eſt multũ cõtraria diſpoſitioni iuris, & eſt cõtra ius naturale, vt dixi in prin. & ideo tanquã odioſa & iniqua eſt ſolùm intelligẽda in ſuo caſu per eam diſpoſito: ſcilicet qñ ſunt fratres filij defuncti, aut eorũ filij, & cùm in fauorẽ tantũ illorum ſit introducta, vt dicit tex. noſtræ cõſuetudinis in illis verbis, *& non autre*, vr̃ ꝙ in alio caſu nõ expreſſo ſit ad iuris cõmunis diſpoſitionẽ recurrẽdũ, cũ caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris cõmunis. l. ſi extraneus. ff. de cõdi. ob cauſam. l. cõmodiſſimè. ff. de lib. & poſth. Cùm ergo de iure cõmuni pater in omnib⁹ caſibus ſuccedere debeat filio in ſolatiũ filij amiſſi, vt ſ. dixi, ſi excipiant aliq, remanet regula firma in aliis. & vt videmus, cũ hæc excluſio patris ſit mutata in caſib⁹ ſupradictis tantũ, vr̃ ꝙ non vltra ſuos fines progredi debeat, cùm limitata cauſa limitatũ ꝓducit effectũ. l. age cum Geminiano. & ibi do. Iaſ. C. de tranſact.

PRædicta omnia habẽt locũ in aſcendẽtib⁹ q ſuccedunt deſcendentibus legitimis & naturalibus. de ſuccedẽtibus autem legitimis tãtùm, aut naturalibus tantùm, aut legitimatis, dicam inferius ſuo loco.

IN TEXTV IBI,

Leur pere & mere y ſuccederont.

INtellige tamẽ ſcilicet ab inteſtato. Sed quid ſi filius fecerit teſtamẽtũ, & inſtituerit fauore agnationis in omnibus bonis ſuis, etiam mobilibus & acqueſtib⁹, prẽterito patre, vel matre prẽterita, an poſſit querelare teſtamentũ, & reddere illud nullũ, ſaltẽ quo ad bona mobilia & acqueſt⁹? intellige ſcdm cõſuetudines prędictas, ꝙ ex quo filius habet hęredes in quocunq; gradu, ſemp tenetur relinquere tertiã partẽ, ideo hæc quæſtio facilè quo ad nos decidi põt. Sed in comitatu Burgundiæ vbi qs teſtari põt ſcdm iuris cõis diſpoſitionẽ, hæc quæſtio nõ eſt ſine dubio, & ſup ea cõſului in caſu emergẽti, qđ cõſiliũ incipit, ſtãte cõſuetudine comitatus Burgundiæ. tñ l. cũ filiũ tuũ. C. de inof. teſt. facit ꝙ põt proponi querela inoff. teſta. & etiã text. in authen. in teſtamento. C. ad Senatuſc. Tertullianum.

IN TEXTV IBI,

Selon forme de droict.

QVæ eſt in §. conſequens. & in §. ſi verò. in authẽ. de hæredi. ab inteſta. venientibus. de qua ſuprà dixi in principio.

§. SEPTIMO.

QVand l'homme ou la femme vont de vie à treſpas delaiſſant enfans de pluſieurs licts & mariages, leſdicts enfans y ſuccederõt par teſte ſelon diſpoſition de droict eſcrit.

IDem in comitatu Niuernenſi, ſed contrarium in comitatu Burgundiæ. ¶De hac diſpoſitione eſt tex. in §. ſi quis igit. in auth. de hære. ab inteſta. venientibus. coll. ix. dic in hoc† ꝙ de iure quãtum ad bona & lucra nuptialia prouenientia à primo viro, filij primi matrimonij debent habere præcipua. l. cum aliis. in prin. C. de ſecun. nup. & hoc ſiue adeant hæreditatẽ maternã, ſiue paternã, ſiue repudient vtranq;, ſiue alterã tantũ: & hoc niſi ex cauſa ingratitudinis remoueãtur, vt in authẽ. hæres. C. de ſecun. nup. lucra verò nuptialia à ſecũdo viro proueniẽtia, filij ſecũdi matrimonij debẽt habere præcipua, d. l. cum aliis. ver. tãtummodo filij. & hoc intellige verũ, qñ adiuerũt hæreditatẽ ſecũdi viri: ſed ſi repudiauerũt, tũc filij primi & ſecundi matrimonij veniũt ad prædicta lucra, ſi omnes adiuerint hæreditatem matris. l. ſi quis prioris. §. talẽ. C. de ſecũdis nuptiis. & intellige prædicta non ſolũ in lucris nuptialibus prouenientibus facto hominis, puta ex pacto, ſed etiã ſi proueniãt ex cõſuetudine, vel ſtatuto, ſecũdum Bal. in authen. vxore. C. de ſecundis nuptiis. & ſenſit Ang. in §. hæc nos. in authen. de non eligẽdo ſecundò nubentes. colla. j. vbi prædicta dicit. alia verò bona ad matrem venientia pariter diuiduntur inter filios primi & ſecundi matrimonij ab inteſtato venientes, per d. §. ſi quis igitur. ſuprà alleg. & hoc eſt quod vult dicere textus noſtræ conſuetudinis.

1 Cõſuetudinis huius ſenſus.

INhac materia, qñ lucra nuptialia debeãt reſeruari filiis primi matrimonij, qñ ſunt à primo viro & à ſecundo viro filiis ſecundi matrimonij: quærit Fran. de Crema duas quæſtiones. prima eſt in ſing. ſuo lxxv. incip. ſi maritus legauit. videlicet ſi maritus legauit mille vxori, ſi vitam vidualẽ ſeruauerit, & quingenta caſu quo nupſerit, an poſtea mulier trãſeundo ad ſecũda vota teneatur conſeruare illa mille filiis primi matrimonij? cõcludit ꝙ nõ, qa ſunt ꝓpria ipſius vxoris. ita tenet Bal. in l. j. C. de ſecũ. nup. q dicit ſe cõſuluiſſe in pſona dñi Malateſte de Arimino, & p hoc effectus fuit ſuus ſeruitor. ¶De materia huius cõſuetudinis, vide Boërium in cõſu. ſeptenæ Bituri. ti. đe teſt. §. ij. in gl. & ibi qũo filij ſecũdi matrimonij ſuccedãt matri ĩ lucris ſibi obuẽtis ex cõſuetudine, ſtatuto, vel pacto.

ALia eſt quæſtio: dr̃ ꝙ mulier trãſiens ad ſecundas nuptias perdit omnia lucra pcepta à marito, ſaltẽ quo ad dominiũ, quia debent reſeruari filiis primi matrimonij. l. fœminæ. & l. generaliter. C. de ſecun. nup. pone† ꝙ multa donata fuerũt vxori contẽplatiõe primi mariti, poſtea illo mortuo illa mulier tranſit ad ſecũda vota, nũquid pdat dicta donaria & lucra, & debeãt cõſeruari filiis primi matrimonij? Hanc quæſtionẽ determinat Fran. de Crema in notabili ſuo lxxxiij. inci. mulier trãſiens ad ſecũda vota. vbi cõcludit poſt Lud. Ro. quẽ dicit ita cõſuluiſſe, ꝙ nõ. per tres ratiões quas allegat. ¶Sed iuxta prędicta quæro quid ſi maritus relinquit vxori mille ſi vitã vidualẽ ſeruauerit, aut caſtè, vel honeſtè vixerit, an ſi mulier trãſierit ad ſecũda vota, pdat illud ius, ſeu illud relictũ? Alex. ĩ l. mulier. §. cùm proponeretur. in iij. & iiij. col. ff. ad Trebel. vbi amplè. Et dixi in clauſulis meis: hîc non repeto.

2 Alia quæſtio.

QVæro, † nunquid pater poſſit prouidere aliquo modo ꝙ filij maſculi ex ſecundo matrimonio non ſuccedãt cum liberis primi matrimonij? iſta quæſtio poſſet contingere quãdo liberi primi matrimonij ſunt nati ex nobili, alij verò ſunt nati ex ſecũdo ignobili

3 Quæſtio.

BIU Cujas

bili diſtinguendum eſt de iure, ꝙ aut ſumus in bonis feudalibus, aut in allodialibus. in feudalibus nō poſſet. c. j. §. & quia videmus. qui feudū dare poſſunt. c. j. in prin. de ſucceſſ. feud. c. j. de grad. ſucceſ. in feudo. c. j. de natura ſucceſ. feud. in allodialibus pater poteſt emancipare liberos primi matrimonij, & eis dare omnia bona ſua, ſalua tamen legitima filiorum ſecundi matrimonij, vt habetur in l. j. & ij. l. ſi totas. & l. ſi liqueat. C. de inoff. dona. & ita dicit Alua. in c. ſi filij. in fi. in titu. ſi de feudo fuerit controuer. ſed per dicta in conſuetudine, *en toutes choſes feodales*. in tit. de feudis. dic eſſe idem in bonis feudalibus.

SEd pone ꝙ pater qui accepit ſecundā vxorem fecit pactum cum ea, ꝙ filij nati ex ea, vt hîc antè dictū eſt, non ſuccedāt in feudis cū filiis primi matrimonij, an poſtmodum poterunt poſtea mutare voluntatē, & per cōtrarium pactum paciſci ꝙ ſuccedant vnà cum liberis primi matrimonij? Iaco. Alua. in c. ſi filij. ſi de feudo fue. cōtrou. tenet ꝙ ſic, per nota. in c. ſi facta. in gl. ſi de feudo fue. cōtrouer. alleg. etiam l. ſi pro patre. §. verſum. ff. de in rē verſo. ita tenet Iac. de S. Georg. in tractatu feudor. in gl. & vnus ex dictis vaſallis habēs. quæ eſt gloſſ. ſi. vbi quædam ponit de matrimonio ad morganaticā contracto, hoc eſt de pacto ꝙ filij nati ex ſecunda vxore non ſuccedant in bonis feudalibus cum filiis primi matrimonij.

IN TEXTV IBI,

Selon diſpoſition de droict eſcript.

PEr hanc conſuetudinem iuncta præcedente in his verbis, *ſelō la forme de droict*. & in §. v. in ti. *des fiedz*. & concluſione harum conſuetudinum, quæ ſe refert ad ius ſcriptum, vbi nihil eſt diſpoſitū in contrarium, inſerēda ſunt plura. Primò, ꝙ patria ducatus Burgundiæ eſt patria iuris ſcripti in his quæ non ſunt diſpoſita expreſsè & ſpecialiter in conſuetudinibus patrię. Secūdò, ꝙ ex quo approbant hæ noſtræ conſuetudines ius ſcriptū, & ſe illi referūt, ꝙ conſuetudines noſtræ in minus intēdunt corrigere ius cōmune q̄ fieri poſſit, imò ſecundū illud in dubiis ſunt interpretādę, vt dixi in pluribus & diuerſis locis. Tertiò ꝙ per hanc cōſuetudinem iura diſponentia de filiis primi matrimonij remanēt in ſuo eſſe, & illis ſtādum eſt quo ad bona patrum & matrū reſpectu filiorum, quæ cōſuetudo indubitāter demōſtrat ꝙ l. hac edictali. C. de ſecūdis nupt. non eſt ſublata per quācunque conſuetudinē generalem. de quo dixi in §. vij. in gl. *ſi autrement*. verſi. ſed adhuc quæro. ſuprà tit. *des droicts & appartenances à gens mariez*.

§. OCTAVO.

TEs heritages enſuyuent en ſucceſſion la ligne du tronc de laquelle ils ſont iſſus, c'eſt aſçauoir que les heritages procedans du coſté & ligne paternel retournent aux heritiers du defunct du coſté paternel, & ceux du coſté & ligne maternel retournent aux heritiers du defunct du coſté maternel, ſoit en prochain ou loingtain degré.

IDEM in comitatu Burgun. & Niuerneñ. idē in patria de Lorry & Aurelia. art. ccl. idem in patria Aluerniæ, tit. *des ſucceßions*. §. iiij. v. & vj. imò in illis non habet locum §. *double ligne*. de quo dicā j. §. xj. Idem in ſeptena Bituricen. & vide de materia huius conſuetudinis Boërium tit. de teſt. §. ij. in prædictis conſue. & Pyrrhum in conſuetudinibus Aurelianen. ſūb titulo de ſucceſſionibus. c. x.

IN TEXTV IBI,

La ligne du tronc.

HOc eſt dicere ſecundū verum ſenſum iſtorū verborū, ꝙ ſequuntur lineam trūci, à qua exierunt: intellige ſ. linea, & non à quo, ſcilicet trunco, & ſic hîc fit differentia inter lineā & truncū, quoniā ex trunco deſcēdit linea, & ex linea deſcendūt ſeu exeunt bona. Et aduerte ꝙ hæc cōſuetudo eſt vera ſtātibus parentibus ex vtraq; linea, ſed ſi deficiāt parētes ex latere patris, ſuccedūt in totū parentes ex latere matris ſecundum gradus prærogatiuā. & hoc ſatis colligit à ſimili alterius noſtræ conſuetudinis, quæ eſt infrà in tit. *des retraicts*. §. iiij. vbi ſi deficiāt parentes ex illo latere ex quo hęreditagiū antiquum proceſſit, alij admittūtur, & à pari ꝓcedunt ius ſuccedēdi & ius retrahendi. dixi ibi, & conſului in caſu emergenti, etiam in feudis, cùm ſint redacta ad inſtar patrimonialium.

AD declarationem huius ſtatuti ſeu cōſuetudinis Bal. ponit vnum caſum multum notabilē, ſuper quo conſuluit in conſi. ſuo ciiij. in ij. parte & vide Io. de Imo. in conſi. ſuo cxiiij. vbi ponit ſimile ſtatutū eſſe in ciuitate Lucana.

ET dicit Pau. de Caſt. in auth. poſt fratres. *la premiere*, C. de legit. hæredi. ꝙ hęc ſucceſſio prælatiua eſt extraordinaria, & cōtra naturā vniuerſalis ſucceſſionis, quæ eſt vt pariter in omnibus vocentur. & facit cēſeri defunctum habere plura patrimonia, quod eſt regulare contra omnia iura præterquā in milite, cùm nullus dicatur habere niſi vnū patrimoniū. l. iuriſperitos. ff. de excuſa. tut. & facit ſeparationē bonorū iam cōiunctorum, contra l. ſed & ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulg. & pup. Et ideo tractās de ſucceſſione fratrū qñ non ſunt coniūcti ex vtroq; latere, ſed ſolùm ex vno, dicit ꝙ ſimul ad ſucceſſionē admittūtur, & cū eis admittūtur filij fratrū & ſorores. quod dicit eſſe verum in bonis acquiſitis per pſonā defunctā aliūde q̄ ex latere patris, aut matris: ſecus ſi haberet aliqua bona acquiſita à patre, vel ex eius latere, qa in illis prę ferretur frater, aut filius fratris ex latere patris tātùm coniunctus, & econuersò, per tex. in l. de emancipatis. C. de legi. hære. de quo tex. facit mentionē Lud. Bologn. in cōſ. ſuo lxix. in j. col. vbi dicit, † ꝙ fratres cōſanguinei præferūtur in bonis paternis, & vterini in bonis maternis: & etiam alij vlteriores. quem vide pro hac cōſuetudine. Et intellige hāc conſuetudinē, ſiue tractetur de ſucceſſione deſcēdentium ſiue aſcendentiū, vt ſuprà dixi in præcedēti §. Et tenet Matth. Matthęſil. & Bolog. in apoſtil. ad Matth. in tractatu ſucceſſionum ab inteſtato. in iiij. fol. in j. col. ibi, aut ſuperſunt parentes ſecundi, aut tertij gradus.

1 *De ſucceßione fratrum.*

IN TEXTV IBI,

Sont iſſus.

EVenit dubium de hæreditagio dato ad reditum annuum cum iure reuertendi ad dominum in defectum ſolutionis, an ſemper quo ad dantem debeat dici tale quod dicatur exiſſe & proceſſiſſe à trunco

BIU Cujas

ſuo,ita ꝙ hæredes ex illo trũco in illo ſucedãt,an verò dicat acqueſt⁹,ita ꝙ priores in gradu ſuccedãt, aut ꝙ hæeredes tã ex illo latere q̃ ex alio ſimul in eo ſuccedãt? vr̃ dicendũ ꝙ hæredes ex illo trũco à quo exiit & ꝓceſſit ſuccedãt:cùm non ſit ex hoc mutata natura antiqua & originalis illius ex huiuſmodi datione ad reditũ,qm̃ licet titulus actionis ad cõſequendũ prędictũ reditũ annuũ ſit nouatus,tn̄ cauſa debiti eſt ſemp hæreditagiũ, quę quidẽ cauſa non titulus actionis reſpiciẽda eſt,vt eſt tex.in l.tutor. ff.de fideiuſ.Nã etiam quod nouatũ eſt,non à nouatione, ſed ab origine cõſiderat,maximè qñ nouatũ etiã per accidẽs alterando naturã originalis ſe refert ad originẽ,vt eſt tex.in l.cũ filius.§.hęres meus.ff.de lega.ij.nec enim,vt dicit tex. in totũ falſum vr̃, qđ veritatis primordio adiuuatur. & facit text. in l.filiusfa.prima.in fi.C.ad Macedo.vbi tex.dicit, ꝙ potiùs origo obligationis q̃ titulus conſiderãdus eſt:maximè cùm in totum non deficiat ſubſtãtia obligationis originalis,ſed remanet vſq; ad debitũ reditum annuum, ſeu debitũ reditus annui hypothecatũ, & ſic nõ vr̃ quid eſſe nouatũ de præcedẽti natura originali rei,vt facit tex.in ſimili in l.ſi ex p̃tio. C.ſi cer.pet.facit etiã tex.pro hac deciſiõe.in l. qui id quod.ff.de dona.vbi eſt tex.multum notabilis ad hoc ꝙ nouatio prioris rei originalis non mutat ſubſtantiã & effectũ illius rei originalis, qm̃ vt ibi conſtat, quia donator non poteſt conueniri, niſi inquãtum facere poteſt, & non inſolidũ. qđ idẽ voluit iuriſconſultus, etiã ſi donatio fuerit mutata & nouata per cõſtitutũ ex ſtipulatione,qm̃ licet ex illo titulo agi poſſit,tamẽ illud ſemper eſt ſecundum originalẽ naturã ipſius rei originalis,ſcilicet cum ea natura quæ erat priùs in donatione inquantũ facere poteſt,& nõ in ſolidũ. Et facit, qm̃ id qđ ex originali re venit, etiã ſi eſſent nũmi, ipſa res originalis cẽſetur.vt facit tex.in l.ſi ex lapidicinis.ff.de iure dotium. vbi qđ prouenit ex re dotali, cenſet eſſe de dote. Sic ergo hoc caſu cùm iſte reditus annuus ꝓueniat ex ipſo antiquo hæreditagio, cenſet eſſe de ipſo,ex quo maximè in totũ omne ius à ſe non abdicauit,ſed quodãmodo cũ directo dominio adhuc ius ad ſe reuertẽdi illud vtile dominium qđ trãſtulit quodãmodo,cùm illud voluerit in ſuo primo eſſe reſolui debere in caſu defect⁹ ſolutionis dicti annui reditus,& voluit illud dominiũ vtile certo caſu eſſe cõſolidandũ cum dominio directo qđ penes ſe remãſit. Et etiã ſi non fuiſſet illud ius retentũ,quia etiã prima cauſa originalis quo ad ius ſuccedendi remanere debet,ex quo nõ poteſt dici acqueſtus,cùm non ſit neq; ex opera,neq; ex ſolertia,neq; ex induſtria alicui⁹,ſed ex ipſa re originali acqueſtus annui, alter non, vt dr̃, vt dictum eſt ſ̃.in §.ij.in glo. *acqueſtz* in tit. *des droicts & appartenances*.& dicit Bal.in conſ.ciij.in j.lib.& nõ id quod originaliter venit ex trũco ſucceſſionis, ſicut in ſimili dicit Io.Fab.in procemio inſtitutionũ,in verbo,Iuſtinianus. ꝙ ſi qs acquirat illud qđ erat ex ſucceſſione ſibi venturũ, non cẽſetur cõqueſtus:nã ſemper inſpicitur origo vnde procedit.Ad minus nõ põt eſſe quin non ſit dictus annuus reditus in locũ dicti hæreditagij ſubrogatus, ex quo ſapere debet naturã illius.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.& ibi dom.meus Iaſ. ff.ſi quis cau.c.eccleſia.vt lite pendente.facit tex. in l. ſi donatæ res.§.ſi ſponſus. ff. de dona. inter virum & vxorem.l.filiæ.§.Titia vxor.ff.de condit.& demon.ex quo Bal.in d.§.ſi ſponſus. in antiqua & noua lectura, & in conſ.xc.col.vj.ver.& prædicta ſunt vera. libr. iij. tenet ex illis iuribus,ꝙ ſi alter coniugum vendat hæreditagiũ quod habebat, & pecuniã illius in alio hæreditagio cõuertat,non dr̃ inter eos cõqueſtus,qa acquiſitio quæ fit de ſecũdo ſubrogat in locũ primi hæreditagij.Multò fortius hoc caſu,cùm ſit in arido,hoc eſt in caſu in quo in totũ fuit extincta prima ſubſtantia:quid in viridi? hoc eſt in caſu vbi clarè & notoriè ſine dũbio remanet prima cauſa,& prima ſubſtãtia,ex quo non eſt dubiũ ꝙ debet ſecundũ hæreditagium in locũ primi ſubrogari, & naturã illius ſemper ſapere debet. Ex quibus indubitãter credo verũ ꝙ hoc caſu cùm cõqueſtus non ſit,& ſi ſit,eſt ſubrogatus in locũ primi,cuius ſubſtantiã & naturã retinet,ꝙ debet tanquã retinẽs naturã hæreditagij à trũco paterno ꝓueniẽtis ſeu ꝓcedẽtis hęredib.paternis adiudicari.& faciũt verba cõſuetudinis,*iſſus*,quę determinãt & reſpiciũt originẽ rei.& ita dixi in contingẽtia facti in conſuetudine Flandren.quæ vtitur verbo, procedens,

DIc hanc noſtram conſuetudinem habere locum tã in feudalibus quàm in allodialib⁹, per ea quæ dicta ſunt ſuprà in tit.de feudis.§.*en choſes feodales*.ver. vij.† Aduerte tamen ꝙ de iure frater vterinus tantùm nõ ſuccedit in feudo.ita tenet Aluar.in c.j.§. hoc quo que ſciẽdum.qui feu.dare poſſunt.in vſibus feudorũ, Martinus Laudẽ.in d.ti.§.& qa videmus.Ang.in cõſi. cvj.inci.Sãctiſſima & illuſtriſſima regina ſed ſecus de conſuetudine noſtra,cùm fœminæ in feudo ſuccedãt, vt ſuprà dixi in tit.de feu. §. v.

2 Frater vterinus non ſucce. dit in feudo.

SEd quæro iuxta prędicta.videm⁹ hîc ꝙ hęredes ex linea materna habẽt bona materna,& ex linea paterna hñt bona paterna.Pone ꝙ pauca ſint bona materna,& plura paterna, nulla ſint aut mobilia, aut acquiſita,plura verò debita:qũo debeãt ſolui debita? An verò hæredes ex linea materna debeãt ſoluere debita pro media parte,an verò ꝓ portione hęreditaria?Cogita,qa hæc quęſtio põt euenire.Sed ꝓ deciſiõe eſt recurrendũ ad tex. in l.ex facto.*la grande*, ver.vnde ſcio quæſitũ.ff.de hære.inſti.& vide ampliſſimè Matheſil. & Lu.Bolog.in apoſtil.in tractatu ſucceſſionis ab inteſtato.in xxxix.col.ver.tertiò dubitari põt.Et vide ad plenũ Iac.de S.Georg.in tract.de Roydis.in vj.& vij. col.poſt Pau.de caſt.in l.peculiũ.*la ſeconde*.§.põt autẽ. ff.de pec.Guli.tii de Cuneo in d.l.quæritur.§. põt. ff. de pec.quẽ ibi refert & ſequit Ang.& Alex.i cõſ.xxxj. inci.viſo titulo quæſtionis.in pe.col.ver.& ad oſtẽdẽdum.in j. vol. dicit, ꝙ qñ eſt vnũ patrimoniũ,debita ſolui debẽt ꝓ rata bonorũ.Et illos ſequit Albertus in tractatu de ſtatutis excludẽtibus fœminas.in vj.q. xj. art.principalis.Quia hęc nr̃a cõſuetudo fundatur ſup l.de emãcipatis.§.exceptis.C.de legi. hæred. qui quidem.§.tãtummodo loquitur in fratribus & filiis fratrum.Pro intellectu dicti §.dic ꝙ etiam habet locũ in bonis proueniẽtibus ab auo paterno, vel auia paterna quo ad cõſanguineos tantũ,& quo ad vterinos tãtùm.Intellige etiã de bonis proueniẽtib⁹ ab auo materno,vel auia materna, propter idẽtitatem rationis. Ita tenent docto.in d.§.exceptis. ꝓ quo optimè facit tex.in l.ij.C.de bonis mater. & in l. quod ſcitis.verſi. ſinautẽ.C.de bonis quæ libe.& iam ſuprà dixi, de intellectu d. l. quod ſcitis, vide Raph.Cu.in conſil.ſuo ccxxij.inci.qualiter admittatur auus paternus. Quæſtio.

SEd quæro nũquid dictus §. qui loquitur in fratribus & filiis fratrũ & aliis aſcẽdentib⁹,habeat locũ in aliis trãſuerſalibus vlterioribus in gradu:puta ſi qs decederet relicto patruo,id eſt fratre patris,& relicto auunculo,id eſt fratre matris, qui pariter ſuccedunt, quia ſunt in pari gradu, nunquid patruus præferetur in bonis habitis à patre, & auunculus in bonis prouenientibus à matre? Barto.in authen. itaque. C. commu

BIU Cujas

commu. de succes. dicit q̃ non habet locũ in aliis trãsuersalibus vlterioribus in gradũ. & istud etiam tenet Matt. Mathesil. in d. suo tractatu successionis ab intestato. dum loquit de fratribus & filiis fratrũ in inter medio. Pau. de Cast. in d. authẽ. post fratres. & Sali. in d. auth. itaq;. versi. quęro ab extra. idem tenet Mathes. quantũ ad bona pueniẽtia ex trãsuersalibus ascenden. in d. suo tract. in xxviij. col. versi. secũdò dubitari solet. & in præcedẽ. col. dicit se cõsuluisse de his quæ antè dixi, & consulunt in cons. suo xlix. suprà alleg. sed fundat se in dicto cõsilio super quibusdã statutis quæ nõ cõcordãt neq; dispositioni iuris, neq; dispositioni nostræ cõsuetudinis: ideo non aliter insisto, sed in casu nostro dico q̃ licet de iure prædicta successio prælatiua habeat tãtùm locũ in fratribus & filiis fratrũ, & non in transuersalibus in gradu tanquã extraordinaria, tamẽ de cõsuetudine nostra extẽditur ad quoscunq; , per hæc verba ibidem posita, *Soit en prochain ou loingtain.* quæ quidẽ debent de aliquo operari. l. si quando. ff. de lega. j. cum vulga.

IN TEXTV IBI,

Du costé maternel.

ADuerte, qa ꝓcedentes ex linea paterna seu sexu masculino dicunt agnati. notat insti. de legitima agnatorũ succes. facit l. si filius. ff. de suis & legitimis hære. q verò iũguntꝰ p lineã fœmininã dicunt cognati. ff. & C. vnde cognati. sed tñ omnis agnatus est ẽt cognatus, & non econtrà, l. inter agnatos. ff. vnde legiti. hinc ex cõmuni vsu loquendi oẽs agnati & cognati in vulgari Gallicano vocantur *cousins*. Et qui dicãtur ex linea paterna, & an patruus dicatur ex linea paterna, vide Albertum Brunum in tractatu de statutis excludentibus fœminas. in xix. q. xij. articuli principalis.

IN TEXTV IBI,

En prochain.

Quæstio notabilis. SVper hac nostra cõsuetudine euenit quædã quæstio multũ notabilis. Ex Sempronio descenderunt Ioannes & Petrus: ex Petro Philippus: ex Ioanne Titius: hic Titius habet parẽtes ex latere matris in tertio gradu, & ex latere patris in quarto gradu, qui tñ descenderũt ex dicto Philippo, & non ex dicto Ioanne: mortuus est Sempronius: mortuus est Ioãnes: q̃ quidem in vita sua acquisierat multa bona & hæreditagia: mortuus est tandẽ Titius & eius filius relictis suis parẽtibus ex latere patris in quarto gradu, & relictis aliis ex latere matris in tertio gradu: dicũt hæredes ex latere patris q̃ p hanc nostrã cõsuetudinẽ debẽt succedere in omnibus bonis ꝓueniẽtibus ex dicto Ioãne, etiã si dictus Ioãnes illa acquisiuisset: quia ex quo agitur de successione Titij eius filij, sunt quo ad eum bona seu antiqua hæreditagia, licet sint in vlteriori gradu. Dicũt hæredes ex parte matris, qui sunt in tertio gradu, q̃ licet bona Ioãnis patris Titij, de cuiꝰ successiõe agitur, sint antiqua hæreditagia quo ad Titiũ, tñ nõ sunt bona ꝓuenientia ex trũco consanguineorũ seu parentũ ex latere patris, qa trũcus omnium est Sẽpronius, & non dictus Ioãnes, & sic si parẽtes ex latere patris velint succedere in bonis prouenientibus ex Sẽpronio, æquũ est, qa ꝓueniunt ex illo trunco ex quo descẽderũt, sed nõ pñt succedere in bonis descẽdẽtibus tñ ex trũco Ioãnis, qa nõ ex illo trũco descẽderũt. Casus est in facto. & prædictã nr̃am cõsuetudinẽ dic ꝓcedere, & habere locũ in bonis quæ ꝓuenerũt ex linea ascẽdentiũ: secus autẽ si aliqua bona peruenerũt ad vnũ ex cõsanguineis ex transuersalibꝰ, qa quãuis talia bona sint ex latere paterno, si tñ moriat, in talibus bonis succedant ꝓximiores in capita scdm gradus prærogatiuã, & non veniãt talia ad cõsanguineos ex latere patris. Istud notabiliter tenuit Ang. in §. si plures. versi. sed dò dubitari solet. insti. de leg. agna. suc. ꝓbat p tex. in l. qd scitis. §. sinautẽ. C. de bonis quę libe. vbi dicit tex. ex matre, vel eius linea. s. ascendẽ. vt ꝓbat in l. ij. C. de bo. mater. ꝓbat ẽt, qa ante Iustinianũ bona quæ acquirebant filiofamiliãs, & trãsuersalibus sibi coniũctis ex linea materna, patri acquirebant pleno iure, licet secꝰ esset in linea ascẽd. d. l. ij. C. de bo. mat. & not. gl. in l. cũ oportet. ĩ prin. C. de bo. quæ lib. Itẽ ꝓbat, qa dicit q̃ est rõ dr̃iæ, qa bona ascẽdentium sunt quasi debita descendẽtib. l. ij. cũ similib. C. de bo. quæ lib. secꝰ in trãsuersalib. l. j. & seq. ff. de inoff. test. l. fratres. C. de inof. test. & cũ casus mihi occurrisset, ita dixi, nescio tñ qd fuerit iudicatũ. Et ita tenet G. Bene. in sua rep. c. Ray. ĩ verb. & vxo. noie Adelasiã. nu. 500. 165. de test. Ista consuetudo vr̃ cõtrariari cõsuetudini ꝯ. positæ, ibi, *double ligne*. & eas concordãdo dic nõ habere locũ in fratrib. vtrinq; coniũctis, & eorũ filiis, vt iura iurib. cõcordẽt. & vide Io. Fab. in auth. itaq; mortuo. in suo breuiario. C. cõmunia de succe. q̃ ponit intellectũ harũ cõsuetudinũ. ¶ Et aduerte q̃ sequẽs. §. positus ꝯ. in hoc eo. ti. ibi, *double ligne*, vr̃ impedire inclusionẽ fratrũ ex vtroq; latere, ne s. in hoc §. includant. qd fieri põt de vo. [illegible] & eorũ quæ dicũt Alb. de Ros. & Io. de Imo. in l. cùm in testamẽto. §. q̃ tres. ff. de hære. insti. vbi dicũt, † q̃ scriptura specialis sequẽs restringit præcedentẽ generalẽ, vt non includat illud quod erat apta includere: & sic non corrigit, sed impedit inclusionem, secundũ Bal. & Ang. ibi , qd nota. 1

IN TEXTV IBI,

Loingtain degré.

ANisti existentes in gradu remotiori, qui debent succedere in antiquis hæreditagiis, possint se dicere saisitos in vim cõsuetudinis ꝯ. positæ, videlicet *le mort saisit le uif*, &c. §. j. vr̃ q̃ nõ, qa licet sint habiles ad succedẽdũ, non tñ sunt ꝓximiores: qd requirit, p tex. nostræ cõsuetudinis. ideo cũ non cõueniãt istis verba dispositionis, nec ẽt dispositio. l. iiij. §. toties. ff. de dã. infec. maximè qa aliud est esse vnũ simplex, & aliud cũ qualitate, vt dicit Card. Alex. in c. ad id. ĩ ij. col. de spõsa. & hoc cũ ista successio sit extraordinaria: & contra naturã vniuersalis successionis , vt dixi in prin. huius §. vr̃ q̃ etiã alia cõsuetudo quæ est suprà posita in §. j. quæ est etiã contra dispositionẽ iuris , vt ibi dixi, trahat effectũ suũ, & extẽdat ad hãc successionẽ, ne plura specialia circa idẽ concurrãt. ¶ Et facit qa ex quo hîc est verbũ, *retournent*, qd est cõmune & nõ directũ, non trahit ad hoc q̃ sint hæredes, sed vr̃ q̃ sint loco legatarij, vt hr̃ satis p Bar. in l. centurio. in pe. & fi. col. ff. de vulg. & pup. subst. & etiã cùm fratres sint hæredes & cognati in re certa, habent tales cognati & agnati loco legatariorũ. arg. l. quoties. C. de hære. insti. ¶ Et etiã dicit Pau. de Cast. in d. l. peculiũ. §. põt. ff. de pecu. q̃ nõ sunt hæredes nisi sint ꝓximiores, alij aũt nõ ꝓximiores non sunt hæredes, sed capiũt in vim cõsuetudinis. Ex quo debent capere p manus hæredũ , & ideo non sunt saisiti. Cogita, qa posset dici ꝓ cõtraria parte, q̃ nec etiã hęredes proximiores, & q̃ in omnib. aliis succedũt, non erunt saisiti de prædictis antiquis hæreditagiis. Nã licet sint ꝓximiores, nõ tñ sunt habiles: ergo nemo erit saisitus. Sed ad hoc dico q̃ istud non est inconueniens: igitur, &c. Et cogitaui q̃ in aliis duobꝰ casibꝰ vbi videbat esse dubiũ de proximitate & habi-

Quæstio.

BIU Cujas

litate,expreſsè eſt diſpoſitũ de ſaiſina.ſ.cod.ti.vt in §. *ſi le teſtateur.* & in §. *ſucceßion en ligne directe.* & tñ hîc nihil eſt diſpoſitũ,licet non poſſit cõprehẽdi ſub primo. Ergo vr̃ cùm talis caſus ſit omiſſus, ꝙ remãſit in diſpoſitione iuris cõmunis.arg. l. cõmodiſſimè. ff. de libe.& poſthu.& diſpoſitio iuris communis non trãſfert poſſeſſionem in hæredes.l.cùm hæredes.ff.de acqui. poſ. dixi ſ. in prin. primi articuli huius tituli, & plenè dixi in conſi.quod feci in caſu occurrente.

ADDITIO. Illud conſilium eſt xxxij.in ordine, & incipit,ſtãte conſuetudine ducatus Burgũdiæ. ſed videtur ꝙ prima opinio ſit verior,& etiã magis practicatur,quòd tales ſint ſaiſiti tanquam hæredes habiles & proximiores,ex prædictis.

SEd nũquid per hæc verba, *en prochain ou loingtain degré*, excludantur fratres vterini quo ad hæreditagia paterna per agnatos exiſtẽtes in remotiori gradu?vr̃ ꝙ nõ,p tex.in §.amotis.ver.toties igit̃ dicimus. inſti.de ſeruili cogna.p regulã ibi poſitam, quæ eſt ꝙ ſemper fratres præferunt̃ quibuſcunq; agnatis & cognatis.Et facit etiã text.in §. j. in prin.inſtit.de ſucceſ. cogna.& hoc interpretãdo conſuetudinẽ nr̃am ſcd̃m ius cõmune,quæ quidẽ ita debet interpretari. l. ij. C. de noxa.c.cum dilectus. de cõſuetudine. & interpretationẽ à iure cõmuni recipere debet.do.me° Iaſ.plenè in auth.nouiſſima.col.vj.C.de inof.teſta.Alex.cõſ. ſuo xix.& conſi.xxix.in j.volu.Imò debet eſſe iuſta & rationabilis,vt dicit Alex.conſ.lxxx.in iij.col.in j.vol. & ita vt prauus ſenſus excludat̃,vt dicit Bal.in l.quęcũq;.in antepe.col.C.de ſeruis fugit.& in l.oẽs populi.in xiiij.col.ff.de iuſti.& iur.¶Et minus debet lædere ius cõmune q̃ poſſit.l.qd̃ verò.ff.de legi.l.ſi verò.§. de viro.ff.ſol.mat.Soci.conſ.ſuo xxxj.in j.vol. Et ideo dicit idẽ Iaſ.in l.oẽs populi.in ij.lec.col.pe.ff.de iuſt.& iur.& in l.fi.§.in cõputatione.in fi.C.de iure de lib. † ꝙ correctio iuris cõmunis non debet induci per ſtatutũ,niſi quatenus in eo expreſsè dr̃.Cùm ergo diſpoſitiõe iuris cõmunis paterna paternis,& materna maternis tm̃ ſint qñ fratres ſuccedũt fratri habẽti diuerſa bona ſ.paterna & materna,hoc eſt qd̃ frater cõſanguineus ſuccedit in totũ in hæreditagiis paternis, & vterin° in bonis maternis.l.de emãcipatis.§.exceptis. C.de legi.hære. & in omnib° aliis caſib° poſt fratres, hoc eſt qñ nulli ſuperſunt fratres,videlicet ꝙ bona cognatorũ ad cognatos,& bona agnatorũ ad agnatos,etiã ſi lõgiſſimo gradu ſunt,vt dicit tex.i d.§.fi.hîc antè alleg.Ideo vr̃ ꝙ hęc cõſuetudo debeat intelligi ſecundum prędicta iura,& nõ vltrà.& facit,qa cùm expreſsè nõ reuocet, quare nõ ſtare ꝓhibet.arg.l. ſancimus. C.de teſt.& l.præcipimus.in fi.C.de appel.& facit gl. in c.cupiẽtes.§.ꝙ ſi per viginti.in verb.petere.de ele.i vj.Et cùm vr̃ illud eſſe valde durũ & abſurdũ, ꝙ p illa verba generalia excluderent̃ fratres ex vno latere tm̃, & præferrent̃ illis cognati in tertio,quarto,aut quinto gradu,& ideo non eſt fienda talis interpretatio ex illis verbis generalib.cũ ſtatuta ita debeãt interpretari,ne ſequatur abſurdum.l.ſcire oportet,§.aliud.ff.de exc.tu.Iaſ.in l.ꝓperandũ.§.ſinautẽ. col. iij. C. de iud.

ET ſi dicat̃,ꝙ cõſuetudo ſeu ſtatutũ debet aliqd̃ addere vltra ius cõmune,Bar. in l.dies.§.prætor ait. ff.de dã.infec. do.Iaſ.in l.j.col.iij.ff.ſi cer.pe.Ale.conſ. ſuo xlix.in fi.in j.vol.ad hoc põt dici,ꝙ ſufficit ꝙ iſtud ſtatutũ,qd̃ eſt hîc poſitũ, introducat actionẽ de nouo ex hoc ſtatuto in his quæ ſunt diſpoſita quo ad caſus q̃ ita pñt de iure adaptari.argu.eorũ quæ dicit Pan. in c.cùm ad ſedẽ.col.viij.de reſti.ſpoli. Vel etiam dici poteſt, ꝙ ſatis iſtud operatur,ſi poſt fratres ſunt alij cognati vlteriores in gradu agnatis, quoniã hoc caſu etiam tollitur in vno diſpoſitio iuris communis, quæ habet ꝙ priores in gradu præferuntur, ſublata differentia agnationis & cognationis,vt habetur in tit. de legitima agnatorum ſucceſſio.in prin.ibi,non tamen omnibus.facit §.ſi verò neque.in auth.de hære.ab inte.coll.ix.& auth.poſt fratres.C.de leg.hær. Priores in gradu præferuntur.

ADDITIO. Vide etiã, dici põt ꝙ hoc multũ operat̃, qa per hãc conſuetudinẽ fit extẽſio huius ſucceſſionis extraordinariæ vltra fratres & fratrũ filios: qd̃ fieri non deberet,vt ſ. dixi in j.gl.ver.quæro.cùm per cã inter cognatos & agnatos in infinitũ ſeruetur hæc cõſuetudo,ex qua multa corriguntur,vt antè dictum eſt,& dicã j. in §.x.in glo. *en pareil degré*.Et fiat extenſio ad fratres:per huiuſmodi interpretationẽ priuant̃ fratres ſub hac generalitate verborũ iuribus ſuis eiſdẽ per ius cõceſſis,qd̃ non eſt,cũ ſub generalitate verborũ alieni iuris priuatio,& lucri debiti perceptio nõ cõprehendãtur in loco publico teſt.militis.l.ex facto. ĩ prin.ff.de vulg.& pup.Et ideo ſufficit ꝙ in caſu prædicto tutor cognatos &agnatos tantùm corrigat ius cõmune,non ꝙ in caſu ita clare tollat ius alterius. ſicut in ſimili dicit Bart.in l.Gallus.§.etiã.ff.de libe. & poſth.Pau.de Caſt.in conſ.clxxxviij.& alij quos allegat Georgius Natan in repet. c. quãuis pactũ.in fi. de pactis,in vj. ¶Vel etiã põt dici ꝙ vtilius eſt, ꝙ tale ſtatutũ nihil addat iuri cõmuni,& ꝙ ſolũ ſit recitatoriũ iuris cõis, q̃ ꝙ ex eo ita intelligẽdo qs indebitè dãnũ patiatur.iſta ꝓbat gl.in l.fi.§.in cõputatione.in gl.magna ad finẽ.C.de iure delib.do.Iaſ.ibi,& in l.properãdũ.§.ſinautẽ.col.ij. C. de iud. Item in auth.ſacraméta puberum.coll.vij.C.ſi aduerſus vẽditio.& in l. cauſas vel lites.col.ij.C.de trãſact.& in l.j.col.iij.ff.ſi certum peta.& hoc caſu etiã ſtatutũ generaliter loquẽs debet reſtringi.Alex.conſ.ſuo lij.in j.vol.ſcilicet ne quis indebitè dãnum patiatur.Ex tunc ex hac interpretatione generali frater vterinus indebite dãnũ pateretur, cùm excluderetur à ſucceſſione ſibi debita de iure, vt in locis ſuprà alleg.igitur &c. ¶Vel etiã dico ꝙ ex quo conſuetudo noſtra vocat eos hæredes, cùm dicat, *retournent aux heretiers*, ꝙ ex quo habẽt nomen, habent etiam & effectũ, qa dato nomine,datur & effectus, vt dicit Ang.in l.à nullo.C.de feriis.& ibi Bal.Sali.& Albe.de roſa.facit tex.in c.corepiſcopi.lxviij.diſt.& in c. admonere.xxiij.q.ij.& ideo cùm ſint hæredes habiles per conſuetudinem,& proximiores in hac ſucceſſione,cùm nemo eos præcedat per conſuetudinẽ, eo ꝙ habilitas conſideratur alio reſpectu, vt dixi ſuprà in §.j.huius tit.in verb. *habile*. ideo erunt ſaiſiti: nã omnes alij quo ad illa bona ſunt excluſi:ergo non faciũt gradũ,vt dixi j. in tit. *des mainſmortes*. §.xvij.in glo. & ſic conſtat eos eſſe hæredes per cõſuetudinem & habiles reſpectu habilitatis cõſuetudinis, & proximiores in ſuo caſu:ideo in eis habebit locum cõſuetudo, de qua ſuprà in §. j. huius tituli:ita ꝙ erunt ſaiſiti. & iſtud ſemper mihi viſum fuit ſecurius.

ET licet hoc caſu etiã conſuetudo noſtra ſit correctoria iuris † cõmunis,tamẽ debet interpretari ſecundum ius cõmune, qd̃ eſt poſt illud ius correctum introductũ.ſ.ſecundũ §.amotis. ver.toties. ſuprà alle. ſecundũ quem §. omnia iura dicentia ꝙ bona materna maternis,& paterna paternis deferantur in ſucceſſione cognatorũ & agnatorũ,habent locum poſt fratres,ſ.in cognatis,& agnatis,etiam ſi lõgiſſimo gradu ſint,vt dicit tex.quæ verba tãtùm intelliguntur in cognatis & agnatis poſt fratres,per illum text.ſecũdum quẽ tex,etiam debent intelligi verba generalia noſtrę

2 Correctio iuris.

1 Hæc conſuetudo quomodo interpretanda.

BIU Cujas

cõsuetudinis,in his verbis,*ſ.ſoit en prochain ou loingtain degré.* & nõ est inconueniẽs ꝙ etiã statutũ seu consuetudo derogãs iuri cõi secundũ illud ius in aliquo interpretetur,vt in minus lædat q̃ possit, vt tenet Alex. in l.nã qđ.§.non omnis.ff.ad Trebel.in l.inter cætera. ff.de libe.& posth.Et ita tenet Ias.in d.authẽ. nouissima.col.vj.contra tamen Bal.C.de inof. test. Idem etiã tenet Alex.in consi.suo xxix.in pen.col.in j.vol.

3 *Verbis generalibus non debet corrigi ius.*

4 *Regula.*

ET facit, † qa per verba generalia nõ est fiẽda correctio dispositionis iuris, maximè specialis, vt est in casu dicti §.cũ quę speciali annotatiõe notanť,maiorẽ firmitatẽ habẽt, & ideo generali reuocatione nõ reuocanť,p ea quæ dicit gl.not.in l.sciendũ.ff.q̃ satisd. cogã.vbi habetur,† ꝙ qñ lex generaliter loquitur,aut aliquid disponit generaliter,nunquã tamen intelligitur disponere in casu speciali.de qua regula vide Sali. in l.in testamẽtis.C.de testa.Ias. in l.j.§. sed si mihi. ff. de verb.obl.& in l.postquam liti.in fi.C.de pact. dixi in §. ij.in gl. *quelque part que ſe ſoit.* ℣.tit. *des mainſmortes.* cùm etiam videmus ꝙ illa verba generalia nõ tollũt alium casum specialem iã specialiter exceptuatũ, scilicet in fratribus ex vtroq; latere coniunctis, vt dixi hîc antè in fi.gl.ordinariæ.Ergo &c.

ADDITIO. Et dicit Bal.in l.filiũ quẽ habẽtem. in xiij.col.ver.& opponitur.C.fami.ercis.ꝙ id quod antè est specialiter prouisum nõ tollitur per generalem prouisionẽ.& istud multis iuribus & decisionib. cõprobatur per Matt.de affl.in cõsti.regni Sici.quę inci. quæ ad decus.in vlt. col.facit dictũ Bal.in l.Titia.§.fi. ff.de leg.ij.ꝙ per generalia verba testatoris nõ est verisimile testatorem à speciali prouisione recessisse. de quo per Matth. de afflict.in d. constitu. regni Siciliæ, quæ incipit,qui iustitiam.in fine.

5 FAcit qđ in casu multũ notabili dicit Barba.consil. lviij.col.v.in j.vol.vbi dicit,† ꝙ id quod euenit ex lege,aut legis dispositione nõ potest tolli, nisi nominatim exprimať.per l.fi.C.de indicta viduit. tollẽ.quẽ textũ ad hoc allegat Lud.Rom.in repet.in auth.similiter. C. ad legẽ Falc. Cùm ergo in ꝓposito agatur de hæreditate fratris tollẽda fratri,quæ est ei de iure debita.d.§.amotis.& aut.post fratres.s̃.allegatis, nõ est dubiũ ꝙ debuit per verba specialia tolli,quoniã vt dicit ibi Barba.debitum futurum per legem non potest remitti per verba generalia.dixi infrà hoc eo.tit.§.xij. in gl.Ne *les deſcendans d'elle.*in fine,in additione ibi posita,incipiente,quod dicatur.

ET iã cõstat ꝙ illa generalitas huius §. nõ est vniuersaliter vera, imò iã recipit instantiã per cõsuetudinẽ nostrã in §.xj.hoc eo.tit. Ex quo sequit ꝙ cùm instantia sit data,nõ hẽt locũ cõsequentia vniuersalis, qa ad tollendã consequentiã sufficit dare instantiã.gl. in c.sicut vrgeri.j.q.gl.in l.manumissiones.in verb. genera.ff.de iust.& iure.gl.in l.iij.§.incertã.in verbo,Titius.ff.de acq.pos.gl.in l.illud.C.de coll.gl.in l.j. C.de præscri.lõgi tẽp.& in l.j.C.de ser.fugi.in c.fi.in verbo, quãuis.de procu.in vj.regula.Aristot.viij.topicorũ.Et ideo nõ est dubiũ ꝙ si iã patiať vnã limitationẽ,ꝙ etiã aliã pati nõ possit,quæ est de iure, vt dictũ est.igiť &c.

IMò etiam ex quo hîc hoc casu est tãtum indefinita, & tex.nostræ consuetudinis indefinitè loquatur, & non generaliter,nec vniuersaliter,non cõprehenditur ille casus specialis,de quo,vt dixi, specialiter est prouisum in simili materia.arg. text.in l.cùm in testamento §.qui res.& eorum quæ dicit Bar.ibi,ff.de hæred.inst. vbi dicit, † ꝙ indefinita non comprehendit casum de quo specialiter est prouisum. Cum ergo in illo §. etiã sit expresè decisum ꝙ cognati in bonis cognatorum

6 *Indefinita casum ſpecialem non comprehendit.*

præferãtur agnatis,etiã priotibus in gradu, exceptis fratribus,& indefinitè seu generaliter disponat in illo casu generali nõ facta mentione de.d.§.specialiter disponẽte,dicendũ est ꝙ illa generalis dispositio nõ tollit illũ casum specialẽ,ibi in d.§. specialiter positũ. Et ita vt dictũ est,dictus §.amotis.instit.de seruil. cogna. interpretatur & declarat similia verba, ẽt si lõgissimo gradu sint quæ idẽ important quãtum hæc verba, videlicet, *ſoit en prochain ou loingtain degré.* ideo tali interpretationi in hoc casu standũ sit.† Cùm statuta recipiant interpretationem legis & nõ hominis,vt dicit Bal.in l.omnes populi.col.ix. ff. de iustitia & iure do. meus Ias.in l.quanuis.ff.de in ius vocãdo. & vt ibi dicit,talis interpretatio est necessaria.

7 *Statuta legis nõ hominis recipiũt interpretationẽ.*

ITem ẽt aduertendũ est, quicquid velint dicere quidã arguẽtes de vniuersalitate & generalitate,qa istę §.nõ continet generalitatẽ,nec vniuersalitatẽ,sed solũ indefinitè loquitur,† quę indefinita nõ æquiualet vni uersali in statutis,vt tenet Bal.in l.fi.§.in cõputatione. C.de iure delib.& p Oldr.cõs.clxxij. Bart.in l.q ædificiũ.ff.de serui.vrba.prædiorũ.Maximè ꝙ ex tali equiparatione sequeretur absurditas seu iniquitas,vt dicit Bart.in l. oẽs populi.in vj. qõ. principali, in iij.quæst. illius sextæ quæstiõis principalis.ff. de iustitia & iure.

8 *Indefinita nõ æquipollet vniuersali in statutis.*

ADDITIO. Facit,quia lex ita dẽt intelligi ne contineat absurdũ.l.scire oportet.§.aliud.ff. de execu.tut. Et absurdũ dicit alienũ à iure.l.Pomponius. ff.de neg. gest.l.aliud.§.absurdũ. ff.de re.iur. ¶ Cùm ergo in hoc casu sequeretur absurditas & iniquitas,vt dictũ est,eo ꝙ cõtra regulã vniuersalẽ successionis remotior præferretur posteriori vltra quàm sit de iure dispositum, vt dixi,& sic in odiosis,quia contra dispositionẽ iuris suprà alle.& auth.post fratres. suprà etiam allegatam. † Cùm in odiosis indefinita non æquipolleat vniuersali,vt dicit Bar.in l.ij.in fi.ff.de lib.& posthu.

9 *Nec in odioſis.*

ITem etiã si esset vniuersalis, & ꝙ hæc indefinita æquipolleret vniuersali,quod non credo,adhuc non cõprehẽderet fratres defuncti ad succedẽdũ cũ agnatis,† eo ꝙ vniuersalitas nõ prędicať de pluribus differẽtibus specie,sed solùm numero,vt in simili dicit Bal. in c.quãto.in pe.col.de iudiciis.vbi dicit,† ꝙ in cõcessione oĩs iurisdictionis nõ continet merũ imperiũ, eo ꝙ merũ imperiũ nõ cõtinetur sub noĩe iurisdictionis. Sic ergo hoc casu,licet vniuersalis posset prædicari de plurib⁹ differẽtib⁹ numero inter agnatos & cognatos q̃ sunt eiusdẽ speciei,aut inter plures fratres q̃ sũt eiusdẽ speciei,licet numero differẽtes,tñ non de pluribus differẽtibus specie,vt inter agnatos & fratres,q̃ differũt nõ solũ numero,sed ẽt specie: qa alia est species & successio fratris,alia agnati,nõ solùm ꝓpter diuersitatem numeri gradus, sed ẽt propter diuersitatẽ speciei successionis. de qua in locis hîc antè alleg. igitur, &c.

10

11 *Vniuerſalis dequibus prædicetur.*

ITem etiam aduertendũ est,ꝙ si voluissent statuẽtes hũc §.seu articulũ loq̃ generaliter seu vniuersaliter, apposuissent dictionẽ vniuersalẽ seu generalẽ.s. dicendo,*toutes ſucceßions*,hoc pacto,*les heritages enſuyuent en toutes ſucceßions*, &c. prout fecerunt in pluribus aliis articulis,maximè in §.x.huius tit. Et quod fortius est, licet dictus articulus seu §. x. loquatur generaliter & vniuersaliter per dictionẽ vniuersalem,restringitur tñ ad successiones collaterales in suo casu, ita ꝙ nõ cõprehendit successiones descẽdentium,per hæc verba, *en toutes ſucceßions.* licet sint generalia ex rationibus supradictis, scilicet ne quis damnũ indebitè pateret.

12 *Verba generalia reſtringenda, nec tertio præiudicent.*

FAcit ẽt, † quia verba generalia debẽt restringi ne præiudicẽt iuri tertij.no.in c.cùm olim. de cõsue. Io.Fab.in suo breuiario.in l.si qñ.C.de inoffi. testam.

BIU Cujas

ET faciũt etiã rationes de quibus aliàs honorabilis & ſapiẽs vir, magiſter Pet. Bonifidelis amplè fecit mentionẽ in quodã ſuo conſi. ab eo facto ſuper prędicto §. qđ inſerui in meis commentariis infrà: quæ rõnes multũ faciũt in hoc caſu, & videnť à fortiori hunc caſum decidere, qm̃ ex quo verba generalia nõ cõprehendũt caſum, ex quo quis damnũ indebitè pateretť, vt dictũ eſt ſ. multo minus verba indefinita: igiť, &c.

EX quibus videtur dicendum ꝙ per hanc noſtram conſuetudinem in ſucceſſione fratris vterini, aut conſanguinei non ſunt præferẽdi agnati, aut cognati fratribus vterinis, aut conſanguineis, ſed ſolùm ꝙ in ſucceſſione cognati quo ad bona prouenientia ex latere matris præferuntur cognati, etiam ſi longiſſimo gradu ſint quàm agnati, & econtrariò.

ADDITIO. Et hæc interpretatio dubia vr̃ tenẽda, cũ per illã lædatur minus ius cõmune, vt dicit Alb. de Roſ. in ſuis ſtatutis, in j. parte. q. cliiij. inci. Ioã. And. in nouella. Et iſta interpretatio potiùs eſt ſumẽda quàm alia: qm̃ mẽs ſtatuti debet cõſiderari ſicut mẽs teſtatoris. l. ſi ita fuerit. ff. de manumiſ. teſtameto. l. Labeo. ff. de ſtatu lib. l. qui filiũ. in fi. ff. ad Trebel. Sed generalis mens teſtatoris interpretatur & reſtringiť potiùs ad id qđ ius cõmune diſponit quàm ad aliud: qm̃ quis præſumiť velle id qđ ius diſponit, qua quidẽ diſpoſitione frater præfertur, vt dictũ eſt antè: ergo idẽ in cõiecturata mẽte ſtatuti, quæ ita eſt capienda, vt potiùs verba reſtringantur, quàm quis indebitè offendať. notatur in l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. l. ij. C. de noxa. per Imo. in l. ſi verò. §. de viro. verſi. circa principiũ. ff. ſolu. mat. facit l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excu. tuto. imò dicit ibi Bal. ꝙ quotieſcunq; ex verbis ſimpliciter prolatis, præfertur iniquũ æquo, tunc recedimus à verbis, & ſtamus mẽti: & hoc caſu mẽs præferenda eſt verbis. l. ſi quis filiũ. C. de libe. præte. ibi, vbi manifeſtus ſenſus eſt, nuſq̃ interpretatio verborũ tantũ valet vt mẽs, &c. & bonus tex. in l. qm̃ indignũ. C. de reſta. ibi, reflexis verbis, &c. & Lud. Rom. in cõſ. ſuo clxxix. incip. ampliſſime doctor. in iij. col. quod intelligendũ non ſolùm qm̃ mens eſt in lege expreſſa, ſed etiam qm̃ in lege non eſt expreſſa, dũmodo illa mẽs vel ratio præfinita, ſit naturalis, & naturaliter p ſimilẽ rationem poſſit imaginari. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ibi, & ipſa naturali iuſtitia. ff. de excu. tut. ad idẽ l. mulier. iũcta gl. ff. ſol. matr. vbi cõiecturatur mẽs cõtra ipſius verba. Ad idẽ in c. intelligentia. de verb. ſigni. ij. q. j. c. marcion. l. ſcire leges. ff. de legi. nã vt inquit notanter Bal. in d. l. ſcire oportet. ſicut homo cõſtat nõ ſolũ ex anima, ſed corpore, ita lex ex mẽte ſeu rõne & verbis, & verba ſe habẽt vt corpus & ſuperficies, rõ autem ſe habet ſicut ſpiritus & anima. & hæc magis debet attẽdi q̃ ſuperficies verborũ. d. l. ſcire oportet, cũ ſimilibus. Ad coniecturandũ verò rationem vbi nõ eſt expreſſa, debemus cõſiderare qua ratione fuiſſet motus vir ſapiẽs, cùm talis præſumatur legiſlator. nã lex debet eſſe rationabilis. iiij. diſtin. c. erit autem lex. & dixi antè, & bonũ eſt arg. à tacita mente ſtatuti. l. milites agrũ. ff. de re mili. nã mẽs & ratio idẽ eſt, ſiue in homine idem eſt mẽs & ratio, ſecundũ Bal. in d. l. maximũ vitium. C. de libe. præter. facit gl. in l. tale pactũ. §. fi. ff. de pac. Cogitẽt poſteri quid voluerim, & ſi bene dixero, accipiãt dicta mea, ſinautem malè, me ſapiẽtiorem reddãt ex rationibus, motiuis & reſponſionibus eorum ad meas rationes ſuprà deductas.

ET licet hæc opinio videatur verior in puncto iuris, neſcio tamen ſi in iudicando obſeruaretur: eo quòd multi aduocati Diuionen. dicunt ſe cõtrarium cõtuliſſe, & communiter in practica obſeruatur quòd fratres vterini & conſanguinei excludũtur in tali caſu, etiã per remotiſſimos in gradu, ex quo à practica recedi non debet, & minimè mutãda ſunt quæ certã interpretationẽ habuerũt & receperunt. dixi ſuprà in rub. *des confiſcations*. §. j. verſi. pro hac ſecunda parte.

AD hoc tamen poſſet adhuc dici ꝙ illud debet intelligi quãdo interpretatio eſt declarata per ſententias iudicum, & eſt obſeruata in iudicio contradictorio. Non aliud dico, niſi ꝙ cogitent poſteri, eo ꝙ nunc ſuper his ſunt de nouo quidã proceſſus in breui moturi inter magnates, in quibus erit quæſtio & de magno, & fortè latiùs ſcribam & inſudabo.

ADDITIO. Ego conſului in multis caſibus emergentibus, & ſemper tenui contra communem practicam, cùm opinio illa contra practicam mihi viſa fuit verior in iure & ſuſtentabilior, & vnũ ex cõſiliis meis eſt poſitum in conſi. xxxij. quod incipit, ſtante cõſuetudine ducatus Burgundiæ.

QVid de acqueſtibus factis per matrẽ cuiuſdam filiæ quæ deceſſit relictis duabus ſororibus ſuæ matris, & duobus ſuis fratribus cõſanguineis tãtùm, quis iſtorũ debeat ſuccedere in iſtis acqueſtibꝰ factis per matrẽ? Non eſt dubiũ ꝙ ſorores matris ſuccedãt in antiquis hæreditagiis per cõſuetudinẽ noſtram. Et licet quidã aduocati voluerint tenere ꝙ idẽ in acqueſtibus factis per dictã matrẽ, eo ꝙ ſunt antiqua hæreditagia quo ad filiam, ego tamẽ dixi & dico, ꝙ ex quo non exierũt à trunco, à quo ſuccedere debent in antiquis hæreditagiis, qui truncus diciť eſſe pater & mater matris, & ſuarum ſororum, ꝙ nõ habebit locũ tex. noſtræ cõſuetudinis, & ideo ꝙ recurrẽdum eſt ad ius cõmune, quo diſponitur ꝙ proximiores in gradu ſuccedant. Cogita, quia dicta in primo commentario videntur facere pro opinione dictorum aduocatorum, ſed vide gl. ſequentes, & concorda omnia. Queſtio.

§. NONO.

S'Ils ſont pluſieurs enfans de pluſieurs licts, freres ou ſœurs, qui viennent à la ſucceſſion de leurs oncles, ou tantes, ou autres en ligne collateral, ils ſuccedent par ligne, non pas par teſte.

IDem in comitatu Niuer. ¶ Iſtud eſt de iure cõmuni, † cũ filij fratrũ, quos patrueles vocamus ſuccedant in ſtirpes, non autem in capita, ſecundũ communem ſententiã, prout eſt gl. cõmuniter approbata in auth. ceſſante. C. de leg. hær. & iſta eſt cõmunis, quã tenent Iac. de Beluiſo, & Ang. in §. reliquũ. poſt gl. ibi, in auth. de hęr. ab inteſt. venien. colla. ix. Bar. in l. poſt cõſanguineos. §. agnati. ff. de ſuis & legi. & licet Azo voluerit tenere cõtrariũ, ſcilicet ꝙ ſuccedãt in capita. ita tenet in d. auth. ceſſante. & in §. itẽ iure nouiſſimo. ver. itẽ illud in ſumma. de legi. hær. & illud Iac. But. in d. auth. ceſſante. & Bal. ibi dicit ꝙ hæc videtur magis amica literæ & naturæ, ſed tamen conſulendo tenent contrarium. idem tenuit Hoſtiẽ. in ſumma in tit. de ſucceſ. ab inteſtat. §. viſo. ver. ij. quid ſi fratrum. ſed tamen quicquid ſit, teneas primã opinionẽ de iure, quam etiã tenet noſtra conſuetudo illã approbando. Et licet hoc ſit ſatis clarum quãdo filij fratrũ ſuccedũt patruis & eorũ auunculis, tamen magis dubium videtur quando ſuccedũt ſimul, † Patrueles in ſtirpes ſuccedunt.

BIU Cujas

simul, nec supereſt aliquis de secũdo vel tertio gradu qui ipſos poſſit excludere, ſed tamen adhuc idẽ eſt, vt tenet Bar. in d.l. poſt cõſanguineos. §. agnati. in fi. ff. de ſuis & legi. & hoc per rationẽ generalẽ quã ponit tex. in d. §. reliquũ. & ita etiã conſulẽdo tenuit in cõſi. ſuo clxxiij. inci. ſuper hæreditate dñę Nolc. ¶ Quicquid aliàs dixerim, nec Bar. in dictis locis, nec text. in §. reliquũ. loquunt de ſucceſſione fratrũ ex vno latere tantùm, qũo ſuccedant vni adinuicẽ, ſed bene loquuntur qũo filij fratrũ ſuccedant fratribus, nec etiã ita intellexerã, ut erat in prima impreſſione, cùm eſſet error impreſſoris. Sed videtur ꝙ per hanc noſtrã cõſuetudinẽ in his verbis, *ou autres en ligne collateral*, ꝙ ſi fratres ex vno latere ſuccedant fratri ex vno latere, ꝙ ſuccedant in ſtirpes & nõ in capita, hoc eſt ꝙ ſi frater aliqs aut ſoror habeat fratrem vnũ ex latere matris, & duos aut tres ex latere patris, ꝙ tantũ habebit vnus frater ex latere matris, quãtum duo aut tres ex latere patris. Et hoc ꝓpter verba generalia cõſuetudinis noſtræ, quæ ſunt hęc verba, *ou autres en ligne collateral*. Et multi tenebant hanc opinio. pro Lazaro Ioffriot filio Antonij Ioffriot, ꝙ tãtum deberet habere in ſucceſſione Pierrotæ Broichot quondã vxoris honorabilis & ſciẽtifici magiſtri Claudij du chaſteau Locũtenen. generalis in balliuatibus Heduen. & Mõtiſſinerij, ſororis dicti Lazari ex latere matris, quãtũ Gilbertus & Petrus Broichot eius fratres ex latere patris. fundabãt ſe ſolùm ex text. noſtræ conſuetudinis, & ex ſupradictis hîc antè, ſed dixi quòd prædicta hîc antè non bene probant.

Nota.

Caſus falſi.

ET ideo videndũ eſt quid de iure, & qũo hęc noſtra cõſuetudo ſit intelligẽda. Nã prima regula eſt iuris veteris, † ꝙ omnes trãſuerſales veniunt in capita, vt in l. lege duodecim tabularũ. C. de legi. hær. imò prædicta regula non reperietur correcta vel modificata, qñ filij fratrum veniũt cũ aſcendẽtibus trãſuerſalibus in gradu proximis, vel cũ recta linea aſcendẽte, vt dicit Bal. in auth. ceſſante. in ij. col. ibi, nã regula iuris. C. de legi. hære. ex quo ibi dicit, ꝙ ſi aliqui veniãt ſoli & per ſe, tunc quia ſunt pari agnatione, licet numero diſpari, ideo quot capita, tot portiones. quia non eſt rõ quare in natura pari, ſed multiplicatio quęlibet nõ debeat deferre partem ſuã pari modo: † nã in natura pari nulla eſt naturalis prælatio. Cùm ergo in hac ſucceſſione quilibet fratrũ ſuccedat per ſe, nec ſint aliqui ꝙ veniãt ex pſona alterius, ideo nõ in ſtirpes, ſed in capita, & pari iure ſuccedẽt: vt ſit locus regulæ de qua ſuprà dictũ eſt, quæ etiã vt ibi per Bal. in vlteriori gradu extenditur, igitur, &c. & ideo dicit Sali. in auth. itaq;. C. communia de ſucceſſio. † ꝙ in bonis quæſitis à fratre vel ſorore omnes pariter ſuccedent. & facit tex. ad literam in l. j. C. de legi. hære. vbi eſt tex. † ꝙ in ſucceſſionibus quæ deferuntur proximioribus frater & ſoror pariter admittũtur, licet nõ ſint nati ex eadẽ matre, & pari iure (vt dicit ibi gl. in d.l.j.) ſuccedent, & ſic non in ſtirpes, ſed per capita. Et intellige prædicta in bonis acquiſitis: † ſecus aũt in bonis prouenientibus ex latere: qm̃ in his ſuccedit frater vterinus excluſis fratribus cõſanguineis, vt eſt tex. in l. de emãcipatis. §. exceptis. C. de legi. hære. † & ecõtrà fratres cõſanguinei ſuccedunt in bonis prouenientibus à patre, argumento illius tex. licet de illis nihil dicat: ſed tñ eſt eadem rõ, vt dicit Ang. de Aret. in ſua materia teſtamentorum, in gl. nolẽs inteſtatus decedere. in viij. col. vbi dicit ꝙ per dictum §. exceptis limitari debet ille §. reliquum. in hoc, vt ibi per eum.

1 Regula.

3 Nulla prælatio in pari natura.

4 De ſucceſſione fratrum in bonis acquiſitis.

5

6 In bonis matris.

7 In bonis patris.

NVnc reſtat reſpondere ad textum noſtrę conſuetudinis, quæ videtur generaliter loqui, ſaltẽ indefinitè: & ideo videtur comprehendere omnes alios caſus in ſucceſſione collaterali. Cũ ergo ſucceſſio fratrũ ſit ſucceſſio collateralis, vt habetur in locis ſupradictis, videtur ꝙ etiam hæc verba cõprehendant prædictã ſucceſſionẽ: quoniã indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus. ff. de leg. ij. quod qũo ſit ponit Iaſ. in l. ij ff. de lib. & poſth. † & vniuerſalis diſpoſitio ſeu generalis comprehẽdit omnes caſus & includit, licet maior ratio in vno caſu quàm in alio videatur. tex. no. in l. j. §. quod aũt. ff. de aleato. facit tex. in l. fin. §. vxori. ff. de auro & arg. leg. in l. j. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. facit l. Mæuius. §. cũ qui. & ibi Bart. ff. de leg. ij. & in l. Titia. §. Lucius. ff. eo. tit. Floria. in l. ſi ſeruus ſeruũ. §. inquit. ff. ad l. Aquil. & in l. doli clauſula. ff. de verb. obl.. Philip. Decius in conſ. ſuo v. in ij. col. in prin. & in conſi. lxj. in j. col. Ex quo videretur ꝙ hæc vniuerſalitas debeat etiam comprehẽdere prædictũ caſum, etiã ſi eſſet priuilegiatus: † cùm diſpoſitio generalis cõprehendat ẽt caſus priuilegiatos, vt tenet Bal. in l. in fraudem. in fi. ff. de teſta. militis. Philip. Decius in conſilio prædicto lxj. ¶ De huiuſmodi generalitate, quid comprehendat, vide amplè Baſculotũ in arbore diuidui & indiuidui, in declarati, tertiæ cellulæ. Cùm ergo hoc caſu per cõſuetudinẽ aut alias non reperiãtur fratres priuilegati, videtur ꝙ ſuccedere debent ſecundũ formam & tenorem noſtræ cõſuetudinis. & ex his motiuis plures aduocati huius patrię tenent hanc opinionem, etiã in omnibus caſibus, quicũque ſint, vbi poteſt adaptari cõſuetudo: † quoniam vbi nulla fit exceptio per legem, nec fieri etiam debet per hominẽ, vel iudicem, vt dicit Bal. in loco hîc antè allegato.

8 Diſpoſitio generalis omnes caſus comprehendit.

9 Etiã priuilegiato.

10

LIcet ad prædicta mihi videatur reſponſio clara. Primò ꝙ in textu noſtræ cõſuetudinis nõ eſt vniuerſalis nec generalis diſpoſitio, vt cuilibet intuẽti patet: & licet ſit indefinita, tamẽ non ęquipollet vniuerſali cùm per hoc fieret correctio iuris, quæ eſt odioſa: & in odioſis indefinita non æquipollet vniuerſali, vt tenet Iaſ. in d.l.ij. ff de lib. & poſthu. Item etiã iſta generalitas ſi generalitas eſſet, nõ eſſet niſi in caſib⁹ priuilegiatis, cùm nũquam fiat mentio de ſucceſſione in ſtirpes, niſi vbi quis prætendit priuilegium, vt no. per Bal. & Salic. in d. auth. itaque. C. cõmunia de ſucceſſionibus. & d. auth. poſt fratres. C. de leg. hær. quoniã dicit Ang. de Aret. in d. tract. de teſtam. in gl. in verbo, nolẽs inteſtatus. in vij. & viij. col. ꝙ qñ filij fratrũ aut cum patruis veniunt, aut aliàs ſuccedũt iure ſpeciali, & ex priuilegio iuris nouiſſimi, eo ꝙ patrui dicuntur eſſe in gradu proximiori, & tamen cum eis ſuccedũt, quod facere non deberẽt ſecundũ regulam generalẽ ſucceſſionis: ꝙ qui prior eſt in gradu potior eſt in iure ſuccedẽdi. & ideo hæc diſpoſitio priuilegiata vltra ius cõe, vt dicit, licet hoc ſit quodãmodo dubium in caſu prædicto qñ ſuccedũt ſimul cũ patruis & eorũ auunculis, tñ maius eſt dubium qñ ſuccedũt ſoli, filij fratrũ, nec ſupereſt aliquis de ſecundo vel tertio gradu qui ipſos poſſit excludere: tñ adhuc hoc caſu ſuccedũt in ſtirpes per rationẽ generalem, quã ponit text. in d. §. reliquũ. verſ. huius. & ibi, in ſuorũ parentum iure ſuccedãt. & per §. ſi verò nec fratres. à cõtrario ſenſu. qui tex. videtur multũ declarare prædictã materiã, vt dicit Ang. in d. tract. Et iſte erit caſus, qui comprehendetur ſub his verbis, *ou autres*, vel etiam quãdo ſuccedũt plures filij fratrũ vni filio fratris, vt cõſuetudo noſtra de aliquo operetur, & extẽdatur ad ſimilia aut minora expreſſis, nõ ad maiora, qđ fieri nõ debet, quoniã iſta eſt regula, † ꝙ diſpoſitio, quantũcunq; generalis, nunquam extẽditur ad maiora expreſſis. Feli. plenè &

Regula.

Regula.

11

nè & amplissimè in c. sedes. de rescriptis. hic enim casus esset de maioribus, cùm esset in casu claro, vbi nũquã est quæstio de successione in stirpes, nec est verisimile ꝙ ad talem casum de quo nunquã est dubiũ, imò est clarum, disponentes cogitauerunt. & ideo non est referẽda illa dispositio, quãtumcunq; esset generalis. Ias. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & posth.

CVm ergo talis successio per stirpes sit priuilegiata & specialis, vt dictum est, nõ debet extendi & multiplicari, † & in dubio à communi regula non est recedendum. per gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & in rub. de reg. iur. in vj. Decius in d. consi. v. in ij. col. maximè cùm per hoc, & per talẽ interpretationẽ induceretur correctio iuris, quod nõ est dicendũ, vt per gl. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. in gl. petere. de elect. in vj. vbi per subauditos intellectus, interpretationes seu subauditiones non sunt corrigẽda iura: de qua gl. Ias. in l. frater à fratre. in xij. col. in lectura. ff. de cõdict. indeb. & in auth. nouissima. in xj. col. C. de inoffi. testa. in l. emancipatã. in pen. col. C. qui admitti. Barba. in consi. xij. in x. col. in vol.

12 *A communi regula in dubio nõ recedẽdum.*

13

ITem, & quod plus est, ista dispositio nostrę cõsuetudinis quæ indefinitè loquitur, nõ est generalis, eo ꝙ est affirmatiua, † quoniã indefinita affirmatiuè ꝓlata nõ æquipollet vniuersali. l. si seruitus. ff. de seruitu. vrba. prædio. Bar. in d. l. si pluribus. ff. de leg. ij. Philippus Decius in cõsi. suo iij. in iiij. col. Et ad id quod dicitur, ꝙ dispositio generalis cõprehendit etiã actus priuilegiatos, dicit Bal. hoc esse verũ, nisi in casu in quo infringeretur priuilegiũ qđ est mente tenendũ. & ita etiam dicit intelligendum idem Decius in cons. v. Imò,

14 *In definita affirmatiuè.*

15 quod plus est, † quantumcunq; tex. generaliter loquatur, nunquam intelligitur comprehẽdere casum specialem, in quo specialiter est de iure prouisum gl. in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. & Philip. Decius in d. cõs. v. Ias. in l. postquam liti. C. de pact. dixi infrà in §. seq. igitur ex prædictis videtur ꝙ hæc verba nostræ consuetudinis non possunt comprehendere prædictum casum. Cogita quia casus est in facto.

ALia ratione consuetudo prædicta in hoc casu nihil operatur, cùm Lazarus Ioffriot non sit frater Petri & Gilberti Broichot, & ex quo nõ sunt inter se fratres venientes ad successionẽ prædictam, verba cõsuetudinis illis non cõueniunt, & per consequens nec dispositio illius. facit tex. in l. iiij. §. prætor ait. vers. toties. ff. de dam. infe. Alex. in cõs. xvij. in j. vol. Barba. in cõsi. ij. in v. col. in j. vol. Et facit, quia vbi requiritur actus cũ qualitate non sufficit actus, nisi & qualitas, & econtrà. Bar. in l. Fulcinius. §. cũ hoc. ff. quibus ex causis in poss. eatur. Ias. in l. non solùm. §. sciendum. ff. de noui ope. nun. & dixi in pluribus locis.

16 *Quid in feudis.*

SEd nunquid prædicta † habeant locum in feudis? vĩ ꝙ non, quia succedere debent in capita, per ea quæ dicit Bal. in auth. cessante. C. de legiti. hære. & assignat rationẽ: nam sicut seruitiũ feudi diuiditur per capita ita & debet diuidi successio, arguẽdo à proportione cõmodi & incõmodi. l. secundũ naturam. ff. de reg. iur. & istud idẽ tenuit Iaco. Ardizo. in summa sua, in tit. de succes. feudi. & idem Cald. in l. ij. C. de suis & legitimis. dicens ibi ꝙ ita cõmuniter tenetur & ꝓ hac opinione adducuntur duo textus multum stringẽtes. primò tex. in c. j. §. his verò deficientibus. de successione fratrum, vel gradi. succedentium in feudo. vbi text. dicit ꝙ deficientibus descendentibus, admittũtur fratres, & filij fratrum, vlteriorésq; &c. & facit text. in c. decedẽti militi. in tit. de capitulis extraordinariis. qui titulus communiter non habetur, quia Iac. Ardizoni collegit titulos & capitula extraordinaria, & etiã Aluarotus post feuda, & tamen ille tex. nõ reperitur, sed verba illius tex. refert Bal. in §. & qa vidimus. in j. col. qui feudum dare possunt.

ADDITIO. De hac materia successionis feudorũ, quomodo in eis succedat collateralis, vide Matth. de affli. in cõsti. regni Siciliæ, quæ incipit, vt de successionibus. in xj. not. vbi ponit quinque quæstiones, in iij. lib. & vide etiã Iac. Ardizoni in summa feudorũ, in iij. parte, in ix. qõ. & etiã vide Franc. Curt. in tractatu suo feudorũ à certo tempore impresso, in iij. parte, charta xxxj. vbi amplè. & vide etiam Io. Blanchum in summa feudorum, in iij. parte.

17

SEd tu dic, ꝙ veritas † est in cõtrariũ, scilicet ꝙ succedũt in stirpes. & ita tenet Bal. more solito sibi cõtrarius in c. j. in prin. de successio. feudi. pro qua opinione facit tex. d. §. & qa vidimus. in fine. & idẽ Bal. in c. j. de succes. fratrum, vel gradi. succedẽtium in feudo. vbi refert se ita consuluisse. & ita consuluit in consilio ccxciij. incip. Primò dicã de bonis feudalibus. in nouiter impressis. idem Bal. in §. hoc ẽt. insti. de legitima agnat. successio. & in additio. ad Spec. in tit. de succes. ab intest. j. col. antè Bal. tenuit hanc opinionẽ And. de Iser. in d. c. j. de succes. fratrum vel gradi. succeden. in feudo. & ibi Aluaro. post eum & Cardi. Idem Aluaro. & Cardi. in d. c. j. de succ. feudi. Io. Fab. in §. cæterum. insti. de legi. agna. succes. dicit hanc esse communem opinionẽ. Matthæus Mathesil. in tractatu suo successionum. & ibi Lud. Bologninus in apostillis, in iij. art. prin. dicunt hanc esse communem. Alex. consuluit, & consulendo tenuit hanc opinionẽ. Ita consuluit in cõsil. suo lv. inci. Prospectis his quæ in themate. vbi sunt duo consilia quæ sunt simul interiuncta. sed credo ꝙ vltimum fuit potiùs consiliũ Barbatiæ. Istud idem tenuit Franc. de Aret. in consil. suo clxiiij. incip. Et maturè. in j. & ij. col. Idem tenet Alex. in consil. suo xxix. in j. col. in v. vol. Idem tenet Raphael Fulgo. in consil. suo xij. incip. De quo quæritur. Idem tenet Iaco. de S. Georgio in sua inuestitura feudali. in gl. in verbo, præsentes & recipientes pro se & eorum filiis. vbi respõdet ad fundamenta in contrarium adducta. Primò ad tex. in c. j. §. his verò deficientibus. dicit, quòd ille tex. non meretur allegari, quia non dicit quòd succedant in capita vel stirpes, sed simpliciter dixit ꝙ succedunt: vnde debemus sanè intelligere, vt habeat interpretationem de iure corũ, & sic vt succedant eo modo quo succedunt de iure communi, quia regula est ꝙ casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis. l. si extraneus. ff. de cõdict. ob cau. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. ad tex. in d. §. præcedenti, dicit quòd illud capitulum reperitur in paucis libris, & est apocryphum, id est non allegabile. & ita etiam respõdet do. Frãc. Curtius iunior, præceptor meus, in trac. suo feudorũ, in tertia parte princip. in xxxj. fol. versi. iiij. circa istam materiam. vbi respondet ad arg. Bal. in dicta authen. cessante.

Regula.

ET finaliter limitat prædictã opinionem nõ procedere quãdo non tractatur de successione auunculi vel patrui aliorum collateraliũ, prout dicit probari in d. auth. cessante. & in §. sed neq; fratres. in authẽ. de hære. ab inte. venien. coll. ix. & dicit ita tenere Bart. in d. l. post consanguineos. §. j. ff. de suis & legi. & pulchriùs per Ioan. de Lig. in cle. plures. de iure patro.

CRedo quòd text. noster sit corruptus, & quòd in principio illud verbum, *licts*, quod est appositum in pluribus, & quasi in omnibus, sit corruptè appositum, & debeat tantùm esse, aut debeat dici, *s'ils*

Corrigit textum.

BIU Cujas

s'ils ſont pluſieurs enfans de pluſieurs freres ou ſœurs qui uiennent, &c. quia ſi diceremus ꝙ illud verbum, *lictz* deberet apponi, & diceremꝰ, *s'ils ſont pluſieurs enfans de pluſieurs lictz freres ou ſœurs*, non poſſet ſtare litera, imò in totũ cõtraria iuri, & nõ poſſet verè dici caſus ĩ quo nõ violaretur in totũ ius. Et ponendo caſum ſecundũ qđ ſtaret illud verbũ, *lictz*, clarè cõſtat ꝙ eſt ſuperfluè & corruptè appoſitũ. Pone caſum: Ioãna Muſnier habuit duos maritos: primũ videlicet Ioannẽ Ramy, ex quo tres filios habuit, & ſecundũ Ant. de Chaſſeneu, ex quo ꝑcreati ſunt duo, videlicet venerabilis, & diſcretus vir magiſter Artuſius de Chaſſeneu, ſanctæ ſedis apoſtolicæ protonotarius, canonicus Heduẽ. & ego. Cùm aũt deceſſiſſent dicta Ioãna mater nr̃a & patres prędictorũ, tandẽ deceſſit venerabilis ac diſcretus vir magiſter Bartholomęus Muſnierij canonicus Heduen. auunculus noſter, & frater dictæ Ioãnæ matris ſupranominatorũ, ad ſucceſſionẽ cuius venimus oẽs. Nã nõ eſt dubiũ, ꝙ ſi iſte tex. fuiſſet cũ verbo, *lictz*, duo ex ſecũdo marito tantũ importaſsẽt quãtũ tres ex primo: & tñ nõ eſt æquũ, quia oẽs ſucceſſimus ꝑ capita, hoc eſt tantũ vnus noſtrũm importauit, quantũ alter: & ſi aliàs fieret, eſſet contra diſpoſitionem iuris cõis: nec eramus in diuerſis lineis, ſed in vna quo ad illũ: iõ in illa linea, cùm ſint plures, ſuccedunt in capita. ſed ſublato illo verbo, *lictz*, ponaẽ caſus q ſeruit literæ, & ſecundũ quẽ dẽt intelligi hęc noſtra conſuetudo. Retento caſu hîc antè poſito, ponaẽ ꝙ auunculus noſter habuerit aliũ fratrẽ, ex quo natus fuerit vnus filius tãtùm. Iſte ſolus veniet ad ſucceſſionẽ auunculi noſtri cum aliis quinq; filiis ſororis dicti auunculi, & tãtum importabit ipſe ſolus quãtum alij quinq;, quia faciet vnã lineã, & illa linea ſuccedet in media parte, etiam licet ſit tãtùm vnus & in alia linea ſint plures, vt dicũt iura hîc antè alleg. in hac noſtra conſuetudine.

Caſus.

IN TEXTV IBI, Qui viennent.

NOtanter dicitur *qui uiennent*, quia nõ omnes filij fratrũ aut ſororũ ſuccedunt patruis, aut auunculis, cùm primò præferãtur filij fratrũ, aut ſororum ex vtroq; latere cõiunctarum, vt habetur in §. *double*. hoc eo. tit. ĩ. qui eſt conformis diſpoſitioni iuris cõmunis auth. ceſſante. C. de legiti. hæredib. vt ibi dixi.

§. DECIMO.

EN toutes ſucceſſions repreſentation a lieu quand la perſonne repreſẽtée eſt au pareil degré auec celuy de ligne & brãche, auec lequel il ſuccede, & autrement non. Et c'eſt ce qu'on dit en Bourgongne, que ce qui eſchoit au pere, eſchoit au fils.

IN comitatu Búrgundiæ repræſentatio in ſucceſſione collaterali habet locũ ſecundum diſpoſitionem iuris, & non vltra, & ſic ſecundum auth. poſt fratres. C. de legi. hære. Idẽ in comitatu Niuernẽſi, niſi quo ad mobilia & acqueſtus, quia in illis ſuccedũt ꝓximiores. In præpoſitura Pariſien. repræſentatio hẽt locũ in linea directa. In patria Aurelianẽ. & de Lorry. repræſentatio nõ habeẽ locũ, niſi de cõſenſu ſuccedentiũ, & ſic prætendentium intereſſe. In patria verò Aluerniæ repræſentatio habet locum in ſucceſſione vſque in infinitũ.

IVxta prædicta quæro, † nũquid filius repræſentans perſonã patris veniat ad ſucceſſionẽ eius aui ex ꝑſona ſua? an verò veniat repræſentãdo perſonã patris? Nã Bar. in l. ſi auus. in fi. C. de libe. præte. dicit ꝙ ſuccedit ex perſona ſua, & nõ patris, & ideo non vĩ ſuccedere per repræſentationẽ. & iſtud tenet Ale. in cõſi. ſuo iiij. in iiij. col. in iiij. vol. vbi dicit, ꝙ ex ꝓpria perſona ſuccedit, & nõ ex ꝑſona patris, ſed ſolùm in gradu. idẽ Alex. in cõſ. xx. inci. viſo proceſſu cauſæ. in iij. col. in j. vol. & dicit Bal. in l. fin. in iiij. col. C. de pact. ꝙ nepos natus ex filia mortua matre ſua ſuccedit auo paterno ex ꝓpria ꝑſona ſua, & nõ per repræſentationẽ matris. & etiam dicit Bar. in l. ij. ff. de libe. & poſth. 1

EX quo videtur dicendũ, † ꝙ ſi eſſet ſtatutũ ꝙ primogenitus ſuccederet in regno, ꝙ filius primogeniti non deberet excludere ſecundogenitũ: quod tamen contrarium eſt verius, vt dicit & tenet Io. Fabr. in §. cùm filius filiáve. inſti. de hære. quæ ab inteſt. vbi vĩ eſſe tex. pro hac noſtra conſuet. & contra opinionem prędictam. quia tex. eſt ibi, ꝙ nepos ſuccedit in locum patris ſui. & dicit Io. Fab. ꝙ nepos repræſentat perſonã patris ſui. Et ideo ſicut ſi pater viueret, excluderet ſecũdogenitũ, ita eius filius. & hęc multùm latè explicauit in notabili propoſito Franc. de Aret. ſubtilitatũ princeps, in conſ. ſuo clxiiij. incip. & maturè. ¶ De hac materia, quãdo nepos excludat patruum, vide Boëriũ in conſuet. Bituricen. tit. de teſta. §. ij. 2

LAncelo. Decius videtur in hoc ponderare cõtrarietatem Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. in pen. col. ff. de libe. & poſthu. quia vt dicit Lancelo. Decius in d. §. videtur ꝙ Barto. ibi dicat, ꝙ nepos ſuccedit per repræſentationem patris, & nõ ex perſona ſua, ex quo videtur quòd Bart. ſit ſibi contrarius.

ITem Ioã. Fab. in d. §. cùm filius. dicit ꝙ prædicta repræſentatio habet locũ in filiis filiorum vel filiarũ: & ſic in nepotibus, nõ autẽ in ꝓnepotibus, puta vt dicit, † ſi auus habeat nepotẽ, & ex alio nepote defuncto ꝓnepotẽ, ꝙ pronepos nõ ſuccedit cũ nepote, † qa repręſentatio nõ extenditur vltra perſonas nepotum. ita eſt tex. in §. huiuſmodi. in auth. de hær. ab inteſt. venien. coll. ix. Et ſic ideo videẽ ꝙ ille pronepos excluditur. & ita tenet Spec. in tit. de ſuc. ab inteſt. ver. quid ſi aliqd. Sed tñ idẽ Io. Fab. in §. fi. inſti. de hæred. quæ ab inte. defe. dicit, ꝙ hoc eſt verũ, qñ pronepotes veniũt ad ſucceſſionẽ patruorũ cũ aſcendẽtibus, ſecus autem eſt qñ pronepotes ſuccedẽtes aſcendẽtibus ſint in pari gradu, vel etiã quãdo ſuccedũt collateralibus, vt ibi per eũ. Per hanc deciſionẽ Io. Fab. aliàs dubitaui quodãmodo de caſu emergẽti. Quidã reliquit filios fratrũ & ſororũ, ex quibus erant nõ ſolùm filij, imò ex vna ſorore reliquerat filios filiorum ſororis, ex alia ſorore erant pronepotes, hoc eſt filij nepotum. omnes iſti nepotes & filij fratris prætendebãt ſucceſſionem iſtius patrui ſeu auunculi in ſtirpes ex vna ſorore. neptis dicebat ꝙ ſcla debebat admitti, & excludere proneptẽ, quia veniebãt omnes per repræſentationem filij fratris, aut ſororis defuncti, de cuius ſucceſſione agebaẽ. Et ex quo nõ erat perſona repræſentata per proneptẽ in pari gradu cum illis cum quibꝰ ſuccedere debebat proneptis, quia erat neptis eius proneptis, mater erat repræſentata per eam, & tñ non erat in pari gradu cũ aliis filiis fratrum dicti defuncti. videbatur quòd non debebat admitti. fuit tamen dictum & concluſum ꝙ etiam iſta proneptis ſuccederet vnà cum nepte, quæ erat proximior in vna linea, & ꝙ in illa linea perſona repræſen

3 *Pronepos non ſuccedit cum nepote.*

4

Caſus ſpecialis.

BIU Cujas

repræſentata p proneptẽ erat neptis, quæ erat in pari gradu cũ dicta nepte cũ qua ſuccedebat proneptis. Et hoc fuit maximè, qa omnes alij filij & nepotes aliorũ fratrũ & ſororũ cõſentiebant ꝙ dicta proneptis in ſua ſtirpe admitteretur. Et videtur ꝙ hoc eſt ſecundũ tex. noſtræ cõſuetudinis, & hoc eſt quod dicit noſtra cõſuetudo, *quand la perſonne repreſentée eſt au pareil degré auec celuy de branche, auec lequel il ſuccede, & autrement non*, quia qñ nõ eſt in pari gradu, non eſt locus repræſentationi, & ideo qñ dicitur, ꝙ hæc repræſentatio nõ habet locũ niſi in ſucceſſione aſcendentiũ, vt in auth. ceſſante. & in authẽt. poſt fratres. C. de legi. hæred. Et

57 præſentis conſultationis.in ix.col.in ij.vo.† & ſecundum conſuetudinem noſtram in omni ſucceſſione repræſentatio habet locum:quia dicit text.noſtræ conſuetudinis, *En toutes ſucceßions*, nam qui totum dicit, nihil excludit.l.Iulianus.ff.de leg. iij. c. ſolitæ. de maio. & obe. ꝙ in tali fideicommiſſo in hac patria filius repræſentabit perſonam patris, & ſic obſeruatur hîc illa gl.in d.§.in fideicommiſſo,quæ eſt vera, quicquid dicant Bal.& alij. ¶Ego conſului in caſu emergenti ꝙ in ſubſtitutione fideicommiſſaria facta per materterā filiæ ſororis,& eius liberis in comitatu Burgundiæ,ꝙ cùm dicta filia ſororis ſubſtituta deceſſiſſet ante conditionis euentum,ita quòd ſubſtitutio debuit habere locum in liberis illius, ꝙ ex quo erant filij ex vno latere,& ex altero filij filiorum,ꝙ ſimul deberēt admitti ad prædictam ſubſtitutionem fideicommiſſariam, eo quòd in dicto comitatu Burgundiæ eſt conſuetudo quòd in ſucceſſione collaterali repræſentatio habet locum,prout de iure: ſed de iure filij fratrum repreſentant fratres in ſucceſſione collaterali.auth.poſt fratres.C.de legi.hær. Ergo cùm illo caſu liberi ſeu filiæ ſororis reperirētur ſubſtitutæ,& ſic ſuccedere materteræ primæ teſtatrici,non matri, vt amplè cōſului: ideo illo caſu ita admitti debuerunt filij liberorū dictæ filiæ ſororis primò ſubſtitutæ,ſicut liberi illius etiam ſubſtituti,& in hoc etiam ſeruatur gl.in d.§.in fideicommiſſo.Secus autem dicerem in caſu in quo eſſemus in ſucceſſione aſcendentium,quoniā hoc caſu tenenda eſſet opinio ſuprà relata. quoniam de iure in illis non habet locum repræſentatio, vt dictum eſt in conſilio hîc antè poſito. & in hoc caſu non habet locum illa glo. nec eſt vera hoc caſu tam in patria iuris ſcripti quàm in patria vbi habet locum repræſentatio tantùm ſecundum iuris communis diſpoſitionem:ſecus verò vbi repræſentatio habet locum in omni ſucceſſione,vt in hac patria,quoniam ſemper habet locū prædicta gl.vt antè dixi. ¶ Quid autem in donatione facta per matrem filio primogenito,& in defectum illius ſecundogenito nato ex matrimonio tūc exiſtente inter matrem donantem & eius maritum viuentē, & ſtipulantem pro ſuis liberis, & eorum hæredibus? an ſi primogenitus moriatur ante donantem relictis filiis præferendus ſit in tali donatione ſecundo genitus?an verò filij primogeniti? conſului in caſu emergenti conſilio incipiente, Nobilis & potens domina, &c.Sed de differentia in relicto conditionali alicui in ſpe ex vltima voluntate, aut ex contractu, videatur Old.conſi.ccxxiiij.incipi.iſtæ ſunt allegationes, in vj. col.poſt princi.vbi dicit quòd relictum ſub conditione ex contractu tranſmittitur etiam ſi ante conditionis euentum moriatur ille cui debetur.§.ex conditionali.inſt.de ver.obl.l.is cui.ff.de actio.& ob. quod ſecus eſt in relicto ex vltima voluntate.d. l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C.de cadu.toll.Et quoniam in defectum ſecūdogeniti res donata deuenire debebat ad filiam, poterit interim ſecundogenitus alienare in tertium, & ſi alienauerit,an filia quæ eſt poſt eum, & cui eſt donatum in defectum illius, poterit vendicare,conſului etiam in dicto conſilio.

SEd poſſet†hîc quæri, ſi pater & filius vocantur ſi- 58
mul,an veniant ſine ordine ſucceſſiuo? an verò ſimultaneè?Alex.& alij poſt Bar.& Bal.in l.cum quidā. C.de verb.ſigni.do.Claudius de Seiſſello,dictus de aquis,nunc epiſcopus Laudenſis & Maſſilienſis,ponit hanc materiam multùm ample in l.Gallus.§. quidam rectè.in iij.col.ff.de lib.& poſth.

IN TEXTV IBI,

Repreſentation.

ADuerte etiam quòd ſi iure repreſentationis,ergo per priuilegium,in corpore tamē iuris clauſum, quod non eſt eiuſdem effectus ac ſi eſſet de iure communi.& iſtud priuilegium eſt in §.ſi autem defuncto. ibi,huiuſmodi priuilegium.in auth.de hære. ab inteſta.venien.colla.viij.quod, vt dicit Benedicti in repetit.c.Raynut.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam. in prælud.nu. 66. de teſta. ſcire prodeſt ad multa,maximè quia non extēditur priuilegium vltra ius commune.& faciliùs tollitur priuilegium quàm ius commune.& idem Benedicti in eodem loco,num.625.dicit quòd talis repræſentatio eſt ſtricti iuris, veluti ex priuilegio,in corpore tamen iuris clauſo,& ideo non venit extendenda. & quomodo cognoſcatur priuilegium in corpore iuris clauſum,ponit Bal.in l. j. C. de petit.hære.vel melius dicitur omne id quod eſt ſupra, contra,vel præter ius commune. idem Bal. in l.j.pen. col.verſi.vnde quæritur.C.de fur.iuncta ſua doctrina in l.j.C.de theſauris,lib.x.& Bar. in l. nulla. ff. de leg. in verſ.oppo.de l.ſi vna.vel id quod addit vel detrahit iuri communi.l.ius ciuile.ff.de iuſti. & iure. & Bal. in Margarita ſua,in verbo,priuilegium. Aduerte tamen quòd priuilegium inſitum in corpore iuris,regulatur vt ius cōmune, vt not. Gemi.in c.ignorantia.xxxviij. diſt.Feli.in c.j.in viij.co.ibi,fallit iij. & c. cum ordinē, in pen.col.extrà,de reſcript.imò dicit do. meus laſ. in l.j.in fin.col.ff.de conſtit.princip.& in l. ſicut certi. in pen.col. C. de teſta. mili. quòd per clauſulam, quantumcunque generalem, non obſtante, non tollitur priuilegium in corpore iuris clauſum, per gl.in auth. qua in prouincia.vbi de crimine agi oportet.C.& adde Ioan.de Imol.in conſi.ſuo cvij.

IN TEXTV IBI,

En pareil degré.

ADDITIO. Aduerte tamen ꝙ iſta paritas gradus non tātùm inſpicitur ratione proximitatis ſimplicis, ſed etiam ratione proximitatis cum habilitate, quoniam licet frater ex vno latere videatur proximior,& in pari gradu cum fratribus ex vtroque latere, non tamen eſt habilis,ſtantibus fratribus ex vtroque late-


BIU Cujás

re,aut.defuncto.C.ad Tertu.& authen.ceſſante.C.de ſuis & legitim. & etiam per conſuetudinem ſequentem,quæ incipit,*double ligne*, quæ reddit fratres ex vno latere inhabiles, ſtantibus fratribus ex vtroq; latere aut filiis fratrum.Et ſic videretur quòd eſſet quodammodo contrarietas inter has tres conſuetudines, quoniam præcedens quæ incipit, *les heritages*, determinat ꝙ omnia hæreditagia ex trũco paterno prouenientia competunt hæredibus ex illo trunco,ſiue ſint in proximiori gradu, ſiue in remotiſſimo, & tamen conſuetudo ſequens vult quòd fratres ex vtroque latere ſuccedant fratribus in omnibus bonis,& ſic iam excludit fratres vterinos tantùm à bonis maternis,& conſanguineos tantùm à bonis paternis, etiam quæ deuenerunt ad fratres. Et hoc in caſu quando ſuccedunt fratres adinuicẽ, ſed quando ſuccedunt filij fratrum de per ſe,quia conſeruantur bona materna, & nihil in illo textu deciditur quãdo filij ſuccedunt patruis cũ patruo,vtrùm patruus hoc caſu excludatur à bonis maternis quæ habuerat frater,qui eſt frater patris filiorum volentium ſuccedere illi ex vtroque latere, nam non eſt excluſus hic patruus per conſuetudinem ſequentem, cùm conſuetudo ſequens tantùm det omnia bona fratribus ex vtroq; latere ad inuicem ſuccedentibus alteri fratri,vt patet in j.artic.illius cõſuetudinis.Et quo ad ſecũdum articulum,qui eſt ibi, *& auſſi a lieu*,loquitur tantùm quando eſt quæſtio de filiis fratrum inter eos, ita quòd non eſt aliquis patruus,cùm dicat, *entre les enfans deſdicts freres & ſœurs*, cum dictio inter,includat tantùm in ſua oratione cõprehenſos,& excludit non comprehenſos, tanquam ſit dictio, cùm ſit terminus habens reſpectum ad nominatos, vt tenet Albe. de Roſa in authen.quod ius. C.de pro. vbi ponit dictiones incluſiuas & excluſiuas.Et illo caſu ſecundo remanent ſalua bona materna vnicuique: & ſic non eſt quæſtio de omnibus bonis, prout in j. articu.& ita eſt intelligenda illa conſuetudo, ſuper intellectu cuius aliàs dubitaui, vt infrà videri poteſt.Sed quando eſt quæſtio de ſucceſſione filiorum fratris ex vtroque latere tantùm ex vno latere,verbum nullum, in illa conſuetudine, & ſic ille caſus videtur eſſe omiſſus,ita quòd non excluditur quòd conſuetudinibus præcedentibus, ſaltem per illum text. non impeditur incluſio in dictis conſuetudinibus, ſcilicet octaua, quæ incipit, *les heritages*, & in hac conſuetudine. & quia ibi non eſt comprehenſus, & ſic omiſſus, remanet in aliis diſpoſitionibus iuris.quod videtur eſſe duplex, ſcilicet quòd dicitur ius ſcriptum, de quo in d.authen, ceſſante & defuncto, ſuprà alleg. & authen. itaque mortuo.C.communia de ſucceſſ. de quibus dicam in conſuetudine ſequen.Ex quibus deciſionibus iuris iuncta authen. poſt fratres.j. C.de legi.hære.videtur, quòd filij fratrum ex vtroque latere ſunt in pari gradu cum fratribus, & ſic quòd idem iudicandum eſt de hoc caſu omiſſo, ꝙd de primo, ſed in hoc aduerſatur cõſuetudo ſuprà mentionata,quæ incipit, *les heritages enſuyuent*, & hæc conſuetudo quæ admittit repræſentationem cum eiſdem quando ſunt in pari gradu. ſed videtur quòd paritas gradus ſit cum patruo ex vno latere tantùm,quo ad bona quæ proueniunt ex ſuo latere,propter conſuetudinem quæ vult hæreditagia redire ad truncum vnde proceſſerunt,quę eſt octaua huius tit. Et ideo quòd in illis patruus etiam in vno latere ſuccedere debet cum filiis fratrum ex vtroq; latere, quia aliàs per caſum non expreſsè contentum in conſuetudine corrigeretur præcedens octaua conſuetudo, & ſic duæ conſuetudines corrigerentur per caſum omiſſum,& ſic per ſubauditionem,quod non eſt dicendũ, imò potiùs vna conſuetudo debet interpretari per aliam,vt ſcilicet hæ conſuetudines comprehendant illum caſum omiſſum, quia vna conſuetudo debet per aliam interpretari, vt dicit Bart.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo, non obſtan.Roma.in conſilio. cccxcix.incipien.præſens conſultatio.& Alex.in cõſi. lxxx.in j.vol.dicam infrà. Et videtur quòd text.in d. conſuet.viij.generaliter diſponat in omnibus caſibus vbi eſt quæſtio de ſucceſſione bonorum ex diuerſis truncis,& quòd nec hæc conſuetudo, nec conſuetudo ſequens corrigant illam, ſed impediunt incluſionem in illo in caſibus per eos expreſſis, ex doctrina Io.de Imol.in l.cum teſtamento.§.qui tres. ff. de hæred.inſti.de qua dixi in d.conſuet.viij.in glo.*prochain.* in fi.illius glo.Ex quo ſemper fui in hac opinione, ꝙ patruus ex vno latere ſuccedet cum filiis fratrum ex vtroq; latere quo ad bona prouenientia ex ſuo latere, & ſic hæ tres conſuetudines debent intelligi, & vna per alias interpretari, ne implicent in ſe contrarietatem,& vnaquæq; ſit vera & habeat effectum.Et ideo non ſine cauſa conſuetudo voluit relinquere illũ caſum, nec de illo voluit facere mentionem, cùm non potuiſſet illũ aliter decidere quàm hoc modo: aliter reſtrinxiſſet illam conſuetudinem octauam in duobus caſibus,& hanc in vno,& ſi multę fuiſſent correctiones,& ſufficit vna correctio quæ fit ad conſuetudinem.per §.ſequentem,inquantũ diſponit quòd bona ex vno trunco prouenientia non truncant nec redeunt ad illum truncum vnde proceſſerunt, quando eſt quæſtio de ſucceſſione fratrum ex vtroque latere propter duplex vinculum.

VT cognoſcatur paritas aut imparitas gradus, & quomodo vna perſona repræſentatur per aliam, vt non recurratur alibi, arborem iuris ciuilis hîc addere volui.

Arbor

ARBOR CIVILIS.



IN TEXTV IBI, En toutes succeſsions.


HAec verba non sunt sine magno misterio, sed quicquid dicant plures, ꝙ hæc repræsentatio sit tantùm in prima linea, & sic ꝙ tātùm potest esse vnica repræsentatio, & non plures: dico ꝙ possunt esse in vna succeſsione plures repræsentationes: & dicuntur hòc casu plures repręsentationes respectu plurium succedentium vni. Imò etiam vsque ad septimum gradū semper repræsentatio habebit locū, si casus dari posset. & istud dixi & tenui in casu qui euenit in facto, vbi erāt tres repræsentationes, ideo arborem illius hîc etiam nouissimè inserere curaui, ne ampliùs super hoc fiat dubium, aut dubitent qui se fundabant super istis verbis, *ligne & brāche*, positis in textu, quæ crudè intelligūt, vt in gl. sequēte patet, quę incipit, iste terminus.

1 An repræsentatio sit locus in succeſs. ex testamento.

VTrùm istud habeat locum etiā in succeſsione ex testamento, sicut in succeſsione ab intestato, hoc est, † si Titius fuerit institutus in aliqua parte per quēdam extraneū, aut substitutus, si moriatur ante testatorē, aut ante euentum conditionis, an istud ius trāsmittatur ad hæredes, videlicet primò ad filios, qui repræsentant personam patris, & vtrùm hoc casu sit locus repræsentationi? videtur ꝙ sic, quia verbū succeſsionis adaptatur & comprehendit tā succeſsionem ex testamēto q̄ ab intestato. l. fi. C. vnde leg. l. j. & ij. C. de succ. edicto. Soci. in cons. suo 150. & dixi suprà in hoc tit. §. j. in verbo, succedere. & maximè propter hāc generalitatem quæ hîc ponitur, cùm dicat, *toutes succeſsions*, cùm qui totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. iij. dixi hîc antè. Item vtrùm istud sit verum etiā si filius nō sit hęres patris, sed succeſsioni patris renūtiauerit, an etiam in alia succeſsione collaterali, in qua deberet succedere per repræsentationē patris succedere debeat, an verò excludat à succeſsione collateralium, in qua succedere debeat per repræsentationem? videretur ꝙ non, per ea quæ dixi in §. *femme mariée*, infrà hoc eo. tit. in gl. *tant qu'il y a filz*. & per ea quæ dicit do. meus Iaſ. in auth. vnde si parens. in iij. col. C. de inof. teſt. Sed quia qñ succedit cū patruis, aut auūculis, videret succedere ex pſona patris, hoc posset esse verū: secus si succedat cū filiis patrui aut auūculi, cùm succedat ex persona sua. consului in casu emergenti.

BIU Cujas

Typus verò dicti caſus eſt talis.



BIU Cujas

IN TEXTV IBI,
De ligne & branche.

ISte terminus, *branche*, tantum importat in vulgari noſtro quantum in iure terminus, linea. Ideo ſic intelligẽdum eſt, *ligne & branche ligne*, ſcilicet, & hoc eſt id eſt, *branche*. Cùm iure noſtro non ſit dabilis dictio brancha, in eo non poteſt capi niſi pro illo ad quem poteſt adaptari, & qui eſt præcedenti ſimilis & æqualis, cùm ſi caperetur pro minori quàm linea, & ſic pro partibus lineæ, non poſſet hoc importare dictio &, quæ potiùs augmentat quàm diminuit. l. ea tamẽ adiectio. ff. de legat. iij. do. meus Iaſ. in l. ij. col. v. C. de ſuc ceſ. edicto. & ſi hîc caperetur pro alio quàm pro linea, non poſſet eſſe niſi per modum acceſſorij ad lineam, ſed nunquam dictio, &, venit acceſſoriè, ſed principaliter, vt dicit Bar. in l. iij. col. iij. ff. de leg. j. Alex. in apoſtillis ad Bart. poſt ipſum in l. j. ff. ſi pendente appellatione mors interuenerit. vt ergo verbũ iſtud, *branche*, ſit idem & æquè principale ſicut linea, dicendum eſt ꝙ dictio, &, hîc capitur pro id eſt, quod etiam ſit in iure quando cadit inter duo, quorum vnum de neceſſitate ineſt alteri. vt dicit Bar. in l. j. ff. de pac. quoniam aliàs niſi ita eſſet, ſequerentur etiam inconuenientia, de quibus ſuprà, & cùm, *branche*, inſit in linea, & ſit idem quod aliud, dicẽdum eſt quòd hæc dictio, &, hîc ponitur pro id eſt, prout etiam ſit in l. ſi in venditione. ff. de cuictio. in c. cupientes. in prin. de elec. in vj. per Archi. & per eundem in c. j. xxj. q. j. & in l. j. ff. de tranſ. & §. cum autem. inſtitu. de tutelis. & in pluribus aliis locis. ¶ Ex quo concludendum eſt quòd hæc repræſentatio ſemper habet locum dummodo perſona repræſentata ſit in pari gradu de linea cum quo ſuccedit, abſque eo quòd fiat vis in hoc verbo, *branche*, quod non eſt aliud niſi linea, & ita dixi pluries. Et ꝙ ita ſit, ſi aliqui velint dicere ꝙ brancha ſit idem quod ſtirps, ſecundum quod dicitur quòd ſuccedendum ſit aut in capita, aut in ſtirpes, vt in authen. ceſſante. C. de legi. hære. tamen linea capitur per conſuetudines noſtras pro ſtirpe, vt eſt textus ad literam in articulo nono huius tituli ſuprà, incip. *s'il y a pluſieurs enfans* &c. qui quidẽ textus indubitãter facit ꝙ linea capitur pro ſtirpe, & ſic, *branche*, &, *ligne*, idem ſunt hoc caſu.


ADDITIO. Aduerte, quoniam vnuſquiſque ex fratribus propriam lineam facit, & frater licet ſit collateralis, & ſic de latere patris, non tamen eſt de latere nec de linea fratris, vt dicit Nellus de ſancto Geminiano in tractatu bannitorum. in ix. quæſtione primi temporis, circa finem. Et etiam aduerte quomodo linea dupliciter accipiatur: Vno modo in qua eſt mater reſpectu patris vel aui, & ſic collaterales hoc caſu dicuntur de eadem linea. Alio modo intelligatur de linea quæ à matre vel à patre procedit, & tunc non veniunt collaterales, & ſic in materia ſtricta, vt eſt ſtatutaria, & conſuetudinaria, debet ita intelligi, vt dicit ibi Nellus & Soci. in conſi. xxxiij. incip. circa præſentem conſultationem. col. vj. lib. iij. Et hoc confirmatur, quia linea propriè intelligitur illa quæ eſt recta ſurſum & deorſum, vt no. Bal. in conſ. cclxxiij. incip. teſtamento cauetur. lib. iij. alleg. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. ſubſti. facit textus in l. Iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradi. cog. & tradit Soci. in loco hîc ante alleg. & ibi dicit, quòd licet auus & proauus maternus ſint de linea materna. C. de bonis mater. deſcendentes tamen ab auo & proauo non dicũtur de linea materna. allegat. Bartol. in conſi. lvj. incipiente, in quæſtione prædicta. refert & ſequitur Decius in conſil. ſuo cccl xxix. incipiente, requiſitus pro conſi. in iij. vol. Et an patruus dicatur de linea paterna, vide Albertum Brunum in tracta. de ſtatu. excluden. fœminas. in xxix. quæſtione xij. articuli principalis.

IN TEXTV IBI,
Que ce qui eſchoit au pere.

NAm iſtud eſt de iure † ꝙ ſi nepos vocatur ex perſona patris, debet ad illam portionem vocari ad quam vocaretur pater ſi viueret. Textus eſt optimus in l. ſi viua matre. C. de bonis maternis. ad idem text. optimus in l. diuo Marco. C. de quæſtio. & in l. tria prędia. ff. de ſer. ruſtico. prædio. & quod notat Bal. in l. j. C. de cõdi. inſer. ita tenet Soci. conſil. ſuo ccxlj. in viij. col. † Stante ergo conſuetudine ꝙ primogenitus ſuccedat in regno, ſi moriatur relicto nepote & eius fratre: quia ſi primogenitus viueret, ſuccederet in regno: ideo nepos ſuccedet excluſo patruo. De qua quęſtione latè doctores in infinitis locis, maximè Ioan. And. in additio. ad Spec. in rub. de feudis. & Old. in conſil. ſuo ccxxiiij. vbi probat per multa ꝙ nepos præfertur. Bal. in l. cum antiquitas. C. de teſta. dicit, ſoluat Apollo. ſed vt dicunt multi, hæc quæſtio fuit deciſa, vt dicit Alex. in cõſ. ſuo iiij. in iiij. vol. Ponit hanc quęſtionem Antonius in tractatu de poteſtate regia. quæſt. ix. & ſeq. & quęſt. lxxiij. fuit aliàs hæc quæſtio deciſa etiam iudicio gladiatorio, vt refert do. meus Iaſ. in l. maximum vitium. C. de liberis pręteritis. Mihi multùm placent motiua & rationes Oldr. in dicto conſil. ccxxiiij. & idem Oldra. tenuit in conſil. xciiij. ſed meliùs in alio. & plura conſilia allegat do. meus Iaſ. in d. l. maximum vitium. quem vide.

BIU Cujas

In alio caſu emergenti in materia huius conſuetudinis, quæ eſt ſcabroſa & difficilis, multis ſcripſi & conſului, prout patet ſub hac figura.



SEQVITVR CASVS EX ARBORE PRAECEDENTI.

Caſus facti.

IVANDVS quidam filius cuiuſdam Magdalenæ, quæ fuit filia cuiuſdam Caroli, qui ab humanis deceſſit relicto eius patre tantùm ex vna. relictis etiam ex latere matris Bona ſorore dicti Caroli, patris dictæ Magdalenę & aui dicti Viuandi, & etiam Anna & Maria filiabus legitimis & naturalibus quondā Antoniæ ſororis dicti Caroli, ac etiam Ioanna filia Amicæ, quæ quidem Amica erat filia dictæ quondam Antoniæ, & relicta etiam Thonina filia Marthæ ſororis dictarum Bonæ, Antoniæ & Caroli. ¶ Queſitū fuit quomodo tales ſuccedere debebant dicto Viuādo quo ad patrem. in hoc caſu dico ꝙ ſuccedit quo ad bona mobilia & acqueſt⁹ & bona proueniētia ex parte patris ſuccedit in his bonis quę ſunt in ducatu Burgūdiæ, in his verò quę ſunt in comitatu, & patria iuris ſcripti ſuccedit pater in totū, cùm iure ſuccurſum ſit patri & matri vt filio vel filiæ amiſſę ſolatij loco ſuccedāt. l. iure ſuccurſum eſt. ff. de iure dotiū. & quo ad vſumfructū, vtrùm debeat habere filio mortuo, licet de iure videat ꝙ ſic, vt eſt tex. in l. ſi quis. §. ſin vero. C. ad Tertu. tamen per conſuetudinem noſtram ducatus Burgūdię pater amittit vſumfructum filio exiſtēte extra pūbertatem, vel ſeparato ab eo, vt eſt conſuetudo ſuprà in titul. *Des enfans de pluſieurs lictz*, in §. *Et auſſi entre gens nobles*. & in hoc non eſt dubium, cùm per mortem ſit ſeparatus à patre: igitur pater perdit vſumfructum, & quia ibi dixi non repeto ea quæ in conſilio dixeram.

Reſponſio ad caſus quæſtionē.

Et quia

BIU Cujas

ET quia maior difficultas pendet in alio articulo, videlicet an dicta Ioanna filia Amicæ succedat cũ dictis Maria & Anna sororibus dictæ Amicæ matris dictæ Ioannæ. & videtur primò quòd non, quia de iure in successione collateralium † non admittitur repræsentatio vltra filios fratrum aut sororum. l. auunculo. C. communia de succes. volunt doct. in auth. itaque. eodem tit. & in authen. post fratres. & in corpore vnde sumitur. C. de legi. hære. & ita crederem esse de iure communi: & sic in bonis existentibus in comitatu Burgundiæ dicta Ioanna excludetur, cùm in comitatu in successione collaterali succedatur per eorum consuetudinem secundùm dispositionem iuris.

1 Repræsentatio collateralium.

SEd quantum ad bona existentia extra comitatum, & in ducatu Burgundiæ & patria consuetudinaria dico hanc Ioannam debere admitti per textum consuetudinis nostræ, ponderando illa verba quæ sunt generalia, & ideò cùm hoc casu dicta Ioanna repræsentet Amicam eius matrem, quæ erat in pari gradu cum Maria & Anna, debet cum illis succedere, per textum nostræ consuetudinis ad literam, quoniam aliàs de nihilo seruiret nobis dicta consuetudo in his verbis generalibus, quia tantùm debet intelligi & intelligitur in successione collaterali, & non directa. & quòd intelligatur in successione collaterali, patet, quoniam repræsentatio de iure non habet locum vltra filios fratrum, dicta authen. post fratres. C. de legi. hære. vbi dicit textus, † quòd filij fratrum repræsentant fratres defunctos in successione fratrum sine liberis defunctorum, quæ est collateralis. & hæc est vera pręsentatio, quia sunt in gradu remotiori, & tamen iuris repręsentatione succedunt cũ aliis in gradu proximiori, & vltra illum casum iuris consuetudo nostra addit, quòd in omni casu successionis collateralis repræsentatio habet locum tam in cognatis germanis quàm in aliis collateralibus etiam remotioribus, vt videlicet in casibus illis semper filius aut filia repræsentet personam patris, aut matris. & hoc notat finis huius consuetudinis, dum dicit, *Et c'est ce qu'on dit en Bourgongne, que ce qui eschoit au pere, eschoit au filz*, per repræsentationem, & sic dicta consuetudo addit ad ius, quia admittit repræsentationem in successionibus, quæ de iure communi non admittuntur.

2 Repræsentatio vera.

ET si dicatur quòd illud est verum vnica solùm persona repręsentata, sed in hoc casu sunt duæ personæ repræsentatæ, scilicet Amica, quæ veniret ad successionem illius Viuandi si viueret per repręsentationem Antoniæ suæ matris, & tunc est alia, quia, dicta Ioanna vult per aliam repræsentationem succedere dicto Viuando in locum matris. & sic videatur tantum debere intelligi de vna. l. boues. §. hoc sermone, ff. de verb. signi. plenè per dominum meum Iason. in l. diuortio. ff. quòd in anno. sol. mat. l. duobus. §. si ei qui. ff. de iureiu. Felinus in c. innouamus. de treuga & pace. cum ergo in hac successione sit vna repræsentatio, quia Maria & Anna quæ sunt priores in gradu, veniunt ad successionem prædicti Viuandi per repræsentationem, videtur quòd alia & secunda repræsentatio non debeat esse. ad hoc est clara responsio, quæ etiam datur per textum nostræ consuetudinis, cùm dicit, *En toutes*, quo casu non solùm vna sed etiam plures admitti debent, per verba ipsius consuetudinis subsequentia, *Quand la personne representée est en pareil degré auec celuy de ligne & branche auec lequel il succede*, nam dicta Ioanna succedit cum Anna & Maria in tertia parte bonorum dicti Viuandi, quæ est in pari gradu cum Amica repręsentata, & sic habent locum verba dispositionis, & conueniunt huic casui, ergo etiam debet conuenire dispositio huius consuetudinis. l. iiij. §. toties. ff. de damno infe. & hoc est etiam ex verbis dictæ consuetudinis, *Ce qui eschoit au pere* &c. ¶ Ex quibus verbis coniecturatur & consuetudo voluit intelligere etiam de pluribus repræsentationibus, per illa verba, quæ alias fuissent frustratoria, nec de aliquo seruirent, imò viderentur superflua, cùm aliàs non possent facere dubium, nisi in secunda repræsentatione, ex quo voluerunt statuentes quòd dispositio etiam multiplicetur cum casuum multiplicatione, quæ contingere potest secundum Barto. in l. qui bona. §. fina. cum lege sequen. ff. de dam. infect. & faciunt dicta per Anto. de But. in conclusio. xxx. in j. dubio. Et maximè ex dictis verbis aptus ad casuum multiplicationem, ex quibus toleratur etiam infinitas, l. si ita stipulatus fuero à Seio, ff. de fideiusso, l. in annalibus. C. de lega. l. si duo. in fin. ff. de arbi. quæ iura allegat Bar. in dicto §. fin. suprà allega.


ITem etiam Antonius de Butrio in consi. xxx. satis videtur restingere illam regulam, quando solùm loquitur simpliciter, secus si indefinite, cum æquipolleat vniuersali: multò ergo fortius quando loquitur generaliter, † quoniam generalitas generaliter intelligi debet. 3

ET quòd ita sit, quòd dicta Ioanna succedat dicto Viuando cum dictis Maria & Anna, & non cum aliis, patet: quia aliæ nihil quærunt, nec quærere seu prætendere possunt in tertia parte bonorum dicti Viuandi, quæ tertia sic remanet dictis Marię & Annę: & hoc casu non succedit illa Ioanna in sua parte illius partis cum Bona, quia si cum ea succederet, excluderet eam in illa parte, & eidem Bonæ acquireretur, quod non est dicendum, ex quo hoc casu dicta Ioanna consequitur per dictas Mariam & Annam quod per se ipsam consequi non posset si esset successiua dicto Viuando cum dicta Bona & Antonia. & hoc est, quia prædictis Maria & Anna solis existentibus succedant cum eis per repręsentationem Antoniæ matris illorum & Amicæ matris dictæ Ioannæ, quod non est absurdum, sicut in simili videmus de filio emancipato propter alium nepotem in potestate, consequiturvt ei per patruum emancipatum conferri debeat, quod non consequitur si dolus esset, per Bar. & dom. meum Ias. in l. si emancipati. in iij. col. cum sequen. C. de colla. vbi multa ponit quæ quis consequitur ex persona alterius quæ ex sua consequi non posset. & faciunt etiam quæ dicit idem do. meus Ias. in l. j. in ix. col. ff. de acquir. posse. per l. qui patri. ff. de acquirenda hæreditate.

EX quibus dixi prædictam Ioannã debere admitti ad prædictam successionem cum dictis Maria & Anna, vt dictum est antè. cogitãdum est, quia non est sine dubio, & si casus adhuc eueniret in facto in successione magna & opulenta fortè latius insudarem.

Ex typo


Ex typo ſequente etiam orta eſt quæſtio ſubſequens, in qua ſcripſi & iterum, vt inferiùs patebit.



SCripſi etiam & tenui in ſimili caſu in ſucceſſione domini Nicolai Deſſertor Heduen. qui ab humanis deceſſit relicto Gulielmo Deſſertor, ſuo fratre, relictis filiis Philiberti Deſſertor, & filiis Gulielmetæ Deſſertor: & etiam quondam Hugueta eius ſoror habuerat duos filios, Andream ſcilicet & Gulielmum Bricard: qui quidem Gulielmus ab humanis deceſſerat, relictis Sebaſtiano Bricard, & quibuſdam aliis fratribus dicti Sebaſtiani. quæſitū fuit & dubitatū nunquid dictus Sebaſtianus cum ſuis fratribus repræſenter perſonam Gulielmi Bricard ſui patris ad ſuccedendum cum Andrea Bricard. dixi & tenui quòd ſic, per motiua ſupradicta, eo quòd perſona repræſentata, ſcilicet Gulielmus Bricard, eſt in pari gradu cū Andrea Bricard, cum quo ſuccedunt dicti Sebaſtianus & eius fratres in ſucceſſione dicti domini Nicolai in quarta parte totius illius ſucceſſionis, quæ quidē quarta pars inter eos diuidetur.

Euenit

Euenit mihi alius caſus hîc figuratus, in quo conſului quod repræſentatio ita habuit locum, quòd exiſtens in quarto gradu non fuit excluſus per exiſtentem in ſecundo gradu, hoc modo videlicet,




Et ita obtinui per arreſtum curiæ parlamenti in caſu ſupradicto, & talis eſt caſus.

MAgiſter Petrus Boutillier habebat Gulielmum Boutillier eius fratrẽ, ex quo deſcenderat Guiotus Boutillier, habuerat & Laurentiam eius ſororem, ex qua deſcenderat Guiota Iaquier, & ex dicta Guiota Humbertus Languet, & Philiberta Viguier: ex dicta Philiberta deſcenderat Anna Vautrillier: nũc agitur de ſucceſſione prædicti Magiſtri Petri, & ſunt ſuperſtites ex prædictis dicti Guiotus filius Gulielmi, Humbertus Languet filius Guiotæ, & Anna Vaultrillier filia Philibertæ, & proneptis Laurentiæ. Ego dixi & tenui quòd iſta Anna repræſentabat Philibertam, quæ erat in pari gradu cum Humberto Languet: & ꝙ ipſe Humbertus repræſentabat Guiotam quæ erat in pari gradu cum dicto Guioto, & ſic ꝙ debebat ſuccedere dicta Anna prædicto Magiſtro Petro, & ita fuit dictum per arreſtum dictæ curiæ.

Ex abun

Ex abundanti vt clarius hæc materia ſucceſſionis demonſtretur, & intelligatur, arborem ſequentem ſuper appoſitis & figuratis addere volui.



EX prædicta figura ſumitur iſte caſus, ſcilicet an præfata Chriſtina proneptis dictarum Mariæ & Roſæ ſororum ipſius Barbaræ auiæ eiuſdem Chriſtinę poſsit & debeat venire ad ſucceſsionẽ prẽnominatæ Mariæ decedentis ſine liberis, vnà cũ Nicolao filio prædicti Gabrielis. In hoc (vt paucis dicam) nõ eſt dubium, vt hîc antè dixi, cùm perſona repræſentata quæ eſt Genouefa, eſt in pari gradu cum ipſo Nicolao, cum quo ſuccederet prælibata Genouefa ſi viueret.

IN TEXTV IBI,

Eſchoit au fils.

ISTud eſt propter identitatẽ quæ eſt inter patrẽ & filium, cùm pater & filius eadem perſona cẽſentur. l. fi. C. de impu. & aliis ſubſti. ita q̃ filius viuo patre dominus paternę hęreditatis quodãmodo cenſetur ſeu exiſtimatur. l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. vt tenet Hyppo. de Marſi. ſing. ſuo clx. & dicit Philoſophus v. & vj. Ethicorũ, q̃ filius eſt aliquid patris, imò eſt pars eius. cui concordat tex. in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. vbi habetur q̃ filius eſt portio paterni corporis. ad minus dicitur ſimilis patri, quoniã, vt habetur Eccleſia. 30. Mortuus eſt pater eius, & quaſi nõ mortuus, reliquit enim filiũ ſimilẽ ſibi poſt ſe in vita. In filio enim, licet portio ſit diuerſa in nouo homine ꝓpter nouã & diuerſam animã, remanſit tñ vna caro & corpus patris, & hoc negari non põt: qm̃, vt dicũt naturales, pater prębet formã in ꝓcreationẽ filij, & mater prębet materiã, ſecũdũ Philoſophũ ij. de generatione animaliũ. & cum forma dat eſſe rei & ſubſtantiã. l. adeo. §. inſula. ff. de acqui. rerũ dominio. l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhibendum. ideo quia pater prębet formã, quę nobilior eſt, filius cũ eo cenſetur eſſe idẽ. Anima tamẽ filij nõ eſt anima patris: quoniã, vt dicit Bal. in l. ſiquidem

BIU Cujas

siquidem. in fi.C.de exceptio.sciētia patris nō est sciē tia filij,& in titulo de notis feudorū.in fi.dicit ꝙ conscientia filij nō est conscientia patris defuncti aut viuē tis,& in patre & filio nō esse eundē intellectū,vt dicit Bal.in l.fi.§.sed & si quis.in fi.C. comunia de leg. Ista tñ idētitas ex multis cōprobatur, prout amplè ponit Benedicti in sua rep.c.Ray.in verbo,mortuo itaq; testatore,ij.nu.20.vsq; ad nu.55. de test. vbi etiā dicit ꝙ est talis idētitas ꝙ nō dicitur quis liberè relaxatus de carcere qñ cogitur relinquere filium pro obside. alle. consi.Mariani Soci.consi.liij.incip. magnifice capitanee.dixi in consi.liij.incip. ex facto hīc antè deducto. nu.5.vbi dixi ꝙ filius est portio corporis paterni.& in consi.lxvij.nu.31.¶Et aduerte etiam,ꝙ pōderanda est hīc nostra cōsuetudo in his verbis,quæ introducit & approbat transmissionē iuriū cōpetentiū patri in filiū etiā ipso patre mortuo,transmissione quadā legali seu cōsuetudinaria,qualis est trāsmissio hęreditatum quę sola iuris authoritate fit, & est illa de qua hīc nostra cōsuetudo loquit' & intelligi debet,& sic fit tā iuris authoritate quā in vim huius consuetudinis,per quā videtur ampliari etiā ad nepotes,imò etiāvltrà,vt visum est suprà in pluribus casibus. Et huius transmissionis tres sunt species,quas licet Bal.vno modo tractet in l. iij.C.de hær.insti.& alio modo in l.cū antiquioribus. in viij.q.C.de iure delib.tñ alio stylo eam examinauit G.Benedicti in repe.c.Ray.in verb.mortuo itaque testatore.secūdo.à nu.105.vsq; ad nu.189.de test.& hoc insequēdo doctrinā Bar.in l.vētre.ff.de acqu. hære.& quia dicta Benedicti in omnibus non habēt locū quo ad nos,& in hac patria ex multis consuetudinibus nostris,& etiā in Gallia,ideo eius theoricā assumēdo videndū est de prima transmissione quæ fit iure suitatis in vim cuius filius trāsmittit ad quoscūq; hæreditatē sibi delatā, siue sciat siue ignoret,antequā etiā adeat. l.apud hostes.C.de suis & legi.hære.l.ex militari. §.fi. secundū Bar.ff.de test.mili.Lud.Ro.in cons.lviij.inci. visis narratis in puncto.facit l.Lucius.ff.de iure fisci.l. qui in alie.§.interdum filijsine aditione.ff.de acq.hęr. tex.recenter ponderatus in l.cū qui nouissimus. ff.ad Treb.cū plurib⁹ aliis iuribus, quos allegat Pyrrhus in suo paruo trac. de suitate & hæreditate trāsmittenda pfictionē.Prędictā regulā ampliat multis modis.¶Primò,vt habeat locū etiā si filius nō sit in potestate patris tēpore mortis,sed etiā si sit extra potestatē patris odio patris,vt tenet Barb.in rub.de peculio cler. & dicit Pyrrhus in d.trac.in vij.ꝙ hodie emancipati transmittūt,cū hodie succedāt ad similitudinē suorū sublata differēti a suitatis & emācipationis. l. meminimus. C.de leg.hær.§.nullā verò.in auth.de hær.ab inte.venię.¶Secūdò ampliat vt nō solū hęc trāsmissio fit quo ad ius,sed ét quo ad possessionē,vbi est cōsuetudo generalis ꝙ mortuus saisit viuū,qm etiā hoc casu fit trāsmissio possessionis,vt dicit Benedicti in loco s̄.alle. & dixi s̄.in §.j.huius ti.Intellige tñ istud,nisi alius sit in possessione ante mortē per aliquē actū, put amplè tractat Alex.in cōsi.suo lxxxiij.in ij.vol.¶Tertiò ampliat in supplemento legitimæ de iure,de quo ibi p eū: sed qa supplemētū legitimę nō est in practica quo ad nos cū si legitima nō fuerit integrè relicta,est locus querelę,cū testamētū sit nullū p cōsuetudines nostras,vt in §.ij.s̄.eo.tit.& in patria vbi non est similis cōsuetudo recurre ad Benedictum ibi.Et vltra eū ad dubium, an istud habeat locū etiā in morte ciuilis patris,s.ingrediendo monasterium,an filius possit petere legitimā, & impugnare testamentū,ac si pater mortuus esset.videt ꝙ sic, per tex.& gl. cū qua trāseunt antiqui patres in c.cum simus.de regularibus.licet Bar.teneat cōtrariū in auth.si qua mulier.C.de sacrosc.eccl. de veritate cuius vide Feli.in c.in præsentia.in xxiij.& xxiiij. col. ver.viij.quæritur.de ꝓba.& post eū Pyrrhus in d. tra. de suitate.q.iiij.¶Quartò ampliat etiā si fili⁹ fuerit hęres institut⁹ sub cōditione casuali vel potestatiua,quo niā antequā adimpleueri t cōditionē,si moriatur,trāsmittit illā hęreditatem ad quoscunq; hæredes,saltem quo ad legitimam.l.quoniā in prioribus.& ibi Sal. & Pau.de Cast.post Bal.C.de de inoffi.test.¶Quintò ampliat habere locū in relicto pro dote quando nupserit etiā si moriatur antequā nubat.Alex.in consi.lv. inci. viso titulo quęstiōis.in iiij.co.in ij.vol.& in cōs.cxxxj. inci.trāsmissum est.in j.vol.¶Sextò ampliat in facultate sc̄dotandi de bonis paternis restitutioni subiectis, quam habet filia secūdū terminos auth.res quæ.C.cō munia de leg.vt tenet Pau.de Cast.in d.auth.res quæ. ¶Septimò ampliat in quarta Trebellianica,quę nō agnita per filiū trāsmittit'.l.quanquā.C.ad l.Fal.quia in Burgudia non vtunt' substitutionibus,licet vti possent vt s̄.dixi in §.v.huius tit.ideo parū seruiet hęc amplia tio quo ad Burgūdos.¶ Octauò ampliat in fideicommisso vniuersali filio relicto,vt eo moriente transmittatur etiā ante aditā hæreditatem,secundū Bar.&doc in l.cum filio.in v.q.ff.de lega.j.& probatur in l.cum. quidam ita in testamento.ff.ad Trebell.Et per consequens ius seu facultas cogēdi hæredē adire,& filio fideicōmissa.hæreditatē restituere,sine quibus fideicōmissum esset inutile,trāsmittitur. & vide eundū Benedicti in dicta repet.in verbo,si absque liberis. secūdo. in materia substitutionis fideicommissariæ.versicu.& hæc substitutio fideicommissaria.nu.62. dixi in consilio hīc antè per me alle.¶Nonò ampliat in fideicommisso particulari seu legato.& in hoc nonvidetur esse dubium,quoniā illud trāsmittitur ad quoscūq; hæredes.cū mortuo testatore illico rectavia dominium rei legatæ transeat in legatarium, ideo moriēte legatario priusquā ei tradatur, ipsum transmittit ad quoscūque hæredes l.cum quædam.*la seconde*.ff.de leg.ij.l.quę legata.ff.de reg.iuris.¶Decimò ampliari potest in fideicōmisso etiā conditionali,& quod adhuc est in spe,secundū gl.solitariam in l.is cui sub conditione.ff. de actio.& obli.quod an sit verum, vide eundē Benedicti in loco hīc antè alle.& etiam dixi in d.consi.liij.hīc antè alleg. ¶ Vndecimò ampliari posset in substitutione vulgari & pupillari, quæ cùm non multum sint apud nos practicabiles,ideo me remitto ad ea quæ dicit Benedicti in casu dispositiōis iuris scripti, in loco hīc antè allegato,in materia vulgaris & pupillaris substitutionis,tñ quia omnis vltima volūtas apud nos est valida quo ad extraneos in duabus partibus omniū bonorum, credo ꝙ in tali casu nō extēderetur ad alium casum nō cōtentū in verbis substitutionis,ne fiat præiudiciū veris hæredibus,ex quo hoc casu non fieret trāsmissio.¶ Duodecimò ampliari potest in substitutione quæ fit in donatione,secūdum l.quoties.C.de do.quę sub modo.quæ etiam transmittitur ad hæredes, sc̄dm Bal.in d.l.quoties. in fi. hæc ampliatio potest extendi & ampliari in omnibus cōtractibus in quibus habet locū l.cū auus.ff.de condi.&demon.l.cum acutissimi. C.de fideicō.l.generaliter §.cum autem.C.de insti. & substi.vt in terminis tenet Soci.in d.l.cū auus. in lxvj. col.& dixi in d.consi.liij.versi.decimotertiò facit. hīc antè allegato.& in versi.decimò dixi,& etiam duodecimò quod pactum donationis appositum in personā alicuius est transitorium ad hæredem.vide quæ ibi dixi,quæ non repeto.¶Decimotertiò ampliat Benedicti in legi

in legitima ſeu quarta quæ filio debetur arrogato ex cõſtitutione diui Pij, quę nõ agnita in quoſcunq; hęredes trãſmittitur. ſecundũ Bar. in repe. l. ſi arrogator. in v. oppoſitione. ff. de adop. quẽ ibi ſequitur Bal. in ij. oppoſitione. & poſt Alex. do. meus Iaſ. qui plenè examinat in d. l. ſi arrogator. & in l. emancipata. C. qui admit. & vide etiã Pyrrhũ in d. tract. de ſuitate. in iij. q. ¶ Decimoquartò ꝓ ampliatione inſurgit dubiũ quid de iure introducto per cõſuetudinẽ, vel ſtatutũ. quia ſuprà diſputaui in tit. *des droicts & appartenances à gens mariez*. §. xiiij. in gl. fi. & in §. xij. huius tituli, in glo. *ou enfans maſles*. non inſiſto. & etiã examinat Benedicti in d. verbo, mortuo itaq; teſtatore. num. 228. ¶ Decimoquartò poſſet eſſe dubiũ de iure, quid in iure, accreſcẽdi, an trãſmittatur, & licet de iure non ſit trãſmiſſibile de per ſe, vt dicit Ang. in l. ex facto. ff. de hære. inſtit. tñ iũctum cũ ſubſtitutione vulgari trãſmittitur. l. qui ex duabus. ff. de acq. hære. vel quãdo veriſimiliter cognoſcitur ius ſibi obuẽturũ, ſaltẽ in parte, vt quãdo eſt inſtitutus in re certa, & illã accepiſſet priuſquã deceſſerit, cùm ius accreſcẽdi ſit hoc caſu trãſmiſſibile ad hęredes ſimul portione adita. l. hęc ſcriptura. §. fi. ff. de cõdi. & demon. Et de hoc iure accreſcẽdi, qũo ſit trãſmiſſibile, dixi in conſi. lxij. & in cõſ. lxvij. ¶ Decimoſextò habet locũ tranſmiſſio etiã in his quæ competũt iure ſpeciali, vt eſt in reſti. in inte. quæ ad hæredes etiã maiores ex beneficio minorũ trãſmittũ. tex. eſt in l. nõ ſolũ. ff. de minori. ¶ Decimoſeptimò vltra Benedicti dic ꝓ ius dicẽdi nullũ tranſmittitur ad hæredes, ſecundũ Bal. in c. ſciſcitatus. in pe. col. de reſcriptis. per tex. in l. ij. ſecũdo reſponſo. C. de hær. inſti. & ita tenet Iaſ. in l. emãcipata in ij. lectu. in fi. C. qui admit. licet videatur tenere cõtrariũ in d. l. ſi arrogator. in v. co. ff. de adop. & in l. ſcimus. §. fi. C. de inoffi. teſta. & in l. cum mota. in iiij. col. C. de tranſac. & vide eundẽ amplè in l. ſi infanti. in vij. col. C. de iure deli. & non dubitarem apud nos propter generalitatem huius cõſuetudinis *ce qui eſchoit au pere, eſchoit au fils*. ¶ Decimooctauò amplia in querela inofficioſæ donationis non præparata, quæ ita tranſmittitur ſicut querela inofficioſi teſtamẽti, ſecundũ Bal. in l. j. in pe. col. de inoff. dona. quẽ ſequitur idem do. meus Iaſ. in d. l. emancipata. hîc antè allegata in fine ſecundæ lecturæ. ¶ Hæc regula generalis limitatur tribus modis per eũdem Benedicti in d. loco, in verbo, mortuo itaq; teſtatore. ſ. alleg. ¶ Primò ſcilicet, vt nõ habeat locũ in bonorũ poſſeſſione ſecũdũ tabulas, quã filius non agnitã non trãſmittit, ſecundũ Alc. in d. l. emãcipata in pe. col. ver. non obſtat text. in d. §. C. qui admit. vbi dicit hoc eſſe ſubtile, ſed quia huiuſmodi bonorũ poſſeſſio apud nos non eſt in practica, cùm omnis hæres ſecundum cõſuetudines noſtras ſit ſaiſitus, ideo huiuſmodi limitatio non videtur eſſe alicuius effectus, & ideo credo ꝓ cõſuetudo noſtra vt operetur vltra ius commune, illud operatur ꝓ omne id quod euenire poteſt patri ſiue in petitorio ſiue in poſſeſſorio euenit filio & in eum tranſmittitur, licet non fuerit agnitum. ¶ Secũdò limitatur, niſi mortuo patre fuiſſet filio hęredi ſtatutus termin⁹ à ſuperiore ad deliberandum an velit eſſe hęres patris, vel nõ, quoniam eo tunc ſi decedat filius intra terminum ſibi datũ ad deliberandum, cenſetur eſſe tãquam extraneus, ita ꝓ non tranſmittit ex potentia ſuitatis ad quoſcũque, niſi reſiduum temporis dati à iudice, ſecundum Bar. in l. ex militari. §. fi. in fi. ff. de teſta. milit. per text. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. Sed aduerte, quoniam ille textus eſt aliter intelligẽdus & cum grano ſalis, ſcilicet quando ſumus in caſu vbi habet locũ ius deliberandi, quod nõ eſt apud nos, niſi in caſu in quo nullus reperitur ſimplex, ſed cum beneficio inuentarij, quod debet impetrari intra annum à die mortis. Nec video ꝓ hæres inſtitutus poſſit priuari iure ſibi quæſito in vim inſtitutiõis. niſi poſt xxx. annos, & licet induci poſſit conſuetudine aut ſtatuto ꝓ hęres inſtitutus debeat intra certum tempus adire hæreditatem ſibi delatam ex teſtamento, alias poſt tempus erit excluſus, ſecũdũ Bar. in l. ſciendum. ff. de ſuis & legi. hære. & Ang. in §. eadem habetur. inſt. de hær. quæ ab inteſtato deferuntur. non tamen credo idem quãdo eſt ſibi ſtatutus terminus à iudice quo adeat, quia iudex non poteſt eum priuare iure ſuo niſi poſt triginta annos: imò ẽt princeps non poſſet tollere ius alteri quæſitũ. l. fi. C. ſi cõtra ius vel vtilitatẽ publicam. multo minus iudex qui ſi nõ directò, nec etiam per indirectum: cùm etiã tale tempus xxx. annorum introductum ad priuandũ quẽ iure ſuo non poſſit iudex abbreuiare, cùm ſit determinatum à iure noſtro municipali & conſuetudine, ꝓ omnes præſcriptiones ſunt reductę ad xxx. annos, & in determinatis à ſuperiore non habet poteſtatem inferior & hanc opinionem tenet Pyrrhus in ſuis diſputationibus poſitis poſt ſuas cõſuetudines, in diſputatione ſuper titulo, de ſucceſſorio edicto. C. vbi concludit reſolutiuè ꝓ ſolùm poteſt ſtatui tempus vt detur interim curator bonis, per quem ſatisfiet interim creditoribus, & non aliàs. ¶ Tertiò limitatur prædicta regula quando filius primum locum ſuitatis tenens, cui hæreditas eſt delata, abſtinuit ſeu eam repudiauit in vita ſua, quia eo tũc eam non tranſmitteret ad hæredẽ, ne plus iuris in alium transferret quàm in ſe habeat ſecũdum Bar. & communiter docto. in d. l. ventre. ff. de acqui. hær. & in l. fi. ff. de teſta. milit. ita dicit Benedicti in d. loco, in verbo, mortuo itaque teſtatore. qui tamẽ dicit ꝓ filius in vita ſua, qui ſemel hęreditate patris abſtinuit reuocare poteſt abſtentionem ſuam, dummodo intra terminum, & ꝓ res ſit integra. textus eſt ſolẽnis in l. fi. C. de repu. vel abſti. hęreditate. de quo textu ibi facit magnum feſtum declarando & limitando tribus modis. ¶ Alia & ſecunda ſpecies trãſmiſſionis, quæ fit non ratione ſuitatis, ſed ſolùm ratione ſanguinis beneficio l. vnicæ. C. de his qui ante apertas tabulas. nã ſi moriatur aliquis deſcendens, quiſque ſit, hæreditate aſcendentis non adita, nec repudiata, illam trãſmittit ad quoſcunque deſcendentes. hæc in multis diſcordat à præcedenti, & in aliquibus concordat, vt declarat Benedicti in dicto verb. mortuo itaque teſtatore. à nume. 152. vſque ad num. 159. poſt do. meum Iaſ. in d. l. emancipata. in ij. lect. vbi ponit has tres ſpecies trãſmiſſionis. & de hac facit mentionem Bart. in d. l. ventre. ibi, quintus caſus. & doctores in dicta l. j. C. de his qui ante apertas tabulas. & ad Pyrrhum in d. tractatu de ſuitate. in viij. quæſtione. ad quæ loca recurrẽdum eſt ſi ſit quæſtio in patria iuris ſcripti: ſed quo ad nos in Burgundia & in Gallia vbi eſt conſuetudo quòd mortuus ſaiſit tam ex teſtamento quàm ab inteſtato; vel etiam vbi eſt conſuetudo quòd inſtitutio hæredis nõ habet locum, illa tranſmiſſio nihil operatur: quoniam in caſu vbi eſt conſuetudo quòd mortuus ſaiſit viuum ex teſtamento, ſtatim mortuo teſtatore tranſfertur hęreditas ad inſtitutum, qui eam nõ aliter aditam tranſmittit, dummodo ſit delata ante mortem inſtituti. quia aliàs caderet in caducitatem, ſecundum tex. in l. vnica. C. de cadu. tollend. in caſu verò vbi inſtitutio hæredis non habet locum, vt eſt in multis locis in Francia, etiam hæc tranſmiſſio nihil operatur, quoniam ſicut non prodeſſet inſtitutio, ita nec eius hæ

BIU Cujas

eius hæredi, cùm non possit plus iuris in aliũ trãsferre quàm qđ ipse habeat. Sed tñ semp mihi visum fuit ꝙ illa cõsuetudo generalis est aliter intelligẽda, vt dixi suprà hoc eo. tit. in §. v. huius tit. in gl. *ne ordonnance.* in additione ibi posita. vbi dixi, ꝙ debet intelligi in casu vbi sunt hæredes ab intestato, ꝙ institutio hæredũ inter eos nõ habet locũ, ne plꝰ relinquatur vni quàm alteri, & inter eos seruet æqualitas: sed ꝙ vnusquisq; non possit aliquẽ extrancũ qui eidẽ ab intestato succedere non debet, hæredẽ instituere in illis portionibus in quibus potest alio modo disponere secundum illas cõsuetudines, per donationes, aut aliàs, nõ videtur ꝙ non sit cõprehensum sub huiusmodi cõsuetudine generali, quia si vna via vni permittitur, cur nõ aliaꝰ argumẽto eorũ quæ dicũtur de lege Fusia Caninia tolleda de quo dixi in §. iiij. in gl. j. in tit. *des droicts & appartenances à gens mariez.* & ideo hoc casu posset habere locũ hæc trãsmissio secũda. ¶ Tertia species trãsmissionis est quę fit beneficio l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. de qua Bart. in d. l. vẽtre. ibi septimus casus. & per Ias. in d. l. emancipata. & in d. l. cũ antiquioribus. vbi dicit, ꝙ habet locũ tã in successione quæ obuenit de iure ciuili, quàm de iure prætorio, & nõ solũ ꝓcedit in hærede directo, iure directo succedẽte, imò etiã in succedẽte via substitutionis. ꝓput est de vulgari casus in l. cohæredi. & de pupillari in l. paterfamiliâs primis tabulis. & vtrobiq; Bart. & docto. ff. de vulg. & pup. substi. sed etiam in fideicõmissario vniuersali, cui fideicõmissaria hæreditas est restituẽda, per gl. in l. cũ filio. in verb. retenturũ. ff. de leg. j. quem sequuntur ibi Bart. & Ang. & Bal. in l. filiũ quem habentem. C. famiercisc. & Ias. in d. l. cum antiquioribus. & Benedicti in loco hîc antè allegato. vbi ponit in quo hæc tertia species trãsmissionis est plenior, & vtitur quo ad quid ꝙ sint duæ præcedentes, & quibus duæ prꝫcedentes sint vtiliores. ¶ Visum tamen mihi fuit ꝙ iste textus nõ loquitur de istis tribus transmissionibus, & ꝙ ista nostra consuetudo sit generalior: quia hæc nostra cõsuetudo & hæreditatẽ iam delatam, & deferẽdam patri si viueret, quæ eo mortuo filio defertur per repræsentationẽ quæ eadem persona in hoc censetur cum patre iã defuncto, & ista est maior, quia etiam priuilegiata, cõtra regulas iuris in pluribus, vt dixi, & tamẽ eodẽ modo etiam in saisina ciuili filius admittitur, prout pater admissus fuisset si vixisset, ideo maior est huiusmodi repꝫsentatio quàm trãsmissio. ¶ Sed qa huiusmodi verba videntur importare idẽ quod dictũ Pauli dicentis, Si filiꝰ, ergo hꝫres. de quo meminit gl. in l. necessariis. ff. de acquir. hære. Quæri potest nunquid filius statim mortuo patre teneatur effectualiter creditoribus, & statim sit fundata intẽtio cteditorũ cõtra eũ, nisi probet se abstinuisse ab hꝫreditate. gl. in d. l. necessariis. tenet ꝙ gl. in c. j. de solutio. distinguit an fecerit inuentariũ necne. quãuis ille textus in d. c. j. videatur in his verbis, sicut filiꝰ debita patris soluere tenetur, ita prꝫlatus debita prædecessoris pro ecclesiæ necessitate cõtracta, facere pro opinione affirmatiua quã recitat gl. in d. l. necessariis. allegando §. sui. insti. de hæredi. quæ ab intestato deferuntur. Bar. verò in d. l. necessariis. tenet opinionem gl. imò plus, ꝙ etiã nisi constet de immissione filij in hæreditate non tenetur ad debita. & istud etiam tenet Pyrrhꝰ in tractatu de suitate. in v. q. vbi ponit doctrinam Bar. in d. l. necessariis. & vltra eũ faciunt quæ dicit Alexan. in cons. j. in iiij. col. in j. vol. & Lud. Rom. in consi. cliij. in prin. & Socin. in consi. xcj. in ij. col. in j. vol. vbi hꝫres dicitur per additionẽ, & non alias: imò est probãda aditio, vt dicit Roma. in dicto loco. & vide Ale. in l. nõ hoc. in ij. col. C. vnde leg. faciũt quæ dicit Aret. in consi. cxxxvj. in princ. & quia istud est clarũ apud nos, ꝙ requiritur aditio seu immissio, cùm habeat beneficium abstinendi, nõ aliter insisto. dicit tamen Lud. Rom. in d. l. necessariis, ꝙ legitimatus nõ habet beneficium abstinendi. per text. in §. quoniam. in auth. quibus mo dis naturales efficiũtur legitimi. quem dicit se didicisse à diabolo.

§. VNDECIMO.

Double ligne a lieu entre freres & sœurs germains, au regard de tous leurs biens, & ausi a lieu entre les enfans desdicts freres & sœurs germains, sauf le droict des heritiers maternels desdicts enfans, & non plus auant.

IDem in comitatu Niuernẽsi, & in comitatu Burgundiæ seruatur dispositio iuris, vt hîc: & contrarium obseruatur in patria Aluerniæ. idem in comit. Borbonij.

ISta consuetudo cõuenit dispositioni iuris, vt habet in auth. cessante. C. de legi. hære. & in authen. defuncto. C. ad Tertul. & vide Ioã. Fabr. in suo breuiario, in auth. itaque mortuo. C. cõmunia de succes. vbi ponit quomodo fratres succedant simul, siue sint vterini cõsanguinei, siue sint vtrinque coniũcti. & videtur contrariari consuetudini suprà positæ in §. viij. & videtur ꝙ hæc verba, *sauf le droict*, &c. etiam videantur importare distinctionem illorũ verborũ *au regard de tous les biens.* dicam infrà, in gl. fi.

IN TEXTV IBI,

Et ausi a lieu entre les enfans desdicts freres.

ET intellige siue quando est quæstio ꝙ fratres succedãt alteri fratri, siue ꝙ vnus succedat alteri, siue ꝙ filij fratrum succedant patruo, aut alteri filio fratris, siue ꝙ vnus filius fratris debeat succedere fratri, aut alteri filio fratris, & essent alij proximiores, puta patruꝰ ex vno latere. quod videtur esse contra doctrinã Bart. in l. post consanguineos. §. legitima. ff. de suis & leg. & Alexan. in consi. suo clxvj. in v. volu. & Pau. de Cast. in consi. cccl viij. ¶ Sed hoc est, quia istud operantur hæc verba nostræ cõsuetudinis, quæ sunt satis clara, vt cõsuetudo nostra aliquid operetur, & aliquid addat iuri communi: secundum Bart. in l. ij. ff. de vsucap. Et maximè inter filios fratrũ, ꝙ vnus succedat alteri. faciũt hæc verba, *Et ausi entre les enfans desdicts freres:* quæ nõ possent esse magis clara ex quo in facti contingentia consului filium sororis ex duplici vinculo præferri debere filio sororis paterno ex vno latere tantùm, dicta tamen in fine huius gl. videntur contrariari huic decisioni. Cogita.

QVæro quid in filiis filiorũ fratrum? cõsului in casu emergẽti, decessit ab humanis quidã Ioannes N. filius dominæ Claudiæ, filiæ domini Ludouici, qui quidẽ Ludouicus habebat quinque sorores, quę quidem omnes descẽderunt à quodam Gulielmo, sed ex duabus matribus, videlicet Henriota, & Ludouica, ex domina Alba prima vxore dicti quondam Guliel mi, & dictus Ludouicus; Bona & Aliza ex domina Eusancia secunda vxore dicti quondam domini Gui-

BIU Cujas

lielmi.dictus Ludouicus auus dicti Ioannis, & Claudia eius filia mater dicti Ioannis ab humanis deceſſerunt relicto dicto Ioanne, qui quidem poſtmodum ab humanis deceſsit, relictis dictis Bona & Aliza ſororibus germanis dicti quondã Ludouici, aui dicti Ioannis defuncti, & Henriota, Margarita & Aliza ſororibus conſanguineis, ſcilicet ex latere patris tãtùm dicti quondam Ludouici, aui dicti Ioannis.

Queſtio. MOdò quæritur quis ſuccedere debeat huic Ioanni, & quõ? vr primò dicendum ꝙ dicta Bona & Aliza ſuccedere debeãt in totũ eidẽ Ioãni, †cũ duplici vinculo iungãtur: & ſic prę ferri debẽt his qui ſunt eidẽ Ioãni iuncti vno vinculo tãtùm, per tex.in d. auth. ceſſante. & in d.auth.defuncto. ſ. alleg. & per hanc noſtrã conſuetudinẽ, nã vt dicit tex.in §. ſi igit defunct⁹. in auth.de hær.ab inteſta.venię. & gl.ibi in ver.natos. col.ix. †potiores ergo ſunt qui duplici iure vtũtur quã qui vno. & ideo reliquis præponũtur. text.in §. ſi verò neque fratres. in auth. de hær. ab inteſt. venię, ibi, vt viciniores gradu ipſi reliquis præponãtur. ¶ Per iſtũ tex. ſatis ꝓbat regula quę habet, †ꝙ duo vincula ſunt vno fortiora. de quo ſatis amplè in rep. Iaſ. in l. re cõiuncti. col.iiij.in vlt.not.ff.de leg.iij.vbi etiam ponit †ꝙ duæ rationes vincunt vnam, & duo iura vnum.

1 *Duplici vinculo iũcti præferũtur iuncto vno vinculo.*

2

3 *Regula.*

4

NAm etiã dicit tex.in d.authẽ. ceſſante. ſuper quo fundata eſt cõſuetudo nr̃a, ꝙ ceſſante ſucceſſione deſcẽdẽtiũ, primò vocãtur fratres ex vtroq; latere, aut filij fratrũ. qđ vr etiã extẽdendũ ad nepotes, licet text. tantùm dicat in filiis fratrũ, ꝓ ea quæ dicit Bart.in l.liberorũ. in vj.col.verſi.remanet ergo in hoc ius cõe. ff. de verb. & rerũ ſignif. vbi dicit, †ꝙ qñ benoficiũ aliqđ cõceditur per ſtatutũ filiis, quod iam eſt introductum diſpoſitione iuris communis, trãſit ad nepotes: ſed ſic eſt ꝙ per conſuetudinẽ noſtrã, quę idẽ operatur quod ſtatutum, conceditur ꝙ *double ligne ait lieu entre enfans de freres & ſœurs germains.* quod iam diſpoſitione iuris diſponebatur. per dictam authen. ceſſante igitur.

5

ET iſtud tenuit in ſpecie Bologni. in addit. ad Matheſil. in tractatu ſucceſſionum ab inteſt. in iij art. principali, in ix.fol.ver.vera hæc eſt deciſio do.authoris. in fi. ꝙ hęc eſt veritas, allegando Iac. de Beluiſo.

6 Authen. ceſſante. SEd quicquid ſit, tenui contrariũ eſſe verius; ſ. ꝙ d. auth. ceſſante. nõ habet locũ in vlterioribꝰ, hoc eſt in nepotibꝰ q̃ ſunt vltra filios fratrũ. & hoc tenuit gl. multum notabilis in auth. poſt fratres. C. de legi. hær. vbi dicit Pau. de Caſt. ꝙ ſi quis decedat ſine aſcendentibus & deſcendentibus in directa linea, & ſinę fratribus aut filiis fratrũ relictis patruis ſeu etiã fratribus aut ſororibus aui aut proaui, licet alter ex ipſis ſit ipſi auo vel proauo vtriq; cõiũctus, alter ex vno tãtùm, admittũtur tamẽ pariter nõ facto delectu duplicitatis vinculi: ſunt enim in eodẽ gradu, licet ſint duplici vinculo: ſed id non curatur vltra fratres germanos, eorúmque filios. allegat Bart. in l. poſt cõſanguineos. §. hęc hæreditas. ff. de ſuis & leg. & iſtud eſt magis clarũ ꝓ cõſuetudinẽ noſtrã, quæ dicit, ꝙ nõ vlteriùs extẽditꝰ duplicitas vinculorũ, vt patet ꝓ hæc verba, *& non plus auãt*, quæ quidẽ verba declarãt cõſuetudinẽ noſtrã per ea quæ dicit Pan. in c. prudentiam. de offi. dele. & Ioã. And. in mercurialibus. iu c. accuſatus. de hæreti. in vj. nã prędicta verba reſpectu nominatorũ in ipſo articulo ſtant incluſiuè. l. cũ vltra. C. de nõ numera. pecu. per l. ſi vltra. C. de fideiuſſ. & reſpectu non nominatorum excluſiuè. l. j. ff. de inoff. teſt. & etiam facit, †quia incluſio aliquorũ eſt aliorũ excluſio. l. cùm prætor. ff. de iudi. c. nonne bene dicimus. extrà, de præſumptio. do. meus Iaſ. in l. j. in iij. col. ff. de legi. & Alexan. in l. j. in fi. in iiij. col. ff. de libe. & poſthu. ¶ Nam ex quo hæc noſtra cõſuetudo eſt in hoc limitata, quia nõ procedit vltra fratrũ filios, limitatũ producere debet effectũ. l. in agris. de acquir. rerum domi. & Iaſ. in l. age cũ Geminiano. C. de tranſ. & in l. ius ciuile. in iij. col. ff. de iuſti. & iure. & ſic cùm in hoc ſimus in nepote, & in filiis fratrũ, omnes prædictæ ſorores ſuccedant & in capita ſimul, cùm ſint pares, & in pari gradu, & hoc in oĩbus bonis quæ eidẽ Ioãni obuenerãt ex latere paterno incipiẽte à ſtipite originario, hoc eſt à dicto Guilielmo abauo vſq; ad perſonã ipſius quondã Ioãnis defuncti de cuius ſucceſſione agit̃: & hoc eſt quod vult noſtra conſuetudo rectè intellecta, & hoc nõ facta differẽtia, nec habito reſpectu ad hoc ꝙ aliquæ ipſarũ ſint ab vtroq; latere cõiũctæ, & hoc maximè in caſu iſto in bonis prouenientibus à trunco principali dicti Guilielmi, eo ꝙ oẽs ſuprà nominatæ ab illo deſcendũt: quantũ autẽ ad alia bona, exceptis bonis maternis, vndecũque prouenerint, idẽ eſt dicendũ, per ea maximè quæ dicit Pau. de Ca. in d. auth. poſt fratres. vbi vult ꝙ agnativel cognati poſt fratrũ filios ſuccedãt, nõ facta diſtinctione qualitatis bonorũ: & hoc intãtũverũ eſt, ꝙ etiã procedit in bonis quæ ipſi Ioãni eſſent quæſita ex aliquo ſuo tranſuerſali ex linea ſua materna: nã licet Hẽriota, Margarita, & Aliza nõ ſint cõiunctæ niſi ex latere paterno, tñ admittẽtur ad alia & huiuſmodi bõa, & ſic quæſita: quia licet dicatur, materna maternis, & paterna paternis, vt ſ. dictũ eſt in hoc ti. §. *les heritages enſuyuent*, & c. hoc tamen verum eſt in linea directa. ita pulchrè Ang. in §. ſi plures. verſi. ſecundò dubitari ſolet. inſt. de legit. agna. ſucceſ. vbi dicit, ꝙ non reperitur iure cautum ꝙ illud habeat locũ in bonis quæſitis ex trãſuerſalibus. & probat per tria motiua, de quibus ſuprà dixi in d. §. les heritages. in fi. ¶ Ex quibus ſupradictis tenui prędictas quinque ſorores debere venire ad ſucceſſionem dicti Ioannis in capita in omnibus prouenientibus à d. Guilie. & aliis paternis, & in bonis etiam maternis à linea tranſuerſali ſibi obuentis.

7 Incluſio vnius, excluſio eſt alterius

INtellige tamen quãdo ſunt tantum vlteriores poſt fratrũ filios, quia ſi filius fratris haberet alium filiũ fratris, & ex filio fratris aut ſororis mortuæ filiũ aut filiam, ſuccederet dicto filio fratris ſuæ matris aut ſui patris cum alio filio fratris per repræſentationẽ, quæ etiam hoc caſu haberet locum in omnibus bonis prę ter materna illius filij fratris ſui patris aut matris quę competere deberent fratribus maternis dicti ſiij fratris defuncti, eo ꝙ repræſentatio habet locum in omnibus ſucceſſionibus, vt ſuprà dictum eſt. iſte caſus ſæpe euenit, & ita dixi pluries contra multos qui tenuerunt contrarium, ſed iſta eſt veritas.

QVantũ autẽ ad alia bona materna, aduertendũ eſt ꝙ ſunt in triplici numero. Primò ſunt bona matris dicti quondã Ludouici, qui fuit auus dicti Ioãnis quæ erat abauia dicti Ioannis, & ſunt bona Euſancię, quæ fuit ſecũda vxor dicti quondã Guil. & mater Bonæ & Alizæ. Secũdò ſunt bona vxoris dicti quondam Ludouici, quæ fuit auia ipſius Ioannis. Et tertiò ſunt bona dñæ Claudiæ filiæ dicti Ludouici, matris dicti Ioãnis. quãtùm ad bona quę ſunt ex linea materna, ſcilicet ex linea Euſanciæ, nõ eſt dubium ꝙ dña Bona & Aliza debẽt in his ſuccedere, excluſis aliis, per tex. noſtræ cõſuetudins in §. *les heritages enſuyuent*, &c. *ſoit en prochain, ou en loingtain degré.* Idẽ dicendũ eſt de bonis Claudiæ, quæ habuit à quõdã Ludouico ex latere materno, hoc eſt ex ipſa domina Euſancia eius Claudiæ auia, quantũ autẽ ad bona auiæ ipſius Ioãnis, vxoris ſcilicet dicti quondam Ludouici, conſuluerunt ꝙ tan

quam

quam proximiores Bona & Aliza debẽt in illis succedere, quia dicũtur esse de trunco materno, ex quo dixi & dico ℘ in talibus neque Bona & Aliza, nec alię tres sorores debẽt in istis succedere, sed parẽtes illius vxoris quondam domini Ludouici, in quocũque sint gradu, per tex. ad literam in §. *les heritages enſuyuent* &c. ſ. eod. tit. ibi, *ſoit en prochain, ou en loingtain degrẽ*.

SEquitur ergo ex prædictis quòd, *double ligne*, vltra filios fratrum non consideratur tam de iure quàm de consuetudine.

Respondet obiecta. 8 Appellatione filiorum comprehendi nepotes, quomodo intelligendum.

ET ad obiecta in contrarium facilis est responsio: primò ad illud quod dictum est, ℘ Bar. in d. l. liberorum. v. col. ff. de verb. signi. † dicit, ℘ appellatione filiorũ continentur nepotes in statutis, qñ per statutũ disponit id quod iã erat de iure cõmuni introductũ: ad istud dico ℘ istud crederẽ esse verum, qñ ius cõmune dispoſuisset idẽ esse in illo casu in nepote sicut in filio, quia tunc si statutũ disponeret postmodũ id quod iã erat dispositũ de iure cõmuni in filio, licet de nepote nullã fecisset mentionẽ, ℘ tunc statutũ deberet extẽdi & interpretari vt etiam intelligeretur in nepote. Sed quando non est statutum de iure communi de nepote, imò est expresè decisum in cõtrariũ, ℘ nepotes in hoc casu non cõprehendantur, hoc casu statutũ nõ facit ℘ appellatione filiorũ contineantur nepotes, & maximè quia per hoc sequeret correctio iuris: ex quo sequitur ℘ tunc appellatione filiorũ nepotes nõ con-
9 tinentur. nam vt dicit Bar. in d. l. liberorũ. in v. col. † illud quod dicitur, ℘ appellatione filiorũ continentur nepotes, istud est ex interpretatione extensiua, quod satis bene probat text. in l. iusta in interpretatione. ff. de verb. & rerũ signifi. sed iniquũ esset ℘ per interpretationẽ tolleret succeſſio illis quib' debetur ex lege & dispositione iuris, scilicet authẽ. post fratres. C. de legit. hæredib. & ita in simili arguit Alex. in apo. ad Bar. in l. Lucius, *la ſeconde*. ff. de hære. insti. imò etiam si hoc esset verum in hoc statutò, sequeretur ℘ per subauditionẽ & interpretationẽ corrigerẽtur iura, de quibus suprà, quod est contra gl. multũ notab. in c. cupientes §. ℘ si per viginti. in ver. petere. de elect. in vj. quam alleg. Ias. in l. frater à fratre. in xij. col. in lect. ff. de condi. inde. & in authẽ. nouissima. in xj. col. C. de inoff. testa. & in l. emancipata. in pen. col. C. qui admit. Barb. cõſi. xij. in x. col. in j. vol. nam ex quo in hoc est cõsuetudo quæ scripturã limitat, ita vt non extẽdatur vltra filios fratrum, per verba in ea posita, *& non plus auant*, cũ sua limitatione debet intelligi, nec potest ampliùs restringi, aut ampliari, per ea quæ dicit Franc. Cur. antiquus in consi. suo xiij. in iiij. col. & consi. xxxv. in x. col. imò etiam qñ talia verba nõ essent in consuetudine nostra
10 Mens statuti non præsumitur contra dispositionem iuris. idem esset dicendum, cùm † mens statuti nunquã præsumitur contra iuris dispositionẽ. l. ij. C. de cõdi. inser. l. fi. C. de sentẽ. pas. l. Titia. §. idem respõdit. ff. de verb. oblig. & Franciſ. Curt. antiquus consi. suo xxvij. in iij. col. & ideo etiam si in consuetudine nostra non essent talia verba, *& non plus auant*, quantum ad nepotes relictum esset & omissum per consuetudinem nostram, ex quo recurrẽdum est ad iuris communis dispositionem. l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. l. si cum dotẽ. in prin. ff. ſol. mat. l. commodiſſimè. ff. de liber. & posthu. Or sic est nunc ℘ de iuris communis dispositione nepotes non comprehẽderentur, vt suprà dictum est in prin. per gl. & doc. in d. authen. post fratres. & Iaco. de Beluiſo in §. si verò neque fratres. in authen. de hære. ab inteſta. venienti. & Nico. de Vbal. in suo tracta. ſucceſſionũ ab inteſta. in tertia parte principali. in iij. col. igitur. &c. ¶ Imò expresè in hoc casu authen. vnde ſumitur dispositio authen. ceſſante. excludit vltra filios, cùm dicat, huiusmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis solis præbemus fratrũ masculorũ & fœminarũ filiis, aut filiabus, vt in suorũ parentũ iura succedant. nulli alij omnino personæ ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur. & sic ibi ius tantum disponit quantum consuetudo.

QVid dicendũ ad Bologninũ in addi. ad Matthæũ Matheſil. quem ſ. alleg. dicentem, ℘ veritas est ℘ concludatur vltra nepotes, prout tenet Iac. de Beluiſo. dico ℘ corruptè eum allegauit, & ℘ debuit eũ allegare pro opinione contraria: & ita eũ alleg. Paul. de Caſt. in d. auth. post fratres. vbi doct. istud tenent post gl. Quæ quidẽ cùm cæteris melius intelligat, tenenda est, prout dicit Bart. in consi. suo quod incipit, Andriſiolus. & dicit idem Bar. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. ℘ authoritas gl. est maior cæteris. & Bald. in l. cùm hæreditas. C. depoſ. dicit † ℘ authoritas gl. omnes alias antecellit. & idem Panor. in c. j. de const. plura per Ias. de authoritate gl. & per do. meum Claudiũ de aquis, in repet. l. vt vim. in antepenul. col. ff. de iusti. & iure. quæ hîc non transporto, cùm non sint necessaria.

11 *Gloſſæ authoritas magna.*

LImita † hunc §. cũ d. authen. ceſſante. nõ habere locũ in feudalibus. Bal. & Aluaro. in c. j. in fi. de ſucceſſio. fratrũ, & gra. ſucceden. in feud. Alex. conſi. ix. ad finẽ. in v. vol. Iacob. de S. Georgio in suo tractatu feudorũ, in gl. pro ſe & eorum filiis. Franc. Curt. in tract. feudorum. in iij. parte principali. in xxxij. cha. verſi. vj. quæro. sed licet istud sit verum de iure, crederem contrariũ esse de consuetudine nostra, per tex. nostræ consuetudinis, & ea quæ ibi dixi in §. *en choſes feodales*. suprà titu. de feudis. vbi dixi ℘ feuda in regno Franciæ sunt redacta ad instar patrimonialium.

12 *Authen ceſſante.*

LImitatur tñ supradicta nostra cõsuetudo, quando tractatur de ſucceſſione deſcendentiũ, vt puta, Titius habuit duas vxores: ex prima Mæuiũ & Semproniũ fratres cõsanguineos & vterinos, ex secũda habuit filiã Corneliã. Mæuius deceſſit relicta Alexia eius filia, quæ demũ obiit, & de eius ſucceſſiõe agitur inter filios Sẽpronij, volẽtes tanquã cõiuncti defunctæ duplici vinculo excludere filios Corneliæ coniunctæ ex vno parente tantũmodo, scilicet ex parte patris. dubitatũ fuit quid iuris? & videbatur per tex. huius consuetudinis ℘ filij Sempronij debẽt excludere filios Corneliæ, propter duplex vinculũ consideratũ in cõsuetudine nostra generaliter, & sine distinctione. & ideo ita intelligẽdũ erat arg. l. de pretio. ff. de publicia. in rem act. & gl. in ru. C. etiã ob chirog. pecu. Sed cùm casus veniſſet in facto in parlamẽto Burgũdię, fuit decisum cõtrariũ, ad vtilitatẽ honorabilis ac sapiẽntis viri magiſtri Philip. le Lieure aduocantis & patrocinantis in d. curia, eo ℘ duplex vinculum non consideratur in ſucceſſione deſcendentiũ, sed tãtummodo gradus, vt in terminis voluit Bar. l. poſt consanguineos. §. legitima. ff. de suis & legi. hær. p §. ſin verò neque fratris. in ver. secundũ gradus prærogatiuam. in auth. de hæred. ab inteſt. venient. col. ix. idem soluit Bal. in auth. ceſſante. C. de legi. hære. Pau. de Caſt. in auth. poſt fratres. eo. tit. Alex. in apoſt. ad Bar. in d. §. legitima. & facit in §. huiusmodi verò priuilegium. in auth. de hæredi. ab inte. venient. vbi dicit tex. ℘ est priuilegium fratribus & eorũ filiis coniunctis duplici vinculo, siue parente vt prę ferantur in ſucceſſione fratrsi mortui aliis coniunctis vno vinculo tantummodo: si ergo est priuilegiũ, nõ est vltra casum extendenda. l. qđ verò cõtra. & l. ius singulare. ff. de legi. Et sic ista consuetudo procedet quãdo agitur de ſucceſſione aſcẽdentium, non de

Consuetudinis limitatio.

BIU Cujas

ſcendentiũ, vi in caſu prędicto, quia cùm ſit dubia, venit declarãda ſecũdũ ius cõe. l. ij. C. de noxalibus, cum ſimilibus. & expreſſe ita cauetur infrà, in fine harũ cõſuetudinũ. & ſi dicatur q̃ ita intelligẽdo iſtã cõſuetudinẽ, nihil ad ius cõe addet, contra doctrinam Bart. & doc. in l. ij. ff. de vſuca. dic q̃ hoc non videretur nouũ, cùm habeamus plures cõſuetudines quæ nihil addũt ad ius cõe. Et iõ meliùs vt cõſuetudo ſit nulla, q̃ ſit iuri cõtraria, vt dicit Bal. in l. j. per illũ tex. C. de pac. pign. ¶ Adde Alex. in cõſ. ſuo clxvj. in v. vol. vbi vĩ alio modo limitare hãc noſtrã cõſue. de qua ſ̃. dixi in gl. ij. Sed qũo hoc caſu ſuccedãt filij fratrũ filio fratris, an in capita, aut ſtirpes? dic q̃ in ſtirpes, vt tenet cõſuetudo noſtra ſuprà poſita in hoc tit. §. ix. inci. *s'ils ſont pluſieurs*, in his verbis, *ou autres*. & eſt etiam de iure, vt ibi dixi.

IN TEXTV IBI,

Sauf le droict des heritiers maternels deſdicts enfans.

ISta conſuetudo in his videtur in ſe implicare cõtra rietatẽ in generalitate ſui diſpoſiti, & in hac limitatione. Nam ſi duplex vinculũ habeat locũ in filiis fratrũ in omnibus bonis, quomodo poteſt habere locũ prędicta limitatio in filiis fratrũ in bõis maternis, quę ſecundũ illam debẽt illis remanere ſalua? & adhuc me magis facit dubitare illud verbũ, *tous*, cùm qui totũ dicit, nihil excludat. l. Iulianus. ff. de leg. iij. Cogitet alter & ſoluat. ¶ Cogitãdo ſolutionẽ iſtius dubij nihil aliud dicere poſſum, niſi q̃ eſt error. Et poſt hæc verba *maternels*, debent poni hæc verba, *ou paternels*. & hoc modo bene ſtabit conſuetudo, & poterit habere locum, aliàs de nihilo operarentur talia verba.

QVicquid ſit, hæc verba huius conſuetudinis poſſunt ſtare, & vidi caſum in terminis de duobus filiis duorũ fratrũ, quorũ vnus habebat fratres ex latere materno, qui mortuus eſt relicto filio fratris ſui patris, & relictis ſuis fratribus vterinis. Nam filius fratris ſui patris ſucceſſit in omnibus bonis præterquã in bonis maternis, in quibus ſui fratres vterini ſucceſſerũt. Et ita dixi in caſu emergenti, propter hæc verba huius cõſuetudinis, quæ non ſunt fruſtratoria, nec implicant contrarietatem, quicquid aliàs ego dixerim.

ET ſic hoc modo eſt dabilis aliusintellectus ad hãc conſuetudinẽ, ſ. q̃ hæc cũſuetudo habet duos articulos diuerſos & ſeparatos, qui ſunt diuerſi & in iure & in facto, vt videri põt, quoniã primus eſt cõtẽtus in his verbis, *double ligne a lieu entre freres & ſœurs germains au regard de tous leurs biens*. ſecundus verò eſt contentus in his verbis ſequẽ. Et *auſſi a lieu entre les enfans deſdicts freres & ſœurs germains, ſauf le droict des heritiers maternels deſdicts enfans, & non plus auant*. & hic ſecũdus caſus loquitur tãtùm quando eſt quæſtio de ſucceſſione filiorum fratrũ inter eos, vt ſatis denotatur perdictionem, inter, quæ includit nominatos, & excludit alios. & in hoc caſu voluit q̃ duplex vinculũ habeat locũ cũ reſtrictione tantũ §. viij. inci. *les heritages enſuyuent*. per hãc clauſulã, *ſauf le droict des heritiers*. quo caſu non eſt quæſtio de omnibus bonis, prout in primo. & ſic etiã vĩ q̃ per hãc conſuetudinẽ nõ ſit cõprehenſus caſus, qñ filij fratrũ ſuccedũt cũ patruis, ex quo in hoc caſu non impedietur incluſio illius in d. §. *les heritages enſuyuẽt*. qui quidem §. eſt generalis, cõprehẽdens oẽs caſus in quibus eſt quæſtio de ſucceſſione bonorũ ꝓuenientiũ ex diuerſis trũcis. & quia hic §. ſequẽs ponit caſum ſpecialẽ in quo nõ trũcant, ſ. in ſucceſſione fratrũ ex vtroq; latere, in illo caſu impeditur incluſio generalis in d. §. vt dixi ſ̃. in d. §. *les heritages*. in gl. *en prochain*. in fine. & in §. præcedenti. in gl. *en pareil degré*. ex quo ergo alius caſus, ſ. quãdo filij fratrũ ſuccedũt cum patruis, non eſt ſpecialiter cõprehẽſus poſt regulã generalẽ illius §. *les heritages enſuyuent*. remanebit cõprehẽſus ſub illa generalitate, per interpretationẽ iſtorũ. ſtatutorũ in eodẽ volumine: ne vnũ cõtrarietẽ alteri. & ita debet fieri interpretatio de plurib⁹ ſtatutis in eodẽ volumine cõtẽtis, ita q̃ vnũ debet interpretari ꝑ aliud vt dicit Bar. in extrau. ad reprimẽdũ. in verb. nõ obſtã. Ro. in cõſi. cccxcix. inci. vt præſens conſultatio. Alex. in conſi. lxxx. in iij. col. in j. vol. & in cõſi. cxlj. in iij. col. in ij. vol. ex quo non remanebit ille caſus tanquãomiſſus ſub diſpoſitione iuris cõmunis, quia ſatis eſt cõprehẽſus in cõſuetud. noſtris. cõtra opin. tamen aliquorũ aduocatorum & Diuionen. & Pariſien. pro opinione quorum videtur facere conſi. Alex. in conſi. clxv. inci. ſuper propoſita quæſtione. in v. vol. ſed ibi non habẽt ſimilem conſuetudinem prout habemus.

IN TEXTV IBI,

Et non plus auant.

ET fundant hæc verba in auth. de hære. ab inteſta. veniẽtibus. §. ſi igit' defunctus. in verſ. huiuſmodi verò priuilegiũ in hoc ordine cognationis ſolis præbemus, &c. de quo videri põt Bar. in l. ij. §. legitima. ff. de ſuis & legiti. & videat' Alex. in cõſil. ſuo clxv. incip. ſuper propoſita qõne. in v. vol. hîc antè alleg. qui allegat conſiliũ Pau. de Caſt. quẽ videas in dicto conſilio.

QVid operetur hæc dictio, & non vltrà, videatur amplè per Guil. Benedicti in ſua repet. c. Ray. in verbo, Alterochæ filiæ. de teſtamentis. vide tamen caſum hîc antè poſitum, vbi prædicta ſucceſſio vltrà extendatur propter repræſentationem, quæ habet locũ in omnibus ſucceſſionibus.

§. DVODECIMO.

FEmme marice de pere & de mere par mariage diuis, viuãs ſes pere & mere, & à laquelle eſt conſtitué dot & mariage diuis par leſdicts pere & mere, ou par ledict pere ſeulement, viuant ladicte mere, ne retourne point à la ſucceſſion deſdicts pere & mere, ne les deſcendans d'elle, tant qu'il y ait fils ou enfans maſles deſcendans dudict fils, s'il ne luy eſt expreſſement reſerué par ledict traicté. Et n'entend-on point par ce priuer la femme de ſucceſſion collaterale, ne d'autre donation que ſes pere ou mere luy voudront faire, ſans tiltre de hoirie.

IDem in comitatu Niuernenſi, & Burgundiæ. idem in patria Aluerniæ. Idem in ducatu Borbonij. ¶ Hi enim qui talia per cõſuetudinem introduxerunt, naturæ accuſatores dicuntur. l. maximum vitium. C. de lib. prẽter. Si enim vitiũ eſt mulieres naſci, id potiùs patri quàm matri adſcribendum eſt. l. lege xij. tabularum. C. de legiti. hæred. imò expedit vt mulieres naſcantur, ad hoc vt alios maſculos poſsint concipere. Sed pro certo

Accuſatores naturæ.

certo credendū est hæc dispositā esse nō propter odiū mulierū, sed potius ꝓpter fauorē masculorū. † videt enim honor domus & familiæ magis cōseruari si hereditas veniat ad masculos quàm si ad fœminas. Ad hoc bene facit tex. in §. quod ad fœminas. instit. de legiti. agna. succes. ibi, qđ nō ita constitutū erat, quia cōmodius videbat ita iura cōstitui, vt plerunq; hæreditates ad masculos confluerent. Et ideo vī ꝙ mens statuētiū fuit fauere agnatis, vt agnationi salua sit dignitas. l. ab omnibus. circa princ. ff. de leg. j. l. j. §. si seruus. ff. de vētre inspiciē. l. super statu. C. de quæstio. † Constat autē ꝙ per diuitias familiæ conseruātur, & honestas perit propter inopiā. l. j. ff. de custo. reorū. in auth. de defen. ciui. in prin. §. j. coll. iij. & l. si creditores. ff. de priuile. credit. l. pietatis. C. de suspec. tut. † imò egestate sordentibus vita est suppliciū, & mors solatiū. l. quis. C. ad l. Iuli. maie. † familia enim propriè cōsistit in agnatis. l. pronūtiatio. ff. de verb. signi. & ideo dicit Soci. in cōsi. suo xxx. in iij. col. † ꝙ statuta excludentia à successione fœminas dotatas existentibus masculis, sunt introducta in fauorē agnationis & familię. Et dicit Frā. de Curte in cōsi. suo xl. in v. col. inci. Dominus labia &c. vim præsentis. † ꝙ talia statuta quę excludūt fœminas propter masculos, censentur moueri ratione agnationis conseruandæ, † quæ per masculos conseruatur, nō per fœminas, cùm trāseant in alienā familiā. l. cū in adoptiuis. C. de adop. & Soc. in d. consi. suo xxx. & dicit Socin. in consi. suo xxxj. ꝙ licet hæc ratio sit omissa à statuto, tñ debet haberi pro expressa. Idē tenet Ludo. Rom. in consi. suo xvj. inci. Viso themate consultationis. in ij. col. & in consil. xxxij. Et plura ad hoc alleg. Franc. de Curte senior in consil. suo lxxx. in iij. & iiij. col. vbi plenè & ad satiuritatem. Barb. verò in consi. suo xiij. & in consi. xiiij. & in consi. iiij. in j. vol. multū bene explicauit hanc rationē huius statuti, disputando an sit rationabile, vel irrationabile. Et licet Bal. in l. iij. C. si penden. appella. mors interue. in fi. dicat, † ꝙ talia statuta sunt cōtra naturalē rationē. & idē Bal. in l. intestato. ff. de legi. tut. dicat, † ꝙ tale statutū per quod filia dotata non succedit. nō est rationabile. & ita etiam dicit in c. j. de feud. cognitio. & ideo dicit Bar. in l. j. C. de sum. tri. & fide ca. in vj. q. † ꝙ tale statutum tanquā odiosum & irrationabile nō debet extendi ad bona alibi sita. & Frā. de Curte in cons. xliiij. inci. Statuto seu consuetudine. in xij. col. cum sequē. † dicit talem consuetudinem restringēdam ad personas mentionatas, nec extendendam, cùm sit odiosa & irrationabilis. quod tenēt multi doctores allegati per eundem Curtium in d. consi. lxxx. in ij. col.

ADDITIO. Matt. de afflic. in d. constit. regni Siciliæ, quæ incipit, in aliquibus. in ij. no. in iij. lib. dicit ꝙ tale statutū est cōtra oīa iura, vt ibi declarat. & in iij. q. dicit ꝙ tale statutū est odiosum. Albe. Bru. in tract. de statu. excludēte fœminas à successione, quærit de multis. Primò, & in j. art. an talia statuta valeant. & est fol. ij. Secundò verò, & est fol. iiij. quærit de origine horū statutorū. Et tertiò eodē fol. iiij. quærit qua ratiōe sint facta talia statuta. Quartò verò, fol. v. quærit an talia statuta sint fauorabilia aut odiosa. ¶ Tamē Barb. in dictis consiliis, maximè in consi. iiij. ſ. allegat. † dicit illud esse fauorabile duplici de causa. Primò ratione cuiusdam recompensationis, & ex cōsuetudine modernorū temporum, ex qua cōsuetudine probabiliter sequitur coniectura mētis, & ratio statuentis. l. si seruus pluriū. §. fi. ff. de lega. j. Est enim cōsuetudo moderna, vt superstites agnati subeāt onera defunctorū ad propulsandū iniurias actiuè & passiuè & ad similia multa onera, & incōmoda. Est ergò æquū vt ibi collocentur cōmoda prouenientia ex agnatione vbi collocātur incōmoda. l. j. §. fi. ff. de aqua pluuia arcen. hæc ratio nō multū militat, nisi in feudis, in quib⁹ mulieres sunt incapaces, quia in allodialibus & aliis negotiis possent fœminæ subire onera aut per se aut p alios, ideo prædicta nō mihi videntur multū seruire. ¶ Secūda ratio est, quæ suprà dicta est, ſ. propter publicā vtilitatē, quę expostulat facultates suas singulis agnationib⁹ cōseruari, vt familiarū salua sit dignitas, & honor. d. l. j. §. si seruus. cū aliis ſ. alleg. quia maiores diuitię necessarię sunt masculis ad agnationē, & honestatē familiæ cōseruādā. l. Titia cū testamēto. §. Lucius. ff. de lega. ij. & ibi Bal. dicit hāc esse rationē taliū statutorū. Et etiā dicit Alex. in consi. suo xx. in ij. col. & in consi. suo lx. in j. col. inci. Stat statutum. Et ideo dicit August. de ciuitate Dei lib. iij. † ꝙ per diuitias in familiis decus & honor conseruatur. Et apud Iuuenalē Satyricū præclarè scribitur, *Haud facile emergunt quorum uirtutibus obstat Res angusta domi.* Et ideo hac ratione debet dici dicta consuetudo rationabilis, maximè etiā † quia honores & munera publica potioribus & honestioribus indicenda sunt. l. honores. ff. de decu. † interest enim reipublicæ per ditiores & digniores regi, non per pauperes & abiectos. d. l. honores & in auth. de defen. ciuita. in prin. & §. j. & constat honores & munera publicorum gerendorū officiorū ad virilem sexum pertinere. l. fœminæ. ff. de reg. iur. Igitur prædicta ratio fuit bene cōiecturata, maximè etiā quia istud est de iure diuino & lege Mosaica, vt excluderētur sorores ad succedendū existentibus masculis, vt habetur num. 27. homo cùm mortuus fuerit absq; filio, ad filiā eius trāsibit hęreditas, ergo si habeat filiū, nō transibit hęreditas ad filiā. De hoc textu facit mentionem Iaſ. in l. qui se patris. in quinta col. C. vnde liberi. vbi quærit an hodie in successionibus illa lex Mosaica seruetur. Intellige tamē prædictam esse rationabilem quando mulier seu filia est dotata, prout est in casu nostræ cōsuetudinis, vt dicit & tenet Ioannes de Imola in l. Titio centum. §. j. ff. ff. de cond. & demonst. & doctores suprà alleg. in pluribus locis, maximè Barba. in dictis cōsiliis, & Franc. de Curte in locis suprà alleg. † Et ideo dicit Bal. in c. j. de feudi cognitione. ꝙ statutum disponens ꝙ filia nō succedit, sed sit dote contenta, stātibus masculis agnatis, tenet. Et idem voluit in l. cum lege Leonina. C. de epiſc. & cler. idem Bal. in cōsi. suo, quod incipit, Mart. Io. de Florētia. quod est positum inter consilia Ange. nu. 68. & Barb. in c. sicut consuetudo. in xvj. colum. de proba. & plenè per eum in rub. de succes. ab intest. vbi tenuit † ꝙ illa l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. tenet indistinctè, & statuta terrarum in contrarium sunt abusiua.

1 Ratio quare hæreditas potius ad masculos quā fœminas deueniat.

2

3 Egestatis incōmoda.

4

5 Nota de statuto excludente.

6

7

8

9

10

11 Quod ita statuta sint fauorabilia.

IN TEXTV IBI, Femme.

QVæro † quid de vno filio qui habuit viuente patre donationem propter nuptias? videtur quod sit idem, quia correlatiuorum est eadem ratio. Dic ꝙ non est verum, quia non est eadem ratio in vno sicut in alio, vt tenet in specie do. meus Iaſ. in ru. de acquir. posſeſſ. ff. in fine.

1 De filio qui habuit bona propter nupt.

ITem quid † de nepte maritata per auum? vide Bald. in consi. suo xxx. incip. Præsuppositio statuto quòd filia à patre dotata in j. volum. in ij. col. & vide Francis. de Curte in consi. suo xxxiiij. in v. & vj. colum. vbi dicit quòd idem est in filia fratris quæ est neptis, dotata ab auo. quod an sit verum, dicam infrà in cōclusione

2 De nepte.

13 Augustinus. Iuuenalis.

14

15

Mosaica lex excludit fœminas a successione.

16

l. maximū vitium.

BIU Cujas

harum conſuetudinum,in gl. *qu'ils ne fuſſent comprins.*

IN TEXTV IBI,
Mariee.

1 De deſpõſata tãtũ.

QVæro quid ſi † fuerit deſponſata ? Bald. poſt Iac. de Rauen.& Petr.in l.non ſine. C. de bo. quæ libe.quærit hãc quæſtionem,& dicit, aut ſtatutũ dicit, mulier dotata non ſuccedat, & tunc intelligitur ſiue ſit maritata,ſiue non, ſiue ſit dotata in teſtamẽto patris,ſiue antè: aut ſtatutum dicit ꝙ mulier maritata & & dotata,& tunc non ſufficit ꝙ ſit deſponſata, ſed requiritur quòd ſit maritata. Et ita etiam videtur tenere Socin.conſi.ſuo xxx.in ix. col.

ADDITIO. Et intellige ꝙ ſufficit quòd ſemel ſit dotata,quoniã ſi perdat dotem,non tenetur iterũ frater poſt mortẽ patris dotare,aut dare dotẽ,vt videtur tenere Mat.de affl.in conſt. regni Siciliæ,quæ incipit, fratribus.in ij.quæſt.j.nota.in iij.lib.Et de ſupradicta deciſ.ꝙ etiam non ſufficit ꝙ ſit deſponſata per verba de præſenti,ex quo tex.dicit,maritata, vide Hippoly. de Marſil.in conſi.ſuo lxj.in ij.col.vbi plura ad hoc al leg.Plenè de hoc artic.vide Albe.Bru.in ſuo tracta.de ſtatuto excludente fœminas.in vj.artic.principali, in iiij.art.illius vj.& in vij.quæſt.dicti iiij.art.vbi amplè. & ꝙ non ſufficit quòd ſit dotata ſimpliciter, niſi ſit maritata,vide eundem Albertum in xviij.q.illius iiij. artic.quæ eſt in vj.artic.principali.

ET quia ibi dicit Bal.ꝙ ſi ſtatutũ ſeu cõſuetudo diceret ſimpliciter ꝙ ſit dotata,intelligitur ꝙ ſit dotata tẽpore mortis dotare debẽtis.Ita tenet Bar.in l.q pupillã.ff.de adul.& in l.cũ plures.§.fi.ff.de adm. tut. Idem Bar.in l.Titio centũ.§.fi.ff. de condi. & demon. Faciũt quæ dicit Felin.in rubr.proœmij Decret. in iij. col.qñ dicit,quæ dicatur dotata,de quo dicã infrà eo. gl.*viuans ſes pere.*& ſufficit ꝙ ſit dotata in teſtamento, vt per Soc.in cõſ.ſuo xcij.incip.circa primũ.in iij.col.

2 De ingrediente monaſterium.

ITem † quæro, pone ꝙ aliqua filia ingrediatur monaſterium,an ei debeat conſtitui dos, ad hoc vt ſit
3 excluſa à ſucceſſione patris?dic quòd ſic, † & an illud quod offertur ſupra altare dicatur eſſe loco dotis?dic ꝙ non.prædicta dicit Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. in xxvij. col.de conſtitu.

ADDITIO.Vide amplè Geor. Natan. in repeti. c. quanuis.de pac.in vj.in xij.q. ij. quæſtionis principalis.& Mat.de affl.in conſt.regni Siciliæ, quæ incipit, in aliquibus.in vj.quæſt.iiij.nota.in iij.lib. & vide Alber.Bru.in vj.arti.principali,in v.quæſt.iiij.arti. illius vj.principalis,

4 Sponſa de futuro.

PRædicta † quæ dicta ſunt de ſponſa poſſent intelligi de ſponſa de futuro, quia non dicitur maritata, quod requiritur,eo ꝙ ſtatutum ſeu conſuetudo dicit, *Femme mariee.* prout dicit etiam Pan. in rub. de ſpon.

5 De præſenti.

& matrimoniis.† ſed quid de ſpõſa de præſenti, nunquid ſi ſit dotata,excludatur à ſucceſſione ? multa dicta ſunt ſ. in tit. *Des droicts & appartenances à gens mariez.*in §.vj.qui incipit, *Femme mariee ſelon la generale couſtume.*vbi quæſitũ eſt an ſponſa de præſenti debeat gaudere priuilegio illius conſuetudinis.Et cõcluſum eſt ꝙ ſic,& ibi poſita & allegata ſunt plura cõſilia quę nunc omitto,Socin.in conſi.ſuo lxiij.in v.col.verſ.itẽ quia dicit aliquid in ſpecie.cogita tamẽ ex his quæ dicta ſunt ſupra in d.§. *Femme mariee.* ¶ Videmus † vt in pluribus(ne dicam omnibus)locis filiæ ſine conſenſu patris & matris ſe maritant,& accipiunt maritos. An hoc caſu poſt matrimonium cõſummatum poſſit pater tali filiæ ſic maritatę ſine voluntate & cõſenſu ſuo dotem conſtituere,ad finem & effectum ꝙ ſit excluſa

6 Non de ſi latibus nubẽtibus citra voluntatẽ patris.

in vim huiuſmodi conſtitutionis dotis?Videtur ꝙ ſic, cùm à fortiori in tali caſu videretur ꝙ pater poſſet eã exhęredare,vt dicit & tenet Pau.de Caſt.in l. ſi filiam. C.de inoffi.teſt.quem alle.Decius in regula, nuptias, ff.de reg.iur.vbi dicit,ꝙ valeret ſtatutũ per quod pœna filiis contrahentibus matrimoniũ ſine conſenſu patris imponeretur,ſecũdũ Bal.in l.omnẽ.C. ad Tertull.& faciunt quæ dicit Bar.in l.edicimus.C.de murile.lib.xj.in fi. & quæ dicit idem Bal.in rub. de conſuetu.ergo hoc caſu multò fortius dotem conſtituere & eidẽ conſtituendo repellere eam à ſua ſucceſſione poteſt.Credo † ꝙ licet ſeipſam maritauerit, & ſit matrimonium conſummatũ,etiam ſine conſenſu patris, 7
ꝙ poteſt petere dotem.gl.in c.fi.xxxij.q.ij.in gl. j. ver. nunquid ergo. & xxxvj. quæſt.j.in c.de raptoribus.† 8
nec eſt verum ꝙ hoc caſu poſſit exhęredari,vt per plura tenet Pet.de Anc.in conſ.ſuo xx.Alex.in conſ.xcvij. in j.vol. Decius in d.regula nuptias. ¶ † Sed veniendo, ad propoſitum, ſi etiam iam ſit maritata filia ſine cõſenſu patris,poteſt eidem pater conſtituere dotem,& eidem dare pro ſua parte & portione quid, & iubere eam eſſe contentam,ſecundum formã conſuetudinũ, quia aliàs ex ſuo actu illicito & prohibito conſequeretur commodum,quod non eſt dicẽdum: imò vt dicit Bal.in l.fi.col.iij.quem ſequitur do.meus.Iaſ.in vj. col.C.de pac.quòd ad hoc vt filia dotata excludatur à ſucceſſione,ſufficit quòd eidem offeratur dos.

ADDITIO. Vide Guil. Benedicti in repe.c.Rayn. in verbo,duas habens filias.nu.168.de teſt.& ibi plura tractat de materia huius ſtatuti ſeu conſuetudinis. Et quid de filia quæ non vult dotari vt non excludatur,vide Albertum Brunum in dicto ſuo tractatu,de ſtatuto,excludẽte fœminas. in xij. quæſt.iiij.art.illius vj.arti.principalis.& dicam infrà in glo.*par leſdicts pere & mere.*

ADde quæ dicit Iaſ.in l.ij.§. quod ſi in patris poteſtate.col.vj. ff. ſolu. matr.vbi quærit an filia quæ nupſit ſine conſenſu patris exhæredari poſſit. Et dixi alibi in meo Catalogo gloriæ mundi,in vltima parte in conſideratione quæ de præceptis iuris tractat.

ADuerte ad vnum, ꝙ iuſtitiarij debent ponere ad manum ſuam pupillas, & facere inhibitiones ne copulentur in matrimonium,vt dicit Io.Fa. in l. cum de nuptiis.C.de nup.quod nota.

IN TEXTV IBI,
De pere & de mere.

ADuerte,quia officium patris eſt dotare filiam.dixi infrà hoc cod. §.in gl.*ne retourne point.*ſed plenè per G.Benedicti in ſua repet.c.Rayn.in verbo,dotem quam ei dederat.in princ. de teſta. vbi etiam dicit, ꝙ pater tenetur & cogi poteſt aſſignare filiæ nubenti donationem propter nuptias.& ibi, quomodo pater poteſt cogi ad dotandum. Et ibi quid de patre naturali,& in fine quid de patruo:an teneatur dotare neptẽ, quid de matre, vel auo materno, quid de filio:an teneatur dotare matrem,& an frater ſororem,quid etiã de clerico beneficiato,an teneatur dotare ſororem de fructibus ſui beneficij.vbi dicit ꝙ ſic.de ſupradictis dixi infrà.in gl.ſuprà alleg.

ADDITIO. Sunt aliquæ conſuetudines quæ dicunt, quòd debet dotari à patre & matre, & tunc ſi dotatur ab vno tantùm, non eſt excluſa à ſucceſſione alterius, etiam licet renuntiauerit,vt tenet Decius in d. l. pactum. in iiij. colum. in iiij. limitatione. C. de colla.& amplè per Alber.Brun.in tractatu ſuo iiij.iiij. artic. vj. articuli principalis. Et quid de maritata ab

auo,

BIU Cujas

auo,patruo,& aliis,vide ibidem,& per Matth.de affl. in const.quæ incipit,vt de successionibus.in iij.quæst. xj.notab.in iij.lib.

IN TEXTV IBI,

Viuans ses pere & mere.

1 Tempore mortis debet esse dotata.

NOta ergo† q requiritur quòd sit dotata tempore mortis eorum.Bart.in cons.xxxj.incip.In nomine domini.& si tempore mortis non reperitur dotata venit ad successionem.ita tenet Soc.in cons. ccxcvj. & Bal.consi.cxcvj.in iij.parte.vide Alex.in consi. xiij. in iij.vol. vbi plenè.

ADDITIO. Vide Ias. in l. fin. in vj. col. C.de pact. Corneū in consi. clxxj. in litera C, & D, in iij. parte. plenissimè per Albe.Bru.in tractatu de statuto excludente fœminas.in inj.arti.vj.arti.principalis.in xvj.q. illius iiij.articuli.

2 SEd pone† q testator in suo testamento dicat, volo q filia mea habeat dotē,vel partē de iure sibi proueniētē:an intelligitur excluſa, intantū q dando sibi dotē intelligitur excluſa à successione?vide Ias.in l. omnes populi in j.lect.in ij.col.ff.de iusti. & iure. adde

3 †an si pater dotauit filiam in testamēto,an filij teneātur eam alimētare de suo donec nubat?vide Nicol.de Nea.in l.qui filium.ff.vbi pupillus educari debeat.

4 ADde etiam† si pater dicat in suo testamento,volo q filia mea habeat cētum pro sua dote cùm erit nubilis ætatis,an possit petere ante tempus? Ias. in l. extraneum.in iiij.col.C.de hære.instit.& Bal. in cons. cxcvj.in iij.parte.Et aduerte quia(vt dicit Ias.in l.ij.in iij.col.C.de instit.& substi. in verbo,conditio.)potest petere post tres annos pubertatis.

IN TEXTV IBI,

Et à laquelle est constitué dot & mariage.

QVare hîc dicit,*dot & mariage*?vtrùm ista duo verba sint diuersa,an verò dictio, *mariage*, idem sonet quod verbum,*dot*?Nā vtrumq; de per se est verbū iuris,quoniā dos est terminus legalis.de quo habetur per Bar.in rub.ff.sol.mat.in iij.q.vbi dicit, q est quod dā ius vniuersale.Et dicit Decius in cons.cvj.in j.vol. q dotare significat effectū iuris.Et verbū,*mariage*, est propriè terminus vulgaris ex vulgo introductus, & sumptus ab actu principali qui fit: ratione cuius dos cōstituitur,& quasi videtur vnū & eundē effectū importare.& sic dictio, &, posita inter ista duo exponet pro id est,secundū Bar.in l.j.ff.de pact.& nō secūdum quod capit Ias.in l.ij.in v.col.C.de success. edicto.scilicet augmētatiuè.quia nō posset in hoc casu dari augmētatio,nisi diceretur q dos intelligatur quo ad mobilia,& maritagium quo ad immobilia,quod fieri nō potest,cùm per hoc tolleretur effectus istius dictionis dos,cùm dicatur quoddam ius vniuersale,vt dictū est quod non est dicendum per huiusmodi interpretationem satis friuolam nec iuri consonam, igitur &c.

IN pluribus casib⁹ vidi multos rusticos, q cùm suas filias maritant, nunquā faciunt contractū de cōstitutione dotis.Postmodū vidi post aliquod tēpus, volebāt filiæ venire ad successionē,opponebāt fratres q sorores eorū fuerunt maritatæ per patrē & matrē, & viuētibus patre & matre,sed semper eos interrogaui, poteritis probare q fuerit eis constituta dos diuisa,& q fuerint maritatæ per maritagiū diuisum, hoc est q habuerint dotē diuisam?certè paucos vidi q hoc possent probare, ex quo nō est dubiū q nō sunt excluſæ à successione patris & matris,etiā existētib⁹ masculis.

†nāvt videmus,hęc cōsuetudo nostra seu statutū multas qualitates requirit ad hoc vt filia sit excluſa à successione patris & matris.Primò requiritur q sit maritata.Secūdò q sit maritata viuēte patre & matre.Tertiò q sit dotata à patre & matre,vel à patre viuēte matre,& ideo ad hoc vt quis possit iuuare fede dicta cōsuetudine vel statuto,debet deducere & probare qualitates ab eo requisitas:secundū Bar.in l.j.ff. de cond. ex lege.no.Io.And.in c.j.de homicid.in vj. Bal. in l.hi qui ad ciuilia.C.de appell.Ang.in l.fideicō.§.tractatū ff. de iud. sed consuetudo nostra requirit filiam esse dotatā, ergo nisi probetur q filia ēt maritata à patre, & matre sit dotata,& habuerit dotē diuisam,non habebit locum dictū statutum, seu dicta cōsuetudo nostra.facit† quia qñ lex vnū præsupponit, & aliud decidit,non habet locum decisio,nisi probetur præsuppositū.gl.est no.in l.mancipia.in verbo,aduocandū.quā ad hoc ponderāt Iac.But.& Fulg.C. de ser. fug. Sed in casu nostro,& in nostra consuetudine præsupponitur filiā esse dotatā, & decidit cōsuetudo eam excludi superexistētibus masculis, ergo nō habet locū dispositio dictæ cōsuetudinis,nisi probetur q filia fuerit dotata,prout requirit & præsupponit consuetudo.& ita dicit & tenet Soc.in consi.suo lxiij.in iiij.col.vers.capiendo etiā secundā viā.& Alex.in cons.suo xiij. in v. & vj.col.in iij.vol. ¶Istud est iuridicū,† cùm quod nō

5 potest fieri per pactum non potest etiam fieri per statutum.sed hic est, † q non potest fieri per pactum q

4 filia renuntiet successioni patris,aut hęreditati paternæ,si nō habuerit aliquid vt tenet Petrus de Anch.in consi.xxxix.inci.Pro clariori decisione.& facit tex.in c.quāuis pactū.de pac.in vj.cum dicat dote contenta. Et ita tenet,& per multa comprobat Ant.de Petru.in repetit.l.j.ff. de iureiu. quādo ponit effectus iuramēti,in quinto effectu iuramēti,ibi,ad vnū tamē aduertendu est.quem vide.Et ideo cùm talis renūtiatio fieri non possit per pactū nisi filia dote contēta,æquum est vt idem sit per statutum:† cùm quod nō potest fie

5 ri per pactū,nec etiam per statutum.glo.est in rub.C. de decre.decu. lib. x.Ias. in l.præscriptione.colum.iij. C.si contra ius vel vtilitatem publicam.Feli.in c.j.de proba. &c. Et ex istis oritur practica quæ includit q plures filiæ dotatæ non congrue impetrant reſcripta. de quibus ponit practicam Anton.de Petru. in dicto loco hîc antè allegato. quare vide eundem.

VIde Guil.Benedicti in c.Rayn.in verbo,duas habens filias.nu.204.de testa.vbi dicit, q filiæ propter enormissimam læsionem restituuntur, & cōtractus rescinditur.dicit tamen nu. 149. q post renūtiationem pēdente processu rescissionis contractus non admittitur ad petendum prouisionem pro alimentis.

SEd pone† q fuerit dotata vno nummo,an sufficiat 6 De dotata nummo. ad excludēdum eam à successione?Bal.in c. si proponente.de reſcrip.dicit q sic,& ita etiam tenet & refert Ias.in auth.qui rem.in v.col.C.de sacrosan.eccle. nunc autem non examino de his nummis, cùm Ias. in d.auth.qui rem.dicat aliquid,vbi nummis curatur. & plura per do.Ant.Corsetum in tract.suo de potesta te regia. post quartam quæstionem, vbi fecit tractatum de nummis.

ADuerte, † quia maior dos in vidua requiritur, 7 quàm in virgine.† Et dicitur magna, quæ est de 8 mille florenis.vide Boërium in consuetu.septenæ Biturícen.titu.de consuetud.matri.§. v. & facit id quod Lucius Apuleius non minus eleganter quàm veraciter dicit in libro de magia, in secundo. Virgo formosa & si sit oppidò pauper, tamen abundè dotata est,

Lucius Apuleius de virginitate.

1 Requisita ad hoc vt filia excludatur.

affert quippe ad maritū noua animi indolē, pulchritudinis gratiā, floris rudimētū. Ipſa virginitatis cōmendatio iure meritoq; omnib⁹ acceptiſſima eſt maritis. Nā quodcūq; aliud in dotē acceperis, potes cū libuerit, ne ſis beneficio obſtrict⁹, oē vt acceperas, retribuere, pecuniā remanere, māncipia reſtituere, domo demigrare, prēdiis cedere. Sola virginitas accepta eſt, reddi nequit, ſola apud maritū ex rebus dotalib⁹ remanet. Vidua aūt talis nuptiis venit, talis diuortio digredit⁹, nihilo affert impoſſibile, ſed venit iā alio præflorata.

IN TEXTV IBI,
Conſtituer.

EX hoc textu cōſtat ꝙ ſufficit ꝙ ſit cōſtituta, & ſic promiſſa, licet nondū fuerit ſoluta, vt tenet Matt. de affli. in conſt. reg. Siciliæ, quæ incipit, vt de ſucceſſio. in j. q. x. notabilis, vbi patificat in hoc promiſſionem & ſolutionem. in d. conſt. in iij. q. x. notab. ponit caſum de duobus, quorū vnus dat filiā ſuam filio alterius, & alter dat filium ſuum filię alterius, an vtraq; filia ſit à ſucceſſione patrum excluſa? & diſtinguit, aut dos eſt vtrique cōſtituta, & tunc vtraque eſt excluſa, aut non eſt conſtituta, & non eſt excluſa. Et intellige etiam dummodo ſit apta ad matrimoniū contrahendum, quia aliàs talis conſtitutio nihil operaretur, vt tenet Albe. Brunus in tractatu de ſtatuto excludente fœminas. in iij. & iiij. q. iiij. art. vj. articuli principalis. quem vide. & tamē aduerte ad ea quæ dicit in vltima quæſt. illius iiij. artic. ꝙ quādo ſunt plures qualitates, omnes debent concurrere, vt hīc, ſcilicet ꝙ ſit maritata, & quod dotetur à patre & matre, vel à patre viua matre, vt in xxvij. q. x. articuli principalis.

IN TEXTV IBI,
Par leſdicts pere & mere.

1 Quòd dotetur à patre & matre.

ADuerte, † quia ad hoc vt ſit excluſa, requiritur ꝙ ſit dotata per patrem & matrem, & tale ius dotandi non tranſit ad hæredes propter hæc verba, *Par leſdicts pere & mere*, prout in ſpecie tenet Iaſ. in l. cùm mota. in v. col. C. de tranſa. ſecus ſi conſuetudo diceret ſimpliciter ꝙ filia dotata ſtantibus maſculis non ſuccedat. & ibi plenè per do. meum.

ADDITIO. Vide in hoc Mat. de affl. in conſt. regni Siciliæ, quæ incipit, in aliquibus. in v. not. in iij. li. vbi ponit xv. quęſtiones in hac materia. & in loco hīc antè allegato tenet ꝙ requiritur ꝙ ad hoc vt excludatur à ſucceſſione alicuius ꝙ ſit dotata de bonis illius. ita etiam tenet Alber. Brunus in tractatu de ſtatuto excludente fœminas. in xlj. q. viij. art. principalis. dixi in conſiliis meis. in conſilio vltimo.

2 An inuita dotari poſſit.

ITem † an ſufficiat ꝙ pater offerat, etiam ſi filia nolit accipere dotem? vide ex his quæ dicit do. meus in l. ſi. in vj. co. C. de pac. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutū dicat, ꝙ debeat dotari à patribus, nō ſufficit ꝙ offerant, niſi velit dotē. & intellige ꝙ ſit dotata à patre & matre, vel à patre viuēte matre de bonis corū: ſecus ſi de bonis aliorū, puta auūculi, vel alicuius alterius, prout dicit Iaſ. in l. quoniā nouella. in ij. col. C. de inof. teſta. & in l. vt liberis. in ij. col. C. de coll. Barba. in conſi. xxxviij. in j. vol. in prin. quæ nota. faciunt quæ dicit Alex. in conſ. ſuo xiij. in vj. col. in iij. vol. Franc. de Cręma, ſingu. ſuo clxviij. incip. ſtatuto cauetur, quòd filia dotata.

ADDITIO. Si tamen cōſuetudo diceret, ꝙ etiā ſit excluſa à ſucceſſiōe patris, licet à patre aut matre ſit dotata, vt eſt cōſue. Borbonij & Aluerniæ, valet, vt dicit Bal. in l. j. C. de legi. hær. vt refert & ſequitur Geor. Natā in repe. c. quāuis pactū. in xvj. q. verſi. vj. de pact. in vj. & Iaſ. in l. vt liberis. in ij. col. C. de coll. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutū ſpecificet pſonas à quarū ſucceſſione mulier dotata excluderet, puta qa diceret, mulier dotata non ſuccedet patri vel tali: tunc ſi eſſet dotata ab vno iſtorū, ſufficit, vt ab omniū illorū ſucceſſiōe excluderetur. alle. Pau. de Ca. cōſ. cccxxxix. ita limitantē deciſionē ſupradictā. & vide Phi. Corneū cōſ. cxxiij. col. j. & cōſ. cccxxiij. in iij. parte. & cōſi. xlij. in v. col. in eadē iij. parte, in qbus alle. Bal. & Pet. de Anc. ita cōſuluiſſe. & in ſimili cōſuetudine Borbonij cōſului in cōſ. lv. & ad hoc etiā plura alle. idē Alb. Bru. in loco hīc antè alleg. ſ. in d. xvj. q. viij art. princip. verſ. niſi ſtatutū vltrà procedat. & in finē quærit ſi reperiat⁹ dotata, & neſcitur à quo, qūo præſumēdū ſit à quo ſit dotata. Aduerte tn ꝙ idē ſi mādato patris aut eius cōtēplatione fuit dotata, vt tenet idē Alber. Bru. in d. tract. in j. q. iiij. art. vj. articul. principalis, in iij. col. illius quæſtionis.

3 Dos bene merita dotem excludat.

SEd pone † ꝙ pater dederat filiæ dotem tanquam benemeritæ, an ſit excluſa? videtur ꝙ non, quia talis dos eſt aduentitia. Iaſ. l. filiæ dotem. in j. col. C. de coll. ſed iſtud ſtatutum non intelligitur quando filia habuit dotem aduentitiam, vt tenet Iaſ. in l. quoniam nouella. in ij. col. C. de inofficioſi. teſtamen.

IN TEXTV IBI,
Viuant ladicte mere.

1 SEd quid † ſi mortua matre pater collocauerit in matrimonio filiam ſuam, & eidem dotem dederit, an in dubio pater videatur ipſam filiam dotaſſe de bonis paternis, an verò de bonis maternis? an de cōmunibus? Dic ꝙ de bonis maternis. tex. eſt in l. fi. C. de dotis ꝓmiſſio. & ibi Bar, Bal. Sali. & Iaſ. in auth. res quæ. C. communia de leg. & in l. j. col. iiij. ff. ſolut. matri. & per prædicta ita tenuit Io. Sanxon. in conſuet. Turoñ. titu. *des douaires de femme noble*. art. j. in fi.

VIde tamen cōtrarium amplè. per G. Benedicti in ſua repet. c. Rayn. in verbo, dotem quam ei dederat nu. 21. & 22. de teſt. vbi dicit, ꝙ requiritur expreſſa renuntiatio bonorum maternorum.

ADDITIO. Ita etiam tenet Pet. Gerard. in ſingul. ſuo lxxj. & vide Alber. Brun. in ſuo tractatu de ſtatuto excludente fœminas. ¶ Sed adhuc eſt aliud dubium, ſi pater maritauerit filiam viuente matre, & in abſentia matris renūtiauerit filia ſucceſſioni matris, an noceat filiæ & eius hæredibus talis renuntiatio quo ad bona materna, ex quo mater non conſenſit? per conſuetudinem noſtram non requiritur conſenſus matris. ſed de iure credo ꝙ requireretur conſenſus illius ſucceſſioni cuius renuntiat, per tex. in l. fi. C. de pactis vide deciſionem Tholoſanam cccclviij.

IN TEXTV IBI,
Ne retourne point à la ſucceſſion.

SEd iuxta prædicta primò quęro quid ſi filia nō fuerit legitimè dotata, an poſſit agere ad ſupplementū dotis? Aduerte † ꝙ dos ſuccedit loco legitimæ. l. quoniam nouella. C. de inofficioſi. teſta. Alex. conſi. ſuo cxxxj. incip. tranſmiſſum eſt ad me nuper cōſilium. in j. vol. & in conſi. vij. in iij. col. in ij. vol. vbi etiam dicitur, † ꝙ ſuccedit loco alimentorum, vt notant Cy. & Bal. in l. mater. C. de iure dotiū. & idem Ale. in conſi. ſuo lxix. in j. vol. in ij. co. vbi videtur tenere, † ꝙ filia quę nō eſt bene dotata poteſt agere ad ſupplementū dotis, ſicut poſſe agere ad ſupplementum legitimæ. & ita conſului diecndo, † ꝙ dos non poterat cōſtitui minus legitima, per ea quæ dicunt Alex. in conſiliis ſuprà alleg. Ang. in conſ. cccclvij. inci. do. Gre. & in ſpecie ita dicit Bal.

1 Dos bona legitima ſuccedit.

2 Et loco alimentorū.

3 Et loco

4

Bal.in l.fi .in ij.col.C.de dotis promissio.& Bar.in l. si
5 filius.ff.de leg. iij. dicit tamen ibi Alex. † ℘ si statutũ dicat, quòd filia debeat esse contenta dote data à patre,℘ nõ potest agere ad supplementũ legitimæ. Hæc quæstio est plusquam amplissimè disputata per Soci. cõs.suo cl.inci. Dominus labia mea. qđ quidem cõsilium est positum per Alex. in addit. in lec. suis super tit.de excep. ff. post eius lectu & in fine illius consilij ponit quinquaginta doct. asserentes ℘ dos nõ debet esse minus legitima, & ℘ filiæ possunt agere ad supplementũ.Alios tenentes opinione contrarias ponit quos si casus euenerit in magna materia potes videre.& vide etiam quæ dicit Fran. de Curte in cons.suo xvj.in vij.col.ibi,& in aliis cõsului.quæ omnia nota.

ADDITIO. Vide Mat. de affl.in consti. regni Sici. quæ incipit,in aliquibus.in viij.col.in iij.libro.

6 Nota casus quãdo filia sit excluſa à legitima.

SEd vt meliùs sciatur† nunquid filia quæ est excluſa per statutum vel cõsuetudinem extantibus masculis, sit excluſa à legitima, seu supplemento legitimæ: & si sit dotata,an possit petere supplementũ congruę dotis, considerandi sunt quatuor casus, secundum quos diuersa possunt esse statuta, seu consuetudines.

7 Casus primus.

PRimus † est, quando statutum simpliciter diceret filiã debere excludi extantibus masculis,nec mãdaret eã dotari,& decedit pater intestatus filia nõ dotata:tunc isto casu filia non est excluſa à legitima, vt tenet Cy.& post eũ Sali.in l.sancimus.ad fi.C. de nu. alle.tex.in l.si quãdo.§.& generaliter.C.de inof. test.

8 Renũtiatio filij nõ includit legitimam.

†vbi filius qui simpliciter renuntiat, vel facit pactũ, in dubio non dicitur renuntiare legitimæ. & illã decisionem Cy.alle.do. meus Iaſ. in auth. nouissima in pe.col.C.de inof.testa.eundem Cy.alleg.Bal.in cons. ccccxxvj.inci.antiquũ ciuitatis statutu.in iij.parte,di cẽdo istud per d.§.& generaliter.& p notata per Gul. de Cun.in l.generaliter.ff.de transac. vbi vult ℘ renũtiatio filij nõ includit legitimã, nisi de ea expresse dicatur.& prędicta etiã tenet Sali.in d.auth.nouissima, in pe.quæsti one.Imò dico ℘ nõ valeret talis renũtiatio neq; p pactũ,neq; per statutũ,vt tenet Ant.de Petru.in rep.l.j. ff.de iurei.in quito effectu iuramẽti, qñ ponit effectus iuramẽti.& dixi antè in gl.præcedenti.

ADDITIO. Vide ad saturitatẽ Alber. Bru. in trac. de statuto excludente fœmina,in ix.arti.principali,in j.q.illius nom articuli, vbi amplissime tractat hãc materiam,& allegat infinitos doct. tandem eam concludit sub distinctione duorum membrorum.

SEd hæc opinio corroboratur per gl.in l.precibus. 9
in gl.fi.C.de impu.& aliis substi.per quam dicit ibi Ang.& alij.†℘ filiꝰ p fideicõmissum grauatus a patre,in dubio nõ cẽsetur grauatus restituere legitimã, etiam in casibus in quibus potuisset in ea grauari. & idem voluit Oldr.in cõs.cvij.inci.quidam Põtius.do. Iaſ.in d.auth.nouissima.in vlt.co.dicit,℘ Alex.in hoc est sibi cõtrarius,qa cons.suo vij.in ij.vol.ẽ.alle.tenet hanc opinionem,& tamen in l Gallus.§.& quid si tãtum.in xv.col.ad fi.& sequ.ff.de lib.& posthu.dicit ℘ fuit pluries requisitus,& quòd nunquam voluit consulere pro illa parte,& quòd contrarium putat verũ, per rationes Bar.& aliorum in d. §.& quid si tantùm.

EThæc sic, si filia talis quæ sit excluſa per statutũ prætereatur,non potest dicere testamentũ nullũ, ergo non videtur quòd ei legitima debeatur,qa prætheritio eius annullaret testamẽtũ,vt dicit Bar. in d. §. & quid si tantum.nam vt tenent omnes,nõ potest cõ tratabulare testamẽtum, ergo eius prætheritio nõ annullabit testamentũ.& isto modo arguit Pau. de Ca. in consil.ccxiij.incip. si dicta domina.in consiliis antiquis,in impressione noua.& in consi.v.in consi.nouis, in impressione noua, quod incipit, super eo de quo quæritur.tali enim filiæ in testamento prætheritę nulla debetur legitima,vt expresse vult Bal. in l.maximum vitium.C.de libe.præter.& ideo dicit Bal. in l. sancimus.C.de nup.℘ stãte tali statuto quòd filia excludatur per masculum, si fiat ei relictũ pro dote sub conditione,valet tale relictum,nec tollitur,cùm tale relictum non sit loco legitimæ, quia tunc tolleretur cõditio,quia ex quo nihil ei debetur,si dos ei constituatur,non est loco legitimæ.secus autem esset quando statutũ diceret, ℘ filia dotata excludatur à successione existente masculo,quia tunc si fiet legatũ pro dote in testamento sub cõditione,nõ valeret,quia illa dos habetur loco legitimæ,& quod plus est, etiã requiritur ℘ sit dotata tempore mortis.Ita dicit Bar.in l.Titio cẽtum.§.Titio genero.ff.de cond. & demonst. & ita cõcordãt Bar.& Bal.Pau.de Cast.in consi.suo v. incip.Super eo de quo quæritur.in consiliis nouis,in impressione noua.infert etiam ex prædictis Alex.in l. si emancipati. C.de coll.℘ cùm legitima filiæ non debeatur,sic excluſa statuto non tenebitur conferre. Ex quo concludunt doctores ℘ stante tali statuto, tollitur legitima filiæ, & ideo repellitur ad dicendum de nullitate testamenti.Et istud tenet do.meus Iaſo.in l. Gallus.§.& quid si tantùm.qui plura alleg. ff.de libe. & posth.Et tenendo istam secundam partem respondeo ad fundamẽta pro parte contraria.Primò nõ obstat tex.in d.l.si quãdo ꝙa respondetur duobꝰ modis.

PRimò prout respondet Raphael Cuma.in cõs.suo clxxxviij incipi. Spectabilis miles. scilicet ℘ ille tex. loquitur in filio agnoscẽte legatum post mortem patris,& sic post ius iam ꝙsitum filio,sed tale statutum tendit ad impediendum ius quærẽdum,cùm viuente patre legitima, cùm esset,non sit debita filię,& ideo etiã simpliciter pactũ demõstrãdo factum viuẽte patre excluderet filium à legitima debenda.c.quanuis pactum.de pactis, in vj. habetur per Bar. in l.j.§. qui habebat.ff.de bon.pos.contra tab.in iij.quæst.

SEcundò respõdeo† quòd legitima filij dum est vni 10
ta cũ reliquo patrimonio patris non consideratur separatim & diuisim à reliquo patrimonio,sed taquã pars eius. Et hinc est ℘ si filius simpliciter repudiat hæreditatem,non potest petere legitimam,prout tenet Cy.in l.hæres instituta.C.de impube.& alis substit.†nec etiam filius repudiando hæreditatẽ põt ab 11
illa legitimã separare,vt per doc.post.Bar.in l.quia poterat. ff. ad Trebel. & ideo si excluditur simpliciter à successione, intelligitur etiam excluſa à legitima,ne vna res diuerso iure censeatur.ar.l.eum qui ędes.ff.de vsuca. Pro certo ista responsio non videtur mihi suffragari, nec tollere fundamenta partis aduersæ, & si statutũ vigeret in hac patria, nollẽ consulere pro hac parte, & quantum ad primã responsionem vbi dicit, quòd aliud est in d.l.si quãdo.§.j.quia ibi filius renũtiat iuri iam quæsito, hic verò per illud statutum renuntiatur iuri quærendo,quod potest fieri, vt habetur in d.c. quanuis pactum. ad hoc dico.℘ illud fundamentũ non videt multùm stringere, nec militare.

NAm licet legitima non sit debita filio, est tamen quasi debita filio.do.meus Iaſo.in l.si arrogator. in xviij. col. ff. de adopt. & in ea dicitur filius creditor.Alexan. in cons. suo xlvj.in vj.col.in iij.vol.Soci. in consi.suo xxx.in x.col.ibi,duodecimò.& in consil. suo cv.in v.colu. vbi dicit, quòd etiam dicitur debita portio filij,& etiam simplex debitum iure naturæ. §. j. in authen. de trien. & semis. coll. iij.& in l.si totas.

BIU Cujas

C.de inoffi.dona.non valet argumentum quod ſit de pacto per d.c.quanuis pactum. quia dictum doctoris debet intelligi ſecūdū legē quam allegat: prout dicit Bar.in l.Aurelius.§.liberationis.ff.de libe. legata. ſed ille tex. loquitur quādo filia dote cōtenta fecit pactū, ꝙ tunc non amplius poteſt redire ad bona paterna. ſed non inuenio ꝙ ſit text.in mundo qui dicat ꝙ filia aut filius poſſint renūtiare omnibus bonis paternis, niſi habeant legitimā, & ſi renūtiant omnibus bonis cum pacto,non credo ꝙ ſint excluſi à legitima.

ET quantū ad ſecundā reſpōſionē nihil facit, quia nō eſt verū ꝙ filius repudiando hęreditatē ſimpliciter nō poſſit petere legitimā,imò poteſt,quicqd dicat Cy.in d.l.hæres inſtituta.vt tenent ibi Bal.& Sali. Ale.& do.Iaſ.& Lud.in l.j.ff.de acqui. hær. qui quidē ſe fundat in hoc,ꝙ nunquā intelligit renūtiatū legitimæ,etiam per generalē renuntiationē,niſi ſpecialiter de ea fiat mentio,igitur non valet illa ſecunda reſpon ſio.¶Pro certo iſtud mihi videtur multū iniquū,ꝙ ſta tutū in totū poſſit tollere legitimā.de quo per Cy. in l.ſancimus.C.de nup.per Bar.in l.Titio centū.§.Titio cētum.ff.de cōdi. & demon.& ideo dicit Soc.in conſi.ſuo xxx.inci.quanuis ex his quę ſuprà narrata ſunt. in j.col.ꝙ opinio,ꝙ per ſtatutū non poſſit in totū tolli legitima eſt humanior & benignior, ſecundū quā iudicarem ſi caſus mihi eueniret.& in conſi.ſuo cl.inci. Dominus labia mea aperiat.in j.col. multos doct. allegat in hoc dubio,vbi poſtmodum ita taliter diſputa uit materiā, ꝙ vix poſſet melius diſputari. & quātum ad hūc caſum,recurrendum ad eum in d.cōſ.maximè in viij.ix.x.xj.xij.vſque ad xx.col.vbi ita ample diſputat hanc materiā, ꝙ difficile eſt addere, & dicit ꝙ tot doctores conſuluerunt pro vtraque parte,ꝙ neſcit in quā partem inclinare.Hunc tamē caſum aliter nō diſputo eo quòd non eſt caſus noſtræ conſuetudinis.

St statum non poteſt in totū tollere legitimam

12 Caſus ſecundus.

SEcundus caſus† principalis eſt,quoniam ſtatutum filias ſimpliciter non excludit,ſed filias dotatas,ꝙ vltra procedendo dicit,ꝙ vult eas eſſe contentas quacunque dote,ita quòd amplius petere nō poſſint.Do. meus Iaſ.in l.hęres inſtituta.C.de impu.& aliis ſubſt. & in l.ſi quādo.§.& generaliter.in ij.nota.C.de inoffi.teſt.dicit,nota caſum quotidianum, ꝙ ſi pater reliquit aliqd filio ꝓ ſua legitima,& mortuo patre filius ſimpliciter acceptauit illud relictū,& fecit quittationem generalē hæredibus,ꝓ hoc non ꝓhibetur petere ſupplementū legitimæ,imò ſi pater in tali relicto apposuit clauſulam,ꝙ iubet eū eſſe contentū,ita ꝙ non poſſit plus habere,vel petere occaſione legitimæ, vel alia qualibet rōne,tū filius ſimpliciter acceptans pōt petere ſupplemētum legitimæ.tex.eſt not.in §. cæterùm.in auth. vt cùm de appel.cog.coll. viij. Plura ad hoc alle.idē do.meus in d.l.ſi quādo.§.& generaliter. & in l.omnimodo.in j.col.C.de inoff.teſt. Bal. tamen in auth.res quæ.in iij.col.verſ.quęro,ſtatuto cauetur. C. communia de lega. dicit, quòd etiam ſtante dicto ſtatuto non poteſt filia agere ad ſupplementum congruæ dotis,etiam licet ſtatutum ſit iniquum & rigoroſum.per l.proſpexit.ff.qui & à quibus.& dicit ꝙ ita ſeruatur conſuetudo.Et ita etiam tenet in l.ſi.verſ.ſed pone quòd iſta filia non eſt congruè dotata.C.de dotis promiſ.Et iſtud videtur tenere Alex.in l.Gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de libe.& poſth.pro certo.Et iſta opinio mihi videtur eſſe contra tex.in d.§. & generaliter,& deciſionē doctorū ſuprà alleg.propterea ſi caſus eueniret,neſcio ſi conſulerem ſecundum opinionem Bal.& Alex.Sed quia iſtud ſtatutum ſeu hæc cōſuetudo non viget in hac patria, non aliter inſiſto.

TErtius caſus † in quo pendēt leges & prophetæ, quia conſuetudo huius patriæ eſt,ſ.quando ſtatutum ſeu conſuetudo vult filias dotatas excludi exiſtētibus maſculis nō vltrà procedēdo. & hic eſt caſus noſtræ conſuetudinis. Et tunc iſto caſu videnda & diſcutienda ſunt duo dubia:Primū,vtrùm filia nō legitimè dotata poſſit petere ſupplementū legitimæ.Secundū vtrùm ſaltē poſſit petere ſupplementū cōgruæ dotis.

13 Caſus tertius.

Dubia.

AD primum in hoc caſu reperiuntur varię opiniones doct.Bal.verò in l.Gallus.§. & quid ſi tantū. ff.de libe.& poſth.ſentit & tenet,ꝙ excluſus à ſucceſſione,dicit excluſus à legitima,cùm legitima ſit quota ſucceſſionis.l.Papinianus.§.quarta autē.ff.de inof. teſt.hęc enim verba,*ne retourne point à la ſucceßion*,quę ſunt indefinita,videntur ęquipollere vniuerſali.iuxta l.ſi pluribus.cum ibi no.per Bar.ff.de lega. ij.à qua vniuerſali negatiua nihil excipi ſolet.l.legitimos. §. an ergo.ff.de legi.tut.Et iſtud etiā ſequi videtur Io. de Imo.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.Et hanc opi.videtur tenere Bar.in l.j.§.ſi pater.ff.de coniūg. cum emancipat.libe.& in l.j.§.ſciendū.ff.de ſuis & legi. vbi dicit,† ꝙ filia excluſa à ſtatuto nō eſt ſua.idem do.Iaſ. in l.ſi emancipati.in ix.col.C.de coll.& in l.ſi arrogator.in viij.col.ff.de adop. ex quo ergo nō poteſt querelare teſtamentū,quia nō eſt ſua,nō admittit ad petitionem legitimæ:qa ſuus poteſt querelare & rūpere teſtamentū quando eſt prętereritus.l.omnimodo.& l.ſi quis filium. C.de inof.teſt. ſed filia ſic excluſa per ſtatutum nō poteſt querelare teſtamentū, ſecūdum magis cōmunem ind.§.& quid ſi tantum.& Bal.in l.maximū vitiū. C.de lib.præte.Igitur etiā ex quo, vt dictū eſt,nō eſt ſua,ergo eſt ad inſtar extranei redacta,ſed extraneo nulla debet legitima,igitur nec ſupplementū legitimæ.iſtā etiā opi.tenet Bar.in l.Titio centū.§.Titio genero.ff.de cōdi.& demon.Iſtud idē vult Pau.de Caſt.& Bal.in auth.res quæ.C.cōmunia.de leg.idē etiā vult Bal.in l.ſcimus.in fi.prin.C.de inof.teſt.¶Cōfirmatur:tot operat oppoſitū in oppoſito,quot ꝓpoſitū in propoſito.l.ſi vt ꝓponis.C.de nu.† Sed vbicūque lex admittit aliquē ad ſucceſſionē,cenſet vocare, arg.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff.de interrog.actio.ergo eodē modo qñ excludit dicit inſolidū excludere.bene facit tex.in l.j.C.de natura.lib.† nā qñ tex. aliquem excludit à ſucceſſione excludit in totū etiā à legitima,vt patet in filio qui ꝓpter emācipationē excluditur à legitima à lege xij.tabularū.§. emancipati. inſt.de hær.quę ab inte.defe.ergo idē in ſtatuto quod recipit interpretationē à iure cōmuni,vt per Bar.in l. oēs populi.ff.de iuſti.& iure.Soci. in cōſ.cl.ſuprà alle. allegat viginti docto.& vltra,ꝙ tenuerūt hāc opi.¶Et licet dicta plurium doctorum in pluribus locis ſuaſerunt hanc partem,& in illam videantur inclinare.

14 Filia excluſa à ſtatuto non eſt ſua.

15

16

ADDITIO. Adde quòd filia dotata eſt intantum excluſa quod non poteſt dicere teſtamētum nullum, etiā ſi ſit prætерita,vt tenet Georg. Natan in repet. c. quāuis pactū.de pa.in vj.in xiiij.q.iiij.quęſtionis principalis.& in xv.quæſtio. dicit quòd nec etiā poteſt venire de iure prætorio petendo bonorum poſſ. contra tab. quod latè & amplè diſputat.

IN contrarium tamen tenent plures doct.famoſiſſimi, qui ſunt quinquaginta & vltra, quos refert dictus Soci.in d.conſi. qui pro hac parte conſuluerunt. & ſecundum hanc aſſerit pluries fuiſſe iudicatum in pluribus caſibus.

ET vlterius dicit, ꝙ pro hac parte ſuadet humana ratio,& ꝙ pro hac opinione, ꝙ non excludatur à petitione ſupplementi legitimæ,facit, quia ſtatutum

mandans

mandans filias dotari non potest intelligi minus legitima, prout tenēt Sali. & Raphael Cuma. in auth. res quæ. C. cōmunia de leg. Alex. refert multos in consil. lxvj. in j. vol. & in cons. vij. in ij. vol. & in cons. lxxxiij. in iiij. vol. qui alleg. Bal. & Ang. in quibusdā consiliis. idem tenuit Benedictus Capra in cōsi. lxxvj. idē tenet Fran. de Aret. in cons. suo xvij col. xij. ¶ Et istud videtur satis tenere do. meus Ias. in l. qui se patris. in iij. co.
18 C. vnde liberi. quando dicit, † ꝙ filiæ exclusæ à statuto non sunt suæ, ꝙ hoc non est verū quando debēt dotari, qa dos succedit tunc loco legitimæ. l. quoniā nouella. vbi Sali. C. de inof. test. Si ergo succedit loco legitimę, & decisum est, quia vbi legitima debetur, ꝙ si non sit relicta integrè, ꝙ potest agi ad supplemētū legitimæ. l. omnimodo. & l. scimus. C. de inof. test. ergo nō est dubiū ꝙ si dos nō sit vsq; ad legitimā, ꝙ poterit agere filia ad supplementū legitimæ. Ex quo cùm debent dotari per statutum, nō dicūtur exhæredatę, sed remanēt suæ, prout dicit Ang. & ibi ad hoc notat tex. in l. Papin. §. si quis mortis. ff. de inoff. test. Et pro certo quicquid sit, ita mihi videtur dicēdum in foro cōscientiæ, & ita iudicare, iunctis his quæ statim dicam in arti. seq. ¶ In hac opi. remansit Io. Sanxon in cōsue. Turon. ti. *des successions des fiedz.* arti. xxvj. col. viij. & ix. & idē tenuit Alex. in cons. suo lxxxviij. col. iij. imò etiam dicit ibi ꝙ in isto supplemento dotis vsq; ad legitimam possunt peti fructus percepti ex legitima.

19 Incongruè dotata agit ad supplementum.

AD secundum verò cāsum, † an scilicet filia non congruè dotata possit agere ad supplementum congruæ dotis? Reperio Bal. in l. scimus. in fi. principij. C. de inoff. test. & in l. si defunctus in vlt. col. C. de suis & legit. li. qui dicit, ꝙ filia incongruè dotata pōt. agere ad supplemētum cōgruæ dotis. Pau. de Cast. in cons. suo cccc. inci. visis & pōderatis omnibus. in cōsiliis nouis, in impressione noua, dicit, ꝙ aut est dotata à patre, & tūc nō posset agere ad supplementū cōgruæ dotis, quia non creditur ꝙ pater eam incōgruè dotauerit propter paternā affectionē. præsumitur em̄ quòd pater bonum consilium accipiat pro filia. l. nec
20 in ea. ff. de adult. † Et fatuus est filius, qui aliud consilium petit q̄ patris, cùm meliorē amicū inuenire non possit quàm patrem gl. in l. quidam cùm filium familiâs. ff. de hæred. instit. vt tenet Alex. cons. suo xxxiij. in iiij. vol. Francis. de Curte, in cons. suo xliiij. inci. statuto seu consuetudine. in xj. col. ibi, ad tertium argumentū. Ista etiam tenet Decius in consi. clxxxj. col. ij.

VIde in hoc G. Benedicti in sua repe. c. Ray. in verbo, duas habens filias nu. 252. & 253. de test. vide eundem in d. rep. in verbo, Ray. de clera. in fi. illius gl. dixi suprà in rub. *des iustices.* versi. item qa dictum est. ¶ Vide Philip. Decium in consi. suo xxxv. in fi. & in d.
21 Dos immensa an reuocari possit. consi. ponit quid econtrà † si pater constituat maiorem dotem filiæ q̄ liceat, an possit reuocare, & si non reuocauerit, an eius hæredes possint reuocare eo modo quo reuocarēt inofficiosam donationē? & cōcludit ꝙ nō. Crederē in casu suo verū esse, sed si esset immēsa, ita ꝙ esset vltra duas partes totius hæreditatis, crederem contrariū, per ea quæ dicit Alex. cons. suo lv. in j. vol. & dixi in pluribus locis de donatione immensa. & facit tex. ad literam C. de inoffi. dotibus.

ADDITIO. An saltem possit restitui si dedit nimis magnam dotem, vide Mat. de affl. in const. regni Sici. quæ incipit, obscuritatem. in viij. not. in iij. lib. vbi tenet quòd sic, per l. siue generalis. ff. de iure do. & gl. in l. vnica. C. si aduersus dotem. & idem in restitutione dotis, in qua quis læditur potest restitui. Aduerte tamen quòd sicut pater posset reuocare vsque ad legitimam: posset etiam hęres. vt tenet idem Mat. in const. quæ incipit, constitutionē diuæ memoriæ. in j. & viij. nota. in iij. lib. Et in eadē constitutione, in glos. vij. dicit ꝙ donatio quæ reuocat̄ ꝓpter superueniētiā liberorum, reuocatur, vsq; ad legitimā tantùm. credo hoc esse verū per hæredē, sed videtur ꝙ per donantē possit in totum reuocari, per tex. in l. si vnquam. C. de reuocan. dona. q videt̄ expressus ad hoc, cùm dicat, totum quicquid largitus fuerat reuertatur. & dicere contrarium est contra tex. ad literam, qui non potest cauillari, cùm qui totum dicit, nihil excludat. l. Iulianus. ff. de lega. iij. c. cum Marthæ de celebra. missarum.

AVt verò est dotata à fratribus, vel aliis agnatis, & tunc si non sit cōgruè dotata, potest agere ad supplementū congruę dotis. Imò etiā restituit̄ si sit decepta vltra dimidiā iusti pretij, vt dicit Geor. Natā in repet. c. quānis. in ix. col. ibi, sextò limita. de pactis, in vj. Et istud de patre dic esse verum, nisi dos esset incongrua in magno excessu, ita quòd dolus patris possit redargui re ipsa, arg. l. vnde & si Neruæ. ff. pro socio. sæpe enim parētes malignè se habent erga filios. prout dicit Pau. de Cast. in cōs. suo ex. inci. Super primò quę sito. circa septimū dubiū cōsultatiōis. sed ꝓ certo hęc distinctio nō est bona inquantū facit differentiā in filia dotata à patre, vel ab aliis, quia in hoc quod dicit, ꝙ filia dotata à patre non possit cōqueri de incōgruitate dotis, videtur esse contra id ꝙ voluit Bal. in l. fi. C. de dotis promissio. & in locis hīc antè allegatis.

ET contra ea quæ alle. G. Bened. in sua repe. c. Ray. in verbo, duas habēs filias. nu. 263. & 264. de test. vbi plenè concludit quòd vbi est minor ætas, & enormissima læsio, aut dolus, seu metus patris, si ignoraue rit tempore contractus damnum, ꝙ ex contractu seu renuntiatione etiā iurata restituitur. alleg. Pau. de Ca. ita tenere in consi. clxxvij. incip. contra superius consulta. Panor. in consi. xij. incip. casus talis est. in prima parte. vbi dicit secus esse si sciuisset damnum. Fel. in c. in præsentia. in iiij. colum. extrà de probatio. Petr. de Anch. in cons. lxxxij. incip. visis diligenter. Bal. in rub. C. de rerum permutatio.

ADDITIO. Vide pulchram quæstionem per Mat. de affli. in constitutione regni Sici. quæ incipit, fratribus. in iiij. not. in iij. libro.

22 *In dotis cōgruitate quæ cōsideranda sint.*

ET aduertendum est † ꝙ arbitrium boni viri in hac congruitate dotis debet multum versari, videlicet quòd debeat haberi consideratio ad multa in arbitrando congruā dotem. Primò, ad quantitatem patrimonij patris. hoc probatur per l. si filię. ff. de leg. iij. l. quæro. cum seq. l. cùm post. §. gener. ff. de iure dotiū. Secundò, ad numerum liberorum. Tertiò, ad qualitatem personę ipsius patris. & sic etiam filiæ. d. §. gener. & d. l. quæro. & intantum debet attendi cōditio personæ, quòd etiam si legitima non sufficeret secundū conditionem & nobilitatem personæ, ad hoc vt ipsa dos sit congrua, potest & debet excedere ipsam legitimam, vt notabiliter probat tex. in auth. de restit. & ea quæ parit. in §. quamobrem. colla. iiij.

ET eodem modo potest dici, si cōsuetudo patrię, & maximè familię patris & suorū maiorū esset ab antiquo vt dos fœminarū dictæ domus esset excessiua legitimæ. nā tūc sine dubio non diceret̄ dos cōgrua si nō excederet legitimā, dūmodo suppetant facultates patris. arg. l. imperatores. ff. de cōtrahē. emptio. l. nūmis. ff. de leg. iij. & l. qđ si nolit. §. qa assidua. ff. de ędil. edic. & l. Titianus. ff. quod cum eo. cum similibus. cōmuniter tamen mos regionis regulatur in plus vel minus, prout se habet conditio personarum, & vires patrimonij

trimonij paterni,& numerus liberorum.& in his debet versari arbitrium boni viri,non curando an commensuretur cum legitima, vel non.ex quo ergo patet ꝙ vltra mensuram legitimæ poterit arbitrari, per supradicta,maximè per tex.multum notabilē in d.§. quamobrem.prędicta dicit Bal. nouellus in suo tract. de dote.in xxxj.charta,cū vij.aut viij.col.seq.vbi multum bene explicat hanc materiam de cōgruitate dotis.considerans finaliter ꝙ etiam cōgruitas dotis potest æstimari & taxari habito respectu ad alimēta quę per patrem huic filiæ debebātur.quasi talis dos succedat loco alimētorum. sed istud non multum placet Caro. Ruino præceptori meo suptilissimo in repeti. §.& quid si tantum.suprà alle.quam sub eo scripsi,eo ꝙ sequeretur quòd sicut filia diues non debet ali. l. si quis à liberis.§.sed & si filius.ff.de liberis agnosc. ita non deberet dotari,contra l.fi.C.de dotis promissio. & etiam potest impugnari illud dictum per ea quę dicit Alex.in l.j.ff.sol.matri.

23 Quod tēpus attēdēdum ad dotis congruitatē.

SVbdit ibidē Bal.Nouellus de dote in xxxij.charta, †ꝙ etiā si tempore quo pater dotauit filiam nō erat multū diues,adeo ꝙ scdm illud tempus dos illa erat tunc cōpetens,& tēpore mortis fuerūt satis auctæ facultates patris,poterit dicta filia petere supplemētū cōgruæ dotis ,inspectis facultatibus patris quæ erant tēpore mortis:quia statutū volens ꝙ filia dotata à patre stantibus masculis non succedat,intelligitur de cōgruēter dotata. & ista qualitas debet esse tēpore mortis eius de cui⁹ hæreditate agitur.arg.l.in delictis.§. si extraneus.ff.de noxalib⁹.istā quæstionē iā examinaui, & vidi in facto in casu de quo dixi antè eo. tit. §.ij.incip.*l'on ne peut exhereder*.in gl.in verbo,*du trespasse*.

ADDITIO. Aduerte etiā ꝙ in hac cōgruitate dotis multa sunt cōsideranda,quæ ponit Mat.de affli.in cōsti.regni Sici.quæ incip.in aliquibus.in xij.q.in iij. lib.vidi & audiui multos habentes cōsiderationē etiā ad id quod euenire potest in patre dotāte filiā,ad impediendum ne restitutio postmodū habeat locū,per l. diuortio.ff.de neg.gest.per l.si quis domū.§.j.ff. locati.& de hoc arti.quādo inspicitur id quod euenire potest,vide eundē Mat.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit,clementiæ.in v.nota.in iij.q.vbi ponit an sit inspiciendum id quod euenire potest,sed non crederem in hoc esse inspiciendū.dicam alibi.Et de huiusmodi restitutione filiarum,vide Decium in cōs.cclxxij.vidi tamen multoties obseruari ꝙ quando filiæ sunt dotatæ à patre & matre,aut patre viuēte matre,ꝙ non audiūtur ad petendum supplementum dotis.

SEd aduerte,quia Bal.nouellus de dote, allegat cōsilium Pau.de Cast.in cons.suo cxxxj.inci.licet ista do.Lisa.in prin. sed nō loquitur propriè in hoc casu, qa loquit' in casu,scilicet qn filia nupserit viuente patre sine dote.nam scdm eum post mortē patris dos taxari debebit iuxta mēsurā bonorū tēpore mortis , qa cùm p mortē patris incœpit habere actionē cōtra hęredes,debet secundū tempus mortis dotari.d.l.in delictis.§.si extraneus.ff. de noxa. sed aduerte ꝙ opinio dom.Bal.nouelli in dicto loco,& aliorū sequaciū,non videt' vera,& quā etiā tenet expressè Bal.in authē.res quæ.versi.quæro,statuto cauetur.C.cōmunia de legatis.,p qua opinione facit, qa dos à patre est debita tēpore matrimōnij,ideo illud tēpus tātùm debet attēdi. & quia pater eo tēpore dotādo filiā cōgruè semel fuit liberatus,ideo obligatio semel extincta nō debet reuiuiscì.l.cùm res.§.areā.ff.de sol. sed legitima est debita tēpore mortis.l.j.§.si impuberi.ff.de coll.bonorū. męritò in eius taxatione tempus mortis debet attendi.

SEd quia hîc antè dictū est,ꝙ si filia nupserit viuēte patre sine dote,ꝙ dos debet taxari secūdum tēpus mortis,†aduerte ꝙ si filia præ rubore virginali nō auderet petere se maritari & dotari, & pater esset negligens,vel fortè expressè retinēs, vt aliquādo cōtingit, vel fortè noluerit dotare decenter & congruè,secundū qualitatē suæ personæ & vires sui patrimonij,certè poterit cogi ad id explendū, & quidē præcisè multa indicta,vel pignoribus captis,etiā si opus erit, ponendo ipsum in carceribus:& hoc filia petēte à prætore,implorando eius officium.l.qui liberos.ff.de rit. nup.& l.fi.C.de dotis promissio. ¶Facit,quia sicut pater potest cogi ad præstandum alimenta filio.l.si quis à liberis.§.si quis ex his.ff.de liber.agno.ita etiā tenetur dotare filiā,cùm dos loco alimentorum succedat. & prædictam requisitionem potest facere filia cōtra patrem honesto modo,cupiendo maritari, dicendo, volo mater fieri,volo filios procreare , prout similis locutio ponitur in c.j.ad finem,de frigi.& malefi.

24 Pater cogi potest vt dotet filiam.

ET si filia † præ rubore pudicitiæ non auderet per seipsam comparere corā iudice, tunc possunt cōsanguinei & cognati in hoc casu sine alio mādato cōparere coram iudice,& petere talē patrem debere cogi ad maritandum,& congruè dotandum dictam filiā suam,cum ratione coniugij aliàs possūt cognati adire prætorem,vt in l.si cum dotē.§. sinautē in sæuissimo. ff.rol.matri.& ita dicit& tenet Bal.nouellus in tractatu suo de dote,in xxiiij.charta,in fi.xvij.priuilegij. 25

ET aduerte ꝙ in eadē charta,in xviij.priuilegio dicit plus,†ꝙ etiā si filia nō auderet adire prætorē & cognati nollent etiam pro ea adire,potest & debet iudex , etiam illa nō petēte,impartiri officium suū in cogendo patrē constituere dotē congruā filiæ.tex.est ad literā &multū notabilis in l.iij.post prin.ff.de iure do.sed pro certo hoc non inuenio in illa l.nec in aliis seq.nisi dicas l.v.post initiū,versic.sed & si proponas. facere pro hoc.postmodum dicit , quod istud est speciale contra regulā,de qua in l.iij.§.cum autē.ff.de dā. infe.aliud speciale ibi ponit, sed quia nihil ad ꝓpositū,nō refero.¶De materia autē quādo pater teneatur dotare filiam suam,aut quādo auus neptē,aut quādo frater sororē,vide allegata per decisionē Tholosanā. cclxxxix.& Steph.Aufrerij ibi,in additione per eū posita.vbi plenè.& adde Bald.in l.fi.§.j.ff.de his quæ in frau.cred.vbi ponit an pater implicitus oneribus debitorum teneatur dotare filiam. 26

ET etiā amplissimè vltra loca s̄.alle.vide G. Benedicti in sua repe.c.Rayn.in verbo,dotē quā ei dederat.nu.xij.vsq; ad nu.xliij.de test.vbi ponit omnia ista,& plura alia in materia dotis,quā pater tenet' dare filiæ non solū vna vice,sed etiam secunda,& etiā si fuit deperdita non culpa mulieris,& nō solū si sit maritata de consensu patris , sed etiam si eo inuito , imò etiam si maritus eam acceperit sine dote , quoniā adhuc poterit cogere patrem vt ei dotem det,& in fine illius glo.vide quomodo patruus seu auus maternus neptē,mater filiam,filius aut filia matrem,fratre sororem dotare teneatur.

ADDITIO. Vide ad hoc Matt. de affl. in constit. regni Siciliæ quę inci.fratribus.in iij.q.j.notab.in iij. lib.Et in hoc aduerte quòd si soror petat legitimā,aut dotē,est interim alimētāda,vt tenet idē Mat. decis. xj.

27 Casus vltimus.

QVartus†& vltimus casus est,quando pater reliquit in testamento filiæ exclusæ statuto , minus tamen legitima,an ad supplementum legitimę agere possit , etiam in casibus in quibus suprà conclusum est quòd legitima in totum sit sublata vel diminuta?

Salic.

BIU Cujas

Sal.in d.auth.nouissima.in fi.ver.scias quòd si statutũ. C.de inof.test.tenet ꝙ sic:quia sicut statutum nõ prohibet illã succedere ex testamento,ita nũc supplementũ ex causa testati petere.&quia iste casus est omissus. Itẽ qa causa testati &intestati cõtrariant.l.generaliter. C.de condi.insti.plures alias rõnes alle.Carolus Ruinus in d.§.& qd si tãtùm,in lxxj.col.pro hac parte,sed finaliter tenet cõtrariũ p rationes & iura allegata per eũ,quæ nõ refero,qa nõ est casus nostrę cõsuetudinis, ad eũ me remitto,& adde Bal.cõs.cccclxv.in iij.parte.

28 SEd quæro†quid si legatum fuerit factum filiæ nõ ascendens ad congruã dotẽ,& illud acceptet filia, an ex hoc videatur renũtiasse iuri petẽdi supplementum congruæ dotis?Pau.de Cast.cõs.cxxxj.suprà alleg. quod incipit,licet ista domina Lisa.tenet ꝙ non. pro quo facit quod not.Imol.& Pau.de Cast.& Alex. in l.quod de bonis.§.cum fideicõmissum.ff.ad legem
29 Falcidiam.& plus subdit Paul.in dicto cõsilio,†quòd à supplemento etiam non excludetur per generalem quittationem.quæ omnia sunt notanda.

ADde etiam quòd per quittationem generalem de omnibus his quæ sibi debentur,ista quittatio nõ extẽdet ad res reales.Ias.in §.j.in xvj.col.inst.de actio.

Quæstio. SEd quæro nunquid filia sic dotata,quæ excluditur à successione patris, cõputetur in numero liberorũ,ad augendũ cæteris legitimã?vide do.meum Ias.in auth.nouissima.in xiij.& xiiij.col.C.de inof.testa.

ADDITIO.Vide Pau.de Cast.in consi.clj.Rapha. Comensem in consil.xlv.in fin.& aliquid consi. cxix. pen.col.Benedictum Caprã in cons.xxxj.col.ij.& cõs. lxviij.col.j.Philip.Corneum in consi.cl.in j.volum.& consi.ccciij.col.ij.in litera F, in j.vol.& vt consului in casu emergenti consilio liij.in fine.

30 Quæstio nouabilis. VLterius quæritur,†pone ꝙ reperientur duæ filię cum vno filio masculo, quarũ vna est dotata,altera indotata.filia dotata est pręterita in testamento,an testamentum sit ipso iure nullum,hoc est vtrũ ab intestato dicat prædicto casu filia dotata exclusa,an verò succedat ab intestato beneficio filiæ indotatæ? Et vĩ primò ꝙ bñficio filię indotatę filia dotata succedat.p l.ij.§.si sit cõsanguinea.ff.ad Tertul.pquẽ tex.in simili voluit Bar.in l.j.§.si filium.ff.de bo.poss.cõtra tab. ꝙ soror vtrinque coniuncta exclusa à fratre cõsanguineo ex forma statuti beneficio matris cũ ea succedat excluso fratre ex patre tantũ.& idẽ vult Bal.in l.si quis filiũ.ad finẽ.C.de inof.testa.Pet. de Anch. in c. canonũ statuta circa fi.versi.inter cõsilia quę habeo &c.de
31 constit.& ibi refert fuisse cõsultũ per collegiũ Perusinũ,† ꝙ mater quę excludebatur à patruo ex forma statuti beneficio sororis vtrinque cõiunctæ, quã patruus nõ excludebat,succedere possit cũ sorore patruo excluso.per dictũ §.si sit cõsanguinea.quod cõsiliũ habetur inter cõsilia Ange.in consi.ccx.inci.statutũ suprà-
32 Incluſus adſe trahit excluſum. dictũ.& ideo dicit Bal.in l.quicunque.in iiij.col.C.de ser.fugi.† ꝙ auus maternus per statutum a patruo exclusus succedet vnà cum auia eius beneficio,†quia in
33 clusus trahit ad se excluſum,& nõ econtrà:& ꝙ in terminis expressę quęstionis filia dotata beneficio alterius non dotatæ excludat agnatum transuersalem,tenet Philip.Corneus in l.fi.in vlt.col.C.ad Tertul.vbi refert consuluisse per d.§.si sit consanguinea,suprà alleg.& per dictum Bal.in d.l. quicunque.supra alleg.

SEd veritas est in contrariũ,prout tenet Pau.de Ca. in l.illam.C.de colla.& facit quod voluit Bart.o.in l.ij.§. videndum.ff.ad Tertul. dum vult quòd portio excluſi applicetur illi cuius contẽplatione fuit exclusus per l. ij. ff. de collatio. bon. cùm ergo filia dotata excluditur cõtemplatione masculi,eius portio illi soli defertur & applicatur.ita tenet do.Carolus Ruinus in repeti.d.§.& quid si tantum.in lviij.col.suprà allegata.

ADuerte etiam,quòd si vna sororum renuntiauerit,si habeat fratrem aut sororem,intelligitur renuntiasse in fauorem fratris,vt dicit decis.Tholosa.in decisione ccccl viij.in fi.

DIctum est hîc antè,† quòd si filia fuerit incõgruè 34 De ea quæ renuntiauit succeſſioni patris cum iuramẽto. dotata,ꝙ potest agere ad supplementum legitimæ,si dos non sit vsque ad legitimã, eo quòd non dicitur renuntiatum legitimæ nisi specialiter fiat de ea mentio,per tex.in d.l.si quando.§.& generaliter. C. de inoff.test.vtrum hoc sit verum etiam si filia dotata renuntiauerit cũ iuramento successioni patris & matris? videretur quòd sic, † quia vbi non valet principale,nec iuramentum, quod est accessorium, potest 35 extendi vltra actum principalem.per ea quæ dicit do. Ias.in l.non dubium.C de legibus. & per multa quæ tenet idem domi.meus Ias.in l.sed & si quis.§.quæsitum.in pen.col.ff.si quis cautionibus.idem tamẽ do. meus videtur tenere contrarium in d.§.& generaliter vbi dicit,† quòd iuramentum habet vim expressam. 36 Iuramẽtum habet vim expreſſam. id tenet in l.sub prætextu. *la secõde*.inij.col.C.de transac.& in l. si cõuenerit.in iij.col.ff.de iurisd.om.iud. & plenius quàm alibi in l.sancimus.C.de testam.vbi dicit,quòd iuramentũ in generali renuntiatione habet vim expressi.cogita etiam,quia videtur dicere cõtrarium in authen.vnde & si parens.in ij.col.C.de inoffi.testa.

SEd posito†quòd filia renuntiauerit cum iuramen- 37 to,an saltem si sit læsa enormiter poterit petere relaxationem à iuramento?Pet.de Anch.in c. canonum statuta.in xj.arti.principali,in ver.quid dices de iuramento.de constitu.dicit se cõsulũisse in ciuitate Senarum in pulchro casu,vbi dicit quòd cõsuluit quod sic.ita dicit & refert do.meus Ias.plene in auth.sacramenta puberũ.in ix.& x.col.C. si aduersus venditionẽ.vbi plures doct.allegat pro vtraque parte.ad ibi dicta me remitto.& vide eundẽ in l.ait prætor.§. si minor. in prin.ff.de iureiu. Aduerte tamẽ ꝙ idem Pet.de Anch.sibi cõtrarius cõsuluit cõtrariũ,vbi habet in cõsi.suo cccexxxiij.quod incipit,postquam ista domina.

COnsideraui vnum,quod in casu nostrę consuetudinis si filia fuerit dotata à patre, & quòd adhuc renuntiauerit cum iuramento, ꝙ ex quo sũt duo quę obstãt,quòd non poterit talis filia relaxationem à iuramẽto petere,per ea quæ dicit do.meus Ias.in l. fi. in vij.col.ff.de consti.prin.vbi dicit,quòd quando sunt duo obstantia,princeps non potest illis derogare,per regulam non obst. & dicit ꝙ requiritur ꝙ fiat mentio de vtroque in specie, & vnicuique derogetur.per tex. multum singulariẽ.in l.si.nõ lex Aelia Sentia.ff.de hære. insti.quem Bal.ibi multũ notat.quod an sit verũ, cogita. ¶ Aduerte,quia videmus ꝙ hodie hæ institutiones practicãtur, nam cùm filia dicit se fuisse læsam vltra dimidiam iusti pretij,impetrat restitutionem,secundum l.ij.C.de rescinden.venditio.relaxatione habita de iuramento.& ita fit & practicatur.Imo etiam non debet filia certiorari de beneficio.l. pactũ quod dotali.C.de collatio.vt tenet Guido papa decisio. sua ccxxvij.Idem tenet Gul.Benedicti in sua repe.c.Ray. in verbo,duas habens filias.nu.cclx.de testa.

ADDITIO. Quod mihi videtur esse cõtra id quod dicit apostilla.Pan.in.c.si diligẽti.in verb.Ant.Frã. de foro compe.licet videatur dicere quod opinio cõtraria sit cõis in practica.Et idem Benedicti eodem loco, nu.cclxv.

nu.cclxv.dicit ꝙ læsio enormissima nihil operat qñ filia est certiorata.qđ non credo verũ qa nunquã maximus excessus est sublatꝰ,vt tenet Deciꝰ in cõs.ccciij. Imò iuramentum nihil operat qñ est enormissima lęsio,vt tenet Philipp.Corneus cons.clxvj.inci.circa. & cclxxxix.incip.in præsenti.Nec est hoc casu necessaria absolutio à iuramento.vt ibi per eum.& vide in consi. cclviij.incip. quãquã.in litera E,F,& H,in iiij.parte.idem vbi est dolus aduersarij.idem Corneus in consi. clxj.in litera H,&P.in iij.parte.Sed qñ subest enormis læsio,an insit dolus,vide eundẽ Corneũ cõs.ccxxxvj. in litera H,& in consi.ccxciij.in iij.partę.Et vide etiã Steph.Ber.in cõs.suo ccxxxvj.inj.parte.vbi dicit,ꝙ in enormissima lęsione præsumit dolus:& paria sunt adesse dolũ ex ꝓposito,vel re ipsa,& his casibꝰ dat restitutio in integrũ.Et aduerte etiã ꝙ qñ est enormissima læsio datur restitutio post quadriẽniũ,vt tenet Soci.in cons.cclxvj.nu.24.in ij.vol.& etiã in tali casu nõ sunt ꝓbandę minæ si interfuerint.idem Soci.in cons. cclxiij.nu.iiij.in ij.vol.Et de huiusmodi restitutionibꝰ mulierũ,quomodo restitui debent in talibus renũtiationibus,vide per Mat.de afflic. in consti. regni Sicil. quæ inci.obscuritatẽ.in ij.lib. Et quomodo aduersus sententiã mulieres restituuntur,tã rationedoliq̃ rõne falsę causæ,& ꝙ interim sentẽtia non potest mandari executioni,ponit ibi Mat.in iiij.notabi.in j.q.& ibi in ix.q.ponit ꝙ datur restitutio in integrũ mulieri,& minori etiã post cõclusionẽ in causa.& in x.& xj.q.ꝙ restitutio prodest aduersario.& qñ minor possit restitui cõtra minorẽ,vide ibi in x.q.Aduerte tñ ꝙ ponderando tex.in l.Lucius §.fi.ff.ad Treb. etiã in transactione non dicit enormissima læsio nisi excedat quadruplũ. Sed aduerte ꝙ videt iste excessus esse in arbitrio iudicis,ex his quæ dicit Bertran.in consi.ccxxxvj.in ij.parte.¶Aduerte etiam ꝙ si sit geminata renuntiatio,non restituitur,vt dicit Philipp.Deci.in consi.ccxvj, quod intelligerẽ,nisi princeps dispensaret cõtra vtranq;, & ꝙ de vtraque fieret mẽtio,quoniã videtur ea facilitate qua fuit inducta ad primò renuntiandũ,eadem facilitate præsumitur inducta ad secundò renũtiandum,& ideo cautius fiet si in rescripto fiat mẽtio de vtraque, & super vtraq; obtineatur rescissio per principem,& dispensatio.¶Aduerte etiã ꝙ vbi geminata est renuntiatio,nunquam restituitur etiam ex enormissimalęsione,vt tenet Deci.in cons.suo ccxvj.in fi.Sed in casu in quo fit rescisio cõtractus ex enormissima lęsione an debeãtur fructus?videtur ꝙ sic,pęr tex.in l.quòd si minor.§.restitutio,ff.de mino.& ꝑ tex.in l.videamus. ij.§.in Fauiana.ff.de vsur.& per ea quæ dicit do.meus Iasi.in l.fi.in vij.col.ff.de constit.prin. dixi in tit. *des iustices.*§.vj.in gl.*s'il n'a grace.*Sed aduerte ad tex. & doctrinam doctorũ,Bar.& aliorum in l.ex diuerso. ff.de rei vendi,& in l.certum.& ibi Bal.C.de rei ven,quod propter titulum videtur esse bonæ fidei possessor, ex quo excusatur vsque ad litis contestationẽ,quod obseruatur in Gallia,& crederẽ hoc esse verũ, nisi cõstaret de dolo ex proposito,quia per hoc nunquã posset dici bonæ fidei possessor.¶Et quando vltra consuetudinem interuenit renuntiatio filiæ,vide Bart.in l.fi.ff. ad Tertul.& in l.qui pupillam.ff.ad l.Iuliã de adul.& in l.si auus.C.de lib.præte.Old.consi.cxxxv. Plenissimè de hac renuntiatione,cum iuramento ꝑ G. Benedicti in d.sua solenni repeti.c.Rayn.in verbo,duas habẽs filias.nu.ccxlvij.vsq; ad fi.illius gl. de testamen.

ADDITIO.Et quando renũtiatio matris nocet filiis,si mater pręmoriatur,vide Bar.Pau.de Ca.&Imo. in l.quæ superstitis.ff.de acqui.hære.Bertrandi consi. lxxvij.in iij.parte.dixi in consil.xlvij.in iij.dubio. & ibi tenui contra Barto.& alios.& vide Guid.pap. deci. sua ccxxviij.statim allegand.in gl.sequen.

38 Ques. SEd iterum quæro,†quòd filia sic dotata per patrẽ, & pater postmodũ instituat eam in legitima: an ista dos computari debeat in legitimam?Iasi.in authen. præterea.in vij.col.C.vnde vir & vxor.dicit quòd sic. intellige prædicta quando non extaret tale statutũ:secus quando extaret,quia credo tũc quòd si filia fuerit dotata, & adhuc pater instituat eã in legitima, quòd dos nõ imputabitur in legitimam. quod satis videtur probari per ea quæ dicit Iasi.in l.si emãcipati.in vij. & viij.col.& in l.filiæ.C.de collatio.post Alexan.in d.l.si emancipati.vbi dicit,ꝙ si stãte tali statuto filia dotata fuerit instituta cum fratre,non tenetur conferre dotẽ. Aduerte quia duo sunt penitus diuersa & separata,& de vno ad aliud non infertur,& quælibet decisio patet, & est vera.

ITem quæro,quia dicitur hîc antè in hoc §.quòd filia dotata &c.nõ venit ad successionem patris,an istud intelligatur etiam in feudo &emphyteusi?Aduerte,† quia si filia renũtiauit expresè hæreditati patris, 39 Quid in feudo & empiry. nõ dicitur renuntiasse feudo, nisi expresè etiã fecerit mentionẽ de feudo & emphyteusi,prout dicit Cardi. Alex.& Aluaro.in c.j. de eo qui finem fecit agnat.sed statuta & consuetudines recipiũt interpretationẽ à iure cõmuni,& si non cõprehendãtur feuda & emphyteusis in expressa renũtiatione,multo minus in tacita quæ fit per consuetudinẽ nostrã. & istud tenet Fran. de Curte,quẽ audiui cũ legebat §.rursus.in c. j. quibꝰ modis feudũ amittatur. Iasi. in l.Gallus.§.quidã rectè in pe.col.ff.de li.& posth.& in l.si nõ sortẽ.§.libertus. in pen.& vlt.col.ff.de cõdi.indeb.& in auth.vnde & si parẽs.in iij.col.C.de inoff.test.vbi dicit,† ꝙ renuntiãs 40 hæreditati paternę nõ dicitur renũtiasse feudo & emphyteusi.¶Teneo pro firmo ꝙ etiam secũdum cõsuetudinem nostram dicitur renũtiasse feudo & emphyteusi.& ita practicatur,secundũ quod ita consulendo tenuit Petr.de Anc.in cõsi.cccxxxiij.in primo dubio vbi disputat hanc quæstionem in emphyteusi.

SEd quæro,pone† ꝙ pater dotauit filiam,vt dictum 41 Quæst. est,& cum hoc adhuc filia renuntiauit successioni patris & fratrum , an pater postmodũ eam instituere possit in testamento?Fel.in c.si diligenti.in penul.col. extrà,de foro cõpe.&do.meus Iasi.in l.fin.in vij.col.in fi.cum sequ.C.de pac.tenent ꝙ sic.allegãt Bal. ita tenentẽ in e.ad nostram,*le second.* in iij.co.de iureiur.facit tex.in c.ij.de renũ.& ita dicit do.Iasi.in d.l.fi.in iiij. col.& in x.not.& plenè not.idẽ Iasi.in l.stipulatio hoc modo concepta.in vij.col.versic.in ij.& adhuc fortiùs amplia.ff.de verb.obl.In contrarium videntur facere quæ dicit dom.meus Iasi.in l.nemo potest.in ij. col.ff. de lega.j.eo quòd videtur ius esse acquisitum filio.sed respondẽ per ea quę dicit idem dom.meus Iasi.in d. l. fi.C.de pac,vbi plenè.

ADDITIO.Intellige tamen hanc consuetudinem si sit filius vtriusque,sed si esset filius ex secũdo matrimonio,& ex alia vxore quàm prima,licet fuissent tempore constantis matrimonij maritatę & dotatę quędam filiæ viuente quodam filio masculo,si postmodum moriatur dictus filius,& mater etiam moriatur, & pater conuolauerit ad secũdas nuptias,& habuerit filium masculũ natum in secũdo matrimonio,hic filius non excludit sorores priùs maritatas à successione matris earum.ita tenet Bald.in l.j.C.de legi.hæred. & Pau.de Ca. in consi.viij.& xcij.in nouis.quos refert & sequitur Pyrrhus in consuetudinibus Aurelianen.

in tit.

BIU Cujas

in tit. de succeſsionibus.c.x.quod nota,quia pluries vidi occurrere.& vide Albertū in trac. de ſtatutis exclu.fœminas.in xxxiij.quæſt.xij.artic. principalis.dixi ꝯ.in gl.*tant qu'il y a fils*.Intellige etiā de bonis exiſtentib⁹ extra territorium huius conſuetudinis,vt per plura tenet Alber.Brunus in tractatu de ſtatuto excludē re fœminas.in xxv.q octaui articuli.eo ꝙ vt vides per tex.hīc poſitum,priuatur à ſucceſſione,quod eſt qd in tellectuale.& vide Ioannem Campezium in tractatu ſuo de ſtatu.exclu.fœminas.q.xlix.& quòd in ſtatuto attendatur an ſit domicilij patris,an bonorum illius, vel an domicilij patris vel filiæ,quæſt.l.articu.vj.

IN TEXTV IBI,

Ne les deſcendans d'elle.

HAec verba videntur ſuperflua,quia vt dicit Ang. in §.neque illo.in auth.de triente & ſemiſſe. col. iiij.quòd nepos vocatur ex perſona patris in ea portione,in qua vocaretur pater,ſi viueret.Hinc vt dicit, facit ad ſtatutum,†ꝙ filia dotata non ſuccedat, ꝙ nepos ex ea quę fuit dotata non ſuccedet.intellige quando iam fuit dotata mater ſcđm cōſuetudinem noſtrā, ſ.dando filiæ dotē diuiſam:quia tunc nepos ex ea non amplius ſuccedet,ſi fuiſſet ita dotata ꝙ fuiſſet excluſa à ſucceſſione,etiam excluditur eius nepos.faciūt quæ dicit Alua.& Card.Alex.in c.j.§.hoc autem notandū. qui feudum dare poſſunt.†ꝙ ſicut fœmina non ſuccedit in feudo,ita nec nepos ex ea.dixi plenè in tit.de feudis, ſuprà in §. *en choſes feodales*. quaſi in fi. primæ glo. verſi. ſed in contrarium eſt veritas. & ad prædicta faciunt quæ dicit Bal.in l.fi.C.de in ius vocan.vbi dicit, ꝙ ex quo neptis repræſentat pſonā quę excludebatur debet etiā excludi.ita etiam tenet do.Soci. in cōſ. ſuo xxxj.in ij.col.verſi.tertio probatur.allegat Bart.ita tenere in l.ij.§.videndum eſt.ff.ad Tertul.

1 Nepos ex filia dotata an ſuccedat.

2

ADDITIO. Vide Mat.de affl.in conſti.regni Sicil. quæ inci.in aliquibus.in iiij.quæſt.in iij.li.¶Sed quid ſi filia renuntiet,an filij eius poſſint venire?Guido pa. deciſione ſua ccxxviij.nu 2.diſtinguit ſecundum Bar. in l.qui ſuperſtitis.ff.de acq. hæred.

ALex.in conſi.ſuo lxxv.in pe.col.in j. vol. & etiam Ang.in conſi.cccij.& Aret.in conſ.clvij.& cxliij. Gul.Benedicti in ſua repe.c.Ray.in verb.duas habens vxores.nu.ccxxxvj.de teſt.Pau.de Caſt.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hære.facit differēt iam,an filia ſuperuiuat patri,an nō:qm vt dicit,ſi moriat ante patrē,nō nocet eius renūtiatio filiis.dixi plenè in §.*en toutes ſucceßions repreſentation a lieu*. q eſt in ordine decimus. ſ. hoc eo.tit.¶Sed qd†ſi p patrē aut matrē alicuius neptis fuit renūtiatū ſucceſſioni aui, an ſi pater aut mater moriant ante auū,nepos ſit excluſus à ſucceſſione aui,& an talis renūtiatio præiudicet nepoti?vide Ale. & alios in l.pactū qđ dotali.C.de coll.& in l.pactū.C. de pac.& ponit Ale.in l.ſi actionē. C.de pac. an ſi vn⁹ ex fratribus maritauit ſororē,quę ei ceſſit oīa ſua iura an debeat ad ſui cōmodū pro omnibus aliis fratribus.

3 An nepos præiudicet renuntiatio patris.

Quomodo fieri debeat renūtiatio.

11 *Pactum patrũ cum filia de ſuccedendo.*

etiã per Decium in l.pactum.C.de coll.¶Sed†ſi pater dotauerit filiã ſecundum formã huius conſuetudinis, nulla facta reſeruatione in contractu matrimonij, an poſtmodum poſſit facere pactum cum ea non obſtãte dicta conſuetudine,q̃ eidẽ ſuccedet:vide Iaco.de ſancto Geor.in l.fi.in vlt. col.C.de pac.q tenet quòd non.

SEd aduerte,q̃ ſi pater filiæ reſeruauerit q̃ ſuccedat ſibi & fratribus, deficiẽtibus maſculis,nõ valet in vim inſtitutionis.l.filiusfamiliãs.§. vt qs hæredẽ.ff.de lega. j. ſed valebit in vim fideicõmiſſi. tex. eſt in l.qui filiũ.in l.Scæuola.& in l.ex facto.in prin.ff.ad Trebel.

ADDITIO. De huiuſmodi reſeruatione & ſuo effectu vide Albertum Brunum in ſuo trac.de ſtatut.exclu.fœminas.artic.iiij.vj.articuli principalis. in xiij. quæſtione illius iiij.articuli.

12 *Quæſtio*

SEd pone† q̃ pater & mater dotãdo filiã reſeruauerũt ei q̃ ſuccedet cum aliis,reportãdo dotẽ à patre & matre datã,an patre tm̃ moriente,aut matre tãtum poſſit venire filia ad ſucceſſionem illius defuncti, an debeat expectare q̃ ambo moriantur,ad hoc vt poſſit venire ad ſucceſſionem reportando,vt dictum eſt.

ADuertendũ eſt quòd eſt conſiderandum quomodo fit hæc reſeruatio,qa aut dr̃,quòd poſt mortẽ patris & matris veniet filia ad ſucceſſionem eorum,& tunc quia eſt copula,&,ad eius veritatẽ requirit̃ concurſus omnium copulatorũ.§.pen. inſti. de hær.inſti. & tũc requiritur q̃ pater & mater ſint mortui ad hoc vt filia poſſit venire ad ſucceſſionem eorũ, reportando:aut verò loquitur per verba alternatiua,ſic dicendo, filia veniet ad ſucceſſionẽ poſt mortem patris aut matris,& tunc hoc caſu ſi vnus illorum morietur,ve-

13 niet filia ad ſucceſſionem,eo q̃ † ad veritatem diſiunctiuæ aut alternatiuæ ſufficit alterã partem eſſe verã, iuribus ſuprà allegatis,cum ibi notatis per doc.

AVt verò alio modo fuit facta dicta reſeruatio:puta filia talis dotata veniet ad ſucceſsionẽ noſtrã reportando poſt mortẽ cuiuſlibet noſtrũ, & tunc qa eſt verbũ cuiuſlibet,quod licet attribuat inſolidũ, vt not.Bar.in l.hoc articulo.ff.de hær. inſti.nõ ſufficit q̃ vnꝰ illorũ ſit mortuus,ſed reqritur cõcurſus omnium diſtributorum,eo q̃ dictio,*qu'ils*,eſt diſtributiua ſimplex, & natura iſtorũ eſt vt reqratur cõcurſus omniũ ad quos refert̃,aliàs eſſet falſa oratio. l. nõ diſtinguemus.§.cùm plures.ff.de arb.l.ſi creditores.C. de pact. & l.ſi pluribꝰ. ff.de leg.ij.Si tñ diceretur in cõtractu p patrem & matrẽ,ſi qs ex nobis moriatur, volumus q̃ filia noſtra dotata veniat ad ſucceſsionem reportãdo, tũc poſt mortẽ vnius veniet filia ad ſucceſſionẽ illius: †qa dictio,ſi qs,eſt dictio diſtributiua,nõ reqrẽs cõcurſũ omniũ diſtributiuorũ,ſed verificat̃ in vno,vt ꝓbatur ĩ l.ſi neceſſerias.§.ſi annua.in fi.ff.de pig.act. Ita dicit Bar.in d.l.hoc articulo ex cuius dictis poſſunt ſimiles quæſtiones decidi. ¶† Sed quæro qd econtrà ſi pater reſeruauerit filiæ q̃ ſuccedat, ſed eã ſimpliciter dotauerit,taliter q̃ ſit excluſa p cõſuetudinẽ noſtram, an poterit poſt modũ pater eã reuocare ſeu reappellare ad ſucceſſionẽ ſuã? Ale.in cõſi.ſuo xxix.inci.Pręclarè,ſubtiliter.in iij.vol.videtur innuere q̃ ſic. ¶ Credo q̃ poſſet eã inſtituere hæredẽ in duabus partibus totius hæreditatis: cùm etiã poſſet inſtituere extraneũ, vt ſuprà hoc eodẽ art.iiij.nec tunc eſt de veris hæredibus,cùm ſit excluſa, ſed pro extranea:& ideo põt illã inſtituere de per ſe in aliqua parte, ſed q̃ ſimpliciter poſſit eã reappellare,dicendo,volo q̃ nõ obſtante tali cõſuetudine veniat ad ſucceſſionem meam cum filio, quod non poſſit,qa ius eſt acquiſitum filio per cõſuetudinem,cui inferior nõ poteſt derogare, vt dicit Iaſ. in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.& dixi in pluribus locis.

14 *Dictio. ſi qua.*

15 *Quæſtio.*

ADuerte,qa ſtãte ſtatuto ſeu conſuetudine ſimpliciter diſponente,q̃ filia dotata exiſtente maſculo nõ ſuccedat,q̃ patre in prę iudiciũ filij nõ poterit dotãdo filiã eidẽ reſeruare ius ſuccedẽdi, cùm aliàs ſit hoc ꝓhibitum,vt tenet G.Benedicti in ſua repe.c.Rayn.in verbo,duas habẽs filias. nu. 219.de teſt.Si ſit dictũ in ſtatuto aut cõſuetudine q̃ nõ poſſit illã inſtituere,nec etiã ſuccedendi ius per pactũ reſeruare. & ideo notãter fuerunt appoſita prædicta verba, *s'il ne luy eſt expreſſement reſerué*.¶Vide in hoc Boërium in cõſue. Bituricen.tit.de teſt.§.vj.in x.col.glo.magnæ. Adde q̃ ſi hoc caſu inſtituat̃ hæres in aliqua parte,q̃ nõ tenebitur cõferre cũ fratre dotẽ,& alia ſibi donata, vt tenet in terminis Iaſ.in l.ſi emãcipati.in vij.col.C.de coll.eo q̃ licet ſit de deſcẽdentibus,& in primo gradu,tamen eſt tanquã extranea, cùm ſit per cõſuetudinẽ excluſa. ¶Aduerte tamẽ quia etiã eidẽ relinquere prohibetur titulo hæreditario,& ideo nõ valeret inſtitutio,ſed alio modo poſſet ei relinquere,eidẽ donãdo ſine titulo inſtitutionis,cùm hoc dictet cõſuetudo.¶†Et de effectu huiuſmodi reappelli ſeu reuocationis, quomodo fieri poſſit,& in quo caſu,vide Iaco. de ſancto Georg. in l.fi.in vlt.col.C.de pac.& per Georgiũ Natan in repe.c.quãuis pactum.iiij.col.ver.limita hanc decret.de pac.in vj.& conſului plenè in caſu emergenti.in conſ. inci. *Noble ſeigneur Helie de Poignac*.in quo indiſtinctè tenui q̃in caſu in quo filia aut ſoror eſt ſolùm excluſa per pactum & nõ per ſtatutũ, etiã ad cõmodum contrahentis & aliorum,quòd cõtrahens poteſt illi pacto renuntiare,& illam reappellare ſine cõſenſu aliorũ,in fauorem quorum etiã contrahens ſtipulatus fuerat.

16 *Effectus reappellationis ad ſucceſſum.*

Addit

ADDITIO. Consilij de quo hîc antè facta est mentio, nu. 28. & ad hoc vide etiam Alex. in consi. cciiij. in vij. vol. & decisio. Tholo. cccclij. & ita fuit dictum per arrestum curiæ parlamentalis Parisien. anno domini 1531. in mense Martio.

ADuerte etiam q̃ frater cui est acquisitum ius in præiudicium creditorum, potest reuocare sororẽ dotatam. Bal. in l. maximum vitium, in iiij. col. ibi, sed pone q̃ frater. C. de lib. præte. vel exhære.

IN TEXTV IBI,

Et n'entend on point priuer la femme de succession collaterale.

NAm etiam si istud consuetudo nostra non disponeret, adhuc per renuntiationẽ factã cũ dispositione statuti seu nostræ cõsuetudinis nõ diceret renũtiare, nec esse exclusa à successione collateraliũ, & sic fratrũ suorũ. p ea quæ dicit Ias. in l. eius qui. §. q̃ si stipulatus. in v. col. ff. si cer. pet. vbi plura ad hoc alleg & allegat Alex. Fran. de Are. & Lud. Ro. q̃ ita consuluerunt. † Et ideo dicit, si vis facere, q̃ filia non succedat fratribus, fac q̃ renũtiet successioni fraternæ cũ iuramẽto. idẽ tenet idẽ do. meus in l. qm̃ nouella. in ij. col. C. de inof. test. idẽ tenet in §. actionũ. inst. de actio. vbi idẽ etiã tenet idẽ do. meus. in l. j. §. veteres. iij. col. ff. de acqui. pos. p gl. ibi, quæ dicit, † q̃ hęreditas postquã est adita nõ dicit amplius hæreditas, nisi largè & impropriè, eo q̃ vnit cũ patrimonio hęredis, & totũ sit vnitũ patrimoniũ hęredis. l. sed & si plures. §. filio. ff. de vul. & pup. l. j. §. præterea. ff. de separa. facit tex. in l. q̃ Titij testamentum. ff. de his quibus vt indi. melior text. de iure insti. de hære. qualita. & diffe. in prin. & inst. q̃bus ex caus. manumit. licet vel nõ. §. j. cũ aliis alle. p doc. in dictis locis. ¶ Ex quibus iuribus cõsuluerũt doctores, † q̃ filia exclusa à successione patris, nõ tamẽ excluditur à successione fratris, etiã si frater nõ habeat in suo patrimonio nisi bona paterna. ita cõsuluit Ro. in cõs. suo clxviij. in primo dubio. vbi loquit in renuntiatione facta. idẽ cõsuluit Fran. de Areti. in cõs. suo clxj. in ij. col. vbi dicit, † q̃ etiã si frater nõdum successerit patri, sed transmiserit ius adeũdi ad hæredes, soror quæ est exclusa ab hæreditate paterna, poterit succedendo patri ex iure transmisso adire hæreditatẽ paternã. Et idẽ ẽt tãgit in cõsilio immediatè sequẽti, ĩ v. col. vbi loquit de renũtiatione. de q̃b⁹ cõsiliis facit mentionẽ ipse Are. in d. l. j. §. veteres. vbi dicit se aliàs consuluisse. & istud etiã tenet idẽ Ias. in l. venia. in fi. ij. col. cũ sequ. C. de in ius voc. vbi alleg. Bal. in c. j. §. cum esset. in titulo, episcopũ vel abbatẽ. & vide cõcordan. p Alex. in cõsi. suo xxix. in iij. col. in j. vol. vbi dicit hoc esse verum, nisi statutum diceret, q̃ etiã filia dotata nõ succedat patri, matri & fratribus, q̃a tunc hoc casu indistinctè excluderetur, etiã si ab illis nõ esset dotata. vt dicit Bal. in d. l. j. C. de legi. hær. allegans tria cõsilia Pau. de Ca. idem tenet Ludo. Roma. in consi. suo ccclxxxv. in j. dubio. Et ad prædicta vide Guid. papam decisio. ccxxxj.

ADDITIO. Vide quid in hoc dicat Mat. de affl. in cõsti. regni Sic. quæ inci. in aliquibus. in ix. q. iiij. nota. in iij. lib. ¶ Aduerte ad hîc ante dicta, q̃a est quæstio de pacto de futura successione facto p filiã cũ patre mediãte dote sibi cõstituta. † An valeat hęc renũtiatio ẽt si filia mediãte prædicta dote constituta renũtiauerit successioni fraternæ. & videt tenere quidã q̃ nõ, & q̃ decreta. seu c. quãuis pactũ. de pac. in vj. nõ habeat locũ in alio casu q̃ in filia renũtiãte patri in fauorem sui patris, & suorum filiorũ, sed q̃ non extenditur ad successionẽ fratrũ, imò etiã si fuerit factũ pactũ fratri, q̃d videt tenere aliqui. sed veritas est in cõtrariũ, vt tenet per plura G eor. Natta in repe. c. quãuis pactũ. in xj. & xij. col. de pac. in vj. Vide etiã deci. Tholo. ccccl vij. ccccl viij. vbi quæritur de prædictis quæstionibus.

SEd quæro an ista superiùs dicta procedant quãdo bona de quibus agitur, & quæ de patre puenissẽt ad fratrẽ, fuissent subiecta restitutioni fideicõmissarię, q̃a ista filia esset substituta p fideicõmisũ à patre? non videt dubitãdũ quin tunc ipsa soror excluderet, si venit ex substitutione fideicõmissaria, cùm p illã succederet patri, l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pup. bene faciunt notata in l. si is qui. ff. de vulga. & pupil. & not. per moder. in l. j. C. de pac. in glo. magna, in iij. opposit. Et hęc dicit & tenet do. Claudius de Seysello dictus de aquis, post Ias. Are. & Alex. in d. §. veteres.

IN TEXTV IBI,

Collaterale.

ADuerte q̃a verbũ, *collaterale*, cõprehendit masculos & fœminas. nota. in cle. j. de ele. scdm Pet. de Anc. in consi. suo cxij. incip. superstite. in ij. col. *Collaterale.*

ITem quæro an valeat pactũ factũ inter fratres diuidentes hæreditatem, q̃ vno ex eis superstite, vel extantibus filiis masculis ex eis, fœminæ nõ succedant? Vide Bar. in consl xxij. & nihil aliud nunc dico, cùm video processum in breui super hoc casu moturum.

IN TEXTV IBI,

Ne d'autre donation que ses pere & mere luy voudront faire.

IStud idem disponitur per consuetudinẽ Aruerniæ: quia si fuerit pactum cum filia quòd non succedet, poterit tamen pater ei donare.

IN TEXTV IBI,

Sans titre de hoirie.

QVæro nunquid per hęc verba, *par titre de hoirie*, sit sublata donatio causa mortis? Nam videmus hîc, † q̃ pater in suo testamẽto nõ potest p viã institutionis relinquere filiæ dotatæ, nisi sit expressè reseruatũ, p quoddã argumẽtũ à cõtrario sensu: sed bene põt donare. nũq̃d autẽ possit donare causa mortis? videt q̃ non, per regulã l. j. §. j. ff. de tute. ratio. distrahendis. quæ habet, † q̃ qui nõ potest testari, nec potest donare causa mortis. sicut ergo filiæ dotatæ non põt relinqui p testamẽtũ, ita nec p donationẽ causa mortis. & ille tex. est ad hoc singularis, secundũ Imo. in l. ij. ff. de leg. j. & scdm Bal. in c. cum omnes. in xvij. col. de cõsti. Confirmatur per tex. in l. discretis. in versi. neq; mortis causa donatione. C. qui test. facere possunt. ¶ Item facit, quia vt hîc apparet, prohibetur relinquere filię dotatæ in vltima voluntate, sed donatio causa mortis est vltima volũtas. l. fi. C. de dona. causa mortis. vbi text. æquiparat per omnia donationẽ causa mortis, & vltimã voluntatẽ. ¶ Facit & tertiò, † q̃a legatũ & fideicõmissũ, seu donatio causa mortis æquiparantur. l. j. & l. legatum. ff. de leg. j. † & qui non potest testari, non potest legare, aut fideicommittere: ergo etiam nõ debet posse donare causa mortis. ad hoc facit tex. in d. l. discretis. C. qui test. facere possunt. qui hæc tria æquiparat. ¶ Facit & quartò, quia in multis æquiparantur vltima voluntas & donatio causa mortis: primò videlicet q̃a videmus q̃ qui põt capere ex testamento, potest etiã capere ex donatione causa mortis, & ecõtrà. l. Marcellus. in prin. ff. de dona. cau. mor. vt ergo tãtũ

1 Hæreditas adita nõ plus dicitur hæreditas.

2 De renũtiante successioni fraternæ.

1 Regula.

2 Legatũ, fideicõmissum & donatio causa mortis æquiparantur.

BIU Cujas

operetur oppoſitum in oppoſito, quātū ꝓpoſitum in ꝓpoſito. l. ſi vt ꝓponis. C. de nup. q non pōt capere ex teſtamēto, nec ex donatione cauſa mortis, & q nō habet priuilegiū in teſtādo, nec ēt in donādo cauſa mortis. ex quo dicēdū eſt, ꝙ ſicut filia dotata, cui nō eſt reſeruatū in cōtractu matrimonij, nō poteſt capere quæ ei relinquunt̄ p patrē in teſtamēto, ita nec in donatione cauſa mortis. & ſicut pater non habet priuilegium in relinquēdo eidē filiæ in teſtamento, ita nec in donatione cauſa mortis. ¶ Itē quemadmodū in legato dñiū tranſit in legatariū recta via. l. à Tit. in fi. ff. de furtis. ita in donatione cau. mor. l. ij. in prin. ff. de pub. & quēadmodū in vltimis volūtatib. habet locū ius accreſcēdi. l. re cōiūcti. ff. de leg. iij. ita ēt in don. ca. mor. tex. eſt in l. vnica. §. fi. C. de cad. toll. ¶ Itē quēadmodū reiicit̄ in vltimis volūtatibus iuramētū q̄d turpe cōtinēs, ita in dona. cau. mor. l. quę ſub cōdi. §. hoc edictū. ff. de cōdi. inſti. ¶ Itē diſtinctio quæ fit, an ꝓ alienationē teſtatoris intelligat̄ reuocatū legatū, an ſit alienatio volūtaria, vel neceſſaria. l. fideicōmiſſa. §. ſi rē. ff. de leg. iij. habet etiā locū in donatione cau. mor. dictū fuit ſingulare Dy. in l. Stichū q meus erit. ff. de leg. j. q̄d dictū Bal. ibi reputat aureū. & ita ēt dicit Iaſ. in l. q poſt. in ij. col. C. de leg. & l. fœminæ. in vij. col. cū ſeq. C. q teſta. face. poſ. vbi ex prædictis arguit, ꝙ ſicut filius nō poteſt teſtari etiā cū cōſenſu patris, ita etiā nō poterit donare cau. mor. ¶ Itē q̄d plus eſt, dicit Soci. in conſ. ſuo xix. in
5 iiij. col. † cui data eſt poteſtas ſimpliciter donādi, non pōt donare cauſa mortis: imò ꝙ de ipſa don. cau. mor. fiat mentio. l. filiusfa. & ibi Io. de Imo. ff. de don. multo ergo minus qñ eſt prohibitū donare in teſtamēto, cùm ſatis videatur excluſa donatio cauſa mortis.

MIhi tamen videt̄ in hoc caſu, ꝙ ſi pater dederit filiæ dotatæ aliq̄d ꝓ donationē cauſa mortis, ꝙ filia poterit capere nō obſtāte hac noſtra cōſuetudine: quia primò ſi bene inſpiciamus verba noſtræ conſuetudinis, ꝓhibēt tantūmodo relinquere titulo inſtitutionis, † cùm verbū, hæres, tantummodo referatur ad inſtitutionem, aut aliàs ad eū cui de iure defert̄ hæreditas ab inteſtato, quia hæreditas dari nō poteſt in donatione cauſa mortis. l. licet. C. de pac. vbi gl. & do. Iaſ. & Bar. in l. hæreditas. C. de pac. conuentis. & do. Iaſ. in l. iij. quæ legitur per eum cum l. j. C. de codicillis.

6 Hæres verbum.

SI ergo filiæ det̄ aliq̄d de bonis patris in dona. cauſa mortis, nō pōt dicere filia ſe habere aliq̄d de hæreditate patris: qa ad hoc vt hæreditas aut aliquid de hę reditate det̄, requirit̄ ꝙ ſit in teſtamento, & titulo inſtitutionis, nec pōt dari aliquid ꝙ ſit titulo hæreditatis, imò requirit̄ ꝙ in teſtamēto detur. Idem notāt Bal. & Ang. in d. l. licet. & ideo notat̄ ꝙ ſi qs dicat in inſtrumento, dono tibi hęreditatem meā, ꝙ nō valet iſta donatio, ꝓut tenet do. Iaſ. in d. l. licet. in iij. & iiij. col. & in l. fin. in vlt. col. C. de pac. maximè quando datur hæreditas, aut aliquid de hæreditate tanquam ius ſuccedēdi, prout dicit ibi do. meus Iaſ. in d. l. licet. in iiij. col.

7 ET ad iura ſuprà allegata poteſt reſpōderi: † Primò ad regulā l. j. §. j. ff. de tut. & rat. diſtra. vbi dicit̄, ꝙ qui non poteſt teſtari, nō poteſt donare cauſa mortis: ꝙ illa regula eſt vera, qñ quis prohibetur teſtari, ſeu relinquere per teſtamentum ex defectu naturæ, vt eſt in pupillo propter imbecillitatē intellectus: eodē modo in eo q eſt ſurdus & mutus à natura. l. diſcretis. C. qui teſt. face. poſ. ſecus in eo qui ꝓhibet̄ teſtari ꝓpter diſpoſitionē legalem, vt eſt in filiofamiliās. Et in iſto patre in hoc caſu, qñ vult relinquere filię dotatę in ſuo teſtamēto. ita tenet & reſpōdet do. meus in d. l. ſeniū. in viij. col. C. qui teſta. facere poſſunt. & in l. fi. in iiij. col. C. eo. tit. Ex quo infert do. meus Iaſ. in d. l. ſenium. † ꝙ filius in his in quibus pater nō habet vſumfructū poteſt dare cauſa mortis, etiam ſine cōſenſu patris. Ex quo apparet ꝙ illa regula l. j. in §. j. ſuprà alleg. non eſt vera omnino, ſed ſolum in caſu ante dicto. 8

AD alia fundamenta in quibus dixi donationē cauſa mortis æquiparari vltimæ voluntati, dic quòd iſta eſt communis ſententia, ꝙ donatio cauſa mortis poſtquam eſt in eſſe deducta cenſetur vltima volūtas, patet, qa non habet effectū niſi poſt mortē donātis, nimirū ſi tunc regulatur regulis vltimarū voluntatū. & ita omnia ſupradicta procedunt & intelligenda ſunt.

9 Donatio cauſa mortis æquiparatur cōtractibus.

¶ † Sed donatio cauſa mortis prout in eſſe deducit̄, æquiparatur cōtractibus. patet, quia requiritur præſentia donatarij, & eius ſtipulatio. l. inter mortis. ff. de donatione cau. mor. & tamen eſt ſecus in vltimis volūtatibus quia poſſunt fieri abſenti & ignoranti. l. cùm pater. §. ſurdo. ff. de leg. ij. Iſta eſt doctrina gl. in l. ij. in prin. ff. de dote præle. plenè ſcribitur in l. ij. ff. de leg. j. ¶ Item non ſequitur, donatio cauſa mortis habet vim vltimę volūtatis, ergo eſt vltima volūtas, ꝓut dicit Iaſ. in d. l. licet. in iiij. col. C. de pac. aliquid habet vim teſtamēti, nō ſequit̄ ꝙ ſit verè teſtamentū: cùm aliud ſit eſſe tale & haberi pro tali. l. mercis, cū ſimilibus. ff. de verb. ſig. ¶ Itē hîc arguit̄ à ſimili, q̄d quidē argumētum eſt ſubauditus intellectus, ꝓut colligit̄ ex verbis do. mei Iaſ. in l. de quibus. in iij. col. ff. de leg. Ex quo dicit, † ꝙ in conſuetudine nō eſt ſumendū argumētum à ſimili ad corrigendū legē ſcriptā, & maximè qa ſtatutum debet ita interpretari vt lædat minus ius cōmune q̄ poſſit. l. quod verò. ff. de legi. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat. l. ij. C. de noxa. Soci. cōſi. xxxj. in j. col. in j. vol. & ideo dicit do. meus Iaſ. in l. omnes populi. in ij. lectu. in pen. col. ff. de iuſti. & iu. ꝙ correctio iuris cōmunis nō debet induci ꝓ ſtatutū, niſi quaten⁹ in eo expreſsè dicit̄. l. ſancimus. C. de teſt. l. præcipimus. in fi. C. de appell. ex quo ſ. vt dictū eſt hîc in hoc §. in gl. in ver. *ne retour ne point à la ſucceſſion.* in finalibus verbis, etiam de iure pōt pater talē filiā inſtituere, ergo ex quo per conſuetudinē ſeu ſtatutū nō corrigit̄ in hoc ius, nō debet extendi correctio, ꝓ argumentū à ſimili, ꝓ ea quę hîc antè dixi. De hoc tn argumento à ſimili, vide Iaſ. in l. creditori. in ij. col. ff. de no. ope. nun. & dicit Iaſ. in l. ij. in iiij. col. ff. de iureiur. † ꝙ ad hoc vt poſſit fieri extenſio virtute æquiparationi, oportet ꝙ æquiparatio ſit in illa materia de qua agitur, aliàs non valet argumentū à ſimili. allegat gl. in c. j. in verbo, declaramus. ne clerici vel mona. in vj. & in c. licet canon. in verbo, parochialis. de ele. in vj. Faciunt & alia allegata per eum in dicto loco. ¶ Ad prædictum argumentum à ſimili, adde quæ dicit Felinus in c. tranſlato. poſt Panor. ibi, de cōſti. & Panor. in rubri. procemij decreta. in c. quoniam frequenter. in §. fin. in pen. col. vt lite non conteſt. vbi dicit, quòd valet argumentum à ſimili, dummodo ſimilitudo ſit in ratione. ſed aduerte quia debet eſſe omnimoda in iure in ratione. Panor. in c. cùm dilectus. in iij. col. vt lite non conteſta.

10 De extenſione virtute æquiparationi.

ADuerte etiam quia nō eſſet ſine magno dubio an pater per hæc verba poſſit in teſtamēto legare filiæ, vel in codicillis relinquere, vel alio modo, dūmodo non ſit titulo inſtitutionis: quia videtur ꝙ ſic, per verba noſtræ conſuetudinis, ibi, *à tiltre de hoirie.* quæ ſunt ſtrictè interpretanda, & non extendenda, per ea quæ dicta ſunt ſuperius. non inſiſto aliter.

PRo complemento huius cōſuetudinis, quæ habet materias multum notabiles, quæro nunquid effectus huius cōſuetudinis extendatur ad bona ſita extra ducatum

BIU Cujas

ducatum Burgundiæ, in quibus nō habet locū hęc cō suetudo, nec viget? Fran. de Zabar. in specie consuluit talē cōsuetudinē porrigere effectū extra territorium. ita consuluit in cons. suo xliij. posito sub rub. de testa. q̄ incipit, Statuto Ferrariēsi cauet. in cōsiliis Io. Cal. vbi vult, q̄ si statutum Ferrariēse excludat filias fœminas ab hæreditate vel successione patris dotātis, & cō tingat q̄ totum patrimoniū, vel maior pars patrimonij ipsius defuncti sit extra territoriū Ferrariæ, q̄ tale statutū excludit eas etiam à patrimonio existēte extra territoriū statuentium, si tales filiæ erant subiectę statuētibus: quia statutū priuādo eas statuerit in personā priuādam & subiectā statuēti illo iure intellectuali, s. hæreditate, operat' q̄ illæ filiæ aliqua bona cōsequi nō possunt, nec extra nec intra territoriū statuentiū: quia filiæ nulla bona capere possunt nisi vt hęredes, vnde si priuātur potētia consequēdi vniuersale sub quo particularia continent, videnť etiā priuatę potētia consequēdi omnia particularia inclusa sub vno. l. si quis cū totum. in prin. §. fi. ff. de excep. rei iud. & Bal. satis inclinat in hanc partē in repetitione magna l. cūctos popu los. in xij. col. versi. v. quærit, statutū. C. de sum. trin. & istud maximè q̄n filia est nupta in loco vbi viget præsens cōsuetudo, qa tūc illi legi obedire debet: secº si nō esset subiecta ratione originis vel incolatus, prout vo luit dicere Alex. in consi. suo xvj. in ij. col. in j. vol. qui cū hac vltima adiunctione videtur quodāmodo adhærere huic decisioni. ¶ Ex quo ergo p consuetudinē nostrā priuant' filię successiōe, quę q̄dē cōsuetudo disponit in psonas, vt dicendū q̄ hæc cōsuetudo extenditur ad bona sita extra ducatum Burgundiæ. Alex. tñ in d. consi. tenet contrariū, & dicit q̄ magis cōis opinio est in contrariū. Ita etiam tenet in cons. suo cxxviij. incip. consideratis verbis instrumēti. in j. col. in j. vol. qui nō facit ibi mentionē de decisi. Fran. de Rāponibus, licet bene faciat mētionē in cons. xvj. Quid dicendū? Socin. subtilitatū princeps hāc materiam plenè examinauit, q̄ non facit mentionē de prędictis doctoribus, & multum amplè distinguit, ideo ad eum me remitto, donec casus eueniat: ita plenè examinauit in consi. xxxvj.

ADDITIO. Vide etiam plenè per Georgiū Natan in repet. c. quāuis pactum in ix. quæst. iiij. quæstionis principalis. de pac. in vj.

VIdetur istud per hæc verba, *sans tiltre de hoirie*, esse contra dispositionē iuris, nisi intelligat', *sans tiltre de hoirie*, ex testamēto, quia de iure si renūtiasset successioni & hæreditati patris, intelligit' ab intestato, & nō ex testamēto: quia successioni ex testamēto, etiā per iuramentū renūtiari nō potest, cùm hoc esset auferre testamēti factionem homini sanæ mētis, q̄d est cōtra naturalē ęquitatē, & bonos mores. ex q̄bus dicit Bal. in l. fi. col. iij. C. de pac. q̄ generales renūtiationes mulierū non referūtur ad ea quæ ipsis relinquuntur per testamentū, & ideo vī q̄ sicut nō potest fieri per pactū, ita nec p statutū, per gl. vulgarē in rub. C. de decretis decurionū. lib. x. de qua per Feli. in c. j. de probatio. in ij. col. Sed aduerte, quia talis regula nō ꝓcedit negatiuè vt dicit Ias. in l. præscriptione. col. iij. C. si cōtra ius vel vtilitatem pub. in auth. iubemus. in j. col. de iud. Alex. consil. [illegible] lxxix. in j. vol. col. iiij. Si non esset consuetudo, et[illegible] filia renūtiasset, tamē pater posset eam in test[illegible] vocare, & illam instituere hæredem.

Succession ex testamē to renūtiari nō potest.

ADD[illegible] Et ita etiā tenet Matt. de affl. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, in aliquibus. in vj. q. iiij. no. in iij. li. & Decius in l. pactū q̄d dotali. in iij. col. in j. limitatione ad c. quanuis pactū. C. de colla. ¶ Vide Boërium in consuet. Bituricen. §. vj. in x. col. magnæ glo.

VIdetur tamē q̄ tale statutū in hoc nō valeat, quia eo non obstante poterit pater filiā excluſam à statuto instituere hæredem, vt dicit G. Benedicti in sua rep. c. Ray. in verbo, duas habens filias. nu. 181. de testa. & decisio Tholosana cccclvj. vbi amplè.

§. DECIMOTERTIO.

SI aucūs se veulent porter pour heritiers par benefice d'inuentaire, ils sont tenus de l'impetrer du prince.

ADuerte quia in regno Franciæ quando impetrat' istud priuilegiū, de se gerēdo hæredē beneficio inuētarij, cōsueuit in mādato regio apponi ista clausula, *pourueu qu'il n'y ait autre qui se porte heritier simplement.* ¶ Sed quæro de duobus: primò si hæc clausula non apponatur, an debeat haberi pro apposita vel nō apposita? Secūdò si fit apposita vel nō apposita, & habeat' ꝓ apposita, an extraneus vel etiā cōsanguineº virtute talis clausulæ possit excludere priorē in gradu, si velit simpliciter se gerere hæredē? ¶ Ad primū dico q̄ cùm hæc clausula sic de cōsuetudine apponi soleat, debet haberi pro apposita, etiam si sit omissa. Faciūt quæ dicit tex. & ibi Anto. de But. ad hoc notat in c. accepimus. de æta. & quali. & in c. cùm M. Ferrarien. de consti. † q̄ clausulæ solitę apponi in bullis Apostolicis subintelligūtur in eis quanuis non sint scriptæ. Ita refert & sequitur Ias. in l. iij. in viij. col. C. de iure emphyteu. & in l. certi condictio. §. si nummos. in iij. col. ff. si cert. pet. Idem domi. meus in l. vt liberis. in ij. col. C. de colla. Alex. in consi. xxvij. & in consi. cvij. in pen. col. in ij. vol. Et dicit plus Panor. in c. ex parte. ij. in fi. de officio deleg. & in c. ij. in iij. not. de rescrip. † quòd rescriptum impetratum contra cōsuetudinem principis est falsum. Recordor alias audiuisse à quodam venerabili & discreto viro domino Ioanne Saulnier, consiliario regio in parlamento Burgundiæ, quòd ita fuerat decisum per arrestum parlamenti Burgundię, & postmodum post eius mortem vidi consuetudines eiusdem, in quibus erat scriptum in margine, nota quòd in regno Franciæ quando impetratur istud priuilegium de se gerēdo hæredem per beneficium inuentarij, consueuit in mandato regio appōi ista clausula, *pourueu qu'il n'y ait autre qui se porte heritier simplemēt.* ¶ Quid si nō apponat' ista clausula? Ego vidi decidi per arrestum parlamenti Burgundiæ, q̄ ista clausula habetur pro apposita, † nam clausula in literis apponi consueta semper intelligitur. ad hoc c. causam. de rescriptis. c. ij. & c. cum oporteat. de accusa. Panorm. in c. accepimus. in v. not. de æta. & qualitate, † & si literæ iudicis aliquid vltra aliquam cōsuetudinem contineant, præsumūtur erroneæ, nec eis est credendum. l. præcipimus. C. de cano. largitio. titulorum li. x. & est lex similis quæ ita summatur. ista sunt verba quæ reperi in margine consuetudinum dicti magistri Ioannis Saulnier. credo quòd superiùs dicta bene fecissent ad propositum in hac materia.

De clausulis in rescriptis apponi solitis.

MIhi videtur quòd si hæc clausula per principem apponatur, quòd debet habere & operari effectum, ne sit frustratoria, vt verba de aliquo operentur l. si quando. ff. de legat. i. cap. si papa. de priuileg. in vj. notat Iason in l. ait prætor. j. in princi. ff. de iureiuran. vbi dicit, † q̄ nedum clausula, imò nulla dictio, nulla

Nihil debet esse otiosū in rescriptis.

BIU Cujas

syllaba debet esse sine effectu aliquid operãdi. gl. in c. solitæ. in verbo, tanquã. ad finẽ. de maiori. & obe. imò adhuc istud nõ est sine dubio, qa in hoc lædit ius tertij. s. prioris in gradu, qa deberet esse hæres cũ hoc beneficio à iure eidẽ cõcesso, qui quidẽ prior in gradu excludit à beneficio iuris eidẽ cõcesso virtute huius clausulæ, præter omnẽ dispositionẽ iuris, quæ de ea nullã facit mentionẽ, & ideo posset succedere illud, ad quod allegatur gl. not. in l. fi. §. in cõputatione. in gl. magna, ad fi. & ibi Bar. in fi. C. de iure deliber. & ibi Ias. & in l. causas vel lites. in ij. col. C. de transac. & in auth. sacra mẽta puberũ. in viij. co. C. si aduersus vẽditionem. s. ꝙ
6 potiùs debemus intelligere, †ꝙ verba statuti seu rescripti sint superflua & frustratoria, quàm tollatur ius alicuius. vt ergo ius prioris in gradu non sit læsum, qui debet succedere cum beneficio inuentarij, si voluerit, quod quidem beneficium est ei à iure concessum, nec etiam priuetur suo beneficio, & iure sibi concesso, potiùs debet illa clausula esse superflua & frustratoria, quàm quòd operetur effectum. Cogita.

SInautẽ dicta clausula nõ fuerit apposita, multò minus ex prædictis debet illa clausula subaudiri, ne p subauditiones iura corrigant, qđ fieri nõ debet, ꝑ gl. in c. cupiẽtes. §. ꝙ si per viginti. de elec. in vj. quã Ias. allegat in l. frater à fratre. in xij. col. ff. de condi. indebi. in auth. nouissima. in xj. col. C. de inoff. test. in l. emãcipata. in pe. col. C. qui admi. Bar. in cõs. xij. in j. co. in j. vol. Imò & adhuc fortiùs, qa si verba in rescriptis apposita debeãt potiùs esse superflua, quàm qđ ius tertij lædat, multo fortiùs verba nõ debẽt subaudiri ad lędẽdũ ius alicuius: cùm turpiùs eiicitur quàm nõ admittitur hospes. prout dicit tex. in c. quemadmodum. de iureiur.

AD secundũ dubiũ suprà quęsitũ, scilicet an virtutẽ huius clausulæ extraneus aut remotior in gradu possit excludere priorẽ in gradu, qui vult se gerere hæredẽ beneficio inuẽtarij à iure sibi cõcesso? quantũ ad extraneũ aut remotiorẽ in gradu, vĩ ꝙ hęc clausula nihil debet operari, qa dicit clausula, *pourueu qu'il n'y ait autre.* põdera hãc dictionẽ, *autre*, quæ est repetitiua similiũ, prout dicit gl. in l. si fugitiui. & ibi Ale. in apostillis. C. de seruis fugiti. Felin. in c. sedes. in vlt. col. de rescrip. Ias. in l. quicunq; C. qui admit. ex quo ergo est repetitiua similiũ, requiritur ꝙ quivoluerit excludere adeũtẽ hæreditatẽ beneficio inuẽtarij sit in simili gradu cũ eo, ex quo põt intelligi tantũ, ꝙ si sint plures in vno gradu, q debeãt esse hęredes, si aliqui voluerĩt impetrare beneficiũ inuẽtarij, alij verò voluerint esse hæredes simpliciter, isti q volũt esse hæredes simpliciter virtute dictæ clausulæ excludẽt alios, q etiã de iure deberent esse hęredes. & in hoc satis operat̃ ista clausula: cùm etiã sufficit ꝙ clausula de aliquo modico operet̃, vt minus infringant̃ iura quàm fieri possit, prout dicit Panor. in c. ex conquestione. in iij. col. de resti. spol. & ideo ex prædictis videtur ꝙ extraneus aut remotior in gradu nõ excluderet priorem virtute huius clausulæ.

CRedo tamen ꝙ cõtrarium obseruatur in toto regno Franciæ, & ideo durum esset recedere ab hac communi obseruantia, cùm, vt dicit Pan. in c. cùm ad
7 sedem. in ix. col. de restit. spol. †minimè sunt mutanda quæ certã interpretationem semper habuerũt. l. minimè. ff. de legi. nec facilè discedi debet ab eo qđ diu æquũ visum est, arg. l. in rebus. ff. de consti. prin. & quia aliàs ic practicatũ extitit, notat Lap⁹ allegatione sua lij. à qua practica recedi non debet. l. cùm de interpretatione. ff. de legibus. & dicit Alex. in consil. suo xxvij. inci. viso libello. in iiij. col. ꝙ nõ est recedendũ à communi obseruãtia. & Ias. in l. rẽ quę nobis. in j. not. ff. de acqu. pos. ꝙ minimè mutãda sunt quæ in practica certã legẽ habuerũt. interrogaui plures practicos & aduocatos antiquos an viderit istud practicare in extraneo: dixerũt mihi ꝙ nõ, sed ꝙ bene in cõsanguineo remotiori in gradu: ꝓpterea si cueniret casus in extraneo, cogita qd esset dicendũ ex prędictis. ¶ Vide postmodũ quædã & plura impetrata rescripta à principe, quæ tñ dicunt, *Pourueu que s'il y a autre du lignage du defunt qui se ueuille porter heritier.* ex quo dicerẽ ꝙ tãtùm consanguinei excludũt talẽ, & nõ extranei: & ista est veritas.

IN TEXTV IBI,

Si aucuns se veulent porter pour heritiers.

QVia hic textus loquit̃ pluraliter de pluribus volẽtibus se gerere hęredes beneficio inuẽtarij, idẽ erit dicendũ si vnus tantũ se velit gerere pro hęrede beneficio, qa pluralitas etiã verificari põt in vno, vt dicit Bar. in l. ait prætor. §. negotia sic accipe. ff. de neg. gest. licet videret̃ dicẽdũ ꝙ pluralitas in vno verificari non posset. per tex. in l. j. ff. de optio. legata. de quo art. ꝫ. di xi in rub. *des iustices & droicts d'icelles.* vers. contrariam partẽ in casu nro. & etiã põderãda sunt hæc verba ad aliud, ꝙ ex quo statuẽtes seu hãc cõsuetudinẽ introducẽtes habuerũt in cõsideratione, ꝙ istud beneficiũ põt pluribus cõcedi, si à pluribus impetret̃ ꝓ vna & eadẽ successione: qm̃ oibus ꝓ sua parte & portione concedendũ est, scđm qđ vĩ velle tex. in l. scimus. in prin. ver. cũ igit̃. ibi, siue ex asse, siue ex parte. C. de iu. deli. & sic ꝙ vĩ surrogatũ illud ius in locũ additionis simplicis hęreditatis ꝓpter timorẽ onerositatis, & sic ꝙ si sint plures hæredes vni⁹ defuncti, & vnus illorũ hæredũ beneficiũ hmõi simpliciter impetrauerit, nõ faciẽdo mẽtionẽ de aliis cohæredibus, non ꝑ hoc intelligit princeps iuri aliorũ petere debẽtiũ eorũ partes & portiões derogare, aut prędiudiciũ afferre, ita ꝙ si velint postmodũ simile beneficiũ impetrare, ꝙ nõ debeat eis cõcedi: qa princeps nõ prędsumit̃ rescriptũ in prędiudiciũ, & in iniuriã tertij cõcedere. l. ij. §. merito. ff. ne qd in loco publico. Nec præsumit̃ velle qđ cõcedere vltra qđ ius cõmune disponit. Ias. in l. iustitia. ff. de iust. & iur. Ex quo vĩ ꝙ vni cõcedendo nõ præiudicat cęteris, nisi inquãtũ constat, aut cõstare potest postmodũ de eorũ repudiatione & refutatione tacita, aut expressa. & ideo ad hoc vocant̃, videlicet ad vidẽdũ interinari literas principis cõtinẽtes beneficiũ inuẽtarij, vel ad dicendũ cõtrà, aut contradicendũ hmõi interinationi seu integrationi. & si nollẽt consentire, certũ est ꝙ aut debẽt, aut posśũt simile beneficiũ impetrare ꝓ eorũ parte & portione, qđ possunt: eo ꝙ ius in hoc nõ acquirit̃ fisco seu principi, nisi post declarationẽ ꝙ voluit impetrare beneficiũ inuẽtarij, eo ꝙ habẽt hæreditatẽ suspectam, vt satis innuit Ias. in d. l. scimus. in fine principij. Et quia ne alteri ꝑ alterũ iniqua conditio afferatur, qđ fieri nõ debet secundum clausulam iuris. ff. de regul. iur. per declarationẽ ex pluribus hęredibus, seu ꝓximioribus ad succedendũ habilibus nõ acquirit̃ principi seu fisco portio alterius nõ declarãtis, qui antequã priuẽtur eorũ iure, necesse est vt eorũ animũ non adeundi declarent, & antè simile beneficiũ est eis cõcessum per consuetudinẽ nostrã, iõ illud impetrare po[illegible] incipe, q nõ põt pl⁹ vni quàm alteri deneg[illegible] volint impetrare, portio eorũ tanquã nõ pet[illegible]escit pe tẽti, secũdũ etiã tenorẽ dictarũ literarũ regiarũ, q̃ hoc importãt, vel etiã si velint esse hęredes simpliciter hoc declarãdo, portio omniũ eis accrescit, secũdum tenorẽ clausulæ positæ in dictis literis, de qua in præcedẽti

Autre.

gloss.

BIU Cujas

gl. Nec in hoc videt ꝙ vnus possit esse hæres ꝑ parte simpliciter, & alius beneficio inuētarij, vt infrà dicam. Sed redeūdo vnde digressi sumus, si nullus se gerat vt hęres aut simile beneficiū inuētarij impetrauerit, etiā si pro parte tantū impetrauerit, aliis repudiātibus, aut tacētib⁹, acquiritur totū per ius accrescēdi vt tenet in terminis Ias. in d. l. vnica. col. iiij. C. qñ non petentium partes, & c. vbi dicit, ꝙ in hoc decretū iudicis interpositū sup parte, trahitur ad totū per ius accrescēdi qđ ſ. ꝓcedit etiā in iure fisco cōpetente, vt tenet Ale. in l. j. ff. de reg. iur. & Lu. Ro. in l. j. ff. de acqui. hęre. cōtra gl. in l. ea sola. ff. de reg. iur. & Lu. Ro. in l. j. ff. de acq. hær. & in d. l. vnica. Et ideo cùm, vt dicit, sit p ius accrescēdi, intellige, ſ. qñ habet locū ius accrescendi, ſ. quando nulli sunt qui partes eorū petāt, & qñ succedūt eodē iure, & data paritate gradus. Et sic cùm videat ꝙ succedēs simpliciter, & succedēs p rescriptū principis in forma beneficij inuētarij, nō succedāt eodē iure, eo ꝙ succedēs simpliciter dicitur succedere ex legitima successione, & sic de iure ciuili, vt satis vidētur innuere & declarare tex. & doc. in d. l. vnica. Et succedens beneficio inuētarij vī succedere de iure prætorio, ꝙa tale ius est annale. d. l. scimus. etiā quia rescripta principū sunt annalia ex stylo Frācię, qui stylus ius prętorium est, vt dicit Bal. in l. certū. col. iij. C. vnde legiti. & de iure canonico. c. plerunq;. de rescri. & quæ annalia sunt vidē tur esse iuris prætorij. Bar. in l. v. in princ. ff. de verbo. obl. & in l. j. in prin. ff. de bon. pos. & in l. fi. ff. de pœnis & in l. ij. §. fi. ff. pro emptore. Et etiā quia hæres beneficio nō fit in pari gradu quàm hęres simplex: quia p eū excludit etiā ex dispositione literarū principis, & quia hæres simpliciter est ꝑ prius hæres, & ali⁹ improprius vt. j. dixi in tit. *des retraicts*. §. j. in gl. *son heritage*. si essēt plures hæredes, quorū vterq; de per se impetrasset beneficiū inuentarij, si aliqui illorū vellent vti quo ad se dicto beneficio, & quo ad partē aliquorū se dicere hæredes simplices, ꝙ non possent, quia hoc casu cū sit in parte hęres simplex, vī ꝙ tenet in totū simpliciter adire, scđm l. j. & ij. ff. de acqui. hære. & l. quidā elogio. C. de iure deli. & ne vna & eadē res diuerso iure censeat, qđ esse non debet. l. eū qui ædes. ff. de vsuc. quæ ratio vī esse Are. in d. l. j. ff. de acqui. hær. ad hoc ꝙ vnus non pōt. adire pro parte, & pro parte nō. Et etiā facit, quia hęres in parte, nullo dato sibi cohęrede æqualiter succedēte in paritate gradus, & per eundē modū, est hæres in totū. l. si quis priore. ff. ad Treb. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. Et videt tenere Ias. in l. quoties. in ij. limita. C. de hæred. institu. & tā ex volūtate principis, cùm semel ius est quæsitū per declarationē se nolētis primò succedere simpliciter, sed cū beneficio inuentarij declaratur imparitas gradus, cùm prędeferat hęredes simplices aliis, ergo alij sunt posteriores, quàm etiā ex eo ꝙ hæres simplex est propri⁹ hæres, & hæres beneficio inuētarij improprius, & sic p fictionē, cui fictioni & improprietati præfert veritas & ꝑprietas, vt no. per Bar. in l. si is qui ꝑ emptore. ff. de vsuc. & facit l. fi. ff. de proba. Et ita dixi in contingētia facti debere fieri licet quidā tenuerint contrariū, eo ꝙ in hoc est fauor defuncti, ſ. ꝙ ad min⁹ habet hæredē simpliciter in parte, & etiā fauor creditorū, quia ad minus ꝑ illa parte satisfactū erit in totū. arg. l. cū hæreditate patris. ff. de acqui. vel omittē. hære. & etiā id qđ introductū est in fauorem istorū hæredum beneficio inuētarij trahitur in eorū odium, & ne etiā scilicet actus agentiū operētur vltra eorum voluntatē in hoc ꝙ actus istius gerētis se pro hærede simpliciter in parte operabit in eius odium in aliis partibus: sed illa iura non tollunt iura specialia in additione hæreditatis simpliciter pro parte quæ trahitur ad totum, iuribus supradictis.

IN TEXTV IBI,

Par benefice d'inuentaire.

INuentarium † est descriptio omnium bonorum defuncti, facta coram iudice citatis quorū interest, ex forma tradita in l. fi. quæ incipit, scimus. C. de iure delibe. Et aduerte, quia in inuētario faciēdo est sumptus plerūque maxim⁹, & qui hæreditatis portionē exhauriat. vnde dicit Bart. in l. mediterraneæ. C. de anno. & tributis, lib. x. ꝙ † non est faciēdum inuentariū quando plus sumptus fieret quàm vtilitatis afferret. ita dicit Pyrrhus in consuet. Aurelia. tit. de successionibus. c. xviij. vbi est consuetudo ꝙ hæres simpliciter præfertur hæredi cum inuentario. 1 *Inuentarij quid.* 2

SEd quæritur † an qui semel adiuit, poterit repudiare? vel si aliquis repudiauerit hęreditatem alicuius an possit postmodū illam agnoscere? Io. Petrus de Ferrariis in forma libelli quo petit hæreditas. in gl. purè instituit. dicit ꝙ non. l. suus. & l. sicut. C. de repud. hæred. nisi fuerit filius, † qui post repudiationem adhuc admittetur ad eundum vsque ad triēnium, si res sint in eodem statu. l. fi. C. de repu. hære. vel nisi hæres fuerit minor xxv. annis, ꝙa beneficio restitutionis in integrum adit, etiam si res non sint in eodem statu. d. l. fi. vel nisi alius cohæres repudiet partē suam, quo casu ille qui priùs hæreditatem adiuerit, poterit partem suam ac cohæredis eius repudiare. vt in l. cum hæreditate patris. & sequen. ff. de acquir. hæred. 3 *Semel adiēs an possit repudiare, an non.* 4

ADDITIO. Vide tñ Benedicti in repet. c. Rayn. in verbo, mortuo itaq; testatore. ij. nu. 127. vsque ad nu. 140. de testam. vbi ponit casus in quibus filius potest reuocare abstensionem hæreditatis factam per eum.

HIc tractatur de inuentario, de quo in l. scimus. §. sinautē dubius est. C. de iure delibe. ibi enim tātummodo inuētariū ab ipso conficiatur. & de quo in §. si verò expressim. in auth. de hæred. & Falcid. coll. j. vbi plenè doctores, maximè Ang. in d. §. qui ponit ordinem qui debet obseruari in confectione inuentarij. & de illius forma ponit Bart. in d. l. scimus. §. cùm igitur. do. abbas Panorm. ponit requisita in confectione inuentarij, in consi. suo lxxiiij. in iij. col. incipien. circa primum dubium. in ij. vol. & do. meus ponit nouem requisita in confectione inuētarij. Dicunt tamen Bal. Paul. de Cast. & do. meus Ias. in d. l. scimus. in princip. quòd tot solennitates non obseruantur, sed sufficit ꝙ fiat secundum cōsuetudinem notariorum. & dixi amplè suprà, titu. *des enfans de plusieurs licts*. §. vj. in gl. *Par inuentaire*.

ET aduertendum est ꝙ septem vtilitates resultant ex confectione inuentarij, quas ponit do. meus in d. l. scimus. §. & si præfatam. in j. & ij. col. C. de iure delibe. aliam vtilitatem ponit Ias. ex decisione quæstionis positæ per eum in d. l. §. in computatione. in iij. co. ibi: sed in tertia parte glo. ¶ Aduerte quia istas septem vtilitates posuit Ioan. Sanxon in suis consuet. Turon. tit. *des droicts de moyenne iustice*. artic. vj. fol. xxxiiij. quas habuit à Iasone, vt dicit. *Vtilitates inuentarij.*

ITem & maximè, quia principalis vtilitas est eo † ꝙ non conficiens inuētarium tenetur creditoribus & legatariis etiam vltra vires hæreditarias, vt ibi per eū. aduertendum tamen quòd sunt plures casus in quibus hæres etiam non cōficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias. & ponit dom. meus Ias. septem in d. §. & si præfatam. quos videre poteris per te, cum sint clarè positi. ¶ Adde in ecclesia ꝙ instituta *Principalis vtilitas.* 5

idem

idem eſt,quia nõ tenetur vltra vires hęreditarias,imò quod plus eſt,iſtud videtur eſſe generale de iure canonico.Felin.in cùm M.Ferrarien.in xviij.col.de conſtit.Adde alium,quando hæres dolo inductus adiuit hæreditatem.Bal.in l.fi.ff.de dolo.

ADde alium, quando teſtator dicit quòd volebat omnia ſolui de bonis ſuis,ita Bar.in l. vnica.C.de his quæ ponæ nomine in teſtamento relin.

ADde aliũ,ꝙ ſi relictũ ſit eccleſiæ,eccleſia non poteſt petere vltra vires hæreditarias. Bar. in l. j. C. de ſacroſ.eccle.ratio,quia eccleſia debet viuere ſecundum forum conſcientiæ.c.nouit.de iudiciis.

ADde alium in inſtituto grauato, vt omnia bona diſtribuat inter pauperes.Ioan. And. in addit. ad Spec.in tit.de inſtru.editione.§.inter aliqua. in addit. quæ incipit,Iacobus de Arena.

ADde aliũ in marito, & aliis qui non poſſunt exigi niſi quatenus facere poſſunt.iſtũ caſum ponit Vitalis de Campanis in tractatu ſuo clauſularũ,in xxiiij. charta,in clauſula,nihil nouari inuẽtarij confectione pendente.in xiiij.col.illius clauſulæ,qui quidẽ multũ elegãter & notabiliter poſuit materiã inuentariorũ.

6 Inuentariorũ fluxes ſpecies.

ADuertendum†ꝙ in xv.col. ibi dicit, ꝙ multiplex eſt ſpecies inuentariorũ:eſt enim quoddã inuentariũ qđ fit de bonis cõfiſcatis. de quo in l. ſi qs posthac.& in l.ſi quis intra.C.de bonis proſcrip.& in l. fi. C.de bonis vacãtibus.lib.x. ¶ Itẽ aliud eſt inuentariũ qđ fit ab epiſcopo in caſu l.nulli.C.de epiſ.& cle.Item aliud qđ fit ꝑ curatorẽ datũ vẽtri. de quo habetur de vẽtre in poſſeſſio.mittẽdo.l.j.§.pe.& notatur de cura. bonis dãdo.l.j.ff.itẽ aliud qđ fit ꝑ curatorẽ datũ bonis de quo in d.§.pe.& in l.j.ff.de cura.bonis dãdo.Nũqd aũt curator datus liti teneat cõficere inuẽtariũ? dic ꝙ nõ de cõſuetudine. vt no.gl.in l.de creationibus.C.de epiſc.audiẽ.& in l.actor.& ibi Bar.ff.rẽ ratã haberi. & notatur in deciſionibus capellæ Tholoſ.q.ccxlvij. Itẽ aliud eſt qđ fit à creditoribus de bonis debitoris. de quo.ff.de bonis authori.iudi.poſſidẽ.l.fi.circa mediũ. Itẽ aliud qđ fit per curatorẽ adulti, vel tutorẽ pupilli de quo in l.tutor qui repertoriũ.ff.de adminiſt.tut. & in l.tutores.C.eo.de admi.tut.Et iſtud differt ab inuẽ

7 tario hæredis.de quo in hoc §.†quia contra inuentariũ factũ per hæredẽ admittit probatio in contrariũ. l.fi.§.licẽtia.C.de iure delibe.vbi eſt mirabilis modus per tex.gl.& doct.probandi negatiuã de quo etiã per Iaſ.in §.item ſi quis in fraudẽ.in xvj.col.inſt.de act.& per Alex.in conſi.xxj.incip.viſo ꝓceſſu.in iij.col. in j.

8 vol.†ſed contra inuentariũ qđ fit per curatorẽ adulti vel tutorẽ pupilli nõ admittitur probatio in cõtrariũ. notatur in l. fi.C.arbi.tutelę.Itẽ differũt,quia in inuẽtario qđ fit per hæredẽ non inferũtur tenores inſtrumentorũ ſed ſolùm deſignãtur, ſed in inuẽtario tutoris ſic.l.chirographis.ff.de admini.tut.cum gl.de quo inuẽtario tutoris dixi ſ.in ti.*des enfans de plusieurs licts. §. Entre bourgeois marchans.*in gl.*Par inuentaire.* & vide Vitalem in loco hîc antè allegato,in xvj.col.

9 Hæres interim dum inuẽtariũ conficit nõ eſt inquietandus.

ET aduertendum eſt, † ꝙ donec hæres intendit inuentario non debet inquietari à quibuſcunque creditoribus, ſiue conueniatur vt hæres, ſiue tãquam alius,prout dicit Cy.in d.l.fi.§.donec.C. de iure deliberan.licet aliqui dicant,quòd habet priuilegium illius.§.donec.quando conuenitur vt hæres, & non aliàs:per l.de eo.§.fi.ff.ad exhibendũ.Tu dic ꝙ ille §.habet tantum locum quando conuenitur vt hæres,& iſtam tenent omnes in d.§.donec.

LImita ergo prædictum §.donec in tribus caſibus, in quibus etiam conuenitur pendẽte confectione inuentarij.Primò fallit ſi non cõuenitur vt hæres,ſed vt ſimplex poſſeſſor,fortè reali iudicio, quod intentari poteſt contra quemlibet poſſeſſorem,etiam nõ hæredem.ff.de re iudic.l.Neſennius.§.fundum.

SEcundò fallit ſi vexatur pro legatis ad pias cauſas factis, quæ non requirũt dilationem,vt legata alimentorum pauperibus relicta qui moriãtur interim fame,vt tenent Cy.Bal. & alij in d.§.donec.

TErtiò fallit in reſtitutione malè ablatorũ,vel vſurarum,quibus nõ reſtitutis anima teſtatoris affligeretur pœnis.Ita Cy.& Bal.in d.§.donec.

QVartò fallit in his quæ ſunt relicta pro funere faciẽdo, quia ante confectionem inuẽtarij debent extrahi de hæreditate.Cy.& Bal.in d.§.donec.

QVintò limita ſi ipſe alios inquietat vt hęres,quia illa dilatione pendẽte poterit cõueniri vt hæres pudefactus ab eo arg.optimũ.ff.de iudiciis.l.ij.§.legatis.& in auth.& conſequẽter.C.de ſen.& interlo.om. iud.Ita tenet Vitalis in dicta clauſula,in j.col.vbi ſublimitando hãc limitationẽ dici hoc eſſe verũ niſi alios cõueniret neceſſitate cõpulſus,eo ꝙ dilatio eſt periculũ allatura,vt qa debitores hęreditarij cũ pecunia fugiunt.†& hoc eſt qa vbicũq; mora ſiue dilatio eſt periculũ allatura,recedit à regulis iuris cõis, & remittit iuris diſpoſitio,etiã ꝓhibitiua, vt tenuit ꝓ multa Iaſ. in l.de pup.§.ſi quis riuos.ff.de no.ope.nun. ¶ Aduerte tamen ad dictũ Bal.& Iaſonis poſt Bal.in l.debitori tuo.C.de pac.ꝙ ſi creditor adeat hęreditatẽ debitoris cũ beneficio inuẽtarij,poteſt citatis citãdis implorare officium iudicis,vt ſibi aſſignet aliquã rem hæreditariam pro ſuo credito,de qua poſſit liberè diſponere.

10 Dimmu ꝓriculũ allatura.

SExtò limita,niſi eſſet in cõmodato facto defuncto, ſecũdum Pau.de Caſt.in d.l.j.§.hęc ſtipulatio,xij. col.ff.ſi cui plus quã per legẽ Fal.& ita refert & ſequitur deciſio capellæ Tholoſanæ,quæſtione cclviij.

11 ET aduerte,†ꝙ iſta exceptio, ꝙ qui eſt infra tẽpus conficiendi inuẽtarium impedit litis conteſtationem,vt apparet ex tex.in d.§.donec.cùm dicat ꝙ quãdo quis eſt infra tempus conficiendi inuẽtarij,nõ poteſt inquietari,quiã per hoc impedit proceſſum,vt dicit do.Vitalis in dicto loco,& Iaſ.in §.licẽtia.in d.l.fi. vbi legit §.donec.cum §.illo.ita etiam tenet Gui.pap. deciſio.ccccclxxj.in iij.col.ibi,vtrum hęc exceptio.& deciſio capell.Tholoſanæ q.cclviij. ¶ Et limita etiam prædicta in ſupradictis caſibus quos ponit Angel. in tractatu ſuo inuentarij, ſcilicet pro reſtitutione malè ablatorum,pro funere faciendo,quando alios inquietat.Item ſi inquietetur actione reali quę datur contra poſſeſſorem, hoc caſu non dicatur inquietari vt hæres,cùm ſequatur poſſeſſorem.l.Neſennius. §. fundũ. ff.de re iudicata.

PEr hoc aliàs dixi, ꝙ exceptio, ſcilicet ꝙ triennalis poſſeſſor ſine lite non poteſt inquietari in petitorio & poſſeſſorio, per regulã pragmaticæ ſanctionis, in tit.de pacificis poſſeſſoribus. in prin. impedit litis ingreſſum ſeu proceſſum, propter illud verbum, inquietari ſeu moleſtari.

Exceptiones impedientes litis ingreſſum.

QVæ autem ſint exceptiones impedientes litis ingreſſum,ponunt Bar.& Alex.in apoſtil.in l. amplius.ff.rem ratã haberi.Iaſ.in l.ait prętor.*la ſeconde* in ij.col.ff.de iureiur.Ang.de Aret.in tit. de exceptio. §. appellãtur.in xvij.co.ponit.aliquas regulas ad cognoſcendum quando exceptiones impediunt litis ingreſſum. Et illas vide per deciſio. capell. Tholoſ. q. lxvij. ¶ Aduerte etiã quia talis exceptio poteſt opponi poſt ſententiam in executione illius.deciſio.Thol.cccxxj. quod intellige verum vt ibi in additione.

Modum

MOdum autem opponendi tales exceptiones ponit Ias. multum singulariter in d.l. ait prætor. in fi.ij.col.ff.de iureiur. Vide etiam Panor. in c. olim. ij. in penul. col. de resti. spoliat. An exceptio inopiæ & paupertatis impediat litis ingressum.

ET ideo ex quo dicta exceptio, ꝙ qui est infra tẽpus conficiendi inuentariũ, impedit litis ingressũ. Et
11 per hæc tota die practicatur † ꝙ executio instrumẽtorũ non fit contra hæredes infra tẽpus conficiendi inuentariũ. tenet Bald. in d.l.fi.§.& si præfatã. & Ias. in d.
Quæstio. §. licẽtia. Vitalis in dicto loco. ¶ Iuxta prædicta quæro nunquid instrumẽta guarentigiata hoc est, quæ habent executionẽ paratã, in hac patria ducatus Burgundiæ virtute sigilli cancellariæ, vel in ecclesiastica virtute monitionis factę in instrumẽto per quandã clausulã solitam apponi per notarios curiæ ecclesiasticæ, quę est, monit' fuit, possint mitti executioni ad requestam & instantiam hæredis creditoris, vel cõtra hęredem debitoris, ita & eo modo quo contra principalẽ debitorem, vel quo ad instantiam principalis creditoris? ¶ Videtur primò ꝙ sicut possũt mitti executioni contra principalem debitorem, ita etiã contra hæredem, per ea quæ dicit Bar. in l. postulante. ff. ad Tre-
13 bel. † ꝙ si statutũ dicit, ꝙ debitor possit capi & incarcerari, poterit etiam capi hæres debitoris, & incarcerari hæres promissoris, quia statutum debet recipere interpretationem à iure communi, per regulam d. l.
14 postulante. quæ vult, † ꝙ dispositio loquẽs de aliquo habet locũ in eius hærede. arg. gl. in l. si quis seruo. C. de fur. & dicit Paul. de Cast. in d.l. postulante. quando statutũ loquit' de debitore descripto in instrumẽto, ꝙ fit extensio ad hæredem, qui eadem persona reputatur. Et ad prædictum tex. & doctrinam Bar. faciũt quę dicit Ias. in l.ij.§.item si in facto. in j. notab. in fi.ij.col. ff. de verb. oblig. & in §. fuerat. in xiij. col. inst. de actio. in l. diuortio. §. interdum. ff. sol. mat. Panor. in cõs. suo lxxxvj. in ij. col. in ij. vol. Socin. consi. ccxciij. in ij. col.

SI ergo hæres debitoris possit carcerari pro debito, multo fortius instrumentum guarentigiatum potest mitti executioni cõtra hæredes debitoris, & maximè quia vt dicit Ioan. de Imol. in d.l. postulante. idẽ est in promissore.

CONtrarium tamen est verum in hoc casu nostro, quia per nostra instrumenta non potest quis excommunicari præcisè, nec nostra instrumenta habẽt executionem paratam, nisi ex pacto & consensu partium se obligantium, scilicet quando se submittũt iurisdictioni cancellariæ, vel quando consentiunt in eis fieri præceptum, quo casu non potest fieri executio contra hæredem sicut contra debitorem. per ea quæ dicit Ias. in l. si decesserit. in ij. col. ff. qui satisda. cogã. vbi dicit aliud esse in statuto, aliud in pacto. & rationes diuersitatis ibi assignat.

ET dicit Ias. in l. certi cõdictio. §. quoniam. in v. col.
15 Instrumẽta guarentigiata ff. si cer. pet. † ꝙ instrumentum guarentigiatum habet executionem paratam contra principalem debitorem, non contra tertium possessorem.

ET etiam quando executioni demandatur, habet executionem paratam ad instantiam principalis creditoris, & non alterius, quomodocunque eius interfit. Ita etiam tenet idem do. meus in l. si quis nec causam. in ix. col. ff. si cert. pet. per doctrinã Bal. in l. si pro te. C. de dotis promissione.

ET ideo videmus ꝙ talia nostra instrumenta de cõsuetudine & practica solent continere oppositionem quando mittuntur executioni contra hæredes, aut ad petitionem hæredis, quæ practica est obseruãda. l. minimè. ff. de legi. & dicit Panor. in c. cum ad sedem. in ix. col. de resti. spolia. Infinita alia circa confectionẽ inuentarij ponit Vitalis in dicto loco, vbi tractauit per quinque folia. & do. meus Ias. post alios in d.l. fin. C. de iure deliberan. quæ materia cùm sit amplè ibi discussa, non amplius insisto.

ADuertendũ † solùm ad vnum, quis debeat facere
16 Inuẽtarium bonorum cleric. inuentarium de bonis presbyteri defuncti vbi est hęres laicus institutus, an iudex secularis, vel ecclesiasticus? Vide Gui. pap. q. cclxj. vbi dicit ꝙ debet fieri per curiã secularem, quia mutatione personæ bona quæ erant affecta priuilegio clericali desinunt esse ecclesiastica, & conditionem hæredũ sequuntur. Casus est singularis in l. Paulus respondit, per procuratorem. in §. j. ff. de acqui. hære. Et istud voluit dicere Spec. in tit. de cleri. coniugatis. §. j. versi. ad huiusmodi. ibi dum dicit, aliàs nõ tenetur ecclesiasticus, quia mutata persona mutatur status rei &c. vide ibi per eum.

IN TEXTV IBI,

Ils sont tenus de l'impetrer du prince.

NOn video vnde hæc consuetudo procedat, cùm
1 † frustra precibus implorat', quod iure cõmuni conceditur. l. vnica. C. de thesau. lib. x. Ias. in l. de pupillo. §. si is cui opus. ff. de noui oper. nunt. gl. in c. fin. de decimis. ¶ Et aduerte † ꝙ ea quæ à principe impetrant'
2 Nota. censentur impossibilia. l. apud Iulianũ. §. fi. ff. de leg. j. & ideo cùm tanquã iure speciali competant, non sunt ĩ cõsideratione. l. iiij. de fideicõ. liberta. notatur plenè p Geor. Natã in repet. clem. sæpe. de verb. sig. in prin.
3 in iiij. not. vbi etiam ponit, † ꝙ ea quæ princeps faciliter concedere solitus est, non sunt impossibilia. vide eundem ibi. & dixi alibi ad aliud propositum.

ADDITIO. Sed quicquid sit, qualitercunque faciliter concedatur à principe, nõ tamen ita faciliter impetratur à principe si simpliciter à iudice impetrãtur: quæ potuit esse causa admonendi tres status patrię ad cõsentiendum huiusmodi articulo: in quo scilicet consentiunt, quòd id quod eisdem de iure simpliciter cõpetebat, sibi princeps reseruare, vt tolleretur huiusmodi facilitas aditionis hæreditatis p huiusmodi beneficium inuẽtarij, quæ videtur quodammodo esse & defuncto & hæredi opprobriosa, & creditoribus dãnosa. Nec per hæc dicendum est ꝙ istud ius sit ita reseruatũ principi, ꝙ possit sibi applicare absque quòd teneatur concedere petenti, quoniã etiam de iure potest impetrari à principe, ita ꝙ princeps nõ potest denegare. d.l. scimus. §. & hoc quidam. C. de iure delibe. secũdum quem tex. iam erat in altercatione an deberet à principe impetrari. ¶ Et aduerte etiã ꝙ aliquando precibus imploratur, quod iure communi cõceditur, vt c. quia in causis. de procu. ca. ex tuarum. de vsu & author. pallij. c. ij. de do. vt p plura corroborat Luc. de Penna in l. omnes. col. iij. C. de castrensi. omniũ palat. peculio. lib. xij. vbi ponit plures rationes, ex quib' hæc cõsuetudo non potest dici superflua, nec frustratoria. ¶ Et etiã aduerte, † quia in his quæ iure cõmuni
4 Quæstio. disponuntur põt princeps mandare sine causę cognitione: & hoc quia solet plus teneri qđ specialiter pollicetur quàm quod generali expressione conceditur. xxiij. dist. c. quanquã. & ita dicit Luc. de Pen. in l. iij. C. de mãcipiis & colonis patrimo. lib. xj. ¶ Item etiã quæri posset vtrum istud beneficiũ principis sit perpetuũ vel annale, hoc est quærere, an debeat impetrari infra annũ, an verò etiã possit impetrari post annũ vsq; ad xxx. annos à tempore mortis illius de cuius successione agitur. tex. in d.l. scimus. §. similiq; modo. cũ l. seq.

videtur

videtur tenere ꝙ qñ res ſunt pręſentes, & poſt xxx. dies debet inchoari, & finiri poſt lx. & ſic ſunt tres menſes. Si verò ſint abſentes, infra annũ debet finiri: & ſi impetretur à principe, iſtud debet eſſe infra annũ, & pro anno tantùm. ita dicit tex. in d. l. ſcimus. §. ſinautẽ à locis. C. de iure delibe. Et ideo quia cõſuetudo noſtra nihil diſponit de tẽpore, eſt recurrẽdũ ad diſpoſitionem iuris. & ideo ſi impetratur poſt illud tempus, debet etiã impetrari ꝙ releuetur de tẽpore elapſo. & ita ſemper vidi fieri, practicari, & communiter obſeruari.

§. DECIMOQVARTO ET VLTIMO.

AV regard des gens de religion profez, qui pretendent venir à ſucceſſion de pere & de mere, & autres collateraux, la choſe demeure en telle vſance qu'elle a peu eſtre par cy deuant. Et pource qu'on veut dire que par ordonnance & couſtume du royaume, gens de religion profez ne peuuent ſucceder à pere ne à mere, à autres collateraux, & q̃ les religieux de l'ordre de Ciſteaux dient auoir priuilege & vſance au cõtraire, on s'en informera, pour veuë l'informatiõ en eſtre ordonné par mõdict ſeigneur ainſi qu'il appartiẽdra.

IN balliuatu de Chaulmont & Baſſigny ſuccedunt parentes clericis ſecularibus, non autem religioſis, nec religioſi ipſis. idem in balliuatu Melden.

1 AN autẽ †valeat ſtatutũ ſeu conſuetudo, ꝙ ingredientes monaſteriũ nõ ſuccedãt, vide per Iaſ. in l. fi. in vij. col. C. de pact. vbi plenè diſputat hãc materiam, & per Felin. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in xxvj. col. de conſtitutio. & quia nolo impugnare conſuetudinem ſeu ſtatutum, nihil aliud dico. ¶ Aduerte etiam, ꝙ conſuetudo nõ poteſt facere ꝙ monachus poſſit teſtari. Bal. in authẽ. ingreſsi. in j. col. C. de ſacroſ. eccleſ. Idẽ ergo de canonico regulari cùm prohibita in monacho cenſentur ꝓhibita in canonico regulari. gl. j. in l. j. C. quæ ſit longa conſuetudo.

QVantum ad hanc materiã, quid de iure dicendũ ſit? do. Nicol. de Vbaldis in tractatu ſuo ſucceſſionũ clericorũ tam regulariũ quam ſecularium, dicit

2 *Religioſi duplices.* †ꝙ duplices ſunt religioſi, quidã mendicãtes, quidam non mẽdicantes. de mendicãtibus dicit plenè, ſcilicet de fratribus minorib⁹ qui ſunt fratres ordinis ſancti Franciæ, de quibus etiam vide Roma. conſi. cclxviij. ¶ De prædicatoribus & fratribus ſanctę Auguſtini, an poſsint habere immobilia, Roma. conſi. cxxxv. nu. 6

NVnquid autẽ ſuccedant, ponit Abb. in conſil. ſuo xxvij. in ij. volu. De prædictis mendicantibus, & aliis nõ mendicãtibus, cùm plenè ponat Nico. in d. loco, non aliter inſiſto, ſed cùm dubiũ in prædictis euenerit, ad eum recurrendum eſt. ¶ Vide etiam Lucam de Penna in l. certa forma. C. de iure fiſci. lib. x. & ibi an ſi mendicãtes fuerint ſpoliati, poſsint officio iudicis reſtitui & reintegrari. & ibi etiam quid de excommunicato ſpoliato.

DE Carmelitis, an poſsint habere proprium, ponit Ang. in conſi. xcj. incip. ſancta Carmelitarũ religio. De quibuſcunq; verò religioſis, quemcunque ordinem profitentibus. videatis Feli. in c. in pręſentia. de proba. & per G. Benedicti in ſua repet. c. Rayn. in verbo, mortuo itaque teſtatore. j. nu. 247. vſque ad num. 303. de teſtamen.

IN TEXTV IBI, Religieux profez.

INtellige ſcilicet expreſsè, quia analogũ per ſe poſitum ſtat in ſuo famoſiori ſignificato. l. j. §. q in perpetuum ff. ſi ager vectigalis vel emphyteuticari⁹ petatur. facit c. pen. de ſent. excõ. ſed quia in hoc caſu cõſideratur an quis ſit religioſus, aut nõ, ita ꝙ debeat aut poſsit religionẽ, crederẽ ꝙ etiã intelligi debeat in profeſſo tacitè poſt annũ probationis à tẽpore aſſumptionis habitus profeſſorũ, cùm tales in genere religioni obligentur. c. conſtitutionẽ, & ibi notatur. de regularibus, in vj. faciunt notata in cle. eos. eo. tit. Et videtur ꝙ tacitè profeſſus concurrentibus illis de quibus per Panor. in c. ad noſtrã. de regularibus. habetur pro religioſo. & eſt taliter obligatus, ꝙ non poteſt amplius redire ad mundum, ex quo nõ eſt amplius ſucceſſibilis actiuè & paſſiuè. Et intellige etiam ꝙ religioſi non ſuccedunt etiam ſi conuentum & religionem reliquerint apoſtatando, vt tenet Lud. Rom. in co. conſi. cclxviij. incip. in caſu propoſito. ita tenet Benedicti in repet. c. Rayn. in verbo, in eodem teſtamento relinquens. nu. 124. & in verbo, & vxorem nomine Adelaſiã. nu. 225. vſque ad nu. 227. de teſta. Aduerte tamen, quoniam vt dicit Bar. in l. cùm hæredes. §. fi. ff. de acquir. poſſ. conuerſi ſunt liberi, & ſuccedunt. Et tamen conuerſa nubere non poteſt, vt videtur de hoc eſſe gl. in l. mulieri & Titio in verbo, proderit. ff. de condi. & demõ. quod quomodo intelligitur, vide Panorm. in c. conſulta. de regula & tranſeunt. ad religio.

IN TEXTV IBI, Couſtume du royaume.

ET ſic videmus, ꝙ hæc patria tanquam inferior & dependens à regno Franciæ, ſubiicitur & regi debet legibus ſuperioris: quod fieri debet, cũ patria inferior regi debeat legibus ſuperioris. §. fi. vbi doc. notant, & ibi tex. inſti. de ſatiſd. & eſt gl. ordinaria. in l. ex ea. ff. de poſtulan. tenet Io. And. in addit. Spec. in rub. de treuga & pace. j. quæſt. & Bal. in l. cuncto populos. C. de ſumma trini. Guil. de Cug. in l. ingenuum. ff. de ſtatu hominum. Ioan. Bapti. & moderni in repetitio. l. omnes populi. in j. quæſt. principali, in primis chartis. ff. de iuſti. & iu. facit c. cum olim. de conſue. & c. de his. xij. diſtin. vbi dicitur, ꝙ eccleſię inferiores debent gubernari ſecundum ius & conſuetu. eccleſię ſuperioris de quo latè per Socin. in conſi. vij.

ET aduerte ꝙ tẽpore quo hæ conſuetudines fuerũt in ſcriptis redactæ, nondum conſtabat de conſuetudine generali Francię, quæ habet, ꝙ religioſi nõ ſuccedunt: cùm tunc conſuetudines in regno Frãciæ, nec approbatæ erãt à principe, nec in ſcriptis redactæ. ſed cùm hodie de his notoriè conſtet, tenendum eſt pro firmo, ꝙ religioſi etiam apud nos non ſuccedãt parẽtibus, etiam patri aut matri, nec aliis quibuſcũque, & quod nunc non eſt opus alia informatione.

EX quo dixi in contingentia facti, quòd venerabiles viri abbas & cõuentus S. Stephani Diuionen. de ordi

de ordine canonicorũ regulariũ S. Augu. impetrantes in materia guardiæ & saisinæ, & frater Droynus Gastereaul adiũctus ad cãm successionis quondã honorabili viri magistri Io. Gastereaul eius fratris, repellendi erãt ꝑ fines nõ recipiẽdi in prædicta materia cõtra ꝓximos parentes illius defuncti, maximè ex quo primò quo ad dictos abbatẽ & cõuentũ, verba cõsuetudinis nostræ suprà descriptæ in j. art. huius tit. quę dicũt, *Le mort saisist le uif, le plus prochain habile à luy succeder*, non illis cõueniunt: quia nõ sunt proximi, ergo nec eis cõuenit dispositio. l. iiij. §. toties. ff. de dã. infec. Etiã quia recta via & sine medio possessio ꝑ dictos abbatem & conuentũ prætẽsa non potest trãsire in ipsos, sed tantũ medio dicti fratris Droyni religiosi, & sic essent duo specialia circa vnũ & idẽ, quę nõ cõcurrũt simul circa idẽ, vt notatur in l. j. C. de dotis promissione: maximè in possessione ciuili à statuto seu cõsuetudine introducta, vt dicit Bal. in rub. de causa possess. & proprietatis. & in hoc casu etiã opus fuit facto, s. additione dicti fratris per licẽtiam expressam abbatis, etiam facto ipsius abbatis post. cùm ex quo per alium, & non per se non sufficit nuda voluntas, vt dicit gl. fi. in simili, in l. si solus hæres. §. fi. ff. de acquir. vel omit. hæreditate.

NEc eisdẽ suffragari põt dispositio iuris cõmunis, quia possessio non transfertur ex dispositione iuris, nisi per apprehensionẽ facti, vt est tex. in l. cùm hæredes. ff. de acqui. pos. Nec etiam dictũ Bal. in auth. licẽtia. in ij. col. C. de epis. & cle. qui dicit ꝙ quãdo moritur prælatus, trãsfert ciuilis possessio in ecclesiã, quia nõ credo hoc esse verũ, eo ꝙ ecclesia nõ habetur loco filij nisi ꝑ fictionẽ & repræsentationẽ, quæ nõ põt cadere cũ alia fictione, vt dictũ est, vel etiã quia si sit vera doctrina Bal. in suo casu eo ꝙ ibi succedit per se ecclesia, & non per aliũ. ex quo sufficit nuda volũtas: secus vbi succeditur per aliũ. & hoc casus vt dictũ est suprà.

NEc etiã ipse frater Droynus põt dicere se saisitũ, nec prętẽdere aliqđ possessoriũ in successione dicti Gastereaul eius fratris, eo ꝙ hoc casu haberet possessionẽ ciuilẽ sine animo, ꝙ esse nõ põt. l. iij. §. in amittẽda. ff. de acq. vel amittẽ. poss. cùm sit religiosus, & sic nõ habẽs velle neq; nolle. tex. in c. si religios⁹. de elec. in vj. & c. fi. de sepul. eo. lib. Et certũ est eos nihil habere aut possidere, vt est tex. in c. nõ dicatis. xij. q. j. & cũ nõ habeãt ꝓpria, & renũtient seculo, cẽsentur mortui vt in auth. ingressi. vbi gl. j. quæ his verbis vtitur, C. de sacros. eccl. Et iste animus nõ põt declarari, nisi expressa licẽtia abbati, quę debuit præcedere actũ manutentionis & guardiæ. Nec potuit intẽtare actione de ꝓ se. notat⁹ in c. licet. de regulari. in c. in præsentia. de ꝓba. Feli. in c. causam. co. ti. & notat⁹ in l. j. C. de sacros. eccl. Corsetus in singul. 159. in ver. licentia. & debuit eẽ expressa, nec sufficit tacitus cõsensus, ꝓut declarat Io. And. in c. si abbatem. de elec. in vj. & dixi ꝛ. in titu. *des droictz & appartenances à gens mariez*. art. vij. in gl. *si ce n'est du consentement*. versi. aliquando requiritur licẽtia &c. quæ bene faciũt ad istud, vbi etiã dixi, ꝙ debet dari in scriptis, de qua expressa licẽtia non constabat in discursu ꝓcessus, nec in scriptis, ex quo nõ sufficit illa cõparitio facta per dictos abbatem & conuentũ cũ dicto fratre Droyno, quia nõ sit idem in licentia sicut in authoritate & cõsensu. de quibus ibi dixi, & habetur per G. Benedicti in sua repet. c. Raynut. in verbo, matrem insuper Cleram. nu. 44. de testa. quam suprà allegaui in §. iij. in gl. in tit. *des enfans de plusieurs licts*.

PRo repulsiõe etiã doctorũ abbatis & cõuẽt⁹, & religiosi, multũ mouebat ex hac cõsuetudine, quę in totũ se cõformat in hoc in qib⁹ religiosis cõsuetudini generali Frãcię, de qua tũc nõ cõstabat, nisi ꝙ ita dicebat⁹ apud illos ꝙ cõsuetudine nr̃as cõpilauerũt, prętẽr quã in religiosi ordinis Cisterciẽ. ꝙ tũc dicebãt se habere priuilegiũ in contrariũ, de ꝙbus tũc fuit ordinatũ, ꝙ super his fierẽt informationes, vt tãdẽ ordinaret⁹ per principem super hoc, prout iuris esset & rationis.

ADDITIO. In hoc enim ꝙ hæc nostra consuetudo se refert consuetudini Franciæ, standũ est in omnibus illi consuetudini, cùm omnia quæ sunt in termino ad quẽ fit relatio cum qualitatibus suis censentur esse in termino referente. l. à filio. §. pater. ff. de alimẽ. & cibariis leg. & per Bar. in l. sanctio legũ. ff. de pœn. & in l. si ita scripsero. ff. de cõdi. & demonst. & facit regula quæ habet, ꝙ omnes interpretatiões quas recipit lex interpretata, recipit etiam lex interpretans. in auth. de filiis ante dotalia instrumẽta natis. in princ. & in l. nihil. & ibi Bar. ff. de coniungendis cum emancip. liberis. Soc. in consi. cclxxxviij. in ij. col. in ij. vol.

OR nũc cùm de generali cõsuet. Frãciæ constet ex cõsuetudinibus regni Frãciæ de nouo approbatis ꝑ principẽ, & in scriptis redactis, ex quo sunt notoriæ, nõ est amplius hæsitandũ ꝙ hęc cõsuetudo oẽs religiosos excludit à successione parentũ, prętẽr quã Cisterciẽses, de ꝙbus nihil adhuc est dispositũ, cùm etiã adhuc de priuilegio eorũdem nõ cõstiterit. Et sic nũc apud nos ꝓ firmo haberi debet, ꝙ cõsuetudo generalis Frãcię ad quã fit relatio ꝑ nostrã, est obseruãda, etiã in Cisterciẽ. donec cõstiterit principi de eorũ priuilegio & ordinatione super hac ꝑ principẽ facta, de qua generali cõsuetudine etiã faciũt ample mentionẽ Masuerius in sua practica. G. Benedicti in loco hîc antè allegato. & Nicol. Boërij in consue. Bituric. tit. de testamentis. in fi. Et dicit expressè idem G. Bened. ꝙ in regno Frãciæ nõ habet locũ dispositio d. auth. ingressi. C. de sacros. eccl. nec l. fi. C. de epis. & cle. Imò per ingressum religionis habentur pro mortuis, ita quod eis succeditur, ac si mortui essent, vt dicunt supranominati G. Benedicti & Masuerius. Et Benedicti in dicta repet. in dicto verbo. & vxorem. nu. 223.

ET si etiã ita esset ꝙ religiosi succederent in regno Frãciæ, & cõsequẽter ecclesiæ vbi religiosi essent, esset annihilatio tẽporalitatis in reipublica, cùm semp religiosi ad se traherẽt oĩa tẽporalia, nec aliquid ab eis haberet⁹, quia succederẽt laicis, & laici eis nõ succederat, sed eorũ abbates, & sic ecclesiæ, & cõuentus, ideo nulla æqualitas obseruaret⁹, & attraheret successiuè ad se ecclesia oĩa tẽporalia, qđ esset in grande præiudiciũ seu detrimentũ reipublicæ. Ex quo sunt ordinationes in regno circa admortisationes, seu admortisamenta, ꝙ s. tẽporalia ad hoĩes mortuos, quibus laici nõ succedũt, non transferãtur sine licẽtia & permissione principis. Ex quo gentes regię in talibus successionibus vbi sunt temporalia, quæ hoc modo deuenirẽt ad ecclesias, debẽt insurgere, & illis cõtradicere, nisi cõstet de expressa licẽtia & permissione principis, quia alias sequerẽt⁹ incõueniẽtia in republica, de quibus hîc antè.

¶ Nec etiã in hoc eisdem suffragari posset, ꝙ si ecclesia nõ est capax aliorum, saltẽ religiosus eius vita comite: quia in hoc sequeret⁹ aliud inconueniẽs, ꝙ eius vita comite esset dns & possessor, & sic haberet proprium, qđ est cõtra substantiã regulę monachalis, & contra iura præallegata, & finaliter semp post mortẽ illius deueniretur ad primũ inconueniens, ꝙ eidẽ religioso succederet abbas, & sic deueniret successio ad ecclesiam, cõtra interesse reipublicæ, de quo suprà. Ex quo cùm monachi & religiosi sint mortui mũdo, ita ꝙ eis nõ succedit⁹ per laicos eius parẽtes, etiã illis succedere nõ debent.

Quic

QVicquid ſit, cõſuetudo eſt ferè generalis in toto regno, ꝙ religioſi nõ ſuccedũt ſuis parentibus. & hanc cõſuetudinẽ allegauit & approbauit princeps, ſ. dux Burgundię in eius patria tãquã exiſtẽte de regno, vt hîc videmus. ¶ Videtur ꝙ hęc cõſuetudo nõ valeat, per gl. in c. prẽſens. xx. q. iij. in verbo, in locũ. in fi. quoniã vĩ eſſe cõtra libertatẽ eccleſiaſticã, ſ. cõtra auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. & cõtra l. fi. C. de epiſc. & cler. & aliis pluribus modis poſſet impugnari. Maſuerius tñ in ſua practica, in tit. de ſucceſ. teſt. & vltimis volũ. §. itẽ per cõſuet. regni facit mentionẽ de hac cõſuetudine generali Frãciæ, vbi dicit † monachos in Francia haberi pro mortuis, ita ꝙ nec per profeſſionẽ eorum bona eccleſię dedicãtur tacitè, quę à ſucceſſione parẽtũ ante ingreſſum religionis habuerãt, vel acquiſierãt & per profeſſionẽ aliis accreſcũt parentibus in gradu parẽtelę ꝓximioribus, & de iure ꝓximioribus de iure ſuccedere debentibus. facit l. ſi quis preſbyter. C. de epiſ. & cler. ſi epiſcopi aliter prius nõ diſpoſuerint, aut expreſſè bona illa nõ dedicauerint, quia fingũtur poſt quã ſemel profeſſi fuerint, nunquã fuiſſe hæredes, aut bona habuiſſe. † Nec poſſet papa diſpẽſare vt monach⁹ ſuccedat in tẽporalibus, etiã ſi talis monachus factus eſſet epiſcopus, vt dicit ipſe Maſuerius. Et ſic in regno Frãciæ non habet locũ diſpoſitio dictæ auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. nec etiam l. fi. C. de epiſc. & cleri.

1 Monachi habentur pro mortuis.

ET talis conſuetudo contra prædictas leges diu in regno Franciæ obſeruata in foro conſcientiæ eſt tenẽda, ita ꝙ ẽt denegantes partagiũ religioſis in foro cõſcientiæ non peccãt, & quia ſic viuere cõſuetũ eſt in Francia. faciũt quę in ſimili dicit Card. Zabar. in c. cũ ad monaſteriũ. de ſtatu mona. † vbi loquit̃ de religioſis comedẽtibus carnes cõtra eorũ regulã ex vſu immemoriali in monaſterio: & ẽt de monialibus, quę de clauſuris conſtitutionẽ non receperũt, quia ſi vſu immemoriali in monaſterio fuerit obſeruatũ, nõ peccãt. ita etiam tenet Feli. in c. nam concupiſcentiam. col. iij. in j. fallentia. de conſti. quoniã videntur prædictas cõſtitutiones non recepiſſe. Ex quo ergo Galli & Francigenę non receperũt prędictas leges, ſ. auth. ingreſſi. & l. fi. ſ. alle. non ligant eos, quia non fuerunt per eos receptæ in obſeruãtia, & ideo non ligant, vt tenet gl. nota. in c. j. de treuga & pace. & ibi plenè Felin. & Iaſ. in l. rem nõ nouã. col. j. C. de iudi. & in l. de quibus. in viij. col. ff. de legi. Alex. in conſi. vj. in ij. col. in j. vol. & in conſi. cxxxij. eodem j. vol. & in conſi. xviij. in ij. vol.

3 De religioſis carnes cõtra regulam comedentibus.

¶ Et etiam † quia cùm ſint leges Romanæ ſeu Romanorum imperatorum, nõ ligant Gallos, cùm nũquam à Gallis fuerint receptæ, imò eas exteras leges appellant prout etiam ſummi pontifices eas ita appellant. c. de accuſationibus. iij. q. v.

4 Leges Romanæ à Gallis non receptæ.

ADDITIO. Vide de hoc plenè per Matth. de affl. in prefatione conſtit. regni Siciliæ. in xx. q. Sed an abbas poſſit monachũ ſui monaſterij diſpenſare ad ſuccedendũ ſuis parentibus, & de bonis diſponẽdũ, vide Bertrandi in conſi. xlj. in iij. parte. ¶ Et eſt talis conſuetudo tolerata per ſummos põtifices, & totũ clerũ, qui tanto tempore quo vſi fuerunt non contradixerũt. ex quo ſatis ad euitandũ peccatũ ſecundũ gl. in c. gratia. de reſcrip. lib. vj. in ver. de iure. pro qua facit text. in c. quod tranſlationem. de offi. ordin. & gl. in c. quoniam vt ait ſcriptura. de vita & honeſt. clerico. & in c. vir autem. de ſecund. nupt. de qua tolerantia, quid operetur vide Iaſ. in l. omnes populi. in ij. lec. in x. col. ff. de iuſti. & iure. & in d. l. rem nõ nouam. in ij. col. & gl. in c. qđ ſuper. de conſangui. dicit ꝙ inducit diſpenſationẽ. cõtra tñ Panor. in c. cum iamdudũ. & ibi text. de prębен.

Tolerãtia quid operatur

ET videtur hæc conſuetudo ſatis eſſe fundata iure diuino, Deut. xviij. vbi dicitur, Nõ habebũt ſacerdotes & Leuitę, & omnes qui de eadẽ tribu ſũt, partẽ & hæreditatem cum reliquo Iſrael, quia ſacrificia domini & oblationes ei⁹ (id eſt bona eccleſiaſtica) comedent, & nihil accipiant de poſſeſsione fratrum ſuorũ: dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum.

ET hanc conſuetudinẽ generalẽ ſatis approbãt domini de Rota deciſione ſua. j. in tit. de conſuetu. in antiquis. inci. ſuppoſito de cõſuetudine. vbi dicũt, † ꝙ ſi conſuetudo excludat à bonis paternis profeſſum, ſi exinde apoſtatando exeat monaſteriũ, & de facto matrimonium contrahat, adhuc remanet ad ſuccedẽdũ, inhabilis virtute conſuetudinis. ex quo præſupponũt talem conſuetudinem valere. cũ quibus ſine alio fundamento tranſit Felin. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in xxvj. colum. de conſti. verſi. vj. quæro. idem tenet Pet. Iaco. in tit. de cauſis ex quibus vaſal. debet amit. feud. verſi. & ſi quęſtio ſit, an monachus. Nec talis conſuetudo eſt contra libertatẽ eccleſiæ, quia nihil eccleſiæ aufertur, ſed eidem non defertur. cum bona tempore conſuetudinis adhuc eccleſię quęſita non erant, vt dicit Bar. in conſi. ſuo xxv. incip. quidã colla. Pauli. dixi. infrà in tit. *Des ſucceſsions des baſtards.* § .v. in gl. j. in fi. vbi dixi ꝙ princeps poteſt ſtatuere ſuper iure quærendo eccleſiæ, non ſuper iure quæſito.

Des ſucceſsions des baſtards.
RVBRICA VIII.

AN baſtardi † poſsint fieri ſucceſsibiles per conſuetudinem ſeu ſtatutum vide Aluar. in c. j. §. & quia videmus. in viij. colum. qui feud. dare poſſunt. in vſibus feudo. & vide Bal. in l. j. C. de iure aureorum annulo. qui dicit ꝙ ſic. & Calde. in conſi. iiij. incip. an valeat. ſub rub. de conſtitu. & do. Abbas in c. per venerabilem. in viij. quæſt. qui filij ſint legiti. qui tenent quòd ſic. Petrus de Anchara. in regula, poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj. tenet contrarium. & etiam primam opinionem tenet Bart. in l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Trebel. vide Barba. in conſi. xxxiiij. in antepen. & pen. col. in ij. vol. & Card. Alex. in c. cum haberet de eo qui duxit in matrimoniũ quã polluit per adulterium. pleniſſimè per Pau. de Caſt. in conſi. ccccxv. incip. viſo puncto. in j. ij. & iij. colum. & per totum in cõſiliis nouis, in impreſſione noua. notatur plenè per aliquos in l. teſtamenti factio. in iij. iiij. v. & vj. col. ff. de teſtamen. ¶ Vide Boërium in conſuet. ſeptenæ Bituricen. titu. de teſta. §. vij. dicit tamen Lucas de Penna in l. mulieres. colum. vj. C. de incolis lib. x. † quòd fornicatio in minus punitur quàm alia crimina, quia natura humana facilè labitur ad delicta carnalia, & vt dicit, quia difficile eſt continere, & pauci ſunt continentes.

1 Baſtardi ſucceſsibiles ſunt ſtatuto.

2 Fornicatio.

ET aduerte † quòd baſtardus aut naturalis idem eſt vt dicit glo. in rubr. ff. de concubinis. quam alleg. Alex. in conſil. cxxviij. in penult. colum. ibi, & baſtardus & naturalis. in j. volu. Et aduerte † ꝙ ſeptem ſunt genera filiorum: quidam ſunt legitimi & naturales, quidam legitimi & ciuiles, quidam legitimi & ſpirituales, quidam naturales tantùm, quidam naturales ſed ex poſt facto & naturales & legitimi, quidam ſpirituales tantum, quidam neque naturales neque legitimi, vt ſunt ſpurij, inceſtuoſi, vel ex damnato coitu ſecundum legem humanam nati. & quæ differentia ſit inter ſpurios natos, & manſeres, ponit omnia prædicta Hoſtien. in ſumma, qui filij ſint legitimi. in

3 Baſtardus & naturalis.

4 Filiorum genera.

princ.

BIU Cujas

princi.glo.tamen in §.j.instit. de adop. ponit tantùm quinque genera filiorum.

§. PRIMO.

SI vn bastard, ou bastarde va de vie à trespas sans hoirs legitimes de son corps, mõseigneur le Duc luy succede en tous ses biens, quelque part qu'ils soyẽt assis, ou soyẽt en lieu de mainmorte, ou autrement, en payant & supportant par mondict seigneur les charges reales des heritages,& payant les debtes, & en demeure saisy mondict seigneur, lequel est tenu de mettre hors de ses mains les heritages de la mainmorte dedans l'an & iour apres le trespas dudict bastard ou bastarde.

1 Spurius. spurio non succedit.

BAld. in l.certum. in v. col. C.vnde legitimi,& vnde cogn.dicit, † quòd spurio seu bastardo filius spurius non succedit, sed fiscus.& dicit tex.in l. spurius. ff.vnde cognati, ℔ spurio iure consanguinitatis & agnationis non succeditur ab intestato, sed bene iure cognationis seu proximitatis mater aut frater ex eadem matre ei succedit,ex quo bonorũ possessionẽ vnde cognati petere põt.facit l.hac parte.ff.eo. vnde cognati.& dicit Bar.in l.fin.in j.col.ff.de his quibus vt indignis.℔ eo modo quo succedunt spurij parentibus, eo modo succedunt illis parentes, allegans Azonem istud dicentem in summa C.de legitimis hæredibus.refert & sequitur Alexan.in consi.cl.incip.viso themate supra scripto.in j.& ij.col.in ij.volu.vbi dicit,† ℔ sicut spurius non succedit patri. authen. ex complexu. C. de secun.nupt.& in l.j.C. de naturali. liber. ita nec ecõtrà pater potest succedere filio spurio.ita Iasi.in §.pœnales.in x.colum.insti.de actio.

2 Pater nõ succedit filio spurio.

Quæstio.

CVm ergo vt dictum est, de iure parentes spurio non succedant, succedet fiscus. sed quæro nunquid tutor spurij pupilli excludet fiscum?ponit Bald. in l.nutritoribus.C.com.de succes.℔ sic, sed Bart. ibi tenet contrariũ. non insisto cùm nihil possit seruire.

Quæstio.

QVæro, plures sunt domini barones, & alij episcopi, q̃ dicũt se habere omnimodam iurisdictionẽ in aliquibus locis in Burgundia cũ Duce seu principe per præuentionẽ,ita quòd si præueniant,dicunt se vti posse eadẽ potestate qua princeps,vt est episcopus Heduẽsis in aliquibus locis ciuitatis Heduensis, nũquid si moriatur ibi in illis locis spurius sine filio legitimo & naturali, si tales præueniant in occupando bona spurij,debeant illi succedere? ¶Dic breuiter ℔ nõ,quia exceptio preuẽtionis iurisdictionis nõ habet locũ in fisco successore,vt tenet Ang.in l.cũ quædã puella.in prin.ff.de iurisd.om.iud.quem alleg.Martinus de Laude in tractatu suo de fisco.versi.cxj.

IN TEXTV IBI,

Succede.

Fiscus hæres.

DIc ℔ in hoc fiscus est loco hæredis, nõ filiorum: prout tenet Bal.in l.j.in j. col. C. de bonis liberto. & Bart. in l. non intelligitur.§.cum ex causa.ff.de iure fisci.& in l.inter eos.§.fi.ff.de fideiussor. & Martinus de Laude in tractatu suo de fisco. versi. lxxxvj. Sed an intelligatur istud verbum tam ex testamento quàm ab intestato,vide infrà eo.ti.§.fi.vbi plenè.

ADDITIO. Aduerte ℔ succedere hîc ponitur impropriæ, & tantũ est dicere, ℔ ponitur in locũ hæredis,cùm verè nõ sit hæres,secundũ quod dicit gl.in l. si hæreditas.§.qui filiũ.ff.de testam. tutela. & similes expositiones vide per Matth.de afflict. in const.regni Siciliæ quæ incipit,post mortem.in v.not.in iij.lib.

SEd quia vt hîc dicitur,est hæres fiscus,& hæres habet ius deliberandi,vt l.cum antiquioribus. C.de iure deliberan. nunquid etiam fiscus seu procurator regius,qui loco fisci hodie habetur, habeat ius deliberandi, & ita ad eum transmittatur sicut ad hæredẽ? Cyn.in addi.in l.si quis mihi bona.§.si quis planè. ff. de acquiren.hære.quem ibi allegat & sequitur Bal.& tenet quòd sic,quod nota.

IN TEXTV IBI,

En payant & supportant par mondict seigneur les charges reales.

PEr hoc apparet ℔ hæreditas transit in fiscum cum suo onere,† & ideo fiscus succedens priuato præstat onera quæ priuatus præstabat. l. fiscus. ff.de iure fisci.ex quo dicit Spec.in tit.de feudis.§.ij.ver. xxiiij. quæritur.† ℔ si rex succedat alicui suo feudatario,qui tenebatur facere homagiũ suo subdito & feudatario, ℔ etiã rex Franciæ tenetur illi suo feudatario facere homagium pro illo feudo in quo successit, quia res transit cum suo onere.l.ij.C.de prædi.nauicul. lib.xj. c.recolentes.extrà,de statu monach.c. cùm non sit,de decimis.Spec.in d.§.ij.versi.ix.quæritur.in fi.

1 Res trãsit in fiscũ cum suo onere.

2

NVnquid autem transeat hæreditas in fiscũ cum onere legatorum?text.est & ibi Bar.in l.si seruus plurium.§.si quis.ff.de legat. j. vbi habetur quòd sic. quod intellige vt ℘ Iasi. in d. §.si quis ante.& in l.eam quam.C.de fideicommissis.

¶Aduerte etiã quia publicatio fit cũ sua causa. Alex. consi.xxxiij. incip.Opportunè consideratis.in j. vol.

ADDITIO. Quomodo res transeat cum suo onere & sua causa,vide Matth.de afflict.in constitu.regni Siciliæ quæ incipit,hac edictali.in ij.not.in iij. lib. ad quem recurre in hoc articulo.

IN TEXTV IBI,

Et payant les debtes.

FIscus enim† succedens tenetur creditoribus, cùm per aditionem hæreditatis videatur quasi contrahere cum creditoribus,vt dicit Bart.in l.j.C.de bonis vacan.lib.x. ¶ Quomodo autem successor, siue sit vniuersalis,siue generalis,siue singularis,siue indignitate,siue in bonis, teneatur ad debita prædecessoris, vide Lucam de Pẽna in l.ij.C.de fundis rei priuatę in iij.iiij.& v. col. lib.xj.

1

SEd an princeps teneatur, & sit obligatus ex suo contractu?dom.meus Iason in l. ciuitas.in iij. col. ff.si cer.pet.& in l.j.ff.de pactis.& in l.j.ff.de constitu. princip.& in l.si testamentũ.C.de testamen.Feli.in c. quæ in ecclesiarum.in xxj. col. de constitut. Barb. in consi.j.in iiij.colum.in j.volum. & in xliiij. colum. & Iacob.de sanc.Geor.in sua inuesti.in verbo princeps.

Quæstio.

SEd quæro quid si creditores cum debitore principali habeant fideiussorem, nunquid cùm vident principalem debitorem non esse soluendo, vt puta quia bona sunt confiscata, vel nolunt agere contra fiscum, quia difficilis conuentionis, an possint prius

BIU Cujas

excuti fideiuſſorem de iure? vide quid dicat text. in l. non rectè. coniuncta authentica ſua. C. de fideiuſſoribus. do. meus Iaſ. in l. ſi ego. in vij. col. ff. ſi certũ peta. Martinus de Laude in tracta. de fiſco. §. ccxxx. ſed credo quòd apud nos, & ſecundum noſtram conſuetudinem, quæ eſt ſuprà in titulo, *des rentes uendues à reachept. §. le creancier.* creditor poſſet pro libito conuenire vel fiſcum, vel fideiuſſorem.

IN TEXTV IBI,

Et en demeure ſaiſi.

1 BArt. in l. j. §. an bona. ff. de iure fiſci. dicit, † ℔ quãdo fiſco defertur hæreditas, bona nõ acquiruntur ſine aditione, vt per tex. & glo. ibi: ſecus autẽ quando applicãtur fiſco per cõfiſcationẽ quæ fit ipſo iure, vel per ſententiã, quia tunc acquiruntur fiſco ſine aditione. l. quiſquis. C. ad legem Iuliã maieſta. & facit l. commiſſa. ff. de publica. gl. in l. cum duobus. §. idẽ reſpõdit ff. pro ſocio. quam allegat Martinus de laude in dicto tracta. §. cclxvj. & dicit idem Martinus in d. tracta. §. xxij. ℔ quando fiſcus eſt hæres ex teſtamẽto ℔ nõ acquirit ſine aditione: ſecus quãdo ab inteſtato. Tu dic ℔ per conſuetudinẽ noſtrã, ex quo dicit tex. ſuccedit, ℔ ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, ℔ ſemper eſt ſaiſitus defuncto illo cui ſuccedit, vt dictum eſt ſuprà titu. præceden. §. j.

ADDITIO. Quando dominium rerũ quæ acquiruntur fiſco, & etiã poſſeſsio tranferantur ſine traditione, vide Matt. de affl. in cõſtit. regni Siciliæ quæ incipit, ſi dubitatio. in v. & vj. col. ibi quinto pondero. vbi facit duas concluſiones, in iij. libro.

IN TEXTV IBI,

Lequel eſt tenu de mettre hors.

FAciunt quæ dicit tex. & gl. in §. ſi verò contigerit. in auth. de alienatio. & emphyt. coll. ix. & Sali. in l. ſi quis preſbyter. C. de epiſc. & cleri. vbi quærunt, an confiſcata re emphyteutica fiſcus teneatur ad petitionem domini illam vendere priuato. & vide Ioan. de Platea in l. fundi. in fin. C. de fundis patrimonia. li. xj. vbi remittit ad d. §. ſi verò contigerit. in auth. de alienat. & emphyt. coll. 9. & c. fœlicis. de pœnis.

ADuerte etiam ℔ ſi feudum fuerit principi commiſſum, nõ debet princeps illud retinere, ſed debet alium nobilẽ de illo feudo inueſtire, vt dicit And. de Barulo in l. murileguli. C. de murileg. lib. xj. quod tamen intellige in paruis feudis, & non in dignitatibus ducalibus, & aliis magnis feudis, vt amplè tenet G. Benedicti in ſua repeti. c. Ray. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. nu. 295. 296. 297. & 298. in v. deciſ. extrà, de teſta.

§. SECVNDO.

SI les enfans legitimes du baſtard, où les enfans d'iceux enfans, ou autres deſcendans du baſtard vont de vie à treſpas ſans hoirs legitimes de ſon corps, mõdict ſeigneur aura ſeulement les heritages procedãs du tronc du pere baſtard, ou grand pere baſtard, ou de la mere ou grand' mere baſtarde, & les autres heritiers collateraux auront le ſurplus des biens.

IAdimus hîc antè quòd nemo poteſt ſuccedere ſpurio ſeu naturali præter filium legitimũ & naturalem, de iure tamen videtur † ℔ etiam frater naturalis poſſit ſuccedere fratri. l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulg. & pupil. & ibi Bar. no. glo. in §. fi. in authen. qui. mo. nat. effi. ſui. colla. vij. Spe. in tit. de ſucceſ. ab inteſta. verſi. quid ſi pater. quia nullum eſt vitium in fratre. & ponit Alex. in conſi. ſuo lxxiiij. in ij. vol.

1 Frater naturalis ſuccedit fratri.

IN TEXTV IBI,

Les heritages procedans du tronc du pere baſtard.

POne ℔ filius ipſo viuẽte vẽdat hæreditagia patris baſtardi, & ea cõuertat in mobilibus, puta in pecunia: poſtmodũ moritur abſque filiis, ſuperſtite tamen matre, quæ in eis ſuccedere debet cũ aliis hæredibus, nunquid mater ſuccedet in illis mobilibus, ſeu in illis pecuniis quę prouenerunt ex hæreditagiis patris baſtardi vẽditis, an verò ſuccedet princeps? ¶ Videtur primò, ℔ princeps ſuccedat, quia † pretiũ ſuccedit loco rei. gl. eſt in l. Labeo & Sabinus. §. j. ff. de ver. ſig. no. Bar. in l. is qui à debitore. ff. quæ in frau. credi. & in rub. ff. ſol. mat. Iaſ. in l. ſi eũ ſeruum. in iij. col. ff. ſi cer. pe. vbi infert ad mirabilem deciſionẽ. ſi ergo pretium loco rei ſuccedat, & in eius locũ ſubrogetur, debet ſapere naturã illius rei in cuius locũ ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau. qui tota die ad hoc allegatur, ſed non bene probat. melius ℔bat tex. in c. eccleſia. extrà, vt lit. pen. plura tamen ad prędictã regulam alleg. do. meus Iaſ. in d. §. qui iniuriarum.

1 Pretium ſuccedit loco rei.

SI ergo dictæ pecuniæ ſuccedãt loco hæreditagiorum, & in eorũ locum ſubrogentur, & ſint de natura hæreditagiorũ, videtur ℔ vadant ad principem, & ℔ in eis princeps ſuccedat, ergo idẽ erit dicendũ in pecuniis quæ prouenerunt ẽx venditione dictorum hæreditagiorũ. non pono hanc quæſtionem ſine myſterio, quia vidi eam in facto, & in ea conſului.

CVm enim quidam Petrus des Pierres baſtardus reliquiſſet filiam vnicam legitimã & naturalem, haberétq; dictus des Pieres multa hæreditagia ab eius vxore in contemplatione matrimonij eidẽ donata, eo defuncto Ioanna Banlon mater dictæ filię quõdam des Pierres habuit in maritum Matthæũ Petit, ℔ quidẽ Matthæus de authoritate tutorum & curatorũ dictæ filiæ quondam Petri des pierres ab eadem emit omnia ſua bona paterna, mobilia & immobilia pretio ſex viginti francorũ: tandẽ dicta filia ab humanis deceſſit nullis relictis hęredibus, ſuperſtite tamẽ matre, quæ tãdẽ mortua eſt, relicto eius filio legitimo & naturalis Hẽrico Petit filio etiã dicti Matthęi. dictus verò Matthæus poſtmodum accepit in vxorẽ Ioannam Mygnot, & conſtante eorũ matrimonio impetrauit à principe dictus Matthęus Petit ſucceſſionẽ dictę filiæ quõdã Petri des pierres, deinde mortuꝰ eſt dictꝰ Matthęus, ℔ tẽpore ſuę vitæ erat procurator Regis in baliuatu Auxeti, relictis ſcilicet tribꝰ filiis ex dicta ſecũda vxore, & dicto Henrico Petit ex prima vxore, quæ fuerat mater filiæ Petri des pierres. dicebat nũc ſecũda vxor Matthęi Petit ℔ bona prędictæ filiæ Petri des pierres, quę proceſſerãt à dicto Petro des pierres, erãt principis, & ℔ in eis ſuccedere debebat princeps: & ió cũ eius maritus Matthæus illa acquiſiuiſſet cõſtãte eorũ matrimonio, ℔ de illis bonis debebat habere dimidiã partẽ virtute cõſuetudinis noſtræ ſupra poſitę, ti. *des droicts & appartenances à gens mariez. §. ij.* & quòd alia dimidia pars debebat diuidi inter filios dicti Matthæi.

BIU Cujas

Matthei ꝑ equali portione. dicebat Hericus Petit filius dicti Matthæi ex prima vxore eius, quæ iã fuerat Petri des pierres, ꝙ bona prædictę filię Petri des pierres fuerãt acquisita cõstãte matrimonio ei⁹ matris, & ideo ꝙ tãquã hæres matris debebat habere dimidiã partem dictorũ bonorũ seu hæreditagiorũ quondam Petri des pierres. itẽ, & quod plus est, sex viginti frãci qui erant filiæ Petri des pierres debiti, debebãt eidem spectare, cùm in eis tanquã mobilibus successisset ei⁹ mater. quid dicendum? cogitat ex prædictis. ¶ Dixi tamen quòd secunda acquisitio nõ valebat, imò prima, & ꝙ filia potuit vendere omnia bona sua: & ideo dictus Henricus debebat habere mediam partẽ hęreditagiorũ quondã Petri des pierres, cùm fuerint acquisita cõstante matrimonio eius matris cum dicto Matthæo, sed ꝙ ad summã sex viginti frãcorũ, ꝙ secunda vxor debebat habere dimidiã partẽ, quia illa pecunia quæ succederet loco rei fuerat impetrata à principe per Matthæũ Petit, qui quidẽ princeps succedere debebat, vt dictum est, quia fuit vendita hæreditas patris, quę est quid vniuersale: & in vniuersalibus pretiũ succedit loco rei, vt dictum est. & faciunt pro decisione huius quæstionis quæ dicit Alexan. consi. xlix inc. viso processu. prima consideratione. in iij. volum.

§. TERTIO.



E bastard ou bastarde ne vient ab intestat à la succelsion de pere ne de mere.

ISta consuetudo est vniuersalis in toto regno Francię, & cõformis iuri, vt hîc pòst dicetur. ¶ Quid autem de iure, an bastardi & illegitimi succedant parentibus, & quomodo? dic ꝙ in hoc est distinguẽdũ, quia aut sunt naturales tãtùm, hoc † est, nati ex concubina vnica retẽta in domo, vel aliàs indubitato affectu cõiuncta, & inter solutũ & solutã, vt notat in rub. ff. de cõcu. & in l. fi. per Bart. ff. de cõcu. † & isti sunt naturales, seu vocãtur naturales tantũ, qa natura eos genuit, nõ honestas cõiugij. xxxij. q. iiij. in ca. liberi dicti sunt. ibi, naturales autẽ filij dicuntur ingenuarũ cõcubinarũ filij, quos sola natura genuit, non honestas cõiugij, & appellantur isti bastardi, vt per gl. in rub. ff. de cõcubi. prout dicit Alex. in cõs. suo cxxviij. in pen. col. in j. vol. ¶ Itẽ possunt etiã appellari spurij isti nati in cõcubinatu, prout dicit gl. in c. nisi cũ pridẽ. §. sanè. extrà, de renũ. sed ꝑpriè sunt naturales, vt tenuit Io. And. in addi. ad Spe. in tit. qui filij sint legi. circa princ. in ver. quæstionem de statuto. licet dicat secundum cõmunem vsum loquendi eos appellari naturales qui sunt ex soluto & soluta. & ita refert & sequit Anto. de But. in c. per venerabilẽ. in pen. charta, extrà, qui filij sint legiti. quod dicit esse bene notandum ad statuta quæ faciunt mentionem de naturalibus.

1 *Naturales qui.*

2 *Naturales vnde habiti.*

Bastardi.

ET an † isti nati succedãt parẽtibus est videndũ, quia aut loquimur de parentibus per lineã masculinã, hoc est de patre & auo, seu aliis ascẽdẽtibus: aut per lineã fœmininam. primo casu extãt descẽdẽtes legitimi & naturales, vel legitimi tãtũ, vt sunt adoptiui, & tũc tales filij naturales nõ succedũt. §. cõsideremus. in auth. de triẽte & semisse. coll. iij. auth. licet. C. de nat. libe. in auth. quib. mo. nat. effi. sui. coll. vij. aut nõ extãt descẽdẽtes, & tũc aut extat vxor defuncti legitima, & sic nouerca filiorũ naturaliũ, & idẽ est vt nõ succedãt in aliquo: debẽt tñ ali ab his ꝙ veniunt ad successionẽ boni viri arbitrio, siue sint fratres, siue extranei, secundum Bal. in auth. licet. C. de natu. libe. & not. in c. cùm haberet, extrà, de eo ꝙ duxit in matr. q̃ pollu. per adulte. intellige qñ est filius natus in cõcubinatu, vbi plura requiruntur, vt dicit Bal. in d. auth. aut verò nõ extant descendẽtes, nec vxor, & tunc succedũt vnà cùm corũ matre in duabus vnciis. hoc est in duabus partibus hæreditatis, quę in duodecim vncias diuiditur. §. hæreditas plerũque. insti. de hær. quali. & diffe. prædicta, probantur in d. §. cõsideremus. & in d. auth. licet.

3 *An succedant parẽtibus.*

ADDITIO. Et aduerte quòd multa requiruntur ad licitum concubinatum, quæ rarò in vnum conueniunt. Bal. in consi. cclxij. in j. parte.

DE hac successione bastardorũ, vide amplè per G. Benedicti in repet. c. Ray. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. nu. 114. vsque ad nu. 164. in v. decisi. extrà, de test. vbi multa singulari adducit.

VTrùm istud sit verum de iure canonico, vide per Ant. de But. & Abba. in c. lator. qui filij sint legit. & per Hostien. ibi. & per Abba. in c. tanta. eo. ti. & per Nico. de Vbaldis in tracta. successionum. in xiij. col. ibi, circa secundam speciem liberorum.

AVt verò quęrimus an succedãt naturales ascendẽtibus per lineã fœmininã, hoc est matrẽ, & tunc succedũt matri. §. vulgo quæsitos. institu. de succe. cognat. l. si qua illustris. C. ad Orficianũ. §. nouissimè. & ibi gl. institu. ad Orficianũ. ¶ Sed quoniã hoc est verũ de iure, quæro nũquid tollat hæc consuetudo ius cõmune? videretur ꝙ nõ quo ad illũ casum specialẽ. si in naturalibus tm̃, quoniã licet statutũ debet aliquid vltra ius commune addere. no. per Ias. in l. oẽs populi. in pe. col. ff. de iusti. & iu. tamẽ debet interpretari secundũ ius cõmune. l. ij. C. de nox. c. cũ dilectus. de cõsuet. ita vt minus lædat ius cõmune quàm possit. ita Ias. in dicto loco. & dicit Pa. in c. causam. in vlt. col. ꝙ sufficit ꝙ inducat nouum remediũ agẽdi. & ideò cùm hic casus in naturalibus tm̃ quo ad matrẽ videatur esse specialis, videretur etiã ꝙ ꝑ hãc cõsuetudinẽ generaliter loquentẽ nõ cõprehenderetur hic casus, per regulam Sal. in l. in testamentis. C. de test. de qua dixi in tit. *des mainsmortes.* §. ij. in gl. *quelque part que ce soit.* & s̃. in tit. *des confiscations.* §. j. in gl. fi. in quadã additione. & ꝙ solùm intelligeretur hæc consuetudo in casibus in quibus de iure bastardi nõ succedũt, vt fiat interpretatio secundũ ius cõmune, secundũ d. l. ij. C. de noxa. Eo tñ quia hîc loquitur de bastardis simpliciter, & idem est quod naturalis, vt dixi in rubrica, credo ꝙ etiam comprehendat naturales, & hunc casum hîc antè dictum. ¶ Sed fui interrogatus de dubio seq. Matisconenses vtuntur iure scripto, dicunt tamen ꝙ in quibusdã locis qui sunt de electione Hedu. vtuntur consuetudinibus ducatus Burgundię in tribus, scilicet in successionib⁹, matrimoniis, & retractibus: an si hoc casu eueniat ꝙ aliqua mulier habeat filios naturales tantùm in illis locis debeat seruari hæc consuetudo? dixi in casu emergenti quòd non: quia ex quo hæc consuetudo est priuatiua iuris concessi legitimo per dispositionem iuris communis, non extendetur extra ducatum Burgundiæ, argumento eorum quæ dicit Bartol. in l. cunctos populos. in vij. q. princip. C. de summa trinit. & fide cathol. multa alia dixi in casu emergẽti, in quo consului, quæ hîc non repeto breuitatis causa.

Dubium.

AVt verò † sunt spurij, non tñ ex damnato coitu de iure ciuili nati, & isti non succedunt patri, aut aliis descendentibus. l. hac parte. & l. si spurius. ff. vnde cogna. imò nec valeret statutũ ꝙ tales succederẽt patri ex testamento, vel ab intestato. Bar. in l. testamenti factio. ff. de testa. Nicol. de Vbaldis in tract. successionum ab intest. in xiiij. col. ibi, succedit tertia species liberorum. matri verò tales spurij succedunt, per l. j. §.

4 *Spurii non ex damnato coitu nati.*

BIU Cujas

ſed ſi vulgò.ff.ad ſenatuſcon.Orficia.§.nouiſſimè. Inſti.ad Orfi.etiã ſi extarent legitimi,vt tenet Ang.in §. fi.in auth.quibus mo.natu.effi.ſui.colla.vij.& hoc verum,niſi mater eſſet illuſtris, quia tũc nõ veniũt ſpurij vnà cum legitimis,ſed ſi legitimi non extarent ſuccederent tales ſpurij etiam matri illuſtri, vt videtur probari ex text.in l. ſi qua illuſtris. C.ad Orficia. & videtur ſentire glo.in d.§.nouiſſimè.

ADDITIO. Quomodo ſpurij ſuccedunt matri,vide Matth.de Affl.in conſtit.regni Siciliæ quæ incipit, ſicut accepimus.in ij.not.

5 Spurij nati ex coitu damnato.

AVt ſunt † ſpurij ex damnato coitu nati,vt ſunt adulterini,ſacrilegi,nepharij,inceſtuoſi,&ſimiles, & iſti ſunt abominabiles, & exoſi omni iure, & propterea dicitur in c.ſi gens Anglorum.lvj.diſt.ꝙ diuulgatum eſt tales inceſtuoſos & adulterinos nec bello ſeculari eſſe fortes,nec in fide ſtabiles,nec honorabiles hominibus,nec Deo amabiles,ſicut ſunt gẽtes Hiſpaniæ,& Prouincię,& populi Burgundię,prout etiã dicit Frã.Cur.in cõſ.xxvj.in vj.col.in verſi.nõ ſunt. & in conſ.xvj.in vj.col.& dicit Azo in ſumma,C.ex qb. cau.infa.irrog. † ꝙ ſpurij ſunt infames infamia facti: de quibus p Dy.in reg.infamibus.de reg.iur.in vj. & per Nico.de Vbaldis in dicto ſuo tract.ſucceſſionum. in xxj.col.ibi,ſequit̃ quarta ſpecies. ꝓut refert Alexã. cõſ.cxxviij.in pe.col.in j.vol.laſ.in l. fratres.in fi.C.de inof.teſta.tales patri nõ ſuccedũt.vt in auth. qui.mo. natural.effi.le.co.vj.& in §.vltima ſiqdẽ.in auth. qui. mo.nat.effi.ſui.col.vij.l.qui contra.& l.ſi quis incẽſti, & in auth.ex complexu.C.de inceſt.& inuti.nupt.

6 Spurij infames.

ADDITIO. An ſint ita infames ꝙ nõ admittantur ad teſtimoniũ,vide Mat.de Affl.in conſt. regni Siciliæ quę incipit,ſicut accepimus.in iij.no.& de infamia taliũ baſtardorũ vide amplè quæ dixi in catalogo gloriæ mundi,in xj.parte,in xv. conſideratione, vbi poſui quomodo legitimi ſunt præferendi baſtardis.

ADuerte, ꝙa licet doctoratus nõ ſit dignitas, ita ꝙ infami & excõmunicato conferri poſſit. Bal.in l. j.C.de ſumma trini. † tamen doctoratus ſpurio conferri non poteſt.Card.Alex.in prooemio decreti,Car. Zabare.in clẽ.ij.de magiſtris. ſecus dicit in legitimo. vide apoſtil.ad Salic.in l.j.C.de ſum.trini.

7

8 Chriſtus vnde deſcẽderit.

ADuerte tamẽ, † quia licet dictũ ſit ſuprà ꝙ adulterini ſint abominabiles omni iure,ꝙ dñs noſter Ieſus Chriſtus non ſolùm ex alienigenis commixtionibus,ſed etiam adulterinis naſci voluit. Iudas enim patriarcha cõcubuit cũ Thamar nuru ſua:ex illo concubinatu nati ſunt Phares & Zarã,ex quo Phares deſcendit origo Chriſti.c. dñs noſter Ieſus Chriſtus.lvj.

9 Illegitimi acutiores ingenio

diſt.legitur Gen.38. videmus † enim ſemper iſtos naturales & illegitimos ſeu ſpurios eſſe acutiores ingenio,& perſpicaciores legitimis, cùm ſciẽtiæ ſeculares humanæ ſeruituti deſeruientes fuerũt inuẽtę ab illegitimis & adulterinis:nam vt vidimus Ge.4.Lamech habuit duas vxores,nomẽ vni Ada,& nomẽ alteri Sella,genuitq; Ada Iabel qui fuit pr̃ habitãtiũ in tẽtoriis atq; paſtorũ,& fuit pr̃ canentium cythara & organo. Sella verò genuit Tubalchain,qui fuit malleator in cuncta opera æris & ferri:nec eſt dicendũ ꝙ potuit habere duas vxores, quia dicitur Geneſ.2. Relinquet homo patrem & matrẽ,& adhærebit vxoris ſuæ,& erũt duo in carne vna.Salomõ, qui etiã natus eſt ex ea quæ fuit Vriæ & ex adulterio,vt habetur 2.Reg.c.xj. & tamẽ ſapiẽtior cęteris,vt habetur 3.Regũ iij.c.Nõne etiã Romulus qui vrbẽ Romanã cõdidit,& Alexãder rex potẽtiſſimus orbiſq; dominator, & Hercules qui tam grãdia ac fortia peregit ? atque quam plures nobiles habẽtur qui in adulterio fuerũt geniti.ſimiliter & Iephte,qui tot tãtáq; laudabilia egit pro populo Iſrael,fuit filius meretricis.Iudicũ,11. ¶ Voluerunt & aliqui dicere Bar.fuiſſe expoſitũ,ex dictis ſuis in l. quidã cũ filiũ. ff. de verb.ob.ſed mihi videtur ꝙ iſtud nõ bene aperit,prout dicit Felin.in c.inter cæteras.in prin.ext.de reſcri.qui quidẽ fuit inter doctores ſcientiæ noſtræ excellẽtiſſimus.nũc ætate noſtra habemus pręceptorẽ Iaſo.qui cæteros in ſcientia legali excellit. ¶ Adde † ꝙ talib⁹ nihil põt relinqui,ſiue p inſtitutionẽ ſiue p legatũ,ſiue ẽt p donationẽ inter viuos,vt p plura tenet Calcane⁹ in cõſ.ſuo 58.inc. reperit facta donatio,imò ẽt nec emere à patre.qd̃ an ſit verũ,vide do.Iaſo.in l.ſi is qui ex bonis. ff.de vulg. & pup. ſub.

Magnus. Hercules. Iephte. Barto.

Iaſon. 10

VIde G.Bene.in ſua repet.c.Ray.in ver. & vxorem nomine Adelaſiã.nu.129.in v.deciſ.de teſt.vbi dicit,ꝙ filius ſpurius non põt aliquid capere à patre ex contractu lucratiuo aut oneroſo per ſe aut interpoſitam perſonã,ſecundũ gl.Cy.Bart.Bal.& Sali.in l.j. C. de naturalibus liberis.licet,vt ibi dicit, gl.in l.qui teſtamentũ.in verb.modũ.ff.de proba.teneat contrariũ in cõtractu oneroſo: ſed tñ malè, vt ibi per eundẽ Benedicti, quod tñ intellige in bonis iam patri acquiſitis purè,& abſolutè,& in eum trãſlatis.Secus ſi cũ bona patri cõceduntur,& acquirũtur,fiat pactũ ꝙ ſpurij ſuccedãt in eis,quia valet.Bal.in l.ij.C.de iure emphyteu.& idẽ Benedicti vbi ſuprà. & dixi in cõſiliis meis, conſil.incip.nobilis quondam vir do.Cyprianus,&c.

ET intellige † ꝙ naturales nõ ſolùm excludũtur à ſucceſſione parẽtũ,ſed etiã ab alimẽtis.in authen. qui.mo.na.effi.ſui.§.vltima ſi quidẽ.ibi,neq; alendus à parẽtib⁹.auth.licet. C.de nat.libe.auth. ex cõplexu. C.de inceſt.nup.no.in c.per venerabilẽ.extrà qui filij ſint legi.& iſta ſunt de iure ciuili.ſed de iure canonico ſecus,ꝙa ſpurij & naturales alimẽtari debẽt à parẽtibus.c.cũ haberet.extrà, de eo ꝙ duxit in matri.quã polluit per adulter.Soci.in cõſ.ſuo clxj.incipien.pro deciſione præſentis conſultationis.in ij.col.& loquitur ibi Socin.in natis ex damnato coitu.ex quo videtur confundi limitatio Bal.in d.authen.ex complexu. prout etiam dicit Nicolaus de Vbaldis in tractatu ſuo ſucceſſionum.in v.charta,in xvij.col.

11 Naturales alendi debeant alimentari à parẽtibus.

AMpliat ibidẽ Nicolaus de Vbaldis ꝙ ſicut parentes tenentur alere filios ſpurios, ita etiã nepotes & pronepotes,& deinceps ex filiis deſcendentes.arg. l.fi.C.de natu.libe.& in auth.quib.mo.natu. effic.ſui. §.ſi quis igitur habens filios.colla.vij.

AMpliat ſecundò,ꝙ ſicut parẽtes tenẽtur ipſos naturales & ſpurios alere dũ viuũt, ita poterunt eis donare vel legare pro alimentis, ex ratione d.ca.cùm haberet.tenet Bar.in auth.ex cõplexu.C.de ince. & inuti.nup.Ro.cõſ.ſuo xliij.in ij.dubio. ¶ Intellige tamẽ dũmodo nõ relinquãt vnã magnã partẽ hęreditatis pro alimẽtis, quod tranſcẽderet modũ alimẽtorũ, attẽta quãtitate facultatũ,& qualitate perſonarũ,quæ in his attendi debet.l.ſi quis à liberis.§.deniq;. ff.de liber.agno. quo caſu tunc tantum valebit vſq; ad modum alimentorũ, & nõ vltrà.ff.de exercito.l.Lucius. nec tale relictum tranſibit ad hæredes ſpurij, quia nõ legatur nec donatur proprietas,ſed tãtùm vſus ratione alimentorum,qui cũ vita finitur.ff. de tranſactio.l. cum hi.§.modus.ff.de vſuf.l.dominus fructuario.§.ſi. & quatenus excedit modũ alimentorũ,ſtatim hæredibus applicatur.Bal.in l.eam quam. C.de fideicom.

12 A ſpuria dotari poſſit.

ET aduerte † quòd ſicut pater poteſt donare filio ſpurio pro alimentis, ita filiam ſpuriam dotare poteſt.arg.l.j.ff.ſol.mat.l.cum poſt.§. gener.ff.de iure dotium

BIU Cujas

dotium.& valet argumẽtum de alimentis ad dotem. Bart. & Alex.in apostil.in l. fi.in ij.col.ff.de his qui.vt indi. Nic. de Vbaldis in dicto loco. & Pan. in cons. suo 50.in ij.vol.& in cons.suo cxl.in ij.vol.dummodo tamen non excedat modum,vt dicit ibi Pan.& etiam prædicta tenet Præpositus qui fait Card.Alex.in vsibus feudo.in c.j.§.similiter.de capit.corradi.

ADDITIO. An dictum ca.cũ haberet.habeat locũ de iure ciuili?Alex.in cons.lxxiij.in iij.vol.tenet ℣ nõ, sed cõtrarium tenet Matth.de affl.in consti.regni Siciliæ quæ incipit,doariæ secreti.in v.notabili.

13 SEd iuxta † prædicta quæro, nunquid patre dotãte possit talis dos filiæ spuriæ per patrem data per hæredes patris repeti?Bartol.in l.fi.§.si à socero.ff.de his quæ in frau.cred.dicit ℣ hæredes non possunt reuocare à viro, quia habet dotem ex titulo oneroso:secus si ad filiam sit reuersa, quia tunc poterunt reuocare ab ea.secundum quod consuluit in consi.suo cxix.incip. Dominus Dominicus magistri Theobaldi. qui videbatur sibi contrarius:sed illum concordauit Nico. de Perusio in dicto tra.in xvij.col.cum seq.

14 BArba.in ca.j.de constit.in vj.q.quærit † nunquid principes possint dotare filias suas spurias de plenitudine potestatis.vbi cõcludit ℣ sic,quantũ ad modum alimentorum,hoc est,dummodo dederint in dotem eatenus quatenus sufficit ad alimenta,per iura supradicta.Dicit tamẽ ℣ ẽt si princeps tyrannus cognouerit virginẽ per suam tyranniã,ex qua habuit filiam spuriã, ℣ ẽt vltra modũ potest illã dotare.per ea quæ dicit Bal.in l.eam quam.C.de fideicommiss.¶ Et idem Barb.quærit ibi nunquid seculares de plenitudine potestatis possint donare magna existẽtia in regnis suis, amasiis eorum, & concubinis, sed vt dicit, quia res est periculosa, non decidit,nec ego decidam.

15 *An pater possit relinquere ne poti ex spurio.*

SEd quia vidimus hîc antè † ℣ pater non potest relinquere filio spurio & naturali nunquid autẽ possit relinquere filio spurij,qui quidem est legitimus & naturalis,qui dicitur nepos suus?Bart.in consi.cxviij. inc.ædititi?.corneti.in ij.col. tenet ℣ sic. quia vt dicit

16 † pœna patris nocet filio tantũ in his quæ descendũt ex persona patris:secus in aliis quæ aliunde obuenerint,vt dicit tex.in l.ij.ff.de interdi.& relega.ad idẽ facit tex.in l.emãcipatũ in fi.&quod ibi no.ff.de senato.

ADDITIO. Quomodo pœna patris noceat filio, vide regulam negatiuam cum xij. limitationibus per Matth.de affl.in cõsti.regni Siciliæ quæ incip.Patarenorũ.in gl.quæ incipit,super ipsorũ. ¶ Sed iste nepos institutus ab auo non capit à suo patre,ergo & maximè,quia hoc casu videtur nepos institutus occasionaliter propter alium,sed principaliter propterse.argumen.text.in l.socium qui in eo.ff.pro socio.pluribus aliis regulis probat hanc conclusionem Bart. in dicto loco.& Ia.in l.Gallus.§.quid si is.in iij.col.ff.de lib.& posth.facit aliam distinctionem Alex.in consi.suo 74. in iij.volu.plenè examinat Rapha. Fulg.in consil.suo xxiij.in col.cum seq.& ista quæstio deciditur per tex. & glo.in l.fi.C.de nat.libe.vide supradictos doctores cùm casus euenerit.

17 *Bastardi an decẽtur de parentela patris.*

IVxta prædicta quæro, vidimus hîc antè ℣ bastardi non succedunt patri,& matri, quæro † nunquid ad minus possint dici de genere, seu agnatione, familia, vel domo patris,vt sic gaudeant priuilegiis & prærogatiuis illorum qui sunt de genere,familia,domo,vel agnatione?ista quæstio est latissimè disputata per doct. in l.fi.C.de verb.signi.& in l.cum legitimæ.ff.de statu homi.& plenè no.per Nico.de Vbaldis in suo tra. successio ab intesta.vbi dicit,quòd non sunt de genere,nec de agnatione,nec de familia, prout ibi concludit.& ideo dicit Pet.de Anc. † ℣ etiam non sunt nobiles,nec retinent nobilitatem.ita tenuit in consil.cccxcix.incipiente,visis diligenter iuribus.in ij.col.& sicut bastardus non est nobilis, sic etiam nepotes legitimi & naturales ex bastardo descendentes,quia nulla consequentia potest esse legitima ex illicito nascendi principio,& radice corrupta,vt dicit text.j.q.j.cap. principatus. ℣ ex infecta radice fructus non producitur,& nõ bono peragũtur exitu,quę malo sunt inchoata principio.dixi suprà.& dicit Bal.in l.cùm legitimæ nuptię.ff.de statu homi.quòd bastardus non est de parentela nobilium,quia sordes non mouẽtur inter principes,plus dicit ibi, † ℣ bastardus non potest portare nobilium insignia,licet ex communi vsu habeatur in contrarium. Et ideo etiam tenent doctores ℣ bastardi, vt dictum est, non sunt de domo. tenent Ioan.And.in addi.ad Specu.in tit. qui filij sint legiti. super rub.& Bart.in l.tutelas.ff.de capi.diminu. Bald. in ca.nonnulli.§.j.de rescriptis.Barba.in consilio suo xxvij.in xxj.col.in j.vol.Ant.de But.in consil.suo liij. inci.Iesu Christi & matris eius,&c.videtur primò dictum spurium. Pan.in c.in præsentia.& ibi Bald.& in c.per tuas.de proba.& Felin.in d.ca.in præsentia.in x. col. Cardi.Alex.in c.per venerabilem. in iiij.& v. col. extrà,qui filij sint legi.& ibi quærit † an appellatione filij,vel nepotis, vel liberorum contineantur bastardi,& naturales,& quid in testamẽto, in contractibus, in sententia,in statuto,in priuilegio, vide Bart. in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebc.& ibi plenè per Io. de Imo. Feli. in d. ca. in præsentia. do. meum Ias. in §.pœnales.in x.col.instit.de actio.ponit tamen Card. Alex.in d.ca.per venerabilem.sed casus in quibus veniunt bastardi appellatione liberorum, quos videre poteris.

18 *An retineant nobilitatem patrũ.*

19 *An arma nobilitũ deferre debeant.*

20

ADuertendũ est † ℣ licet dictum sit ℣ bastardi nõ possint portare insignia domus, tamen videmus quòd in hac patria,& in tota Gallia bastardi reputantur nobiles,& portant nomen & arma domus,sed tamen cum aliquali differentia, scilicet superaddendo quandam barram per transuersum,quę incipit à sinistris & ducitur ad dextram:verbi gratia,arma nobilis & potent.viri domini Francisci Rolin balliui Heduẽ. sunt tres claues aureę in campo azureo,si enim de domo sua esset aliquis bastardus portaret illa arma cum vna barra quæ inciperet à sinistris,& tenderet ad dextram,quæ denotaret illũ esse bastardum,& hoc bene, ne sordes computentur per errorem inter principes, &† sunt hæc arma ad cognoscendum familias & personas,vt dicit Barto.in tractatu de armis.

21 *Quomodo arma eorũ ab aliis distinguenda.*

22

ADde etiam ad prædicta quæ dixi in Catologo gloriæ mundi in xxxviij. cõsideratione,in xxiij. cõclusione,vbi dixi quomodo bastardi portant arma domus,& de legitimatis,an portent plena,vide ibi in lxxvij.conclusione,& in xlj.cõclusione, ℣ arma sunt adinuẽta ad cognoscẽdas familias.Et aduerte ℣ delẽs arma alicuius turbat eius possessionem.Matt. de affl. in cõstit.regni Siciliæ quæ incipit,priuilegia & instrumenta.in ij.lib.in ij.not.& vide quæ dixi in Catologo gloriæ mundi,in j.parte in d. consideratione. in xxix. & xlix.cõclusionibus. ¶ Aduerte,quia Io.Sanxon in consuet.Turon.tit.*des droicts de chastelenie*.art. j. ponit hæc antedicta de bastardis.& ex doctrina Bart. in tract.de insig.& armis facit in materia armorũ vij. cõclusiones.& quis color in armis dicatur esse nobilior vide ibi per v.cõclusio.Et de materia armorum, vide etiã Bonũ de curtili in suo tract.nobilitatis,in ij. par-

BIU Cujas

te.nu.168.cum decem seq.Et quæ hîc antè relata sunt de bastardis, etiam ponit idem Bonus de Curtili eodem tract.in iiij.parte.nu.4.cum quatuor sequen.

ADuerte tamẽ quia quãdo illa barra incipit à dextris,& tẽdit ad siniſtrã,nõ ſemper deſignat genus
23 illud infectum,prout † eſt videre in armis illorum de Borbonio,q̃ ſunt de ſanguine regio,ſeu de ꝓſapia regali,& ex ꝓſapia ſancti Ludouici regis,cũ ex dicto Ludouico deſcẽdit Robertus eiꝰ filiꝰ comes Claromõtanus,agri Belluacẽſis, & dñs de Borbonio qui habuit in vxorem dominam Beatricem de Borbonio,ex quibus deſcendit Ludouicus de Borbonio eorum filius, qui fuit primus dux de Borbonio,& ex dicto Ludouico & Maria filia comitis de Hainault eius vxore deſcẽdit Petrꝰ de Borbonio eius filius,ex quo Petro & Iſabella ſorore Philippi de Valois regis Francorum deſcendit dux Ludouicus, qui dictus fuit, *Le bon duc*,ex quo & Anna Delphina comitiſſa de foreſts eius vxore deſcendit Ioannes de Borbonio dux,ex quo & Maria de Berry eius vxore deſcendit Carolus de Borbonio dux, & ex eo & Agnete de Burgundia eius vxore deſcenderunt Ioannes de Borbonio dux, qui habuit in vxorem Ioannam filiam Caroli regis Frãcorũ ſeptimi,& ſororem Ludouici regis Francorum vndecimi qui fuit dux de Borbonio, & Petrus eius frater, qui poſt mortẽ dicti Ioannis fuit dux, & habuit in vxorẽ dominam Annam de Francia, filiam Ludouici regis Francorũ vndecimi,& ſororẽ regis Caroli octaui. Ex quibus ſcilicet Petro & Anna, deſcendit Suſanna de Borbon filia quę nũc viuit,& etiã dicta Anna,& copulata eſt matrimonio cum Carolo de Montpenſier,qui poſt mortẽ dicti Petri prætẽdebat ducatum ad ſe ſpectare,eo ꝙ fœminæ in eo non ſuccedunt,ſed pro concordia & amore pacis fuit factũ matrimoniũ inter dictũ de Mõtpenſier & dictã do.Suſannã. ¶ Aduertendũ tamẽ eſt ꝙ Beatrix de Borbonio ſucceſſit in dominio de Borbonio medio cuius Robertus filius ſancti Ludouici habuit dominiũ de Borbonio.dixi ſuprà ti. *des fiedz.*§.v.in gl.j.ver.qd de ducatu Borbonij.Et oẽs iſti de Borbonio habẽt iſtã barrã ſuper tribus liliis Francię,quę ẽt incipit à dextris & tẽdit ad ſiniſtrã,& tñ nõ ſunt de ſanguine reprobato, imò ſunt de vera proſapia regali,vt dixi in alio loco. ¶ †Sed ꝓpriè non debet
24 dici barra,ſed bẽda,quæ in armoria debet eſſe ſine pẽdẽte nec tactura in parte ſuperiori,& ẽt inferiori, hoc eſt non debet tãgere partem ſuperiorẽ, nec inferiorẽ.

Borbonia domus deſcendit ex proſapia regali.

24 Quomodo ſit bendæ.

LIcet ſit dictũ ſupertus ꝙ filij ſpurij non poſſunt eſſe hæredes,Cæpolla tamẽ in cautelis ſuis, cautela xxxvij.incipiẽte,nũc videamus cautelas,in v.fo.ponit multas cautelas ad inſtituendũ filiũ ſpuriũ.quas allegat do.Claudiꝰ de Aquis in l.Gallus.§.inſtituẽs. ff.de lib.& poſt. vbi quærit an ſpurius poſſit inſtitui hæres ſub cõditione,ſi legitimetur. vide eas. Et cogita ex il-
25 lis in caſu emergẽti quid fiendũ. ¶ Et † ꝙ ex cõſuetudine in Gallia tales retineant nobilitatem,& portẽt nomen & arma domus,vide Gui.pa.deciſ.ſua cccclxxx. & ideo in hoc conſuetudo generalis Franciæ derogat iuri,ſed apud nos neſcio ſi caſus cueniret quid fieret, cũ non poſſint allegari cõſuetudines, niſi ſint ſcriptæ in hoc libro,& in non diſpoſitis per noſtras conſuetudines recurrimus ad iuris diſpoſitionem, vt infrà in concluſione harum conſuetudinum videre poteris.

IN TEXTV IBI, Ab inteſtat.

QVæro quid ex teſtamento,puta,ſi pater inſtituat filium ſpurium, an poſſit ſuccedere? dixi ſuprà ꝙ nõ,per l.j.C.de nat.lib.quare ergo hîc dicit, *ab inteſtat*, cùm vnius incluſio alterius ſit excluſio.ca.nõne bene dicimus.de prę ſumptio.Bal.tñ in l.Lucius.& poſt eũ Alex.& do.Claudius de Aquis.ff.de vulg.& pup.ſubſti.tenent † quòd ſicut filius naturalis poteſt hæres in totũ inſtitui nõ exiſtẽte legitimo, ita etiã ſi fuerit legi 1
timus qui effectualiter nõ ſit hęres,puta qua renũtiauerit, aut aliàs fuerit excluſus.Et ideo dicit Lud.Ro. in conſ.ſuo xiiij.inc.ad primũ quæſitũ. ꝙ ſicut pater põt totã ſuã ſubſtantiã filius naturalibus relinquere, quãdo non ſunt legitimi & naturales.auth.licet.C.de nat.lib.& in auth.vnde ſumitur. & dicit idẽ ſi nõ ſint niſi filiæ quæ renũtiauerint ſucceſſioni patris, poteſt pater relinquere totã ſubſtantiam filio naturali.& ſic ex prædictis patet ꝙ pater poteſt relinquere filio naturali ex teſtamento,ſcilicet eum inſtituẽdo intellige ſcilicet non extantibus legitimis & naturalibus:

VIdetur in hoc tenere contrarium Iaſ.in l.j.in xvj. col.C.quando non petentium partes,&c.G.Benedicti in ſua repe.c.Ray.in verbo, & vxorẽ nomine Adelaſiã, nu.205.& 206.de teſt.vbi dicit ꝙ legitimatus non poterit in plus patri ſuccedere, nec poteſt ei plus relinqui quàm vni de legitimè natis cui minus relinquitur: Ita ꝙ filia dotata excludit eum,niſi in id quod poteſt aſcendere vſque ad dotem dictæ filiæ.

ADDITIO. Aduerte ꝙ licet pater non poſſit inſtituere baſtardũ,tamẽ poteſt inſtituere filiũ eius, & ſic nepotẽ ſuũ legitimũ.ita tenet Alex.in l.Gallus.§.quid ſi is,in finali col.ff.de lib.& poſt.Iaſ.in l.hæreditas. C. de his qbus vt indignis.& ita etiam tenet Benedicti in repe.c.Ray.in verbo,cõdidit.ij.nu.15.de teſt.dummodo,vt dicit,non habeat liberos. ¶ Quia hîc antè dictũ eſt ꝙ filius ſpurius nõ ſuccedit, an ſit indiſtinctè verũ etiam ſi fuerit legitimatus,tu aduerte pro intelligentia quòd pluribus modis ſpurius legitimatur.

Quibus modis ſpurius legitimetur.

PRimò † enim legitimatur ſpurius ſeu baſtardus per ſubſequẽs matrimonium.§.fi.inſti.de nuptiis. 2
in auth.qui.mo.na.effi.ſui.§.primus ita.colla.vij.cap. tanta.qui filij ſint legi.& tales dicũtur ſui.§.ij.inſti.de hære.quæ ab inteſtato deferuntur.& tales non ſolum ſunt legitimati quo ad matrimonium contrahendũ, & iura legitimorum quo ad ipſos ſuſcipiũt,ſed etiam quo ad aſcendentes,& deſcendentes,& tranſuerſales, ſecundum Ang.in conſ.ſuo xvij.incip.comes Brandiſus.in ij.col.ibi,primus modus eſt,in conſi.ſuo xx.incipien.Simon de Quarrata.plura ibi allegat, & dicit plus,ꝙ etiã ſiue ſuperſint alij legitimi & naturales tẽpore quo cõtrahitur matrimoniũ,ſiue nõ, vt dictis iuribus,& in auth.quib.mo.na.effi.legi.§.ſi verò ſolum modo.& hic modus eſt potentior cæteris.Hinc eſt ꝙ † talis legitimatus habet iura ſuitatis, & dicitur vere 3
legitimus,vt per Bart.in l.ſi is qui ꝓ emptore.in xiiij. col.& ibi do.meus Iaſ.in ſua repet.ff.de vſucapio.idẽ do.meus Iaſ.in l.moribus. in v.col.ff.de vulg.& pup. & in l.qui ſe patris.in iiij.col.C.vnde libe. & in l. hac conſultiſſima. in §.ex imperfecto.in j.col. C.de teſta. Alexan.in conſi.xvij.in v.col.in j.vol.do.tamen meus Ia.in l.vnica.in ix.col.C.quando non petentium partes.& in l.generaliter.in pen.col.C.de inſti.& ſubſtit. dicit † quòd eſt verum in legitimato per ſubſequens 4
matrimonium: ſecus in aliis, prout infrà dicam,quia alij non habent beneficium abſtinendi. §.& quoniã variè in d.auth.quibus mod.natu.effi.ſui. prout dicit Ludo.Ro.in l. neceſſariis.ff.de acqui.hæred.& dicit ſe dediciſſe illum tex.à quodam viro qui eſt aſpectu videbatur ſibi Catelanus dum iret Romã, à quo multa alia didicit.& iſtud refert do.meus Iaſo.in d.l.vnica.

2 Per ſubſequẽs matrimoniũ.

3 Et tales ſunt ſui.

4 Habẽs beneficium abſtinendi.

in xj.

BIU Cujas

in xj.col. C.quando non petētium partes. ¶Item etiã vt videmus, legitimi nõ succedunt in feudo.§. naturales.si de feudo fuerit cõtrouersia. Et † q̃ legitimi per subsequens matrimonium succedunt in feudo,Iac.de Beluiso & Bal.in d.§.naturales.& Host.& Io. And. in c.lator.qui filij sint leg.Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus.vbi dicit ita communiter teneri.ff.ad Treb. Ias. in l.generaliter.§.cum autem.in pe. col. C.de insti.& substit. ¶†Itẽ etiã ibi dicit, q̃ tales legitimati admittũ tur ad episcopatum,eo q̃ matrimonium subsequens abstergit omnẽ maculã præcedentem. & dicit textus in §.dubitatum.in auth.de incestis nuptiis.colla. ij. q̃ per matrimonium subsequens perinde cẽsentur ac si ab initio matrimonium fuisset contractũ. & ideo, vt dictũ est,admittũtur ad episcopatũ,glo.in c.innotuit. in verbo,cõiugata.de electio. ¶†Item etiã admittuntur ad emphyteusim ecclesiasticã.Ioã.de Imo.in l. qđ dicitur.in antepe.col.ff.de verb.obl.& Pet. de Anch. in consi.ccxlj.incipiente,ex tenore priuilegij.

5 Succedũt in feudo.

6 Admittũtur ad episcopatum.

7 Et ad emphyteusim ecclesiasticam.

8 Rumpũt testamentum.

IMò etiam†tales legitimati rumpunt testamentum cõditũ, put dixit Ias. in d. l. q se patris.& in rub.C. de posthumis hæredibus instituẽdis.& ideo hic.§.nõ habet locũ in istis bastardis sic legitimatis, qa succedũt patri & matri,&aliis parẽtibus,sicut filij legitimi &naturales.§.ij.inst.de hęr.quę ab intestato deferunt.

ADDITIO. Aduerte ad vnum singulare, quod si filius naturalis moriatur antequam pater contrahat matrimonium cum matre sua, non tamen legitimatur nepos ex illo filio naturali, nec transibit in potestatem aui, vt dicit Hippolit. de Marsiliis in singulari suo cxxj.incipiẽ.credo te scire. & qui potest hoc modo legitimari, nunquam potest legitimari per rescriptum principis, vt tenet Hippo.sing.suo cxxx.& Pet. Girardi singul.60.incip.legitimatio non pendet.

9 Per oblationem curiæ.

SEcũdus † modus legitimãdi est per oblationẽ curiæ.& aduerte quia aut filius seipsum offert curiæ patre defuncto,& tũc legitimus efficitur.in auth.qui. mo.na.effi.sui.§.j.& §.si quis igitur.coll.vij.& hoc intelligitur quãdo non supererit legitima proles, nã aliter nõ posset se offerre.in auth.qui.mo.na. effi.legitimi.§.si quis verò non habens coll. vj.aut pater offert filium,& tũc dicit idẽ.§.primus,vsque ad §. tribus.in auth.qui.mo.nat.effi.sui.& de istis ponitur per doct.

10 Modus offerẽdi se curiæ.

in c.per tuas. extrà,qui filij sint legi. † & fiebat in hũc modum.Cùm curia seruientibus indigeret,paucis ad eam accedentibus,fuit constitutum,vt darentur talia priuilegia ad officiũ curiæ venientibus,quia remittebatur macula per peccatũ libidinis cõtracta,& efficiebantur legitimi tales oblati,sicut remittuntur peccata euntibus vltra mare.hi autem † offerri possunt per patrẽ,etiã si alij legitimi sint:sed ipsi nõ possunt seipsos offerre aliis legitimis existentibus,nisi illi consentiant.d.§.si quis verò nõ habens,in auth.qui.mo.nat. effi.legi.& prædicta legitimatio nihil valet inquantũ filij cõtradicũt oblationi factæ per patrẽ.§.& generaliter.in auth.qui mo.na.effi.sui.Sed hodie ẽt talis legitimatio non est in vsu.prout dicit Ang.in §.j.in auth. qui.mo.na.effi.sui. & nõ mirũ. qa etiã si fieret talis oblatio hodie,non valeret nisi per curiales acceptetur, cùm non sufficiat simplex oblatio,secundum.Ang.in §.item scriptus.in auth.quib.mo.nat.effi.sui.& nõ mirum si hodie nõ sit in vsu,cũ hodie non sit penuria curialium sicut olim,propter quã penuriã fuit inuentus dictus modus legitimandi,vt melius inuenirẽtur qui deseruirent.sed pro certo hodie tot sunt, q̃ quasi omnes currunt ad illam,de miseris quorum me refero ad Æneam Syluium in quodam suo paruo & singulari tractatu,de miseriis curialium.

11

Hæc oblatio quòd nõ sit hodie in vsu.

ADDITIO. Et sicut per oblationẽ curiæ tẽporali, ita etiã per oblationẽ curiæ spirituali & ecclesiasticę, cùm etiam spurius per ingressum religionis efficiatur legitimus,vt dicit Guli.de Cugno in l.j.C.de sacrosa. eccle.& alij quos allegat,refert & sequitur Hippo. de Marsi.in tract.de fideiuss.nu.123.

12 De horum successionibus.

QVomodo autẽ †& qualiter legitimati hoc modo succedant parẽtibus, videndũ est.& dic q̃ patri ab intestato,& ex testamento, & ex vltima voluntate succedũt.l.quoniam desideria.C.de natura. lib.quinimo talis nõ habet beneficiũ abstinẽdi.§.& quoniam variè.in auth.q.mo.na.effi.sui.Quomodo aut illis succedatur,vide tex.in d. §. & quoniã variè cognoscẽdu, & in vers.si verò.& in §. generaliter. vsq; ad §. tribus. in auth.q.mo.na effi.sui.Car.Alex. in c.per venerabilẽ.§. qđ verò in ix.col.extrà, q̃ filij sint legitimi. † vbi dicit idẽ esse in filia illegitima quæ copulatur matrimonio officiali curiæ ciuitatis de qua est oriunda,vel ciuitatis metropolitanæ,quia est legitimata, & succedit cũ legitimis.tex.in l.si quis seu liber. vers. si filiã. C.de natu.libe.& in d.§.& quoniã varie.gl.in §.fi.insti.de nup.& iste est tertius modus legitimandi.

13

14 Per nominationẽ

QVartus †ergo modus legitimãdi est, s.nominãdo filiũ naturalẽ legitimũ,quia per hoc efficitur legitimatus:& hoc dupliciter, aut nominãdo ipsum in testamẽto seu vltima volũtate,seu in instrumẽto.primo casu,aut illũ instituẽdo hęredẽ,aut nõ:si instituẽdo hæredẽ,tunc per hoc censetur legitimatus.auth.si quis.C.de nat.lib.Bal.tamẽ videtur hoc limitare in c. innotuit.extrà,de elect.in iij.col. verum esse quando pater nominat filiũ cũ adiectione suũ, quasi tũc velit eũ dicere in potestate,& per cõsequẽs legitimu.Et vide plenè de hoc modo per Card.Alex.in d.c.per tuas. extrà,q̃ filij sint legi.& vide etiã Pan.in c. fi.in iij.col. extrà,de mutuis pet.& Ias.in l.neq; ꝓfessio.in ij.col. C.de test.¶Aut nominat simpliciter, & tũc dic,q̃ aut est filius quẽ pater habet ex concubina, quam possit habere in vxorẽ,& nominat legitimum in testamẽto, ipsum instituendo,quia iste actus est solũ proportionabilis filio legitimo.† Et aduerte,vt dixi,quia requiritur vt per aliquẽ modum nominationũ filius legitimetur, q̃ concubina sit matrimonio digna,secũdum Ang.in §. sed & aliud.in auth.quibus mod.natu.effi. legi.colla.vj.prout tenere videtur Cardi.Alex.in cap. tanta.extrà,qui filij sint legi. ¶† Item intelligitur dũmodo concubina sit viua:secus si esset mortua,prout no.in d.c.per tuas. p do.Car.eo q̃ fictio legitimationis non adaptatur ad impossibile.secundum not.in c. is qui.extrà.de spõsali.Et per Bar.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsuc. Vtrum autem si hæc concubina sit mortua,per hoc impediatur legitimatio per nominationem.vide per doct.maximè per Card.in c.per tuas. extrà,q̃ filij sint legiti. ¶ Aut verò hæc nominatio de filiis fit in publico instrumẽto,vel subscriptiõe testiũ, & tũc iam nominatus est legitimus.vt in §.ad hęc.in auth.vt liceat matri & auiæ. q̃ alij etiã non nominati, nec pro nuptiarũ fide alia probatio requiritur, dummodo instrumentũ sit conscriptũ manibus trium fide dignorum.d.§.ad hæc.hìc ante allegato. ¶ De quo vide etiam G.Benedicti in sua repe.c.Ray.in verbo,& vxorem nomine Adelesiam. nume. 204.extrà,de test.

15

16

AVt verò nec in testamento, ipsum scilicet instituendo,nec in instrumento publico, sed alio modo dicit pater filium qui est naturalis velle succedere, & postmodum princeps illud approbat per mortẽ patris,quia licet hic non nominauerit filiũ legitimũ, ta-

BIU Cujas

men eſt legitimatus. per tex. in §. ſi verò ſolùmodo. in auth. qui. mo. nat. effi. leg. & dicit Ang. in d. conſ. xvij. ℔ prædicta non procedunt niſi plura concurrant, videlicet primò ℔ non poſſit matrimoniũ cõtrahere cũ muliere ex qua ſuſcepit filiũ naturalẽ, vel nõ poſſit honeſtè. ſecũdò ℔ nulli legitimi ſuperſint, ℔ nõ poterit legitimare filiũ per reſcriptũ principis, qa fortè multũ diſtabat, vel nõ poterat atriũ principis intrare, vel ẽt forſitã ignorabat. ¶ Itẽ ℔ talis ſit legitimat⁹ poſt mortẽ patris oſtẽdit principi teſtamẽtu, aſſerẽs ſe velle iura legitimorũ cõſequi. hæc habẽtur bene intuenti in §. ſi verò ſolùmodo naturaliũ filiorũ. in auth. qui. mo. na. effi. legi. coll. vj. iũcto §. ſi verò is. in auth. q. mo. na. effi. ſui. coll. vij. & oẽs prædicti ſuccedũt actiuè & paſſiuè, vt legitimi per reſcriptũ, ſecũdũ Azo. in ſumma, in ti. q. mo. na. effi. ſui. §. in ſucceſ. & de hoc modo plenè ꝑ do. Car. in d. c. ꝑ tuas. & in c. per venerabilẽ. in §. qđ autẽ. de prædictis facit quinq; modos. ſ. in vj. vij. & ix. col. & iſtum modum ponit Ang. in d. conſi. xvij.

17 *Per cõtractũ matrimonij cũ legitimo.* QVintus† modus eſt, ſ. ſi marito legitimo & nõ naturali copulatur vxor naturalis ſortitur cõditionẽ mariti, & efficitur legitima, ſecundũ Ang. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. in §. ℔ verò. Refert & ſequitur Decius in l. ij. col. ij. ff. de reg. iu. & Bonus de Curtili in ſuo tract. nobilitatis, in iij. parte, nu. 191.

ADDITIO. Quod intelligitur Alciatus in l. ſpecioſas. in gl. vtriuſq; ſexus. ff. de verb. & reru ſig. vt eas dignitates cõſequi poſſit fœmina naturalis nupta viro legitimo quas aliæ legitimo cõcubitu ortæ ex mariti ꝑſona habẽt. ſecũdũ l. ſi qs. C. de naturalib' libe. in fi.

18 *Per reſcriptum principis.* SExtus† mod⁹ legitimãdi (& hîc pendent leges, qa hic ſolus eſt in vſu cum primo) eſt per reſcriptum principis, puta quando pater deficiente legitima ꝑſona offert preces principi, petẽdo filios ſuos reſtitui naturæ, & antiquæ ingenuitati, & iuri legitimo, & eũ fieri legitimũ: & princeps eos admittat, ſecundũ Ang. in d. cõſ. ad hãc aũt nõ venitur extãtibus legitimis, niſi dicatur nõ obſtãte lege: nec etiam niſi cũ muliere poſſit cõtrahi matrimoniũ, aut ſi pater honeſtè, quia nõ poſſit, quia viuit fortè meretricio more: oportet autẽ tali legitimationi filios conſentire à principio, vel ex poſt facto. d. ti. quib. mo. na. effi. ſui. §. illud tamen. & §. generaliter. quinimo dicit Ang. ibi, forſitan ſufficit non contradicere expreſsè. allegat pro hoc gl. in tit. quib. mo. na. effi. legi. colla. vj. in §. licet igitur.

ET nota ℔ nõ impeditur ratificatio legitimationis etiã ſi fiat poſt mortẽ eius de cuius facto agitur, vt dicit Alex. in cõſ. ſuo cxxxix. inci. elegãter fuit conſultũ. in vlt. col. in j. vol. Aduerte tamen ad hoc ℔ hîc antè dictum eſt, ℔ ſufficit ℔ filius non contradicat.

COntrariũ tenet Lud. Ro. in ſing. ſuo 594. incip. tu ſcis ℔ ego dixi. & faciũt quæ dicit ipſe Lu. Ro. in l. quæ dotis. ff. ſol. ma. in xxij. col. vbi dicitur,† ℔ licet certo reſpectu legitimatio ſit damnoſa filio, quia perdit libertatẽ, & nõ eſt ampli⁹ ſui iuris, tamẽ attẽta vtilitate quę reſultat ex recuperatione iuris naturalium, præſumitur potius conſentire, quã diſſentire. Et allegat Lu. Ro. in ſing. ſuo ſupradicto gl. in l. in adoptionibus. in verb. nõ cõtradicendo. ff. de adopt. quã dicit eſſe ſingularẽ ad hoc. Do. tñ Iaſ. præceptor meus in l. ij. §. voluntatem. in j. col. ff. ſo. ma. dicit ℔ ſibi videtur ℔ illa gl. dicat cõtrariũ. ꝑ opinione Lu. Ro. faciunt quæ dicit Bar. in l. fi. C. de emã. lib. vbi dicit, ℔ filius infans põt legitimari. De qua q. an ſit verũ vide Iaſ. in l. poſthumo. in j. col. C. de bon. poſ. cõtra tab. & in l. cã quã. in v. col. C. de fideicom. Ange. de Aret. in prin. inſti. de legi. pa. tutel. Barb. in conſ. xxxiiij. per totum in ij. vol. vbi pluſquam ampliſſimè diſputauit hanc materiam. & dicit ibi dom. Barb. in iij. vol. quòd quatuor requiruntur in legitimatione quæ fit per reſcriptum.

19 *Legitimatio dãmoſa filio.*

AQuo† autẽ debet hęc legitimatio impetrari? tex. eſt in §. ſi quis ſane non habens filio. in auth. qui. mo. nat. effi. leg. qui dicit, debet ab imperatore impetrari precibus eidẽ per patrẽ oblatis. & facit, quia eſt reſtitutio nataliũ, quæ debet ab imperatore impetrari. l. j. C. de nat. reſti. † ſicut enim imperator reſtituere nõ põt natalibus, ita etiam famæ. l. j. §. de qua. ff. de poſtu. Notat Inno. in c. cũ te. de re iudi. Ita etiã creare tabelliones, vt c. cũ P. tabellio. per Inn. & alios, extra, de fide inſtrumẽto. Ita Barb. in cõſi. xxxiij. in xxv. col. in ij. volu. ¶ Et aduerte ad id qđ dixi, precibus per patrem oblatis, videtur ℔ pater debet preces principi offerre. & videtur facere tex. in §. illud tamen in verſic. ſit igitur licentia. in auth. quib. mo. na. effi. ſui. colla. vij. vbi Bar. & Sal. in auth. itẽ ſi quis. C. de natu. libe. & Alex. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. in vlt. col. ff. de lib. & poſthu. dixi hîc antè ℔ ſufficit in talibus ratificatio. ¶ Sed aduerte, quia hic paſſus eſt vtilis, ℔ impetratio & conceſſio legitimationis valet & tenet, dũmodo pater & filius conſentiãt, vel ante impetrationẽ, vel tẽpore impetrationis, vel poſt: quia in materia legitimationis ſufficit ratũ habere. Et legitimatio poteſt ratificari, iuribus hîc antè allegatis, per tex. maximè in d. §. generaliter. vbi Iac. de Beluſo, in auth. qb. mo. na. effi. ſui. col. vij. Idẽ tenet Rozillus in tractatu legitimationũ, in ſecundo libello, ſub rubrica de cauſa materiali vel ſubiectiua. verſ. vlterius quæro an abſentes vel ignorantes poſſint peti à principe legitimari. & ſub rubrica de cauſa formali, verſ. vlterius vidi dubitari. vbi concludit ſufficere ℔ conſtet de voluntate patris. per tex. in d. §. generaliter. & per text. in §. ſi quis igitur ex qualibet. eod. ti. ibi, vt vel ſi nõ pater offer. idem tenet Pau. de Caſt. ſecũdum antiquam impreſſionẽ in conſ. 224. inci. Dicendũ eſt. idẽ tenet Ang. in conſi. lxix. inc. Arbiter & arbitrator. Idem Ang. in d. conſ. xvij. Bar. & alij in d. l. Gallus. §. & ſi forſitan. ff. de liberis & poſth. Anto. in d. c. per venerabilem. in xxix. col.

20 *Impetratio ab quo fienda.*

22 *Anna Fr. dota poſſit legitimare.*

NVnquid aũt† res Frãciæ poſſit legitimare? dic ℔ ſic, quia vt dicit And. de Iſernia in c. j. in tit. de vaſallo decrepitæ ætatis. † ℔ rex in regno ſuo tantam habet poteſtatem vel maiorẽ quàm imperator in imperio, cùm imperator non tranſmittat imperium ad hæredem, ſed Rex regnum ſuũ. c. licet. extrà, de voto. ira dicit And. de Iſernia in d. c. j. in fi. ibi, excepto imperatore vel Rege. Et dicit Bald. ſingulariter in titulo de prohibita feud. alie. per Feder. in vlti. colum. quod rex Frãciæ eſt tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis eminentis, & qui quo ad ſubditos ſuos eſt tanquam quidam corporalis Deus, & eſt lex animata in regno ſuo. Bal. in l. hoc amplius. verſic. quæro an filij Regis. C. de fideicommiſſis.

23 *Frãcia Regis laudes.*

ADDITIO. De laude, excellentia, & honore regum, dixi amplè in Catalogo gloriæ mundi, in quinta parte, & ibi de laude Regis Francię in xxx. & xxxj. conſiderationibus. ¶ Aduerte,† quia rex ſeu princeps eſt in terris ſicut Deus eſt in cælo. in auth. de inſtru. cautela. in princ. & in auth. conſtit. quæ de dign. §. illud. quos tex. allegat Luc. de Pen. in l. contra publicam. in v. col. de re militari. lib. xij. C.

24 *Princeps Deus in terris.*

ET dicit Bal. in l. exemplo. C. de proba.† quòd Rex in regno ſuo dicitur imperator regni, qui poteſt per ſe iudicare, & ſcripturã ſuo ſigillo ad probandum roborare, cũ habeat ſupremam iuriſdictionem in ſuo regno. & ita tenet Franci. Curt. in conſil. ſuo xlix. in xxxiij.

25 *Rex dicitur Imperator regni.*

BIU Cujas

xxxiij.& xxxiiij.col.ibi,nonò ostenditur.& tenet & sequitur Anto. Corsetus in apostillis ad Pan.in cap.quæ in ecclesiarũ in ij.col.in apostilla quæ incipit,ciuitas non recognoscens superiorẽ.extrà,de const. maximè cùm in tẽporalibus non recognoscat superiorẽ. c.per venerabilẽ.extrà,qui filij sint legitimi.gl.pragmaticæ sanctionis,in proœmio,in j.& ij.gl.ex quo ergo nõ recognoscit superiorẽ,potest exercere ea quæ sunt imperij.ita Alex.in consi.ij. in iiij.col.in j.vol.quod est repetitum in consi.lxxxviij.in ij.vol.& faciunt quæ dicit Fel.in d.c.quæ in ecclesiarum.in xij. col.extrà, de constitutio. ¶Faciunt ad prædicta quæ notanter dicit Oldra.in cõsi.suo lxix. inci. cõsueuit dubitari. vbi disputat nunquid oẽs reges sunt subiecti imperatori.& ibi vide quomodo reges de iure antiquo& nouo sunt approbati ante imperatorẽ. Et ꝙ rex eandem habeat potestatẽ in regno suo,& maiorẽ q̃ habeat imperator in imperio, tenet Cardi. Alex.in c. j.quæ sunt regalia. in vsibus feudorum & dicit Soci. in consi.suo lxvij. in j.col.in consi. suo.clxv. in ij. col. ꝙ quilibet rex in suo regno est monarcha,& tantã aut maiorẽ potestatẽ habet in suo regno, quãtam imperator in imperio suo. maximè istud est dicẽdũ de rege nostro Frãcorũ, qui inter cæteros est excellentissimus.c.excellentissimus.xj.q.iij.& etiã glorioſissimus dicitur.c.hęc quippe.iij.q.vj.& etiã quilibet illustris.c.nouit.extrà,de iudi.& c.nouit.extra,de appel.Ita dicit Alu.in c. j. in vj. col. in tit.quis dicatur dux,marchio. ¶Et ad propositũ,ꝙ rex possit legitimare, faciunt quę dixit Alexã.in cõs.suo lxvj.in prin.in j.vol. qđ est repetitum in cõsi. suo cxcv.in ij.vol.& dicit do.Alex.in cõsi. j. in vij. co. in v.vo.† ꝙ reges duces,& alij principes qui sunt perpetui,habent iura imperij, ita quòd possunt derogare cum clausula non obstãte.quod not.quia dicit Bal. in consi.suo ccxviij.in iij.parte,in cõsiliis nouiter impressis,quòd amplius de persona quidem Regis Frãcoru nil aliud dici potest,quàm quod dicitur de polo antartico, & dicit quòd super omnes reges Christianorum obtinet coronam libertatis & glorię:&ibi, & in cons. præcedenti disputat ab iniusta sententia Regis Francorum possit supplicari ad papam.

26

27 Duces an possint legitimare.

QVid autem† de ducibus,an in suo ducatu possint legitimare?Plures doctores tenuerũt ꝙ sic,&cõsuluerũt de duce Mediolani,vt per Fel.in c.quæ in ecclesiarũ.in xij.co.extrà,de cõsti.per Alex.in consi.ij.in iiij.col.in j.vol.per Barb.in cons. xxxiiij. in xxv.col.ij. vol.per Frã.de Aret.in cõs.suo xlviij. in xxxiij. col.supra alle.idẽ Alex. in cõs.xv.in ij. col.in v. vol. ẽt cõsuluit.Et ita per plura cõsuluit Paulus de Cast. in consi. suo cxcvj.in cõsiliis nouis,in impressione noua,quod incipit,super primo dubio. ¶Hæc quæstio fuit aliàs in parlamẽto Burgundiæ,nunquid dux Burgũdię potuit legitimare filiã naturalẽ nobilis &potẽtis viri domini de Coluches.& plures itali cõsuluerũt,& ex aliquib.cõsilia vidi.Nihil aliud dico,cùm scio ea in breui fore in lucẽ,& dicã latius in fine huiꝰ tit.in cõs.ver. & primò videndum.Tamen ꝙ dux aut alius princeps recognoscens aliquẽ in superiorẽ, puta dux Burgundiæ qui regẽ Franciæ recognoscebat in superiorem, nõ potuit legitimare cõtra dispositionẽ iuris communis,quæ est lex sui superioris,cùm inferior non possit præiudicare legi sui superioris, & sic cõtra §. naturales.si de feudo fuer.cõtr. nõ potuit legitimare.Pau.de Ca.in cõs.196.in iij.co.in nouis cõsiliis, in impressione noua. ¶Et istud est clarũ,† ꝙ legitimatio est de reseruatis supremo principi, secũdũ Ant. & oẽs in c.per venerabilẽ,extrà, q̃ filij sint legi. Albe. de ros. in l. imperium.in x.col.ff.de iurisdi.om.iud. & cano. in ca.cũ P.tabellio.extrà,de fide instr.&in generali cõcessione ducatus & comitatus non transeunt specialiter reseruata principi.sed requiritur specialis concessio.l. j. in prin. ff. de off. eius cui mandata est iurisd.Bal. & doct. per tex.ibi,in proposito in c.qđ translationẽ,extrà,de offi.dele.Pau.de Ca.in consi.ccxxv. inci. super primo dubio. in j.col.& probat tex.cum gl. in §.fi.in auth.q. mo.nat.effi. sui. coll. vij. sed nõ est aliquis princeps q̃ sit supremus in tota Gallia nisi Christianissimus Rex, qui in tẽporalibus superiorẽ nõ recognoscit.c. per venerabilem,qui filij sint legi.& est imperator in suo regno,ideo leges vt imperator tollere põt,&contra eas dispensare,cùm habeat iura imperij.sed in his quæ tãgunt commodu aut incommodũ ducis Burgũdiæ,puta vt in §.huius tituli, scilicet ꝙ bastardo succedatur cõtra d.§.quia est tantùm præiudicium ipsius, & hoc credo verum.Nõ est opus nunc istud disputare: cùm Christianissimus rex Franciæ sit dux Burgundiæ. Dixi antè de eo,vide. ¶Credo ego ꝙ dux Burgundiæ tãquam dux assumpsit sibi hanc potestatem in ducatu de facto,& quia legitimabat in comitatu Burgũdię,in quo non recognoscit superiorẽ, visum erat multis ꝙ etiã poterat in ducatu,& à fortiori,sed errabant,quia in ducatu recognoscebat superiorem, scilicet Regem Franciæ,& in comitatu non recognoscit superiorem. Sed dubium esset nunc an legitimatio facta in comitatu de persona ibi subiecta trahat effectum suum ad bona existentia in ducatu: dixi alibi, & quia non est præsentis speculationis, non insisto.

DVbium aliud erat in dicta causa, videlicet nunquid legitimatio poterat reiterari, eo quòd dux Burgundiæ legitimauerat,& post eum rex Frãciæ,tanquam superior,an saltem si non valuit legitimatio ducis,potuit valere legitimatio Regis Frãciæ.de hac materia satis ample fuit disputatum per doctores consulentes in illa materia,& plene ponit Francis. Curt. in consi.suo lxxxij. inci. super memorata facti narratione.in xj.xij.xiij.col.vbi ample disputat materiã. Non insisto.Paulus de Cast.in consi.suo ccxxvij.incip. viso testamento.circa fi.quem Decius in regula, quoties. ff.de reg.iur.allegat, & dicit quòd quis potest se tueri ex pluribus legitimationibus. Et aduerte quod actus reiterabiles & non reiterabiles ponit Lucas de penna in l.j.col.iij.C.de consulibus,& non spargendis ab his pecuniis.lib.xij.

ET facta fuerũt hæc dubia,eo, ꝙ dicta filia sic legitimata volebat succedere in feudis, cõtra §. naturales.si de feudo fuerit cõtrouersia inter do. & agnat.

28 Legitimatio reseruata supremo principi.

QVomodo† autem tales sic legitimati succedant? dic ꝙ in nullo à veris legitimis differunt.text.est in §.illud.§.sit igitur licentia.in auth. q. mo.nat. effi. leg.col.vj. Omnibus ergo descendẽtibus ex latere ad nascuntur,& omnibus illis actiue & passiuè efficiuntur legitimi successores,vt tenet Ang. in d. cons. xvij. Vide Bal.in l.si te parens.C.de suis & leg.& plene dicam infrà in consilio posito in fine huius tit.Non possunt tamen habere ex testamento vel aliàs plus quàm vni filiorum fuerit datum,qui minus habuit.§.&quoniam.in auth.quib.mo.natura. effi.sui. col.vij.Bal.in consi.suo ccvj.in iij.parte. do. meus Ias. in l. vnica. in xj.& xij.col.C.quãdo non pet.partes.& licet dicatur ꝙ legitimati non differant à veris legitimis. Franciscus Curtius in consi.lxxiij.in xv.col.ponit multas differẽtias.Adde aliã,† ꝙ licet legitimat' nõ debeat amplius appellari bastard': vt vult Bar. & est de mẽte gl. in l.imperialis.C.de nup.tũ est minus dign' legitimo

29 Legitimatio reseruata supremo principi nõ differt à veris legitimatis.

30

BIU Cujas

Ita Bal.in c.per tuas.extrà, de maiori. & obedien.

QVid autem debeat exprimere petens legitimari, ponit ampliſſimè Cardi. Alex. in c. per venerabilem.in §.℣ verò.in x. xj.cum ſeq.col.extrà, qui filij ſint legitimi.& quę ſpecies illegitimitatis debeat exprimi,ponit Feli.in c.poſtulaſti.in iiij. col.extrà,de reſcript.Dicit tamen Iaſ.in l.præſcriptione.in pe.col.C. ſi contra ius vel vtilitatem publicã.℣ petens ſe legitimari tanquã natum ex ſoluto & ſoluta,cùm natus ſit ex adulterino cõplexu,non vitiatur per hoc legitimatio.vbi allegat Angelum iſtud tenentem.

3 ANnautem † habens poteſtatem legitimandi ſpurium,poſſit legitimare ſpurium & inceſtuoſum? do. meus.Iaſ.poſt alios in l.ij. in iij. iiij.& v.col. ff. de verb.obl.Feli.in ca.at ſi clerici. §. de adulteriis in iiij. col.extrà,de iudiciis.& ponit Iaſ.in d.l.ij.in v. col. an comes Palatinus habens poteſtatem legitimandi ſpurios,poſſit legitimare ſpurias, allegans Signorolu de homodeis in conſi. ſuo clxxxvj. qui conſuluit per ſex fundamenta ℣non.Idẽ do.meus in l. Gallus.in xj.co. ff.de libe. & poſthu. & in l. ſi quis id quod.in ij.colũ. ff.de iur.om.iudi. ¶De legitimato autẽ a comite,probatur per Alex. in conſi.lxxvij.in v. col.in j. vol.& in conſi.xciiij. in iij. col.in j. vol. ¶Dominus meus Iaſ. poſt Alex.& alios ponit plura circa materiam legitimationis,in l.Gallus.§. & quid ſi tantùm. ff. de lib.& poſth.vbi tria principaliter examinat.

PRimum videlicet nunquid legitimatio trahatur retrò,vbi plenè per eum. & per eundem in l. ij.in v.col.ff.de vulg.& pup.

SEcundum,an legitimati auferant hęreditatem venientibus ab inteſto. Vide quæ dicit Barba.conſi. xxvij.in xxj.col. & xxvij.in j.vol.

TErtium,an in legitimatione naturaliũ requiritur citatio aliorũ legitimorum & agnatorũ. de quo etiã per eundẽ in l.publicati.in fi.C.de teſt.vide Fran. de Cur.in cõſ.ſuo lxv. in xv.col. vbi plenè diſtinguit. & faciunt quæ dicit in conſi.xvj.in ij.col.& in conſil. xvij.& in conſi. lxxiij. in xxx. col. vbi dicit, ℣ in vita patris non eſt neceſſaria citatio agnatorum.

NVnquid autem poſsit legitimari ℣s pro parte,& pro parte nõ,vide Barb.in cõſi.j. in xxxvij.co.in j.vol.& vide do.meum in l.j.in xij.co.verſi.pro hac eadem parte.C.de iure emphy. & in l. pactum.in ij.col. C.de colla.& Alex.in conſi. xxv.inci. Circa primum. in iij.col.in j.vol.vbi dicit ℣ poteſt legitimari filius ℣ in nihilo ſuccedat, vel in hoc ℣ placuerit patri,licet contrarium videtur tenere Feli.in ca. poſtulaſti.in xj. col.extrà.de reſcriptis.

CVm caſus euenerit tibi ad impugnandum legitimationem,vide quæ dicit pleniſſimè Fran. Cur. conſi. ſuo lxxiij. vbi ponit decẽ quæ poſſunt opponi cõtra legitimationẽ,quæ ſunt multũ notãda. ¶† in tota Gallia videtur vnũ eſſe quod eſt in obſeruantia, ℣ etiã legitimati per principẽ non ſolent ſuccedere. ſed videtur ℣ legitimatio eis tantũ prodeſſe debeat quo ad iura principis,ſcilicet ne princeps eidem ſuccedat. Et maximè in Burgũdia, vbi viſæ fuerũt prædictæ legitimationes habere tãtùm effectũ vt operẽtur cõtra ius principis,de quo in iſto titulo,& nõ aliàs.Cogita.

32. Legitimatio quid ſit in Gallia.

IN TEXTV IBI,

De pere & de mere.

QVid econtrà,an ſicut filius ſpurius non ſuccedit patri,ita etiam pater ſpurij eidem non ſuccedit ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato ? Azo in titu.de hæred.inſtit.dicit ℣ ſicut pater filio ſpurio relinquere non poteſt,ſic nec econuerſo ſpurius patri cùm indignior ſit filio.&ita ẽt dicit C.de legitimis hęredib⁹. quem ſequitur Bar.in l.fi.ff.de his quibus vt indi. laſ. in §.pœnales,in xij.col.inſtit. de actio. Gul. Bened. in ſua repet.c.Raynut.in verb. & vxorem nomine Adelaſium.nu.133.in v.deciſ. de teſtamentis.

§. QVARTO.

SI vn baſtard forfaict corps & biens par crime par luy commis ,ſes biens ſont au ſeigneur haut iuſticier,ſoubz lequel ils ſont aſſis.

SIcut ergo domino habẽti altam iuſtitiam applicantur bona delinquentis,quæ confiſcari debẽt quãdo eſt legitimus & naturalis qui delinquit,ita etiam quãdo eſt naturalis tantùm ſeu baſtardus. Maior tamen eſſet ratio ℣ hæc bona baſtardi confiſcata fiſco , hoc eſt regi & principi ſupremo applicarentur,quia etiam ſi non delinquat,iã in illis ſuccedere debet,vt in hoc tit.§. j. & etiam de iure confiſcationes ad principẽ ſpectare debent,vt dixi ſuprà,*des confiſcations.*§.j.ibi,*& appartient la confiſcation.* & ideo cùm ſpecialia circa idem concurrant,deberẽt potiùs hæc bona applicari principi quàm baroni habenti altam iuſtitiam.

FVi interrogatus ſemel de quodam caſu multũ notabili. Aliquis cõmiſit crimen læſæ maieſtatis,ob quod fuit condemnatus ad mortem,& bona eius cõfiſcata:quæritur nunquid debeant applicari domino habenti altam iuſtitiã, an verò ſupremo principi, in perſonam cuius cõmiſit crimẽ læſæ maieſtatis , vel ſi bona eius ſint feudalia , an ad dominum feudi redire debeãt,an ad fiſcũ?Spe.in tit.de feudis.§.quoniã.verſ. xl.quæritur,ecce.P.tenẽs.vbiponit plures opiniones, ſed quia caſus eſt in facto,ex quo conſului, non decido,& etiam hunc caſum decidit Guido papa in quæſtio ſua cccxlj.quã allegaui ſuprà in tit. *des confiſcatiõs* §.j.ibi,*& appartient la confiſcation.* Audiui ℣ aliàs fuit iudicatum ℣ talia bona debent applicari principi in cuius perſonã delictum fuit commiſſum.&vide Henricum Bohic in c.in quibuſdam,extrà de priuileg. *Caſus.*

ADDITIO. Quantum tamen ad feuda videtur ℣ domino feudi debent applicari,vt tenet Matt.de affl. in conſti.regni Siciliæ,quæ incipit,ſi quando contingit.in v.not. in iij.lib.ſed quicquid ſit,crederem idem in feudis apud nos,cùm ſint redacta ad inſtar patrimoniorum,vt ſuprà dixi, & cõprobaui in pluribus,in ti. *des fiedz.*§.incip.*en choſes feodales.*

DE bonis verò preſbyteri delinquẽtis , cui debeãt confiſcari,vide gl.& doc.in c.quia diuerſitatem. in verbo,præter.extrà,de conceſ.præben.

PEr iſtum §. ſatis denotatur ℣ bona baſtardi eius vita comite per ipſum baſtardum poſſunt per quancunque ſpeciem alienationis alienari, etiam inuito principe. Nunquid autem de his poſſit teſtari, dixi infrà in §.finali.

§. QVINTO.

QVand le preſtre baſtard va de vie à treſpas, mondict ſeigneur le Duc prend les heritages dudict preſtre baſtard, & au regard des biens meubles ils ſont,

BIU Cujas

& demeurẽt à leurs prelats ou ordinaires, qui les ont accoustumé d'auoir.



VOmodo succedatur presbytero legitimo, non hîc insisto, quia plenè examinauit do. Nicolaus de Vbaldis in tractatu successionum ab intestato clericorum regulariũ & secularium, ibi, finita tantùm successione, ibi, secundũ mẽbrum fuit, quomodo succedatur ipsis clericis, vbi plenè distinguit vsque ad finem sui tractatus.

AD quem autem spectat probare an defectus sit presbyter, vel nõ, cùm disputatur de eius successione, vide ex iis quæ dicit idem do. Nicolaus in tra. suo successionum ab intestato, in fin. vbi dicit ℣ si per curiam secularẽ negetur defunctum fuisse clericũ, debet plenè probari presbyteratus, nec sufficit probare ipsum fuisse in possessione presbyteratus.

NVnquid autem ista consuetudo seu statutum sit contra libertatẽ ecclesiasticã? videtur ℣ sic, per tex. in c. nouerit. & in c. graue. extrà, de sentẽ. excõ. nã ex quo tales bastardi sunt clerici & presbyteri, sicut sunt exẽpti à iurisdictiõe tẽporali, ista statuta principis eos non ligãt, vt ibi: ita etiã nec eorũ bona, cũ cleri ci in eorũ bonis sint etiã priuilegiati. † & bona clerico

1 Bona clericorũ gaudens priuilegiis ecclesiarum.

tũ gaudeãt priuilegio ecclesiarũ, vt dicit gl. in c. ex literis. extrà, de pig. & cõtra hãc consuetudinẽ ex tex. in cap. sancto. extrà, de succes. ab intestato. dic tñ ℣ istud nõ est vniuersaliter verũ, prout dicit Pan. in c. si diligẽti. circa finẽ, de præscr. vbi dicit post Ant. de Butrio ℣ nisi sit iure expressum, vel subsit omnino cadẽ ratio, non gaudebut bona clericorũ eodẽ priuilegio, eũ bonis ecclesiarũ. hoc etiã tenet Pan. in c. j. de pignoribus. plenè per Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. extrà, de cõsti. Et aduerte qa vt dicit idẽ Feli. in d. c. in xxvij. col. ibi, secũd' casus. saluãs opinionẽ Bar. † quãdo statutũ seu cõsuetudo est promiscuè inducta tã per clericos quàm per laicos, ligat etiã clericos, nec dicitur cõtra libertatẽ ecclesiasticã, vt tenet Bal. in c. cùm venissent. in pe. col. extrà, de eo qui mittitur in possessiõ nẽ causa rei seruãdæ. istud idẽ tenet Alex. in consi. suo xcvij. in vlt. col. in j. vol. ¶ Ex quo dixi ℣ cũ hæ nostræ cõsuetudines sint factæ & approbatę per viros ecclesiasticos, cùm tres status patriæ fuerint ad hoc cõgregati, quòd consuetudo nostra suprà posita in titu. *Des droicts & appartenan.* §. *Le mari & la femme.* in eo quod disponit in iuramento valet. & idẽ dicendũ est de hac consuetudine. Fran. de Are. ponit aliqualẽ doctrinam in c. qđ clericis in iij. & iiij. col. extrà de foro comp. quando scilicet statuta laicorũ ligent clericos. & ponit Feli. in d. c. ecclesia. dicit etiã Fran. Curti. in consi.

2 Nota.

meus Iaſ. in l. cũ acutiſſimi. C. de fideic. ꝙ † legitimatio eſt ſimilis alchimiæ, quæ facit apparere quod non eſt: & ideo legitimat⁹ figurã legitimi gerit, ſed nõ habet eandem ſubſtantiã. & dicit Bal. in c. fi. in ij. col. de tranſla. epiſc. ꝙ legitimatus aſſimilatur homini medicato à morbo: in quo ſemp remanẽt aliquę cicatrices. ita dicit Fran. Cur. in conſi. lxxiij. in xxvj. & ſeq. col.

DEcimoquartò facit, quia etiã legitimatus nõ cõprehenditur in conſuetudine, quæ habet ꝙ primogenitus in regno præferatur in ſucceſſione, cũ cõſuetudo illa reſpiciat naturalem veritatem, & non fictionem, quę eſt in legitimato. ita tenet per multa do. meus Iaſ. in l. quoties. in x. col. C. de rei vendi. Ant. de But. in c. tanta. qui filij ſint legitimi.

DEcimoquintò facit quia vt dicit do. meus Iaſ. in l. p̃tor ait §. ſiue autẽ. ff. de noui operis nun. aliud eſt eſſe legitimũ, aliud haberi pro legitimo. prout no. Sali. in d. l. etiã per illũ tex. C. de appel. & ibi plura dicit ad propoſitũ, exẽplificãdo in pluribus. Et ideo ex quo viſum eſt ꝙ legitimatus non eſt ſimpliciter legitimus, ſed ſecun dũ quid, non dicitur poſtea legitimus ſed impropriè, per ea quæ dicit do. meus Iaſ. in l. patris & filij. in primo notabili. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.

DEcimoſextò facit, quia ex quo quis eſt natus ſpurius, nõ poteſt verè deſinere eſſe ſpuri⁹, ſicut qui ſemel fuit hæres, nõ poteſt deſinere eſſe hæres. l. ſed ſi ſine. §. ſed quod Papi. ff. de mino. gl. in l. in ſubſtitutione. ff. de vul. & pup. & facit quia ſemel facta, infecta fieri non poſſunt. l. in bello. §. factæ. ff. de capi. & poſtli. reuer. imò Deus hoc ſolo priuatur, vt dicit do. meus Iaſ. in l. j. §. ſi vir vxori. in ij. lectu. quam audiui ſub eo. ff. de acq. poſ. ſi ergo quis fuerit ſemel ſpurius, ex quo adhuc dici debet talis, ne duo contraria ſimul commorentur, & ſint in eodem ſubiecto, contra l. j. C. de fur. & c. ſollicitudinẽ. de appell. ſi dicatur legitimus, debet intelligi per fictionem, & nõ per veritatem. ita dicit Andr. Barb. in conſi. ſuo xxvij. in xxij. col.

Facta infecta reddi nõ poſſunt.

DEcimoſeptimò † facit, quia ex ſeparatis non fit illatio. l. eum actum. ff. de neg. geſt. ſed filius legitimus naturalis eſt ſeparatus à filio legitimato, qũa vt dicit Bal. in c. tibi. in fin. ſi de feudo fue. controuer. ꝙ triplex eſt genus hominum: primò legitimorũ, ſecundò illegitimorum, tertiò legitimatorum. & iſtud refert Curtius in conſi. xiij. in ij. col. ergo ſequitur ꝙ diſpoſitio faciens mentionem de filio legitimo & naturali non comprehendit legitimatum.

15

DEcimooctauò facit, quia reſtitutio principis & poſtliminij ſeu poteſtas legitimandi æquiparantur. l. ſi quis filio exhæredato. §. quatenus. & ibi doct. ff. de iniu. rup. & irri. teſt. no. doc. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtũ. ff. de lib. & poſthu. ſed vis poſtliminij conſiſtit in fictione. l. poſtliminiũ. ff. de captiuis. & not. in l. ſi is qui ꝑ emptore. ff. de vſuc. ergo ita legitimatio quę fit per reſtitutionẽ nataliũ: dictũ eſt enim ꝙ legitimatio fingit retrò, & reducit ac ſi eſſet legitim⁹, & fingit medio tempore nõ fuiſſe ſpuriũ nec illegitimũ. l. fi. ff. de nata. reſti. §. illud. in auth. qui. mo. nat. effi. ſui. nam legitimatio dr̃ quædã reſtitutio primis natalib⁹, in quibus natura erat cõmunis, & omnes legitimi naſcebãtur. in auth. qui. mod. natu. effi. legiti. §. liceat. & iſtud fundamentum facit And. Sicu. in d. conſi. xxvij.

DEcimonono facit, quia iſtud videtur ſatis ꝓbari per tex. multũ vrgẽtes: primò per tex. in §. filium. in auth. quib. mod. natu. effi. ſui. vbi dicit tex. ꝙ legitimatus eſt cognatus velut ex quadam machinatione. & tex. in §. generaliter. eo. tit. vbi dicit text. ſiue per aliam quamlibet machinationem. ergo conſtat ꝙ non eſt verè legitimus, ſed per quandam machinationem, & ſic per fictionem. ad idẽ eſt tex. in l. qui in prouincia. §. diuus. in fi. ff. de ritu nup. ibi, perinde ac ſi legitimè nati fuiſſent. facit tex. in authen. de inceſt. nup. §. ſi verò coll. ij. ad idem eſt text. in c. cum inter. qui filij ſint legiti. vbi tex. dicit, legitimi habeantur, ergo non ſunt verè legitimi, quia tex. dixiſſet, legitimi ſunt. & facit tex. in l. ij. C. de iure aureo. annulo. in verbo. imaginem non ſtatim legitimatis præſtat.

Textus.

VIceſimò & vltimò probatur authoritatibus multorum, qui ita tenuerũt, ſcilicet quòd legitimati non ſunt verè legitimi, ſed per fictionem: primò per Iacob. de Beluiſo in §. tribus. in auth. quib. mod. natu. effi. legi. & adducit tex. in l. j. §. ſi quis filium. ff. ſi tabulæ teſta. nullæ extabunt. idem tenet Iacob. Butri. in proœmio. C. idem tenet Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. & in l. quoties. C. de rei vend. & in c. j. in vlt. col. de conſti. & in additio. ad Spec. in tit. de ſucceſſio. ab inteſtato. ad fi. l. fi. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. & in l. Gallus. §. ſi eius. ad fi. ff. de libe. & poſth. & in l. ſi ita quis. §. cui. ff. de leg. ij. Barb. in conſ. ſuo xxvij. in xxj. & ſeq. col. in j. vol. Soci. in conſi. cclvj. in fi. maximè quando eſt ſimpliciter diſpenſatũ cum eo ad ſuccedẽdũ, vt eſt in caſu noſtro: & dicã latiùs ſ.

Authoritates.

QVid dicendum ad text. in §. ſit igitur licentia. in verbo, nihil à legitimis filiis differentes. & ad alios

lios text. alle. ī in tertio fundamēto primę partis primi dubij, And. Bar. in cōs. xxvij. in xxij. col. ibi, decimò facit in j. vol. dicit ꝙ ex quo in nihilo sunt dissimiles à veris filiis, ergo sunt similes, †sed nullū simile est idē. Bar. in l. quod Nerua. in ij. col. ff. depositi. Feli. in c. capitulū sanctæ crucis. in iij. col. de rescri. ¶ Et do. meus Ias. in l. qui libe ris. ff. de vulg. & pupp. sub. & G. Bene. in repe. c. Ray. in verbo, mortuo itaq; testatore. ij. nu. xxxvij. & xxxviij. de testa. vbi ponit de idētitate patris & filij: & in diuinis & in naturalibus an illa dētitas sit omnino identitas, an verò similitudo. & ibi dicatur similiiudo.

16 Nullum simile idē.

PLus doctores in hoc distinguūt, sed reperio ꝙ Bened. de Plūbino in sua disputa. inci. statuto Pisano. fecit vnā notabilē distinctionē, quā recitat & approbat Frā. de Cur. in cōs. suo lxxiij. inci. super memorata facti narratione. in xxij. col. & dicit, ꝙ aut quærimus an legitimatus sit verè legitimus vera & originaria legitimatione, quæ ex matrimonio (qđ est facti) procedit, secundū l. filiū diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & dicendū est ꝙ nō, secundū. l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. & ideo cōcludit etiā idē Benedictus ꝙ licet appellet natos ex matrimonio putatiuo legitimos. c. ex tenore. qui filij sint legitimi. tamen istud intelligitur fictè, nō verè, prout not. gl. in §. si verò hæc nostra lex. in auth. de incestis nup. nam ex quo ad istā & originariā legitimationē requiritur matrimoniū, quod est facti. d. l. filiū. iuncta l. consilio. §. fi. ff. de cura. furio. & i ūcta l. Paul. cū gl. ff. de stat. homi. & ea quæ sunt facti nō possunt per principem induci, nisi mediante fictione. arg. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis. Bar. in d. l. si is qui pro emptore. & per fictionē viæ veritatis non delētur. l. in rebus. C. de iure dotiū. gl. in c. susceptum. de rescrip. lib. vj. in verbo, nō morte. cùm ergo ab imperatore seu alio principe habente eandem potestatē remoueatur antecedens, scilicet dispositio super matrimonio, vt dictū est, pari modo remouetur cōsequens, scilicet propria & vera legitimatio, quæ resultat ex matrimonio. & isto modo malè loquitur Bar. in d. l. si is qui ꝓ emptore. cū suis sequacibus. ¶ Aut verò loquimur de alia legitimatione in genere, qñ inhabilitas procedit de iure ciuili, vt in l. si cōtra. cū gl. C. de incestis nup. & toto tit. de iure do. & in l. j. C. si rector prouinciæ. & tūc princeps legitimando confert verā legitimationē, & sic debet intelligi Bart. in d. l. si is qui pro emptore. ¶ Ratio, quia princeps natos ex matrimonio interdicto de iure ciuili verè facit legitimos, ac si legitimi concepti fuissent. l. imperialis vers. itaq;. & versi. nā omni macula. C. de nupt. d. l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. secus si vitiū legitimatiōis introduceret de iure diuino vel canonico, vt est in casu nostro, in quo nati sunt dicti Blasi⁹ pater d. Barbaræ & Barbara eius filia, vt dicā latiùs infrà, q sunt ambo spurij ex nephario coitu. Et isto casu princeps secularis habēs potestatē legitimādi nō facit eos legitimos verè, sed fictè, cū quo ad oīa non sint legitimi, vt dixi, imò & qđ fortius est, cū simpliciter nō sint legitimati, sed tantū cum d. Barbara est dispēsatū quo ad ius succedēdi: ex quo non pōt dici verà legitima, vt tenet Soci. in consi. suo ccxlvj. in fi. dicā latius. ¶ Soci. in consil. suo ccxxvj. in ij. col. dat aliam distinctionem dicendo ꝙ legitimatus à tēpore legitimationis, vt ex tunc, dicitur verè legitimus, vt tenet Bal. in l. eā quam C. de fideicom. dicens, ꝙ extremum tēporis quo legitimatur est verū, licet quo ad extremū tēporis necessitatis, si traheretur retro, diceret fictè legitimus. vnde dicit Io. And. in reg. sine culpa. de reg. iur. in vj. ꝙ iura quæ dicūt ꝙ legitimati nō differūt à legitimis. intelligi debēt vt ex nūc tēpore legitimationis. do. meus Ias in plurib⁹ locis, videlicet in l. vnica. in xj. & xij. col. C. qñ nó petētiū partes, & in l. generāliter. §. cū autē. in vj. col. C. de insti. & substi. dicit ꝙ legitimati⁹ per subsequēs matrimoniū nihil differūt à veris legitimis: sec⁹ in aliis. hinc dicit ibi ꝙ tales succedūt in emphyteusi ecclesiastica, & in feudo. ꝙ an sit verū, dicā lati⁹. sed ad ꝓpositū nostrū, melior est distinctio Bened. de Plūbino, ex qua satis cōstat Barbarā filiā d. Blasij Rolin nō esse vere legitimā, cui esset vitiū de iure canonico, imò de iure diuino, cū adulteriū cōmissum fuit cū dicta Iaquelina, ex quo tunc erat ꝺopulata cū d. Thoma. ¶ Et maxime facit adhuc distinctio Soci. in d. cons. ccxlj. in fi. ex quo solū est cum ea dispēsatū de iure succedēdi. ¶ Et in hoc est aduertēdū quia tenor dispēsationis est cōsiderādus. & facit tex. in l. ad probationē. C. de proba, & in l. sancimus. C. de fideius. dicit enim text. legitimationis ꝙ d. filia poterit succedere dicto quōdam eius patri, dūmodo de eius processerit volūtate, de qua quidem voluntate non apparet. dicam statim latius.

EX superius dictis primò vidēdū est an dicta Barbara legitimata possit virtute nostræ consuetudinis, quę est in tit. *des succeßions*. §. j. se saisitam & in possessione omniū bonorum (de quibus pater eius mortuus est vestitus & saisitus, sicut si esset filius legitimus & naturalis) dicere, & se manutenere facere.

IN hoc omissis supradictis, & pro intelligētia huius est aduertendū ꝙ dicta nostra cōsuetudo supradicta est cōtra l. cū hæredes. ff. de acq. poss. nā vt dicit tex. in d. l. cū hæredes. licet dominiū rerū hæreditariarū acquiratur, nō tñ possessio hæredi sit in ipsum trāsit sine actuali apprehēsione facti, dicit tñ Cy. in l. ea lege. in vj. q. C. de condict. ob cau. & Bal. in rub. de causa possessio. & proprieta. ꝙ consuetudo pōt inducere ꝙ possessio. cōtinuet in hæredē & dicit etiā Andr. Barba. in cons. lviij. incip. sapiēter dicit Psalmista. in xiiij. col. cū tribus sequentibus, ꝙ talis cōsuetudo. seu tale statutum viget in ciuitate Papien. & Mediolani, vt dicit Io. de Imol. in cons. xvj. quòd viget etiā in ciuitate Imolę. & dicit Franc. de Aretio in consi. clix. in vlt. col. quòd tale statutum viget etiam in ciuitate Tuderti: & talis possessio est iuris. vt tenēt omnes in d. l. cum hæredes. & Aretin. in l. j. ff. de acquiren. possess. imò dicit Bal. & Cy. in d. l. ea lege. C. de condi. ob causam. quòd quando dicitur, quòd mortu⁹ saisit viuum, hoc est possessio deficientium continuatur in hæredem, intelligēdum est per actum fictum, seu per apprehensionem factam & inductam à statuto. imò dici. Franc. de Aret. in d. l. j. in x. col. ff. de acqui. poss. quòd si consuetudo nostra diceret, quòd transferatur possessio nullo actu vel ficto mediante, talis cōsuetudo non valeret. Ex quo ergo talis possessio quæ tranfertur virtute huius cōsuetudinis est ficta, & per actum fictum transfertur, & vt iam suprà cōclusum est, dicta Barbara est legitima tātum, & sic proxima nō verè, sed fictè, non potest se dicere vestitam & saisitā in bonis quondā sui patris legitimati, ne duæ fictiones circa vnū, & idem concurrāt, cōtra gl. in rub. C. de dotis promissio. & Bal. in l. super longi. in vlt. col. quasi. in fi. C. de prescrip. lon. temp. & licet illa gl. allegetur aliquando pro singulari ad hoc habet tamē sociā in l. cum post. §. gener. in verbo, placuit. ff. de iure dotiū. quam gl. allegauit pro consocia Alex. in cōsil. suo xiij. in xii j. col. incip. Ex his quæ in themate. in j. vol. repetito in consil. xcvj. in j. vol. & in consil. xix. in iiij. vol. & do. meus Ias. in §. fuerat. in xij. col. Inst. de actio. nec est extēdendum beneficiū prin-

Not. quādo principis legitimatio sit vera vel ficta.

Mortuus saisit vnū quomodo intelligendum.

BIU Cujas

cipis legitimantis, ꝙ comprehendat etiam cõſuetudo noſtra legitimatũ in hoc, qa ex quo contineret in hoc plura ſpecialia, imò nõ ſolum duo, ſed etiam tria ſcilicet quia iſta filia legitimata repræſentaret verè perſonam legitimi, quod non eſt verè, ſed fictè tantũ repræſentat. ¶ Item pater illius repreſentaret perſonam veri & legitimi patris, quod nõ eſt dicẽdum, cum pater & filius ſint correlatiua, ex quo filius alicuius legitimat⁹ quo ad eũ nõ poteſt dici verè legitimus filius, ſic nec pater legitimatus quo ad filiũ legitimatũ poteſt dici verè pater legitimus. ¶ Item & tertiũ, ſcilicet ex poſſeſſione ficta haberet idem ius ac ſi eſſet verè filius legitimus, & ideo cum plura ſpecialia in hoc cõcurrerẽt, nõ eſt ita interpretãdũ priuilegiũ principis, ꝙ omnia cõprehendat. Faciunt quæ pleniſſimè dicũt Bal. & do. meus Iaſ. in l. fi. in vj. col. ff. de conſti. prin. Ex quo dicit do. meus Iaſ. in d. l. fin. iij. col. cũ ſeq. † ꝙ vbi cõcurrunt duo ſpecialia in aliqua materia, vel plura obſtãtia, nõ ſufficit ꝙ princeps ponat clauſulã, nõ obſtãte, quia illa clauſula ſufficit quando vnũ tãtum obſtat, ſed quãdo ſunt duo vel plura obſtãtia, tunc non ſufficit clauſula non obſtante, ſed requiritur ꝙ vnicuique in ſpecie derogetur, & in dubio nõ præſumitur derogatũ. Ita probat tex. valde ſolẽnis in l. ſi nõ lex Aelia Sentia. ff. de hær. inſtit. Iſtãmet regulã not. Bal. in l. eã quam. C. de fideicom. & in l. j. in pe. col. C. de fur. & Ioan. An. in c. j. de filiis preſbyt. in vj. in nouella. Feli. in c. nonnulli. xxv. col. in verſi. quinta concluſio. de reſcrip. & Alex. in conſi lxij. in iij. col. in j. vol.

Pater & filius correlatiua.

17

18 *Cõſue. correctiua iuris cõmunis non extendenda.*

ITem † cum dicta noſtra conſuetudo ſi correctiua & exorbitans à iure cõmuni, cõtra l. cum hærede. ff. de acqui. poſſ. non debet extẽdi etiam ex idẽtitate rationis, vt in ſimili voluit Bal. in l. ij. §. creditũ. ff. ſi cert. pet. Facit quod no. Bal. in l. fi. verſi, vlt. quærò. C. communia vtriuſ. iud. Bal. in l. poſt dotem. ff. ſol. mat. & ſic licet legitimati ſint ſimiles veris legitimis. ita ꝙ ſuccedãt patri, vt ſuprà dixi, & no. in l. ſi te parẽs. C. de ſuis & legi. tamẽ iſtud eſt intelligendũ quo ad ea quę ſunt iuris cõmunis, & non in his quę ſunt correctoria vel exorbitantia à iure, nã ex quo talis cõſuetudo ſeu ſtatutum eſt exorbitans à iure communi, vt dictum eſt, non extẽdetur ex ſimilitudine rationis, vt tenet Anto. de But. in conſi. ſuo xxvj. incip. viſo lega.

NEc obſtat id quod poſſet dici ad primum fundamentũ, quia ex quo hæ duæ fictiones procedũt ex diuerſo fonte, cũ vna procedit ex conſuetudine ſeu ſtatuto, altera verò ex priuilegio principis, ꝙ poſſunt concurrere ſimul, vt tenet Cardi. in cle. quod circa. in xx. q. de elect. & in cle. ij. in viij. q. vt lite pen. Feli. in c. cum M. ferratiẽ. in vij. col. de cõſti. do. meus in l. quoniam in prioribus. in ij. col. C. de inoff. teſt. ¶ Quia ad hoc dico ꝙ adhuc remanet tertiũ ſpeciale ſeu tertia fictio, quia ſicut legitimatus per reſcriptũ principis nõ dicitur verè filius legitim⁹, vt ſuprà dixi, ſic pater etiã legitimatus, q aliàs nullos hęredes habuiſſet ab inteſtato de agnatione propter illegitimitatẽ, vt habetur in §. in tit. *Des ſucceßions des baſtardz.* ex quo princeps huic tamquam baſtardo ſucceſsiſſet in immobilibus, & prẽlatus in mobilibus, ſed nũc per fictionem habet hæredẽ ex teſtamẽto & ab inteſtato, quod nõ poteſt eſſe niſi per fictionẽ, cũ pater & filius ſint correlatiua, & ſtatutũ in vno habet locũ in alio. l. ſi. C. de indicta viduitate tollen. vbi do. meus Iaſ. ergo cũ tot ſint obſtantia, neceſſe fuit de omnibus facere ſpecialem mẽtionẽ. vt dictum eſt, quod nõ fuit factum, cũ in legitimatione ipſius tãtum dictum ſit, quodq; tota eius poſteritas de legitimo matrimonio ꝓcreata ſeu procreã da in bonis ſuis quibuſcunque eidẽ iure hæreditario ſuccedãt & ſuccedere valeãt. ecce ergo quomodo non eſt expreſſum aliud obſtaculũ ſeu alia fictio quę eſt in d. Barbara, ſ. quia licet ſit de eius poſteritate. nõ tñ eſt de legitimo matrimonio verè ſed fictè, igit̃. ¶ Itẽ hęc duo ſpãlia nõ procedũt ex eodẽ fonte. ſ. es lege, vnũ videlicet ex lege mortua, aliud ex lege viua, ſed ſemp eſt lex, qa princeps eſt lex animata in terris. tex. in aut. de cõſulibus. §. fi. coll. iij. & ió cũ hęc duo ſpecialia ſemp ꝓcedant ex lege, dicũt ꝓcedere ex eodẽ fonte. cogita,

ITẽ & ꝙ nec ex teſtamẽto, nec ab inteſtato ſuccedat, patet. primò ab inteſtato nõ ſuccedit, qa fuit legitimata ſub plurib⁹ modificationib⁹: primò ſcilicet ſub clauſula, dummodo de eorum proceſſerit voluntate.

PRo intelligentia cuius clauſulæ † aduerte ꝙ hæ dictiones, dummodo dũ tum tãtummodo, & ſimiles faciunt cõditionem. c. fi. de trãſlatio. epiſt. c. ex tenore. & ibi Ioan. And, & Card. de authorit. & vſu pallij. quę iura allegat Io. And. poſt gl. ibi, in verbo, retinere. inc. cum non poteſt, de præben. lib. vj. l. dummodo. cum gl. ff. de procu. l. ij. §. ſiue ipſe venditor. ff. de hære. vel act. vendita. & eſt de mente Bar. in l. j. verſi. ſed principaliter quæro. ff. de condi. & demon. Bal. in c. dudum. ij. de elec. Anto. de But. & alij in c. verum. de cõditio appo. ex quo ergo dicta verba important conditionẽ (vt dixi) dicuntur eſſe de forma. Bald. in auth. matri & auiæ. in j. col. ibi, quidam tamẽ dicunt. C. quando mulier tuto. off. fungi poteſt. Do. meus Iaſ. in l. ij §. ꝙ ſi in patris. in j. & ij lect. ff. ſol. mat. & in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. in v. col. poſt Bart. ibi. ff. de lib. & poſth. & in l. cum quid. in ij. lect. ff. ſi cert. pet. in vj. col. & in l. ii. §. prius. in ij. col. ff. de vulg. & pup. ſubſti. cum ergo forma ſit ſeruanda, & opus ſit ꝙ cõditio exiſtat. l. prætor. in prin. ff. de coll. ad hoc vt dicta filia ſuccedere poſsit d. Blaſio eius patri, opus eſt ꝙ conſtet de eius voluntate, & quòd ius non eſſet alteri iam quæſitũ. Quia nũc conſtat de eius voluntate, imò videtur quòd ex quo dicta legitimatio fuit facta ad ſupplicationem ipſius filiæ & non patris, quòd pater ſit ignarus, cum ignorantia potius præſumatur quàm ſcientia, imò dicit Bar. in l. ſuper ſeruis. C. qui milit. poſ. lib. xj. & in l. ſi cui. §. fi. ff. de accuſ. quòd ignorantia ſtatim probatur, quia ſcientia non probatur.

19 *Dũmodo. Tantummodo.*

SIc ergo ex quo non apparet de mente & voluntate dicti Blaſij, quòd voluerit ꝙ ei ſuccedere debeat ab inteſtato vel ex teſtamẽto, defuit cõditio, & ſic forma illius, ex quo actus nõ ſeruata forma eſt nullus. c. cum dilecta. vbi Feli. de reſcriptis.

ADDITIO. De huiuſmodi impugnatione legitimationum ponit Bertrãdi in ſuo conſil. cxij. in ij. parte, vbi conſuluit in caſu nobilis dominæ Ioannæ de monte acuto, vxoris tũc nobilis viris Hugonis de Rabutim, domini Deſpiry. & conſuluit contra eam ex multis. & inter alia ſe fundat primò ex quadã falſa latinitate, ſed in hoc errat in facto, cum in vero originali legitimationis nulla ſit falſa latinitas. & fuit caſus deciſus in Burgundia contra eam, pro qua multi ſcripſerunt, videlicet dominus Lancelotus Decius Stephanus Thyard, Cadrel. qui poſtea fuit præſidens in parlamento comitatus Burgũdiæ. & etiã ſcripſit dominus & prẽceptor meus do. Iaſ. & multi alij, & de falſa cauſa in infantibus appoſita, quãdo dicitur propter honeſtatem vitæ, morum. vltra Ancha. in conſil. cxlij. infrà allegat, videatur Barba. in conſi. xxxiiij. in ij. vol. & dixi in conſi. meo xxxix. †

ITẽ & quod fortius eſt, in legitimatione patris dicitur ſeu apponit̃ hæc clauſula quodque tota eius

poſteritas

posteritas de legitimo matrimonio procreata,in bonis suis quibuscunque eidem hæreditario iure succedãt.Et põderãda.sunt hęcverba,de legitimo matrimonio,quæ non cõprehendunt legitimatũ.prout tenuit Bart.de Salic.in sua disputatione quæ incipit,Mediolanẽ.quidã,& Fran. Cur. in cõsi. suo xiij.in vij.col.& ideo ne plus extẽdat dictæ legitimationes,quã sit de mẽte principis,dicẽdũ est ꝙ prædicta filia legitimata huic patri legitimato nõ poterit succedere ab intestato,nec in hoc aliquid operãtur dictæ clausulæ, ex certa sciẽtia, & motu proprio,& de plenitudine potestatis,quę sunt appositæ in legitimatione seu dispẽtione d.Barbaræ: quia dictæ clausulæ non operantur aliqd vltra intentionem scribentis, † imò gratia contra intentionem principis non valet, qui in dubio nõ vult alteri præiudicare, vbi non est certificatus de iure illius.Pan.in c.causam.ij.in ij.de testi.Facit glo.in cle.si Romanus.in verbo,validam, de præb.Io.And.in c.si motu ꝓprio.de præbẽ. in vj.Domini de Rota in suis cõclusionibus,cõclusione cxj.& cxij.in nouis.Panor. in c.cũ nostris.in iiij.col.de cõcess. præbẽ.& in c.cũ olim.de re iud.in vij.col.versi.cum autem impediatur collatio.& in c.ad aures.circa iij.col.versic.& hæc ꝓcedunt.de rescrip. vbi dicit formaliter †quòd motus proprius principis non firmat gratiam contra voluntatem,nec in præiudicium tertij.

20 Gratia cõtra intẽtionẽ principis non valet.

21

ET ideo etiã non obstant illa verba posita in legitimatiõe,ac si esset de legitimo matrimonio ꝓcreata,quia illa verba intelliguntur non extãtibus aliis legitimis agnatis & cognatis,quia priuilegia cõtra i⁹ & in præiudiciũ tertij tendẽtia strictissimè interpretant. c.olim.j.& ibi doct.de verb.sig.gl.in l.fi.§.in cõputatione.& ibi Bal.C.de iure delib.in specie Frã.de Cur. in d.suo consil.xiij.in vlt.col.ex quo ergo sunt alij cognati de quibus non est facta mẽtio in legitimatione, quod fieri debebat,imò citari debebãt,vt statim diceẽt igitur talis legitimata non admittetur ad successionẽ dicti sui patris legitimati in præiudicium suorum cognatorum.

ITẽ maximè qa vt dixi hîc antè in legitimatiõe dictę filię nõ fuit facta mẽtio agnatorũ & cognatorũ, de quibus erat nõ solũ faciẽda mẽtio, imò etiã erãt citãdi.& ꝙ de eis esset fiẽda mẽtio,tenet expresse Iaco.de Beluiso in §.quoniã.& in auth.quib.mo.nat.effi.sui. vbi dicit †ꝙ si pater facit legitimari naturalẽ tãtũ, & habet alios agnatos successores, ꝙ debet fieri de his mẽtio.aliàs si hoc nõ foret expressũ principi.nõ valeret legitimatio in ꝓiudiciũ ipsorũ agnatorũ.idẽ tenet Pau.de Cast.in cõs.suo ccxxv.inci.super eo solo. Alex. in cõs.lxvij.& in cõs.xciiij.in j.vol.& ita dicit & tenet Marti. Laudẽ. in trac. suo legitimationũ.in xv.& xvj. col.& in col.xix.allegans Ant.de But.in d.c.per venerabilẽ.in xvij.col.ita etiã tenet Rosellus in trac.suo de legitimatione,in quęst.sua lxxvj.col.lv. do. meus Iaso. in l.Gallus.in §.& quid si tãtũ.xv.col.ff.de li.& posth.

22 In impetratione legitimat. mẽtio agnatorum fienda.

QVòd autem essent citandi,satis probabitur, nam vt constat per legitimationem ipsius filiæ, dicta filia ad sui supplicationẽ fuit legitimata,& nõ ad supplicationem patris,ex quo non est dubiũ ꝙ per suam legitimationem nõ excluduntur venientes ab intestato,& sic agnati seu cognati deficiẽtibus legitimis & naturalibus,vt est tex.& ibi Ang.in vl.no. in §.si quis igitur primo.in aut.qui.mo.natu.effi.sui. Et ita tenẽt omnes,maximè dominus meus in d.l.Gallus.§.& qd si tantum.in xv.col.ff.de lib.& post.ibi,secũdò limita istam cõclusionem.ista est cõmunis,à qua nemo discrepat,vt dicit Socin. in consilio ccxxvj. in ij. colum.

† ¶ Item in Burgundia omnes agnati & cognati, dum modo sint proximiores,pro suis& legitimis ꝙ cõsuetudinẽ nostrã habẽtur,& reputantur, eo ꝙ omnibus debetur legitima,vt est tex. nostræ cõsuetudinis in §. *Vn chascun habile a faire testament.* in tit. *des successions.* Et ideo ex quo eis debetur legitima ex testamento,& si aliquis legitimaretur,præiudicium eis in hoc fieret nõ est dubiũ qui in tali legitimatione debeãt cõsentire:per ea quæ not.Bal.in auth.præterea.C.de natu. li. & in l.nã ita diuus.in j.q.ff.de adop.& in l.ij.in xj.co. C.de serui.& aqua.vbi dicit,†ꝙ bastardi non possunt legitimari existentibus legitimis,nisi eis consentiẽtibus.Et assignat rationẽ, quia eis præiudicaret in successione, nã ista ratio militaret in hoc casu scilicet in agnatis & cognatis huius patriæ,qui pro suis & legitimis reputãtur,& eis præiudicaretur,igitur &c.¶ Facit tex.in l.ij.in fi.iuncta.l.pen.& fi.ff.de nata.rest. Nã dicit in d.l.ij.in fi.† ꝙ liberto natalibus restituto patronus non succedit,ideo princeps nõ solet natalibus restituere nisi patrono consentiente,& inuito patrono & nõ cõsentiente nõ potest restitui.d.l.pe. & fi.qa patrono debetur legitima nõ extãtibus filiis,qua priuari nõ potest.Et ideo cũ sit idem in agnatis & cognatis quibus per consuetudinẽ nostrã per regem approbatam debetur legitima non extantibus filiis, dicẽdũ est ꝙ legitimari non potest bastardus seu naturalis in præiudicium eorum ipsis non citatis & non consentientibus,per illam l.fi. facit quod dicit in simili Pan. in c.cum olim.de re iudic.& sentit Ioan.de Imol.in c. nisi cum pridem.§.personæ verò.de renun.

23 In Burgũ. omnes agnati & cognati habentur pro suis.

2

25

IMò etiam si prædicta filia fuisset ad supplicationẽ patris & instantiam legitimata,adhuc hoc casu nõ præiudicat agnatis & cognatis,quibus legitima debetur ex testamento ipsis non citatis & non consentientibus,quia vt cõstat ex verbis ipsius legitimationis,dicta filia quo ad honores bene est legitimata,sed non quo ad ius succedendi ex testamento vel ab intestato sed tantum est cum ea dispensatũ vt succedere possit patri,& aliis cognatis,dummodo de eorũ processerit voluntate,nã ex quo non in hoc est legitimata simpliciter,sed cum conditione,non dicitur propriè legitimatio,sed dispẽsatio,vt dicit Anto.in c. per venerabilẽ.in iij.co.vers.item requiritur ꝙ simpliciter.qui filij sint legi.& sequitur ibi do. Cardi. Alc.arg.c.j.de filiis natis ex matri.ad morga.cõtra & hoc not.Pau.de Ca. in rub.de iure aur.annulo.& in l.si ab eo. C. de legit. hæred.& in l.solet.ff.de iurisd.om.iudd.& in l.pactum vbi Alex.C.de colla.& Cæpolla in cautela cxiij. inci. cautela quam sæpe dedi parentibus.in xiiij.fol.

ADDITIO. Vide Decium in l.pactũ.nu.xv. C. de coll.† ¶ Et ideo in hoc casu semper requiritur citatio agnatorũ & cognatorum ,qui aliquod præiudicium prætendere possent,vt tenet Pet.de Anc.in consi.suo ccxlij.incip.Ex tenore priuilegij. † quia ergo est dispensatio,requirit causæ cognitionem,vt not. in c. de multa.de præb.cũ c.ad monasteriũ.vbi notat.Io.And. in nouella de statu mona.Pet.de Anch.in d.consi.sed vt dicatur aliquid factum causa cognita,requiritur citatio illorũ qui lædi possunt.l.nã ita diuus.ff.de adop. in l.in causæ.§. causa cognita.ff.de minor. c.j.de causa pos.& proprieta.Socin.in consil.suo ccxlvj. in iij. col. ibi primò cõsiderando quod aliud est. Cum ergo hîc tractetur in tali legitimatione de præiudicio cognatorum & aliorum legitimorũ,cum eis de iure debeatur legitima,imò non possunt exhæredari,seu prẽteriri,nisi eis relinquatur legitima,per cõsuetudinẽ ducatus Burg. non est dubiũ ꝙ nõ debuit legitimari, nec

26 Dispensatio requirit causæ cognitionẽ

potuit in præiudicium agnatorum ipſis non citatis.

ET maximè etiã pater impetrãdo legitimationẽ ꝑ dicta filia nõ potuiſſet dictis cognatis præiudicare, cũ tex.noſtræ cõſuetudinis prohibẽs veros hæredes exhęredari poſſe abſq; eo ꝙ relinquatur legitima, loquitur per negatiuã quæ ponitur ante verbum poteſt, cũ dicat tex.in §.in tex.*des ſucceßions.* in libro noſtrarũ cõſuetudinum,*l'on ne peut exhereder ſes vrais heritiers.* Ex quo inducitur omnis neceſſitas, & priuatio omnis potẽtiæ.gl.in c.j.de reg.iur.in vj.Bar.& doc.in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& poſth.in l.fi. ff. de ſer. in l. cum lex.ff.de fideiuſ.Bal.in l.j.in vlt.col.C.qui admit. Ex quo ergo per legẽ id fieri debebat per dictũ Blaſiũ patrem dictæ filiæ,nec fieri poterat aliter,quia teneba tur ad factum negatiuũ per cõſuetudinem Burgũdię, debuit curare & facere id per legẽ vel hominem fieri. Ita colligitur ex doctrina Bar.in l.ſi ita quis.§.ea lege. in verſi.procedo vlterius.ff.de verb.obl.in ſimili materia,& quaſi in terminis Fran.Cur.in cõſi.ſuo lxxiij. in xxxij.col.ibi ſeptimò principaliter. ex quibus ſatis conſtat, ꝙ dicta legitimatio quæ fuit facta ad ſupplicationẽ dictę Barbarę,nõ potuit præiudicare dictis filiis mag. Ant. Garnier,qui ſunt filij Ioãnæ Cõtinet,na ti ex legitimo & vero matrimonio ex dicto Garnier & d.Ioãna,quæ erat ſoror dicti quondã Blaſij Rolin, na ta ex Alexia Regnier in vero & legitimo matrimõio.

ET ſi dicatur ꝙ prædicta ꝓcedunt qñ non cõſtaret de volũtate dicti quondã Blaſij patris dictæ Barbarę & ab inteſtato. ſecus autẽ in hoc caſu,prout dixi poſitione caſus, & in prima parte, cũ d. Blaſio fuiſſet lecta & interpretata dicta legitimatio,& clauſula dũmodo de eorũ ꝓceſſerit voluntate,dicit & declarauit ꝙ ita intẽdebat,& ꝙ volebat ꝙ ei ſuccederet in omni bus ſuis bonis,in præſentia pluriũ perſonarũ fide dignarũ,ꝙ ſufficere videt,quia vt iã dictũ eſt,ſicut per §.
27 ex imperfecto,in l.hac cõſultiſſima.C.de teſt.† quando pater teſtatur inter filios legitimos& naturales nõ requiritur aliqua ſolẽnitas,imò defectu ſolẽnitatis omiſſæ nõ vitiatur teſtamentũ inter liberos. ita etiã qñ teſtatur inter legitimatos.Et poteſt pater corã duob' teſtibus inſtituere filium etiã legitimatũ,vt dicit Bal. in c.de cauſis,in pe.col.de offi.dele.& do. meus Iaſ.in d.§.ex imperfecto. ¶Et videtur ꝙ talia verba tantũ im portãt quatum ſi dixiſſet,inſtituo eam,ſicut tantũ eſt dicere,volo legare,quantũ lego,vt tenẽt Bar. & Ang. in l.ſerui electione.ff.de leg. j. Multa tamen ſunt quæ faciũt in contrariũ, de quibus per Phili. Deciũ in cõſ.
28 ſuo clix.in ij.col. vbi ponit† ꝙ talia verba declaratiua voluntatis nõ important inſtitutionem,etiã (vt dicit) quo ad pias cauſas,ergo adhuc minus hoc caſu.

Teſtamentum inter legitimos non requirit ſolennitatem.

Volo legare, & lego idem important.

SEd ad hoc reſpõdeo,ꝙ adhuc iſtud nõ põt prodeſſe,nec ꝓ hoc ſuccedit dicto quondã Blaſio eius patri,quia ille §.intelligitur qñ non eſt defectus ex parte patris teſtãtis,ne duo ſpecialia ſimul cõcurrant,cõtra gl.in l.j.C.de dotis ꝓmiſ.& in l.cũ poſt.§.gener.ff. de iure do.Et ita dicit do.meus Iaſ.in d. l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.in ij.col. Sed in hoc caſu eſt defectus ex parte patris,cũ etiã legitimatus cum dicta clauſula, ꝙ tota eius poſteritas de legitimo matrimonio ꝓcreata eidẽ ſuccedere poſſit, nã etiã ſi hæc filia Barbara eidẽ ſuccederet,multũ extẽderetur ſua legitimatio,qđ fieri nõ põt.vt ſtatim amplius dicã, igitur &c.

ITem quia dictus Blaſius habens adminiſtrationem de bonis proueniẽtibus ex beneficiis in quibus habebat adminiſtrationẽ,etiã ſi teſtatus fuiſſet ſecundũ
29 *An clericus de bonis ex be-* ius cõmune,adhuc nõ valuiſſet teſtamentũ,† quia clericus habens adminiſtrationẽ in beneficio nõ põt teſtari de bonis proueniẽtibus ex fructibus beneficiorũ.gl.ord.in c.præſenti.in verbo,reſeruari.de offi.ord. *neficio pre* in vj.quã gl.ſequitur Alex.in l. diuort.in ij.col.ff.ſolu. *cepiu teſta* matr.Ioan.de Ana.in c.fi.ne pręla.vices ſuas. ſequunt *ri poſſit.* doct.allegati per Pan.in rep.c.cum eſſes.de teſt. Barb. in c.requiſiſti.de teſt.& in c.fi.de peculi.cle.ex quo ad minus quæ dicta ſunt pro parte dictæ filiæ nõ poſſent habere locũ in bonis proueniẽtibus in fructibus ſuorũ beneficiorum.Non pono iſtud pro cõſtãti,quoniã inſtà dicã latiùs, † quia credo ꝙ quicquid dicant do- 30 ctores, clericus ſecularis etiã prælatus poteſt de fructibus ex ſuo beneficio perceptis teſtari de cõſuetudine generali, de qua per Philippum Frãcum in repeti. d.c.cũ eſſes.in xxv.col.& ſeq.de teſta.in vj.vt infrà dicam ad aliam quæſtionem,quam incidenter tangam.

ITem etiam & quod plus eſt,quando prędicta ceſſarent,adhuc dicta Barbara eidẽ Blaſio ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato ſuccedere non poteſt, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio, quia ſua legitimatio eſt ſurreptitia & obreptitia ex ſuggeſta falſitate in pluribus. ¶ Primò qa princeps in ſua legitimatione narrat quòd attẽtis virtutum donis, & venuſtate morũ quibus coruſcat ipſa Barbara,ꝙ in ipſa virtutes & merita ſupplent id quod ortus odioſus adducit,gratiã legitimationis debet obtinere. & tamẽ iſtud nõ poteſt eſſe verũ,quia illo tempore quo fuit legitimata erat in infantia,ſed prędicta nõ poſſunt cadere in infante:cum talis ætas quod videt ignorat,&neq; ſcire,neq; diſcernere talis eſtas aliquid poteſt.l.j.C.de falſa mone.l.pupillus.C.de acqu.hær.Ex hac falſa cauſa qua mouetur princeps ad cõcedẽdũ dictam diſpẽſationem,videtur diſpẽſatio vitiari,vt in c.quod circa. de conſangui. & affinit.Nã vt tibi dicit Iaon.And.in nouella, † vbicũ- 31 que diſpenſatio eſt neceſſaria, oportet ꝙ oſtendatur non ſuſpecta,vt patet in eo quod legitur & not.in c.j. de reſcri.& in c.ij.de ſchiſma.Surreptitia autẽ non eſt ſine ſuſpitione.c.dudũ.ij.de electio.§.inſuper.& præſumitur princeps circunuentus.c.cũ olim.de re iudi. Cum ergo in reſcripto legitimationis ſiue diſpẽſationis dictæ filiæ dicatur prædictam filiam quæ erat infans ſupplicaſſe,& ꝙ in eã non cadant merita & virtutes,nec apparet ꝙ eius nomine alius impetrauerit, hæc ſua diſpenſatio redditur de falſitate ſuſpecta, & cõceſſa ob falſam cauſam, ergo nulla:ſicut ſentẽtia & aliæ diſpoſitiones vitiantur ex defectu cauſæ finalis.l. qui teſtamento.ff.de excu.tuto.l.fi.ff.de hære. inſti.c. ex parte Aſtenſis.& quod ibi not.in nouella.de cõceſ. præb.Et ita in terminis tenet Pet. de Anch. in cõſilio ſuo ccxlj.incip.Ex tenore priuilegij.in ij.col.

ITem etiã dicta diſpenſatio implicat in ſe contrarietatem, quia dicit dicta filia ſe fuiſſe procreatam ex Nazaria Iaquelin & Blaſio Rolin, protonotario ſanctæ ſedis apoſtolicæ & preſbytero, & tñ dicit ſe tantum eſſe naturalẽ,quod non eſt verũ,nam filius preſbyteri dicit ſpurius. Ita dicit Bar. in l. fi. in j.col.ff.de
32 *Inceſtuoſus.* his qui.vt indig.& dicit Bal.in l.ij.C.de epiſc.& cler.† ꝙ natus ex clerico in ſacris dicitur inceſtuoſus.quem 33 Alex.in apoſtil.ad Bart.in d.l.fin.allegat.† ſed ſic eſt ꝙ tales inceſtuoſi & ſpurij non merentur legitimari per reſcriptum principis,vt in auth. qui. mo. natura. efficiantur legiti.circa finem.& ita tenet Pet.de Anch. in d.conſi.ccxlj.in prin.igitur cum falſum expreſſerit,& ſe dixerit naturalem cum ſit ſpuria & inceſtuoſa,non debet eidem prodeſſe dicta ſua diſpenſatio.

ITem etiam dicta Barbara in ſua ſupplicatione dicit ſe eſſe natam ex Nazaria Iaquelin ſoluta tũc, & tamen nõ eſt verũ,quia dicta Nazaria erat tũc deſponſata &

BIU Cujas

sata & copulata matrimonio cū Thoma Bouquin, ex quo dicta filia est adulterina, qđ nō exposuit in sua supplicatione, & ideo dicta dispēsatio est surreptitia, vt tenet in terminis Pet.de Anch.in cōs.suo ccccxxvij.incip.Circa primum quæsitū.in j.col.& Bal.in l.prescriptione.C.si cōtra ius vel vtili.publicā.imò ex quo est spuria & incestuosa, ex duplici vitio cùm tanquā filia clerici incestuosa, & tanquā nata ex cōiūcta, adulterina, & sic ex vtroq; modo spuria, quæ dicit duplicata, nō valet sua legitimatio, cū hęc tacuerit: nō enim sic faciliter dispēsatur in duplici, sicut in simplici.facit tex. in c.si motu ꝓprio.de præbē.in vj.& clc.j.co.ti.c.j. de fil.presby.li.vj.& difficilius rūpitur funiculus duplex quā simplex.c.j. de treuga & pace. imò qñ sunt plura obstātia, nō sufficit clausula, nō obstan. sed requiritꝫ vnicuiq; derogeť in specie, & in dubio nō præsumitť derogatū.do.meus Ias.in l.fin.in viij.col.ff.de constit. principū.dixi suprà amplè, & hoc verū quicquid dixerit Ang.in consil.suo cciij.incip.quidā Bartho.quem allegat do.meus in d.l.præscriptione.in pe.co.C.si cōtra ius vel vtilitatē publicā.Præpositus dictus Cardi. Alex.in c.per venerabilē.§.quod autē.in xxiiij.co.qui filij sint legiti.nā tales adulterini nō possūt legitimari per rescriptū principis, nisi cū clausula derogatoria.vt in d.auth.qui.mo.natu. effi. legitimi. coll. vj. & dicit Pet.de Anc.in d.loco ꝙ nō solùm requiritur expressio illius qualitatis, sed etiam derogatio illius legis.

ITem etiā dicta filia Barbara nō exposuit in sua legitimatione seu dispēsatione dictū Blasiū fuisse alias legitimatū, & natū fuisse ex nephario coitu.s.ex.d.Io. Rolin Cardi.& episco.ꝙ si expressum vel expositum principi fuisset, nō ita de facili dispēsasset cū dicta filia & ideo in hoc videť vitiosa dicta legitimatio, ꝓ notata ꝙ tex.Panor.& doc.in c.postulasti.in j.nota. de rescri. Alex.cōsi.cxiiij.inci.Ponderatis his quæ narrantur in themate.in ij.col.in j.vol.do.meus Ias.in l. j. in ij. col. C.si cōtra ius vel vtilitatē publicam.nō est enim præsumendū ꝙ princeps ita de leui cōcessisset, si fuisset ei
34 narratū & expositū ꝙ iam dictus Blasius eius pater similē gratiā ab eo habuerat, & ꝙ erat legitimatus. †qa princeps nō præsumitur velle vltra id quod ius disponit, & præsumitur voluntas principis talis qualis esse debet, vt dicit do.meus Ias.in l.iustitia.ff.de iusti.& iu. sed sic est ꝙ de iure in materia restringibili, puta in materia legitimationis spuriorū, quos iura abhorrent.§. fi.cum gl.in auth.qui.mo.nat.effi.sui. c. si gēs Anglorū. lvj. distin. dispositio debet restingi ad primā vicē, & primā dispositionem.Alex.in consi.xlj.inci.Breuiter.in iiij.vol.do.meus Ias.in l.diuortio.§.qđ si in anno.ff.sol.matr.& in l.duobus.§.si ei qui.ff.de iureiur.

ET hoc satis videtur esse de mente principis, qui intelligere præsumitť, nec velle ꝙ legitimatus succedat legitimato, cùm in legitimatione ipsiꝰ patris sit apposita hæc clausula, quodq; tota eius posteritas de legitimo matrimonio procreata siue procreāda &c. ꝓ quę verba nō cōprehēdunť legitimati, vtꝫ. dixi, igitur &c. aliàs vī dare princeps materiam delinquēdi, cùm si semper de vno ad sequentē successiuè fieret legiti-
35 Vitium naturale refrenādū. matio, vnde iura nascuntur aut proueniūt, nasceretur occasio delinquendi, quod fieri nō debet, †nā vitium naturale debet refrenari, & nō ampliari, vt dicit Card. Alex.in c.per venerabilem.§.quod verò.in col.vj.xx. quęst.extra, q filij sint legitimi.& dicit Bal.in suis statutis, in verbo, spuriꝰ.in v.§.tales incestuosos ac iniuriosos refrenandos, cum ex illis crimina oriantur.

EX quibus omnibus supradictis constat dictā Barbara non potuisse, nec posse succedere dicto quōdam Blasio ex testamento vel ab intestato, ac si fuisset legitima, aut debitè legitimata, imò debet excludi à prædicta successione in possessorio, siue in petitorio.

ITem & quod plus est, non est dubium quando prædicta omnia cessarent, adhuc dicta filia non succederet in feudis, cùm non sit expressè dictum ꝙ posset succedere ad quæcunque bona, etiam feudalia, vt tenet Philip. Decius in consi. suo lxxvj. in j. & ij. col.

NVnquid ad minus debeat dotari, aut aliquid habere pro alimētis de iure ciuili? vī ꝙ sic, cū sit naturalis, & ideo tanquā naturalis debet alimētari. aut. licet. C.de natū.lib.Et dicit etiā Bar.in l.si quis à liberis.§.vtrū.ff.de libe.agnosc.ꝙ debet alimētari, imò dicit idē Bar.in l.vxor.§.pater naturalis.ff.de leg.iij.† ꝙ 36 Filia naturalis dotanda.
filia naturalis est dotāda.& ita tenet do.meus Ias.in §. fuerat.in xxiiij.col.instit.de act.maximè qñ filia nō habet vnde se alat aut doteť, vt dicit Bar.in d.§.pater naturalis.tñ qa vt ex supradictis cōstat, & apparet, ꝙ est spuria, & ex nephario coitu, nō debet ali neq; dotari à patre, & per cōsequens nihil habere poterit de iure ciuili, vt est tex.in aut.ex cōplexu.C.de incestis nuptiis.

DE iure tn canonico videť secꝰ, quia vt dicit tex. in c.cū haberet.de eo qui duxit in matrimoniū quā polluit per adulteriū.vbi gl.fi.& dicit Bal.in l.fi.§. si à socero.ff.quæ in fraudē credi.† ꝙ de æquitate canoni- 37 Spurius de iure canonis, alimētari debet.
ca pater pōt dōare spurio vt habeat ꝓ alimētis, & pōt eidē legare vt pro alimētis habeat, vt dicit Cy.in l.nō etiam.C.de admi.tut.& Imo.in l.Lucius.§.j.ff.de leg. ij.ꝙ spuria debet dotari.¶ Quādo autem pater possit donare filio spurio, & qñ non, & quo, vide amplè per Calcaneū in cōs.suo lx.& in cōsil.lviij. Et si pater donauerit filio spurio, cui applicetur, vide in l.j. C.de natu.libe.de cuius intellectu vide Phil.Corneū in l.hæreditas.C.de his quib.vt indig.& ꝙ nō sit sublata lex illa in cōcubina, & in spuriis ex concubina, tenet Azo in summa eo.tit.Alb.& Odofr.in d.l.j.& Bar.in cons. cxix.incip.do.Dominicus.† Gui.pap.q.sua cclxxx.qui dicit ꝙ vidit iudicari ꝙ nō, & consului in casu emergenti in consi. inci. Nobilis quōdam vir Cypria. &c.

IMÒ plus dicit Marti.Lauden.in tit. apud iudicē vel domi.quæst.feud.in c.j.& Cardi.Alex.in c.j.§.similiter.de capi.corradi.† ꝙ stante statuto vel dispositio- 38
ne, ꝙ vasalli teneantur pro maritanda filia domini, ꝙ etiā imponi possunt ꝓ maritāda filia spuria, quod est notādum, cùm filia spuria debet alimētari, & per consequens dotari, cùm bonum argumentum sit de alimentis ad dotem, prout tenent dicti doctores.

ECce nunc ꝙ iura ciuilia & canonica sunt contraria in hoc, sed vt dicit gl.in d.c.cùm haberet.de eo *Aequitas rigori præferenda.*
qui duxit in matrimoniū.in fi.quòd ex quo dispositio iuris ciuilis est rigorosa, & fuit hoc dispositū de rigore iuris ciuilis, ꝙ videtur inductū in detestationē criminis.Dispositio verò canonica est inducta de æquitate canonica, quæ vigorē sumit à iure naturali, à quo educatio filiorū est.prima distin. c. ius naturale. & ex instinctu naturæ procedit quòd dispositio canonica præfertur dispositioni iuris ciuilis, & hoc etiā est, qa de iure ciuili æquitas præfertur rigori. l. placuit. vbi docto.C.de iudic.c. j. de transac. & hæc etiam tenent Cardi.Floren.& Alex. in d. c. cum haberet. & docto. ibi, ideo videtur ꝙ dicta Barbara ad minus de bonis dicti quondam sui patris debet dotari.

SEd quid habebit pro dote, & quomodo debeat dotari, cùm de iure ciuili naturalibus tātum duæ vnciæ ex substantia debeantur.tex.in auth.licet.C.de naturali.liberis.& hoc pro alimentis, cùm ibi dicat.tex. huiusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbi-

BIU Cujas

39 Arg. de alimentis ad dotem.

trio eſt neceſſe.†Et de alimentis ad dotē ſit bonū argumētū, vt dicit Card. Alex. in d.§. ſimiliter. & de iure canonico idē ſit in natis ex dānato coitu, ꝙ quidē ius canonicū de ęquitate procedēs præfertur iuri ciuili. d. c. cū haberet. & ibi gl. & doc. ¶ Dicendū eſt quòd prædicta Barbara ad minus ꝓ ſua dote habebit duas vncias ex ſubſtātia tota dicti quondā Blaſij ſui patris, & erit illa dos loco ſuorū alimentorū in vita filij poſt mortē, aut ipſius dos erit agnatorū quib⁹ poteſt relinqui. ita tenet Marti. Laudē. in trac. ſuo legitimationū. in. xxij. col. ibi, an pater poſsit filiam ſpuriam dotare.

SEcundò vidēdum eſt an dicti Ioan. Barbara, Pierrota, Petrus, & alij filij legitimi & naturales dicti quondam Sebaſtiani Rolin eorum patris legitimati habeant iuſtā cauſam ſe opponendi executioni guardiæ in bonis dicti quondam Blaſij.

40 An duces poſsint legitimare.

ET primò†vidēdū eſt de legitimatione dicti quondā Sebaſtiani eorum patris, quæ fuit facta p Philippū ducē Burgūdiæ, an ſit valida, hoc eſt, primò an dux Burgundiæ habuerit poteſtatē legitimandi. certū eſt ꝙ dux Burgundiæ recognoſcebat chriſtianiſſimū regem Francorū in ſuperiorem, cùm eſſet de paribus Franciæ, & primus inter pares Francię, & ideo aduertendū eſt cùm quęritur an duces poſſint legitimare, & habeāt poteſtatē legitimandi. Pau. de Ca. in conſi. ſuo cxcvj. in cōſiliis nouis, in impreſſione noua. incip. Super j. dubio. conſuluit in hac materia de duce Mediolani. Fran. de Arc. in cōſil. xlviij. in xxxiij. col. Barb. in conſ. xxiiij. in xxv. col. in ij. vol. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. in xij. col. de conſtit. Alex. in conſi. ij. in iiij. col. in j. volu. ſed concludendo in hoc dico, ꝙ aut dux Burgundiæ habuit ex priuilegio chriſtianiſſimi regis Francorū, & tunc nō eſt dubiū ꝙ potuit, quia iſtud licet ſit reſeruatū principi, potuit tamen cōcedere rex Franciæ licet hæc ſint reſeruata. c. quod trāſlationem. de offi. deleg. ſed quia non apparet de priuilegio, cùm nunquā fuerit, nō eſt amplius diſceptandū, vt credo, nec iſta poteſtas legitimādi venit in generali cōceſſione ducatus. ita tenet Pau. de Caſt. in d. cōſi. cxcvj. nā vt dicit, duces perpetui ex ſua poteſtate ordinaria quo ad bōa ſita in eorū territorio etiā ſi ſuperiorē recognoſcāt, poſſunt legitimare, hoc eſt habilitare ſiue diſpēſare, ſecundū Ant. de But. in c. per venerabilē. qui filij

41 ſunt legitimi. & dicūt domini de Rota deciſiōe ſua. cc.

ITem ꝙ†inferior à papa vel imperatore nō pōt legitimare quod ad hæreditates, aut alia. Pau. in d. conſ. dicit, ꝙ aut domini tēporales ſeu ſeculares & perpetui volūt legitimare non obſtāte aliquo impedimēto à lege vel cōſuetudine ipſius ducatus vel comitatus, & ſic poſſunt, vt habetur in c. per venerabilē. §. in ſup. qui filij ſint legiti. & tunc per hæc poſſet dici ꝙ dux Burgūdiæ potuit legitimare quo ad hūc. §. fi. quo ad præiudicium ſuiipſius, inquantū dicitur in iſto. §. ꝙ in bonis preſbyteri baſtardi ſuccedit princeps in hæreditagiis: aut volunt legitimare non obſtante impedimento introducto à iure ciuili, ſcilicet ꝙ legitimati præferantur agnatis & cognatis, & aliis ab inteſtato venientibus, & tunc non poſſunt legitimare cōtra tale impedimentū, nec etiā in iuriſdictione & territorio eorū habilitare. ita tenet Cardi. Alex. in c. per venerabilem. §. quod autem. in col. cxj. qui filij ſint legitimi.

EX quibus ſupradictis concludēdo ꝙ legitimatio facta per Philip. ducē Burgundiæ non eſt tantæ efficaciæ ꝙ per illam dictus quondā Sebaſtia. Rolin ſuccēſſiſſet, ſi nunc eſſet viuus, d. Blaſio in præiudicium agnatorum & cognatorum, ſed tantū in prędiudicium ipſius ducis ſeu tenētis ducatum. ſ. quia eidē Blaſio d. Sebaſtia. ſuccedere potuiſſet in hęreditagiis in prędiudiciū ipſius principis, qui ſuccedere debet, ꝓ tex. i hoc §. fi. itellige p̄dicta, niſi aliud obſtaret, put ſtatim dicā. dixi de prædicto dubio alibi plenius. ſ. in §. prędcdēti.

SEd quis iſtorum præferri debeat? nō eſt dubium ꝙ nullus iſtorū excludit agnatos & cognatos, ſed an dicta Barbara nō extātibus aliis agnatis & cognatis excludere deberet dictos Ioannē, & Petrum, & alios filios dicti quondam Sebaſtiani, qui veniunt tantum per repræſentationem, & non alias, per conſuetudinē noſtram, an verò deberent excludere dictam Barbarā? vidimus hîc antè legitimationem dictæ Barbaræ eſſe ſurreptitiam in pluribus. & legitimationē dicti Sebaſtiani viribus carere propter defectum poteſtatis legitimātis: & credo ꝙ quando dicta legitimatio non fuiſſet ſurreptitia, quia in nullo deficiebat quo ad legitimantem, quia, vt conſtat, fuit chriſtianiſſimus Ludouicus xij. Francorū rex & dux Burgundiæ, qui prædictā Barbarā legitimauit, qui poteſtatem legitimandi ſatis habere dicitur in ſuo regno, & in hoc non eſt dubiū, maximè quo ad tēporalia, & hoc non eundo per mēdicata ſuffragia, eſt tex. ad literā. in d. c. per venerabilem, qui filij ſint legi. in §. inſuper. vbi expreſſe hoc tenet Ant. de But. per illū tex. Et hoc maxime quia de facto imperatorem non recognoſcit, nec aliquem ſuperiorē in temporalibus. Et maximè legitimando diſpēſatitiā legitimationem facere poteſt, hoc eſt diſpenſare ꝙ nō obſtāte vitio illegitimi. ꝙ talis ſuccedat, vel habeat alia iura legitimationis, quæ legitimis dantur & deferuntur. Ita tenet Cardi. Alex. in d. c. per venerabilem. §. quod autem. in cxj. col. qui filij ſint legiti. ſed fortius dico ꝙ rex Francię eſt monarcha in ſuo regno. Plenè dixi in §. ij. eod. tit. *Des ſucceßions des baſtardz*, in verſic. nunquid autem rex Franciæ, igitur &c.

Rex Franciæ monarcha in ſuo regno.

SEd iterum incidēter hîc quęro, an hęc legitimatio, quæ eſt per chriſtianiſſimū regem noſtrū facta de prædicta Barbara ſit, & præſumatur facta tanquā per regē, an verò tanquā per ducem? In hoc credo ex quo ducatus Burgundię peruenit ad regem nō tanquā ad Ludo. ſed tanquā habentem coronā regni, ꝙ tunc nō teneat ducatū de per ſe, non ꝙ dicatur dux Burgūdię, ſed veniat ſub corona, ex quo deberet regi regulis & legibus coronæ, quia addita fuit hæc patria regno acceſſione, ita ꝙ eſt vnum regnū cum primo, & tuc quādo princeps quid facit in hac patria, non dicitur facere tanquam dux, ſed tāquam rex, & ideo deberet regi regulis & legibus regni Frāciæ, & iiſdē regulis & priuilegiis quib⁹ regnū regię eſſet gubernāda, quia regnū eſt quid vniuerſale. Ita not. Bart. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pig. actio. ſecus quando prouincia non additur acceſſorię, puta ducatus Mediolanen. quem nūc chriſtianiſſimus rex Franciæ tenet, quia nō tenet tanquam rex, ſed tanquam Lud. Aurelianen. qui de iure per ſucceſſionem huic ducatui tanquā proximior ſuccedere debebat, & ideo illa patria non debet regi nec gubernari legibus & regulis regni Frācię, ex quo adhuc in literis regiis quæ ſunt in ducatu Mediolanen. & quæ ſtatutum ducatus Mediolani tangunt, non dicitur ſimpliciter, Ludouicus Dei gratia Francorū rex, ſed cum additione, dux Mediolani &c. Et ideo ſemper dicitur in literis regiis illius patriæ, Ludouicus Dei gratia Francorū rex, dux Mediolani, imò ſigillat ibi rex in cera rubea, quod nō facit in ducatu Burgūdiæ, quia ſimpliciter dicit, *Loys par la grace de Dieu roy de France*, nec aliquid aliud additur, & ſigillatur, *de cire iaulne*, quæ dicit cera crocea. Et ideo non eſt dubiū ꝙ ea quæ facit in ducatu Burgundiæ, facit tanquam rex, non

Regnum quid vniuerſale.

42 Ducatus Burgũdiæ nõ plus ducatus.

SEd ad quos debeant pertinere hæc bona feudalia, an ad proximos cognatos,in quantum ex pecuniis eorũ,seu propriis pecuniis dicti Blasij fuerunt acquisita,an verò ad principẽ seu dominũ feudi? videret̃ ꝙ ad regẽ competere deberẽt,quia vt dicit Azo in rubrica,quib.mo.nat.effi.legiti.& Alex.in cons.suo ij.in iij. col.in j.volu.† naturales etiã legitimati sunt infames: & dominus cõcedẽs aliquã rẽ alicui in feudũ dr̃ ei cõcedere dignitatẽ: cũ vt dicit Alua. in c. quis dicat̃ dux comes §.j.in proœmio feudorũ.† feudatarius dicitur id est fidelis,vel valuasor dicitur , quasi dign⁹ stare ad valuas domini,& eas intrare ꝓpter beneficiũ quòd à domino accepit.Et ideo cùm tales sint infames,& portæ dignitatum infamibus non pateant.l.ij.C.de dign. li.xij.ideo nõ possunt tenere feuda prædicta.dicit Alua.in locis hîc antè allegatis.& do.meus Ias.in proœmio feudo.in x.col. in vsibus feudo.

65

66 *Feudatarius Valuasor.*

ITem† nemo potest tenere in toto regno Franciæ,& maximè in ducatu Burgũdiæ feudũ,nisi sit nobilis. & istud obseruatur notoriè in toto regno. Sed bastardi,& naturales,non sunt nobiles,vt dicit Bal.in l. humilem

67 *In Francia soli nobiles possunt tenere feuda.*

BIU Cujas

humilem.C.de incest.nup.Aluaro.in c.j. §. cæteri. in
68 iij.col.qui dicatur dux marchio comes.†nec per legitimationem eis datur nobilitas, cùm sit præeminentia,quæ à principe conceditur.& dicitur feudum anti quum quod est nobile, hoc est sunt multi anni quòd est factum vt sunt terrę & seignoriæ debebat,nec nouum feudum dicitur nobile, quia nemo ictu oculi fit nobilis,no.gl.in l.stemmata.ff.de gradi. nisi per principem,& ideo cum in hac patria ducatus Burgundiæ feuda non dantur nisi nobilibus,talia feuda dāt & cō cedunt dignitatem, cum vt dicit Bald.in c.cum dilectus.in vj.col.ex.de fide instru.do.meus Ias. in proœmio feudo.in xxxv.col. feudum nobile nobilitat possessorem,quod non potest facere in hoc casu,cum nō habuerit licētiam à principe acquirendi feuda. Cum ergo tales bastardi,etiam legitimati, sint infames, & sic eis non pateant portæ dignitatū,no possunt tenere nec acquirere feuda,imò si tales acquisierint, tunc ex quo est apud indignos, debet ab eis auferri & fisco applicari,argumento eorum quæ suprà dicta sunt.

ITem etiam adhuc sicut requiritur, ꝙ legitimatus ad hoc vt in feudis succedat,quod expresse fiat mētio,vt tenet Philip.Decius in cons.suo lxxvj.Ita etiam quando legitimatur, vt quis ei succedere possit, nec sufficit generalis & vniuersalis, cum talia feuda non comprehendat,vt tenetDecius in dicto loco,allegans Signorolum de homodeis in quodam consilio.

NIhil aliud dico, sed transeo ad aliud dubium, an scilicet dictus magister Antonius Garnier nomine suorum filiorum,& tutorio nomine illorum filiorum,qui prætendunt hæreditatem eis delatam,potuerit propria authoritate occupare omnia bona dicti quondā reuerēdi do.Blasij Rolin, & illa occupando inciderit in pœnā l.si quis in tantā.C.vnde vi.& in l.extat.ff.qđ metus causa.Ioan.de Imol.in c.cū in officiis.in vj.col.post.Ant.de But.ex.de testa.prosequitur examinat hanc materiam. Et facit duos casus principales.Vnus est & primus, qui est in terminis nostris,
69 Casus. † quando scilicet decessit prælatus seu clericus secularis ab intestato, & tunc dicit quòd si hæres clerici vel prælati occupat ea quę constat fuisse clerici & prę lati,clarum est quòd potuit, & nullam pœnam incurrit. Aut occupat illa quæ constat esse ecclesiæ, vel de quibus est dubium an fuerint ecclesiæ,& tunc nō potest occupare, aliàs cadit in constitutionē l. si quis in tantam. C. vnde vir.& in edictum diui Marci,de quo in l.extat.ff.quod metus causa. ¶ Sed nunc iacent hîc leges atque prophetę,quæ bona dicātur esse ecclesię,
Not. quæ bona dicā tur eccle siæ quæ le gic & quæ præla ti. & quæ clerici,& quæ prælati,nam si sint aliqua bona quæ competant ecclesiæ,puta calices,ornamēta,litteræ,redditus ecclesiæ,aut alia mobilia expresse, & specialiter pertinentia ad ipsam ecclesiam,túc in hoc casu intelligitur dictū Imolæ:si verò sint aliqua bona, puta pecuniæ,vel alia supellectilia quæ ad ornamentum suæ personæ fuerunt empta ex pecuniis proueniētibus ex fructibus suorum beneficiorum iam perceptis,vel alia acquisita ex talibus pecuniis,tunc sunt illius clerici,& fuerunt illius prælati, ita quòd effecti sunt domini,& per consequens ad hęredem spectant, quēadmodū si essent de bonis suis patrimonialibus, & in hoc casu nō incidunt in constitutionē.d.l.si quis in tantam.nec in aliis pœnis supradictis.& hoc est,qa in talibus filij dicti Antonij videntur esse hæredes, etiam ab intestato, cùm vt dictum sit,supradictus Blasius protonotarius,erat commendatarius ad vtilitatē suiipsius, ita quòd fructus fecit suos taliter quòd futuro successori reseruari non debent,vt dicit Ludoui. Roma,in d.cons.cccl.incip.in casu propositæ consultationis.& posset responderi ad id quod dicunt doct. post tex.& glo.in c.relatum,& in c.cùm in officiis.de testa. & in c. fi. de peculio clerico. vbi Imo. & alij, ꝙ textus in iure dicentes quòd prælatus successor in beneficio succedit ab intestato prælato in bonis ecclesię vel in bonis acquisitis intuitu ecclesię,nō dicūt quòd succedunt in fructibus suorum beneficiorum iam receptis,quia tales nō sunt bona ecclesiæ nec acquisita intuitu ecclesię,sed sunt bona clerici & prę lati qui effectus fuit dominus dictorum fructuū perceptorum, vt dicit Ioan.& Lau.in c.duo sunt.xij.q.j. facit c. peruenit.extrà,de fide inst. ¶ Si verū sit,est magna limitatio ad prædicta iura,sed credo verum sic, cùm vt iam antè dixi in tex.in c.relatū.tex.in d.c.j.de successio.ab intestato.non dicāt quòd bona acquisita ex fructibus beneficiorum acquirātur futuro successori in beneficio,imò dicit text.in d.c. relatum.ꝙ bona acquisita p ecclesiam reseruantur futuro successori.& tex.in d.c. j.de successio.ab intestat.dicit ꝙ si sint acquisita p clericum & intuitu eius personæ, si de illis nō disposuit in vita,ꝙ altari cui deseruit sanctificentur, & in ius eius tradantur,nisi habuerit cōsanguineos &agnatos, quia tales succedunt ab intestato, & admittuntur ad successionem,& nō ecclesia,vt est textus in c.vltimo. xij.q.vlti.& xij.q.iij.c.quicunque.& §. si quis episcopus,in authen.de ecclesia.titu.& gl. expresse in d.c.j. & cōmuniter omnes illam sequuntur. cum ergo in successione dicti quondā Blasij non sint aliqua bona quæ possint dici res ecclesiæ,sed solùm quędam mobilia intuitu eius personæ acquisita, & alia bona immobilia non intuitu ecclesiæ empta,nec de rebus ecclesiæ empta,sed de suis propriis pecuniis & maximè de pecuniis supradictis,scilicet de duodecim centum libris eidē donatis, & de pecuniis habitis ex reachepto de Marigny, licet dictus magister Antonius prædicta bona occupauerit, non incidit in aliquā pœnā.

AVt verò dictus prælatus decessit ab humanis cōdito testamento,& tunc quia nihil ad propositū, dic vt per Ioan.de Imol.in c.cum in officiis, §.allegat. in titu.de testa. Et prædicta mihi visa fuere scribenda in ꝓdicto casu sine salario,ex quo si quid minus bene dictum, parcendum est, cum si pecuniæ pro præmio & salario fuissent,fortè latius insudassem.sed tantùm hæc pro studio camerario & extraordinario paucis diebus in hanc formam redegi.

SEd prosequendo materiam huius §. quæro, Pone ꝙ presbyter delinquat, cui debeāt bona eius quæ veniunt confiscāda applicari:vide gl.& doc. in c.quia diuersitatem.in verbo,præter.de concessio.præbend.

Des mainsmortes.

RVBRICA IX.

HOstiensis in summa titu. de natis ex libero ventre.versi.fi. & Cy. in authen. sed episcopalis dignitas.C.de episc.& cle. quærit quid dicatur manusmortua.& vide Gui.pa.q.sua cclxj.

QVAERITVR† primò quo iure fuit inuenta seruitus?Tex.in c.fexto die. xxvj. distin. quo iure dicit quòd inuenta fuit ꝓpter ebrietatem. Barth.Cæpol. in tractatu suo seruitutum, in princ.in ij. & iij. col. dicit, quòd potest dici quòd fuit inuenta diuerso iure diuersis respectibus. vide eum. ¶ Et quia hîc dicit Des *mainsmortes*, aduerte quia vt dicit Specu. in titu.de feudis. §. ij.versicu. ij. quæritur.ista vocabula magis moribus ciuitatum & vtētium intelliguntur emanasse, quàm à iure scripto, quoniam

† Seruitus. inuenta.

quoniam natura quotidie noua nomina edere deprocerat.l.ij.§.sed quia diuinæ.C.de vete.iure enuc. † Et ideo aduerte, quia plura sunt nomina colonorum & seruientium. Nam quidam sunt adscriptitij, quidam sunt censiti,quidam perpetui,quidam conditionales, quidam inquilini,quidam originales, quidam simplices,quidam rusticani,quidam liberi.

2 Nomina diuersa colonorũ seruientium.

ET de his omnibus ponit gl.in rub.C.de agrico. & censi.lib.xj.Sed aduerte, † quia adscriptitij sunt q̃ per scripturã solo adscripti sunt,id est,cõscripti, quasi adscriptitij,id est ad solum per scripturã adstricti.Sed dic q̃ ad hoc † q̃ qs sit adscriptitius, plura requirũt. Primò q̃ publica scriptura interueniat,in qua scriptura hoc cõtineatur, q̃ expressim promittat dño soli,q̃ nũquã à solo recedet, nec pũcto quidẽ à solo separari debet.vt C.de agrico.& cẽsi.l.cũ scimus.§.j.& l.colonos nunquã.lib.xj. ¶ Secundò,q̃ interueniat secundò alia scriptura post illã scripturam, in qua confiteatur, vel deponat se adscriptitiũ esse, quæ cõfessio interueniat sine omni necessitate.& tunc ex vtroq; genere obligationis,i.primæ scripturæ & secũdę,s.cõfessionis, talem eũ esse appareat qualẽ inter acta deposuit,vt in prædicta l.cũ scimus.§.j.nec enim sola scriptura sufficit,nec sola cõfessio, nec aliud adminiculum,nisi illa duo prædicta interueniã,vt in prædicta l.cùm scimus. ex quo cùm plura desiderẽtur ad constitutionẽ alicuius actus,si vnũ tantũ interuenerit,non sufficit.l.Fulcinius.§.cũ aũt. ff.ex quibus causis in possessio.eatur. ¶ † Ex quo apparet q̃ adscriptitius nõ est seruus,cùm vt dicit tex.in l.nec si volens.C.de libera. causa.quòd scribens se seruum cùm esset liber multum præiudicium sibi generat.facit text.in l.liberi, & l.interrogatam.C.de libera.causa.eod.titul.hîc antè allegato.

3 Adscriptitij.

4 Requisita ad hoc vt quis sit adscriptitius.

5 Quòd adscriptitius non sit seruus.

PAter etiã aliis modis q̃ adscriptitius nõ est seruus, imò est liber,quia vt cõstat, seruus vendi põt sine peculio & cũ peculio.l.quoties.ff.de cõtrah.emp.l.ne diutius.C.de agric.& censi.lib.xj.adscriptitius autem nunquã vẽditur sine terra.l.ij.C.de agri.& cẽsi. ¶ Item quis põt esse adscriptitiꝰ sine peculio, & tñ adscriptitius nunquã est sine terra.d.l.cũ scimus.& l.ij.C.de agri.& censi.Hinc est q̃ dicitur adscriptus glebæ,ita q̃ nunquã à terra etiã puncto recedet.d.l.colonos.C.de agri.& censi.Itẽ adscriptitius testatur,vt facit tex.in l. si quis presbyter.C.de episc.& cleri.seruus aũt nullo modo potest testari.§.seruus.instit.qui testa.face.possunt.ex quo dico q̃ isti homines manusmortuę huius nostræ patrię,potius assimilentur in hoc seruis quàm adscriptitiis, quia etiã testari nõ possunt,vt infrà hoc co.ti.§. *L'homme de mainmorte ne peut disposer.* tu dic q̃ etiam adscriptitius,de his quæ habet à domino testari non potest,sed tantùm de suo,vt habetur & not.in prędicta l.si quis presbyter. inter viuos etiam nõ alienat adscriptitius.l.pe.C.in quibus causis colo.dominos,&c.lib.xj.quod tamẽ facit homo manusmortuæ, prout infrà dicetur in hoc tit.§. *L'homme de mainmorte peut uẽdre.* vbi plenè. ¶ De his adscriptitiis ponit G.Benedicti in sua repet.c.Ray.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.num.436.& seq.in v.decisi.de testa.vbi ponit etiam de aliis colonis infrà positis.

Adscriptus glebæ.

6 Sensiti qui.

ALij coloni † sunt cẽsiti,qui dicuntur quasi censibus adscripti:constituuntur vt adscriptitij, scilicet gemina scriptura interueniente, licet quidam dicant,q̃ vnica scriptura sufficiat,in qua scriptura requiritur q̃ obligetur ad certũ cẽsum præstandũ.† & differunt cẽsitus & adscriptitius,quia cẽsitus tenetur ad certũ censum præstandũ,adscriptitius autẽ ad incertũ,puta tertiã vel quartã partẽ fructuũ ex fundo prouenientiũ,quæ dicũtur de censito.probantur per l.ij. C.in quibus causis colo.li.xj.& per l.iij.C.de appari. magi.mili.lib.xij.& l.oẽs omnino.C.de agri.& censi. lib.xj.& l.quicunq;.C.de re mili.in quibus iuribus, maximè in d.l.ij.probatur q̃ in hoc casu requiritur scriptura.Et an tales possint testari:videtur † q̃ nullo modo possunt testari. per l.vlt.C.in qb. cau.colo. l.quẽ admodũ.C.de agri.& censi.lib.xj.& in d.l.ne diutius. & sic idem sunt cẽsiti,quod cẽsibus adscripti. Et ideo posset dici q̃ de terra,quam laborãt ad censum,quòd nullo modo possunt testari. Alij dicunt q̃ possunt inter suos testari, qui scilicet sunt de sua familia, inter extraneos non.l.cognouimus. C. de hæreti.& manichę.l.si quis.C.de incest.& inutili.nuptiis.

7

8 An possint testari.

SEcundũ prædicta videtur q̃ quilibet quid recipit terrã ad certum quid præstãdum,q̃ possit dicit colonus cẽsitus.i.cẽsibus adscriptus,ex quo nõ amplius posset testari.Sed dic quòd hoc non est verũ, quia ad hoc vt quis fiat colonus censitus,requiritur q̃ sit scriptura geminata,vt dictũ est in adscriptitio,alias nõ dicitur colonus cẽsitus,sed tm̃ erit censuarius,aut cẽsua lis,q̃ put infrà dicetur,qui differt ab hoc colono cẽsito.

Censuarius.

Censualis.

9 Coloni perpetui.

TErtiò † dic,alij sunt coloni perpetui,de quibus loquitur tex.in l.vnica.C.de mẽdicãtibꝰ vali.lib. xj. Mirabilis pro certo est hęc seruitus.Nã cũ olim essent statuti certi reditꝰ,ex publico designati, tẽpore famis q̃ miseris,& debilibus personis,quidã validi erant,& bene sani,& fortes in mẽbris,simulabant miseriã corporũ & dementiã,& debilitatẽ,& partẽ redituũ perci piebãt,aliàs verũ panẽ debilibus,&miseris auferebãt, diminuendo præbendã, aut aliàs victũ veris miseris, quos tales Io.de Plat.in rub.C.de medican.validis,appellat spalnados, gatiatos,& goliardos,siue truãdos, in vulgari galiaffos appellat.Si tales reperiebãtur,aut in lucem proderentur,per aliquẽ tali inquisitori qui hanc simulationẽ in publicũ deduxerat,si etãt liberi qui talia fingebant, in suo perpetuo habebat colonatu,si erant serui,primus dñs eis carebat,& delatori assignabãtur,& hi differũt à seruis,quia hi seruiunt perpetuò, & non eius filij, serui verò, & eius liberi sunt perpetuò.l.diffinimus.C.de agrico.& censi.lib.xj. Et ideo vt tales truandi cuitẽtur,debet rector prouinciæ quærere cõditiones personarũ in ciuitate existentiũ, & quos inuenit agriculatores, vel ad officia aptos,ad illa eos exercẽda remittere debet, & eorũ segniciẽ ad meliorẽ mutare vitã, vt in auth.de quæstore.§.volumus. cũ pluribꝰ.§§.seq.col.vj.qui tex. loquitur de his qui solùm sunt vagabundi,&nullã debilitatẽ habent, licet simulent.Hoc enim christianissimus rex Francorum Ludouicus duodecimus, suo tẽpore ad practicã deduxit. Videns enim multos in suo regno esse tales truãdos,ipsos pluries per prouincias interpellare fecit,vt se exercerẽt quibusdã artificiis,quod si non per eos esset factum, prouideret postmodũ.Vidẽs autem tales nolle à sua lasciuia, & truandia dicedere, nec se velle exercere ad aliqua artificia,plures iussit mittendos, & ducendos suis propriis expensis & stipendiis, cuidam nautæ seu capitaneo maritimo nomine Preiehan,ad puppim trahendam, quod vulgariter dicitur, *mener en galee pour tirer la rame*,& sic pluribus spanaldis,galiaffis, & truãdis, prouinciã seu regnũ suũ purgauit,quod pro certo,plusquam ęquissimè & sanctissimè factũ credo.plures tales men dicantes seu truãdi his diebus currunt,qui se simulant debilitatos in corpore,& sub colore petendi eleemosinam furantur,& bursas seu crumenas scindunt,& vt dixerunt quidam capti in carceribus huius ciuitatis q̃ talibus delictis,

Nomina mendicantium validorum.

sunt plures qui se inuicem intelligunt, cùm tamen capiuntur per nos, capi aut cognosci possunt, acriter puniuntur. Et etiam his diebus fuerunt quinque aut sex fustigati, per hanc ciuitatem Heduen. & alius ad mortem condemnatus, propter plures reiterationes.

10 *Coloni conditionales.* QVartò dic, † ꝙ sunt alij coloni qui dicũtur conditionales, qui propriè sunt coloni, colonarię conditionis, qui scilicet præcedẽte promissione in scriptis vel sine scriptis, perpetuo iure colonos se esse in fundo promittãt, vt postea per xxx. annos in fundo permaneãt. Facit tex. in l. cùm satis. §. cùm aũt. C. de agri. & censi. ¶ Hodie verò per hãc nostrã consuetudinem, aut quis moratur in loco, & promittit esse hominẽ, & statim efficietur huiusmodi conditionis: aut verò non præcessit promissio, & tunc requiritur annus, vt infrà hoc eodem tit. §. *L'homme franc qui ua demeurer.* Primò & secundò sunt aliquæ differentiæ inter adscriptitium & conditionalem, quas non curo referre.

11 *Coloni simplices.* QVintò dic, † ꝙ alij sunt coloni qui sunt simplices, qui aut sunt partiarij aut nummis colunt, & tunc cùm tales nulla conditione teneantur, non insisto. dico tamen quòd sunt qui colunt terram alicuius, aut certa mercede constituta, aut certa parte fructuum, prout facit tex. in l. cùm in plures. §. messem. ff. locati & condu. & idem de inquilinis simplicibus.

12 *Inquilinus simplex.* SExtò dic, † ꝙ ẽt sicut dictũ est ꝙ sunt coloni cõditionales, ita ẽt sunt inquilini cõditionales, qui parũ differũt à colonis cõditionalibus. † Sed tu dic ꝙ est

13 *Inquilini conditionales.* differentia: ꝙa propriè colonus conditionalis est, ꝙ cũ sua familia in fundo inhabitat, sicut superiꝰ dictũ est, nec à fundo recedere põt. Inquilinus verò cõditionalis est ille qui colens fundũ alibi inhabitat. Dicit enim tex. in l. diffinimus. C. de agri. & cẽsi. quòd licet in nomine differãt, tñ penè illorũ est eadẽ cõditio, ideo dicit penè, ꝙa inquilinus cõditionalis se præscriptione. xxx. annorũ defendit, ꝙa cũ alibi habitet, nõ põt dici quòd eius agnatio vel cognatio in fundo remaneat. l. cum ꝙ. C. de fun. rei priuatæ. l. oẽs. C. de prescript. xxx. vel. xl. annorum. quod non est in colono, qui ex quo eiꝰ agnatio vel cognatio in fundo remanet, nõ põt se præscriptione defendere, vt l. cũ scimus. §. vlt. C. de agri. & cẽsi. li. xj. ¶ Quãdo aũt colonus possit prescribere, vide Bal. in l. malè agitur. C. de prescr. xxx. vel xl. an-

14 *Colonus & inquilinus quomodo differãt* norũ. & ibi apostil. Alex. † Dic ꝙ inquilinus dicitur ꝙ conduxit domũ vt ibi perpetuò moretur, & stetit per xxx. annos dicit cõditionalis, colonus verò ꝙ fundum conducit, vt dictũ est. Facit ad hãc differentiã l. rem pignoris. ff. de acqui. poss. Faciunt quę dicit Ias. in §. item seruiana. iiij. col. post Aretinum insti. de act.

15 *Originarij.* SEptimò dic, † ꝙ sunt alij coloni ꝙ dicũtur originarij, ꝙ ex aliquibꝰ cõditionibꝰ nati sunt, & ꝓpriè est ꝙ nõ ex se, sed ꝙa rõne suæ originis, id est suorũ prædecessorũ, à ꝙbus habet originẽ, vẽdicat aliquis ius in eo tale qđ habebat in suos prædecessores. de istis originariis loqꝫ tex. in d. l. cũ scimꝰ. circa finẽ. vbi dicit, ꝙ in rure nati. & in l. cũ satis. §. cũ aũt. C. de agri. & cẽsi. li. xj. & ĩ l. mulier. & in l. originarios. & in l. quẽadmodũ. C. co. & in l. edicimꝰ. C. de murilegulis, li. xj. Dicã. ꝯ. in hoc ti. §. iij. incip. *en lieu & condition de mainmorte.*

NVnquid aũt requiritur quòd sint nati in fundo, vel alibi, faciunt text. in d. l. cùm scimus. & in d. l. cùm satis. Dicam infrà in d. §. Hos suprà nominatos ponit Io. de Plat. in l. fi. C. de agri. & censi. lib. xj.

16 *Villani.* OCtauò dic, † ꝙ sunt alij ꝙ dicuntur villani: & isti aut sunt reddẽtes, aut manẽtes, aut angarij, aut ꝓangarij, aut homines aliorũ, aut recõmẽdati. Rofredꝰ in libellis suis in iure ciuili, fol. cxv. in titu. *des villains,* ita eos nominat: sed poterunt hominibus huius patriæ in aliquibus adaptari cum his quæ statim dicam.

17 *Reddentes.* DIcit enim † primò Rofredus in dicto loco, & hęc sit pro nona specie seruientium, quòd reddentes sunt qui nihil aliud domino faciunt, nisi quòd reddũt gallinas, vel spallas porci, vel porcum, vel agnum, vel libram piperis, vel ceræ, vel aliquid tale in paschate dñi, vel in natiuitati dñi, & hos reditus quidã præstãt pro prædiis quæ habent à dominis, & est contractus, do vt des. Quidam præstãt pro personis, & nulla prædia habent à dñis, vt dicit Rofredus in dicto loco ꝙ de his vidit in pluribus partibus, & nullum aliud seruitium præstant, nihil tamen pro prædictis allegat.

18 *Manentes.* MAnẽtes † sunt qui in solo alieno manẽt in villis quibus nec liberis suis inuito dño licet recedere, sicut (vt dicit Rofredus) sunt multi & Bononiæ, & in villis Neapoli. Isti manentes præstant aliquos credo certos reditus, & faciũt certa seruitia. ¶ Item etiam vt dicit, manentes sunt qui xxx. annis in solo alicuius supersederũt, & dñs soli eos pro manentibus haber, & manentia seruitia, vel reditus, vel opera, vel collectas, & pro maritanda filia, & pro aliis, sicut dictum est suprà de iustitiariis, in tit. *Des iustices.* §. *Le droict de indire.* ab illis per triginta annos receperunt, & scientibus & patientibus ipsis: potest dici secundũ consuetudinem nostram si steterint & manserint per annũ, per tex. nostræ consuetudinis, in hoc ti. §. vj. inc. *L'hõme franc.* vbi dicitur, † quòd si homo francus manse- 19
serit in loco manusmortuæ per annum, efficitur illius conditionis, & tenetur ad illa seruitia & onera ad quę alij tenentur, puta ad corueas, tallias, & alias operas. dicit etiam Rofredus quòd si tales manserit alibi voluntate domini, si tamen semper retinuit seruitia manentia sunt manẽtes. & posset dici in hac patria quòd omnes qui ratione foci & loci soluunt aliquid dño, sunt manentes, puta in pluribus locis debẽtur census ratione foci & loci. Gallinæ, corueatæ, & alia huiusmodi. De prædictis etiam nihil allegat Rofredus.

20 *Angarij.* ANgarij † sunt qui seruitium faciunt propriis expensis, puta tot operas in septimana: & dicit Rofredus ꝙ vulgariter in multis partibus dicitur angaria. Et tales villani qui faciunt operas cum persona & suis expen. vulgariter vocantur angarij, & quòd faciãt suis expensis, est arg. ff. de oper. libe. l. suo victu. vnde dicitur in passione domini, Et angariauerunt quendam Simonem Cyrenæum.

21 *Perangarij.* PErangarij † sunt qui faciunt operas suis expensis, & etiam soluunt reditus patrimonij. De istis habemus in l. ij. §. ad parangariam. C. de epis. & cler. & habemus per docto. in l. neminem. C. de sacro. eccl. Et de angariis habetur in tit. quemadmo. ciuilia munera indicuntur. C. l. j. lib. xj. & ff. de mune. & hono. l. munerum. §. Patrimoniorum. & quod ibi dicit de angaria, intelligas de perangaria. De his præstationibꝰ, quę propriè in vulgari nostro dicuntur corueatæ, dicam ꝯ. in hoc tit. §. xviij. inci. *Gens de condition mainmortable.*

ADDITIO. De his vide per Matthæum de Affl. in constitutio. regni Siciliæ, quæ incipit, erroris. in iij. li. vbi ponit an tales possint clericari sine licentia suorũ dominorum, prout est de hoc consuetudo Niuernen.

22 *Homines aliorũ.* HOmines † aliorũ dicũtur vulgariter homines feudi, qui non sunt reddentes aliquid, nec sunt manentes, nec angarij, nec perangarij, sed sunt fideles & vassalli, & tales nihil præstãt, nisi quantũ re vera vasalli, de quibus suprà dictum est tit. de feudis, per totum.

23 *Recommendati.* REcõmendati † sunt qui veniũt de aliquibus partibus, & habitare volũt in ciuitate aliqua, eligũt patronum

tronum dñi ciuitatis,& se esse suos recõmendatos,vt habeant defensionẽ dñij,& eidẽ singulis annis seruiãt in paschate,& natali,s.dãdo gallinas,vel librã piperis, vel quid aliud.&dicit Rofredus ℘ de istis multi inueniũtur apud Neapolim in villis eorũ, & Bononię,isti nihil de iure debent conferre,sed Neapolitani ab illis multa exigũt,& ferè oĩa quę dñi exigũt à vasallis, put dicit Rofredus in loco hîc antè allegato. De vasallis nihil hîc dico,cùm ad plenum dixi suprà in tit.de feu.

24 Homines de mãsata.

NOnò dic,† ℘ sunt alij homines,qui dicuntur homines de mansata,qñ scilicet dñs dat alicui mansum cũ diuersis possessionibus,& propter hoc ille facit se hominem domini,& ad certum seruitium tenetur.& talis homo de mansata qui est ratione possessionum, persona tamen eius erit libera secundum consuetudinem regni Franciæ, si dimissa mansata aliò se transferet,prout dicit Spec.in tit.de feudis.§.quoniã.

25 Manusmortuæ.

ver.xix.quæritur.ibi,est autem mansata, † & propriè sunt homines huiꝰ patrię qui dicũtur manusmortuæ, prout dicitur in §.j.huius tit.quia nulli in hac patria sunt serui corpore,prout nec homines de mãsata, qui sunt tantũ serui ratione possessionum,& dimittendo possessionẽ efficiuntur liberi,vt habetur.ĩ.in §.*L'homme de mainmorte peut desauouer son seigneur*.de natura istorum infrà prosequendo titulum dicam amplius.

ET aduerte ℘ in prosecutione huius tituli videbimus de hominibus subiectis quadruplici subiectione, aut quia sunt iustitiabiles, aut talliabiles,aut manumortabiles, aut corueabiles, aut sunt subiecti vna subiectione,aut ex tribus,aut ex duabus, aut ex vna tantùm, de quibus omnibus dicam infrà in hoc tit.§.*gens de condition mainmortable*.

§. PRIMO.

AV duché de Bourgongne n'y a nuls hommes serfs de corps.

VIde hoc ℘ in comitatu Niuer.sunt serui corpore, cùm sit rubrica in eorũ cõsuetudinibus,*des seruitudes corporelles*.& tamen est propinqua huic patrię,& etiam est comitatus dependens à ducatu.ratio est in promptu,secundum quod dici potest,quia vna patria potest esse magis priuilegiata quàm alia. nam de iure possunt esse serui,qui aut fiunt,aut nascuntur, secundum qđ habetur in §.serui.insti.de iure personarũ.& tamen vt dicit Bart.in l.hostes.in iij.col.ff.de captiuis & postli.reuersis.secundum mores moderni tẽporis, & consuetudinis antiquitus obseruatæ inter christianos quantum ad personas hominum,non obseruantur iura captiuitatis & postliminij, vel venduntur,nec habentur serui captiui,sed quantũ ad res, sic.cui consuetudini(vt dicit)standũ est, & hãc cõsuetudinẽ obseruãt Burgundi tanquã veri christiani,† qui ẽt fuerũt

1 Burgundi primi Christiani Galliæ.

primi christiani totius Galliæ,imò rex Clodoueꝰ fuit christianus hortatu & persuasione Clotildis eius vxoris,quæ erat neptis Gaudobaldi Burgundionũ regis,

2 Burgun disalsati.

vt refert Guaguinus in suis historiis,† qui cum essent primò christiani,& eis in baptismate sal in ore apponeret,dicebantur per Gallos salsati,qđ nomen hac de causa vsq; nũc retinuerũt, cũ ꝓ Gallos dicãtur & appellẽtur,*Bourguignons salez*. ¶ Vel etiã dici põt † ℘ ex

3 Differentia locorũ an inducat minuram.

differẽtia locorũ põt quandoq; discrimẽ induci. gl.in l.superuacuã. C. de tẽp.in inte.resti.petendę.quod tñ dicit ibi tex.esse absurdũ.vide l.ideóque.ff.de eo quod certo loco.& ff.de offi.procon.& leg.l.j.& ij.vide Bal. & Sali.in d.l.superuacuã.qui non soluunt cõtrarium, sed resident in hoc, ℘ diuersitas locorum non debet inducere diuersitatem iurium. Tu dic ℘ sicut medicus obseruat tempora & loca, ita etiam Iurisconsultus.dixi suprà in tit.*des confiscations*.§.ij.in fi.

MIhi videtur ℘ hæc consuetudo cõtrariatur consuetudini sequẽti,in §.*L'homme de mainmorte peut desauouer son seigneur*.quia vt videmus per illã consuetudinem semper homo manusmortuæ est manusmortuæ,& seruus corpore,nisi renuntiauerit domino, & petierit se esse francum hominem principis. priuatio enim præsuponit habitum.l.decem.ff.de verbo.obli. l.si decem.ff.de sol.c.addissoluendũ.de desponsa. impuberum.c.cum accessissent.de constitutio.cum vulgarib.ex quo ergo est seruus ante desauohamentum, quod patet,quia efficitur liber per tale desauohamentum,dicendum est ℘ videtur ℘ hæc consuetudo non sit vera. ¶ Tu dic quòd est verum,℘ nullus est homo seruꝰ corpore perpetuò & incõmutabiliter, sed bene est seruus corpore spatiũ tẽporis, s. pro tempore quo tenet hęreditagia existentia in loco manusmortuę,eo ℘ pręstat operas personales,&in multis assimilant seruis,vt inferius suis locis opportuniùs dicetur.Io.Fab. in §.fi.insti.de donatio.dicit,℘ homines talliabiles ad voluntatẽ nõ sunt serui quo ad personã,qa possunt liberè discedere,bonis tamẽ dimissis.& dicit ℘ videtur quoddam genꝰ seruitutis, ℘ nõ possunt recedere nisi bona dimittãt.l.ij.C.de donatio. dixi plenè infrà in §. *L'une des seigneuries n'aquiert point sur l'autre*.in glo.in verbo,*Va demeurer en autre lieu de mainmorte*.

ADDITIO. Sed quia sunt diuersę cõsuetudines in regno Frãciæ,ita ℘ sunt aliquæ quibus cauetur, ℘ homines eorũ vbicunq; accedãt,sunt quolibet anno talliabiles in certa summa,vt in patria Niuernen.in qua domini volunt prætendere ℘ possunt quolibet anno imponere talliã super suos subditos,& in quẽlibet illorum vsque ad quinque solidos, vbicunque sint, an illa consuetudo extendatur ad eorũ subditos existentes extra eorum territorium? tenui & consului in patria nostra quòd non,scilicet quòd homines serui existentes in ducatu Burgundiæ, & ibi manentes, non possunt talliari secundum consuetudinem patrię Niuernen. quia consuetudo non comprehendit subditos extra territorium,prout nec statutũ, vt tenet Rochus de Curte,in repet.c.fin.in cxxviij.col.versic.viij quæro.de consuetudin. de quo per Hippol.de Marsi. in repet.l.fi.nu.242.de iurisd.om.iud.

§. SECVNDO.

L'Homme de mainmorte ne peut prescrire franchise & liberté contre son seigneur, par quelque laps de temps,qu'il face demeurance & residẽce hors du lieu de mainmorte quelque part que ce soit.

IDẽ in comitatu Burgun.Si nulli sunt serui corpore in Burgundia, vt in §.præceden. dictum est,& solùm sint serui ratione possessionum, ex quo possunt dici de mansata,& ideo dimittẽdo possessionem efficiuntur liberi, vt dictum est in rubrica.quomodo possit stare hęc nostra consuetudo?Mihi videtur ℘ debet solùm intelligi quando homo manusmortuæ tenet hæreditagia existentia in loco manusmortuæ,quia per quemcunque lapsum temporis non potest præscribere libertatem, cùm sit seruus ratione possessionum & hæreditagio-

BIU Cujas

rum. ex quo ergo semper tenet hæreditagia seruilis conditionis, licet non moretur in loco seruilis condi tionis, sed franco, non potest præscribere libertatem.

IN TEXTV IBI,

L'homme de mainmorte.

1 Filij manusmortuæ loco franconatt sunt liberi.

NOtanter † dicit, L'*homme de mainmorte*, quia per hoc nõ prohibetur quin filij nati ex homine ma nusmortuæ, dummodo sint nati in loco franco, qui ibidẽ accepit vxorẽ francã, possint tempore effici frãci, & præscribere libertatẽ: imò credo ꝙ tales statim & incontinẽti ꝙ sunt nati ex ventre libero, & in loco franco, sunt liberi, cùm filius in Burgũdia non sequatur conditionẽ seruilẽ patris, nisi sit natus in loco ser uili, vt dicitur in cõsuetudine sequẽti, ibi, *en lieu & cõ dition de mainmorte*. & multũ põderanda sunt illa verba. & faciunt pro hoc casu multa quæ dixi in §. sequẽ.

2 Talliabilis an se præscriptio. tueri possit

QVæro † quid de homine talliabili, an possit se præscriptione xxx. vel xl. annorũ à tali tallia tueri? & pone casum quem ponit Guid. Pap. q. 316. incip. sed iuxta præcedentem quæstionem. Titius recognouit se esse hominẽ talliabilem alicuius, postmodũ ex eo natus est Sempronius, qui ignorauit dictum Titium eius patrẽ recognouisse se esse hominẽ talliabilem, sicut probabiliter potuit ignorare, postquã eam recognitionem nõ fecit, l. fi. in fi. ff. pro socio. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. qui quidem Sempronius fuit in quasi possessione libertatis spatio xl. annorũ absque eo, quod dictum seruitiũ, vel aliquã talliam soluerit, & pro homine franco, & libero, & non talliabili se gessit, an dici debeat liber & francus à tali talliabili conditione? tex. in l. ij. cum gl. super verbo, bona fide. C. de præscri. longi temporis, quæ pro libertate. videtur facere ꝙ sic, & ibi hoc tenet Azo q. iij. in summa. ita tenet Gui. Pa. d. quæstio. sua cccxvj. vbi dicit, ꝙ ex hoc talliabilis potest parificari huiusmodi adscriptitio, qui acquirit libertatem spatio xl. annorum, vt per glo. in l. omnes. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorũ. quã Bal. & Angel. ibi approbant. ꝙ tamen videtur tenere contrarium Rofredus in libellis suis in iure ciuili, in titulo de conditionalibus colonis, vbi dicit, quòd ser ui seu coloni conditionales possunt acquirere liber tatem præscriptione, & tales possunt æquiparari illis qui sunt serui, & homines manusmortuæ, secundum quod dicitur in hoc cod. tit. §. L'*homme franc qui ua demeurer. le second*. de hac consuetudine vide Cynum in l. j. in ij. quæstione. C. vbi causa status agi debet. vide Pau. de Cast. in l. si is qui pro emptore. §. si seruus. ff. de vsucap. vbi ponit quando dominus amittit seu per dit possessionem serui existentis in fuga.

IN TEXTV IBI,

Ne peut prescrire.

DVbitari posset an hoc sit verum in homine ma nusmortuę, qui est tantùm homo manusmortuę per habitationem vnius anni in loco manusmortuæ, de quo in §. vj. huius tituli incipiente, L *homme franc*. & videretur quod non, ex his quæ dicit Alex. in con si. suo xxxiiij. in v. volum. vbi concludit, † quod licet

1 Ciuis origine & ratione incolatus.

ciuis origine non possit sua voluntate se liberare, & ei renuntiare, nõ tamen sic est in ciue ratione incola tus & domicilij, quia potest se liberare, se & sua trans ferendo in alium locum. l. incola. *la seconde*, & l. domi cilium. & l. nihil. ff. ad muni. cogita, quia verba nostrę consuetudinis sunt satis generalia.

IN TEXTV IBI,

Par quelque laps de temps.

QVæro nunquid † per hæc verba, nõ obstãte præ scriptione, vel præscriptione semota, tollat præ scriptio xl. annorũ, de qua in l. oẽs. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorũ. vbi dicitur, ꝙ adscriptitius põt præscri bere libertatẽ spatio xl. annorũ. & ibi glo. Bal. & Ang. in l. si quis decurio. C. de decu. li. x. dicit ad tex. ibi, nul la præscriptione, subaudiendũ esse, nisi sit præscriptio xl. annorũ, vt C. vbi decurio, vel coarta. l. si quis coar talis. & d. l. oẽs. C. de præscri. xxx. vel xl. annorũ. & hoc est notabile, secundũ eundem, ꝙ statutis dictantibus, ꝙ institutionis dotium nulla currat præscriptio, intel ligatur enim nisi sit præscriptio xl. annorũ, vt in d. gl. & ibidem Ang. in l. cùm satis. C. de agri. & censi. li. xj. in tex. ibi, quicunque emerit. dicit, præscriptione ta men xl. annorũ liberatur. secundum glo. ibi, quod est notandũ, secundum eundem Ang. ad quæstionẽ, dicit statutum, † ꝙ instrumenta dotalia executioni deman dentur, nulla præscriptione obstante, quantumcun que anni effluxerunt, ꝙ non obstantibus his verbis obstabit præscriptio xl. annorum. pro quo facit l. j. C. de coarta. lib. xij. & quod notatur in l. si quis decurio. iij. C. de decur. li. x. & hæc dicit Vitalis de Cãpanis in tractatu suo clausularum, in v. fol. ver. clausula, nulla præscriptione obstante. sed volui videre Angelum in dictis locis, qui nihil dicit, bene verum est ꝙ Ioannes de Platea in d. l. si quis decurio. & in d. l. cum satis. hoc tenet, melius tamen in d. l. si quis decurio. tenet prædicta. ¶ Aduertẽdum tamen est ad ea quæ dicit in d. l. si quis decurio. vbi dicit † ꝙ si lex aut statutum dicat, quòd actiones sint perpetuæ, ita quòd non præscribã tur, quòd tunc præscribi possunt spatio quadraginta annorum, prout dicit d. l. omnes. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. sed si dicatur, nulla præscriptione ob stante, ꝙ etiam præscribi non possunt spatio quadra ginta annorum, & tunc cessabit dispositio l. omnes. suprà allegatæ cum opinionibus Ang. & aliorũ. ¶ Ad de Io. Fab. Franciscum Balbum in tractatu suo de præ scri. in v. parte v. partis principalis, colũ. xxvj. & lxxvij. ibi, nonò quæro, vbi plenè.

1 Non obstãte præscriptione, clausula hac a vel. la. præscri. xl. annor.

2

3

4

ET ad hoc vide Angel. in l. j. C. ne rei dominicæ vel templorũ. vbi plus dicit, † ꝙ etiã statutũ dicat, ꝙ nulla præscriptione obstãte, vel præscriptione submo ta, ꝙ per hoc nõ excluditur præscriptio centũ annorũ. Idẽ Lud. Rom. in l. j. ff. de vsu. & hoc per tex. in l. j. C. ne rei dominicæ vel tẽplo. Nam vt dixit Alex. in cõsi. suo lv. in fi. in j. vol. si statutũ dicat, † ꝙ instrumenta possint executioni demandari, nulla temporis præ scriptione obstante, non poterunt tamen mitti exe cutioni post tempus centum annorum. Vide ad præ dicta Bald. in l. omnes. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno rum. & in c. j. §. præterea. in tit. de capitulis Conradi. Alex. in l. nemo potest. in fi. de leg. j. Ang. in l. nõ solũ. ff. de vsucap. Gui. Pa. q. sua cccix. Faciunt quæ plenè dicit Alex. in consi. xvj. incip. In causa & lite vertente. in vij. col. in v. volu. Et facit text. multum singularis, quem omnes allegant, in auth. vt de cætero non fiant cõmutationes. in §. j. cum gl. in verbo, præscriptione. coll. v. & vide adhuc Ias. in l. j. in viij. colũ. C. de seruis fugit. Vide Franc. de Aret. in consi. suo xv. in pen. col.

5 An præscrip. centũ annorum.

6

ADuerte, † quia quãdo lex cõmunis prohibet præ scriptionem, tollit etiã præscriptionẽ tanti tem poris, cuius initij memoria non extat in contrarium. Panormi. in c. cùm ex officij, extrà, de præscript. Ioan. And. in c. cùm instantia. extrà, de censi. Panor. in c. su per eo. extrà, de parochiis. Si verò statutum vel pa ctum tolleret præscriptionem in materia præscripti bili, non tollit hanc præscriptionem tanti tẽporis, cu ius ini-

7 Lex communis tollit omnem præscri. statutum non.

BIU Cujas

ius initij mem oria nõ extat in contrariũ. Bal. in l. j. C. ne rei dominicæ vel tẽplo. Bal. in l. oẽs. C. de prẽscrip. xxx. vel xl. annorũ. Feli. in d. c. cùm ex officij in prin. de præscrip. Florianus in terminis in l. hæc autẽ iura. ff. de serui. vrba. prædio. credo q̃ in hoc casu sumus in casu præscriptibili, cùm de iure, homo talliabilis à tali cõditione præscriptione possit liberari. Guid. pa. q. cccxvj. dixi s̃. in tit. *Des iustices & droicts d'icelles.* §. *Le droict de indire.* in gl. *nouuelle cheualerie.* Faciunt quæ in-
8 frà dicentur,† ex quo per præscriptionem tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium, tolletur cõditio seruitutis,& frãchisia acquiri posset.

ADDITIO. Aduerte tamen q̃ ex quo cõsuetudines nostræ habent vim legis, vt patet in conclusione & approbatione facta per principẽ, quod in casibus in quibus prohibet præscriptionẽ, idẽ est ac si prohiberetur per ius cõmune, cùm ibi sit lex, vt tenet Franciscus Balbus in suo tractatu de præscri. in v. parte v. partis principalis. in iiij. quæst. ibi, si verò prohibitio fiat per statutũ. dic idem quod in prohibitione legis, quia statutum est lex in loco. ca. ius ciuile. j. distinc. Et aduerte maximè q̃ quãdo afficitur res, hoc est q̃ præscriptio introducitur ratione rei quæ non est apta ad præscribendũ, etiã tollitur præscriptio centenaria, & tanti tẽporis &c. de qua quæstione amplè per Frãciscũ Balbũ in dicto tractatu, in dicta quinta parte quinta partis principalis, in ix. q. vbi plures allegat, quos vide. Et vide etiã Matth. de afflic. in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, cum satis. in ij. notabili, vbi videtur tenere q̃ talis præscriptio tanti temporis nõ tollitur.

9 *Præscriptio an possit tolli statuto.*

NVnquid au tem †per statutum possit fieri, q̃ nulla præscriptione possit seruus adscriptitius, aut aliàs seruus liber fieri, contra l. omnes. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorũ. vbi habet q̃ persona possit vti præscriptione xl. annorũ, cũ glo. quæ est ibi, quæ dicit q̃ seruus adscriptitius potest fieri liber prẽscriptione xl. annorũ. Ang. in l. j. C. ne rei dominicæ vel tẽplo. dicit,
10 q̃ valet statutũ q̃ nulla præscriptio opponatur,† imò licet princeps nõ possit facere q̃ prẽscriptio non currat, nisi cu clausula, nõ obstãte tali lege, vt habetur in authẽ. quas actiones. C. de sacros. eccl. tamen lex municipalis, siue statutũ potest hoc facere sine prædicta clausula, secũdũ Bal. in d. auth. quas actiones. Et istud per multa tenet Vitalis de Campanis in dicto trac. in
11 *An pacto.* loco hîc antè alle. vbi etiam quærit,† an sicut per statutũ potest tolli præscriptio, ita etiã per pactũ possit tolli. De quo amplissimè per Felin. in rub. de præscri. in v. & vj. col. vi di scriptum in quibusdã consuetudinibus meis, quas aliàs in studio scripsi, quas sibi vsurpauerũt Io. Thierry, & Hugo descousu, q̃ aliàs fuit iudicatũ in parlamento Belnen. & confirmatũ in Francia, q̃ homo manusmortuæ potest præscribere franchisiã, seu libertatẽ si moretur, aut manserit in loco franco per triginta annos, tã per se quàm per suos prædecessores, & dicitur q̃ fuit iudicatũ in causa hæredum Ioannis Iulliot pro successione Ioannis Hardi contra dominũ du Lux, anno do. M. cccc xxvij. Quicquid sit, nõ credo q̃ ita fuerit iudicatũ, quia istud est contra hãc consuetudinẽ, quæ omnino seruanda est, cùm ha-
12 *Franchisia.* beatur pro lege.† Ideo ex prædictis apparet q̃ spatio triginta annorũ non potest præscribi frãchisia. ¶ Item & maximè, quia non erat in potestate domini agere contra hominem manusmortuæ de successione quæ nondum euenerat, ergo non valenti agere nõ potuit currere præscriptio contra dominũ, qui non habebat causam agendi in manumortua. ¶ Facit l. j. §. si quis autem propter inundationẽ. ff. de itinere actúque priuato. facit l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscri. xxx. vel xl. annorum. dixi amplè infrà in tit. *des censes.* §. ij.

CRederem † si homo manusmortuæ steterit, aut 13
manserit per se, aut suos prædecessores in loco franco per xxx. annos, nulla hæreditagia manusmortuæ tenendo per se, aut suos negotiatores & familiares, quòd præscripsit franchisiam seu libertatem: secus si tenuerit hæreditagia manusmortuæ per alterum, quia etiam qui steterit per xl. annos in loco frãco, quòd adhuc non potest dici præscripsisse franchisiam. Facit ad prædicta l. cùm scimus. §. j. C. de agric. & censi. lib. xj. & quæ dicit Roftedus in libellis suis su per iure ciuili, in tit. de conditionalibus colonis.

IN TEXTV IBI,

Hors du lieu de mainmorte.

QVid si steterit † per quadraginta annos in loco 1
manusmortuæ, & nulla onera monusmortuæ præstiterit domino, puta quia ibi fuerit tentus & reputatus liber & francus, an hoc casu præscripserit libertatẽ contra dominũ? Dixi aliàs in contingentia facti scribendo pro amico, & ponderabã hanc consuetudinẽ in illis verbis, *hors du lieu de mainmorte*, quòd ex quo nihil erat dispositũ quando morabatur tãquã liber & francus in loco manusmortuæ, q̃ iste casus remanebat in dispositione iuris cõmunis, cùm esset omissus à cõsuetudine nostra, tã per l. commodissimè. ff. de lib. & posth. & per l. si extraneus, de condi. indeb. quàm quia scriptum est in fine nostrarum consuetudinum in conclusione, ibi, *& outre plus:* quàm q̃ de casibus nõ expressis in cõsuetudinibus nostris recurrẽdũ est ad ius commune. Or nũc est † q̃ de iure cõmu- 2 *Libertas præscribitur xl. annis.*
ni libertas præscribi potest per xl. annos. l. omnes. vbi glo. & doct. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. Gui. Pa. q. cccxvj. dixi s̃. in glo. præcedenti. ¶ Item pondera oĩa §. iiij. in hoc titulo incipiẽ. *Vn meix aßis*, vbi habetur,† q̃ mansus manusmortuæ potest per vsantiã effi 3
ci liber, ergo & homo existens in eo, aliàs consuetudo prima quæ vult, q̃ nulli sunt serui corpore in Burgundia, non esset vera: & dicebã q̃ si esset ita q̃ talis homo qui moratur per triginta aut quadraginta annos in loco & manso manusmortuæ, non præscriberet libertatem, nũquam ille §. iiij. haberet locũ, & illa consuetudo in hoc esset frustratoria, & corrigeretur: quod nõ est dicendũ, quia aliàs sequeretur q̃ per extensionem & subauditionẽ quæ fieret ad hãc consuetudinẽ corrigeretur ille §. iiij. in illo articulo quo ad vsantiã. & iura sic nõ debent corrigi. glo. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de elec. in vj. do. meus Iaf. in l. emancipata. C. qui admi. & in auth. nouissima. in xj. colũ. C. de inoffi. testa. Barba. cõsi. xij. in x. col. in j. vol.

ITem quod de vno dicitur, de alio negari videtur. l. maritus. vbi doctores. C. de procur. c. susceptum. de rescrip. Et dicit Bal. in l. ij. circa mediũ, C. de sacrosan. eccle. quòd vno reprobato reliqua confirmantur. Et dicit etiam text. in l. tribunus. in §. fi. ff. de test. mili. Cùm ergo hîc negetur seu prohibeatur præscriptio in vno casu, scilicet quãdo moratur extra locum manusmortuæ, ergo est permissa in aliis casibus, scilicet quando moratur in loco. Faciunt plura quæ dicit Feli. in c. nónne bene dicimus. de præsumpt. & do. meus Iaf. in l. si quis. ff. de vulg. & pupill. substit.

IN TEXTV IBI,

Quelque part que ce soit.

DIc quòd ista consuetudo non habet locum, si ho- 1 *Romam fugientes sunt liberi.*
mo manusmortuæ manserit Romę, † ex quo ad

BIU Cujas

eam confugientes sunt liberi.in authen.vt liber decæ tero.§.fi.coll.vj.& l.in orbe.& ibi gl.& doct.ff.de statu hominum.Et ita etiam tenet do.meus Ias.in l.Barbarius.in j.col.ibi,pondera primò. ff. de offic. præto.
2 post Fulgo. & Albericum ibi. † Idem est in ciuitate Tholosana & Bituricen. quia serui ad eam confugientes non possunt prosequi à dominis, secundum consuetudines earum,imò ibi sunt liberi.

3 Quæstio. IVxta prædicta quæro.† Quidam seruus manusmortuæ terræ castri canini (qui sunt serui sequelæ, ita quòd prosequi possunt etiã si morentur in loco franco vsque ad quinque solidos singulo anno) iuit ad ciuitatem Romanam,vel ad ciuitatẽ Bituricen. vel Tholosanam,& ibi mansit per multos annos,tandem moritur habens bona in dictis locis, scilicet in loco manusmortuæ,& in loco mansionis,& alibi in alio loco franco,quis succedet illi,& quomodo?Non est dubiũ ꝙ in bonis existẽtibus in loco manusmortuæ, ꝙ dominus succedit si non habeat alios parentes in sua cõmunione.¶Quantum ad alia bona, quæ sunt in loco habente immunitatem,& priuilegium franchisiæ distinguendum esset,an illa immunitas scilicet priuilegium,sit introductum de iure ciuili, vt est in ciuitate Romana,& tunc hîc dicitur,*quelque part que ce soit.* an hæc verba videantur comprehendere locum immunem seu priuilegiatum de iure,etiam licet non dicatur,non obstãte tali lege.Cogita ex his quę dicit Bal. in authentica,quas actiones.C.de sacrosan. eccle.

COgita tamen,quia vt dicit gl. quæ ad hoc allegatur in l.sciẽdũ.ff.qui satisd.cog. & ibi Ias. in prin. iiij.col.& in l.j.§.sed si mihi.in iiij.col.ff.de verb. obli.
4 Regula. & in l.postquam.in fi. C.de pact. † licet lex generaliter loquatur,non tamẽ intelligitur loqui in materia, in qua habemus legem particularem & specialem. Et istã eandem regulã tradit idẽ do.meus in l. fratres. in ij.col.C.de inoffi.testa.& in l.iusiurandũ.in fi.ff.de iureiurã.& in l.hac cõsultissima.in iij.& iiij.col.C.qui test.facere pos.Feli.in c.j.in vij.col.de reseri.Et ita tra-
5 dit,per l.in testamentis.vbi Sali.C.de test.¶† Hinc est ꝙ cum clerici priuilegiũ specificũ & particulare, seu speciale habeãt,lex quantũcunq; generaliter loquẽs non cõprehendit eos.Sic ergo ex quo ciuitas Romana habet priuilegiũ speciale in hoc introductũ de iure,licet lex noua particularis generaliter loquatur,nõ tñ videtur comprehendere illũ locũ specialiter priuilegiatũ,licet dicat generaliter, *quelque part que ce soit.*

DIcerem idem esse in incolis huius nostræ ciuitatis Heduen.ex quo ciues illius reputantur liberi,& etiã iuribus nobiliũ vtũtur,cùm feuda tenere & acquirere possunt,prout ꝛ.dixi in tit.*des fiedz* §.vij.in gl.in verb.*& selon la nature d'iceluy*.vbi etiã dixi, ꝙ incolæ gaudẽt priuilegiis ciuiũ.Et vt habetur in fine harũ consuetudinum in conclusione, princeps non intendit per has cõsuetudines præiudicare illis qui habent priuilegiũ speciale in contrarium. Ex quo dicendum est ꝙ hæc verba non excludunt illos qui ad nostrã ciuitatẽ Heduen.confugiunt, & ibi per longũ tẽpus acquirunt incolatũ,& consului in casu emergẽti.

AVt verò istud priuilegium est introductũ per cõsuetudinem loci particularis:puta in ciuitate Bituricen.& Tholo.& tunc arguendo in quem,s.cõprehendendo vtrunque locum priuilegiatũ,videtur primò dicẽdum ꝙ dominus possit accipere bona sui hominis,etiã existentia in loco priuilegiato, in quo etiã
6 Seruus fugitiuus acquirit domino. decessit prædictus homo manusmortuæ. † nã seruus in fuga existens ea quæ acquirit,acquirit domino. l.j. §.per seruũ qui in fuga est.ff.de acquir. poss.l. arboribus.§.de illo.circa fi.ff.de vsufru. † & idẽ in monacho 7
qui ratione monasticæ obedientiæ,etiam si fugitiuus sit,acquirit monasterio.vt est bonus tex.in c.quanto. de offi.ord.& in c.ab bates.xviij.q.ij.& est gl. in c.j.de infanti.& langui.expo.ponit Innoc. in c.cum olim.ij. de priuilegiis.do.Abbas in c.fi.de regularib⁹.† idẽ er- 8
go dicendũ est in homine manusmortuæ, vt id qđ acquirit etiã extra territorium dño acquirat. & facit ad propositum cõsuetudo nostra in fi. *quelque part que ce soit.* quia ex hoc semper reputatur homo manusmortuæ,quo ad dominũ censendus est tãquam fugitiuus. Secundò,quia habemus,vt dictũ est,cõsuetudinẽ Burgundiæ,vt in tit.isto, §.xv.quæ dicit,ꝙ dominus capit in loco franco & mobilia,& hereditagia,nam ex quo simpliciter dicit in loco frãco,intelligitur quocũque sit ille locus frãcus,siue ex originali statu sui,cùm † ab 9
initio omnes res cẽserentur liberæ, vt j. dicam §. *Vn meix aßis*,& c.siue per priuilegiũ,vt ante dictũ est quia ex quo indefinitè loquitur,quę equipollet vniuersali, etiam in statutis maximè qñ non est maior ratio in vno quàm in alio, vt tenet Bart.in l.qui ædificiũ.ff.de serui.vrba.prędio.cùm ergo cõsuetudo nostra quo ad effectũ sit vniuersaliter intelligenda, comprehendet etiam casum priuilegiatum,vt est tex.valde notabilis, quã ibi Bal.not.in l.in fraudẽ.§.fi.ff.de testa.milit.quidam doctores aduocati in hac ciuitate Heduen.renuerunt hanc opinionem,& dixerunt mihi se ita in facto consuluisse,sed non vidi consilia eorum.

EGo teneo contrarium,videlicet † ꝙ dominus ma- 10
nusmortuæ non possit capere bona existentia in loco franco,quomodocunqne sit priuilegiatus,dummodo ille locus sit extra territorium ducatus Burgundiæ. pluribus rationibus.

PRimò,quia dispositio nostræ consuetudinis huius Casus.
ducatus Burgundiæ, non potest extendere effectũ suum extra territorium suũ, vt est bonus casus in l.ex ea causa.ff.de postu.per quem tex.ita in notabili casu dicit Bart.in l.j.in xj.col.C.de sum.trin.& fide catho. & ideo in casu nostro emergenti, cùm quidam terræ castri Canini habitasset per xl.annos & vltrà,tam per se,quàm per suos prędecessores,extra dictum locum, dixi & consului quòd statutum consuetudinarium illius loci,non poterat extendere effectum suum extra suum territoriũ.legibus vulgarib.scilicet, l. extra territorium,quæ est.l.fi.ff. de iurisd.om.iud.l. j. cũ ibino. per doctores.C.de summa trini.c. vt animarum periculis.de constit.in vj.c.à nobis.de sententia excom.in antiquis.virtus enim & potentia causæ efficientis inspicienda est,vt possit agere in passum,& in suscipientem materiam,nec potest causa finita producere effectum infinitum,sed sicut limitatur potentia causæ,sic effectus debet etiam limitari.ff.de adopt. l.si arrogator.ff.de tuto.& cura.datis ab his.l. pupillo. de excu. tuto.l.iurisperitos.§.cùm oriũdus. facit multum sing. tex.in l.cùm vnus.§.is qui.ff.de bo.autho. iudi. possi. vbi tex.facit † ꝙ dispositio generalis non extenditur 11
ab bona sita extra territorium. facit quod notatur in l.non solùm.§. & qui in testamento. ff. de excusa. tut. sed potentia & authoritas consuetudinis, seu statuti huius patriæ,non se extendit vltra proprios fasces. l. duumuirum.C.de decur. lib.x. ergo nec effectus eius vltrà protrahetur,nam extra territorium suum quilibet rex censetur vt priuatus, & ad instar priuati habetur,& tũc lex eius,vel consuetudo suæ gentis non se protendit ad loca quæ non sunt suæ ditionis, ita dicit Lapus Abbas in consil. suo xxxvj. quod situatur immediatè post allegationem xcj.in suis allegationibus.

Item

12 Libertati in interpretationibus fauiendum.

ITem etiã aduertendũ eſt, † ꝙ in interpretatione alicuius diſpoſitionis dubiæ, ea interpretatio facienda eſt quæ fauet libertati, cùm ſit omnibus rebus inæſtimabilis libertas, & fauorabilior. l. libertas. ff. de regu.
13 iuris. † cùm libertas dicatur pia cauſa. & † bonum ſit
14 argumentum de libertate ad piam cauſam. notat Bar. in l. proximè. ad fi. ff. de his quæ in teſt. delen. & in l. ſi vnus. C. de teſta. & eſt tex. in l. j. circa finẽ, ibi, ad hanc pietatis rationem. C. de ſeruo pig. dato manumiſſo. vbi Bald. ad hoc notat. ita etiam ad prædicta allegat Iaſ. dicta iura in d. l. ſi vnus. vbi plenè. C. de teſta. & in l. quidã exiſtimauerunt. in iiij. col. ff. ſi cert. pet. & in l. j. §. ſi quis ita. in v. col. ibi, circa illud. ff. de verbo. obli. & in l. ſi ſtipulatus eſſem abs te. in iiij. col. ibi, in quæſtione Bar. ff. de verb. obl. & in l. ſi priuſquam. in xvij. col. ff. de noui operis nun. & in l. j. in iij. col. C. de procu. & in l. dedi. *la premiere*. §. idẽ erit. ff. de cõdic. ob cauſam. & in l. captatorias. in pe. col. C. de teſta. mil. † &
15 Similiter & piæ cauſæ. in dubio fauẽdũ eſt piæ cauſæ. l. ſi pars. ff. de inoffi. teſta. & pro ea fienda eſt interpretatio tã in iudicando, quàm in conſulendo. c. fi. de re iudi. l. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſump. funerũ. Iaſ. in l. centurio. in xvij. col. ff. de vulg. & pupil. vt ergo faueatur libertati, interpretãdæ ſunt noſtræ cõſuetudines, vt nõ ſe extendant ad locũ illum priuilegiatũ, ſeu ad quemcũque locũ exiſtentem extra territorium huius ducatus Burgundię.
¶ Sicut videmus ꝙ etiam in multis aliis fauetur liber
16 tati. † Nam ſi ſeruo moueatur quæſtio ſuper cauſa ſtatus ſeu libertatis, lite pendente pro libero habebitur. l. ordinata. in prin. ff. de libera. cauſa. l. ſi is qui. §. ſi ſeruus. ff. de vſucap. l. lite ordinata. C. de liber. cauſa.

ADDITIO. Vide Matt. de affl. in cõſtit. regni Siciliæ, quæ incipit, probationũ defectus. in viij. & ix. not.
17 Confeſſio contra libertatem non valet. in ij. lib. ¶ † Item etiam ſi fiat confeſſio contra libertatẽ, non valet, quia facta contra naturã, id eſt contra naturalẽ ſtatũ hominis introducta fuit, & ideo vt merè odioſa venit reſtringẽda. regula, odia reſtringi. de re-
18 gulis iuris. in vj. † Item fauore libertatis quis põt licitè venire cõtra propriũ factũ ſuũ, vt notatur p Bal. in l. j. C. de libera. cauſa. qđ aliàs regulariter de iure non licet. l. poſt mortem. per illũ tex. cũ ibi no. ff. de adop.

19 Contra libertatem non poteſt præſcribi vllo tempore. ITem etiam † intantum fauet ius libertati, vt poſſit præſcribi, vt dicam infrà ſtatim: nec tamẽ contra libertatem vllo tempore præſcribi poteſt etiã per mille annos: videlicet vt homo liber ſeruus fiat, vel in ſeruitutem redigatur ex tempore. l. fin. C. de long. temp. præſcrip. quę pro libertate. iuncta gl. in l. ij. C. de inge. manumiſ. quæ de mille annis facit mentionem. & eſt
20 ratio, † quia præſcriptio ſine poſſeſſione nõ procedit. ſed liber homo non poteſt poſſideri, igitur. etiam dicam latius infrà §. *L'homme franc qui ua demeurer*, qui eſt §. vj. qui videtur ſtatuere contrarium in hac patria. & faciunt quæ dicit Martinus de Fano in ſuo tractatu, de homuſia. in ij. quæſtione.

21 Libertas contra ſeruitutẽ præſcribitur. ET licet † vt hîc antè dicitur, non poſſit præſcribi contra libertatẽ, tamẽ de iure communi libertas aduerſus ſeruitutem præſcribitur ſpatio xx. annorũ, etiam ſine titulo, vt eſt text. valde notabilis in l. ij. C. de præſcrip. longi tẽporis, quæ pro libertate cõpetit. quẽ cõmendat Panor. in c. licet in fin. de cõiug. ſeruo.
22 † & ad illã præſcribendã ſufficit ſolũmodo negligentia nõ petentis. vt in l. ſi is qui pro emptore. §. ſi ſeruº. ff. de vſucap. l. j. C. de longi tẽporis præſcript. quæ pro
23 liberta. † imò ad præſcribendũ libertatẽ ſeu liberationem ab aliquo iure, non requiritur poſſeſſio, vel quaſi, prout dicit Barto. in l. ſicut. in fi. in verſi. ſed ad præſcribendũ. C. de præſcrip. xxx. vel xl. annorum. & vide Bar. in l. ſi ædes. ff. de ſerui. vrba. prædio. & in l. j. C. de ſerui. & aqua. ergo hæc noſtra conſuetudo eſt contra ius commune, ſic ergo eſt interpretanda, vt minus lædat ius cõmune quàm fieri poteſt. faci ũt quæ dicit Alex. in l. fi. §. in cõputatione. & ibi do. meus Iaſ. C. de iure delibe. cum vulgarib. ſatis ergo eſt ꝙ hæc conſuetudo operetur in territorio huius conſuetudinis, hoc eſt in patria huius ducatus Burgundiæ, nec extra territorium extendatur. ¶ Et ideo ex prædictis dicerem, quòd ſi aliquis haberet bona extra territorium ducatus Burgundiæ, ꝙ etiam poſt viginti annos dominus non poſſet capere in illo loco: ſi verò haberet in ducatu Burgundiæ poſt quadraginta annos, ſi ſemper ſtetiſſet in libertate, tã per ſe quàm per ſuos prędeceſſores, poſſet præſcribere libertatem: intellige dimittendo hæreditagia, quia licet non fecerit renuntiationem cum ſolennitate, de qua infrà in §. incipi. *L'homme de mainmorte*. tamen ex diuturnitate temporis præſumitur: vt dicam in d. §. ix. vbi ad plenum dicetur.

ET ideo cùm ſemel euenìſſet caſus in hac ciuitate Heduen. de quodam, qui ex quo eius auus erat origine de loco caſtri Canini, qui quidem receſſerat à quadraginta annis à dicto loco, dimittendo hæreditagia & iura ad locum de Voulenay prope Belnam, qui quidem locus de Voulenay eſt francus, liber, & immunis ab omnibus ſeruitutibus, præſtationibus, & ab omni ſeruitute, & in illo loco dictus eius auus mãſerit, in quo quidem loco natus fuerat ipſe qui inquietabatur, & eius pater, qui quidem inquietabatur à quodam domino illius terræ de caſtro Canino ſuper eo ꝙ dicebat, ꝙ homines illius loci erant ita ſerui, ꝙ poſteri in infinitum ad quemcunque locum ſe transferãt, ſinguli tenebũtur dare & ſoluere domino quinque ſolidos: tamẽ quia negligentia domini nõ fuerãt ſoluti prædicti quinque ſolidi à quadraginta annis citra, fuit dictum conſulendo, ꝙ talis præſcripſerat libertatem contra dominum: & ꝙ præſumptio erat, ꝙ ſe aduohauerat hominem francum principis cum ſolennitate de qua in d. §. ix. infrà eod. titu. quæ quidem ſolennitas præſumi debebat ex diuturnitate temporis, tamen nihil fuit deciſum per ſententiam, ſed per compromiſſum. quæ nota, cùm caſus euenerit. Caſus.

FAciunt ad deciſionẽ ſupradictę quæſtionis, † quia 24
ex quo quis manſit in aliquo loco per multos annos, puta per decem, aut pone per triginta, dicitur ibi conſtituiſſe domicilium. glo. in l. ij. C. de incolis, lib. x. Panor. & Aret. in c. ꝙ clericis. in ij. col. de foro compe. plenè per Feli. in c. dilectus filius. ij. de reſcrip. pleniſſimè per Marianum Soci. in c. fi. de foro compet. in iij. iiij. v. & vj. colum. non aliter diſputo. ſed ſic eſt quòd locus domicilij potius inſpicitur, quàm locus originis, ita quòd ſi ſit alia conſuetudo in loco originis, & alia in loco domicilij, inſpicitur conſuetudo domicilij. ita tenet do. meus Iaſ. in l. ſi arrogator. in xvij. colum. ff. de adopt. cùm ergo conſuetudo ſit in ciuitate Bituricen. quòd habitans ibi ſit liber, attendenda eſt prædicta conſuetudo quo ad eum, maximè quo ad bona ibi exiſtentia. & iſtam partem tenuerũt plures aduocati Heduen. quorum opinionem credo eſſe verio rem, quicquid ſit ſcriptum hîc antè. ſi caſus eueniret eſſet quæſtio pro amico.

ET per prædicta etiam dixi, quòd mulier ſerua quę Nota.
exiuit à patria Niuernen. & fuit nupta in ducatu Burgundiæ homini franco, licet ab humanis deceſſerit ſine liberis in domo eius mariti, quòd dominus originis non potuit, nec poteſt venire ad locum francũ virtute conſuetudinis noſtræ, & ibi capere ſucceſſio-

BIU Cujas

nẽ illius mulieris: quia conſuetudo Niuern. nõ habet locũ extra ſuũ territoriũ, vt, dictũ eſt antè, & effecta eſt illa mulier frãca per cõſuetudinẽ, vbi bona eius ſunt ſita quæ ſunt franca, ideo non erit locus manuſmortuæ. Quis ergo illi mulieri ſuccedet? parentes eius ei non ſuccedunt, qui ſunt in patria Niuern. qui ſeruus non ſuccedit frãnco. crederem, ꝙ ſi non habeat parentes francos in Burgundia, aut alibi, quòd ſuccedet vir, per text. C. vnde vir & vxor. & poſt eum fiſcus.

IN conſuetudinibus meis antiquis eſt allegatus Parpaille, qui fuit pręceptor meus Taurini, & allegatur in l.j. C. de ſeru. fugi. ſcio quòd non eſt impreſſus: & tamen eum allegat Ioannes Thierry qui nũquam eum vidit, nec audiuit, nec eius dicta legit, cùm ſic adhuc ſtudẽs in vniuerſitate Valentina, vt ipſe dicit in ſua epiſtola, in fi. & licet eundem Parpaille audiuerim, tamen nolui eum allegare, cùm non habeam, nec illum audiuerim ſuper d.l.j. C. de ſer. fugit.

§. TERTIO.

EN lieu & cõditiõ de mainmorte l'enfant enſuit la condition du pere, & non pas de la mere.

IDẽ in comitatu Burgũdiæ, & in multis locis regni Franciæ eſt hæc cõſuetudo, vt dicit Rofredus in loco infrà alleg. Cõtrarium eſt in comitatu Campaniæ, quia partus ſequitur ventrem, niſi vnus illorum ſit nobilis, quo caſu filius ſequitur conditionem illius.

MArtinus de Fano multũ ſingulariter & ampliſſimè hãc materiã diſputauit, in tractatu ſuo, de homuſia. in iiij. q. & illũ refert Gui. pa. & allegat in deciſionibus ſuis. q. ſua cccxij. & dicit Rofredus in libellis ſuis ſuper iure ciuili, fol. cxv. in tit. de originariis colonis, † ꝙ de cõſuetudine regni ſi homo meꝰ accipiat fœminam tuã, & naſcitur filius, ꝙ talis natus ex talia tua fœmina, erit homo meus. ꝓbant hæc multa iura ꝓ eũ in dicto loco inducta, poſt quorũ iurium allegationẽ Martinus de Fano in loco hîc antè allegato cõcludit, † ꝙ filius mei hoïs natꝰ, & cõceptꝰ, antequã pater exiſteret meꝰ homo, ex hoc ſolo ꝙ pater ſuus meꝰ eſt, nõ debet meꝰ cẽſeri filius. arg. l.ij. C. de libe. & eorũ libe. ſi verò natus eſt filiꝰ ex hoïe iã facto meo ſcdm cõſuetudinen, meus homo eſt, & fortunã paternã agnoſcit. dicã. j̃. §. v. & vj. † ſed ſcdm diſpoſitionem iuris diſtinguendũ eſt, an natꝰ ſit ex matre libera, an verò ex matre quę eſt fœmina alterius. ſi ex matre libera, & filius liber erit, vt in l. fi. C. de agric. & cenſi. lib. xj. Si verò ex matre quæ eſt tua fœmina, iura plus fauent dño pr̃is, quã dño matris. l. ne diutius. C. de agri. & cenſi. & ita cõcludit multũ notabiliter Martinꝰ de Fano, in dicto loco poſt longam iuriũ diſputationẽ, quæ omitto, cũ habeantur ſatis apud nos. Vide etiam ad prædicta quę dicit Lud. Rom. in conſ. ſuo cccl vj. vbi videtur dicere quædam, quæ faciunt contra hanc conſuetudinem.

1 2 3

2 Filius mei hominis an ſit meus.

QVomodo autem de iure partus ſequatur conditionem patris vel matris, vide Ioan. de Plat. in l. cos. C. de decurio. libr. x. ¶ Sed quia hîc in tex. dicitur, *en lieu & condition de mainmorte*. quid ſi in alio loco, puta in loco frãco naſcitur filius ex plebeio, & ex muliere nobili, an erit iſte filius nobilis, an plebeius tantũ? dicam infrà in §. *la femme de mainmorte*. vbi tractabitur, an nobilitas trahatur ex parte matris.

De nato ex patre plebeio et matre nobili.

ADDITIO. Vide in hoc Matth. de affl. in conſtit. regni Sicilię, quę incipit, diuinę iuſtitiæ. in iij. li. in fi. vide etiam amplè Benedicti in repetitio. c. Rayn. in verbo Raynutius de Clera.

QVia ẽt hîc dicit, ꝙ partus ſequit cõditione patris: dic tñ † ꝙ in animalibus fœtus ſequitur matrẽ, nõ patrẽ. l. idẽ Põponius. §. idẽ ſcribit. ij. ff. de rei vend. ¶ Quæro, in curia mea ſemp cõuerſat gallus Philippi de cãpo florido, & gallina vna alba quæ eſt honorabilis viri Antonij chappet ꝓcuratoris regij, quę fecit ibi ouũ, qđ fuit & ouiſauit ibi gallina nigra, quæ eſt Leonardi Regnault, ex quo natus eſt pullus in curia mea, quæritꝰ cuius ſit pullꝰ, an mihi cõpetat, an verò Philippo de cãpo florido dño galli, an Antonio chappet dño gallinę, quæ ouũ fecit, an Leonardo regnault dño gallinæ, quæ ouũ ouiſauit & fouit. Signorolus de homodeis in conſ. clxviij. tetigit hãc qõnem, & concludit, ꝙ Leonardo dño gallinę quæ ibidẽ ouũ ouiſauit, & fouit. & licet elegãs & multũ ſubtile cõſiliũ in hoc caſu fecit, neſcio tamẽ quid intẽdebat ſuper hoc tẽpus occupando, cũ conſilia nõ fiant niſi in his quæ in facto eueniunt, & vbi eſt pro labore præmiũ. Vidi poſtmodum Boërium allegantem illud conſilium in conſue. ſeptenę Bituricen. ti. de cõſue. prędio. §. v. in fine gl. fi.

4 Fœtus ſequitur matrem. Quæſtio curioſa de pullo.

IN TEXTV IBI,

En lieu.

¶ Vide tex. in l. cum ſatis. ibi, ſancimus, vt & ipſa ſemel in fundo nata, &c. C. de agri. & cenſi. lib. xj.

MEritò etiã dicitur, *en lieu & condition de mainmorte*. qnia ſi libera mulier nubat homini ſeruo, aut manuſmortuæ, in loco tñ frãco cõmoranti, partus efficitur liber. qa iſta cõſuetudo requirit duo copulatiuè, videlicet, † ꝙ iſta mulier nubat homini manuſmortuę, & ꝙ ille homo ſit in dicto loco manuſmortuę: qa tũc cõtra iuris diſpoſitionẽ ſequit pr̃m, vbi de iure ſequi deberet vẽtrẽ. & hoc eſt, qa mulier nõ ignorat mariti cõditionẽ, & ideo vr̃ ſe illi adaptare, cũ maritus ſit in loco manuſmortuæ cõmorans, & nõ põt ignorare mariti cõditionẽ. Sed vbi mulier ignorat vinculũ ſeruitutis, eiꝰ ignorãtia facit partũ liberũ. c. fi. de clãdeſti. deſponſat. ¶ Sicut † vt vidimus ſi preſbyter in loco in quo ignoratur ꝙ ſit ſacerdos, nubat mulieri eiꝰ ſacerdotium ignoranti, liberi nati ex illo matrimonio erũt legitimi, propter ignorantiã alterius coniugum, quia contraxerunt in facie matris eccleſiæ. facit tex. in c. ex tenore. qui filij ſint legitimi. ibi tamen glo. videtur arguere in contrarium, ſed vide quæ dicit ibi. ¶ Fui interrogatus à dño de Alomna, qui ſucceſſionem petebat cuiuſdam filiæ, quę erat filia ſui hominis, & cuiuſdam mulieris liberæ, quę acceperat eũ in ciuitate Heduen. ꝓ homine franco, & ſemper eũ reputauit liberę cõditionis, ex quo dixi ꝙ eius filia non poterat ſequi cõditionẽ patris ſed ſolũ matris. poſſet tñ dici ꝙ ipſe & ſua poſteritas ſunt manuſmortuæ vſq; in infinitum. facit in argumentũ. l. cũ ſcimus. §. illud. C. de agric. & cẽſi. li. xj. & C. de murile. l. fi. lib. xj. pro opinione tamen pręced. facit ius cõe. l. fi. C. de libe. cauſa. l. partũ ancillæ. C. de rei ven. l. mulier. & l. ne diutiꝰ. C. de agri. & cẽſi. Spe. in ti. de feu. §. ij. verſ. v. cogita cùm caſus euenerit. ¶ Audiui à quibuſdã ꝙ fuit iudicatũ contrariũ, ſ. ꝙ ẽt pro nepos natus in loco franco, vbi eius pater & auus nati fuerant ex homine manuſmortuæ, qui ibidẽ acceperat vxorem frãcã, debebat reputari manuſmortuæ. Sed dixi ꝙ non erat verum, nec quod poſſibile erat ꝙ talis pronepos natus in loco franco, in quo eius pr̃ & auus erãt, eſſet talis cõditionis cuius erat ꝓauus: qa licet ſua origo eſſet nata in loco manuſmortuæ, nõ tñ iſta origo deſcẽdebat ad ꝓnepotes, cũ nati eſſent in loco frãco, & ex hominibus liberæ cõditionis, quia filiꝰ manuſmortuæ nõ ſeqtur cõditionẽ patris de iure, qñ pater

1 De nato ex ſeruo et libera ſeruo.

2 De filio preſbyteri coniugati.

Caſus ſi.

pater est seruus: sed tantùm istud de consuetudine. Et ideo cõsuetudo debet intelligi prout sonat, s. qñ natus re est in loco manusmortuæ, & nõ in loco fiãco, vt hic antè dixi. ¶ Sed ex motiuis præcedentibus, videtur † ꝙ si nascatur etiam in loco franco, ex muliere tamẽ seruа, sicut ex homine seruo, & sic ex patre & matre manusmortuæ, ꝙ debeat reputari seruus, ex quo ad minꝰ debet sequi vẽtrẽ, p rõnes hîc antè dictas: & hoc cùm sit casus omissus, remanet in dispositione iuris cõmunis, vt dixi in infinitis locis: & dispositiõe iuris cõmunis partus sequitur ventrem. dixi hîc ante in j. glo. sed hoc casus an erit seruus domino manusmortuæ patris, an verò domino matris. cogita ex his quæ dixi hîc antè in j. gl. huius §.

3 Natus ex seruo & serua in loco franco quẽ sequatur.

§. QVARTO.

VN meix assis en lieu de mainmorte, & entre meix mainmortable, est reputé de semblable condition que les autres mainmortables dudict lieu, s'il n'y a tiltre ou vsance au contraire.

IN TEXTV IBI, Vn meix.

1 Mansus quis.

QVis dicatur mansus, vide Bar. in l. si ita. in fi. ff. de auro & argento lega. vbi dicit, † ꝙ mansus dicitur quãtum quis cũ vno pari boum laborare potest, vt in c. j. de censi. & habetur de hoc termino in c. j. §. si quis de manso. si de inuestit. fue. controuer. in vsibus feu. si tamen legetur mansus, & aliquid sit additum, an veniat in legato, vide ibi.

2 Deeo quod est intra fines territorij.

Ista consuetudo est introducta, eo ꝙ illud † quod est intra fines alicuiꝰ territorij, præsumitur esse de finibus illius territorij, cuiꝰ sunt fines, vt vult Bal. in rub. C. de contrah. empt. in xxij. q. per l. res sacra. §. si. ff. de cõtrah. empt. accedat quod dicit Pau. de Cast. in l. j. ff. de acqui. pos. vbi dicit, † ꝙ loca quæ sunt intra fines, præsumũtur esse cõmunitatis cuiꝰ sunt fines. accedat etiam ad hoc, nã ille q fundat se in toro territorio, siue in tota curia, fundat se in qualibet parte territorij siue curiæ. quia idẽ iuris est de toto quo ad totũ, qđ est de parte quo ad partẽ. l. quæ de tota. ff. de rei vẽd. & in c. si diligẽti. de præscriptio. per quem tex. dicit ibi Host. † quòd communitas & domini temporales fundãt intẽtionem suam de iure communi, quo ad res sitas intra limites suæ terræ. faciũt not. p Io. Andr. in c. j. in fi. de offi. archi. ista. dicit Soci. in cõsi. suo lxxxvj. in ij. col. quod est repetitum in consi. suo clxvj. dic tamẽ in his esse habendam considerationem sequentem.

4

De finibus priuatorũ.

NAm aliquando designant fines in rebus seu prædiis priuatorũ, & tunc de natura filiũ est includere quicqd est intra fines. & ita loquit Bal. in dicta rub. C. de contrah. empt. ex quo in dubio res inclusæ intra fines præsumũtur esse illius naturæ cuius est ipsa res.

De finibus dominorũ.

ALiquando & secundò res sunt intra fines territorij alicuius domini vel castri, nec possidentur per aliquem, nec apparet cuius sint, & tunc dominus illiꝰ territorij habet intentionem suam fundatam, ꝙ sunt illius domini, & eius cõditionis & naturæ, cuius sunt es ipsius territorij. & ita est intelligendum dictum Pan. de Cast. in l. j. ff. de acqui. possel. nescio tamen si istud in casu istius consuetudinis posset intrepidè affirmari, cùm mirabile sit quòd vna res libera (cum omnis res præsumatur libera) præsumptione iudicetur serua. Et sic cùm hîc duæ sint præsumptiones, videretur ex quo prima est fortior, scilicet ꝙ omnis res præsumatur libera, eo ꝙ prouenit ex originali statu rei, prout dicit Ias. in l. si priusquam. in ix. col. in prima lectu. & in ij. lectu. in xiij. col. ff. de nou. ope. nũ tia. quòd aliam præsumptionem tollet: † cùm fortior præsumptio tollat aliã. ita do. meus in l. iam hoc iure, in ij. col. ff. de vulg. & pupi. Alex. cõsi. ciij. in v. col. in j. vol. Nisi esset hæc nostra cõsuetudo, quæ tollit primam præsumptionem, crederem ꝙ potius illi standum est præsumptioni supradictæ: eo tamen quia nostra cõsuetudine corroboratur, standum est huic præsumptioni.

Omnis res præsumitur liberæ.

5

ALiquando & tertiò res sunt sitæ infra fines alicuius territorij, & præsumũtur esse illius cuius sunt fines quò ad iurisdictionem, non autem quò ad dominium rerum particularium. & ita loquitur Hosten. in d. c. si diligenti. quem ibi ita declarat Panor. vbi amplè Henri. Bohic. qui facit duo membra inter dominos temporales & ecclesiasticos.

ALiquando & quartò prædia sunt sita intra fines territorij cuiusdam domini, & possidentur per aliquas personas particulares, etiam non subditas, & non habitantes in territorio dicti domini, & tũc hoc casu dominus non habet intentionẽ fundatã quò ad dominiũ rerũ particulariũ, quę per alios possidentur. ita tenet in terminis Panor. in d. c. si diligenti. bene tamen respectu iurisdictionis habet intẽtionem fundatam. probat per multa Socin. in cons. suo cxxvij. in iij. col. quod est repetitum in consi. clxxxij.

ALiquando & quintò & vltimò sunt aliqui homines tenentes & possidẽtes prædia in territorio alicuius domini: & dominus petit ꝙ illa recognoscant tenere in feudum, vel in emphyteusim, vel in censum, vel quòd sint tributaria, vel quòd sint manusmortuę, aut aliàs, & tunc hoc casu vidẽdum est quid dicendũ. Nam primò insequendo consuetudinem nostram, si omnes homines alicuius territorij teneant prædia eorum tributaria, & manusmortuæ cõditionis præter vnũ, aut duos, vel tres, & tunc dominus illius territorij habebit intentionem suam fundatã contra istos duos aut tres, quòd eorum prædia & hæreditagia erunt illius conditionis cuius sunt alia. ita est intelligẽda hęc nostra cõsuetudo. facere videtur tex. in l. ij. C. in quibus cau. coloni. lib. xj. Et istud videtur tenere Ioan Fabri in suo breuiario in l. ij. C. de sum. trinit. & fide cath. in iij. col. ibi, sed tu potes dicere quòd quilibet. vbi dicit, † quòd quilibet qui habet territorium limitatũ ab aliqno est fundatus de iure cõmuni infra metas eiusdem, ad exercendum in qualibet parte eius, quod in toto vniuersaliter exercet. ff. de verbo. sign. l. pupillus. §. territorium. ff. ad municip. l. qui ex vico. l. forma. §. si quis veniã. ff. de censi. l. ius dandi. ff. de tutor. & curat. da. ab his. l. duumuirum. C. de decur. lib. x. imò plus dicit, quòd omnia censentur teneri à domino territorij. secundũ Specul. in tit. de emphyteus. §. nunc aliqa. versicu. lxxxvj. & in §. fin. quibus mod. feud. amita. & videtur satis expressum in cap. quo iure. viij. distinct. ¶ Aut verò nulli homines soluunt censum, aut tributum, vel sunt cõditionis manusmortuæ: & ideò si dominus vilit eos cogere vt se tales recognoscant, non potest. & ideo dicit Hostien. in c. nimis. extrà, de iure iuran. † quòd etiam si quis possidet prædia inter regium & prouinciam alicuius domini, non potest adstringi ad fidelitatem, quia non præsumitur feudatarius, nisi probetur. nam secundò cùm iure primæuo naturali omnis persona & omnis res præsumitur esse libera. c. ius gentium. j. distin. facit quod not glos. in c.

6

7

BIU Cujas

quanquam.de censi.lib.vj.Et ideo dicit Panor. in d.c.
8 nimis.†quòd reges,duces & alij domini temporales non habent intentionem suam fundatam super singularibus rebus situatis & extantibus in eorum dominio,nisi aliter probent.

Casus facti. ADDITIO.Vide in hoc Bertran.in consi.ij. num. x.in iij.parte. Ex quo cùm semel fuissent vocati tenétes in feudum in hoc bailliuatu Heduen. quod vulgò dicitur,*le ban & arriereban pour faire les monstres*,ex quo tenebam, & teneo terram & seignoriam de Prelay, fuit mihi dictum per dominum bailliuum, ꝙ ego tenebar præstare fidelitatem, ex quo erat iurisdictio in dicta terra,quia tamen vt ei dixi, omnis res præsumitur allodialis, & etiam prædecessores mei tenuerant illam terram tanquam allodialem, quod dicitur vulgariter, *de franc alleu*, dixi quòd ad principem spectabat probare talem terram esse feudalem, & non mihi incumbebat onus probandi ipsam esse allodialem,qa habebam præsumptionē pro me,quæ ex originali statu prouenit.& faciunt quę dicit do.Ias.in l.si prius,in xiij.col.in j.lect.& in ij.lect.ff.de noui ope.nunt. & in l.ex hoc iure.in ij.col. ff. de iustit.& iure. &ideo dicit
9 Bal.in c.cęterum.in finalibus verbis,de iudic.† ꝙ nulla res præsumitur esse feudalis,nisi probetur.Faciunt & alia quæ adduxit ad notabilem quæstionē, de qua in hoc vlt.artic.Iacobi. de sancto Georgio in tractatu suo feudorum, in sua inuestitura, in ver. dictique vasalli promiserunt.in iiij.col.vbi plenè.quæ omnia nota,quia sunt notãda.¶De materia huius gl. vide Boërium in consuetudine Bituricen.tit.de cõsue.reten.rerum feu.§.vlt.in gl.an rex,& alij domini temporales. Vide Benedicti amplè in sua repe. c. Raynu.in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. in ij. conclusione, seu decis.nu.20.21.22.& seq.num.de testa.

10 Castrũ quãdo præsumatur feudale. SEd tamen idem Iacob.in dicto tracta.in ver. de castro rubrimontis. in iij.col.dicit,† ꝙ si in castro sit iurisdictio annexa,ratione iurisdictionis præsumitur feudale.crederem hoc esse verum, nisi hoc esset præscriptum per tamen tempus,cuius initij memoria nó extat in contrariũ. Quo † quidē tempore præscribũtur etiam reservata principi. dixi plene suprà in tit.*des iustices & droicts d'icelles.§.le seigneur haut iusticier.* in gl.*& la preuue estre sienne.*

Quæstio. QVæro, pone quòd quidam rusticus capiat à domino quendam mansum,sub aliquibus chargiis & oneribus designatis:post quarum specificationem dicit in literis conuentionis,ꝙ soluendo dictas chargias,dictus rusticus tenebit mansum, *franchement & quittement, sans autre charge ou seruitude quelconque.* an per hoc ille mansus sit liber à manumortua, licet sit
Casus facti. situatus inter alios mãsos manusmortuæ.Casus est in facto inter dominum Calonne, & de Villiers, contra Antonium guinet:& dixi ꝙ illa clausula generalis tollit quascũq; alias seruitutes non specificatas, nec designatas,& ideo cùm non sit dictum in principio,ꝙ teneret illum mansum ad manummortuam, ꝙ per illã clausulam generalem sublata est manusmortua,qa sumus in casu in quo est titulus in contrariũ,& ideo talis non reputabitur.plura dixi quæ ibi dicam.

IN TEXTV IBI,

De mainmorte.

DIc idem in fundo decimali, vt videtur facere tex. in c.j.de præscri.in vj.& in c.ij.de resti.sponlia.in vj.licet in cõtrarium videatur facere notabile Panor.
1 in c.cùm in tua.de deci.vbi dicit,ꝙ † præscribens decimas omnium prædiorum parrochiæ excepto vno, præscriptio non extenditur ad illud prædium. & Innoc.in c.tua.de deci.& hoc quia tantum præscriptum quantum possessum.quod extendit Panor.in exercẽte vnum actum iurisdictionalem,an videatur acquire re vniuersalem iurisdictionem, qđ suprà dixi in rub. *des iustices* in fi.j. gl. in addit.ibi posita incip. aduerte quia iudex.dixi amplius in casu emergenti.

IN TEXTV IBI,

S'il n'y a tiltre.

1 De habit. te titulum exceptio. nis.

POne quòd † aliquis homo moratur in aliquo loco manusmortuæ,& habeat titulum exemptionis seu franchisiæ domino, quòd ipse & omnia bona sua sunt franca, an intelligitur tam de futuris quàm de præsentibus?Fui interrogatus & inueni consiliũ Bartol.multum ad propositu, in consilio suo lix.incipiẽ. commune.& illud postea inueni allegatũ per Barbatiam consilio suo lj.in vij.col.in ij.volu.vbi allegat ad soluti. quæst.videlicet,an qui potest tenere quęcúque animalia in pascuis,possit tenere etiam futura animalia.& vide cum ibi plenè.vide etiam Gud. pap. quæst. sua.cccclxxxix.nu.1.& 3.Iste casus fuit mihi propositus de quodã qui fuit manumissus, & tempore manumissionis possidebat vnũ mansum,an si postea acquisierit alium mansum seruilis conditionis efficiatur in parte seruus,& in parte liber,an verò in totum liber, an in totum seruus. cogita ex his dictis per docto.in locis hìc antè allegatis. & per ea quæ dixi in §.vj. huius titu.in glos. *& sa posterité à naistre.*in fin. & vide quæ trahantur ad futura per do.meum Las.in l.ij.§.illud quoque.ff.quod quisque iur.de quo feci mentionem.in §.j.supra de confiscationibus.quando dubitaui,an confiscatio trahatur ad futura.

IN TEXTV IBI,

Ou vsance au contraire.

QVomodo potest stare hæc consuetudo cũ secunda huius titu.cùm hîc dicat,quòd mansus ratione cuius homo in Burgundia est seruus,& nó ratione personæ,vt suprà §.j.potest vsantia effici liber &francus,& tamen in illa secunda consuetudine dicitur, ꝙ homo manusmortuæ non potest præscribere libertatem contra dominũ.cur tam varie? & quomodo talia possint concordari?dixi aliqua in §.ij. eodem titu. sed non mihi satisfaciũt,& vt dixi,iste §.multum facit, ꝙ si homo manusmortuæ steterit per triginta annos in loco manusmortuæ, non præstando seruitia, ꝙ præscribit libertatem,dixi in d. §.hìc non repeto.

§. QVINTO.



'Homme franc qui va demeurer en lieu de mainmorte, & il prend meix,& deuient par cõuention homme de ladicte condition, il demeure incontinent homme mainmortable pour luy,& sa posterité à naistre.

IDem in comitatu Burgundiæ, & in comitatu Niuernensi.

IN TEXTV IBI,

L'homme franc.

QVi dicantur franci homines? Guido papa in de- 1
cisio.suis q.sua.cccxiij.dicit, † quòd franci homines

BIU Cujas

mines dicũtur dupliciter, vno modo qui liberi sunt à præstatione alicuius homagij, sic quòd tali cõditione nunquam fuerint adstricti. infra. de inge. in prin. vel si sint adstricti, sed pacto seu remissione, aut principis rescripto, vel præscriptione fuerunt à tali conditione liberati, pacto scilicet & remissione, vt habetur infra. de liberti. in §. j. & in §. multis. Principis rescripto, vt habetur in l. j. & ij. C. de iure aurco. annulo. & de nata. resti. Præscriptiõe, s. vt per tex. in l. ij. C. de lon. tem. præscrip. quæ pro liber. & dixi suprà in §. ij. huius tit.

ALio modo dicuntur Franci, qui recognoscunt se homines alicui? nulla causa adiecta, & homagiũ simplex faciunt alicui bannereto, vel militi, vel alteri nobili, siue se adstringendo ad aliquod seruitium. & de istis hominibus videtur loqui Martinus de Fano in tract. suo de ho. & homagiis. in ij. quæstione.

2 Francus. VErbum† enim francum idem est quod liberum, prout dicit glos. nota pragmaticæ sanctionis in proœmio, in verbo, francorum, quæ multũ bene explanat, vnde dicti sunt Franci,† seu. vnde dicta est Frãcia, ex quo ibi dicit, ꝙ Frãci dicti sunt liberi, qa nolue runt subiici imperatori, nec eidem tributa soluere. vel aliàs dicũtur Frãci. eo ꝙ Valẽtinianus imperator eos francos appellauit, id est feroces & fortes. vnde Isidorus etymo. lib. ix. † Roma graues generat, Græca leues, Africa versipelles, Gallia natura fortes, ingenuóque acres, prout latius ponit gl. hîc antè allegata.

3 Frãci vnde dicti.

4 Isidorus.

IN TEXTV IBI,

Demeurer.

INtellige quòd sufficit quòd ibi continuè conuersetur cultiuando mansum quem accepit, etiam si teneat focum & larem in loco franco. faciunt quæ dicit Felin. in c. dilectus. ij. in vij. col. de rescrip. & in c. quoniam. de offi. ordinarij. dixi in meo monologio, in litera. H, ante A.

IN TEXTV IBI,

Meix.

QVis dicatur mansus vide in c. j. de censi. & in §. si quis de manso. de controuer. inuesti. in vsibus feud. dixi suprà §. præced. non repeto.

IN TEXTV IBI,

Et deuient par conuention homme mainmortable.

VIdemus hîc quòd ex consuetudine nostra quis efficitur homo manusmortuæ per pactum seu cõuentionem. Quæro† quid de iure, nunquid homo frãcus seu liber possit fieri seruus per pactum seu conuẽtionem? Marti. de Fano, in dicto tracta. de ho. in j. q. disputat hanc quæst. ad partes. Ideo non aliter dispuo. & vide Guid. pap. q. sua cccxv. vbi quærit an si homo confiteatur & recognoscat se esse hominẽ talliabilem, an talis simplex cõfessio præiudicet: & quid operetur iuramentum, vide ibi. & idem Guido papa in quẽst. sua cccxiiij. videtur satis concludere ꝙ quis potest fieri seruus pacto & conuentione. Specu. in tit. de feudis. §. quoniam super homagiis & fidelitatis. Io Fabri in §. pen. instit. de iure persona.

1 Liber an possit fieri seruus pacto.

AD DATIO. Aduerte ꝙ in recognitione personali requiritur causa, in reali non. & quando talis conuentio valeat, vide Mat. de affl. in consti. regni Sici. quę incip. probationum defectus. in j. notabili. in ij. libro.

VIde amplè de materia huiusmodi per Gul. Benedicti in sua repe. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiã. in v. decis. nu. 392. cum multis sequentib. de testa. vbi amplissimè quomodo ꝓbetur talis seruitus, aut per simplicem scripturam, aut per recognitionem, seu per confessionem.

QVid autem† si quis sine causa adiecta simpliciter promittat mihi esse homo meus, nunquid valet talis promissio cum effectu? † nam pacta & conuẽtiones sine causa non valent. text. & do. Ias. in l. creditori tuo. C. de pactis. hanc quæstionem examinat Speu. in tit. de feud. §. quoniã. versi. iiij. quæritur. vbi cõcludit, quòd etiã talis promissio valet sine causa, quia causa promissionis seruitiorũ intelligitur esse homagium. per text. tamen nostræ consuetudinis ad hoc vt fiat homo manusmortuæ per conuentionem duo alia requiruntur, videlicet quòd in loco manusmortuæ residentiam faciat, & quòd ibi capiat mansum. & ideo non credo ꝙ si quis fieret simpliciter homo manusmortuæ, per simplicem conuentionem & promissionẽ absque causa, quòd talis promissio valeret. & ideo etiam dicit tex. in l. ij. C. de agrico. & censi. lib. xj. † ꝙ adscriptitius sine gleba, pacto acquiri non potest. Ita etiam homo manusmortuæ sine manso.

2

3 Pacta sine causa non valẽt.

4

IN TEXTV IBI,

Et sa posterité.

ISTud videtur esse cõtra tex. in l. trãsactione matris. C. de transact. vbi dicit tex. † ꝙ transactio matris super statu non nocet eius filiis. & ideo dicit Bal. in d. l. & Salic. † ꝙ licet quis se recognoscat in vasallũ alicuius, istud non prejudicat filiis. facit l. iij. §. pen. ff. de iureiur. ¶ De recognitione quę fit per aliquem de aliqua re, an præiudicet hæredibus suis, vide Iacobi. de sancto Georgio, in tracta. feudorum in sua inuestitura, in verbo, dictique vasalli promiserunt recognoscere. in viij. col. ibi, subsequenter est quærendum vtrum. & in tota illa gl. recurre ad eum. quo ad materiam recognitionis, quid importat recognitio. vide ad propositum huius §. quæ dicá in §. sequen. in glo. in his verbis, *Et sa posterité à naistre*. Adde Guid. pap. quæst. sua ccxcv.

1

2

§. SEXTO.

L'Homme franc qui va demeurer en lieu de mainmorte & tient feu & lieu par an & iour continuellement, & paye en son chef au seigneur dudict lieu des debuoirs que font les autres hõmes dudict lieu, demeure pour luy, & sa posterité à naistre de ladicte condition dudict lieu de mainmorte.

IN TEXTV IBI,

Par an & iour.

QVæro nunquid ex longinquitate temporis quis homo alterius efficiatur? videtur primò quòd sic. l. eum qui. C. de fund. patrimo. lib. xij. & l. cùm satis. §. cum autem. C. de agrico. & censi. lib. xj. vbi dicitur, † quòd stans per triginta annos in fundo efficitur colonus. & dicit text. in l. ij. C. de agrico. & censi. quòd licet adscriptitius sine gleba pacto effici nõ possit, tamen potest præscribi spatio temporis. † & multa sunt quæ licet fieri non possint pacto, tamen acquiri possunt

1 Præscribũtur quæ pacto fieri nõ possunt.

2

poſſunt præſcriptione,vt dicit Specu.in tit.de feud.§. quoniam.verſic.iij. quæritur.& Marti. de Fano in dicto tracta.in ij.quæſt. vbi licet in contrarium arguat, tamẽ finaliter cõcludit,† q̃ ſpatio triginta vel quadraginta annorũ poteſt quis effici homo alterius,nõ autem,vt dicit ſpatio decem vel viginti annorũ:qa vt dicit,in tali præſcriptiõe requiritur titulus.l.diutina.C. de præſcrip.longi tẽpo.decẽ vel viginti annorũ.ſed in homine libero non poteſt titulus interuenire:quia eius nullum eſt commerciũ. ff. contrah. empt.l.ſi emptio.§.j.& ij.inſtit.de inut. ſtip.ex quo ergo ſpatio decem vel viginti annorũ nõ poteſt q̃s liber fieri ſeruus, mirandũ eſt de hac noſtra cõſuetudine,quæ indicit q̃ ſpatio vnius anni q̃s poſſit fieri homo manuſmortuę.

4 Requiſita vt quis efficiatur homo manuſmortuæ.

ADuerte,† quia non ſolùm ſpatio temporis efficitur ſeruus & homo manuſmortuæ ſed plura alia requirũtur,ſcilicet q̃ habitauerit per annum in loco manuſmortuæ.Itẽ q̃ ibi teneat focũ & larẽ per annũ & diẽ cõtinuè,& q̃ in ſuo capite&ſuo nomine ſoluat debita dño manuſmortuę:quę ſoluũt alij homines dicti loci:his cõcurrẽtibus efficit homo manuſmortuę.

Caſus facti.

ET ideo dixi quòd licet do minus Symon de aygne preſbyter de yſſiaco,epiſcopi homo liber & liberæ conditionis habitauerit etiã per triginta annos in loco qui dicitur, *ſainct Aemilian*, qui eſt locus manuſmortuæ,& ibi tenuerit focum & larem,tamẽ qa nullas terras ibi poſſidebat,nec debita ſoluit domino,ſed tantùm ibi erat nunquam vicarius cuiuſdam capellæ fundatæ à dominis Deſpyri dominis dicti loci ſancti Aemiliani,dominus illi non poterat nec debebat ſuccedere,ſed eius parentes,ſiue in bonis mobilibus exiſtentibus in dicto loco ſancti Aemiliani, ſiue in quibuſcũque aliis bonis mobilib⁹ vel immobilibus, exiſtẽtibus in loco franco.quia ibi plura copulatiuè requirũtur,ſcilicet quòd ſoluat debita aſſueta domino, quod non faciebat dictus dominus Simõ:ex quo nulla hęreditagia habebat,&ſic non tenebat locu ex quo potuiſſet ſoluere debita domino in ſuo capite, quod requirit textus conſuetudinis bene ponderatus.

IN TEXTV IBI,

Et paye en ſon chef.

1 Nota de locatore.

QVid†de locatiore qui tenet aliquã domũ titulo locati,vel quandã terrã ab homine manuſmortuæ & in cõtractu locationis eſt appoſitũ, q̃tãto tẽpore quo tenebit dictam domum & terrã , ſoluet debita ſeruitia domino,ſiue ſint perſonalia,ſiue realia,& ſoluit talia debita nõ ſolùm per annum, verum etiã per decem,& xx.annos:an per hoc efficiatur ſeruus & homo manuſmortuæ? ¶ Videtur quòd ſic,per tex.huius noſtræ cõſuetudinis.Dico tamen quòd non.primo enim nõ ſufficit tẽp⁹ xx.annorũ,ſed plura requiruntur, de quibus in tex.noſtræ cõſuetud.vnũ videlicet q̃ ſoluat debita in ſuo capite,& ſic cùm nõ in ſuo capite,ſed alterius ſoluit,videt q̃ per hoc nõ efficitur homo manuſmortuæ. ¶ Aduerte tamẽ,† q̃etiã qui habet domũ conductam dicitur habitare, vt habetur j̃.in tit.*des foreſtz & paſturages*. §. vj. incip.*les habitans*. in gloſſ.j. & quomodo debeat intelligi verbũ,*Demeurer*,ſuprà poſitum,an ſecundum diſpoſitionem iuris,an verò ſecũdum quòd idiotę intelligũt,vide Bal.in c.j.in prin. de ſucceſſio.feudi.& Alexan.in conſ.ſuo lxxxv.col.iij. in iiij.vol.quos allegat Boëtius in conſue. Bituricen tit. de iuriſd.omn.iud.§.xxvj.in fi.glo. vltimæ, vbi ponit quomodo verba prolata à ſtatutis vel cõſuetudinibus debeãt intelligi,an ſecundum diſpoſitionem iuris,an verò ſecundum quod idiotæ intelligunt.

2 Habitare an dicatur conductor domus.

ITem quid de illo qui venit ad capiendũ vxorem manuſmortuæ,in domo patris vxoris,& ibi moratur p duos aut tres annos cũ ſua vxore , & patre vxoris,nõ tamen ſe intromittit de negotiis domus, niſi tanquã famulus:frater tamen vxoris ſuæ aſſociauit dictum talem,ſeu affraternizauit in bonis ſuis aduẽtitiis iam eidem & vxori illius obuẽtis,exiſtentibus in dicto loco manuſmortuo,an ex quo cũ patre ſuæ vxoris & etiã fratre tenuit focũ & larem,dicatur,aut dici poſſit homo manuſmortuæ,ita q̃ domin⁹ illi⁹ loci manuſmortuæ eidẽ ſuccedat,aut ſuccedere debeat etiã in bonis exiſtẽtib us in loco franco, eò maximè, quia illa bona vbi pater ſuæ vxoris habitabat,& ſe tenebat,erãt bona matris dictæ vxoris, & fratris illius vxoris , quæ iã eidem obuenerãt per mortem matris,gubernabat tamen ea pater prout ſi mater illorũ vixiſſet?In hoc caſu non eſt dubiũ q̃ licet pater adminiſtret & gubernet omnia exiſtentia in domo,tamen quia nõ eſt dominus bonorum maternorũ,vt ſunt omnia immobilia dictorum ſuorum filiorũ,quæ prouenerũt ex matre illorum defuncta,cùm ſolùm dicitur habere adminiſtrationẽ ſeu vſumfructum bonorum aduentitiorũ ſuorum filiorũ quoruncunque,q̃ filij ſunt domini,& penes eos dicit⁹ eſſe ꝓprietas, penes verò patrẽ ſolùm vſufructus.l.j.& ij.C.de bonis maternis.l.cũ oportet. C.de bonis quæ lib.imò hodie iure noſtro municipali pater habet ſolum vſumfructum,filio exiſtẽte in minori ætate ſeu pupillari ætate : vt eſt tex.in §. *Et auſſi entre gens nobles* & in §.*entre bourgeois*. ſuprà in tit. *des enfans de pluſieurs licts*.& ibi dixi,q̃ poſt pupillarẽ ætatẽ non amplius habet vſumfructu , imò filij ſunt veri ꝓprietarij & vſufructuarij.& ſi patet habeat adminiſtrationẽ,non tamẽ per hoc eſt dominus dictorum bonorum aduentiorum:& ideo nõ dicebatur pater illorum facere caput,& ſic ſoluere in ſuo capite,cùm filia eſſet extra pupillarem ætatẽ,& ſic viri potens, & quę iam contraxerat & cõſummauerat matrimonium , & ideo eius maritus dicebatur facere caput,& ſic onera quæ ſoluebantur ex illa domo,ſoluebantur pro dimidia parte,pro tali qui ibi acceperat vxorem,& ſic per annum ſic ſtando effectus fuit homo manuſmortuæ: ſecus autẽ ſi bona immobilia,ex quo prætenditur ſeruitus,proueniſſent ex latere patris , quia patre viuẽte filius non dicitur dominus bonorum patris,& ſic nõ facit caput.quod intellige verum , niſi pater ipſe (vt communiter fieri ſolet) aſſociaret filiã ſuam,aut eius talem maritum francum in aliqua parte ſuorum bonorum,quia ratione illius patris dicitur facere caput: & ſic poſt annum efficeretur homo manuſmortuæ. & ita dixi in contingentia facti.

IN TEXTV IBI,

Et à ſa poſterité à naiſtre.

DIcit enim Spe.in tit.de feudis.§. quoniã.ver. v. qa ibi,in hac quæſtione dicit Martinus de Fano,qui allegat Martinũ de Fano dicentẽ in ſuo tracta. q.iiij.q̃ filius hominis mei,natus & conceptus antequã ei⁹ pater fuerit homo meus,nõ eſt homo meus.ar.l.ij C.de liber.& eorũ liberis & c.cũ redemptor.xij. q.ij. Sed ſi eſt natus ex homine iam facto meo,ſecundum cõmunem vſum homo meus eſt, & paternã fortunã agnoſcit.Et ideo bene dicit tex. noſtræ conſuetudinis,*Et ſa poſterité à naiſtre*.Dicit tamen diſtinguendum ſecundum ius quãdo natus eſt ex matre libera, vel ex homine meo & tua fœmina.dixi ſuprà in §.*En lieu & condition de mainmorte*.dicit tamẽ Iacobinus de S.Georgio, in tracta.ſuo de homagiis in ij.col.ibi, ſecũdò quæro: quòd

BIU Cujas

quòd ad pleniorem declarationem huius materię faciendi sint quinque casus.

1 Casus pro declaratione quando aliquis dicatur homo alterius.

PRimum casus † est si quando aliquis fecit mihi homagium, & in emendam alicuius iniuriæ cõstituit se hominẽ meum, & hoc casu filius eius nõ erit homo meus, † quia delictum patris nõ debet nocere filio. Ex quo dicitur, filius non portabit iniquitatem patris. vt toto titu. C. ne filius ꝓ parte. & facit l. sancimus. C. de pœnis. & c. quæsiuit. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Si enim propter delictũ patris filiꝰ nõ debet perdere bona, cùm sit speciale in casu. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. vbi filius portat iniquitatem patris, multominus debet perdere statum & dignitatem suam. §. in auth. vt nulli iudi. collatio. ix.

2

3 SEcundus casus † est, ꝙ non solùm in emendam iniuriæ fecit se hominem meum, sed etiã se subiecit mihi & bona sua, quo casu videtur mihi ea tradidisse, & in meo dominio trãstulisse, & iterũ postea à me recepisse. l. qsquis. C. de donat. & hoc casu si velit abstinere ab illis bonis, nõ tenebitur ipse filiꝰ mihi prẽstare homagiũ, nec erit mihi subditꝰ, sed si agnoscat illa bona, tenebitur prout alij homines cõditionis illius loci, vbi sunt bona, quia illa bona transeunt cũ suo onere. arg. l. via constitui. §. si fundus. ff. de serui. rusti. prædi. dicit enim Iacobinus, ꝙ hoc casu dominus vendicabit illa bona ratione directi dominij. Et si ipse excipiat, quòd pater suus erat vtilis dominꝰ, replicabit dominꝰ, ꝙ si velit habere illa bona, debet supportare onus ad quod pater erat adstrictus. l. ij. C. sine censu vel reli. Ex quo ergo videmꝰ multos in istis locis manusmortuæ, tenere hæreditagia in loco manusmortuæ absque solutione census, cùm omnia alia hæreditagia sint censualia, possumus vendicare hęreditagia, vt hîc ante dictum est. quod vidi in practica.

4

4 TErtius casus † est, quando quis constituit se hominem meum, quia dedi sibi aliqua bona in feudum vel in emphyteusim, vt debeã eum defendere, & tunc persona principaliter adstringitur, & bona dicuntur interuenire gratia cuiusdam remunerationis. l. si remunerandi. ff. mãdati. vnde quia verisimiliter ita voluit prouidere filiis suis, sicut sibi. l. si pactu. ff. de proba. Et ideo hoc casu filius tenebitur ad homagiu, quãtumcũq; velit refutare illa bona. nam quemadmodũ possum producere filio meo, paciscendo vel stipulãdo. l. & hæredi. § nos autem. & §. Iulianus. & l. auus. ff. de pac. ita possum sibi prouidere constituendo me hominẽ alicuius potentis, ita vt ego & filij mei ab eo defendamur. † magnũ est enim ius patriæ potestatis, qa videmus ꝙ propter necessitatem pater potest vendere filium. l. ij. C. de patri. qui filios distraxerunt.

5 Ius patriæ potestatis.

6 ITem † pater potest filium impuberem sub potestate tutorum ponere. l. j. ff. de tutelis. † Item etiam potest filium constituere sub potestate & dominio alicuius domini vt ab eo defendatur.

7

8

9 Taxatiuæ dictiones.

QVartus casus † est vt dicit, est quando aliquis cõstituit se hominem meum cum dictione duntaxat, vel cum dictione, solùm, ex isto casu filius nõ tenetur mihi præstare homagium. † quia istæ dictiones taxatiuæ sunt exclusiuæ cæterorum. Ad hoc alleg. pulchrum tex. in l. nõ solùm. §. tale. ff. de libe. lega. habet in l. qui in futurum. §. si ex altera. & in l. iurisgen. §. pactorum. ff. de pac. & ita expresse determinat Io. Rayn. in c. imperialem. §. fi. in antepe. charta. versi. quæro videmus. de prohib. feudi alienatio. per Federicum.

10

10 QVintus casus est †, quando quidã simpliciter constituit se hominem meum ligium, nihilo sibi dato, & tunc si non liquet nobis de causa quare factum fuit illud homagium, quia nulla est causa expressa, in dubio præsumitur ita fecisse, vt defendatur à domino suo, vt sic eius liberi sint adstricti ad homagiũ, vt etiã ipsi defendãtur ab ipso domino, & vt res potiꝰ valeat quàm pereat. l. quoties. ff. de rebꝰ dubiis. & c. inter dilectos. §. cæterum. de fide instru. Aduerte etiam ad id quod dicit Bal. in l. j. C. de patri. qui filios distraxerũt. ꝙ per homagium patris filius non fit homo alterius. intellige hoc esse verũ, nisi filius possideat rem ratiõe cuius debetur homagiũ. qa tunc erit homo illius cuius res prout & erat eius pater. ¶ Item prędicta omnia intellige, quando scilicet pater factus est homo alicuius scilicet per pactum & conuentionẽ, quia tũc hoc casu filius non obligatur per recognitionẽ patris sim pliciter factus, nisi possideat rem ratione cuius factus est pater homo, ex quo satis est enucleatus hic §. in his verbis, *& sa posterité*. vt dixi, *a nistre*, vt in §. præced.

11 Originarij.

ADuerte † ꝙ tales filij qui sunt serui, post eorũ patres dicuntur originarij, de quibus satis ampiè dixi in rub. huius tituli.

§. SEPTIMO.

LA femme de mainmorte qui se marie à l'homme franc, est franche.

IDem in comitatu Niuernen. & in comitatu Burgũdiæ, & in pluribus locis in Frãcia. ¶ Bar. l. fi. C. de ver. sig. dicit, † ꝙ mulier popularis, nupta in domo nobilis, dicit nobilis. & ibi do. meus Iaſ. Et notatur per Pan. in c. ij. de fo. compe. & hoc est, quia efficit de familia mariti, † & debet mulier fulgere radiis mariti. l. fœminę. ff. de senato. l. j. C. de digni. lib. xij. l. mulieres. C. de incolis. lib. x. † Et hunc honorẽ retinet etiã mulier soluto matrimonio, cùm remanet vidua. c. licet. §. mulier. de sepul. li. vj. l. filius. §. vidua. ff. ad munici. c. de vxore. de sepul. c. ex parte. de foro cõpe. Barba. in consi. vj. in v. coll. in j. vol. Ioan. de Platea in d. l. mulieres. C. de inco. & in l. origine. C. de munici. & origi. lib. x. De hac materia vide plene per Bonum de Curtili in suo tractatu nobilitas, in iij. parte. nu. clxxxiiij. Et ibi dicit vnum singulare ꝙ mulier naturalis tantùm, si nupta sit viro legitimo & naturali efficitur legitima. tenet Deciꝰ in l. ij. col. ij. in prin. ff. de reg. iu. & dixi suprà tit. proximè præcedẽti. §. iij. in gl. ab intesta. versi. quintus modus. † contrariò verò nobilis mulier nubẽs ignobili viro perdit nobilitatem. l. fin. C. de incolis, lib. x. Ioã. de Platea in l. j. in prin. C. de digni. lib. ij. glo. in l. fœminæ. ff. de senato. & in l. cùm te non ex senatore. C. de nup. dicit tamen Bal. in l. cùm quędam puella. ff. de iurisdom. iud. ꝙ non ex toto nobilitatem perdit, quia in aliquibus retinet. Fel. tãgit in c. nouit. in j. col. de iudic. Nec † nobilitas filiorũ consideratur ex parte matris. Bal. in l. fi. C. de seruis fugi. domi. meus Iaſ. in l. j. in prin. ff. de verb. oblig. Petrus de Anch. cõs. cccclxxxix. incipiente, visis diligẽter iuribus. Bonꝰ de Curtili in suo trac. nobilitatis, in quarta parte, nu. xxiij. cũ quatuor sequen.

1 Mulier nubens nobili efficitur nobilis.

2

3

4 Mulier nobilis ignobili nubens perdit nobilitatem.

5

ET ideo cùm anno domini 1505. fuerint imposita feuagia in ciuitate Heduensi, & super hominibus huius ciuitatis Heduẽsis, quo tempore viuebat quõdam honorabilis ac vir sapiens magister Petrus Seurre in vtroque iure licentiatus, aduocatus regius in hoc bailliuatu Heduensi & Montissinerij, ex quo tanquam officiario regio non poterat imponi in hac ciuitate Heduen. prout ita consuetum est fieri: Quæ quidem

POnderandum est ergo, ꝙ ad validitatē actus manumissionis serui ecclesiæ requiritur qualitas. ex quo sequitur, ꝙ dato actu sine qualitate nō valet act⁹, cùm vt dicit Bar. in l. Fulcinius. §. cum hoc. ff. quib. ex causis in possess. ea quando lex requirit actum cum limitatione seu qualitate, actus de per se nō valet sine qualitate, seu limitatione. quē ad hoc allegat do. Ias. in l. nō solùm. §. sciendum. in j. col. ff. de noui ope. nuntia. Panor. in c. ij. in ij. col. & ibi Feli. xij. col. de rescriptis. sed sic est ꝙ non constat quòd talis fuerit benemeritus, aut ꝙ prælatus dederit aliquid de proprio ecclesiæ, aut duplum æstimationis illius serui: ergo cùm talia sint facti, quæ non præsumuntur nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis & postli. dicā infrà, non est dicendum quòd de prædictis constet.

ET sic cùm ex his cōstat, ꝙ manumissio serui simpliciter nō est ꝑmissa, ex quo in casu nostro sum⁹ in casu non ꝑmisso de iure, maximè etiā cùm nō fuerit cū debitis solennitatibus à sacris canonibus requisitis celebrata, quod requiritur, vt traditur xij. quæ. ij. in summa. & c. sine exceptione. & per totū. & c. j. de rebus ecclesię nō alienā. li. vj. & c. nulli. de rebus ecclesiæ non alienand. est nulla. & facit, quia ad validitatē alienationis rei ecclesiasticæ exigitur veritas causę, & solēnitas formæ. xij. quæst. ij. c. sicut ecclesia. §. his omnibus. vnde existētia alterius nō sufficeret, vt traditur in dictis iuribus. notat Archi. x. q. ij. c. hoc ius. & doc. in d. c. j. de reb⁹ eccle. nō alienā. & clari⁹ infrà dicetur.

SEd in prædicta manumissione neutrū prædictorū interuenit: nō necessitas aut vtilitas monasterij, nō solēnitas: ergo prædicta alienatio seu manumissio nō valuit. † Probatur, nam præsuppositio alienationis verbo cōprehenditur mancipiorum manumissio. l. fi. C. de rebus alienis nō alienā. facit tex. in materia in c. nulli. de rebus ecclesiæ nō alienan. Sed ad validitatē alienationis rei ecclesiasticæ, in primis requirit aut exigē tia, quę duplex est, necessaria s. aut vtilis, vnde nec necessaria nec vtilis fuit in hoc casu, ergo nō debebat valere. notatur in c. nulli. de rebus ecclesię nō alienā. & in c. cū apostolica. de his quæ fiūt à prælat. & in c. tua. eo. tit. & in c. j. & ij. de rebus ecclesiæ non alienā. xij. q. ij. c. sine exceptione. & in clemē. j. de rebus ecclesię nō alienā. † vbi est expressum, ꝙ requirit ꝙ subsit vtilitas vel necessitas monasterij, ad hoc vt possit fieri manumissio. & est tex. in terminis, ꝙ ex manumissione serui ecclesiæ, infertur damnū ecclesiæ. in d. c. episcopi. de rebus ecclesię nō alienā. ibi, impiū est em̄ vt qui res suas ecclesię nō attulerit, dānū inferat. reddēdo rationē quare ꝙhibetur prælatis ne præsumāt manumittere seruū ecclesiæ, nisi de proprio aliqd erogaret ecclesiæ. Vñ posito ꝙ oēs debitæ solēnitates à sacris canonibus requisitæ, in dicta manumissione interuenissent, ex quo tamē nō probatur ꝙ subesset vtilitas vel necessitas, talis alienatio non videtur valuisse, vt not. glo. in c. quę in ecclesiarū. de cōst. gl. in c. j. de in integ. resti. & in c. j. ne sede vacante. & tenēt doc. in c. nulli. de rebus eccle. non alienā. & in c. cū apostolica. de his quæ fiūt à prælato sine cōsensu capituli. Io. An. in d. c. quę in ecclesiarū. & dicit Barba. in cōs. suo xl. in j. & ij. col. in j. vol. ꝙ ista est cōmunis à qua in iudicādo non est recedendum, s. ꝙ requiratur ꝙ sit vtilitas ecclesiæ, & ꝙ sit euidēs. ¶ Quòd autē nō interuenit necessitas aut vtilitas ecclesiæ manumittendo dictū seruū, non apparet, & facta nō præsumuntur nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. de consecratione dist. ij. c. solennitatē. l. asseueratio. C. de nō numerata pecunia. c. cùm in iure peritus. de offi. deleg. cū similibus. igitur.

CVm ergo non interuenerit necessitas aut vtilitas, vt patet ex supradictis, nō sumus in casu permisso, etiā si solennitates fuerint obseruatæ: ꝙ si non, vt statim dicā, dicta alienatio est nulla, cùm talia ita sint necessaria vt dictis iurib⁹, & xij. q. ij. c. liberti. §. pro remuneratione. & c. quicūq; suffragio. & notatur ꝑ Io. And. in additio. ad Spec. in tit. de rebus ecclesiæ nō alienā. super reb. & in l. iubem⁹. & ibi Bar. C. de sacrosan. eccle. ꝙ dicta manumissio aliter facta, est nullius valoris & momenti. secundū doct. in d. c. nulli. & in c. cùm apostolic. vbi Io. de Imo. hoc tenet, & etiam gl. in d. c. j. in pe. gl. de in integ. resti. & ibi Io. de Imo. & Panor. & etiā tenet gl. ij. in c. pe. de rebus eccle. non alienā. vbi Panor. Archi. Io. And. in c. ij. de rebus eccle. nō alienā. in vj. vbi est bonus tex. qui videtur velle, quòd copulatiuè requiratur ꝙ alienatio sit facta in casu ꝑmisso, & cum debita forma iuris: ergo si alterū prædictorum deficiat, ipso iure non tenet: † cùm ad veritatē copulatiuæ requiratur concursus vtriusq; copulati. l. si hæredi plures. ff. de hære. instit. cum vulg. Ad idem facit gl. in d. c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. & in d. c. j. ne sede vacāte. & Host. in c. ad nostram. de rebus eccl. nō alienā. & in sua summa. & ad gl. in summa xij. q. j. & in c. sine exceptione. cum opinione Damasceni dicendū est ꝙ illa gl. cū illa opinione debet intelligi prout intelligunt doctores, † ꝙ quando ecclesia est lęsa, ex contractu facto in casu permisso, & solennitatibus, ꝙ tūc ecclesia debet restitui. sed hīc fuit facta alienatio in casu nō permisso, ergo contractus est nullus, ex quo non requiritur restitutio. Ita in terminis tenet Soc. in cons. suo xxix. inc. viso quodam instrumēto. in iij. col. dicens dictas opiniones ita debere concordari, tenendo communem & indubitatam conclusionem, quòd contractus rei ecclesiasticæ, in casu non permisso, & sic vno ex prædictis deficiente, sit nullus.

MVltò ergo fortius in hoc casu debet dici dicta manumissio nulla & nullius valoris, cùm sit in casu nō permisso, nec sit necessitas aut vtilitas, verū etiam solennitates à iure requisitæ nullo modo obseruatæ fuerunt. quod cùm ita sit, vt dicam infrà, non est dubium quòd prælatus debet obtinere in possessorio, quādo scilicet tales alienationes fiunt in casu nō permisso, & solennitatibus non obseruatis: imò in terminis de seruo ecclesię manumisso non data aliqua re de proprio matrimonio manumittētis, prælatus successor reuocabit quo ad proprietatem & possessionem, vt in terminis tenet Archi. in c. at si illi. xij. quæstio. ij. Bald. in l. iubemus. ij. in fi. prin. C. de sacrosanct. eccle. Socin. in cons. xxix. suprà allegato in ij. col. ¶ Et facit, † quia in rebus ecclesiæ ex actu nullo, hoc est ex contractu inutili non transfertur possessio. vt tenent Bar. Ias. præceptor meus, & alij. in l. j. §. si vir vxori. ff. de acqui. poss. Et quòd ita sit, quòd solennitates non fuerint obseruatæ, clarè constat, cùm, vt dicit Hostiē.

11 *Alienatio comprehendit serui manumiss.*

12 *Vtilitas ecclesiæ.*

13 *Copulatiuæ veritas.*

14 *Ecclesia læsa restituenda.*

15

BIU Cujas

16 Requisita in alienatione rerum eccle.

in summa de rebus ecclesiæ non alienandis. † plures solennitates in alienatione rei ecclesiasticæ requiruntur, quæ si omissæ fuerunt, contractus super ea factus est nullus, vt statim dicam.

17 Causæ cognitio.

PRimò, enim requiritur, † ꝙ interueniat causæ cognitio, an scilicet expediat ecclesiæ seu monasterio talem manumissionem fieri, argumento notatorũ per Innocentiũ in c.fi.vt ecclesiastica beneficia.& per Archidiaconũ xvij.q.iiij.in c.in venditionib.qđ ꝓbatur maximè in casu.nã non omni casu est ꝓmissa manumissio serui ecclesię.vt c.episcopi.de reb.eccle.non alienã.c.at si illi.xij.q.ij.Host.in summa de reb⁹ eccl. nõ alienã.§.ij. cũ ergo in quibusdã casibus sit ꝓmissa dicta manumissio, causę cognitio exigit, vt cognoscat, an sit ille casus in qua est permissa dicta manumissio. sed prædicta causæ cognitio nõ interuenit, igitur, &c.

18 Interuẽtio tractatus.

ET ꝙ nõ interuenit, satis constat, † qa dicta manumissio fuit facta nullo præcedente tractatu, ꝙ quidem precedere debebat, ad hoc vt dicta manumissio valeret, & possit dici esse facta, solennitatibus obseruatis, prout dicit Io.And.in c.j.de his quæ fiũt à prælat. de quo remittit ad not.in c.j.de rebus ecclesiæ non alienan.lib.vj.Et quod plus aduertendum est quòd ex quo tales monachi illius abbatię S.Martini Heduensis sunt monachi nigri, & ordinis sancti Benedicti, requiritur tractatus, non solùm vnius diei, sed duorum dierum, prout expresè voluit Io. Andr.in additio.ad Speculatorẽ in titu.de loca.§.ij.versi.& scias.allegando constitutiones Benedicti.& sequitur Ioan.de Imo. in.d.c.jde his quæ fiunt à præla.sine consensu capituli.

19 † & quòd interueni re debeat tractatus in alienatione rei ecclesiasticæ, tenet Alexan.de Imol.in cons.suo xliij.inci.viso instrumẽto.in j.col.in iiij.vol.Alex.no. in d.cap.cùm apostolica.& in c.tua.de his quæ fiunt à prælat.& xij.q.ij.c.sine exceptione.& c.ij.de rebus ec-

20 cle.nõ alienan.in sexto, cum ibi notatis. † ꝙ quidẽ tractatus præcedere debet cum magna deliberatione & maturitate.d.c.sine exceptione.& Bal.in cõsi.suo ccc-

21 lxxviij.in iij.parte.† qui quidem nunquam præsumitur interuenisse.c.j. de rebus ecclesiæ non alienan.in sexto.& ibi not.Soci.in cons.xxix.in vj.col.

22 Consensus capituli aut conuẽtus.

ITem etiam † non interuenit consensus monachorũ debitè, nec eo modo quo præstari deberet, ꝙ quidẽ requiritur, vt est tex.apertus in clemen.j. de rebus eccle.non alienan.ibi, dum dicit, cõuentus sui. maximè cùm conuentus sit regularium.notat Panor.in c.nisi cùm pridẽ.de præben. maximè quia dicit sui.Et probatur optimè in ç.j.de his quæ fiunt à prælat.sine cõsen.cap.vbi etiam hoc tenent Inno.& Panor.in c.edoceri.de rescrip.facit tex.& quod ibi not.Io.de Imo.in c.j.de rebus eccle.nõ alienã.& hoc idẽ expresè voluit Spe.in tit.de locato.§.ij.in versi.& scias.vbi in forma alienationis ponit tractatũ & cõsensum cõuentus. &

23 ibi Io.And.in ãddi.† Quẽ quidẽ cõsensum præstando debẽt oẽs monachi adesse, & esse præsentes: nec sufficit quòd dicãt totũ capitulũ cõsentit; sed requirit, & est necesse exprimere omnia nomina monachorũ, in huiusmodi consensu, vt tenet in terminis Archi.xij.q. ij.c.sine exceptione.in fi.quod non fuit factum in cõsensu præstito per cõuentũ, seu monachos cõuentus, vt suprà videri potest, igitur nulla est præstatio cõsen-

24 sus.† Paria eñ sunt aliquid nõ fieri, vel non fuisse factũ legitimè.l.quoties.& ibi doctor. ff.qui satisd. cog. facit qđ dicit Bal.in c. Nicolao. de appel. ꝙ paria sint nõ cõparere, vel nõ cõparere legitime.facit ad prædicta l. nulla.ff.de autho.tut.l.quanuis.§. si conuenerit. vbi Bar.no.ff.ad Velleia.& in l.nõ putauit.§.nõ quæ-

uis.ff.de bon.poss.cõtratab.& facit tex.& ibi Bal.in l. si aut nullum. C. de legi.hære. vbi dicit † ꝙ nihil & inualidum æquiparantur. faciunt dicta per do.meum Ias.in l.j.in prin.in ix.col.ff.de noui ope. nunt. & in l. ij.in iiij.col.C.de succes.edicto.igitur.

25 Nihil & inualidum æquiparantur.

ITem etiam † non interuenit authoritas superioris quæ requiritur.c.abbatibus.xij.q.ij.& xvij.q.iiij.In no.in c.ij.de transact.notat in cle.ij. de rescrip. Archi. xij.q.ij.alienationes.notat in c.nulli.de reb⁹ eccle. nõ alie.puta in hoc monasterio exẽpto authoritate summi põtificis, vt in terminis tenet Alex. in cõs. suo xliij. in iiij.vol.qđ incipit, viso instrumẽto & Bal.in cõs.suo cccl xxviij.in iij.par.Quinimò ex quo prędictus quõdam dñs Ioannes abbas cõmendatarius, in sua installatione iurauit de nõ alienãdo incõsulto summo põtifice: ꝓut soliti sunt iurare omnes tales prouisi à summo pontifice, & hoc sicut omnes commendatarij, ꝓpter clausulam in bullis cõmendatariorum appositã, s.alienatione quorumcunque immobilium, & mobilium pretiosorum eidem interdicta. & sic præstant iuramentum administrare secũdum tenorẽ bullæ apostolicæ, ex quo non potuit alienare, hoc est manumittere dictũ seruũ sine licentia summi põtificis, sedm Io. And. quem sequitur Ioan.de Imo.& Ant. de But.in c. pastoralis.de his quæ fiũt à præla.Io.An.& Henri.Bohic in c.tua.de eccle.ædifican.probatur in c.aduersus. de immunit.eccle.faciunt no.per gl.in cle. j. de rebus eccle.nõ alienã.ita tenet Soci.in consi.suo xxix.suprà alleg.& Bal.in d.cõs.cccl xxviij. ¶Et credo, † ꝙ de hoc in terminis, maximè ꝙ de alienatione fiẽda per abbatem exemptũ, requiratur authoritas summi põtificis, est tex.qui nõ potest cauillari.in c.ij. de reb⁹ eccle. nõ alienã.in sexto, vbi tex.ponit solennitates quæ de iure requiruntur in alienatione rei ecclesiasticæ, quę qdem authoritas nec tractatus, nec cõsensus capituli, debitè non interuenerunt in huiusmodi manumissione, quæ est alienatio rei, quæ inter immobiles cõputatur, nec instrumentũ faciens mẽtionẽ de his, ꝓbat illas interuenisse.Barb.cõsi.xl.in v.col.in j.vol. igitur.

26 Authoritas superioris requiritur.

27

QVare cùm prædictæ solẽnitates nõ interuenerũt, imò penitus defecerunt, sequit ꝙ contractus fuit ipso iure nullus, tam ex regula generali quæ vult, † ꝙ deficiẽte forma deficiat actus.c. quia propter.de ele. j.q.j.detrahe.ca.maiores.de baptis.l.cùm hi.§.prætor. & l.de his.ff.de transac.no.in ca.cùm dilecta.de reser. q̃ etiã quia in terminis ita annullãt iura alienationes aliter factas.c.j.& ij.de rebus eccle.non alienan.in vj. c.j.de his quæ fiunt à præla.imò etiam quando dicta alienatio, & sic manumissio dicti præbyteri esset facta in casu permisso, & ex causa vrgentissima & necessaria, scilicet quia aut talis Poichin fuisset bene merit⁹, aut dictus quondam Rolin dedisset duplum æstimationis, quod requirebatur, ex quo non fuit, vt ordinaretur, cùm iam esset ordinatus, vt dicit Henri.Bohic. in d.ca.nulli.quod cùm non probetur, vt dixi, tamen quia dictæ solennitates sunt omissæ, contractus est nullus. clem.j.de rebus eccle. non alienan.vbi duo copulatiuè requiruntur, vt suprà dixi.& not.in c.nulli. Feli.in c.causam quæ.in v.col.de iudiciis.

28 Regula

VIdeo † contra hîc antè scripta Goffre. & Inno. conãtes hanc manumissionẽ sustinere, & dicentes, amice, prædicta quæ dixisti sunt vera, & habent locum de mera iuris dispositione, & nulla existente cõsuetudine, quia tunc stante tali cõsuetudine, qđ nõ obseruantur solennitates, valebit alienatio sine dictis solennitatibus, cùm consuetudo alicuius loci particularis, inferioris ab ecclesiis cathedralibus tales solen-

29 An statutum aliquis ecclesiæ illius civitatis valeat.

nitates

nitates loci tollere possit: & standū est consuetudini loci quantum ad dictas solennitates. ita dicit & tenet ipse bonus pater Goffre. in c. nulli. de rebus eccle. non alienan. & dicit idem Inno. quòd standum est consuetudini quæ seruatur in illa ecclesia cui⁹ res alienatur, dūmodo non sit præterita, & non sit grauosa ecclesię, aliàs nō teneret. vt c. j. de cōsue. c. cum causa. de re iud. isti duo patres voluerūt me turbare in hac manumissione, sed faciliter ad oculum demonstrabitur quòd dicta eorum parum proderunt dicto presbytero nulliter manumisso, quòd dicta illorum non faciant valere dictam manumissionem, nec illi robur & effectum dare potuerunt.

PRimò, quia non cōstat ꝙ in dicto loco S. Martini sit consuetudo, ꝙ tales solennitates in alienatione rei ecclesiasticę, & maximè in manumissione serui ecclesiæ non obseruantur. Quæ quidem cùm sint facti, & in facto consistant. c. j. de consti. in vj. probanda est: † cùm facta non præsumātur, nisi probentur. l. in bello. §. factę. ff. de capti. & postlimi. reuer. Dixi suprà, nec alicui † attestanti in loco esse consuetudinē creditur, etiam si esset doctor, imò etiam si gl. vt dicit Bal. in l. si quis. §. j. ff. de pig. in lectura antiqua, & in l. consentaneum. C. quomodo & quādo iudex. in vj. col. in v. oppositi. imo non resultat ex tali assertione præsumptio quæ sit potens ad transferendū onus probandi in aduersarium. ita tenet Alex. in l. post dotem. in xxiij. col. ff. sol. mat. Plures doctores tenent hanc contra Bar. in l. de quibus. in xl. col. ff. de legibus. quā dicit esse verā do. meus Ias. in d. l. de quib⁹. & quod plus est, non credo quòd sit cōsuetudo, maximè quòd non requiratur authoritas superioris, cùm plures viderim manumissiones, etiam factas per dictum Rolin, in quibus interuenerunt & authoritas superioris, scilicet summi Pontificis, & etiam Christianissimi regis.

30 Facta non præsumuntur.

31

ITem ad hoc vt talis consuetudo possit esse valida, requiritur quòd sit obtenta in contradictorio iudicio. l. cùm de consuetudine. ff. de legi. vbi est tex. ad literam. & glo. in c. cum causa de re iud. Bal. in l. de quibus. post gl. ibi. ff. de leg. & gl. in ver. consuetudinem. in c. frustra. viij. distin. quod tamen nullo modo fuit factum, igitur, &c.

ITem & quod plus est, adhuc talis cōsuetudo in hac patria ducatus Burgundiæ, non potest allegari, vbi sunt bona, & persona quæ prætēdit se fuisse manumissam, cùm vt constat in consuetudinibus huius patrię, in fin. vbi tres status patriæ ad consuetudines nostras in scriptis redigendas cōuocati, voluerūt & consenserunt quòd oēs alię cōsuetudines quæ non reperirētur in libro nr̄arum cōsuetudinū essent abolitæ, & nullas haberēt vires, imò in his quæ emergerēt ad iuris cōis dispositionē recurrēdū esset, sublatis dictis cōsuetudinib⁹ & remotis. Quę qdē cōsuetudines, cū sint mixtæ, & tā per viros ecclesiasticos approbatæ, q̄ per laicos, ligant etiā clericos, & ecclesiasticas personas. Fel. in c. cum causa. de re iud. & in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. in xxix. col. de consti. post Io. de Imo. in c. peruenit. de fideiuss. Alex. in cons. xcj. in vlt. col. in j. vol. Fran. de Are. in c. ꝙ clericis. in vlt. col. de foro competenti.

ITem & quod plus est, quando prædicta omnia cessarent, adhuc non nocet obstaculum factum de opinione prædictorum, cùm cōmunis conclusio & opinio sit omniū scribentiū, quòd † cōsuetudo alicuius ecclesiæ in alienationibus rerū ecclesiasticatū, nō possit tollere solennitates introductas de iure canonico, & sic solennitates introductas per c. sine exceptione. xij. q. ij. & per c. j. & ij. de rebus eccle. non alienan. ita est tex. cum glo. in c. cùm causa. de re iudi. & in c. ij. de consuetu. not. in c. quæ in ecclesiarū. de cōstitutio. Panor. & Imo. in c. nulli. extrà, de rebus ecclesiæ non alienan. Host. in d. c. nulli. & in summa. per c. primum, de rebus eccle. non alienan. Ioan. And. in d. c. nulli. vbi omnes concludunt quòd solennitatem introductam de iure canonico non potest tollere cōsuetudo: secus autē de solennitate introducta per auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccl. ¶ Et quòd non possit tollere solennitatem introductam de iure canonico, est, quia aliàs esset grauosa ecclesiæ & contra vtilitatem ipsius, ex quo prædictā opinionem Goffre. reprobat etiam Archi. in c. in venditionibus. xvij. q. iiij. & in ca. nemini. super ver. monasterio. xvj. q. vij. dum se remittit ad nota. in d. c. in venditionibus. ¶ Dominus verò meus do. Ias. in l. de quibus. in xlj. col. ff. de legi. quærit nunquid consuetudo alicuius ecclesiæ possit inducere, quòd in alienationibus rei ecclesiasticæ immobilibus non requiratur authoritas superioris, & licet per quædam videatur allegare quòd sic, scilicet gl. in l. diu turna. ff. de legi. & in rub. C. quæ sit longa cōsuetudo. in gl. ibi, tamen concludendo tenet quòd non, prout tenent Bar. & Sali. in auth. hoc ius porrectū. in fi. C. de sacrosan. eccle. sed dicit quòd Paul. de Castr. in d. l. de quibus. concordando distinguit, vt ibi per eū. concludendo tamen & communē insequendo, dicit & tenet † ꝙ solēnitates introductas in alienationib⁹ reru ecclesię, per d. auth. hoc ius porrectū. potest consuetudo tollere & diminuere, patet vt dicit, quia ecclesia omnes non admisit, sed solēnitates introductas per c. sine exceptione. xij. q. ij. non pōt consuetudo clericorū tollere. ita vt dicit, cōmuniter concludūt doc. post Inno. in d. c. nulli. de rebus eccle. nō alienā. firmat Imo. in c. j. in vij. col. de his quę fiūt à prælat. Panor. in c. cum in officiis. de testa. Fede. de Senis in cons. suo cxxxvij. prędictam etiam opinionem contra Goffre. tenet Henri. Bohic in d. c. nulli. in iij. col. & in c. cęterū de donatio. quæ quidem opi. cùm sit communis, sequenda est, nec est ab illa discendendum, & illā sequi debemus, quia præsumitur vera, in iudicando non est discedendu, cū testimonio plurimorū doctorū comprobetur. l. j. versi. sanè. & ibi Bal. ff. de officio quæsto. & Anto. de But. in ca. nouimus. de verb. sign. & dicit Alex. in cons. suo xcv. inci. visis processibus circa lites. in ij. vol. † quòd à cōmuni opinione in iudicādo non est recedendum, imò præsumitur per imperitiam iudicare qui inhæret singulari opinioni, relicta communi sententia, secundum Bal. in l. j. per illum text. ff. de senatoribus.

32 Solennitates introductæ iure canone. nō possunt tolli consuet.

33 Introductæ ꝙ aut. hoc ius possunt tolli.

34 A communi opinione non discedendū

SEd hoc verum † quo ad diminuendū solennitates de iure canonico introductas, quo verò ad augmētandū, consuetudo potest addere solēnitatibus introductis de iure canonico. ita dicit Sali. in d. auth. hoc ius porrectū. in prin. & in fi. C. de sacrosanct. eccles̄iis. Io. de Imo. post Io. And. in c. nulli. de rebus eccle. non alienā. ex quo cū in dicto loco sit consuetudo ꝙ in talibus manumissionib⁹ necessaria sit authoritas Christianissimi regis, tāquā patroni dicti monasterij. cū nō fuerit obseruata, ꝙ adhuc magis debet dici dicta manumissio nulla. iustū enim & æquū est, vt illi⁹ authoritas intersit, ne ius suū patronat⁹ diminuatur: qđ fieret si rot fierent manumissiones, imò qđ plus est, videtur ꝓpter hoc esse homo regis, ita ꝙ ei succedere debeat, cùm sit instructio pro iure regio reperta in camera cō putorum, quæ est huiusmodi. *Si aucun homme de condition serue d'aucuns seigneurs, religieux ou autres se font racheter de leurs dicts seigneurs, & nō pas du Roy, ces hommes ou femmes sont & demeurent enuers le Roy de telle cō-*

35 Consuetudo addere potest solennitatibus à iure introductis: non autem detrahere.

BIU Cujas

dition qu'ils eſtoyent enuers leurs ſeigneurs, iuſques à ce que ils ſoyent racheptez du Roy noſtre ſeigneur. Et ideo per hoc videbatur quòd manumiſſio talis erat nulla, tamen non redibat ius in abbatẽ, & cõuentũ S. Martini. ſed acquiſitũ fuerat Regi. Et iõ in hoc inſurrexit procurator regius in balliuatu Diuionẽſi, q̃ ſe oppoſuit prætendẽdo dictam ſucceſſionẽ competere Regi: ſed ex parte abbatis opponebantur plura. Primò fuit oppoſitũ ꝙ oẽs terrę S. Marti. erãt amortizatæ. † Et ideo per hoc nullum ius amplius competebat Regi, cùm per talem amortizationẽ fiant res quæ erant feudales, aut aliàs aliquo iugo ſeruitutis ſubiectæ, allodiales. & pro certo quidã practici Gallię in hoc grauauerũt eccleſias regni, inquantũ adinuenerunt hoc, † ꝙ eccleſię non poſſunt habere res immobiles in regno ſine amortizatione, vt dicit Petrus Iacobi. de Aureliaco in ſuis libellis, in tit. de cauſis ex q̃b. vaſſall⁹ quãtũ eſt de iure amittere debeat feudũ. in vj. fol. in xxvj. col. ibi, quidã verò ſpretis iuribus. ſed q̃quid ſit hoc iure vti mur, ꝙ eccleſia aliq̃d q̃ ſit feudale acquirere nõ poſſit ſine amortizatione. Et hæc erat reſpõſio Abbatis, tã ad id q̃ dictũ eſt, q̃ ẽt, q̃a dicebat ꝓcurator regius, ꝙ ex quo prælatus & abbas S. Martini tenẽt plura bona feudalia, imò quaſi oĩa, ꝙ ratione dictorũ feudorũ ſunt ſubiecta Regi: † cũ ẽt eccleſia tenẽs aliquid in feudum à principe eidẽ ſubiicitur, vt tenẽt textus in c. ſolitæ. §. verum. ibi, quod autem ſequitur. de maiorit. & obedient & in c. verum. de foro competenti.

56 *Amortizatio efficit res feudales allodiales.*

37

38

ADuerte etiam, quia de iure epiſcopi poſſunt habere ſeruos, & illos manumittere. vt in l. j. C. de his qui in eccleſiis manumittuntur. cùm ibi imperator ſcribat epiſcopo Protogenen. quòd ſeruos ſuos manumittere poſſet. & dicit tex. in l. qui religioſa. C. eod. ibi, clericis autem amplius concedimus. quòd clerici poſſunt dare libertatem ſuis ſeruis.

IMò etiam omnia bona tẽporalia clericorũ & eccleſiarum in regno Franciæ, ſunt ſubiecta & ſubiiciuntur regi, vt tenet Bald. in c. cùm veniſſent, de eo qui mitti. in poſſeſ. cauſa rei ſeruandę. Et ideo rex ſuper illis poteſt facere leges & ordinationes quibus ligantur dicta bona, vt tenet Bald. in dicto loco.

CVm ergo ex ſupradictis ſtat firma & indubitata cõcluſio, quòd dicta manumiſſio ſit nulla, tam ex defectu cauſæ, & quia non in caſu permiſſo, quàm ex defectu formæ, & ſic quia ſolennitates non fuerunt obſeruatæ, ſequitur neceſſariò dicendum, quòd prætendentes ius virtute dictę manumiſſionis nullũ conſequi poſſunt, cùm ex actu nullo nullus ſequi poſſit effectus. l. non dubium. vbi do. meus Iaſ. C. de legi. idem Iaſ. in l. ij. §. quod ſi in patris. in vj. col. ff. ſol. mat. & in l. cauſas. in fi. ij. col. C. de tranſactio.

ITẽ & maximè q̃ plus eſt, non reperietur ꝙ dictus Poichin, ſuas ſcripturas manumiſſionis huic domino abbati præſenti, inſinuauerit infra annum à tempore ſuę promotionis, quod facere debebat, prout eſt tex. ad literam in c. longinquitate. xij. q. ij. vbi dicit, ꝙ ſi non inſinuauit, quòd eius chartulæ manumiſſionis ſunt inanes & vacuæ: & quòd perpetuò ſunt redditi ſerui. quæ omnia important ipſo iure, elapſo ſcilicet anno. Or nunc eſt, quòd eſt annus elapſus, imò ſunt pluſquam ſeptem aut octo, igitur reddit⁹ fuit ſeruus perpetuò & in illa origine in qua erat.

EX quo parentes dicti Poichini manumiſſi, nõ poſſunt virtute dictę manumiſſionis obtinere in poſſeſſorio contra dictum dominum Abbatem ſucceſſorem, aut ſaltem contra procuratorem regium, quod non decido ad quem ſcilicet iſtorum ius competat.

ET iſta dixi, & conſului in caſu emergenti, ſed non potui tm̃ clamare, quin dictus Poichini obtinuerit contra dictũ ꝓcuratorẽ regiũ, & prædictũ dñm̃ reuerendiſſimũ abbatẽ S. Martini, maximè in poſſeſſorio. quia ex quo conſtabat de manumiſſione & conſenſu monachorũ, dicta manumiſſio operata fuit effectum in poſſeſſorio, nec habuerũt iudices reſpectum ad prædicta, neſcio quid eſſet in petitorio. Vidi etiã ꝙ curia parlamenti Burgundiæ in cauſa Arthauldi Bouthier, qui emerat pratum quoddam à priore Anziaci, nullis ſeruatis ſolennitatibus, adiudicauit gaudentiã dicto Bouthier de dicto prato, contra procuratorem regium, eo quòd appunctuauit, quòd pẽdente ꝓceſſu cõtra eũ gauderet de prædicto prato, & ſic nõ habuit reſpectum ad ſuperius dicta. Et hoc eſt, quia curia Frãciæ reſpicit in poſſeſſorio ſolum gaudentiam facti. vt dicit Io. Fab. §. retinendæ. inſti. de interdi. col. penul. & dixi ſuprà, in tit. *des ſucceßions.* §. j. in glo. *ſaiſit.*

§. DECIMO.

L'Homme de mainmorte peut vendre & aliener ſon heritage aſſis en lieu de mainmorte aux gens de la ſeigneurie & condition dont il eſt. Et ne les peut vendre à homme de franche condition, ne d'autre ſeigneurie, ſi ce n'eſt du conſentement du ſeigneur de la mainmorte, & n'entend-on point preiudicier à ceux qui ont les lieux particuliers par cours ou vſage du contraire.

ISte §. poſſet diuidi in duas partes principales, ſecundum quòd ponit duas regulas principales, vel in quatuor, ſecundũ quòd ponit duas regulas, & duas exceptiones. ponit ergo vt videmus duas regulas: vnam permiſſiuam, aliam prohibitiuam: ad prohibitiuam ponit duas exceptiones.

REgula permiſſiua † eſt, quòd homo manuſmortuæ, poteſt vendere, & alienare hęreditagium ſeu manſum ſuum ſitum in loco manuſmortuæ, hominibus illius conditionis cuius eſt hæreditagiũ ſeu manſum, & durat prima pars in qua ponitur regula affirmatiua vſque ad verſiculum, *& ne les peut.* 1 *Prima regu. tex.*

REgula prohibitiua † eſt quòd non poteſt vendere homini franco, vel homini alterius loci, quàm illius loci mẽſurati. facit pro vtraq; regu. tex. in l. quoties. C. de agric. & mancip. dñi. li. xj. & ibi Io. de Platea ibi, alij autem. vbi habetur † quòd ſi quis ex colonis principis vult vendere agrum ſuum, requirendi ſunt alij qui ſunt de ſimili origine ſeu iure, nec admitterentur alij ad emendum, quia potius inter colonos debet fieri venditio fundi colonarij, quàm inter extraneos. & facit tex. in l. j. C. non licere habita. metrocomię. li. xj. vbi dicitur, † quòd metrocomi, id eſt illi qui ſunt poſiti in quadam villa menſurata, prohibentur tranſferre eorum poſſeſſiones quocunq; alienationis titulo in alios, quàm in homines illius loci menſurati. & in hoc homines manuſmortuæ aſſimilantur hominib⁹ metrocomis. † q̃ ꝓpriè ſunt q̃ de vno loco mittuntur ad alium locũ menſuratum, aſſignando eis locum ſeu villam, à qua non audeant recedere, prout faciebant Romani quando ſubiugabant aliquã terram eis

2 *Secũda.*

4

5 *Metrocomi.*

inimi

inimicam, potiores & meliores homines illi⁹ loci seu terræ ablatis sibi bonis suis, transmittebāt ad aliū locū, quē sibi assignabāt, scđm ꝙ notat in l.certa forma. C.de iure fisci. lib.x. & in l.vnica.in prin. de Latina liber.rolleda.& in l.fi.C. de exacto.tributo.li.x. & tales ꝙ ibi mittebātur, poterāt vēdere terrā eis assignatam, hominib⁹ illi⁹ terræ & loci,& nō extraneis, & prędictā trāsmissionē practicauit,& ad effectū deduxit christianissimus rex Francorū Ludouicus xj.cùm accepisset ciuitatē Atrebatē.ibi misit Parisiē.assignādo eis terrā,& in loco Atrebati accepit homines potētes & meliores,quos trāsmisit in Galliā & Frāciā,eis in plurib⁹ villis & ciuitatibus assignando possessiones tales:quoniā nō poterāt vēdere prędictas possessiones hominibus alterius cōditionis, aut alterius loci.sed credo ꝙ prędictę trāsmissiones nō fuerūt vtiles, ꝓpterea bene dicit Io.de Plat.in dicta rubrica,nō licere habitato.ꝙ talis trāsmissio sublata fuit,quia generabat scādalū,& ciuile bellum. Vidi adhuc in Italia in ciuitate Mediol. vbi fui assessor capitanei iustitię Mediolani,†ꝙ nemo potest emere hæreditagia aut domū in dicta ciuitate, nisi sit originarius ciuis illius loci,seu illius ciuitatis. ex quo cùm semel dixissem, me velle habere quandā possessionē in dicto loco per donum principis, mihi fuit dictū ꝓ aliquos ex maiorib⁹ ciuitatis,ꝙ opus erat impetrare priuilegiū ciuitatis ad illas possessiones tenendas vltra annū,quia tū nō multum curabam,non inquisiui vlterius.& de hoc statuto Mediolan.loquitur And.Sicul.in consi.suo xiiij. in vij.col.in ij.vol.

6 Mediolanen. consuetudo.

QVantū ad secundā regulā quæ est ibi, *Et ne peut*, pone ꝙ vendiderit aut alienauerit, an alienatio sit nulla?dic ꝙ nō,imò alienatio poterit reuocari dño petēte.faciūt quæ dicit Bar.& pòst eum do.Claudi⁹ de aquis in l.si quis ita.§.ea lege.in vj.col. ff.de ver. obli. vbi dicit,† ꝙ ꝓhibitio alienatiōis per statutū vel legē impedit dñij trāslationē.plura ibi.p Alex.& do.Claudiū de aquis.& dicit tex.i l.j.C.nō.lice.habita.ꝙ sicut de facto processit,de facto rescindet. ¶Tu dic ꝙ tenet alienatio donec sit persona reuocare volēs, s.domin⁹, vt tenet Bal. in consi. suo clxxiiij. in v.parte. in ij. col. Sed aduertendū,quia ex quo statutū non priuat eos amissione rei,tenetur reuocare volēs restituere ꝓtiū, & potest res retineri,donec restituat prętiū.ita in terminis Bal.in l.fi.§.fi.ibi,& hoc facit ad statutū. C.cōmunia de leg. per l.si non sortē.§.si centū.ff.de cōdic. indeb. ¶Vide Aluaro.in c.j.§.notandū.in ij.de his qui feud.dare possunt. ꝙ qui petit rescindi contractū, tenetur restituere pretiū, nisi cōtractus iam fuerit de se reuocatus ex lapsu tēporis.quod nota.In hoc,an prohibitio alienationis impediat dominij trāslationem, considerandi sunt tres casus,quos infrà dicam.

7 Prohibitio alienationis quā do impediat dominij translationem.

SEd quæro,†an valeat tale statutū, ꝙ tales res non possint alienari nisi in subditos. Bar.in l.filiusfa.§. diui.in iij.colū.ff.de leg.j.monet hanc quæstionem,& facit duo membra.Primum videlicet,nūquid hoc statutum valeat respectu non subditorum laicorum?Secundum videlicet, an valeat respectu ecclesiarum, & an comprehendat clericos & ecclesias.

8 An valeat nostra cōsuetudo.

AD primū cōcludit & tenet ꝙ sic,ꝓ text.in l. vnica. C.nō licere habitat.metroc.li.xj.s.alle.& p l. dudum.C.de contrahen.empt.& dicit ꝙ ita disputando tenuit Ordra. Ita etiam tenet Bar.in l.fi. C. de sacrosc. eccl.& in l.filiusfamiliās.§.diui.ff. de leg.j. Istam partem secutus est Bal.in l.ea lege.C.de cōdi.ob causam. & in l.ij.de iurisdom.iud.& in c.clerici.de iudi.& in l.si in emptione.§.omnium.ff.de contrah.empt.& in d.l. dudum. C. de cōtrah.empt. Istam partē sequitur Pet. de Anch.in commento.c.canonū statuta. vers. quæro vlterius statutū Perusij.de constit.Barba.in cons.xiiij. in xiij.colū.in j.volu. Fortificatur hæc opinio plurib⁹ rationibus per eundem Barba.in repet.rubr.de rebus eccle.non aliē. Fabianus de mōte S. Sabini, in tract. de emptio.& vend.in iij.q.principali.vers.xxj.quæro. ponit amplè Ioā. de monte ferrato in repe.§.diui.in l. filiusfam.in xxvj.col.ff.de leg.j.Ioan. And.in addit.ad Spec.in tit.de rerum permut.super rub. dicit hoc esse verum, tamē si apponatur pœna amissionis rei, ꝙ nō valet,nisi esset statutū supremi principis:quia per statutum inferioris, nō potest tolli dominium à priuato etiam ex causa. Vide quæ dicit do.Claudius de aquis d.l.filiusfamiliās.§.diui.in v.col.

STat ergo conclusio ex prædictis,ꝙ valet istud statutū,seu hæc consuetudo,ꝙ homo manusmortuæ non possit alienare hæreditagia manusmortuæ, nisi in homines illius conditionis illius loci vbi sunt sita hæredit agia.vt hîc antè dictum est.

AMplia ꝙ ex quo alienatio est prohibita, ꝙ etiam homo manusmortuæ super talibus hæreditagiis contra hominē francū,hoc est inhabilē ad tenendum talia hæreditagia,nō poterit iuramentū iudiciale deferre sine consensu domini.Probatur in l. iusiurandū quod ex cōuentione.§.tutor.quā ad hoc videtur sumare Bar. ff. de iureiur. Et idē Bart. in l. eum qui.§. si libertus.ff.de iureiur.imò talis homo manusmortuæ contra francū non posset rem in iudicio deducere,ità ꝙ sententia præiudicaret domino in fauorē cuius sit hæc consuetudo.per tex.in l.ait prætor.in princ.quod notat Bar.ff.de iure delibe.Spec.in ti.de actore.ver.itē ꝙ est tutor.& in ver.qd de clericis. Et si fiat talis alienatio,impedit dominij translationē,eo ꝙ est prohibitio facta à lege.l.quędā.ff.de acqui.re.do. dicit tamen Ioā.de Imo.in l.si ita quis.§.ea lege. in iij.col.ibi,circa iij.ff.de verb.oblig.ꝙ sunt in hoc considerādi tres casus,qa aut prohibetur alienatio simpliciter,aut in certas personas,aut in certum genus personarum.primo casu scilicet quādo prohibetur alienatio,tunc nō impeditur dominij trāslatio titulo vniuersali.Et ideo nō prohibetur hæredis institutio.l.j.C. de fundo dota.

AVt verò fit prohibitio in certas personas, vel in certum genus personarum,& licet Io.de Imo.faciat duo membra,dico idē esse, prout ipse etiam fatetur pòst,& tunc dic ꝙ aut per cōtractum fit prohibitio,& tunc non impedit dominij translationem, per tex.in d.§.ea lege.fallit tamen in duobus casibus.primus quando alienatio esset irreuocabilis.vnde impeditur manumissio, & dedicatio in factū. l. ea quidem. cum ibi not.C. si mancipium ita fuerit alienatum.

9 An maritus posſit manumittere seruū dotalem.

ADuerte † ad hoc, quia cùm semel mihi euenisset casus, nunquid maritus possit manumittere seu affrāchisare seruum dotalem,dixi ꝙ sic per decisionē Io.Fab.in l.si dotis.& ibi tex.C.de iure dotiū. sed mihi videtur ꝙ posset sustineri contrarium.& ita tenui per hîc antè dicta,maximè per tex.in l.fin.C.de rebus alien.non alien. vbi habetur ꝙ appellatione alienationis continetur manumissio: sed maritus nō potest alienare res dotales. institut.quibus alienare licet. in princ.& talis seruus cōputatur inter immobilia.Ioā. de Platea in l.fi.in vlti.col.C.de agric. & censi. lib. xj. dicam latiùs infrà.

FAllit secundò,quando stipulator retinuit aliquod ius in eo.l.ij.C.de iure empyt.& est casus singularis in l.ij.si creditor.§.fi.ff.de distractio.pigno. vt dicit ibi litera nullam esse venditionem,& ita tenet Fabianus de monte S.Sabini in quarta quęstione principali

BIU Cujas

in xxiiij.col.illius quęstionis.ista est vera, quicquid dicat gl.in l.ea lege.C.de condi.ob causam.& dicit Ioā. de Imo.in d.§.ea lege.in ij.not.ꝙ prædicta verba,nullā esse vēditionē,vidit in libris Pādectarū.Alias quinque limitationes ponit ad hanc cōclusionem Ioānes de mōte ferrato in d.repet.§.diui.in xxxj.& xxxiij.col. vbi amplissimè tractat hanc materiam. non aliter hīc insisto.sed si materia tibi euenerit, recurras ad eum.

AVt verò fit alienatio nis prohibitio per legē & testatorē,& tūc dic ꝙ impeditur dn̄ij translatio tituloꝝ vniuersali,adeo ꝙ nec per hæredis institutionē, nec per successionē ab intestato poterūt deuenire res prohibitæ alienari ad tales personas,vel ad tale genus personarū,quia fieret cōtra prohibitionē.l. codicillis §.matre.ff.de lega.ij.vnde p hoc est notoriū, † ꝙ etiā
10 si homo manusmortuæ haberet hęredes,qui nō essēt suæ cōditionis,& illius cui⁹ sunt hæreditagia, nō possent illi succedere neq; ex testamēto,neq; ab ītestato.

11 An prohibitio alienationis impediat translat. possessionis

QVia hīc dicitur,ꝙ † hæc prohibitio impedit dominij trāslationē,nūquid impediat translationē possessionis?Bal.in l.ij.ff.de iurisd.om.iud.dicit ꝙ tale statutū nō procedit in nuda possessione facti tantùm, limitando dictum statutum non habere in ea locū.& mouetur per tex.in l.j.§.si vir vxori.ff.de acquir. poss. Tamen possessio iuris transfertur, vt tenet in d.l.ij.& Lud.Ro.in l.j.§.si vir vxori.ff.de acqui.poss.Dominicus de sancto Gemi.in c.fi.in vlt.col.vt lite pendēte.in vj.dicit per illū tex.ibi, etiā possessiōis attētatio. ꝙ sicut tex.ibi prohibet collationē fieri, ex quo nō valet, ita etiā possessionis assecutio.& dicit ꝙ ita tenent domini de Rota decisione sua cccxxiiij. quam allegat Frācis.de Aret.in d.l.j.§.si vir.in ij.col.ff.de acqui.pos.
12 vbi dicit, † ꝙ si lex vel canon impediat translationē dominij,eo modo impedit translationē & acquisitionē possessionis.videtur tamē dicendū ꝙ non impedit trāslatio & acquisitio possessionis in hoc casu nostræ consuetudinis,sed nec etiam dominij translatio.

13 Dominō contradicente valet alienatio.

CVm ex† quo ad hoc vt hæc alienatio dicatur inualida,seu nulla requiritur cōtradictio dn̄i.antequā ergo contradicat,non est contractus seu alienatio nulla,& ideo ex causa legitima antequā dominus contradicat,potest transferri dominiū, sicut in simili dicimus in l.Sabin⁹.ff.de in diē adic.& in l.ij. in prin. ff.de lege cōmissoria.Et ita videtur tenere Frāc.de Aret.in d.§.si vir.Ex quo dicit esse causam propter quā contra emphyteutā non potest tertius opponere ꝙ ipse ceciderat à iure suo,quia verè nō cecidit,nisi dominus declaret se velle,vnde non potest à tertio excludi,ex his quæ no.Bar.in l.ij.ff.de exce.rei iudi.ex quo enim consensus dn̄i requiritur in prædicta alienatione,vt hīc antè dixi,cōtemplatione domini tantum sit prohibita alienatio,admittetur tamē dominus ad reuocandum hāc alienationē, vt tenet Bart.in l.peto.§. fratre.ff.de lega.ij.& faciūt quæ plenè dicit Soci.cōsi. suo v.in ij.col.ver.xij.Considera tamen quia text. nostræ consuetudinis dicit,ꝙ ad hoc vt valeat talis alienatio,requiritur ꝙ cōsensus domini interueniat,ergo debet probari hæc qualitas seu limitatio.s. ꝙ domin⁹ consensit huic alienationi, vt videtur esse positio illi⁹
14 Nisi dictio. in quē alienata est.† quia dictio nisi,posita post negatiuā in lege,semper ponit ne lex sit incerta.l. Stichus. §.Titia.ff.de ali. & cibariis legatis l.si eū.§.q iniuriarū.ff.si quis cautionibus.& ibi Albe.in viij. & x.col.q multum amplè posuit de natura illius dictionis nisi. per Iaſ. post Barto.in l.actione. C. de transact. cogita quid dicendum.ergo ex quo dictus consensus domini requiritur ad perfectionē actus,ꝙ debet esse simul cū ipso actu,& actus cū qualitate,secundū quod dicit Bar.in l.Fulcinius.§.cū hoc.ff.ex quibus causis in possessionē eatur.Iaſ.in l.nō solū.§.sciēdum.in j.col.ff. de noui oper.nunt.ergo sequitur ꝙ per talē alienationē impeditur trāslatio.Quid de possessione?& dic vt antè dixi,ex quo fac vnā limitationē quòd ſ.per tale statutū impediatur dominij translatio, tamen non impeditur acquisitio possessionis, quæ est facti. ¶ De hac possessionis translatione non obstante tali statuto Lacobinus de S.Georgio in l.si tibi pecuniā.ff. si certum petatur,transit cum Bal.in d. l. ij. ff.de iurisd.om.iud.

Limitationes nostre consuetudinum.

LImita secundò hanc consuetudinem nostrā non habere locum quando alienatio fuit facta in hominem francum,qui erat frācus tēpore alienationis, sed postmodū effectus est cōditionis illius cui⁹ sunt hæreditagia:puta quia habilitatus fuit per aliud statutū.Pono casum qui mihi in facto euenit, Quædam Titia mulier donauit omnia sua bona cuidā Sēpronio,q quidē erat frācus tēpore donationis, & postmodū illā desponsauit,& iuit ad morandū cū ea in loco manusmortuæ,vbi stetit cū ea p annū & vltrà,&postmodū mortua est dicta Titia eius vxor, dn̄s illius loci ignorās donationē prius fuisse factā vult occupare omnia:hæreditagia illius tūc existentia in loco manusmortuæ.dicit nūc talis Sempronius donatarius, talia bona fuerunt mihi donata per dictā Titiā ante matrimoniū.Et licet essem frācus tēpore donationis, ego tn̄ effectus sum homo cōditionis, ita vt nūc sim habilis ad tenendū prædicta hæreditagia. Replicat dn̄s & dicit,ꝙ requiritur ꝙ fuerit habilis tēpore cōtractus. Pro donatario facit qđ dicit Bar.in l. murileguli.C.de murileg.lib.xj.vbi dicit,† ꝙ ſtāte statuto ꝙ res nō possit alienari in forēses,si illa res deferat forēsi ex aliquo
15 titulo,& ipse sit effectus ciuis, & sic illius cōditionis quæ potest acquirere tales res,ꝙ illā poterit cōsequi. & istud tenet & sequit Frāc.de Aret. & post eu Claudius de aquis in d.l.si ita quis. §. ea lege.in iiij. col. ff. de verb.oblig.¶ In contrariū,& ꝓ dn̄o tamē facere vi
16 detur tex.in l.j.C.de cōtrario iud.& in l.fi.C.si maior factus sine decreto.vbi est expressum † ꝙ alienatio facta illi qui præest iuri reddēdo, vel p minorē sine decreto,nō censetur reconualescere, eo ipso ꝙ superuenit inhabilitatis cessatio, puta quia minor ætas defecit, vel tēpus officij,sed necesse est ostendere de ratihabitione verbis vel signis,vel de taciturnitate quinquennali post lapsum tēpus officij, vel minoris ætatis. ad
17 idē facit l.si minor.ff.de seruis exportā.† vbi manumissio nulla ꝓpter respectū personæ minoris ætatis,non cēsetur recōualidata ob hoc ꝙ cesset inhabilitas,quia deficit minor ætas. Ad hoc facit tex.in c. si eo tēpore. de rescrip.li.vj.† vbi cōcessio per principē facta nulliter,eo ꝙ inhabili ꝓpter defectū ætatis, non reconualescit eo solo ꝙ inhabilitas cessat, vt quia superuenit maior ætas.Facit tex.multū notabilis in l. inter stipulātē.§.sacram.& in l.cōtinuus.§.cùm quis. ff. de verb. oblig.& insti.de inuti.stip.§.idē iuris. vbi est expressum † ꝙ stipulatio ab initio nulla propter inhabilitatē rei ab initio in ea deductæ, cuius nō est cōmerciū, nō recōualescit propter cessationē inhabilitatis facto superioris,& sic siue in casu nostro inhabilitas in hoc casu cōsideret ex parte psonæ, siue ex parte rei,nūquā reconualescere videt alienatio facta ab initio inhabili ex inhabilitate cessante.Et facit,quia vt dicit tex.in d.§.cū quis.ꝙ stipulatio æstimare debet factū præteritū.Hinc est † ꝙ notissima est regula,ꝙ in cōtractib⁹ inspicimus tēpus quo cōtrahimus.l.nō omne. ff.de reg. iur.l.fi.ff.de stipu.seruo.l.filius fa.ff.de verb.obli.Facit

18

19

20 Regula.

regula

21 Regula. regula, † ꝙ ab initio non valuit, tractu tẽporis non cõualescit. c. nõ firmat. de reg. iur. in vj. l. qđ ab initio. ff. de re. iu. do. Claudius de aquis mẽtione habita de his contractibus dicit, ꝙ si statutum imponat pœnã amissionis rei, ꝙ dictũ Bar. nõ est verũ. Et dicit hãc esse opinionẽ Frãciſci. de Are. ipse verò dicit vltra Aret. ſ. ꝙ si nõ imponat pœna amissionis rei, dũmodo annullet contractũ factũ cõtra prohibitionẽ, vel ꝙ plus simpliciter prohibeat, ꝙ idem est. Mouet p ea quæ dicit Alexã. post Pe. & Cy. in l. si rẽ meã. ff. de verb. oblig. vbi dicit,
22 † ꝙ ita demũ valebit talis cõtractus illo inhabili effecto habili si cõtractus est factus sub illa conditione, licet Raphael Cuma. tenuerit etiã ꝙ non valet sub illa cõditione. Dicit etiã in l. fi. in pe. col. ff. de reg. catonia.
23 † ꝙ ita demũ valebit talis alienatio si inhabilis efficiat habilis ante traditionẽ. ¶ Tu dic ꝙ ex quo in casu non imponit pœna amissionis rei, nec annullat contract⁹, nec prohibetur simpliciter, sed cũ limitatiõe, ſ. nisi dñs cõsentiat, ꝙ si inhabilis efficiatur postmodũ habilis, tenebit, & valebit alienatio, nec poterit inualidari p dominũ. Et cùm casus euenisset ita obtinui, allegãdo doctrinã Bart. ego tñ dubitabã multũ, ꝙ ea q̃ hîc antè allegaui, allegarẽtur in cõtrariũ. & in casu nostro multũ faciebat, quia p aliud nostrũ statutũ, seu per aliã nostrã consuetudinẽ, iste frãc⁹ seu homo liberæ cõditionis, poterat ita comprehẽdi etiã per alienationẽ, ꝙ in eũ poterat fieri alienatio, quia donatio ei facta, fuit facta fauore matrimonij, vt iret ad manendũ & habitãdũ in loco: ex quo poterat comprehẽdi, ꝙ efficeret illius conditionis, ſcđm ꝙ cauetur in vna nostra cõsuetudine suprà posita in hoc titulo, quæ incipit, *L'hõme frãc.* le. ij. & sic ex quo per dispositionẽ illi⁹ nostrę cõsuetudinis posset in futurũ cõprehẽdi esse similis cõditiõis, valere debet alienatio in eũ facta tali modo, vt dictũ est. ¶ Secũdò q̃a vt dicit Pet. de Anch. in c. canonũ statuta. ver. quæro vlterius statutũ. de cõsti. †
24 quãdo ex dispositione alterius statuti, potest comprehẽdi inhabilis, ita ꝙ fiat quoquo modo habilis, ꝙ tale statutũ non comprehẽdit eũ. Et ideo dicit ꝙ ex quo dictat statutũ Perusij, ꝙ forensis nõ possit acquirere possessionem Perusij, alio statuto eiusdẽ municipij cauetur, ꝙ quarta pars bonorũ homicidę debeat applicari proximiori consanguineo occisi: ꝙ si talis consanguine⁹ sit forẽsis, poterit acquirere quartã bonorũ in rebus immobilibus. & dicit se vidisse in facti contingentia. Bar. cõsulentẽ. & postmodũ refert se vidisse & habuisse similẽ quæstionẽ Teruisij. Statuto Teruisino cauebatur, ꝙ forẽsis nõ possit acquirere immobilia. Aliud statutũ dictabat, ꝙ vxore prędecedẽte in matrimonio vir lucretur dotem: modò vxor Teruisina prædeceſſit marito forensi, fuit dubitatũ vtrũ ille maritus forẽsis possit lucrari dotẽ cõsistentẽ in immobilibus. & dicit se consuluisse ꝙ sic. Et idem voluit in c. statutũ. §. cùm
25 autẽ. de reſcri. lib. vj. mouetur, † quia statutũ debet in dubio intelligi, vt non deroget alteri. Alleg. Bar. in l. j. §. & parui. ff. qđ vi aut clã. ita Barb. in repet. rub. de rebus eccl. nõ alienã. in quarta limitatiõe. Cogita si sint vera quæ hîc antè dicta sunt. ¶ Ad prædicta vide quæ dicit Boërius in consuetudine septenæ Bituricen. tit.
26 de consue. feudi. §. xxj. vbi dicit, † ꝙ si fiat præceptum ne vendatur res extraneo, si vendatur alicui extraneo qui velit effici de iurisdictione domini facientis præceptum, valebit venditio facta in eum.

LImita tertiò prædictam nostram consuetudinem non habere locũ in alienatione quæ fit in hominem francum cum hac conditione vt illam vendat, & capiat sibi pretium: quia tunc poterit. Facit pro hoc quod dicit Io. de Imo. in l. apud Iulianũ. §. fi. ff. de leg. j. † ꝙ licet mẽdicãtes nõ possint acquirere immobilia, si tñ eis relinquãtur, possunt vendere. Et ita etiã tenet 27
Bal. in l. cũ quæstio. C. de lega. alleg. gl. singularẽ in c. j. de religi. do. lib. vj. imò vĩ plus dicendũ, ꝙ etiã si dñs velit habere talia hæreditagia, ꝙ tenet dare æstimationẽ: cùm vt dicit Bal. in auth. si qua mulier. C. de sacroſ. eccl. canonistæ in c. in præsentia. de renun. Bat. in l. filiusfa. §. si qd alicui. ff. de le. j. † ꝙ si legeret fundus non 28
allibrato in ciuitate, vbi viget statutũ, ꝙ non allibrat⁹ nõ possit acqrere immobilia, ꝙ ei debebit æstimatio: per illũ tex. Ita voluit Bald. in d. §. si quid alicui. in l. filiusfamil. ff. de leg. j. vbi ponit exemplũ ad illũ tex. relinquitur fund⁹ alicui forensi, stante statuto ꝙ forẽsis acquirere nõ potest immobilia. Ita etiã tenuit Alber. in tractatu suo statutorum in ij. parte. q. ij. in j. col.

LImita quartò non habere locũ in alienatione necessaria, puta in datione in solutũ creditori, si debitore exacto in iudiciũ fiat. Ita facit text. & ibi plenè Alberi. de Rosa. in l. alienatiões. ff. famil. erciſc. alleg. ibi ea q̃ dicit in quæstionibus statutorũ, maximè q̃n fit à prouocato ad iudiciũ, & indicis authoritate. Idẽ Alber. in l. senatus. in princ. ff. de leg. j. Credo etiam ꝙ habeat locũ in alienatione necessaria, quia vt videm⁹, quando dicimus, ꝙ princeps non potest alienare subditos suos eis inuitis & sine eorũ consensu, per gl. in l. inuitus. ff. de fideicom. liber. Ias. in l. debitorũ pactionibus. C. de pact. & in l. ij. in xxiij. colũ. C. de iure emphyt. intelligitur etiam in alienatiõe necessaria. quod patet, quia vt dicit Bal. in l. ij. arg. illius tex. C. de libe. quod si inter duos nobiles sit cõtentio de iurisdictione alicuius castri, & sententia feratur pro vno, ꝙ non nocet populo illius castri, etiam (quod est longe præclarius) sciẽti causam de se agi, nisi citatus fuerit: quia eius interest pro suo consensu præstando: sicut in cõsuetudine nostra interest domini pro præstando consensum. ¶ Item facit quod dictũ est suprà in ampliatione huius regulæ, † ꝙ prohibita alienatione alicuius rei 29
sine consensu domini, nõ potest res in iudiciũ deduci sine eius consensu l. ait prætor. in prin. & ibi Bar. ff. de iure deliber. † imò super ea non potest deferri iuramẽtum iudiciale. l. iusiurandum quod ex cõuentione. & 30
quod dicit ibi Bart. ff. de iureiur. Et ideo videm⁹ quotidie, cùm isti rustici huius patriæ q̃ sunt homines manusmortuæ, cum cedunt bonis propter eorũ debita, creditores nõ accipiunt bona, & hæreditagia existẽtia in loco manusmortuę, sed domini loci manusmortuæ, quod est iuridicum. Et hoc quia in cessione bonorum non veniunt bona prohibita alienari, vt dicit Ias. in §. fi. in pen. col. insti. de actio. & cessio bonorum habet vim mortis, vt faciũt ea quæ dicit Io. Fab. insti. de dona. in fi. dixi suprà in hoc eodem tit. §. xvj. in gl. *& la mainmorte a lieu.* Et sic etiam hæc consuetudo habet locum in alienatione necessaria, de quo tamen etiam videri possunt ea quæ dicuntur per Soci. in cõsi. suo xxv. in ij. col. in iij. volu. ¶ Quando † statutum facit 3 *Datio in solutum an cõprehẽdatur appel. vẽditionis.*
mentionem de venditione, an comprehẽdat dationẽ in solutum? vide Philippum Decium in cõsil. suo clx. & cõsi. clxviij. & ad dicta per eum ibi recurre. & Lud. Bolognium consil. suo. xxv. in iiij. col. vbi † facit dif- 32
ferentiam inter dationem in solutum voluntariam & necessariam. quoniam, vt dicit, voluntaria habetur p venditione. dicit etiam Ioan. de Montholono contẽporaneus & conciuis noster Heduen. in suo promptuario, in verbo vendere & venditio. in glos. vendidisti. † quòd si verbum venditio simpliciter proferatur, seu si simpliciter prohibeatur, intelligitur prohi- 33
bitus

Datio in solutum.

bitus omnis alius contractus : secus si ꝓhibeatur vẽditio cum pretio, hoc est mentione facta de pretio, quia tunc intelligitur solùm prohibita venditio. Ita dicit sentire Panor.in c.ex parte, in fi.de postulan. & in c.j.in j.not.de his quæ fiunt à prælato sine consen. c.& in c.fi.in vlt.not.de accu.& facit text. in l.fi. C. de prædiis curialium.lib.x.

34 *De diuisione mãsi manusmortuæ.*

QVid†autem in diuisione, nunquid possint diuidere mansum manusmortuæ inuito domino? Videtur ꝙ non.l.cõmuni diuidundo.in prin. ff. cõmuni diui. Videt tñ in contrariũ per ea quæ dicã infrà in ti. *Des retraicts.§.En uendition.* vbi dixi ꝙ ex quo est alienatio necessaria non venit appellatione alienationis.

LImita quintò prædictã nostrã consuetudinem nõ habere locũ,si homo manusmortuę locauerit hęreditagia sua existẽtia in loco manusmortuę, †qa sub verbo vẽditionis & alienationis nõ cõprehẽditur locatio.Tex.est no.in l.codicillis.§.instituto.ff.de leg.ij. imò plus dicit gl.in verbo,extitisse.†ꝙ ꝓhibitus alienare põt locare in cẽtũ,vel mille annos.Ias.in l.manumissiones.ff.de iustitia & iure. dicit,† ꝙ si fiat locatio vltra decẽ annos,ꝙ trãsfertur vtile dominiũ,per l.j.§. q in ppetuũ.ff.si ager.vecti:vel emphy. peta.per Bart. & doct. in d.§. instituto. ff.de le. ij. reprobata gl.ibi. Vide ad hoc eundẽ Ias.in l. ex hoc iure.in vj.col. ff. de iustitia & iure.in l.in ꝓuiciali.§.si ergo.ff.de noui ope. nun.in l.iij.in cxxxij.col.C.de iure emphy.Felin. in c. quæ in ecclesiarũ.in xxxj.col.de cõsti.& in c. plerũq;. de rescriptis.Imò plus dicit Ias.in d.l.manumissiones.

35

36

37 *Locatio an comprehendatur appel.alienationis.*

38 †ꝙ locatio ad nouẽ annos cũ pacto de reuocando est alienatio, ꝑ text.in §. neq; illud iuncto.§. emphyteusin.in auth.de non alienã. Ad hoc vide Alex.in consi. lxviij.in j.vol.quod est repetitũ in cõsi.clxv.in ij.volu. Et quia ibi facit mentionem de quodam cõsilio Aretini,dic ꝙ est eius consilium in ordine cxj.incip. Cõsideratis diligenter.And.Barba.in repetit.rubricæ,de rebus eccle. non alien. in v.vj. & vij. col. Hanc quæstionem latè disputauit,non insisto.

39 ADuerte tñ ad dictum Bar.in l.si domus. §.fi.ff. de leg.j.†ꝙ si fiat locatio ad longũ tempus cũ pacto ꝙ dñiũ nõ trãseat in conductorẽ,valet talis locatio,& nõ est alienatio.vide etiã quæ dicit Fabianus de mõte sancti Sabini in tractatu suo de emp.& vend. in iiij.q. prin.vers.circa tertium.ibi notanter determinat.

ADDITIO. Vide Matt.de affl.in constit.regni Siciliæ,quæ incipit,post litem.in vj.no.in j.& ij.q.vbi ponit,an prohibitus alienare possit vendere fructus rei prohibitæ alienari aliquo tempore, & quo tempore.

40 *Pignoratio seu hypothecatio an cõprehendatur appel. alienationis.*

LImita sextò prædictã nostrã cõsuetudinẽ non habere locũ in datione pignoris,seu hypothecatiõe rei,†quia nõ cõprehenditur sub verbo vẽditionis. ita Bart.in l.in quorũ.ff. de pig. maximè quia cõsuetudo nostra loquitur in personã quæ prohibetur vẽdere:& iõ si fiat vẽditio valet:vt tenet ibi Bar.& Ias.in l.principalibus in iij.& iiij col.ff.si cert.pet.¶Item etiã Bar. facit aliã distinctionem, ꝙ si res est tantũ hypothecata † ꝙ nõ est spes luitionis,& tunc appellatione vẽditionis cõprehenditur hypothecatio, seu datio pignoris:aut est spes luendi,& tunc secus.Prædicta ꝓcedũt in verbo venditionis,& hęc ꝓcedũt in consuetudine. vbi est verbũ venditionis etiam prolatũ negatiuè, qđ est fortius,prout Spec.in tit.de empt.& venditione.§. nunc dicẽdum.lo.ij.versi.sed pone statutum.& ibi sequitur Io.And.tex.in l.fi.C. de rebus alien. non alienan.dicit,†ꝙ appellatione alienationis comprehẽditur pignoratio : & sic prohibita alienatione prohibet hypothecatio, seu pignoris datio. & glos.ibi exponit d.l.in quorũ.ff.de pig.& soluit. Et dicit ꝙ lex fina. loquitur in prohibitione facta à testatore vel lege:sed l. in quorũ.loquitur in prohibitiõe facta à iudice.Istud est diuinare ad textũ,& cõtra textũ in l.seruus hac lege.ff.de manumiss.tit.generali,†vbi prohibitio alienationis facta à lege,testatore, iudice, & contrahẽte,iisdẽ passibus ambulant. Nicolaus de Neap. in d.l.seruꝰ hac lege.& Bald.in l.ea lege.C.de condi.ob cau.dicũt quòd illa æquiparatio loquitur illo casu tantùm.

41

42

43

ITem aliud est dicere,ꝙ prohibita alienatiõe sit ꝓhibita pignoris datio & hypotecatio,seu reditꝰ cõstitutio:aliud est dicere ꝙ prohibita venditione talia comprehendantur, cùm aliud sub verbo venditionis contineatur,vt tenent doct.in locis suprà allegatis.& istud est multum ponderandum in hac consuetudine nostra,quæ in regula negatiua prohibet tantùm venditionem,& non alienationem.

Casus sancti.

CVm mihi casus euenisset in facto,pro venerabilibus religiosis abbate & conuentu sancti Martini Heduẽ. contra dominos de Coluches, qui quidẽ abbas & cõuentus emerant octo frãcos annui reditus à Petro & Philiberto Parisot *de Nyon soubs Coluches*,qui quidẽ assignauerant dictos octo francos super pluribus hæreditagiis,quæ dicti domini de Coluches dicebant esse in loco manusmortuæ, & ideo ꝙ nõ poterãt hypothecari per consuetudinem nostrã, dicebatur ꝑ dictos abbatem & conuẽtũ in cõtrariũ,ꝙ illa loca & hæreditagia hypothecata erant in loco frãco & quod plus est ꝙ etiã si essent in loco manusmortuæ, ꝙ non ꝑ hoc debebãt collocari super dictis hæreditagiis ꝓ eorũ reditu annuo.& ad cõsuetudinem respondendo dicebã pro eis,ꝙ cõsuetudo nostra est strictè interpretãda,vt dicit Bal.in l.fi.C.de rebus alienis.etiã in specie verba in statutis & cõsuetudinibus debent ꝓpriè intelligi nõ interpretatiuè aut impropriè.Bar.in l.quid adstringendæ.ff.de verb.oblig. sed appellatione alienationis propriè non venit hypotecatio,sed interpretatiue.quod probatur,primò per tex.in rub.de nõ alienã.aut permut.reb.eccles.aut in special. hipothe. dand.&c.vbi ꝓpriè appellatione alienatiõis nõ venit obligatio pignoris,qa aliàs superfluo fuisset apposita illa verba, qđ nõ est dicẽdũ.c.si Romanorũ.xix.dist. ¶Secũdò ꝓbatur per tex.in auth.de nõ alienãdis coll. ij.§.nos igit.in versic. nec per specialis pignoris occasionẽ tradent creditoribus.& posteà subdit in j.§.alienatiõis aũt nomẽ generalius ideo posuimꝰ,vt inhiberemus & vẽditionẽ,& donationẽ,cõmutationẽ, & in perpetuu extẽsam emphyteusim,quę nõ ꝓcul ab alienatiõe cõsistit.q tex.probat mirabiliter ꝙ de generali significato alienatio nõ cõprehẽdit pignoris obligationẽ,iũcto dicto vers.hîc antè alleg.nec ꝑ speciale, & nõ video ad illũ textũ bonũ responsum. ¶Tertiò facit tex.multũ notab.in l.iij.C.de his q veniã ætatis impetra.in ver.alienationẽ,sed etiã hypothecã. nec obstat ꝙ in fine tex.vtitur disiunctiua vel : quia nihilominꝰ nõ ꝓpter hoc receditur à ꝓprio significato vocabuli, vt probatur in princ.illiꝰ legis.& illũ tex.†allegat Sali.in l.fi.C.de rebus alienis nõ alienan.¶Quartò facit tex.in l.alienatũ.ff.de verb.signifi. † vbi alienatũ non propriè dicitur, qđ adhuc in domino venditoris manet.sed per obligationẽ pignoris remanet dñs rei pignoratæ,vt est glossa quæ allegat ad hoc iura ĩ l.sciẽdũ.§.creditor.ff.qui satisd.cogã.& faciũt quę ibidẽ dicit Ias.in d.l.sciendũ. §. possessor. ff. qui satisd.cogan. Quintò facit tex. in c.abbatibus.xij. q.ij.vbi alienare & obligare ponuntur vt diuersa. ¶Et licet prædicta procedant in pignore conuentionali,vt mihi dictum

44

45

fuit, ta

fuit, tamẽ videretur ꝙ nõ habeant locũ in pignore iudiciali: tñ Albericus de Rosa. in d. l. fi. C. de rebus alie. nõ alie. vr̃ tenere ꝙ idẽ sit: quia vt dicit. si statutũ sit in ciuitate, ꝙ non forẽsis nõ possit acquirere immobilia subdito, tñ creditor nõ subditus alicuius subditi põt petere se mitti in possessionẽ rerũ immobiliũ illi⁹ debitoris subditi, & sibi in causam adiudicati assignari. ¶Ex quibus apparet, ꝙ appellationẽ alienationis non cõprehendit̃ de ꝓprio significato & stricto hypothecatio: sed de impropriissimo & largissimo ex interpretatione, prout dici Iacobus de Beluiso in auth. de non alienã. §. nos igit̃. qui dicit ꝙ ita debet intelligi l. fi. C. de rebus alie. nõ alienã. & istud dicit Fabian⁹ de mõte S. Sabini in tractatu de emp. & vẽd. in iiij. q. principali, in xvij. col. illius qõnis. ibi, circa iiij. vbi dicit ꝙ in statutis in qbus directè fit interpretatio, appellatiõe alienationis nõ cõtinetur pignoratio. & ita etiã tenet Frã ciscus de Aret. in consi. suo cxxiiij. in ij. col. & per prędicta tenui & scripsi, ꝙ per cõsuetudinẽ nostram dicti abbas & cõuẽtus nõ poterãt excludi à prędicto reditu prætẽso per eos super bonis dictorũ Parisor. ¶Idẽ etiã quia ista cõstitutio redit⁹ super tahibus hæreditagiis, erat solùm alienatio reditus seu fruct⁹ proueniẽtis ex eis, quæ quidẽ alienatiõe prohibita est permissa. l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. ij. & etiã quia vr̃ solũ cõprehẽdere partẽ fructuũ ex re prouenientiũ, quos per missum est alienare etiã alienatione ꝓhibita. l. in ædibus. §. ex rebus. ff. de don. not. Bal. in c. j. in prin. de suc ces. feudi. & in c. j. §. donare. qualiter olim feudũ poterat alienari. nõ soluo prædicta nũc, quia nondũ est finitus processus, sed tñ And. Barba. in repe. rubricę, de rebus eccl. nõ alie. in xv. col. post prædicta videtur adducere quandã solutionẽ ad prędicta, quã videas, & si casus mihi eueniret, scio in iudicando quid dicerem.

45 Donatio an comprehendatur appellatione alienationis.

VTrum autẽ †possit donare. vide Bal. in consi. suo ccxxxv. in ij. parte, vbi dicit quædam quæ faciũt in proposito. sed istud deciditur in dubio, videlicet an sub verbo alienationis cõprehẽdatur donatio. & semper dixi in pluribus casibus mihi consultis ꝙ sic, per ea q̃ dixi in §. fin. in gl. q̃ incipit, *en alienation*. ibi, quid autem in donatiõe. in tit. *des fiedz*. Vide Bal. in terminis in l. voluntas. C. de fideicom. Alexan. consi. lxxvij. col. ij. in v. vol. Lud. Bologni. consi. xxj. in pen. col. vbi dicunt idem in permutatione.

PLures alias limitatiões ponit And. Barb. in d. rub. ad quem te remitto. & vide Fabianũ in dicta quæstiõe quarta principali, ver. xxij. vbi plura ponit, quid veniat appellatione alienationis. quasdam limitationes addit Ioannes de monte ferrato in repet. d. §. diui. col. xxv. cum tribus sequentibus columnis.

¶Adde an alienatione prohibita sit prohibitum compromissum, vide Philip. Decium in consi. suo ccc.

46 Semel facta alienabilis, semper sunt alienabilia.

SEptimò limita† non habere locũ in re q̃ semel fuit facta alienabilis in hominẽ frãcũ, puta quia iã fuit alienata sunt plures anni per hominẽ manusmortuæ homini frãco, q illã tenuit & possedit per multos annos, quia ex quo semel facta est alienabilis, semper est alienabilis. l. pater filiũ. §. quindecim. ff. de lega. iij. faciunt quæ dicit Philip. Decius in cõsi. suo. lxxxviij. in pen. & vlt. col. nõ pono pro cõstanti. ideo non insisto.

EX quibus pro octaua limitatione, dic hanc nostrã cõsuetudinẽ nõ habere locũ, quãdo mulier alicuius territorij nubẽdo dat omnia sua bona immobilia in dotem, quæ non est capax aut habilis propter prohibitionem statuti. & hanc limitationẽ probat sic. cõstitutiones municipales potius æquiparãtur legibus loquentibus de vltimis voluntatibus, quàm de cõtractibus. l. seruus hac lege. ff. de manumis. gl. in l. j. C. de his quibus vt indig. quã ad hoc ibi põderauit Bar. allegat enim modernos post Bal. & Nicolaũ de Matarellis in l. pe. C. de verb. sig. & Bal. in tit. de pace constãtiæ, in verbo, nos Romanorũ. & in l. ea demũ. C. de colla. Lud. Ro. in cõsi. lxv. inci. viso themate proposito & in l. iiij. §. Cato. ff. de verb. oblig. & in cõsi. cxxiij. incip. circa primũ. & in cõsi. cxc. incip. vt prędentatio. Pet. de Anch. in cõsi. clxij. inci. visis & diligẽter consideratis. in ij. colũ. sed in causa dotis bona possunt alienari nõ obstãte ꝓhibitione testatoris, prout firmat Bar. & alij in l. filius familiãs. §. diui. hîc antè allega. ergo in casu isti⁹ statuti poterit fieri alienatio taliũ bonorũ in casu dotis. alias limitationes non tango, quia credo eas nõ obseruari in hac nostra consuetudine. ¶† An si res cẽ- 47
sualis aut emphyteutica detur in dotẽ debeantur laudemia, vide Boërium in cõsuetudine septenæ Bituric. ti. de cõsue. feudorũ. §. xx. Guid. Pap. decis. 48. num. 2. Tamen de consuetudine Franciæ in pluribus locis, vt est in prædicta septẽa, & in pluribus aliis, debentur laudemia ex re data in dotem.

PRo cõplemẽto dico, ꝙ statutũ disponẽs †ꝙ alienatio nõ possit fieri in homines alterius cõditiõis, habet locũ in muliere originaria, & oriunda ex loco vbi sunt dicta bona ꝓhibita alienari, quæ tñ alibi nupsit, s. extra territoriũ illius loci: quia licet retineat domiciliũ originis, & nõ dicat̃ forẽsis, secũdũ Bar. in l. fi. §. iidẽ reseripserũt. ff. ad munici. censetur tñ non subdita cùm ipsi collecta seu alia munera ꝑsonalia imponi nõ possint. l. reseripto. §. fi. ff. de mune. & hono. ita tenet Ioãnes de mõte ferrato ĩ dicta rep. §. diui. ĩ xxviij. col. 48

SEd quia talia hæreditagia alienari non possunt, an possint prędcribi, vide Alexã. in consil. j. in vj. col. in iiij. vol. vide Soci. in suis fallentiis, in verbo, alienare. in v. charta, vbi plenè.

ADDITIO. Faciunt ad hanc materiam quæ dicit Panor. in c. cùm nõ liceat. col. ij. & iij. versi. & circa istã primã partẽ. de præscriptio. vbi distinguit. quã distinctionẽ amplè examinat Io. Frãciscus Bal. in tract. præscrip. in v. parte iiij. partis princip. in iiij. q. ad quem recurre. Ego tñ consulendo tenui cõtrariũ, & adhuc teneo: ex quo est actus contra legẽ, q̃ cùm semper sit in viridi obseruãtia, semper facit actum nullũ, ideo talis nullitas actus, & etiã mala fides acquirẽtis, qui semp scit, aut scire debet rẽ esse prohibitã alienari in homines suæ cõditionis, impediũt præscriptionẽ inchoari. Et facit ꝓ hoc tex. ineuitabilis in l. fi in emptione. §. j. ff. de cõtrah. emp. per. Io. Francis. Balbum s̃. alleg. ibi, quas verò vel mores ciuitatis cõmercio exerceãt, earũ nulla vẽditio est, & cũ in cõmercio non existãt moribus ciuitatis nõ præscribũtur. Cùm ergo hæreditagia manusmortuæ moribus nostris in cõmercio hominũ francorum non existant, videtur ꝙ sint prohibita alienari, vt sic eadem ratio de parte quo ad partẽ, sicut de toto quo ad totum. Et ista nõ sunt sine dubio, ex quo in fine huius cõsuetudinis videtur esse permissa præscriptio, per hæc verba, *ou usage au contraire*. Et sine illis verbis tales res non essent præscriptibiles: sed cùm expressa consuetudo in hoc approbet præscriptionẽ, non est amplius hęsitandum. & tenendum est pro firmo ꝙ prędcriptio in talibus habet locũ probata vsantia. sed crederem ꝙ non sufficeret vsantia vnius, sed requiritur vsantia plurium in loco.

AD secundum superius dictum quod tangit Bart. videlicet, †nunquid istud statutum nostrum seu consuetudo comprehendat eccleſiam, seu eccleſiasticas personas, ita quòd in eis non possit fieri alienatio taliũ 49 An consuetudo ista comprehendat eccleſiam.

BIU Cujas

taliū hæreditagiorū existentiū in loco manusmortuę. dicit Bar.in d.§.diui. ꝙ nō cōprehendit ecclesias, nec ecclesiasticas personas.allegat Oldr.in sua disputatione,eò ꝙ vt dicit,est contra libertatē ecclesiasticā.vt in auth.cassa.C.de sacrosanc.eccle.& si realiter non attingit an tale statutū cōprehendat ecclesias & ecclesiasticas personas,sed solùm attingit an valeat.sed tu dic ꝙ tale statutū non cōprehēdit ecclesias seu ecclesiasticas psonas,vt tenet Bar.in l.fi. C.de sacro.eccl. & in l.dudū. C.de contrahē.emp.& in l.fi.C.de sacrosanc.eccle. & in l. fi.C.de exacto.tribu.lib.x.Io.And.in c. fi.de immuni. ecclesiarū.lib.vj.Panor.in c.relatū.de testā.Felin. in c. quæ in ecclesiarum.in vxij.col.de constit.& in xxv.& xxvj.col.Panor.in consi.suo.xxvj.inci.casus,quidā officialis,& in consi.cxj.incip.Saluatoris Iesu Christi in iij.col.in ij.vol.Federicus de Senis in cons. suo lxxxvj. incip.statuto ciuitatis Perusinæ,& arguūt omnes,eo ꝙ contra libertatē ecclesiasticā.Ioan.And.in d.c. fi.de immuni.ecclesia.eo ꝙ est cōtra priuilegia ecclesiis indulta per summos pontifices & imperatores.& faciūt quæ dicit Inno.in c.nouerit.de senten.excom.sed cōcessum est in priuilegiū ecclesiæ ꝙ possit emere, & ex solo contractu absq; traditiōe acquirat dominiū.l.fi. C.de sacrosanc.eccle.ergo statutū in contrariū non valet. ita etiā tenet Pet.de Ench.in consi.suo.cliiij.incip.Optimis rationibus.& Ang.in d.§.diui.dicēs ꝙ hoc hodie est decisum per c.fi.& ibi per Io.And.de immuni.

50 eccle.in vj. ¶ Aduerte, † ꝙ etiam illa statuta dicuntur contra libertatē ecclesiasticā,quæ auferūt ecclesiis id quod est eis cōcessum de iure cōmuni, quod difficilē tollitur quàm speciale.l.eī militis.§.militia missus.ff. de milita. testa. vide de hoc rationem per Lancelotū Deciū in l.ij.§.j.in fi.ff.de iud.& est gl.in c.si super gratia.de offi.de leg.lib.vj.Iaſ.in l.centurio.in iiij. colu.ff. de vulg.& pupil.substi.¶Et ꝙ ita statutū dicatur contra libertatē ecclesiasticā,quando aufertur ecclesiis id quod est eis cōcessum de iure communi, tenet Imola in c.nouerit.de sentē.excom. Raphael in authē. cassa. C.de sacrosanc.eccl. Alex.in consi.xvij.in iiij.vol.Bald.in consi.suo clxxiiij.in v.vol.Fac in hoc casu tres conclusiones.Prima est † ꝙ statutū laicorum prohibēs alienationē fieri posse specialiter in personas ecclesiasticas seu in ecclesiā nō valet,& est cōtra libertatem ecclesiasticā.ita loquuntur omnia iura allegata ad hoc, &omnes doct.disputantes hanc materiam,de quibus antè dixi.¶Fallit & limitatur, nisi illa ꝓhibitio fieret fauore filiorum, vt quia disponeret ꝙ pater nō posset testari nisi pro tali parte etiam in piam causam,& hoc scilicet fauore filiorū, quia etiamsi testator disponeret ī ecclesia,nō teneret illa dispositio.Ita decidit Pet. de Anch.in consi.xxv. inci. Videtur prima facie dicēdum.vbi satis amplè prosequitur istud.Idē consulendo tenuit Panor.in consi.suo lxiij.inci.Stāte quadam consti.vbi in terminis illius statuti consuluit.

51 Conclusiones quæ statuta sint contra libertatem ecclesiæ.

52 SEcunda cōclusio † est, ꝙ statutu prohibens generaliter alienationē certo casu fieri,valet,& comprehendit ecclesiam.Ita tenet Fede.de Senis in consi.suo. xxv.& istud est qđ voluit dicere Bar. in d.l.diui. Et ꝙ multū prolixè examinauit, & tenuit And. Sicul.in d. repet.rub.in ver.accedo nūc ad secundū. in xxxij. col. de rebus.eccle.non alie. vbi probat tale statutū valere per xxv.rationes multum subtiles. Idem Barba. in con.suo.xiiij.in vj.col.cum seq.in ij.vol.

53 TErtia conclusio,† ꝙ statutū seu cōsuetudo mixta, clericorum scilicet & laicorum,ligat ecclesiam & ecclesiasticas personas.Et ideo in hoc casu erit valida nostra cōsuetudo,cùm sit mixta laicorū scilicet simul & clericorum,ideo comprehendit ecclesias & ecclesiasticas personas,prout dicit And.Sicul.in d.repet.in xxv.col.vbi dicit,ꝙ ista est responsio & doctrina omnium doct.in dicta authen. cassa. & in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitutio.

EX quibus omnibus conclude indubitāter,ꝙ si homo manusmortuæ alienauerit hæreditagia existētia in loco manusmortuæ,ecclesiæ vel presbytero, ꝙ domin⁹ poterit compellere ecclesiam & personā ecclesiasticam ad ponendum illa hæreditagia extra manus suas intra annum,prout posset quemlibet alium.

54 Census res non potest alienari in ecclesiam sine authoritate domini.

FOrtius dico,& in hoc attende,quia pluries fui interrogatus,ꝙ tenēs aliquā rem censualē in cēsum ab aliquo dño,non potest illā rem alienare in ecclesiā sine authoritate superioris dñi cēsualis.Idē dic in feudo.Et ideo dicit in specie Henricus Bohic in c.ex literis.in fi.ij.col.de consuet. ꝙ in regno Franciæ quādo ecclesia tales res acquisiuit, tenetur intra annū à die monitionis ei factæ ponere eā extra manū suā.& dicit ꝙ hæc notat Astēsis in li.vj.tit.xxx.de immuni.eccles. art.vj.quod nota,quia ex hoc videm⁹ ꝙ ecclesiæ solēt impetrare à principe ad mortissamenta vsq; ad certā summam,vt inde possint acquirere & feuda,& res cēsuales.sed credo ꝙ ista admortissamēta non præiudicāt nisi principi, & non aliis dominis habētibus feudum seu cēsum,quia priuilegiū principis intelligitur esse concessum sine præiudicio tertij.Tex.gl.& Bar.in l.ii.§.merito.& §.si quis à principe.ff.de locis & itine. publi.Feli.Panor.& alij.in c.super.eo.de offi.dele.Iaſ. in l.fi.in iiij.col.ff.de constit. prin. Alex.in consi.ij.in vij.col.in j.vol.¶De isto iure in pluribus locis est consuetudo in Francia,vt in patria Turon. vt dicit Io.Sāxon in consuet.Turo.tit.*de indemnité & de conionction.* §.j.& si alienetur feudum in ecclesia, quomodo intra annū debeat reuocari, vide Barba. in c.cū M.Petra.de consti.c.ex tenore.c.plerumque.c. dilecta. de rescriptis. quem Pyrrhus in consuetudinibus Aurelianē. tit. de feu.c.iiij. allegat.¶Et vide eundem Pyrrhum in dictis consuetudinibus in tit. de successionibus. ca.xiiij.vbi ponit an valeat tale statutum, quòd extraneus non possit acquirere immobilia prout Mediolani. & allegat Barba.in rub.de rebus eccl.non aliē.plures. & vide Alber. Brunum in tracta. de constitu. decretis,& consuetudinibus.in verbo,forensis.

Admortissamenta.

SEd quęro,†videmus quotidie ꝙ multi sunt homines manusmortuæ, qui promouentur ad sacerdotiū,ex quo statim efficiūtur liberi.c. ex antiquis. liij. distin.c.ex seruorū. & ibi gl.& doct. de seruis ordi. an talibus possint vēdi hæreditagia manusmortuæ,& an dominus poterit eos cogere ad ponendum illa hæreditagia extra manus suas.Cogita, quia licet sint seruo origine,tamen per presbyteratum seu sacerdotium efficiuntur franci & liberi. Et ideo sequitur illud quod dixi suprà post limitationes. Quicquid sit, dico idem esse in personis ecclesiasticis;†quia secundum cōsuetudinem nostram, sacerdotium non liberat à conditione seruili,vt infrà dicam.¶Ioan. Fab.instit. quibus modis ius patr.potesta.solui.quęrit,nunquid†si moriatur pater manusmortuę habens bona in loco manusmortuæ,relicto vnico filio sacerdote, an ille filius ei succedere debeat, an verò dominus. Et dicit quòd filius etiam in illis bonis,quia licet per sacerdotium sit extra potestatem domini, tamen istud est quo ad sui præiudicium, & non quo ad suam commoditatem & vtilitatem.

55

56

Quæstio.

57

EX quo aduertendum est, quòd nō est sine dubio, an domini debeant dictis presbyteris succedere,

in his

in his maximè quæ sunt acquisita per eos extra locũ manusmortuæ,& in loco franco:quia ex quo sunt liberi & franci,dicerem quòd non vidi tamẽ obseruari contrarium,& hoc est,quia de hoc cõsuetudo nostra in hoc titulo infrà, *Le seigneur prend la succession du prestre*, quæ pro certo mihi videtur esse contra libertatem ecclesiasticam, vt ibi dicam.

IN TEXTV IBI,

Et ne les peut.

Quæstio. QVæro,quia in hoc §.sunt duæ clausulæ, seu duæ orationes, scilicet prima affirmatiua, secũda scilicet negatiua,ibi,*& ne les peut*, & in prima ponuntur duo verba,scilicet, *uendre & aliener*,in secũda verò ponitur tantùm verbũ,*uendre*,an istud verbũ,*aliener*,positũ in prima,sit & videatur repetitũ in secũda clausula?Dubiũ est,quia magna est differẽtia inter verbum, *aliener*,& verbũ,*uendre*.& plura cõprehendit, *aliener*, quàm verbũ,*uendre*.Dico ꝙ ex quo sunt duę oratiõcs quæ regũt à diuersis verbis,ꝙ verbũ positũ in prima nõ censetur repetitũ in secunda:per doctrinã Bar.in l. prætor.§.crit; hæc differentia.ff.vi bono.rapto.&de materia ponit quædam Ias.in l.transigere.C.de transac.& maximè,qa secũda conclusio est odiosa,cùm sit contra iuris cõmunis dispositionem,vt dixi hìc antè. prima verò est fauorabilis, cùm sit quodãmodo iuri cõsona,in hoc scilicet quòd permittit alienationem.

ADDITIO. Vides hìc vnũ casum in quo prohibetur alienatio bonorũ suorũ.Adde aliũ in administratore reipublicæ,qui nõ potest alienare bona sua antequã reddiderit rationẽ,& reliqua,vt tenet Luc.de Pẽ. in l.vtilitas.C.de primipilo.lib.xij.&notatur in l.satis notũ.C.in quibus causis pignus tacitè contraha. Itẽ in iudiciis vniuersalibus,qñ quæstio est mota,ꝓhibet alienatio,vt dicit Bar.in l.alienationes.ff. famil.ercisc. & in iudiciis post litem contestatam, & quãdo possit ꝓhiberi alienatio per statutũ,vide Matth. de afflic.in constit.regni Sicilię, quæ incipit,si quando cõtingit. in vij.not.in iij.lib. § Aduerte tamen,ꝙ si fiat talis venditio in hominẽ alterius conditionis,& tradatur possessio,in cum transfertur possessio. Ita in terminis tenet Bald.in l.ij.in fi.ff.de iurisd.om.iud. quem refert & sequitur Alex.in consi.suo ciij.in fi.in vj.volu. † Quia nullius tituli etiam ex statuto proueniens,non impedit acquisitionem possessionis, vt ibi dicit idem Alexan.in prædicto consi. dixi alibi in simili casu.

IN TEXTV IBI,

A homme de franche condition.

1 PONe ꝙ non inuenit aliquem illius cõditionis qui velit emere,an poterit tunc alteri vendere?videtur ꝙ sic per ea quæ tenet Bar. in l.qui Romæ. §.cohæredes. ff.de verb. oblig. Contrarium tamen tenet Ioan. de Ana.in consil.suo xlvij.Et vide Oppizoni in repet. §.diui.in l.filius familiâs.ff.de lega.j.

IN TEXTV IBI,

Et n'entend on point.

CONsuetudo ergo particularis loci,in illo loco derogat cõsuetudini generali.Bal.in l. & in prouinciali,ad finẽ,C.de seruit.dicit tũ ibi, ꝙ hoc est maximè qñ est fauor ecclesiæ.Bart.in l.sed & si lege.§.de eo.in fi.ff.de petit.hæred.& Bal.in c.j.§.notãdũ. in tit.q feudare pos.& Bar.in l.nemo.§.tẽporalis.ff.de reg.iur.dicũt,† ꝙ cõsuetudo posterior tollit priorẽ,intellige qñ est præscripta,quia præscripta intelligitur per nõ præscriptam.Bal.in c.j.in j.col.de feud.cognitio.Io. And. tamen in cap.cum ecclesia vulterana. de electio. dicit hoc esse verum in petitorio,non in possessorio.

1 *Consuetudo posterior quando tollat priorẽ.*

NVnquid ista cõsuetudo particularis in aliquo loco possit probari per testes singulares? Vide Alex.in consil.lxxij.incip. visis & optimè discussis.in pe. col.in ij.vol.Faciunt dicta Bald.in l.j. in iij. col. C. de test.vide eundem Alex.consi.lxxij. in ij.col.in j.vol.

QVomodo sit istud ꝙ ista vsantia particularis alicuius loci operetur effectum contra hanc consuetudinem:cùm in fine nostrarũ consuetudinũ dicitur,ꝙ aliæ vsantiæ particulares non possint proponi & allegari contra has consuetudines, & hoc expressè voluit & ordinauit princeps. Cogita.

Quæstio. SEd iterum quęro,quid si tempore quo fuerunt factæ hæ consuetudines, non erat aliqua vsantia in quodam loco,sed postmodum superuenit,& ita durauit ꝙ est præscripta,an etiam habeat vim cõtra hanc nostram consuetudinẽ? & sic est quærere, an sit opus probare ꝙ illa vsantia fuerit in loco particulari,antequam hæ cõsuetudines fuissent in scriptis redactæ & confirmatę per principem.

Cõsuetudinis huius intellectus. NOn credo ꝙ hic sit intellectus huius cõsuetudinis,& ꝙ sic debeat intelligi,scilicet, ꝙ per hanc derogetur locis particularibus, quæ habẽt vsantiã in contrariũ.sed credo ꝙ sic intelligatur:ꝙ si sint loca aliqua quorũ vnũ habeat super alios vsantiã, hoc est ꝙ homines vnius loci manusmortuæ vel etiã franci,habeant vsantiã in alio loco manusmortuę, ꝙ possint acquirere talia hæreditagia,etiã licet nõ sint illius cõditiõis,sed alterius,aut frãci aut liberi,vt videtur in plurib locis,maximè in loco de Vitello,qlicet sint frãci & liberi.& nõ illius cõditionis cuius sint homines de Posange,tamẽ ibi possunt habere & acquirere hęreditagia,licet ille locus sit locus manusmortuæ.

ET inquantũ dicit, *par cours*, credo ꝙ intelligat ꝙ homines vniꝰ terræ manusmortuæ, possunt habere hæreditagia in alio loco manusmortuę propter cõnexitatẽ loci,& etiã homines illius terrę possint habere hæreditagia in alio loco, & hoc est in ꝙbusdã locis particularibus propter cõnexionẽ loci.Quæ quidẽ vr istud operari,& istud verbum *par cours*,videt istud sonare,cùm sit ꝙ homines diuersarũ iurisdictionũ & diuersorũ territoriorũ,qa aliàs de iure ꝓhibẽtur habere aliquod ius vnus scilicet super alium tamẽ ꝓpter cõnexitatẽ & proximatẽ loci vt simul se adiuuent, permittitur eis vnus super alium habere, sicut videmꝰ in tit. *Des forestz, pasturages & riuieres.* in §. *Les habitans d'une ville*,vbi ad plenum declarabitur iste terminus.

IN TEXTV IBI,

Par cours.

ADuertendũ est ad quos referatur iste terminus, *par cours*, nã requiritur ꝙ in vtroq; possit verificari: scilicet ꝙ vterq; sit manusmortuæ,ideo videt ꝙ tantùm referri debeat ad id quod dicitur,*ou d'autre seigneurie*, quoniã in hominibꝰ frãcis ad respectũ seruorum non potest esse par,seu æqualis cursus, ita ꝙ vnꝰ cõcurrat supra aliũ,hoc est, ꝙ si vnus ex vna terra possit tenere terrã manusmortuę in casu prohibito, ita alius in alio.Et ideo videtur reddẽdo singula singulis, aut adoptando prædicata subiectis,vt talia sint subiecta, qualia ꝓdicata demõstrãt, qđ esse debet, vt facit tex.in l.stipulatio ista habere licere.§.hi q sunt.vbi.Ia. ff.de verb.oblig.scilicet ꝙ quoad homines francos,ꝙ possint istud ius habere ex vsantia in cõtrarium, quæ potest introduci, ita quòd propter vicinitatem homines franci possunt acquirere hæreditagia manusmortuæ con-

tuæ contra regulã huius §.ex quo fines alteri⁹ domini ꝙ vnus supra aliũ potest acquirere hæreditagia alterius domini,in vim iuris paris seu æqualis cursus, & sic pari modo seu æquali,cõcurrent in emptione huiusmodi hæreditagiorum. Et ideo debent aduertere aduocati,quando in talibus scribunt & articulant,vt vtantur verbis magis aptis ad casum secundum distinctionem,& diuersitatem supradictam, sed multi non aduertentes ponunt vnum pro alio, & potius ex errore eorũ quàm aliàs:nec in hoc eos excusare potuit communis vsus loquendi quorundam,cùm sit notorie erroneus,vt patet ex hac consuetudine.

§. VNDECIMO.

L'Homme de mainmorte ne peut disposer de ses biens meubles & heritages, par testament ne ordonnance de derniere volonté, sans le contentement de son seigneur.

¶Idem in comitatu Burgundiæ, & Niuernensi, & in pluribus locis Franciæ.

IN TEXTV IBI,
Ne peut disposer.

ET sic isti serui non dicũtur intestabiles,nec dicunt mori ab intestato. Quę autẽ sit differẽtia inter intestabilis & intestatus,ponit Bal.in c.j.§.j.in iij.col.de succes.feu.† & ideo est casus de episcopo Heduen.qui dicit se debere succedere omnib⁹ clericis & presbyteris beneficiatis in sua diœcesi,q moriũtur ab intestato:& hoc iure vtitur per doctrinam in c.relatum.ij.de testã.& in ɔ.cùm in officiis.co.tamodò cùm ab humanis decessit quidam presbyter curatus qui erat manusmortuæ,testamẽto non condito,&dubitatũ fuerit an in isto casu episcopus ei succedere debeat,an verò dominus manusmortuæ. Dixi ꝙ videtur ꝙ ex quo erat presbyter & beneficiatus,& ꝙ mortu⁹ est testamẽto non cõdito,q intentio episcopi est fundata &c.¶Ego tamen credo totum contrariũ,cùm hîc sit tex.ad literam,ꝙ homo manusmortuæ non potest testari, ergo semper moreretur testamẽto non condito, & per cõsequẽs semper succederet episcopus,& tñ est tex.ad literam qui videtur facere in cõtrariũ in §.xx.incip. *Le seigneur de la mainmorte*,infrà in hoc eodem tit. ¶Istud iacet in hoc articulo,an qui nõ potest facere testamẽtũ,dicatur mori intestat⁹,de quo satis in terminis huius quæstionis per Io.Fab.& Io.de Plat.in §.j.in prin. insti.de hęre.quę ab intesta.deferũtur.de qua materia an & quando intestabilis comprehendatur sub verbo intestatus.Bart.in l.j.ff.de suis & legi.Alex. in l.generaliter.in prin.in ij.iij.& iiij.col.C.de insti.& substitu. & in consi.cxv.in ij.vol.dicã alibi plenius.Bal.in margarita,in verbo,intestatus.& idem Bal. in d.c.j.§.j.iij. col.de succe. feudi,in vsib⁹ feudo.hîc antè alleg. Vide Boërium in consuet.Bituricen.tit.de testa.§.iij.in gl. in versic.sed quæro de quæstione multum singulari.¶Et de huiusmodi cõsuetudine,quę est odiosa,appellatione intestati non cõtinetur intestabilis.G.Benedicti in simili casu,in sua repe.c. Rayn.in verbo, & vxorẽ nomine Adelasiã.in prælud.nu.16.17.18. & 19.de testa.

EX hoc patet,† ꝙ serui huius patriæ qui dicuntur homines manusmortuæ nõ sunt adscriptitij,cùm adscriptitius testari possit. facit in l.si quis presbyter. C.de episc.& cler.dixi in rub.hui⁹ tit.sed ad quęstionẽ huius §.videlicet an seruus testari possit,vide Spec. in tit.de feu.§.quoniã.versi.xix. quæritur vbi post suã disputationẽ dicit,ꝙ consuetudo in hoc vniuersiusq; regionis seruanda est. & istud etiã dicit in ver. xxvij. Martinus de Fano,disputat etiam quæstionem in tractatu suo de homusia.in viij.quæstione.

HAec enim consuetudo videtur procedere contiuatiuè ad prędecedẽtẽ,quia dicitur in prędecẽti ꝙ homo manusmortuæ non potest alienare mansum manusmortuæ,& super hoc doct.disputant,nunquid prohibitus alienare possit hæredem instituere, vt habetur per docto. in l.si ita quis. §. ea lege maximè per do.Claudiũ de aquis post Alex.ff. de verb.oblig. & p Barba.in repe.rub.de reb.eccle.non alie.sed illa disputatio doctorum est hîc apud nos per consuetudinem nostram decisa,ideo non est amplius insistendum.

PONe† ꝙ homo manusmortuæ videns ꝙ de bonis suis non potest testari,quãdo est in lecto ęgritudinis,facit donationẽ de bonis suis aliquib⁹ ex suis parẽtib⁹, ne manusmortua sit aperta dño, & ne bona eius veniant ad dominũ iure manusmortuę,an talis donatio poterit inualidari:Ioã. Per.de Ferrariis mouet hãc quæst.in forma libelli pro hęreditate ab intestato delata,in gl.nullisq; superstitib⁹.in viij.col.illius gl.possent hîc adduci ea quæ dixi.ɔ.in tit. *Des droicts & appart.à gens.*in §. *Le mari constant le mariage.* in glosibi, *Et des heritages.* Vide de hoc text. in l.j.in prin.& in l. viuus.ff.si quid in fraudẽ patro. & vide Anto. de But. & ibi Barb.in c.ij.de consuetudine,qui dicũt, ꝙ actus factus per aliquem cõstitutum in infirmitate, de qua ipse moritur,dicitur actus vltimæ voluntatis. *Quæstio.*

VIde G. Benedicti in sua repe.c. Rayn.in verbo,& vxorẽ nomine Adelasiã.in v.decis.nu.394. extrà, de testa.vbi dicit,ꝙ tales non possunt disponere maxime donãdo.l.j.vbi Ioã.de Plat.& doct.C.non licere habitato.metroco. loca sua ad alios transferre. lib.xj. vide quæ dixi in meo monologio, in verbo,donatio. vbi dixi ꝙ donatio facta per infirmũ ex peste qui statim moritur non valet, & est actus vltimæ volũtatis.

ADduerte tamen ad tex.in d.l. viuus. suprà allega. quòd tales homines manusmortuæ non possunt donare nisi bene merentibus, æquiparando eos libertis,cùm tamen adhuc sint deteriores conditionis, & ideo si donent alicui tanquam benemerito, probãda sunt illa benemerita,aliàs donatio est nulla tanquam simulata. Ang.in l.j.§. si pater.ff.pro dona.& consului in casu emergenti.

IN TEXTV IBI,
Par testament ne ordonnance.

PONe † quòd pater emat aliquid nomine filij,& eidem tradat eo viuo,an hoc casu valeat, & sic præcipuum filio? vide text. in l.filiæ cuius. & ibi Bald. C. famil.erciscun.& quæ dixi supra in titu. *Des droicts & appartenances à gens mariez.* in §. *Femme mariee selon la generale.* in glo.*acquestz.* & quid de diuisione quã pater faciet inter liberos assignando eorũ cuilibet suam partem,vide in titu. *Des droicts & appartenances à gens mariez*,in §. *La femme qui est participante.*& ex ibi dictis cogita quid dicendum esset in hoc casu, si pater sic faceret intellige quo ad extraneos,& in præiudicium domini,quia quo ad suos,aut alios secum manentes, & quia aliàs eidem de iure succedere debent, vel secundum consuetudinem, potest testari. argumen. l.si quis presbyter. C. de episco. & cleric. & ita tenet Ioan.

1 *Intestabilis & intestatus an differant.*

2 *Manusmortuæ homines non sunt adscriptitij.*

BIU Cujas

Ioan.Fab.in §.seruitus autem est constitutio. instit. de iure personarũ.

IN TEXTV IBI,

Sans consentement de son seigneur.

Quæstio notabilis. QVæro de quæstione multum notabili. Quidam homo manusmortuæ & eius vxor in contractu inter viuos,& pacto inter eos inito faciũt se adiuuicẽ hæredes hoc modo:scilicet ꝙ volũt ꝙ vnus sit hæres alterius superuiuẽtis, casu quo nõ habeãt filios ex ꝓprio corpore natos.in prẽsentia eorũ domini cõsẽtiẽtis,& prestãtis cõsensum:an si postmodũ vnus illorũ moriatur,sit aliter hęres?dixi in casu emergẽti† ꝙ cùm hæreditas in cõtractu dari nõ possit. Bar.in l. tale pactũ.§.fi.ff.de pactis.& pacto inter viuos ꝙs fieri hęres nõ põt.l.hæreditas.C.de pactis cõuẽtis.Ias.in d.l. tale pactũ.& in l.licet inter priuatos.C.de pactis.Ioan. de Imo.in rub.de testa.in pe.& vlt.col. vbi dicit idẽ si in donatione inter viuos aliquis dat partẽ hęreditatis,ꝙ talis cõtractus non valet.¶† Si tamẽ fiat quis hæres in cõtractu in certa re,secus, vt cõsului in casu emergẽti in successione nobilis viri Cypriani de Rabutin,cõsilio incipiẽ.(vt iã suprà dictũ est.) Nobilis quondã vir dominus Cyprianus de Rabutin.allegando Old.cõs. suo cxxxix.vbi multa pulchra dicit.& istã opinionem sequuntur multi,quos allegat Ias.in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.

1 *Hæreditas non potest dari pacto.*

2

ADDITIO Cõsilium suprà allegatũ est in ordine meorum consi.xxxix.& incipit, factum tale est nobilis quondam vir.

NEc in hoc facit,seu aliquid operatur consensus domini:quia iste consensus domini non potuit supplere defectum solennitatis testamenti,& defectũ contractus ratione personæ,cũ inter virũ & vxorẽ de iure & cõsuetudine sint ꝓhibiti tales cõtractus: imò solus princeps superior põt tales defectus supplere confirmãdo aut aliàs cõsentiendo. doct. maximè An. Pa.& Bal.in c.j.de trãsact.Ias.in l.& quia.quã legit. cũ l.more.in vij.col.ff.de iur.om.iud.& ideo dominꝰ est hæres,& aperta manusmortua domino.

EGo nũc credo contrariũ,& ꝙ cõsensus domini in hoc facit valere tale pactũ,sicut dicimus de eo cui succeditur.qđ de eius voluntate põt fieri pactũ de futura successione,vt dicit Ias.in l.fi.in vij.limitatione. C. de pact.¶ Sed quid in casu,qui sæpe euenit,vbi vna filia vnius domus exit extra domũ patris,& in locum illius ponitur altera,quæ remanet in societate, an hoc casu reputabitur filia cõmunis,& ita illi succedatur sicut si esset vera filia naturalis & legitima? aut an succedat talis filia in domo alterius recepta patri & matri alterius filiæ,in cuius locũ est posita?¶ Videtur ꝙ nõ,quia licet sit cõmunis in bonis per huiusmodi associationẽ,quæ fit ponendo eã in locũ alterius, nõ tamẽ est propriè de proximis parẽtibus,ex quo eidẽ nõ conueniunt ea quæ sunt necessaria ad hoc vt ꝙs succedat alteri.ideo videtur in ea deficere ius succedẽdi quo ad illos cũ quibus est in cõmunione, & quo ad suos ꝓximos parẽtes, quia nõ est in societate cũ eis: ex quo videtur ꝙ si in dicta domo vbi est, sint aliqui parẽtes,cùm debuisset succedere filia in locum cuius est posita,ꝙ hęc illis nõ succederet,nec illi succedũt, existẽtes in cõmunitate cũ ea,nec eius parẽtes:& sic ꝙ in his est aperta domino manusmortua,eo ꝙ si nõ valuit expresse pactum de succedendo alicui,cui nõ succeditur de iure,vt hîc antè dictũ est, multominus tacitè,saltem nec tacitè,cũ par sit virtus taciti & expressi.l.cũ quid.ff.si cer.pet. ¶ Sed quicquid sit,ego credo ꝙ quo ad ius filiationis,scilicet quo ad patrem & matrem alterius filiæ in cuius locũ est posita,aut ius fraternizationis,in locũ cuius sororis est posita, ex consensu & volũtate alterius,quę exiit domum,& aliorũ proximorũ parẽtũ filiæ exeũtis,ꝙ talis filia quæ in lo cũ illius est posita, habet iura & filiationis & fraternizationis ex conuentione & tractatu inter eos facto, per l.quidam cùm filium.ff.de verb.oblig. ita ꝙ sicut filia naturalis & legitima si semper in domo remansisset,illis successisset, & dominũ manusmortuæ excluisset,ita etiã hæc filia in locum illius posita, illis succedere debet.Eo etiã ꝙ qui in locum alterius ponitur habet illa & eadẽ iura quæ habebat ille in cuius locum ponitur,vt dicit Ale.post alios,in l.qui quadringenta.ff.ad Trebel.& idem Alex.& do. meus Ias. in l. in prouincia.ĩ.§.j.ff.de operis noui nũt. Ex quo enim dicta filia est in locum alterius posita, quid operaretur hoc,nisi ꝙ illa iura quæ habebat altera filia in cuius locum ista est posita,fuit in locũ suũ trãslata? quoniam illa positio, seu traductio in locum alterius nõ debet esse frustratoria:eo etiã quia surrogatum sapit naturã illius in cuius locum surrogatur. vulgata. l. si eũ.§.qui iniuriarũ.ff.si quis cautionibus. aliàs sequeretur ꝙ altera filia remaneret indotata.cogitate, quia nõ est sine dubio,& consului ample in casu emergẽti, hîc tñ nõ firmo,sed materiã cogitadi habebũt posteri.

§. DVODECIMO.

CEns de mainmorte estans communs en biens s'ils se separent & diuisent, ils ne se peuuent reunir, ne remettre ensemble sans le consentement du seigneur du lieu de la mainmorte.& s'entend la separation entre gens de mainmorte,quád ils ont party & diuisé leurs meubles & heritages,& qu'ils sont separez d'vn feu & d'vn pain, & font demeurãce separée chascun en son chief.

ISta consuetudo etiam obseruatur in comitatu Burgundiæ,& in comitatu Niuernen.imò in comitatu Niuernen. vno separato omnes dicuntur separati.

IN TEXTV IBI,

S'ils se separent & diuisent.

De vestibus quotidianis & festiuis. QVæro, an in hac diuisione veniant vestes quotidianæ, & festiuæ, & quomodo in talibus debeat fieri?dic quòd quotidianæ sunt omnibus habentibus præcipuæ,sed festiuæ sunt diuidendæ. habebit tamen quilibet suas festiuas si voluerit,sed debent æstimari,non quantum constiterunt, sed quãtum tempore diuisionis valebunt.ita in simili Bart.in l.j. §.sed nec castrense.in penult.col.vers. vlterius quæro,pone quòd pater.ff.de coll.bono.& ita tenet Pau. de Ca.in cons.suo cccl v. incip. Ad primum videtur in impressione noua.vbi etiam dicit, †quòd dotes filiarum alicuius ex sociis debent super communitate solui & accipi,per plura per eum alleg.& allegat Bal.in trac.suo de duobus fratribus,ante finẽ, in duobus locis. Vide amplè Decium in cons.suo lxvj. lxvij. & lxviij. vbi de materia.idem tenet Soci.in cõs.suo ccxiij.in v.col.ibi, circa aliam dubitationem,† si tamẽ vnus ex sociis acceperit vxorẽ,& ex ea habuerit dotẽ,ante omnia de-

1

2

BIU Cujas

bet deduci de societate,& detrahi de bonis cõmunibus táquã æs alienũ.ita tenet Spe.in tit.de iudi.in iiij. parte.in §.sequitur. versic. quid si à communione. & Soc.in d.consi.ccxiij.in v. col. hîc antè alle. ¶ De materia communionis & diuisionis bonorum communium dixi suprà in titu.*des succeßions.§. Le testateur par testament.* in glo. *meilleur de l'autre.* versic.insequendo. quod dicit esse verum Bald.in consi.suo cccIxxxvij.in iij. vol. si probetur dotem fuisse versam in vtilitatem communem,aliàs non.

IN TEXTV IBI,
Ne se peuuent reunir. & remettre.

NAm hoc est, eò ꝙ statim diuisione facta, ius est acquisitum domino, ex quo amplius nõ sunt in communione, & ideo sine eius consensu seipsos reunire non possunt. facit in simili quod dicit Ang. in l. 1 iurisgentium.§.adeò. ff. de pactis. vbi dicit, † ꝙ si ex contractu debeatur gabella fisco, contrahentes non possunt recedere à contractu in præiudicium fisci,cui debetur gabella vel laudemium.arg.l.insulam. §.fi.& l.si mulier diuerterit.ff.sol. mat.faciunt quæ dicit Iac. de S. Georgio in tractatu suo de roydis siue operis in 2 Nota. ix.col.vbi dicit,pone† ꝙ domini terrarũ per cõsuetudinẽ vel statutum ex venditione habeant aliquod ius ventæ seu laudemij, duo homines alicuius dominij celebrauerunt contractum venditionis,deinde ex interuallo recesserunt ab illo, an possint in præiudiciũ domini?cõcludit per multa ꝙ non,quia per venditionem ius est iam quæsitum domino.faciunt quæ dicit Io.Fab.in §.j.in prin.insti.de emp.& vendi.

Quæstio. LImitantur tamen prædicta vna limitatione, scilicet nisi post contractũ celebratum inter partes,ipsæ partes incontinenti per pactum resoluerent ipsum contractũ.quia tũc per hoc nõ potest prætendere dominus ius fuisse ibi quæsitũ ex primo contractu arg. l.plerique.ff.de ritu nup.& dicit Pau.de Cast.in d.l.iurisgentiũ §.adeò.ff.de pact.ꝙ dicerentur incontinenti resoluere, quando resoluunt antequã diuertant ad extraneos actus.facit optimè tex.cum gl.in l. duos. §. fi.ff.de duobus reis.vel dicerẽtur incontinenti fecisse iuxta ea quæ habentur in l.in bonæ fidei.C.de pactis. faciunt quæ dicit dom.meus Iasin l.lecta.ff.si certum petatur.in x. & xj.col. vbi plenè.

SEd quæro, quid si post factã diuisionem & executã,denuò cõmuniter & pro indiuiso possideant omnia eorum bona,an censeatur inter eos inducta recommunio sicut prius?videtur ꝙ sic,per tex.in l.itaq; ff.pro socio.& pro certo hoc verum est in hominibus liberæ conditionis,vt dicit Lud.Ro.in cõsi. suo cccc-xviij.incip.in eo quod quæritur, sed per consuetudinem secus in hominibus manusmortuæ,& seruilis cõditionis. credo tamẽ ꝙ si fuerint per xxx.annos, ꝙ est inter eos communio in petitorio, & per annũ in possessorio.per ea quæ dixi suprà in §.j.& in tit. *des succes-sions.*in duobus aut tribus locis.

ITem quia tex.dicit, *reunir & remettre*, quæro an sicut qui semel fuerint in cõmuni si se separarunt nũquã possunt se reunire,ita etiam si qui primò nunquã fuerũt in cõmunione possint se in cõmunione ponere sine licentia domini?videtur ꝙ nõ,cùm à pari iudicentur actus cuiusque confectio atque resolutio.l. ab emptione.ff.de pactis.l.si ad resoluẽdam.C.deprẽdiis minorũ.Lud.Rom.in dicto consilio 418.alle.l.nuptię ff.de ritu nupt.& l.si vt proponis.C.de nupt. credo tamen ꝙ cùm statutum nostrum sit exorbitans in hoc à iure communi, quòd non extendetur in casu non expresso,& quòd casus omissus remanebit in dispositione iuris communis.

EX quo etiam dixi, ꝙ licet aliquando fiat aliqua separatio bonorum mobilium aut acquestuũ,puta quiavnus habet bona mobilia & acquestus separatim à suis fratribus,& cõmunibus in bonis, si tamen non sit separatio bonorum etiam immobiliũ, secundum text.nostræ cõsuetudinis,ꝙ si vnus ex illis habeat do miciliũ separatũ,& facit acquisitiones separatas, imò etiam fuerit facta separatio mobilium tantùm,& habeat aut postposuerit aliquem ex suis parentibus,qui eidem succedere debent,eundem tanquã parentem & propinquum mittendo,ꝙ per hoc videtur eũdem secum reunire, & iterum secum associare: quod potest hoc casu, eo ꝙ ad hoc vt sit prohibitus reunire, requiritur separatio mobiliũ & immobilium,quæ non interuenit in hoc casu.consului pluries.

IN TEXTV IBI,
Et s'entend separation.

DEhoc verbo,intelligitur, qualiter debeat capi in statuto,vide Alberi.in suis statutis in prima parte,quęst.xij.Vide Iasin l.j.§ item acquirimus.in v.no. ff. de acquir. possess. vbi quandoque importat veritatem,quandoque fictionem. Intelligi. & verũ.

Quæstio. QVæro de quæstione de qua fui interrogatꝰ. Quidam ab humanis decessit relicto filio quondã cũ matre superstite,fecit diuisionem bonorum mobiliũ cum matre:immobilia autẽ ipse& eius mater dederũt in solutũ creditoribus quondã sui patris, & mariti eius matris, & separatim habitauerunt. nunc moritur mater,petit filius successionẽ illius.dicit dominus manusmortuæ ꝙ locus est manusmortuæ, eo ꝙ non sunt cõmunes in bonis,& ꝙ diuiserunt eorũ bona,& separatim morãtur.replicatur ex parte filij ꝙ consuetudo quantum ad diuisionẽ & separationẽ dicit plura esse requisita copulatiuè ad hoc vt dicatur separatio, scilicet ꝙ fiat diuisio bonorũ mobilium & hæreditagiorũ nã non fuit facta diuisio hęreditagiorũ, ergo nõ conueniunt verba cõsuetudinis,per cõsequens nec dispositio illius.replicatur ex parte domini,ꝙ illa consuetudo debet intelligi quando sunt bona mobilia & immobilia,quę veniunt in diuisione,sed hîc cùm nõ sint immobilia,cùm sint data in solutũ,igitur de illis non fiet diuisio,cùm priuatio præsupponat habitum.l.decem.ff.de verb.obl. cum vulg. cogita, quia dixi quòd erat aperta manusmortua domino.

VTrum hęc clausula, *& s'entend separation*, intelligatur etiã in §.sequenti,hoc est dicere,ꝙ si homines manusmortuæ nõ simul morantur:sed sit vnus qui faciat habitationẽ separatã, non tñ in suo capite, sed vt mercenarius,an dicatur simul morari cũ suis parentibꝰ,ita ꝙ ei succedat si moriatur ab intestato? hoc quotidie videmus euenire in pluribus qui vadunt ad famulãdũ, vel etiã qui deseruiunt in beneficiis tãquã vicarij,ex quo tales ibi faciũt habitationẽ separatã,an sit aperta manusmortua domino in talibꝰ.ex quo cõstat eos habere animum redeũdi,cùm sint ibi ad tempus,etiãsi per decenniũ ibi manerent,nõ cõtrahũt domiciliũ,secundum Fel.in c.dilectus.ij.extrà, de rescri. & Barba.in c. quòd clericis.in viij.col. extrà, de foro compet. Item ex quo semel fuerunt in communione bonorum & habitationis, adhuc præsumuntur esse, nisi constet eos esse separatos, quod non potest esse quo ad bona,nisi diuiserint quo ad habitationẽ, & nisi quilibet faciat habitationem separatam in suo capite, vt dicit hic text. quod non facit mercenarius aut

vicarius

vicarius alicuius beneficij, igitur cogita. dicam infrà plenè in §. sequen. in casu emergenti.

ADuerte, licet hîc dicatur & ponatur exẽplum in illo qui tanquam vicarius aut mercenarius seruiuit in aliquo loco, non dicitur à suis parentibus separatus ratione habitationis & domicilij. Tamen idẽ mihi videtur dicẽdũ etiam in illo qui alio loco frãco moratur, & ibi habet domũ propriã quã emit, aut aliàs, & ibi tenet focum & larẽ separatũ ab aliis suis parẽtibus, quia etiã hoc casu nõ dicitur ita separat⁹, nisi fuerit facta realis separatio bonorũ, ꝙ nõ debeãt eidẽ succedere proximi parẽtes: cùm licet ibi habeat domiciliũ ratione incolatus, tamẽ nõ per hoc amisit domiciliũ originis, qđ est hîc in cõsideratione, ita ꝙ qs nõ dicitur perdere illud, nisi per illã separationẽ bonorum, aut per expressam renuntiationem, quæ non interuenit hoc casu. Et nõ est inconueniens ꝙ quis habeat plura domicilia, vt dixi infrà in §. seq. in gl. *sinon.*

IN TEXTV IBI,

Qui sont separez.

Quæstio QVæro de quæstione. Pone ꝙ pater aliquis habet filium, & filiã quam maritauit dote ei data, ita ꝙ fuit exclusa aut virtute statuti vel virtute pacti, vel aliàs, quia pater iussit eã esse tacitã. & cõtentã, ita ꝙ amplius nihil petere possit: & illã dotem acceptauit, erat tamen adhuc in domo cum fratre, mortuo patre dicti frater & soror se volunt reunire sine consensu domini, an possint? ¶ Videtur ꝙ sic. quia textus nostræ consuetudinis expressè ponit plura requisita quæ copulatiuè requiruntur, ad hoc vt dicantur separati seu diuisi. nam primò consuetudo dicit ꝙ homines separati & diuisi nõ possunt se vnire sine cõsensu domini. & postmodũ ponit declarationẽ istius separationis, declarando ꝙ separatio in hoc casu intelligitur pluribus interuenientibus, quæ quidẽ conplatiuè sunt posita, ex quo requiritur concursus omniũ copulatorũ. l. si hæredi plures. ff. de hæred. instit. §. si plures. Instit. eod. l. si quis ita stipulatus fuerit x. aureos. ff. de verb. obli. maximè quia istæ copulatiuæ ponũtur circa plures orationes respectu certi dispositi in diuiduo, ꝓut dicit Bar. & Ias. in l. j. in princ. in iij. & iiij. col. ff. de iustitia & iure. Or nunc ponuntur istæ copulatiuæ respectu certi dispositi. s. ad denotandũ qd dicatur separare & diuidere, ergo omniũ copulatiuè ad id requiritur cõcursus. plura ibidẽ dominus meus allegat ad propositũ. Sed vide Fel. in c. ij. in x. col. extrà, de rescriptis, & in specie quasi videtur decidere Alex. in cons. suo xlviij. incip. rub. de vacatiõe patris & filij &c. visis & optimè digestis. in j. vol. quod est repetitum in cõs. ccxiiij. in ij. vol. vbi dicit, ꝙ si requiratur habitatio patris & filij, & communio per copulatiuam, ꝙ requiritur concursus vtriusque. ex quo ad finem separationis requiratur diuisio bonorũ & habitationis, nõ sufficeret in casu nostræ consuetudinis vnum illorum. Cùm ergo in casu nostro non sit diuisio habitationis non sumus in casu nostræ consuetudinis. Et ideo hoc casu se reunire possunt sine consensu domini.

§. DECIMOTERTIO.



Ens de mainmorte ne peuuent succeder l'vn à l'autre sinõ eux demeurans ensemble, & estans en communion de biens.

IDem in comitatu Burgundiæ & in comitatu Niuernen. ¶ In comitatu verò Campanię est diuersitas hominum manusmortuæ, quia aliqui sunt quibus parentes succedũt, aliqui quibus dominus in mobilib⁹ & hæreditagiis, aliqui ꝙbus dominus in mobilibus, aliqui in hæreditagiis tantum. & iõ qualiter dominus debet probare cuius istarũ conditionũ seu specierum sint eorũ homines, vt habetur titu. ij. & iij. inij. v. & vj.

LIcet ergo simul habitẽt, si tñ nõ sint cõmunes in bonis, vnus nõ succedit alteri, vt tenet Iaco. de S. Geor. in tract. suo de roydis, seu operis. in viij. col. ibi, qd de tali casu. vbi ponit casum multũ notabilẽ, vide licet stãte hac cõsuetudine seu statuto, si pater habeat filiũ & filiã, & filia cõtẽta, vel aliàs per pactũ sit exclusa à successione, si moriatur pater relicto filio, deinde filius relicta sorore, qui semper habitauit cum eo: ex quo nõ sunt in bonis cõmunes, nõ succedit soror fratri. quod nota, qa est hîc copulatiua, cuius vtriusq; copulati requiritur cõcursus. dixi hîc antè. §. pxi. in fi. & multũ in hoc casu facit decisio Alex. hîc in consuetu. præceden. alle. s. in cõs. xlviij. in j. vol. repetito in cons. ccxiiij. in ij. vol. vbi dicit ꝙ si requiratur habitatio & cõmunio per copulã, requiritur concursus vtriusque ad verificationem depositi. faciunt ea quæ dicit Ias. in l. j. in prin. in iij. & iiij. col. ff. de iust. & iu.

SEd an hæc consuetudo habeat locũ in filio vel filia seorsum habitante à patre, ita ꝙ etiã sit exclusus filius vel filia à successione, vel etiã à legitima? videtur ꝙ hæc cõsuetudo nõ habeat locũ in filio, & ꝙ si haberet locũ in filio, nũquã filius succederet, † qa inter patrẽ & filiũ nulla est cõmunitas, vt dicit Bal. in l. cùm oportet. ver. quęro. C. de bonis quæ lib. dixi suprà in tit. *des successions.* §. vj. in gl. pen. ergo nũquã fili⁹ succederet patri suo manusmortuę, licet etiã habitaret cũ patre. cũ illa pars copulatiuę. s. *& estans en communion des biens,* nõ posset in filio verificari. ergo sequitur ꝙ hęc cõsuetudo in filio nõ habet locũ, quia cùm nõ cõueniãt verba dispositionis, nec etiam dispositio. tex. in l. iiij. §. toties. ff. de dã. infe. Alex. in cõs. xvij. in j. col. in j. vol. Barb. in cõs. ij. v. col. in j. vol. ¶ Sed sic est ꝙ in filio hęc verba nõ cõueniũt, scilicet, *& estans en communion des biens.* cùm inter patrẽ & filiũ nulla sit communitas, ergo nec vlla dispositio. ¶ Itẽ ẽt sequeretur ꝙ si haberet locũ in filio, ꝙ nũquã fili⁹ excluderetur per habitationẽ: quia habitatio patris est habitatio filij, vt dicit Bal. in l. j. §. illud. C. cõmu. de manu & Ias. in l. filius paciscendo. in j. col. C. de pac. Alex. in cõs. xlviij. in ij. col. in j. vol. & ibi multa dicit Alex. quæ multum faciunt ad corroborationem vel impugnationem huius nostræ consuetudinis. ¶ † Item aduerte, quia dicitur ꝙ inter patrem & filium nulla est cõmunitas, imò videtur ꝙ sic, cùm dicatur ꝙ æstimum patris censetur ęstimũ filij. gl. est nota. in l. ij. C. qui ætat. vel profess. se excus. lib. x. Ias. in l. filius. & Fel. in c. afferte. in ij. col. ext. de præsum. & Alex. in d. cons. xlviij. in ij. col. & do. Fel. in c. j. de magistris. ex quo videtur ꝙ quo ad hoc hæc clausula, *& estans en communion de biens,* potest in in filio verificari, ex quo si sit cõmunio. ergo põt esse diuisio. & satis ad hoc faciunt dicta Alex. in dicto cons. xlviij. hîc antè alle. ¶ Item si hoc esset verũ, ꝙ filia seorsum habitãs à patre esset exclusa in totũ tã à successione quàm à legitima, sic statutũ qđ non põt directò in totũ tollere legitimã filiis, Bal. in l. j. C. de summa tri. & fide catho. Alber. de Rosate in l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. test. Soci. in cons. suo xxx. in col. j. tolleret per indirectũ. & sic qđ non potest fieri directò, fieret per indirectum, contra tex. in c. tuæ de procur. gl. in c. j. de consan. & affini. de qua regula dixi in trac. meo de maledictione creaturarum irratio-

1 *Inter patrẽ & filiũ nulla communitas.*

BIU Cujas

3 *Legitima nõ videtur tolli statuto.*

nabilitũ.in iiij.principali dubio,ibi tertiò ad hanc partem accedat. ¶ †Item nunquam videtur tolli legitima per statutum,nisi expresse de ea fit mẽtio.Sali.in l.sancimus C.de nup.Frã.de curte in cons.suo xxxix.in iij. & iiij. col. sed hîc nulla est facta mentio de legitima, ergo filia & filius etiam seorsum habitãtes à patre, & nõ existentes in cõmunione,saltem non excludẽtur à legitima.& faciunt quæ dicit Soc.in cõs.suo ccxxx.in ij.col.versi.cõfirmatur hoc idẽ.vbi posuit an dispositio excludens à successione, excludat etiã à legitima.

ET multum sunt ponderanda verba huius consue. quando dicit,*ne peuuent succeder*.quoniam per hæc verba videtur esse sublata legitima, cùm ex quo non possint filij succedere, ergo nec hęreditatis petitionẽ intentare, sine qua hęreditas peti non potest.l.j.& iij. ff.de peti.hære.sed ipsa hæreditatis petitio tolli potest cùm sit iure ciuili inducta.l.item veniunt.§.cum autẽ. ff.de peti.hære.ergo sublta via per quã venitur ad bona, tolluntur & ipsa bona. sublato enim medio, sine quo ad extremũ peruenìri non potest, & ipsum extremũ in effectu sublatũ esse vr. Nã sublata querela per quam peruenitur ad hæreditatis petitionem,ipsa hæreditatis petitio sublata esse videtur.l.sancimus.§.vlt. C.de inof.test.& sublato iure restitutionis,per qđ venitur ad rescissoriã,& ipsa rescissoria sublata videtur. l.in honorariis.§.sed cũ rescissa.ff.de actio.& oblig.& etiã sublato iure offerendi per quod venitur ad pignoratitiã,sublata videtur ipsa pignoratitia.l. cum notissimi.C.de præscri.xxx.vel xl.annorũ.& notatur in l.si finita.§.posteaquã autem.ff.de dã.infe.Et ex his vidẽt quidã tenere ꝙ etiã legitima potest tolli in totum. de qua materia dixi remissiuè suprà ĩ tit.*des succeßiõs*.§.ij. gl.*la tierce partie des biens*.Sed magis ad saturitatẽ vide Pau.de Cast.& Ias.in auth.nouissima.C.de inof. testa. Dy.in regula,indultũ.de reg.iu.in vj.Bal.& Sal. in d.l. sancimus.C.de nup.Bal.in l.cũ lege.C.de epis.& cler. Bal.in l.j.§.ius naturale.ff.de iusti.& iure.Ang. in l.ꝙ de bonis.§.fi.ff.ad legẽ Fal.Fede.de Se.in cons.lxxv.& in cons.cclxxv.Lu.Ro.cõs.ccxxxij.& in cõs.xxxij.Pau. de Cast.in consi.lxxvj.& in consi.ccxxxij.Oldr.in cõs. clxx.Albe.de Rosa.in trac.statutorũ,in ij.parte.q.ciiij. Pau.de Cast. post alios in l. Titio centum.§. Titio genero.ff.de cõdi.& demon.eundem Pau.in cõs.lxxvij. inci.pro clariori responsione.vbi dicũt,ꝙ quãdo quis à successione alicuius excluditur,etiam eidem nõ debetur legitima etiã si sit de descendentibus.quæ decisio est ad literã,ad clarè inducendũ per tex. huius cõsuetudinis,ꝙ etiã dictis filiis cum sint excluſi à successione non debetur legitima, licet expresse non fuerit dictũ ꝙ sint excluſi à legitima:cùm vt dicit Benedicti in loco hîc statim allegãdo,nu.50.habet locũ etiã in filiis,ex quo approbat statuta etiã in foro conscientiæ, deferẽtia omnẽ successionẽ primogenito,& priuantia alios filios legitima,quæ cùm habeãt aliquã rationẽ, scilicet fauoris &conseruationis domus,tamẽ nõ mihi placent,& mihi videtur multũ iniqua,licet vnus ex filiis illo casu hæreditatẽ paternã,accipiat, multò magis debet statutũ huiusmodi iniquum cẽseri,in quo filius in totũ excluditur,& hęreditas perueniret ad extraneũ in totũ,& ideo quicquid sit,credo ꝙ huiusmodi statutũ ita intelligendo esset iniquissimum. Et ideo cùm multi sint tenẽtes opinionẽ cõtrariam videlicet ꝙ legitima in totũ tolli potest,vt Richar.malumbræ, de quo per Cy.in l.sancimus.C.de nupt.cũ quo transeunt & sequuntur communiter citramontani, quos Itali vocant vltramontanos in d.l.sancimus. & etiam Alb.de Rosat.in suis statutis.q.ciiij.Bald.in l.cunctos populos.C.de sum.trini.& fide cath.& in l. cum lege. C.de epis.& cle.in d.l.sancimus.Ant.de But.in c.Ray. de test.decis. Tholosana q.ccccxxxvij. & plures hinc inde alle.Soci.in consi.suo cl.in j.& ij.col.in j.vol. vbi videtur cõcludere ꝙ cũ aliqua rationabili causa potest in totũ tolli,puta ingratitudinis,vel familiæ cõseruãdæ,& agnationis, secundũ Bal.in d.l.cũ lege.& Io. de Imo.in d.l.Titio centũ.§.Titio genero.ff. de condi. & demõ.& in hac opinio.videtur esse Decius in cõs. suo cvj.in vlt.col.& in cons.xix.in pe.& vlt. col. in ij.vol. Et cùm in hoc casu nõ sit causa rationabilis, cùm non sit quæstio de conseruãda familia & agnatione,nec sit ratio aliqua quę possit esse valida, ꝙ extraneus admittatur ante filios saltẽ in legitima, non video hãc consuetudinẽ esse iustã & rationabilẽ : si intelligatur etiã in filio,ꝙ nihil habuit à patre pro legitima, ita ꝙ hoc casu nõ obstã.dicta consuetudine si nihil habuit à patre,puta dotẽ aut donationẽ propter nuptias, poterit petere legitimã,& in ea se facere manutenere in Gallia,vt dixi suprà in ti. *des succeßions*.in §.ij.in gl.*la tierce partie deses biens*.Quicquid adhuc sit,non credo ꝙ causa conseruationis familiæ, & agnationis sit legitima, & sufficiẽs ad tollendum in totũ legitimã iure naturæ debitã:quoniam iura naturalia per iura ciuilia immutari non possunt.† Quid dicendũ, cogita.Ang.ta- 4
men in cons.suo cv.inci.statuto cauetur ꝙ si aliquis.in fi.dicit,ꝙ quando dicitur,† ꝙ qñ quis est successurus 5
ab intestato alicui,si non relinquatur ei legitima, potest illam petere. & hoc casu videtur ꝙ per statutum tolli nõ possit:sed qñ nõ est successurus, tũc ei legitima non debetur.exemplũ ponit in filio deportato.sic ergo videtur idẽ dicẽdũ in isto filio,qui nõ est successurus ab intestato,per istud statutum,ergo etiam non debetur legitima. hęc nõ mihi satisfaciunt ad omnia supradicta. si casus eueniat in facto, & sint pecuniæ pro salario, fortè latius insistã. communis obseruãtia tamẽ in hoc multũ operatur,quæ etiã tam in filio & filia quàm in aliis ita obseruat, secũdũ quã interpretabitur hæc consuetudo,vt dicit Soc. in consi. suo cxj. in iij.col. ¶ Credo quicquid dicatur de obseruãtia, ꝙ *Nota.* filius aut filia seorsum habitans à patre,& habens separationẽ diuisam,vel ẽt habeat bona alibi nõ cõmunia cũ patre,si petat successionẽ in totũ, ꝙ malè agit, si verò petat legitimã sibi iure naturæ debitã, optimè agit,cùm hęc cõsuetudo eos solùm excludat à successione, & nõ à legitima. & ideo quo ad hoc recurrẽdũ est ad ius cõmune.&istud est verissimũ de iure.qđ intellige verũ dũmodo nõ habuerit legitimã viuẽte patre,puta ĩ filia quę viuẽte patre fuerit maritata,& habuerit dotẽ quę habetur loco legitimæ, ꝓut suprà dixi tit.*des succeßions*.§.xij.in gl. *ne retourne point*. versi.j.

IN cõtrariũ faciũt quæ dicit G.Be.in sua rep. c.Ray. in verbo,& vxorẽ nomine Adelas. in præludiis nu. 45.& 46.ext.de test.vbi tenet ꝙ excluſus à successione ꝑstatutũ,aut cõsuetudinẽ,est etiã excluſus à legitima: dicit tñ idẽ ibidẽ nu.64.ꝙ stãte tali cõsuetudine liberi nõ excludũt,sed solùm alij parẽtes,quoniã vt dicit, cũ successiones sint de iure positiuo, vt dicit Bal. in l. meminimus.C.de legi.hær. consuetudo in eis multũ potest,nisi reperiat ꝙ ꝓhibita derogare iure communi.

IN TEXTV IBI,

Sinon eux demeurans ensemble.

HAec dictio † (*sinon*)tantum importat quãtum ni- 1
si.¶Quæro quando dicantur simul morari? vide Bart.in l. Quintus. ff. de annu. lega. Alexan. plenè in consi.suo lxxvj.cũ seq. vbi plures in hac materia consuluerunt.

BIU Cujas

ſuluerunt. in iiij. vol. ad quos recurrendum eſt, cùm caſus euenerit, & communiter do. Iaſ. pręceptor meus in l.j. C. de tranſactio.

ADDITIO. Aduerte ꝙ talis cõmoratio de qua in hac cõſuetudine debet eſſe corporalis, vt facit tex. in ſimili in c.fi. de clericis non reſid. & vide in hoc Mat. de affl. in conſti. regni Siciliæ quæ incipit, vt participatio. in ij. co. dicit tamẽ Albe. Brunus in tracta. de cõſti. in verbo, forenſis. verſi. ſtatutũ. ꝙ forenſis non fundat, ꝙ filia nupta extra locum originis non mutat primum domilium. alle. Bar. in l. fi. §. pen. col. i. ff. ad municipales. ¶ Sed quæro, † quid de clerico reſidente in beneficio, vel in beneficio deſeruiẽte tanquã vicario, aut alicui nobili aut prẽlato ſeruiente, qui tamen non diuiſit bona cũ cõſanguineis vel parentibus, an dicatur ſeorſum habitare an ſemper cũ ipſis habere domiciliũ? cogita ex his quę dicit Fel. in c. dilectus filius. ij. extrà, de reſcri. dicã ſtatim in caſu emergẽti. Iſta quæſtio de qua hîc, fuit deciſa per curiam ſupremam parlamenti Burgundiæ, contra dominum balliuum Cadrellen. prętendentem manuſmortuam cuiuſdam vicarij mortui in loco beneficij. & hoc fuit anno M.cccccxx. in arreſtis pronuntiatis in natiuitate domini.

2 Quæſtio.

AQuerte tamen, quia in curato videtur ꝙ faciat habitationẽ ſeparatã in ſuo capite, quod requiritur, vt dicitur in §. prædcedenti. quod tamen non facit vicarius, qui eſt in beneficio vt mercenarius & famulus, & cùm tales non poſſint dici facere habitationẽ in ſuo capite, non ſunt diuiſi, & ideo ſuccedunt adinuicem. dixi hîc antè in §. prædcedenti in gl. *& s'entend.*

Caſus.

HOdiè fui interrogatus de caſu qui ſæpe euenit. Quidã preſbyter manuſmortuę ad cauſam terrę Perreciaci venit ad habitandũ in loco de Montmort, qui eſt etiã manuſmortuæ, & ſtetit in cõmendataria S. Antonij de Tholona, tãquã admodiator, ſunt decẽ aut quindecim anni, ſed fuerũt plures & diuerſæ admodiationes, tandem ibi mortuus habẽs plura bona mobilia: ſed nunquã diuiſionẽ fecit cum fratribus & nepotibus, multa bona etiã immobilia, ſaltẽ terras & poſſeſſiones in dicto loco vbi morabatur, acquiſiuit. Nũc dominus de Clugny, tanquã prior Perreciaci dicit ſe eidẽ debere ſuccedere. Dominus de Montmort, dominus dicti loci vbi mortuus eſt, petit bona exiſtẽtia penes ſe: dicũt hęredes ꝙ debẽt eſſe hæredes, eo ꝙ nunquã fuit facta diuiſio inter eos, & ꝙ dicũtur ſemper ſimul morari, ex quo nõ pdidit, nec amiſit domiciliũ originis, per illã ſolã habitationẽ, quã fecit talis in dicto loco tãquã admodiator. quid iuris? Videtur primò dicendũ ꝙ in hoc caſu locꝰ ſit manuimortuæ, & ꝙ manuſmortua eſt aperta domino, quoniã ex quo talis moratus fuit in dicto loco manuſmortuę, & ſeorſum à ſuis parentibus, videtur ꝙ nõ habeat quæ ſunt requiſita per cõſuetudinẽ, quia requiritur (vt hîc videmus) ad hoc vt vnꝰ ſuccedat alteri, ꝙ morẽtur ſimul. cõſtat enim ꝙ morabatur alibi, ex quo maximè ibi ſtetit per decẽ annos, & cõtinuè cõuerſatus fuit, rõe cuius cõuerſationis & habitationis acquiſiuit domiciliũ. facit tex. in l.j. C. de incol. lib. x. maximè qñ ſtetit p decenniũ. facit qđ dicit Bar. in d.l. lex Cornelia. §. domũ. ff. de iniur. & Bal. in l.j. C. de inco. lib. x. vbi dicit, † ꝙ ad acquirendũ incolatũ ſeu domiciliũ per incolatũ ſufficit decenniũ. no. gl. in l. hæres abſens. ff. de iud. & ideo ꝙ ex quo ſtetit per decenniũ alibi, ꝙ nõ dicitur ampliùs morari cũ ſuis parẽtibus: & ideo nõ eſt locus conſuetudini. faciũt quę dicit Fel. in d. c. dilectus filius. ij. in vij. co. ibi, ad domiciliũ ſortiendũ, extrà, de reſcri. & ſic videtur ꝙ ex quo ſtetit in dicto loco de Montmort per decẽniũ, ꝙ ibi acquiſiuit domiciliũ, & ſic ꝙ non ampliùs dicitur morari cu ſuis parentibus, ex quo dominus illius loci de Mõtmort, vbi mortuus eſt, debet habere ea quæ ſunt penes ſe, per tex. noſtræ cõſuetudinis ĩ hoc eo. ti. art. x. & domin⁹ originis debet habere alia bona. ¶ Dico tñ ad vtrũque ꝙ nullus prædictorũ dominorũ debet aliquid habere in ſucceſſione dicti prędicti preſbyteri. quãtu enim ad dominũ loci vbi mortu⁹ eſt, audiui ꝙ ille locus eſt nõ manuſmortuæ: & ꝙ homines de Tholono poſſident ibi terras, & poſſeſſiones tãquam exiſtentes in loco de Labergement, quẽ tenent & reputãt francũ quo ad eos, & illo vtuntur, & audiui ꝙ aliàs fuit lata ſentẽtia, & ideo ex quo cõmẽdataria S. Antonij eſt ibi poſita, dicẽdũ eſt ꝙ non eſt mortuus in loco manuſmortuæ. Sed etiã prædictis ceſſantibus dico, ꝙ per hoc nullus iſtorum dominorũ poteſt excludere parentes, etiam licet ſteterit & habitauerit extra domũ ſuę originis per decẽ, quindecim, aut viginti annos, cùm ibi nõ ſtetit animo continuò habitandi, ſed tanquã mercenarius, & ſic animo recedẽdi mercede finita, & ideo cùm ibi ſteterit per tẽpus determinatũ ſine declaratione animi, nec actu ſignificatiuo ꝙ ibi velit ppetuò manere, non dicitur acquiſiuiſſe incolatũ ſeu domiciliũ per incolatũ. ita Bal. in l. eſt verum. C. de incolis, lib. x. & Ang. in l. hæres abſens. §. j. ff. de iud. per l. ex facto. §. fi. ff. de hęred. inſti. & l. nihil. ff. de capti. & hoc tenet Maria. in c. fi. extrà, de foro compe. & Fel. in d. c. dilectus filius. & Fel. & Maria. in dictis locis ſatis reſpõdẽt ad iura quæ dicunt, ꝙ per incolatum per decenniũ acquiritur domiciliũ, quia ſoluunt ꝙ in aliquo caſu põt eſſe. ſed nõ eſt incõueniens ꝙ quis habeat plura domicilia, & qđ prævaleat, ponũt ibi amplè, & etiã aliis modis ſoluũt quæ in mediũ adducta cu fuiſſet quæſtio; ſed poſſunt ibi videri etiã, ideo non repeto, & quia in cõſilio meo ſcripſi, ne videar bis occupaſſe mẽbranas, nõ inſiſto. ſed omnia videri poſſunt per Maria. in d. c. fi. qui multa in hoc dicit, quæ ſunt neceſſariò videnda, cùm ſimilis caſus occurrit. Et ex prædictis concluſiue dixi ꝙ † cùm mercenarius ſeu admodiator videatur morari in loco ſuæ admodiationis ad tempus determinatum ſecundum ſuã admodiationem, ꝙ non dicitur ibi acquirere domiciliũ per incolatum, etiã per decenniu. in hoc caſu multũ iuuant ꝙ illas poſſeſſiones ibi acquiſierat, nec antiquas quas in loco originis habebat alienauerat, imò ſemper illas communes tenuerat. in ſimili caſu de vicario in beneficio, ſeu admodiatore in beneficio, ſeu aliis rebus fuit iudicatum in Burgundia, vt audiui & dixi ſuprà proximo §. in gl. *& s'entẽd*, & ideo non eſt à iudicato recedendum.

3 Quantũ tempus requiratur ad acquirendũ domicilium per incolatum.

4 Mercenarius non acquirat domicilium per incolatũ.

ADDITIO. Aduerte ꝙ preſbyter beneficiatus, nõ dicitur habere domiciliũ in beneficio, quod tenere facit per vicariũ, ſi habeat aliud beneficiũ in quo reſideat. p plura tenet Bertran. in cõſi. ſuo cj. in iij. parte.

IN TEXTV IBI,

Et eſtans en communion des biens.

ADde quòd † appellatione communium in bonis continentur ſolùm & comprehenduntur illi qui ſunt in omnibus bonis communes, non autem qui ſunt in certis bonis communes: adeo ꝙ ſtatuto loquẽte de cõmunibus in bonis, ſolùm cõprehendũtur illi q ſunt in omnibus bonis cõmunes. ita tenet Alex. conſi. ſuo xl. incip. inſpectis verbis ſtatuti. in ij. vol. Et aduerte, ꝙ † per cõmunicationẽ fructuum non cẽſentur aliqui contrahere ſocietatem vel communionem. Alexan. in addi. ad Bar. in l. ſi patruus. C. communia

1 Quid dicantur cõmunes in bonis.

2

BIU Cujas

vtriusque iudi.idē Alex.in consi.suo xxiij. incip. visis dubiis.in j. vol. quem vide ibi.

§. DECIMOQVARTO.

LE seigneur demeure saisi des biens de son homme mainmortable, quand le cas de la mainmorte aduient.

IDem in comitatu Campaniæ. ¶ Ista est possessio ciuilis de qua ad plenū dictū est in §. *le mort saisist le uif.* in tit. suprà *des successions*, & potest dominus dicere se vestitum & in possessione post mortem sui hominis. & per hoc videtur ꝙ tenetur tanquā successor ad omnia debita sui hominis, de quo dicam infrà in §. sequ. De hac saisina vide G. Benedicti in sua repet. c. Ray. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. inv. decis. nu. 388. de test. dicit tamen ibi nu. 389. ꝙ subditus nō potest intentare casum nouitatis contra dominū in his quæ ritè gerit in vim suæ iurisdictionis. ¶ Quid in admodiatore alicui⁹ terræ, ꝙ habet omnes fructus & emoluměta à domino, an possit dicere se saisitū cōtra quoscunq; ? videtur qđ non, eò ꝙ nō pōt dicere se saisitū nisi ex iure cesso: & ió videtur ꝙ hęc possessio nō transeat in ipsum, vt dixi suprà ti. *des successiōs.* §. j. in gl. *saisist*, in prin. & etiā quia videtur esse solùm locator, qui non possidet quo ad extraneos, vt dixi infrà tit. *des censes.* §. vj. inci. *le seigneur censier.* in gl. *contre le tenementier*, &c. vidi tamen in quibusdā ꝙ tales admodiatores in talibus casib⁹ se fecerūt manutenere, sed bonū esset ꝙ ī eorū admodiatione apponeret, ꝙ quo ad oēs fruct⁹ pcipiēdos, dominus cōstituit procuratorē specialē, & in rem suam.

De admodiatore terræ alicuius

VIdetur tamē quia ex quo est admodiator, ꝙ habet aliquod ius in fructibus, saltē custodiam ꝙ plus ad vtilitatem suā, ideo in vim huius iuris & custodiæ videtur habere generale mandatū. sicut in simili dicimus de vsufructuario, vt per do. meum Ia. in l. j. §. vsufructuarius. ff. de no. ope. nun. Cogita.

ADuerte tamen quoniā ex quo domini terrarum, percipiunt successiones suorū hominum manusmortuę, ꝙ similiter princeps in casu simili debet habere ius successionis in vim manusmortuæ, super dominis habētib⁹ talia iura, vt dicit Gui. pa. q. sua cclxij. ad qđ deberent aduertere domini terrarū. ¶ Aduerte etiā ꝙ si sit quæstio de libertate, aut seruitute in qua quis prætendit se liberum, & aliquis dominus prætendit eum seruum, ꝙ prouisio seu reuerētia maximè in casu dubio, debet potius adiudicari prætendenti se liberū, quàm domino prætendenti eum seruum, per tex. qui multū faciūt in l. lite ordinata. C. de libe. causa. & in l. ordinata. ff. eo. cum etiā libertati sit fauēdū. dixi suprà in §. ij. huius tit. in gl. *quelque part que ce soit.* ¶ Dixi etiā in quodā consi. quod feci, quod est nu. 54. & incipit, ex narratis. in consi. lxvj. inci. aliqua terra. nu. 54.

IN TEXTV IBI,

Saisi.

HIc patet quòd dominus potest propria authorita te bona sui hominis capere, cùm habeat possessionem ciuilem, vt tenet Francis. de Aret. in consi. suo xxj. inci. si diligenter. & tenet Spe. in tit. de acto. §. j. & Bal. in l. certa forma. C. vt in possessionē legato. tenentes ꝙ possidens naturaliter & ciuiliter potest propria authoritate quemlibet possidentē & detentorē deiicere, maximè ex quo habet iurisdictionē in subditum quo casu potest sibi ius dicere propria authoritate, vt dicit Bal. in l. ij. in verbo, conquere. C. vnde vi. de quo dicit Bal. in d. l. ij. Vide Mat. de affl. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, pacis cultū. in nota. ibi, secundò licet. & vide eundē ibi in ver. xix. Aduerte tamen ꝙ Bar. in l. j. §. necessariò. ff. si mulier vētris nomine tenet cōtra Bal. & Spec. in locis suprà alleg. sed Alex. ibi alleg. Lud. Ro. in l. peregrè. §. quibus explicitis. ff. de acqui. pos. eos cōcordantē. Et facit pro hac opinione ꝙ posset propria authoritate, qa tex. in §. sequēs, vtitur verbo prætendere, quod idem est quod capere, quod importat propria authoritate, vt dicit Decius in regula iuris, non videtur quisquā. ff. de re. iur. & dixi suprà in tit. *des iustices.* §. ij. in gl. pe. Sed tamen prędicta hæc intellige tantū habere posse locū, quādo bona sunt certa & liquida: hoc est qñ sunt de perse, & nō sunt cū aliis cōmunia: quoniā ratione communionis requiritur voluntas omniū, & sic tam illorū qui ad huiusmodi bona succedere deberēt defuncto, vt sunt proximi parētes, quā illorū, qui possunt habere cōmunitatē & societatē eū defuncto, prout videtur facere tex. in l. j. §. si alter ex hęredibus. ff. quorū legatorū. Et etiā intellige prædictā nō apparēte cōtradictore resistente. quoniā vt dicūt Bar. & Sali. in l. creditores. C. de pig. licet aliquādo sit data facultas alicui per pactū ꝙ possit bona debitoris ꝑpria authoritate pro mēsura debiti occupare & accipere, illud tñ intelligēdū qñ debitum est liquidū, & ꝙ nō fiat ei resistētia, quoniā tūc adeūd⁹ est iudex. Et cùm euenisset casus in curia domi. de Lēcoux, prętēdētis sibi cōperere i⁹ & facultatē capiēdi bona suorū hominū mortalia, seu manusmortuæ, post eorū mortē ꝑpria authoritate, q post mortē cuiusdā sui hominis occuperauerat, & acceperat bona illi⁹ ꝑpria authoritate, p ei⁹ officiarios nullo iuris ordine seruato, imò nō obstāte oppositiōe formata tā p illos q prętēdebāt se esse hæredes, quā p cōmunes in bonis cū dicto suo homine eo viuente, quā ēt per eius vxorē, quę prætēdebat medietatē mobiliū: ex quo dicti prętēdētes se esse hęredes, & cōmunes in bonis, q impetrauerāt literas regias in forma remedij c. reinte granda. iij. q. j. licet expulsi fuissent primò, & in prima instantia per balliuū Bituri. tā ratione & in vim dictæ cōsuetudinis prætēsę per dictū dominū, quàm etiā eo ꝙ vt dicebat dictus iudex, cōstabat per ꝑcessum ꝙ dicta bona sibi cōpetebāt, & sic ꝙ ēt licet non potuisset illa ꝑpria authoritate capere, tñ qa eidē erāt statim & incōtinēti restituēda, per exceptionē doli debebāt repelli: cū dolo faciebāt petere qđ statim erant restituēdi. l. dolo. ff. de exceptio. doli. l. in cōdēnatione. §. dolo. ff. de reg. iur. quæ regula ēt habet locū in possessoriis, qñ incōtinēti ꝑbatur de iure illā exceptionē opponētis vt ibi gl. & in l. si de vi & possessione. ff. de iudiciis. & voluit Ang. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. & Mat. de affl. in cōsti. regni Sici. quę incip. circa violētiarū. in ix. not. vbi dicit, dicta gl. habet tantū locum in interdicto adipiscēdæ possessionis, secundum Bar. in l. j. C. quorū legato. & ꝑ dicta gl. facit dictum Bal. in l. meminerint. C. vnde vi. vbi dicit ꝙ exceptio, dolo facis petere, non habet locū, qñ possessio est statim restituēda, tamē per curiā anno do. 1531. fuit dictū malè iudicatū, & bene appellatū, & cōdēnatus dictus dominus de Lēcoux, ad restitutionem eorū quæ propria authoritate occupare siue capere fecerat, & eius officiarij, ad expēsas, dāna & interesse, tū qa erat quæstio de vi, de qua primò erat iudicādū d. l. si de vi. ff. de iudi. nec obstabat illa consuetudo quæ non erat bene probata, imò etiam si probata fuisset, debet intelligi

in casu

in casu rationabili, vt sit rationabilis, scilicet si bona fuissent separata, & de per se, & ꝙ nō erat interesse tertij resistētis. imò in Gallia, & in omni casu adeūd⁹ est iudex ꝓ iure nouo habēdo, nec est permissa facultas alicui sibi dicere ius ꝓpria authoritate, qđ etiā ꝓhibitū est de iure, iuribus vulgatis, de quibus p Matt. de affl. in d. constit. pacis cultu. suprà allegata. vbi amplè quomodo sit semper adeundus iudex.

§. DECIMOQVINTO.

LE seigneur, quand escheute & succession a lieu, prend les heritages estans en sa seigneurie mainmortable, sans pour raison d'iceux payer les debtes de son homme mainmortable. Et s'il prend les meubles estās en ladicte mainmorte, & dehors, & les heritages estans en lieu franc demeurez de ladicte escheute, il est tenu de payer sur iceux les fraiz funeraux de sondict homme, & apres ce se payera de ce que sondict homme luy debuoit au temps de son trespas. Et au surplus payera les autres hebtes de sondict hōme tāt & si auāt que lesdicts meubles estans au lieu de ladicte mainmorte, & dehors, & les heritages en lieu franc se pourront estē dre, ou les abandonner aux creanciers.

IN TEXTV IBI,

Mainmortable.

Casus. EVenit casus de quodam domino, qui quidem habuit hæreditagia sui hominis manusmortuæ existentia in loco manusmortuę & illa tenuit & portauit per quatuor aut quinque annos, sed illa postmodum dedit ad reditum cuidam pro summa quatuor frācorum annuatim soluendorum, quæ erat summa debita super prædicto hæreditagio antequam ad manus suas deueniisset, non facta mentione de seruitute manusmortuæ & aliis seruitutibus: an istę aliæ seruitutes de quibus non est facta mentio, censeantur in ista donatione ad reditum repetitæ? an verò videantur prædicta hęreditagia esse liberata ab illis aliis seruitutibus? videtur ꝙ ex quo illa hæreditagia deuenerunt ad manus domini, & illa tenuerit, ꝙ liberata sint ab omni seruitute. eo ꝙ res sua nemini serui. l. vti frui. ff. si vsusfruct. peta. l. cùm in fundo. ff. de iure do. in l. quicquid. ff. communia prædiorum. l. qui ædes. & l. qui binas. & l. in re communi. ff. de seruitutibus. Soc. in cōsi. j. in ij. col. in iiij. vol. Odof. de Senon. in tracta. de interdic. ti. de interdic. quo. bon. & Decius in reg. neque pignus. ff. de reg. iu. & Fel. in c. inter dilectos. de fide instr. Soc. in suis fallentiis, & ibi addi. do. Iaf. in §. sic itaque. col. iiij. insti. de actio. ex quo simpliciter dederit alij ad reditum, videtur illa dedisse eo modo quo in non expressis in cōtractu: & imputandum est illi, quare non magis expressit, vel apertius legē dixerit. l. veteribus. ff. de pactis. ¶ Istam quæst. satis aperte declarat Guido pa. quęstio. sua 575. Emphyteuta potest. vbi distinguit aut res sua peruenit iure ordinario, quia cecidit in cōmissum, & tunc seruitus antè imposita extinguitur, aut iure emptionis, aut donationis, & tunc secus.

IN TEXTV IBI,

Sans pour raison d'iceux.

ADuerte, quia ex hoc patet inequitabilis declaratio quæst. suprà eodē tit. factæ in §. *l'homme de mainmorte peut uendre.* in vers. limita sextò prædictā nostrā consuetudinē. † quia ex hoc patet ꝙ hæreditagia exi- 1 *Nota.*
stentia in loco manusmortuę, nō possut hypothecari, seu dari in pignus pro debito hominis manusmortuæ in præiudiciu domini: quia ea potest dominus vendicare etiā absque solutione debitorū cōtractorū p hominē manusmortuæ aduenientę casu manusmortuæ.

IN TEXTV IBI,

Et les heritage estans en lieu franc.

QVæro de vna multū notabili quęstione. Quidam homo meus habitat in territorio meo, habet tamen debitorē suū in alieno territorio alicuius domini. s. manusmortuæ, moritur ille homo me⁹ absq; liberis, ita ꝙ est aperta manusmortua, nuquid succedere debeā in illo debito, an verò dominus manusmortuę vbi est nomē debitoris obligatū? ¶ Ista quæstio potest singulis diebus euenire: ideo insisto, & dico ꝙ videtur primò ꝙ illud nomē debitoris spectare debeat domino illius loci vbi est debitor, nō domino vbi habitat ille homo cui dominus successit. primò p theoricā Bar. Bal. & aliorū in l. cūctos populos. C. de sum. tri. vbi dicūt, †ꝙ quādo confiscatio bonorū fit non iure communi, sed iure speciali, talis confiscatio nō extēditur ad bona sita in alieno territorio. ista theorica probatur per multos quos recitat Alb. de Rosa. in materia statutorū. in iij. parte. in ij. col. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de accu. §. sequitur. in quadā addi. inci. fœlices Nicolai. Anto. de But. in c. postulasti. extrà, de fo. compe. sed sic est ꝙ dominus terrę nō succedit homini suo de iure communi, cùm multę sint personæ quę in successione excludunt fiscū. l. j. C. vnde vir & vxor. & patet ex his quę habētur in l. j. C. de bon. vacan. lib. x. & in l. j. C. de hære. decu. & etiā multi sunt qui præferuntur patrono de iure, quoniam tantum debet habere certam partem: vt habetur de successio. lib. insti. & ff. ergo hæc successio est de iure speciali, scilicet per has nostras consuetudines, ergo non debet extēdi extra territorium, & per consequens non debet succedere dominus illius loci vbi habitat ille homo. *Quæstio notabilis.* *Theorica Barto. & Bald. 1*

SEcundò † pro hac opinio. facit theorica Bal. in l. ex facto proponebatur. ff. de hęre. insti. vbi dicit ꝙ si aliquis habeat bona in diuersis territoriis, quorū territoriū quodlibet habet bursam fiscalē distinctā & separatā, & ille cōmittat tale delictū ꝓpter quod bona sua vbicūque sita veniāt cōfiscāda, vnusquisque fiscus capiet bona quę sūt in suo territorio, & vn⁹ nō impediet se de bonis sitis in alieno territorio, sed ęqua portione quilibet ipsorū occupabit bona sui territorij. & sic cùm fiscus habeatur loco hæredis. l. tutoris. C. ad l. Iul. de vi pub. vel priua. & l. recusare. §. si fisco. ff. ad Treb. & l. non intelligitur. §. cùm ex causa. ff. de iure fisci. quilibet ipsorum aget contra debitores in suo territorio, & sic præfati fisci qui sunt diuersorum territoriorū dicūtur succedere in diuersis hæreditatibus. sicut in simili habemus in l. si certarū. §. j. ff. de test. mili. non autem dicētur cohæredes vnius & eiusdem hæreditatis. quod probatur, quia si alter ipsoru repudia- *2 Alia theorica Bald.*

BIU Cujas

ret,portio sua nõ accresceret alteri fisco alterius territorij,iuxta no.per eundẽ Bal.in l. iurisperitos. §. cum oriundus.ff.de excu.tu.nã fiscus propriè nõ est hæres. ita not.Bar.in l.quoties ff.de noua.not.in l.inter eos.§. fi.ff.de fideiuss.sic etiã dicendum est in ꝓpõsito, ꝙ dominus terræ qui succedit homini habitanti in territorio suo,nulliter debeat succedere quantum ad nomẽ debitoris existentis in alieno territorio.

De tutoribus administrationẽ diuisam habẽtibus.

TErtiò pro hac opin.facit, quia si sunt duo tutores qui habeant administrationẽ diuisam, puta quia vni fuit assignata administratio bonorum existẽtium in territorio comitatus Burgundiæ,alteri verò in territorio ducatus Burgũdiæ,vnus nõ debet se intromittere de administratione alterius. l. inter tutores.ff. de admi.tut.l.quæro.ff.de sol.vnde in ꝓpõsito videtur ꝙ dominus terræ qui succedit homini suo, nõ debeat se intromittere de nomine debitorũ illius, q habitabat in aliquo alieno territorio. ¶ Corroboratur ista sentẽtia,quia si tutores habeant administrationẽ diuisam, & contingat aliquẽ habitantẽ in comitatu,vbi vni ex tutoribus est assignata administratio,esse, debitorem pupilli, respectu bonorum existentium in territorio ducatus Burgundiæ, vbi alter tutor habet administrationem, tamen potestas conueniendi illum debitorẽ spectabit ad tutorem habentem administrationẽ bonorum pupilli in territorio comitatus existentium. l. tutores.§.hæres.ff.de admi.tut.& ista sunt fundamenta Iac. de S.Georg.in tract.de roydis seu operis.in iiij. & v.col.vbi tenet contrarium.Prædictis non obstãtibus,& ad prædicta fundamenta respondendo, quicquid sit,mihi videtur ꝙ iste casus non habet in se difficultatem,sed est decisus per textum nostræ consuetudinis sequentis.Sed ex fundamentis Iacobini poterit insurgi quæstio magis dubitabilis,de qua dicam in §.seq.eo ꝙ magis quadrat ad propositum.

ITem etiam prędicta fundamenta, non videntur mihi facere ad propositam quæstionem, sed tantũ faciũt ad dubiũ,an manusmortua aperta in illo loco trahat effectum suum ad bona sita alibi:quod satis est decisum per tex.nostræ consuetudinis. j.§.seq.inc. *L'une des seigneuries.*&c.sed pro solutione prædicta, an scilicet nomẽ debitoris sit de loco vbi est debitũ, an verò de loco vbi est creditor,dixi suprà plenè in tit.*des confiscations*,in §.j.in gl.& *appartient.*

IN TEXTV IBI,
Et sur iceux les frais funeraux.

LIcet hîc nihil dicatur, credo etiam quod si homo manusmortuæ non habet neque mobilia, neque hæreditagia in alio loco quàm manusmortuæ, ꝙ dominus manusmortuæ capiens hæreditagia,etiã in loco manusmortuę tamen tenetur ad eũdem hominem suum sepeliri faciẽdũ, & in terra sancta inhumãdum, secundum ritum & morẽ,& ad onera cõsueta quæ facerent,aut facere tenerentur eius hæredes,si dicta bona acciperent iure successionis. Aliàs esset quid inhumanũ ꝙ bona illius haberet domin⁹, & denegaret eidem gratiã,hoc est,sepulturã. & credo ꝙ consuetudo nostra sit in hoc diminuta,& si non esset in hoc diminuta,&ꝙ ita crudè deberet intelligi,esset iniquissima. Sed cùm sit diminuta in hoc, & nihil disponat, ideo recurrendum est ad ius commune si sit, & si non sit, ad rationem & æquitatẽ naturalem,quæ allegari potest vbi deficit ius.c.frustra.viij.distinct.& c.sana quippe.ix.distin.& c.vt quis.de elect.in vj.& gl.in c. ex eo. de elect.in vj.quoniam,vt dicit, lex est omne quod ratione constitit.c.consuetudo.j.distin.hinc,vt dicit Seneca ad Lucilium epistola. xxxviij. Si vis omnia tibi subiicere,subiicias te rationi.de quibus ꝑ Ias.in l. dedi.j.§.si liber.ff.de cõdi.ob causam.& in l.quoties.col. vj.& vij.C.de rei vendi.& in l.illam.C.de collat.& ibi per plures rationes probatur,ꝙ ratio naturalis sequẽda est,vbi deficeret lex.imò restringitur lex generalis, per rationem naturalem,secundùm Abb.in c. proposuit de appel.Ex quibus decisionibus ibidem positis, quas nõ transporto,putarem dicendum,ꝙ ratione naturali dominus qui quodam iure speciali colligit id, quod si parentes colligerent, tenerentur ad obsequia funeralia defuncti super dictis bonis: cùm hæres teneatur ad expensas funerales, quæ deduci debent ex hæreditate.l.impensa.ff.de religio.& sumpt.fune.notatur in l.scimus.§. in computatione.C. de iure deliberan. multomagis dominus manusmortuæ, qui in hoc casu loco hæredis est:imò excludit hæredem sanguinis,qui eundẽ præcedere deberet, nõ mirum si ad tales expensas funeris teneatur,ad quas teneretur iure sanguinis,cùm ex quo in locum illius videatur esse subrogatus seu positus, naturam illius sapere debet. iuribus vulgatis.s.l.si eum qui.§. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.&c.ecclesia sanctæ Marię.extrà,vt lite pẽdente. imò cùm hæreditas teneatur ad funerales expensas,& ex illa deduci debent ad quoscunque vadat, cùm ipsa res sit ad hoc onerata, vt dictum est,transit ad quemcunque cum suo onere. dixi suprà in titulo, *des successions des bastardz.*§.j.in gl.*en payant & supportant.* Et maximè in hoc debet multum operari fauor religionis sepulturæ,quæ est multũ priuilegiata:sitq; illi multũ fauendũ,vt dicit tex.in l.sunt personæ. in fi. ff.de religio.& sumptibus funerum. quæ cõcernit interesse reipublicæ.quoniã vt dicit Bal.in l.fi.C. de nego.gest.nõ minus expedit reipublicæ mortuos humari,quàm viuentes conseruari. dixi in catalogo gloriæ mundi in ij.parte.in v.cõsideratione. Et ideo cùm interfit reipublicæ,vt mortui inhumentur,debent cogi ad hoc qui magis tenentur,sed vt dictũ est, cùm hæreditas defuncti sit ad hoc onerata, ex quo ex ea primò debet deduci impẽsa funeralis, cogendi sunt ad hoc q hæreditatẽ capiut, vt sunt prædicti domini in hoc casu qui habẽtur loco fisci,& sic vt hæredes,aut saltẽ loco hæredis huic successores dicuntur.vt dicit Alex.in consi.lxxxviij.in iij.col.in iij. vol. saltẽ est loco extranei hæredis,vt dicit Pan.in consi.xxix. incip. in quæstione præsenti.in ij.col.in ij.vol.ex quo debet facere prout fecissent hæredes extranei, qui etiã ad hoc tenerentur. Et si dicatur ex parte dominorũ, ꝙ hæreditagia eorũ capiũt tãquã sint ad eos reuersa per mortem suorũ hominũ,qui erãt tãtũ coloni, ad minus nõ negabunt,ꝙ si hoc esset verũ,ꝙ ex quo colebant hæreditagia dominorũ,ꝙ erãt de eorũ familia, ideo tãquã familiares debẽt ab eis sepeliri,vt facit tex.in arg.in l.familiaria.ff.de religio.&sumpti.funerũ.in qua impensa funeris cõtinẽtur ea de quib⁹ in l. funeris sumptus. ff.eo.de religio.& sumptibus funerũ.& etiã ea quę ex cõsuetudine generali totius patriæ. primò cùm in dubio quis videtur velle id quod patria sua.l.quod si nolit.§.si mancipiũ.ff.de ędil.edic. Et respectu loci, cùm vt dicit Bald.in l.precibus C. de impu. & aliis subst. quis præsumitur velle id quod statutũ & cõsuetudo loci vult, & præsumitur quis velle id qđ est consuetũ fieri.dixi suprà in titu.*des droicts & appartenances à gens mariez.*§.ij.in gl.*selon la generale coustume.* vbi etiã dixi, ꝙ bonũ est arg.de lege scripta ad nõ scriptã.& dicitur nõ scripta,quando est quid cõsuetum fieri in loco qđ non reperitur iure scriptum, & ideo tenetur dominus ad

nus ad ea quæ cõsueta sunt fieri in loco vbi fit sepultura,ex quo tenetur ad sepulturam,scilicet quia tenetur eidẽ facere administrare sacramenta, quę sunt prę ambula,vt corpus Christi,& extremã vnctionẽ,& eo mortuo & defuncto debet eum ducere facere ad ecclesiã cum processionibus , & sepeliri in cœmiteriis, vbi homines talis cõditionis & stat⁹ solẽt sepeliri , & eidẽ debẽt fieri orationes & suffragia, secundũ qđ solitũ est fieri similibus in loco vbi mortuus est. Quoniã pro omnibus mortuis debent fieri suffragia,quia debent sepeliri cũ psalmis & canticis ecclesiasticis. c. qui diuina.xiij.q.ij.Et ita tenetur dominus ad hoc ius sepulturæ , ꝙ si pro illo debeatur aliquod ius curato in vim laudabilis cõsuetudinis,de qua in c. ad aposto licæ.ext. de his quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. poterit dominus cogi ad istud ius per curatũ, prout potuissent hæredes defuncti, si hęredes habuisset.Et vt dixi inspicienda est conditio & status personę,iuxta tex.in l.plenum.§.equitij.ff.de vsu & habita. de quo per Feli.in c.causam quæ.col.xij. de rescri. per Corsetũ singul.55.in verbo,cõditio personæ. Et ꝙ ad hoc teneatur dominus etiã suadet æquitas , vt ex quo percipit bona ad hoc subiecta,æquũ est vt subeat onera illorũ, quæ quidẽ æquitas vbi proditũ non est ius, semper debet procedere.c.j.de trãsactio. l. quod si Ephesi.ff.de eo quod certo loco.gl.fi.in c.pastoralis.de causa possessio. & proprieta. Et ita dixi in facti contingentia, sed domini hoc recusant facere & malè.

IN TEXTV IBI,
Et au surplus.

SEd qualiter isti domini tenebuntur ad æs alienum & ad debita:cogita,ex his quæ dicit Bal. in l.ex facto proponebatur.in iij.col.ff.de hære.instit.& hoc est de iure:sed cõsuetudo nostra hîc disponit, quomodo solui debeant debita sed an soluere debeat dominus manusmortuæ,capiẽs mobilia & hæreditagia in loco franco etiã illa debita quæ sunt facta in territorio alterius domini manusmortuæ, vbi ille dominus capit hæreditagia ibi existẽtia, an verò dominus illius territorij:Dicit tñ Bal.ꝙ ille dñs territorij capientis hæreditagia ibi existẽtia,soluet debita ibi cõtracta.qđ not.

HIc videmus ꝙ aduenięte casu manusmortuæ, dominus capit hęreditagia hominis sui manusmortuæ existentia in loco manusmortuæ,an possit ea retinere,& suo patrimonio applicare extiguẽdo mansum sui hominis,&focũ & larẽ ipsius?Quo ad hæreditagia cẽsualia & reditualia antiquitus existẽtia in loco frãco,clarũ est ꝙ tenetur ea ponere extra manus suas intra annũ & diẽ,à die obitus sui hominis, vt est de hoc consuetudo hoc eo.ti.§.xix.Sed ibi nihil dicit,nec hîc nec toto hoc tit.de hæreditagiis existẽtib⁹ in loco manusmortuæ.ideo est videndũ qđ de illis. Et videtur ꝙ cũ sibi spectẽt & pertineãt,ita ꝙ etiã sit saisitus,vt habetur in §.prędedẽti,&illa dominus capit,qđ est intelligendũ propria authoritate,vt dixi in §. præcedenti. in gl.fi. potest ad libitũ disponere : cùm rei suæ quilibet sit moderator & arbiter.l.in re mãdata.C.mandati.Imò cùm sit illorũ dominus,nõ tenetur illa alienare,nec vendere si nolit,nec ad hoc potest cogi.l. inuitũ.C.de cõtrah.empt.notatur in l.nec emere.C. de iure delib. Ex quo maximè videtur ꝙ hæc hæreditagia habuerunt originem à domino qui videtur ea dedisse ea cõditione,& ideo videtur reuerti ad dominũ,& sic ad priorẽ corũ naturam , qui quidem regressus fauorabilis est,cùm res de facili reuertatur ad priorẽ naturã.l.si vnus.§.pactus.ff.de pac. Et quia §. xix. includit tantũ hæreditagia existentia in loco frãco,aliis cẽsuẽlia & reditualia,ideo videtur alia excludere: cùm vni⁹ inclusio sit alterius exclusio.c.nõne bene dicimus.extrà,de prẽsum.l.cùm prętor.de iudiciis.Iaſ.in l.j.in iij. col.ff.de leg.ij.& quia hic casus de huiusmodi hæreditagiis est omissus per cõsuetudinẽ, ideo remãsit in dispositione iuris cõmunis.l.si extraneus.ff.de cõdi.ob causam.l.cõmodissimè.ff.de lib.& posth. quę quidem est,ꝙ imò cogitur cõtrahere & vẽdere.d.l.inuitũ.Ego go tamen semper fui in contraria opinione,scilicet ꝙ domini tenentur iterũ ponere extra manus suas dicta hæreditagia manusmortuæ, tã pro cõseruatione suorũ iurium sibi debitorũ,quàm aliorũ qui possent prętendere interesse, vt est in Gallia princeps supremus, qui habet tallã ordinariã super omnes tenentẽ focũ &larẽ,etiam licet sint sub ducibus,comitibus,& aliis principibus,in Burgũdia habet ex cõsuetudine ius pcipiẽdi quoddã munus per modũ mutui extraordinarij,quod nũc fit ordinariũ:& fit de triẽnio in trienniũ quod dicitur ius fouagiorũ,hoc est tallia quæ cõceditur per tres status patriæ,& imponitur postmodũ per focũ & larẽ , quæ iura hoc casu diminui possent, si omnibus dominis permitterent retinere omnia hęreditagia manusmortuæ ad seipsos venientia. Et est etiam interesse omniũ subditorũ,quoniã ex quo sunt multi tenẽtes focũ & larem,cõceditur magna summa , quæ postmodũ inponeretur super paucis , ita ꝙ reperiretur talis locus vbi erãt centũ homines tenẽtes focũ & larẽ,& nũc tãtũ sunt lxxx. per suppressionẽ mãsorum manusmortuæ,qui erãt penes dominos,qui nõ subiiciũtur talibus talliis,aut fouagiis,seu collectis, ratione quorũ interesse põt princeps ad euitãdũ huiusmodi inconueniẽtia,quæ possent generare scãdalũ in populo,si videret se ita suppressũ a dominis, cogere dominos tales manusmortuę,ad ponẽdu hęreditagia manusmortuæ quę ad eos deuenerãt , extra manus suas, & dare aliis qui eadẽ teneãt sub oneribus cõsuetis,tã ad subueniẽdũ huiusmodi indẽnitati reipublicę,& sic regis,quàm aliis subditis.imò credo ꝙ officiales regij non debẽt ꝓmittere,ꝙ domini tẽporales exigãt focos & domos suorũ locorũ , & demaniis seu patrimoniis eorũ appropriẽt, quoniã istud est in præiudiciũ principis : aut saltẽ eos cogere debẽt ad talem tallã quam solueret,aut soluere cõsueuerat qui talẽ focũ & larem tenebat, eo ꝙ cũ talia onera debeãtur ratione foci & laris sequũtur focũ & larẽ.arg.l.fi.C. sine cẽsu vel reliquis.Hinc in simili videmus,ꝙ ex quo feuda sunt obnoxia & affectata reip.ꝙ rex nõ potest retinere feudũ sibi cõfiscatũ,nec suo patrimonio applicare sed tenetur illud alteri concedere.vt tenet Bal. in c. j. in prin. qualiter olim feudũ poterat alienar. dixi suprà in tit. *des confiscations.*§.iij.in gl.*sont au seigneur.*qđ video fundatũ optima rõe,tũ qa in hoc debilitaretur vis reipublicę,quę habetur ꝓ defensione fiẽda, cũ data fuerint olim ꝓ stipẽdiis nobiliũ.dixi suprà in rub.*des fiedz.* & sic vidimus cũ quęstio est de inuasione subitanea patriæ aut principis,statim cõuocãtur nobiles feudatarij,& fit ꝓclama quod dicitur,*bã & arrierebã.*& tenẽtur cõparere in armis,& defẽdere rẽpublicã,cui princeps nõ põt præiudicare ,quia est ꝓ vtilitate publica, cõtra quã princeps nõ põt rescribere.toto ti.in rubro & nigro,maximè in l.fi.C.si cõtra ius vel vtilitatẽ publicã,& ẽt omne rescriptũ seu priuilegiũ intelligitur, seu intelligi debet sine pręiudicio tertij.l.ij.§.si qs nemine.& §.merito.ff.ne qd in loc.public. & in hoc fieret præiudiciũ aliis vasallis q in hoc essent debiliores si supprimeret aliquos ponẽdo feuda, aliquorum va-

ſallorũ ad manũ ſuã, qui tenebantur cũ aliis deſeruire & rẽpublicã defendere, quod eſt onus quod imponitur ratione reip. & ꝑ republica, quod non poteſt tollere princeps: quoniã etiã ſicut nec vaſallus pôt qđ facere in feudo in præiudiciũ domini, ita nec dominus in præiudicium vaſalli: & ad paria iudicãtur, vt in c.j. de forma fidelitatis. In hoc tamẽ Mat. de affl. in conſt. regni Sic. quæ incipit, vaſallus à domino. in vij. no. dicit ꝙ hoc non habet locũ in principe. tñ mihi videtur ꝙ quo ad alienationẽ videtur idẽ eſſe obſeruãdũ, eo ꝙ ſicut ꝑhibetur vaſallus alienare feudũ ſine cõſenſu domini, ita etiã nõ poteſt alienare dominus vaſallũ ſine eius cõſenſu. quod habet locũ etiã in principe. dixi ſuprà in ti. *des fiedz*. §. v. in gl. j. ideo hoc caſu videtur idẽ dicẽdũ. Ex quibus etiã in caſu dixi, ꝙ rex nõ poteſt remittere ſeruitiũ militare, qđ debetur ratione feudi ꝑ defenſione reipu. & quòd nõ obſtante remiſſione facta per principẽ, poſſunt alij vaſalli inſtare contra tales remiſſiones, & ſuffocationes feudorũ quæ fiũt per quaſdã admortizationes. dixi ſuprà in tit. *des fiedz*. §. iiij. in gl. j. vbi multũ cõſideraui intereſſe aliorũ vaſallorũ, ſicut in hoc caſu in ſuffocatione & extinctione focorũ hominũ manuſmortuæ, eſt multũ cõſiderãdũ intereſſe aliorũ ſubditorũ, quod poteſt eſſe in multis tã ſcilicet, vt dixi, in talliis & fouagiis, quã etiã in corueatis, vbi debẽt ad placitũ ad quid faciẽdũ, puta ſi deberẽt oẽs ſubditi ire ad ligna ꝑ calefaciẽdo dominũ, quoniã ſi pauci ſint, plus onerabũtur, & ideo poſſunt alij remanẽtes ꝑ eorũ intereſſe inſtare cõtra dominũ vt hæreditagia manuſmortuæ ad ſe reuerſa ponat in manus ſimiliũ perſonarũ habiliũ, & taliter, & eo modo quo erant, ſcilicet ꝙ non extinguatur focus & lar, hoc eſt ignis & domus. Aut ſaltẽ ꝙ pro illis ſoluat tallias & fouagia, ꝑut ſoluebãt homines manuſmortuæ quãdo illa tenebãt, & ꝑut ſoluerent ſi tenerent. Et ꝑ hoc facit, quoniã etiã ſi domini vellent directò remittere talibus tenẽtibus mãſos eorũ manuſmortuæ corueatas nõ poſſunt in preiudiciũ aliorũ, vt dicã infrà in §. xviij. in hoc eo. ti. in gl. *taillables haut & bas*. ergo nec per indirectũ. & ibi poſui quãdo immunitas conceſſa alicui noceat cæteris tenentibus ad idẽ onus. Et credo hoc caſu parentes qui alias ceſſante manumortua eis ſucceſſiſſent pro ſimili pretio eſſe præferẽdos. arg. gl. in l. ij. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſtiua. de qua dixi infrà in tit. *des cenſes*. §. v. in gl. *ſans plus eſtre tenu*. prout etiã in ſimili de feudo ad dominium reuerſo idẽ dicit Mat. de affl. in conſti. regni Siciliæ quæ incipit, vt de ſucceſſionibus, in xvij. nota. in iij lib. quã tamẽ gl. & §. limitat ibi idẽ Matthæus duobus modis, prout etiam dixi in loco hîc antè alleg.

§. DECIMOSEXTO.



'Vne des ſeigneuries mainmortes n'acquiert point ſur l'autre. qu'eſt à entendre que ſi vn hõme ou vne femme de mainmorte va demeurer en autre lieu de mainmorte q̃ de ſon ſeigneur, & la mainmorte a lieu, chaſcun ſeigneur prend, & a ce qui eſt en ſa ſeigneurie mainmortable, tant en meubles, qu'en heritages: & ce qui eſt en franc lieu tant meubles que heritages, eſt au ſeigneur duquel ſeigneur mainmortable il eſt homme ou femme originellement.

1 Seruus pluriũ dominorum.

EX hoc colligitur † ꝙ iſte homo eſt homo manuſmortuę ſeruꝰ pluriũ dominorũ de iure: quod non eſt inconueniens & hoc caſu dicitur habere plura domicilia, quod non eſt inconueniens. Marianus in c. fi. in vj. col. de foro compet. & quod iſtorum præualeat, idẽ Maria. in vij. col. vbi plenè. & quomodo quis poteſt eſſe pluriũ conditionũ reſpectu pluriũ dicã alibi, & etiã quæ incõueniẽtia poſſunt euenire, quãdo quis eſt homo pluriũ, reſpectu diuerſorum iuriũ, puta quãdo eſt cenſatarius vni, & alteri feudatarius, & alteri reditualis, & alteri manuſmortuæ, quæ cauſa iſtorum ſit potior, cogita ſecundum caſus exigentes.

IN TEXTV IBI,

Va demeurer en autre lieu de mainmorte.

Queſtio notabilis.

QVæro de quæſtione, hîc videmus, ꝙ ſi homo manuſmortuæ acquirat bona in alio loco manuſmortuæ, ꝙ illa bona ſunt de iuriſdictione illius domini vbi ſunt acquiſita, ita ꝙ ſi habeat locũ manuſmortua, ꝙ dominꝰ illius loci vbi ſunt bona, ſuccedet in illis. † quæro nunc, Aliquis eſt homo manuſmortuę nobilis & potentis do. Fráciſci Rolin balliui Heduẽ. qui acquirit multa bona in loco manuſmortuæ abbatis & cõuentus S. Martini Heduen. nunc affranchiſatur, & manumittitur per dominũ ſuũ originalẽ, an illa manumiſſio trahatur ad bona exiſtentia extra territoriũ manumittẽtis, & effectũ ſuum porrigat ad bona exiſtentia in alio loco manuſmortuæ, ita ꝙ ſi moriatur, hæredes eius eidem ſuccedãt, tã in bonis exiſtẽtibus in alio loco manuſmortuæ, quàm domini originalis, qui manumiſit, quàm etiã in bonis exiſtẽtibus in loco manuſmortuæ illius domini qui nõ manumiſit: & ſic an ſufficiat tm̃ manumiſſio domini originalis, an verò omniũ dominorum vbi bona ſunt ſita, ad minus illius domini vbi fuit ad habitandũ, & ibi acquiſiuit bona? & ſic eſt quærere, an manumiſſio alicuius domini extẽdat & porrigat effectũ ſuum ad bona ſita extra ſuũ territoriũ, quæ tenebat & poſſidebat eius homo manumiſſus? ¶ Videtur primò dicendũ ꝙ non, qa extra territoriũ ius dicenti nõ pareꝭ. l. fi. ff. de iur. om. iud. & d. l. habet locũ etiã in iuriſdictione voluntaria. Phili. Decius in cõſ. ſuo. cl. in ij. co. & faciũt multa quę dixi ſuprà in ti. *des confiſcations*. §. j. in gl. & *appartient*. & ibi ſatis amplè deducitur, ꝙ ſi perſona quę eſt principalis habilitata ſit, ſunt & habilitata bona tãquã acceſſoria. & etiã faciũt dicta per Io. de Imo. & Pan. in c. cũ olim. extrà, de cleri. coniug. & dixi plenè in quodã cõſilio qđ feci in materia beneficiali. Sed nunc in hoc caſu ſi aliquis manumittatur per dominũ originalẽ, nõ habilitatur perſona. cũ in Burgũdia nulli ſint ſerui corpore. §. j. ſuprà hoc eo. titu. ex quo ergo dicendu eſt ꝙ ex quo iſta manumiſſio reſpicit rẽ, & nõ perſonam cùm priuatio præſupponat habitum. l. decẽ. ff. de ver. ob. c. ad diſſoluendũ ext. de deſponſ. impu. cùm ſi pſona nõ ſit ſeruilis cõditionis, vt dicit tex. in dicto loco, igitur non poteſt manumitti: ergo habilitatur res, & non perſona. ſi habilitatur res, non eſt dubium ꝙ iſta manumiſſio domini originalis non trahit effectum ſuum ad bona ſita extra ſuã poteſtatem. quia l. fi. ff. de iuriſ. om. iu. habet locũ quãdo quis etiam excedit iuriſdictionem ſuam in re, vt dicũt Alber. de Roſate, & do. meus Ia. in d. l. fi. ideo vnuſquiſque dominorũ ſub quo ſunt bona debet conſentire manumiſſioni. faciũt

quæ dixi

quæ dixi in dicto consilio quod hîc inserere volui.

NVnquid dispensatio† ad beneficia incompatibilia, & ad beneficiũ regulare de persona seculari facta per legatũ de latere in prouincia sibi decreta, & de pſona sibi subiecta ratione originis, hoc est existẽte origine de prouincia sibi decreta, extẽdat effectum suũ ad beneficia sita extra prouinciam decretã dicto legato, sic extra territorium dicti dispensantis.

3 *An dispensatio legati extẽdatur extra prouinciã sibi decretam.*

ET videtur primò dicendũ ꝙ sic:† cùm dispensatio sit actus iurisdictionalis, prout tenet Ant. de But. in c. at si clerici. §. de adulterijs. in vers. ex parte personæ. extrà, de iudiciis. & dicũt Pet. de Anc. & Gemi. in c. cùm ex eo. de elec. in vj. ꝙ est iurisdictionis. & faciũt quæ dicit Lud. Ro. in consi. cccxxv. in fi. iij. col. vbi dicit, ꝙ dispẽsatio est de lege iurisdictionis. siue ergo dicamus ꝙ sit volũtarię iurisdictionis, qđ videtur, cùm in ea nõ requiratur citatio alicuius, vt tenent Io. And. Inno. & alij in c. veniẽs. de fili. presbyte. trahit effectũ suũ ad beneficium sitũ extra territoriũ, cùm actus iurisdictionis voluntariæ in personã subditã trahat effectũ suũ ad res sitas extra territoriũ, exercentis actũ iurisdictionis voluntariæ in personã sibi subditã ratione originis. l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo. q sub tut. vel cura. vbi per Alb. de Rosa. qui ita tenet per illum tex. dicentẽ† ꝙ decretũ interpositũ per iudicẽ originis super alienatione rei minoris, extẽditur ad res sitas extra territoriũ iudicis interponẽtis decretũ, qa persona subdita tanquã dignior & principalior trahit ad se res illius. & facit quod dicit Inn. & alij post eum in c. per venerabilẽ. qui filij sint legiti.† ꝙ si episcopus dispenset illegitimũ ad ordinẽ clericatus suscipiendũ, poterit etiã sic dispensatus suscipere ordinem clericalem & promoueri in alia diœcesi, & sic effectus illius dispensationis trahit effectum suum extra territoriũ dispensantis. Et facit quod dicit Inno. in c. pastoralis. extrà, de priuile. & Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccle. & in l. j. C. de cõtrah. emp.† ꝙ consensus episcopi diœcesani alicuius ecclesiæ datus in alienatione rei ecclesiasticę, trahit effectũ suum ad res & possessiones etiam sitas in alia diœcesi, & extra territoriũ illius episcopi diœcesani præstantis consensum.

4

5 *An consensus episcopi super alienatiõe rerum eccl.*

6

7 †Incorporalia enim vbique suũ effectum extendunt: vt dicit Alber. de Rosa. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. per tex. in l. fi. C. de præscrip. longi temporis.

SIue etiã dicamus, ꝙ sit iurisdictionis cõtentioſę, in hoc casu vellẽt aliqui dicere ꝙ ex quo est facta ab inferiori à principe, scilicet à legato, habente potestatem à summo pontifice iure speciali, vt infrà latius dicã, ex quo in ea requiritur causæ cognitio, imò si fiat talis dispẽsatio sine causa, nõ valet. prout tenet Inno. in c. dudũ. ij. paulò ante fi. de electione. quẽ sequitur Feli. in c. postulasti. xv. col. de rescrip. vbi dicit esse notandum perpetuò in foro contentioſo, ad infringendas mille dispensationes quas faciũt legati super incõpatibilibus cum personis indignis, puta non sublimibus, vel literatis. Et idẽ Fel. in c. ad audientiam, ij. in v. col. de reseri. ¶ Videtur etiam ꝙ effectum suum trahat extra territoriũ dispensantis cùm vt dicit tex. in c. postulasti. de foro compe.† sententia priuationis beneficij trahit effectũ suum ad beneficiũ sitũ extra territorium iudicis proferentis sententiam. Et facit tex. in l. propter litẽ. in §. j. de excusa. tu.† vbi tutor simpliciter datus per sententiã iudicis pupillo habenti bona in diuersis territoriis, censetur datus etiã ad bona territorij iudicis non subiecti, & sic extra territorium iudicis dãtis tutorẽ. & ratio illius est, quia sententia dirigitur principaliter in personã, in cuius consequentiã veniunt etiã bona alterius territorij. l. si fideicõmissum §. tractatum est. ff. de iudiciis.

8 *An sententia priuationis beneficiorum.*

9

ET facit pro hac sententia l. cùm vnus. §. is qui. cũ gl. ff. de bo. auth. iudi. pos. l. à diuo Pio. §. j. ff. de re iudic.† vbi sententia iudicis cõtra condemnatum promulgata trahitur etiam ad bona alterius territorij: & hoc ex quo sententia in illis locis magis afficit personã quàm rem, ex quo hoc casu extendit effectũ suum etiã ad bona existẽtia in alieno territorio: vt tenet Ludo. Ro. in consi. suo xxxix. per iura hîc antè alleg. & p tex. in l. ex ea. cum gl. ff. de postulan. & per tex. in c. postulasti. extrà, de fo. cõpe. & tamen nulli dubium est ꝙ prolatio sententiæ, seu sententia est cõtentioſæ iurisdictionis, cùm in ea requiratur citatio partis. notatur in l. prolatam. C. de senten. cùm ergo non videatur esse ratio diuersa in hoc casu, s. in huiusmodi dispensatione, quæ videtur respicere personam inhabilem, scilicet illam habilitando: idẽ dicendum ꝙ etiam effectũ suum trahat extra territorium dispensantis.

10 *Sententia iudicis contra condemnatũ.*

ET facit mirabilis decisio Ioan. de Imo. & Panor. in c. cùm olim. extrà, de cleri. coniu. per illum tex. vbi dicunt,† ꝙ vbi agitur de habilitate personæ, si sit habilitata in vno loco, intelligitur etiam habilitata in alio loco, vbi etiã alias reputaretur inhabilis: cum tex. ibi dicat,† ꝙ natus in sacerdotio apud Græcos, nedũ apud illos reputatur legitimus, verũ etiam apud Latinos: & tamen si apud Latinos natus esset, omnino illegitimus natus esset. vt notatur in dicto loco, & illegitimus reputaretur.

11 *An habilitatio per ſonæ.*

12

CVm ergo habilitas personę in vno loco trahat effectũ suũ ad aliũ locũ etiã non subiectũ, videtur ꝙ iste talis Gallus habilitatus in Gallia & Frãcia, sit etiã habilitatus effectualiter extra locũ subditũ habilitãti, cùm maximè fuerit fact⁹ habilis ex potestate summi põtificis vniuersalẽ iurisdictionẽ habentis in toto orbe. ix. q. iij. in c. cũcta per mũdũ. q tales dispensationes satis approbat, cũ ad hoc potestatẽ dederit. Ideo ẽt intelligitur vbique habilitata pſona, ex potestate summi põtificis habilitata, & maximè quo ad loca existẽtia sub sua iurisdictione, vt sunt beneficia existẽtia in Sabaudia, per doctrinam Io. de Imo. in d. c. cùm olim.

ITẽ & vlterius facit, quia licet dicatur ꝙ dispẽsationes sunt odioſę. c. j. in fi. de fil. presbyt. in vj. etiã dicit gl. in c. ordinarij. in verbo, dispẽsationes. de officio ordinarij. in vj. ꝙ iste est vn⁹ casus scilicet in dispẽsatione vbi beneficiũ principis strictè interpretatur, etiã si neminẽ lædat, nisi ius cõmune. dicã latiùs infrà: tamẽ ẽt videtur ꝙ dispensatio facta de persona trahere debet effectũ suũ extra territoriũ,† cùm statuta quę sunt strictè intelligẽda, Bar. in l. quicquid adstrigẽdæ. in fi. ff. de verb. oblig. recipiant interpretationem etiam in rebus existentibus extra territorium statuentium, vt tenet Bar. in l. j. in vij. q. principali. C. de sum. tri. & fide catho. allegãs tex. in l. omniũ. in fi. C. de testam. & plures alias rationes quę faciũt ad corroborationẽ illius. ergo idẽ in dispensatione: cùm nõ videatur maior ratio in vno quàm in alio. & sic ex prędictis videtur dicẽdũ, ꝙ talis dispẽsatio facta à legato de persona sibi subiecta, trahat effectum suũ extra prouinciam decretã dicto legato. ¶ Hanc opinionẽ primam sequuti fuerũt multi consulẽtes, qui consuluerũt in hac materia, quorũ quidẽ consilia videre adhuc non potui. & inter alios hãc tenuit opi. Phil. Decius. qui in hoc casu consuluit, vt videre poteris in cõs. suo ccvij. quod fuit impressũ anno 1519. Ego tamẽ consului & tenui contrariũ, & fuit in hac opinione Ioannes parui Ioãnis officialis & canonicus Heduẽ. & archi. Fleuignei doctor egregius,

13 *Statuta.*

egregius, & multi alij qui hanc opinionem primam tenuerant, mutauerunt eorum opinionem post visionem eorum quæ scripseram, & tandem obtinuit ille pro quo scripseram.

COntrariam tamen partem credo de iure esse veriorem in casu mihi proposito, videlicet ꝙ dicta dispensatio facta à legato de persona sibi subiecta, dispensando secularē sibi subiectum ad vnam regularē commendam, & ad duo incompatibilia non trahat effectum suum ad secundum beneficium regulare, existens extra suam prouinciam decretam dicto legato.

ET primò pro clariori intelligentia prēsupponēda est potestas dicti legati, habentis facultatē dispensandi cum seculari ad vnum beneficiū regulare in cō mendā, & ad duo incōpatibilia, quæ quidem potestas fuit sibi data his verbis, Alex. episc. &c. dilecto filio Georgio tituli S. Sixti presbytero cardinali Rothomagen. in regno Franciæ nostro & Apostolicæ sedis legato, salutē & apostolicā benedictionē. Cùm nos hodie te in regno Franciæ, pro nonnullis magnis & arduis vniuersalis ecclesiæ, & totius reipublicæ Christianæ negotiis legatum nostrum de latere &c.

EX quibus verbis satis cōstat & apparet, ꝙ sua potestas nō extenditur extra regnum Franciæ, & ꝙ habet potestatē in regno, imò etiam illā exercere nō potuisset extra regnū & limites extēdēdo, cū in facultate sibi data sint hæc verba, in eodē regno & limitibus
14 Regula. tuę legationis existētdo. † Cùm ergo sit regula ꝙ extra territorium ius dicēti non paretur. l. fi. ff. de iu. om. iu. c. vt animarū. de consti. in vj. Quę quidē lex habet locū siue quis exerceat iurisdictionem suā in personam non sibi subiectā, siue in re, siue in loco, siue tēpore, prout dicit Albe. de Ros. & post eum Ias. in d. l. fin.

ADDITIO. Imò vt dicit Lapus allegatio. sua xcj. in pe. col. quilibet res extra suū territoriū censetur ad instar priuati. Et hoc casu si dict⁹ legatus excederet suā iurisdictionē re, scilicet dispēsando quoad beneficia sita extra suam prouinciā, non est ei parendū. licet etiā dici posset ꝙ dispēsatio est iurisdictionis voluntariæ, cùm etiā d. l. fi. locū habeat in iurisdictione voluntaria: vt dicit & tenet Ale. in consi. suo lxvij. in vlt. col. in j. vol. quod incipit, Consideratis. Facit tex. in clemē. ne Romani, §. porro. de elec. & tenet Phili. Decius modernus doctor in consi. suo cl. in ij. col. Et facit multū in proposito quod dicit Gemi. in c. cum ex ea. de elec.
15 in vj. not. ex gl. ibi, in verbo, subiectus. † ꝙ episcopus originis vel domicilij non vtitur iurisdictione voluntaria, in cōcernentibus beneficium alibi situm: prout dicit Ias. in d. l. fi. in j. col. de iurisd. om. iu. Quæ quidem decisio Gemi. videtur indubitāter apponere manum ad solutionem, & determinationem huius dubij, cùm
16 dicat Gemin. ꝙ † qñ debet fieri dispensatio personæ respectu rei per personam detentæ, non episcopus habens personam subiectā ratione originis, sed ille qui habet subiectam rem debet dispensare. vnde præsupposito ꝙ episcopus dispensare possit super beneficio simplici, si haberes beneficium simplex, videtur sufficere dispensatio episcopi habentis subiectum secundum beneficium, quia secūdum beneficium est illud quod inducit impedimentum primi. & illam decisionem refert & sequitur Feli. in c. dilectus filius. in iiij. col. ix. conclusione. extrà, de rescriptis.

DVm ergo in hoc nostro casu debeat fieri dispensatio personæ, respectu rei in vtraque dispensatione, in dispensatione s. ad duo incōpatibilia, qa impedimentū non prouenit ex parte personæ, sed ex parte rei, cùm secundum benefic. um sit illud quod inducat impedimētū primi, & nō persona detinēs, vt dicit Gemi. in dicto loco. cùm vt dicūt tex. gl. & doc. in c. de multa. de præb. & in extrauaganti, execrabilis. vacat primum per adeptionē secundi. ergo secundū beneficiū est quod dat impedimentum, & nō persona. Et in dispēsatione de seculari ad beneficiū regulare, cùm p huiūsmodi dispensationē alteretur & mutetur natura ipsius beneficij, & nō persona dispēsata: de beneficio enim regulari & titulato fit beneficium seculare sine titulo: cùm sit dispensatus talis secularis ad. tenēdum beneficiū regulare in commendā. non est enim dicendū ꝙ talis secularis per hanc dispensationem sit effectus regularis nisi fictitiè, quæ fictio in talibus nō admittitur. c. vt clerici. de regularibus. dicēdum est ergo ꝙ alterata est natura beneficij, & mutata est natura illius, cùm de regulari factū sit beneficium seculare, & de beneficio titulato factū est beneficium cōmēdatiuum, nō debuit talis dispēsari ad beneficium existens extra prouinciā legati per dictum legatū, licet dispensatus esset origine de prouincia decreta dicto legato, sed debuit dispēsari ab habente potestatē dispensandi super huiusmodi beneficio, scilicet à summo pontifice, qui solus hanc potestatem habet, igitur &c.

ADDITIO. Si vis amplè videre ea quæ spectant ad solum summum pōtificem. vide Ioan. de Selua in suo trac. de beneficio, in ij. parte. q. iij. vbi ponit etiam ea quæ spectāt ad legatum de latere. Philip. Dec. in cons. ccvij. suprà allegato, tenet in hoc casu, ꝙ dispensatio ad duo incompatibilia fit respectu personę tantùm & non respectu rei. sed vt hìc antè dictū est, clarè cōstat de contrario, quoniam inhabilitas vnius beneficij nō prouenit respectu personæ, sed respectu alteri⁹ beneficii, & sic persona est inhabilis, non respectu suiipsius sed respectu rei. Et ideo dicerem standum in hac opinione contra Decium.

HInc videmus, † ꝙ legitimatus ab imperatore nō succedit in bonis existentibus in terris ecclesiæ: nec legitimatus à summo pontifice succedit in bonis existētibus in terris imperij. † Or licet legitimatio sit volūtariæ iurisdictionis. Ant. Rosellus in trac. legitimationis, in secundo libello. Signo. de homodeis cōs. cxxx. incip. factū sic se habet. per tex. in §. & generaliter in auth. qui. mo. nat. effi. sui. coll. vij. Cuma. in cōs. clxviij. incip. reuerendus pater. in pe. col. tñ ex quo dispēsatur persona respectu rei, nō trahit effectū suū extra territoriū dispēsantis. ita cōmuniter tenent doc. in c. p venerabilē. qui filij sint legi. tñ licet sit quædā altercatio inter doctores de legitimatione facta p summum pontificē, cùm vniuersalē iurisdictionē habeat in toto orbe. ix. q. iij. c. cūcta per mundū. tamen nullū est dubium in legitimatione facta ab vno inferiori à principe vel ciuitate, quia talis sic legitimatus nō succedet in bonis existentibus in alieno territorio, prout tenent Inno. & Cardi. Alex. in d. c. per venerabilem.

17 Legitimatio iurisdictionis voluntaria.

18

NEc obstat si dicatur, ꝙ collatio huiusmodi secundi beneficij regularis facta est per collatorē non subiectū dicto legato, qui in hoc, cùm illi tātùm fieret præiudiciū ratione extensionis dispensationis per dictū legatum factæ ad beneficiū situ extra prouinciam dicto legato decretā, videtur seu visus est prorogasse iurisdictionē dicti legati, quod facere potuit, cùm (vt dixi) dispensatio sit voluntariæ iurisdictionis. In qua quidem iurisdictione voluntaria habet locū prorogatio. l. j. vbi Bal. C. de emanci. lib. Bal. in l. repetita. C. de epis. & cle. Ant. de Bu. in c. pen. & gl. in pen. col. de offi. deleg. in versi. iiij. quid in iurisdictione voluntaria. Ang. in l. est receptum. ff. de iur. om. iud.

Quia ad

QVia ad hoc dico ꝙ in hoc casu non potuit fieri prorogatio, cùm potestas dispensandi in talibus casibus, scilicet super incompatibilitate beneficiorũ, non competat, nec sit data dicto legato iure ordinario, imò est de reseruatis summo pontifici, vt tenẽt domini de Rota, decisione sua cclxxxvj. in nouis. Tenent Pan. & alij in c. de multa. de præbendis. Nec etiã data est potestas dicto legato iure ordinario ꝙ possit dispensare seculare ad beneficium regulare, cùm per hoc immutetur substantialis natura rei, quod potest solus papa. Spec. in tit. de legato. §. nunc ostendẽdum. in ix. col. ver. xlij. De natura enim substantiali beneficij regularis est ꝙ conferat regularibus. c. fi. §. præcipimus. de statu monachorũ. c. cùm de beneficio. de præbẽdis in vj. & ideo cùm si secularis teneat beneficium regulare sit contra ius, legatus de latere sua ordinaria potestate illud tollere non potest, maximè cũ videatur etiã non solùm per summos pontifices, verùm etiam ex cõcilio generali statutũ, cùm vt habetur in c. in noua. xvj. q. vij. fuit statutum & ordinatũ, † ꝙ in vno eodémque officio non debeat esse dispar professio, cùm sit scriptum lege diuina, Deutero. xxij. Non arabis in boue simul & asino, id est, homines diuersæ professionis in vno officio simul nõ sociabis. Et ideo cùm seculares sint inhabiles ad tenendũ beneficiũ regulare, legatus de latere sua ordinaria potestate illos habiles facere non potest. Spec. in tit. de lega. §. supereſt. versi. sed nunquid. Alex. in apostil. ad Bar. in l. fi. ff. de pœn. Cùm ergo facultas dispẽsandi super talibus sit de reseruatis summo pontifici, non potest in illis fieri prorogatio. Ant. de but. in c. pe. & gl. de offi. deleg. Decius modernus in consi. cl. in iij. col. ¶ Et facit, quia cũ summus pontifex dicto legato facultatẽ dispensandi dederit in casibus supradictis in regno Franciæ tantùm, in aliis locis videtur sibi reseruasse illam potestatem. ex quo ergo sibi reseruauit illã potestatẽ, non potest fieri prorogatio, id est, extensio iurisdictionis ad illũ locũ sibi reseruatum. Inn. in c. inter dilectos. de excessibus prælatorũ. Alex. in apostil. ad Bar. in l. ij. ff. de iudi. Et facit etiã, quia cùm potestas legati sit in prædictis extraordinaria, non ordinaria, non est ampliãda, sed restringenda. gl. in cle. ij. de officio ordinarij, in verbo, volumus. Philip. Decius in consi. cxxviij. in ij. col.

Natura beneficij regularis.

19

FVit tamen mihi (postquã iã prædicta scripseram) dictũ, ꝙ collator erat subiectus origine dicto legato: & sic ꝙ potuit inter ipsum & dispẽsatũ fieri prorogatio de bñficio existẽte extra iurisdictionem legati. Sed tamẽ, vt dixi, ex quo prædicta sunt de reseruatis principi, nõ habet locũ prorogatio, maximè qa si talis ꝓrogatio fieret, esset facta in præiudiciũ superioris, scilicet summi pontificis, cùm ad neminẽ spectet dispensare super talibus nisi ad principem. Cùm ergo ex priuilegio Apostolico dictus legatus habuerit potestatẽ & facultatem dispensandi in regno Franciæ, si fieret prorogatio illius iurisdictionis, hoc est extẽsio extra regnũ Franciæ, esset in præiudiciũ superioris, cùm inferior extenderet suã facultatẽ extra locum sibi limitatũ, & ideo talis prorogatio fieri non potest, cùm istud esset in præiudicium superioris, cùm iurisdictio sua limitata extẽderet extra suã intẽtionẽ, & in plꝰ lederetur ius cõmune, quã suæ intẽtionis esset. Et ideo talis ꝓrogatio nõ valeret. Ita Bal. in l. ij. vers. sed nũquid ciuitas. C. de oper. lib. & ẽt potestas extraordinaria extenderetur, qđ fieri nõ debet, vt dixi hîc antè.

ITem si dicatur, ex quo in iurisdictione attenditur initiũ & non finis, hoc est ꝙ attẽditur, seu attẽdi debet in persona cuius deberet principiari & initiari iurisdictio. vt no. doctores in l. more. ff. de iurisd. om. iu. & notat Pau. de Ca. in l. j. §. qui mandatã. ff. de off. eius cui mãdata est iurisdictio. Et sic ex quo iurisdictio huiusmodi beneficij principiatur in persona subiecta dicto legato, ꝙ & potuit prouidere de dicto beneficio, & sic per consequens ꝙ eius dispensatio trahitur ad beneficiũ situm extra suam prouinciam, cũ habẽs potestatẽ cõferendi fit extẽsio de personis sibi subiectis in personis cuius habet iurisdictionem principalẽ. Ergo cùm iurisdictio illius collatoris habentis potestatẽ super dicto beneficio principietur, & sit in sui principio de iurisdictione dicti legati, videt ꝙ fiet extẽsio etiã ad rẽ existentẽ finaliter in territorio alterius † qa nõ finis in iurisdictione inspicitur, sed initium. Ponit quasdam decisiones ad hoc do. meus Ias. in d. l. more. & in l. si ideo. C. de his quibus vt indig.

20 *In iurisdictione inspicitur initium non finis.*

SEd quia hęc nõ multũ faciũt ad ꝓpositũ, nõ multũ insisto, cũ hoc possit tantũ intelligi in prouisione, quæ possit fieri de beneficio per legatũ ex sua ordinaria ptãte, non autẽ in hoc casu q omnino est dissimilis, qa hîc agitur de iure cõcesso per legatũ, qđ nõ sibi cõpetit neque spectat sua ordinaria potestate, sed solùm ex priuilegio apostolico, de his quæ sunt supremo principi reseruata in signum supremę potestatis, quę nõ ꝓgãtur, vt dictũ est, nec extẽdũ, vt dicit gl. in d. cle. ij. maximè cũ istud in præiudiciũ sit superioris, cũ eius potestas extẽderetur vltra eiꝰ volũtatẽ: qđ fieri nõ debet, cùm actus agentiũ vltra eorũ volũtatẽ operari nõ debẽt. vulg. l. nõ omnis. ff. si certũ petatur.

Dispẽsationes plus quã odiosæ.

ET maximè istud esset minus quàm iuridicũ, ꝙ dispensationes quæ sunt plusquã odiosæ, cùm etiã si tãtũ ius cõmune lædãt, & nõ sint in præiudiciũ alterius, tamẽ debẽt strictè interpretari vt dictũ est suprà: maximè cũ talis dispẽsatio fiat ab inferiore, qui ex pmissione summi põtificis dispẽsat cõtra legẽ, cui aliàs ipse subest. nã hoc casu etiã in materia fauorabili nõ potest extendi. Ita tenet Fel. in c. postulasti. in xij. col. extrà, de rescrip. allegãs quendã Modernũ magnę authoritatis, q mouetur per tex. in c. quod dilectio. extrà, de cõsan. & affi. vbi dispensatio in materia fauorabili facta ꝑ legatũ de latere, strictè interpretatur, maximè quia si fieret hæc interpretatio, videretur ꝙ legatus vteretur omni noplenitudine potestatis quã habet cõcedens, quod non præsumitur cõcessum, vt dicit Inno. in c. dudũ. ij. ad fi. ibi, itẽ si papa. de cle. † nam dispẽsando quẽ ad duo incõpatibilia sine causa, est vti plenitudine potestatis: vt dicit Fel. in dicto loco, qđ non debet facere papa. si ergo faciat legatus sine causa, vt est videre in hoc casu, & velit extendere extra suã prouinciã, esset nimis infringere ius cõmune, qđ non potest legatus in talibus, vt suprà dictũ est, igitur &c.

21 *Dispensatio ad duo incompatibilia sine causa.*

ITem dico ꝙ hoc non obstat, quia licet collator sit de ꝓuincia sibi decreta, tamẽ in hoc nõ est vis: quia in talibus non attẽditur locus, vnde est is ad quẽ spectat beneficij collatio, sed locus vbi situ est beneficiũ: vt dicit tex. in cle. j. & ij. de supplẽ. negli. prælato. quos ad hoc alleg. Lud. Ro. in consi. suo cccljx. in ij. col.

ADDITIO. Illud consiliũ cũ vno alio refert & sequitur Feli. in c. postulasti. in fi. extrà, de fo. cõpe. quæ consilia vide cùm multum faciant ad propositũ. Cum ergo huiusmodi beneficiũ sit situ extra prouinciã decretam dicto legato, & illud conferre non posset dictus legatus, ergo nec super eo disponere potest.

ET faciunt † pro hac opinione, quia legatus non potest exercere potestatem suam extra prouinciã sibi decretam, prout tenet Spec. in titu. de legato. §. nunc videndum. qđ faceret, si effectus suæ potestatis

22 *Legati potestas.*

trahe

traheretur extra suam prouinciam,cùm effectus in omnibus sit inspiciendus.notatur in c.nuper. de bigamis.& Spec.in tit.de calumnia.in fine.

ITem facit,quia vt dictũ est, potestas dispẽsandi ad duo incõpatibilia, & ꝙ secularis possit habere beneficiũ regulare, licet illa dispẽsatio fiat in personam dispẽsati, tamẽ videtur effectualiter inspicere locum: & sic aut beneficiũ regulare, aut secũdũ respectu primi,vt suprà dixi, & iõ si tale beneficiũ sit extra territoriũ dispensantis, non cõprehendetur in dispẽsatione:cùm vt dicit Alb. de Rosa. in d. l.fi.de iurisdom.iu.

23 Indulgẽtiæ. †ꝙ indulgẽtiæ datæ per episcopũ suis subditis pro opere quod fit extra suã diœcesim,nõ prosunt etiã suis subditis,licet dare indulgentias sit volũtariæ iurisdictionis,cùm licet detur personis, tamẽ ꝙa principaliter inspiciunt loca,nõ prosunt etiã subditis.Sic etiam hæc persona sic habilitata ad tenendũ beneficiũ regulare,tamẽ quia ista habilitatio in hoc principaliter videt inspicere beneficiũ seu locũ, ꝓ ea quæ suprà dixi, videtur ꝙ trahere non possit effectũ suum extra suum territorium,hoc est,extra territorium dispensantis.

24 Habilitatio personæ. ET facit†quod dicit Bar.in l.j. C. de sacrosanct. eccle. in vij.q.ibi,quæritur an talis persona. ꝙ si habilitetur ꝑsona inhabilis ad aliquẽ actum faciẽdũ, quæ aliàs de iure erat inhabilis, si talis habilitatio fiat ab inferiori à principe, non trahit effectum suũ ad res sitas extra territorium.†Et ideo legitimatio facta ab inferiori à principe,vel ab vna ciuitate non extenditur ad bona sita extra territorium illius ciuitatis. Ita Barto. ibi,& Inno.in d.c.per venerabilem.

25 Legitimatio. ADDITIO.Ita etiã tenet Bal.in suis statutis in verbo authoritas.in fine.& Io.de Imo.& Pan.in d.c.cùm olim.satis respondent ad doctrinã Bar.in d.l.j. in ver. ibi,septimò suprà ꝓ parte cõtraria alleg.quę nõ multũ obstant,vt cõstat ex distinctio.doctorũ ibi.plura alia fundamenta possent fieri de doctrina Bar. in dicto loco,quæ pro certo omnibus bene consideratis, non multum stringunt in decisione huiusmodi dubij.

FAcit etiã pro hac mea opinione illud quod dicit Ant. de But. in c. per inquisitionẽ in fi.de electio. quem refert Feli.in c.postulasti.in ij.col.de fo.compe.

26 vbi dicit,†ꝙ legatus non potest habilitare, ita vt habilitatio operetur alibi. & ideo vt dicit ibi Feli. † habilitatio beneficij facta ratione loci læsi non operatur effectum vltra illum locum.

27 Habilitatio beneficij.

REstat nunc respondere ad alia fundamenta pro parte cõtraria adducta, scilicet ad l. magis puto. §.illud.& l.propter litẽ.§.j.& l.cùm vnus.§. is qui. & c.postulasti. Dico†ꝙ illa iura nihil faciũt ad propositũ,cùm illud faciant potestate ordinaria, quæ est multũ fauorabilis,nõ autẽ sic debet esse in potestate concessa dicto legato,quæ est delegata in his duobus casibus, in facultate dispensandi ad duo incompatibilia, & dispensatione pro seculari ad regularẽ. Et sic cùm hæc potestas seu facultas sit odiosa, cùm sit cõtra ius & priuilegiata nõ debet extẽdi extra limites sui priuilegij,& sic nõ debet extẽdere effectũ suũ extra limites suę potestatis,vt in c.statutũ.in fi.extrà,de priuilegiis. & Soci.in suis fallẽti.in verbo, iurisdictio voluntaria, in cxj.regula.& dicit gl.multũ notabilis in c.cum ordinem.extrà,de rescri.quã ad hoc notat ibi Feli. ꝙ limitata causa priuilegij, facit priuilegiũ nõ posse trahi extra limites suos,cùm dicat gl.iuncto tex.†ꝙ priuilegiũ ordini Cisterciẽ. cõcessum super decimis nõ extenditur ad res ąquisitas post concilium, cùm priuilegiũ sit limitatũ ad decimas super rebus quas tũc habebant tẽpore cõcilij.facit regula vulgaris,ꝙ limitata causa &c.l.in agris.ff.de acqui.rerum domin.quã regulam extollit Feli.in d.c.cùm ordinẽ.& in c. cæterum.in iiij.col.extrà,de rescriptis.& do.meus Iaſi.in l. age cum Geminiano. C. de transac.

28 Respondet obiectus ad legẽ, magis puto.

ADDITIO. Facit,quia priuilegiũ non trahitur ad res pòst acquisitas.c.cùm capella. extrà, de priuile. de quo arg.vide amplè Mat.de affl.in constit.regni.Sici. quæ incipit, circa violẽtiarum. vbi ponit quid in priuilegiis & præscriptione.Et quid in contractibus, vide eundem Matt.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit, dignum,in v.not. in iij. lib.

ITem etiã†potest dici, ꝙ in illis casibus principaliter sentẽtia seu decretũ tãgit personã,& nõ rẽ,& ideo persona tanquam dignior trahit ad se rẽ. & idem dicẽdũ est de c.postulasti,quia sententia magis afficit personã quàm rem:vt in omnibus similibꝰ dicit Lud. Ro.in cõs.suo xxxix.vbi dicit esse hãc rationẽ prędictorũ,cũ ergo in talibꝰ sentẽtia seu decretũ nõ fiat respectu rei principaliter, nõ est mirũ si trahat effectum suum extra territoriũ proferẽtis,seu exercẽtis talẽ actum. qđ secus est in casu nostro. nõ enim ratiõe talis aut talis beneficij ꝙs dispẽsatur ad duo incõpatibilia, sed dispẽsatur,eo ꝙ secundum est incõpatibile cũ primo, quia non persona dat impedimentũ ad tenendũ tale beneficiũ,sed secundũ est impedimentũ respectu primi,dicit Gemin.in d.c.cùm ex eo.de cle.in vj. quæ decisio pro certo decidit hũc casum in terminis, iunctis his quæ supradicta sunt.non sic est in aliis casibꝰ. quando enim datur tutor,non datur respectu rei, sed respectu personæ: & quando interponitur decretum in alienatione,nõ fit ꝙ res de per se sit nõ alienabilis, sed ex quo est in manibus pupilli,ꝙ ꝓhibetur alienare.Item quando profertur sententia priuationis beneficij,nõ respectu beneficij,ꝙ beneficium sit impedimentum propter quod debeat illo priuari tenẽs, sed persona quæ tale qđ commisit, ex quo priuari debet beneficio. & istã sunt plusquam clarissima quæ euidenter apparent & demonstratur ad oculum.

29

30

ADecisionẽ†Inno.in d.c. ꝓ venerabilẽ. ꝙ episcopus dispensans illegitimũ potest vbique promoueri,nõ est dubiũ ꝙ respicit solũ personã, & nõ fit respectu rei:vt in hoc casu nostro,qđ satis clarũ est.† ad tex.& decisionẽ Io.de Imo.in c.cũ olim extrà,de cler. cõiug.ille tex.non nocet,ꝙa ille talis natus in sacerdotio apud Græcos,est approbatus legitimus ꝓ summũ põtificẽ habentẽ potestatẽ,& vniuersalẽ iurisdictionẽ in toto orbe,vt suprà dixi.sed nõ est sic in legato,cùm non habeat nisi in sua ꝓuincia ꝓ priuilegiũ.Nã eandẽ potestatẽ habet papa apud Latinos, imò maiorẽ quã habeat in hoc apud Græcos.ergo si talẽ apud Græcos habilẽ reputauit, non est dubiũ ꝙ etiã reputari debet habilis apud Latinos,quod non est sic in legato. non enim habet legatus in Frãcia aliquã potestatem extra Franciã,& sic in Sabaudia,ergo licet reputet aliquem legitimũ & habilẽ ibi,scilicet in Frãcia,nõ sequitur ꝙ aliæ suę iurisdictioni non subiecti illũ reputẽt habilẽ. Si enim illi de Sabaudia reputarent talẽ habilitatum à legato Franciæ habilẽ in Sabaudia, approbarent iurisdictionẽ legati in eorũ patria in hoc casu,scilicet in huiusmodi dispensatione ad duo incompatibilia, lædendo ius commune vltra voluntatẽ summi pontificis,& prorogarent iurisdictionẽ in his quę sunt reseruata summo pontifici.quod fieri non potest, vt suprà dixi,& etiã in hoc fieret ꝓgatio in his quę summus pontifex sibi reseruauit, qđ non potest, vt suprà dixi, & in præiudiciũ supremæ potestatis,cùm vltra intentionẽ suã,quod fieri non põt,vt suprà dixi, igitur &c.

31 Respondet decisioni Inno.

32 Ad Ioã. de Imol.

Et ad

Ad aliam decisionem Inno.

ET ad decisionem Inn.in c.pastoralis.extrà de priuilegiis.& Bal.in auth.hoc ius porrectũ. C.de sacrosan.eccle.& in l.j.C.de contrah. emp. hæc decisio est multum notabilis in hac materia,maximè ex quo mihi fuit relatum,quòd collator est de prouincia decreta dicto legato.sed tñ videtur contra.l.si prædium. C.de prædiis minor. & ideo in hoc vacillauerunt Io. And. Panor. & Henricus Bohic, qui multas opiniones recitauerunt.sed tamẽ aliud est hîc in casu nostro cùm si ibi sufficiat authoritas episcopi,vbi ecclesia est sita quæ alienat rem,etiam existentem in aliena diœcesi,est,quia episcopus diœcesanus ecclesiæ habet curam illius ecclesiæ cum sua dote.x.q.j.c.regenda.& c. decretum.eo. ideo ipsius principaliter interest ecclesiam non depauperari,& ideo non episcopus prædij, sed ipse visitat & procurat. facit c. fin. de censibus. & ideo non est mirãdum si in hoc casu sufficeret authoritas diœcesani,& tamen adhuc licet ex prædictis videretur dicendum,ꝙ si collator esset immediatè subiectus summo pontifici, & ꝙ in alienationibus fiendis per dictum collatorem requireretur authoritas summi pontificis,ꝙ etiam iste legatus in Francia tantum potuisset dare authoritatem alienandi res existentes extra suam prouinciam, & sic apponere manum ad res existentes extra suam prouinciam, & sic videtur quòd idem sit dicendum in hoc casu.

TAmen adhuc in hoc casu aliud est,& est ratio penitus diuersa, quia in casu nostro non cõpetit facultas legato dispẽsãdi ad duo incõpatibilia, vt dixi: nec dispensandi seculare de beneficio regulari,vt dixi suprà, sicut cõpetit diœcesano ordinario potestate interponere authoritatẽ in alienatione rei ecclesiæ factæ per inferiorẽ.c.abbatibus.xij.q.ij.c.in venditionibus.xvij.q.iij.imò prędicta cõpetunt dicto legato iure speciali,scilicet ex priuilegio sibi cõcesso à summo pontifice,quæ non extendere debent effectum suum extra limites dicti legati,ne absurda supradicta sequãtur, quia fieret ꝓrogatio de reseruatis sũmo põtifici.

ITem quia voluntas summi põtificis extẽderetur vltra eius velle,& sic facultas dispẽsandi in talib⁹ quę est odiosa,extẽderet effectũ suũ cõtra omnia iura mũdi volentia dispẽsationes nõ debere extẽdi, etiã si tãtùm ius cõmune lædant,vt suprà dixi.Or nunc est ꝙ istæ dispensationes lædunt ius commune, igitur &c

ITem in illa decisione videntur Henricus Bohic,& alij plures tenere cõtra Inno.cũ authoritas vtriusq; requiratur.Itẽ etiã illa res sita in alio loco est accessoria ad ecclesiã sitã & diœcesim,non autẽ sic est in hoc casu,cùm vnaquæque ecclesia sit principaliter de per se consideranda, & sic cùm sit de per se considerandũ tale beneficium habens suam administrationem distinctam,cura illius spectat ad diœcesanum, vbi situ est.faciunt tex.& doctores in clemen. quia regulares. §.eodem.de supplenda negligentia prælatorum,cum his quæ dicit Henri.Bohic.in d.c.pastoralis.

ET ita dico & consulo ego Bartho. de Chassaneu Iurium doctor, aduocatus regius in balliuatibus Heduen.& Montissinerij, salue saniori cõsilio. & ita obtinuit ille pro quo consului contra opiniones multorum qui contrarium consuluerunt.

Finis cõsilii.

AD quæstionẽ tamen suprapositã redeundo ad ꝓpositũ,videret adhuc insistẽdum,& posset dici,ꝙ etiam ista manumissio domini originalis facta de seruo,trahat effectũ suũ ad bona sita extra suũ locũ,& in alio loco manusmortuæ,cùm etiã videatur quodammodo respicere habilitatẽ psonę in his quæ sunt ordinata per consuetudines,puta in successione,in alienatione rerũ manusmortuæ,in præscriptione libertatis, in rei vnione,in testificatione,& in aliis actibus in qbus homines manusmortuæ vltra francos onerãtur, & in illis actibus videtur etiã ꝙ persona sit subiecta seruituti,cùm semper textus nostri loquãtur in personã & in rẽ,quia semper dicitur, *l'homme de mainmorte*, vel *gens de condition* &c. quæ verba potius denotãt psonã esse subiectã oneri, quàm res, ad minus ꝙ sicut res est subiecta,ꝙ ẽt persona est subiecta, & ideo si psona tãquã subiecta est habilitata, illa habilitatio trahet effectũ suũ etiã extra territoriũ,maximè cùm seruus origine alicuius domini nõ possit fieri seruus alterius domini habitatione aut pacto,qn remaneat prima seruitutis macula.qa quãdo dicitur ꝙ aliquis põt fieri seruus alicui⁹ habitatione tẽporis, aut pactione, intelligitur de homine franco,vt satis colligit ex tex. nostrarũ cõsuetudinũ,eo.tit.§.v.& vj. Et ad §.j. huius tit.vbi dicitur,ꝙ nulli sunt homines serui corpore in Burgundia,respõderi potest ꝙ illud est verũ, ꝙ incõmutabiliter & perpetuò nulli sunt serui corpore, qa dimittẽdo bona possunt esse & fieri liberi sine alio facto domini,vt dicit Io.Fa.in §.fi.insti.de don. sed tantũ quãtũ inhęrẽt rei & tenẽt,& possidẽt res,sunt serui corpore, aliàs viderentur in hoc titulo multi articuli cõtrarij,de quib⁹ suprà dixi. ¶ Nõdũ vidi euenire casum in facto,sed si eueniret, credo ꝙ multi essent huius opinionis,ꝙ sufficeret manumissio seu affrãchisatio domini originalis,& multũ faciunt quę dicta sunt in dicto cõsilio.in prima parte, maximè quia domin⁹ originis manumittẽdo seruũ suũ manumittit ordinaria potestate,& ideo trahit effectũ suũ ad res & bona sita extra territoriũ.d.l.magis puto.§.illud. ff. de reb⁹ eorum.d.l.cum vnus d.c.postulasti. suprà allega.

EX quo spoliatio seu cessio bonorũ habet vim mortis,& est similis morti,vt dicit Io.Fab.in §.fi.insti. de don.ideo videtur ꝙ cùm p huiusmodi desauohamentũ quis sit spoliatus omnibus bonis existentibus in locis manusmortuæ, ꝙ ideo in omnibus locis est aperta manusmortua dominis, ideo ꝙ habet locũ effectus huius consuetudinis.

Quæstio.

SEd quæro,qd si homo meus manusmortuæ, vadat ad morãdũ in loco franco,& ibi plura bona acquirat,& ẽt plura bona acquirat in alio loco manusmortuæ,nõ tñ ibi habitat.neque est homo manusmortuę illius loci, sed solùm ibi acquisiuit bona: cuius sunt hęc bona an dñi originis,an domini illius loci vbi sũt bona cui⁹ nõ est homo neque origine, neque habitatione?videt ꝙ nõ sint domini originis,qa capit tãtùm bona in loco fr̃co existẽtia,& in loco originis. videtur ẽt ꝙ nõ sint illius dñi vbi sunt bona, qa cõsuetudo nostra nõ cõsiderat acquisitionẽ bonoru in hominẽ manusmortuę,nisi sit homo aut origine,aut habitatione. iste quo ad illũ dominũ vbi tãtú acqsiuit bona nõ est hmõi,igitur.qa ex quo ei non cõueniũt verba huius nostrę cõsuetudinis,ergo nec dispositio.tex. in l.iiij.§.toties.ff.de dã.infec.Alex.in cõs.vxij.in j.co. in j.vol.¶ Hęc quęstio, nõ sunt multi dies euenit in facto in successione cuiusdam hominis dñi Dalonne & de Villiers,q est dominus originis,dicebat ꝙ oĩa bona vbicũque essent,deberẽt ad ipsum spectare,cũ semper habitauerat in loco franco.nõ est dubiũ ꝙ iste casus nõ est decisus p cõsuetudinẽ,iõ remanet in dispositione iuris cõmunis.l.cõmodissimè.ff.de li.& posth. l.si extrane⁹.ff.de cõdi.ob causam. sed etiã dispositione iuris videtur dicendũ per motiua in quæst.tacta.in §.prẽce.quòd quilibet dominus acciperet id quod esset penes eũ,sed tamẽ communiter tenetur contrariũ.

Et ita

Et ita iudicatum fuit per curiam, ꝙ si vadat ad habitandum, ꝙ dominus vbi bona acquisiuit nihil habet nisi ibi habitauerit, sed dominus originalis illa capiet, etiam si sint in loco manusmortuæ. quod nota.

Alia quæstio.

SEd fortior insurgit quæstio. Pone ꝙ homo meus manusmortuæ origine, vadit ad habitandū in alio loco manusmortuæ, & ibi acquirit bona, acquirit etiam in alio loco manusmortuæ in quo non habitat, nec etiam est homo origine: ad quē spectent bona existētia in tertio loco, an ad dominū illius loci vbi sunt sita, an ad dominum habitationis, an ad dominum originis? ¶ Quantum autem ad dominū loci vbi sunt sita, & situata bona immobilia & mobilia, videtur ꝙ nullo modo ad dominum loci, vbi sunt sita & situata spectēt, quia cōsuetudo nostra cōsiderat solū quo ad acquisitionē ꝙ sit homo aut habitatiōe, aut origine: quātū ad illum dominū nō est huiusmodi, igitur &c. Quātū ad dominū loci originis, videtur ꝙ ad ipsum nō spectēt, quia consuetudo nostra tantū loquitur & disponit, ꝙ capiat bona quę sunt in suo loco manusmortuæ, & in loco frāco: ista nō sunt hmōi, igitur &c.

QVid dicendum in hoc casu? cōmunis vsus & practica habet, ꝙ quilibet dominus capit ea quæ sunt in suo territorio, etiam licet ibi non habitauerit, nec sit homo illius loci origine. & facit, quia dominus loci originis succedens per statutum non capit nisi ea quæ sunt in suo territorio, ita etiam dominus habitationis, ergo ad illū tertium dicuntur pertinere, & hoc est quantum ad bona immobilia & mobilia.

SEd quid de nominibus debitorū? Barthol. de Sali. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide catho. dicit, † ꝙ actiones personales inhærēt personæ creditoris, adeo ꝙ ab eius persona euelli non possunt. l. iij. & ibi bona gl. ff. pro socio. l. quis ergo casus. ff. de pecu. & dicit Soci. in consi. suo xxxvj. in iiij. col. per illud dictū Bartho. de Sal. † ꝙ actiones & nomina etiam extrà cōtracta, non dicūtur bona extra territorium sita, cùm nō occupent locum, nec circumscribantur, sed sunt iura personæ creditoris cohærentia, & eius ossibus affixa. d. l. iij. & d. l. quis ergo casus. facit l. j. §. hæres. ff. ad Treb. & etiā talia bona cēsentur esse intra territoriū, vbi est persona, licet vere non sint in loco, seu non circuscribantur loco, vt l. Caius. ff. de lega. ij. & l. fi. C. de præscrip. lōgi tēpo. Tamen adhærere ossibus creditoris intelliguntur, & sic in loco in quo creditor est defunctus vidētur fuisse, & ex isto fundamēto Iacobi. de S. Georgio in tractatu de roydis, in iiij. & in v. col. videtur concludere, † ꝙ nomina debitorū spectāt ad dominū loci, vbi mortuus est seruus creditor, & nō ad dominū loci vbi sunt debitores. videtur tamē facere aliquā differentiā, an dicta nomina cōpetāt ꝓ re immobili, & tūc sit verū illud qđ dicit; an ꝓ re immobili, & tunc secus, quia ex quo coierunt in territoriū, secus est dicendū: scripsi in his duabus quęstionibus & cōsului. Et quia casus non sunt decisi, nō aliud hīc infero, sed videbuntur cōsilia, cùm tēpus affuerit.

33 Actiones & nomina adhærent personæ creditoris.

34

35

LApus allegatione sua xcij. inci. in Christi nomine Amen, in primis videndum est. in fine, dicit ꝙ nomina debitorum ad illum locum pertinent, vbi actio de iure & de facto fieri potest, quia si ibi est collata solutio, & ibi reperitur debitor. l. ex facto. §. rerum autem. ff. de hær. instit. l. quæro. ff. de solutio. contra opinionē illorum qui dicunt nomina debitorum non debere esse localia, sed esse vbique locorum, per l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. Cùm iura incorporalia vbique videantur esse. l. fi. C de longi temporis præscripto. l. ad hoc. ff. de lega. ij. in gl. ibi, in principio.

IN TEXTV IBI,

Et la mainmorte a lieu.

QVæro † quando dicatur habere locū manusmortua? Primò dic ꝙ habet locum quando moritur aliquis homo manusmortuæ nullis relictis filiis aut liberis in potestate illius, aut nullis hæredibus habitātibus cum dicto defuncto, & nullam communionem habentibus in bonis vt dictum est. Idē dic si renuntiauerint bonis suis, vt dicit Ioan. Fabri in §. fi. insti. de donationibus. Idem si bona hominis manusmortuæ confiscantur, vt §. fi. suprà de confiscationibus.

1 Manusmortua quando habeat locū.

IN TEXTV IBI,

Tant en meubles.

ANistud sit verum, siue sint ibi perpetuò mansura siue non? Bal. in c. j. in prin. de pace tenenda. per illum tex. quem dicit esse singularem ad hoc, dicit † ꝙ mobilia cēsentur esse de territorio loci vbi reperiuntur: qđ est cōtra illud qđ dicit Bal. in l. mercatores. C. de cōmerciis & merca. vbi dicit, † ꝙ bona mobilia cōcernunt personā, & non locū vbi sita sunt. de quo per Alex. in cōsi. suo xxxj. in j. vol. & idē Alex. in cōsi. suo xvj. in iij. col. in j. vol. dicit, † ꝙ mobilia quæ non sunt ibi perpetuo mansura, sed ad tempus, puta mercātiæ, non censentur esse res illius territorij vbi reperiūtur, per l. si ita legatum est. ff. de leg. iij. l. debitor. ff. de pig. l. ex facto. §. rerū. ff. de hær. insti. secus si ibi sint perpetuò mansura. Credo illud esse verū de iure, sed de consuetudine non credo ꝙ ad hunc effectū fieret hęc distinctio. ¶ Dixi in casu emergenti, ꝙ licet quidam homo manusmortuæ habuisset multa bona & debita tā in loco originis, quàm in loco habitationis, tamen ex quo dominus habitationis vbi mortuus est dictus homo erat debitor illius hominis ꝙ domin' originis succedet in illo debito per dominū loci manusmortuę vbi mortuus est, quia ex quo dominus est francus, dicitur esse debitum in loco franco debitum. & faciunt quę dixi in §. xv. in gl. ij. & §. j. in ti. *des confiscations.* vbi posui quomodo sit accipiendum nomen debitoris, & cuius territorij, an territorij creditoris, an debitoris.

1 Mobilia cuius loci censeantur.

2

3

IN TEXTV IBI,

Homme ou femme originellement.

ISTud est, quia † causa originalis præfertur accidentali. l. qui habet. ff. de tutelis. l. filio quem pater. ff. de libe. & posth. Barb. consi. xxvij. in vj. col. in j. vol. Faciūt quæ dicit Ioan. de Imo. in consi. suo xxv. vbi sunt duo consilia in vno, vbi videtur quodāmodo limitare prę dictā regulam. & etiā Iaſ. in l. si arrogator. in xvij. col. ff. de adop. vbi contra hāc regulam adducit gl. multū notabilem in c. statutum. §. cum verò. in verbo, vnam dictam. de rescriptis in vj. quæ dicit † ꝙ vbi reperitur locus originis & domicilij, semper haberi debet respectus ad locum domicilij, & non originis. de qua gl. ibi Iaſ. & Fran. de Aretio in consi. suo lxxvij. incip. Ratio scribēdi. distingue tamen vt per Marianum in c. fi. in v, vj. vij. col. extra, de foro competenti.

1 Originalis causa accidentali præfertur.

2 An locus originis an domicilij sit præferendus.

ADuerte tamen ad textum multum notabilem in l. libertus. §. præscriptio. ff. ad municipales. vbi habetur † quòd præfertur locus originis. & no. & vide dominum meum Iason. in dicto loco. & in l. iiij. ff. de offic. assess. ¶ Fui hodie interrogatus de quæstione tali. mulier aliqua franca fuit maritata in loco manusmortuæ, & stetit solùm cum eius marito per sex menses, tandem mortua est, quæ habet bona in loco franco.

Quæstio.

Quæritur,

BIU Cujas

Quæritur,an dñs talis loci manusmortuę,eidē in bonis existentibus in loco frāco succedere debeat?videtur quòd nō,per consuetudinē nostrā,quia ex quo ille dñs loci in quo mortua est, nō est dñs originis,non eidē succedere debet.qm̄ vbi non cōueniūt verba,nec etiā cōuenit dispositio.l.iij.§.hæc aūt.ff.de neg.gest.l. iiij.§.tories.ff.de dā.infec.dixi alibi.Ego tn̄ dixi ꝙ dñs illius loci vbi dicta mulier incœpit esse manusmortuæ,& sic vbi manusmortua originē habuit,succedet dictæ mulieri etiā in bonis existentibus in loco frāco, & cùm fuerit maritata homini seruo, est serua. Et sic seruitus habet originē in loco vbi fuit coniugata,ex quo dñs illius loci succedit etiā in bonis existentibus in loco frāco.Itē consuetudo nr̄a debet intelligi in casu,in quo potest esse homo manusmortuæ origine & domicilio:vt satis videri pōt.sed hīc est alius casus nō decisus per consuetudinē.econtrario deuenendū est ad alias quę dictant ꝙ dñs manusmortuæ succedit in totū homini suo,cū nō habeat aliū dñm prætendentē ius. Sed in hoc videretur obstare illud quod dictū est est in glo. *& les heritages*,suprà hoc eo.§.vbi dicitur ꝙ vnusquisq; dñorum capit quod in suo territorio est, ita quòd si vnus repudiat, non accrescit alteri.

Quæstio. SEd quæro,Pater aliqs manusmortuę venit ad morandū in loco de Prelay, qui est etiā terra manusmortuæ:& ibi accepit vxorē,ex qua habet liberos. vnus ex istis liberis efficitur sacerdos,& vadit ad morā dū & habitandū in loco frāco, vbi acquirit plura bona,an hæc bona sint,& in eis succedat dñs manusmortuæ originalis sui patris, an verò dominus originalis illius loci de Prelay, in cuius terra natus & cōceptus est dictus sacerdos?Habui hanc quæstionē in proprio meo facto, sed tamen huic successi, tanquā dominus originis filij,& non patris. Ex quo nihil aliud dico,si casus eueniat pro amico,scio quid sim dicturus.

§. DECIMOSEPTIMO.

QVand gens de mainmorte vōt de vie à trespas, suruiuant l'vn de leur parēt prochain qui leur doit succeder demeurant auec eux en cōmunion,les autres qui semblablemēt pour raison doyuēt estre leurs hoirs, & leurs doyuent succeder viennent à leur succession, auec celuy qui demeure auec eux par le moyen d'iceluy.

1 Cas⁹ *quibus quis cō sequitur p aliū quod per seipsū cōsequi nō potest.*

IT sic quis † consequitur per alium quod per seipsum consequi non potest:sicut videmus de filio adoptiuo, q̄ cū de iure Digestorum non succedat patri naturali ab intestato, si sit institutus potest intentare contra tabulas alio committente edictum, prout est ibi text.in l. non putauit.§.in adoptionem. ff.de contratab.quem ad hoc ponderauit Bart.in l.si emancipati.in vlti.col. C.de colla.& dom.Ias.allegat in l.Gallus.§. & quid si tantū.in ix.col.ff.de lib.& posthu.& ideo etiam videmus quòd nepos emancipatus propter alium nepotē in potestate consequitur vt ei per patruum emancipatum conferri debeat, quod non consequeretur, si solus esset emancipatus,per Bart.& do.Ias.in d.l.si emancipati.in iij. & iiij.col. vbi multa ponit quæ quis consequitur ex persona alterius quæ ex sua consequi non posset. Faciunt quæ dicit idem dom. meus in l.j.in ix.colu.ff.de acqu. posse.per l.qui patri.ff.de acquir.hære.de qua per Ias.in l.si emācipari.in iij.col. C.qui admit.ad bon.& idem Ias.in l. posthumo.in fi. ij.col.C.de bon.poss.contratab.facit text.in l.illud.§. j.ff.de bonor.possess.contratab. ¶ Simile est in legato, vbi non capax capit propter capacem. notat gl.in l.si duo.ff.si quis cau.& facit pro hac consuetudine text. in l.cùm scimus.§.illud quoque.C.de agri.& censi.li. xj.qui textus multum facit pro ratione huius consuetudinis.facit quia inclusus trahit ad se exclusum, dixi suprà in ti.*des succeßions.§*.xij.in glos.*ne retourne point.* versi.vlterius quæritur.Et facit etiam tex. in l.Aristo. in fi.ff.quæ res pig.& in l.ij.& ibi no.ff.de admini.tut. dixi suprà tit.*des droicts & appartenances à gens mariez.* §.vij.in gl.fi.verb.sed adhuc.

Quæstio notabilis. SEd quæro de vna quæstione. Moritur aliquis qui habet aliquem ex suis parēribus in communione cum ipso,qui cùm moritur,habet alios in eodem gradu,qui per seipsos eidē succedere non possent,sed solùm succedunt medio illius qui est in communione, qui dicit se nolle esse hæredem,nec velle succedere:an alij possint eidem succedere, non obstāte eo ꝙ dictus existēs in cōmunione non vult vti iure suo?¶ Videtur ꝙ sic,per tex.in l.si post mortē.§.fi.ff.de bono.pos. cōtrata.vbi dicit text.cùm enim semel beneficio aliorū fuerint ad id beneficium admissi,iā nō curāt,petāt illi necne bonorum possessionē contratabulas.Et ita videtur tenere Ias.in l.posthumo.in iij.co.C.de bo.pos. cōtratab.vbi dicit,ꝙ ex quo institutus beneficio præteriti potest contratabulare testamētum, non tamen posset præteritus approbare testamentū,ita ꝙ impediat institutū contratabulare. In contrariū facit,quia tex.in l.nonnunquā. ff. de lega. præstandis.facit, † ꝙ 2 quando non priuilegiatus cōsequeretur priuilegium ratione priuilegiati,si priuilegiatus non vult vti iure suo,non priuilegiatus non poterit vti.& ideo institutus qui beneficio præteriti cōtratabulat, tenetur solū ad legata coniunctis, si præteritus velit contratabulare,aliàs eo abstinente tenetur ad legata omnibus,vt est tex.in d.l.nonnunquam. qui text.ad hoc allegatur per Ias.in d.l.posthumo.in iij.col.ideo aliter non decido,sed relinquo cogitandum de responsione ad illū text.si teneatur contrarium,quod credo verius.

Quæstio notabilis. ¶ Tem his diebus fui interrogatus de quadā quæstione multum notabili. Erāt tres fratres in vna domo, quorum vnus habebat filiam, & filium,filia se maritauit extra domū patris,& à domo recessit sine licentia sui patris,vel omnib⁹ bonis paternis,maternis,fraternis & sororinis renūtiauit: moritur pater istius filiæ,moriūtur & fratres illius patris,relictis tamen filiis & filiabus,moritur & frater illius filiæ,dicunt filij fratrū patris dicti filij mortui,nos debemus succedere isti filio,quia sumus in communione cū eo,& semper habitauimus cum eo.dicit eius soror, ego medio vestro licet nō habitauerim cū eo, tamē debeo ei succedere, quia fui vocata p vos, & sic,cū sim vocata per vos,debeo ei succedere, & vos oēs excludere.dicunt alij cōsanguinei qui sunt fratres patrueles, istud esset verum si esses in pari gradu nobiscum, sed ex quo nō es in pari gradu,sed diuerso, imò tali ex quo si te vocaremus,essemus excluſi,nō potes per nos vocari, qa p hoc priuilegiū nr̄m & i⁹ nr̄m esset nobis dānosum. ¶ Quid dicendum? Tu ex prædictis collige tria dubia. Primum, nunquid soror vocetur per istos fratres patrueles.Secundum,nunquid ad minus isti fratres patrueles succedere debeant ea sorore exclusa,an ipsa, & pro qua parte.Tertium,an sit in hoc casu manusmor-

BIU Cujas

tua aperta domino in successione huius fratris? & istud resultat ex solutione aliorum.

AD primum videtur dicēdū ꝙ isti fratres patrueles vocāt ad succedendū prędictā sororem, quantum ad successionē fratris sui prædefuncti: intellige etiam siue sint patrui, siue filij patruorum, quia iidem, cùm nullos alios ante se habeāt, & veniant per repræsentationem, vt suprà dictum est in ti. *Des successions*. §. x. & ꝙ dicti patrui seu eius filij vocēt sororē defuncti existentem extra communionē, satis cōstare potest. nam statutū seu cōsuetudo nostra requirit tria copulatiuè, ad hoc vt vnus ex parētibus vocet alium. primū ꝙ vocans sit cōmunis in bonis cū defuncto, & ꝙ sit de proximis parentibus. Tertiò, quòd sit de illis qui ei succedere debent. nam cùm filia sit cognita, licet sit de proximis parētibus, non est tñ de illis qui succedere debēt, ergo alij sunt de illis, quia vno gradu excluso, sequitur alius qui subintrat locū primi, & dicitur proximus in gradu. cùm ergo cōcurrāt in patruis seu filiis eorū, nō existētibus patruis, nō est dubium ꝙ ista filia vocabitur per eos, & statutū suum sortietur effectum.

QVicquid sit teneo contrariū, & dico quòd oīa requisita in statuto non sunt in patruis seu eorū filiis. Primò, qa de iure ciuili nō est dubiū, † ꝙ ꝓximus est ille quē nemo præcedit. tex. in l. ꝓxim⁹. ff. de verb. sign. sed isti patrui siue filij eorū nō sunt proximi, qa soror eos antecedit in gradu, cùm sit de iure ciuili in secūdo gradu cū fratre, patru⁹, in tertio, fratres patrueles in quarto. ¶ Itē nō sunt tales qui succedere debēt cum sorore, quia ex quo soror præcedit eos in gradu, debet succedere & non ipsi: ex quo cùm eis non cōueniant verba statuti, ergo nec dispositio illius. l. iiij. §. to ties. ff. de dam. infec. Alex. in cons. xvij. in j. col. in j. vo. Barb. in cons. ij. in v. col. in j. vol. cum similibus.

3 *Proxim⁹ quis dicatur.*

NEc obstāt adducta in cōtrarium per quendā qui voluit dicere, ꝙ istud verbū, *prochain*. positū in statuto seu cōsuetudine nostra, debet intelligi secundū communem vsum loquēdi, eo quòd verba statuti debēt intelligi scđm cōmunē vsum loquēdi, † cū cōmunis vsus loquēdi sit præferēd⁹ omni regulæ, seu omni cōstitutioni. gl. no. in l. librorū appellatiōe. §. ꝙ tñ Cassius. in verbo, non cōtinebuntur. ff. de leg. iij. pro qua gl. facit tex. in l. semper in stipulationib⁹. l. j. ff de reg. iu. Bar. in rub. ff. de noui ope. nunt. cū vulg. sed de communi vsu loquendi istud verbū, *prochain*, nō intelligitur de illo qui alios antecedit in gradu, sed de illo qui est cōsanguine⁹ vel affinis, dato ꝙ sit remotior in gradu, vt est videre p ipsum vsum: igitur est verū dicere ꝙ ista qualitas vēdicat sibi locum in istis patruis & fratribus patruelibus, attento communi vsu loquendi.

4 *Vsus loquēdi præferēdus omni regulæ.*

ITem proximus est qui est primus post repudiationem alterius præcedentis, vt dicit tex. in l. post consanguineos. §. interdum. in fin. ff. de suis & legi. hæred. sed sic est quòd nulla est melior repudiatio quàm illa quæ fit per renuntiationem in casu prædicto: cùm ex quo se ponit per renuntiationē extra communionē, videtur repudiare successionem aliorum existentium in communione: ergo per hāc repudiationem sequēs est proximus, ex quo in eo habent locum verba consuetudinis vt in isto. Cogita, quia non est sine magno misterio in filia renuntiante.

AD primū respōdeo, & dico ꝙ nō est verū, ꝙ communis vsus loquendi sit de illo qui nō est proximior, sed etiā remotior, dummodo sit consanguineus vel affinis, quia per hoc esset interpretari consuetudinem nostram, quod non est permissum, imò prohibitum, nisi secundū dispositionē iuris, & tūc dispositio iuris est in contrarium, vt dictū est, igitur non est permissa talis interpretatio, & maximè quia cōmunis vs⁹ loquēdi est extrinsecus intellect⁹, put dicit Iac. Butriga. in ꝓœmio fforum. & in l. j. in aliquib. lecturis. ff. de fide instru. ex quo dicit do. meus Ias. in rubr. ff. de noui ope. nun. in iiij. col. † ꝙ si in statutis esset clausula, ꝙ statuta intelligerētur nullo extrinsec⁹ addito, vel ꝙ statuta ꝓpriè intelligerētur abq; aliqua interpretatione, nisi secūdū iuris dispositionē, ꝙ cōmunis vs⁹ loquēdi nō præferet significationi verborū appositorū in illis statutis. Ex quo ergo statuta nra nullo modo possunt interpretari nisi scđm dispositionē iuris, & dispositio iuris est, quòd ꝓximus ille est quē nemo antecedit in gradu, nō est dicēdū ꝙ hic cōis vsus loquēdi præferat significationi hoc casu, maximè, qa, vt dixi, nō reperiet⁹ talis cōis vsus loquēdi apud peritos, qđ requirit, cū periti cōdiderint statuta nostra. ita Feli. in proœ Drecretaliū. in v. col. & ex dictis Feli. ibi cōsiderādum est quomodo communis vsus loquendi possit probari, & quòd q eū allegat, probare debet, vt ibi per eum.

5 *Commūnis vsus loquēdi quādo nō præferatur.*

ITē nō obstat illud qđ dicit idē aduocatus, quòd licet patrui & fratres patrueles nō sint tales, q succedere possunt ab intestato prędicto filio eorū fratris, & de iure, ꝙ tñ impropriādū est verbū, vt succedere possint scilicet ex statuto, & non ex dispositione iuris.

Succedere verbum.

BReuiter vt oīa fundamēta per eū adducta tollantur, necessariū est dicere quòd istud verbū, succedere, intelligitur aut ex testamēto, aut ab intestato. ex testamēto nō pōt dici, qa homo manusmortuę nō pōt testari de bonis suis: ergo dicit⁹ ab intestato. qa omne verbū intelligit⁹ p prius, & nō per posterius. do. meus Ia. post Bal. in l. j. in ij. & iij. co. C. de succe. edict. & tūc nō est dubiū ꝙ istud verbū, succedere, s. ab intestato intelligi debet scđm dispositionē iuris, nisi reperiat⁹ statutū in cōtrariū in hoc dispositioni iuris, qđ non inuenitur in nro libro cōsuetudinū seu statutorū, nec est fięda aliqua interpretatio, nisi scđm dispositionē iuris, vt habemus in fine nostrarū cōsuetudinū. sed de iure non reperietur cautū, quòd patrui & fratres patrueles sint proximi ad succedendū de iure existente sorore defuncti, cùm soror præcedat, igitur est proxima, ex quo succedere debet. si ergo sit ꝓxima quæ succedere debeat scđm dispositionē legis, & sit exclusa per statutum nrm, seu consuetudinē, non est dubiū quòd isti patrui seu fratres patrueles nō sunt proximi, q succedere debent, ergo eis nō conueniunt verba statuti, ex quo nec debet cōuenire dispositio, & sic stabit cōclusio quòd nō vocabūt patrui seu fratres patrueles sororem, quia nō sunt proximi succedere debentes cū ea.

EX prædictis patet solutio secundi dubij, quòd ex quo isti patrui non sunt proximi parentes qui succedere debēt mortuo, quòd non succedūt isti defuncto, sed excluduntur, & per consequens solutio etiam tertij dubij, quòd dño in successione huius est aperta manusmortua exclusis patruis fratribus patruelibus, & sorore defuncti. & audiui quosdam aduocatos vidisse in facto. Ad aliud dubium suprapositum de repudiatione quæ videtur facta per renuntiationem præcedentem cogitabis, quia non est sine dubio.

SEd tenēdo ꝙ ista filia vocet⁹, dic duo, primò ꝙ per hoc patrui ipsa vocata nō debent excludi, licet sit prior in gradu, eo quòd vt dicit Bar. per illū tex. in l. si post mortē. §. fi. ff. de bon. pos. contratab. & in l. amicissimos. §. fi. ff. de excu. tut. † beneficio mihi cōperēti ex iure alterius non possum vti contra eum. ex quo ergo hæc soror erat exclusa per statutū, qa nō erat in communione cū fratre, & nūquam fuisset admissa ad hæredita

6

reditatē fratris nisi medio illorū, nō est dicēdū quòd possit vti illo beneficio cōtra eos. § Multum obstat in hoc successoriū edictū, quia primò vocant priores in gradu, post quos admittunt sequentes, & nō antè, nisi dicat q̄ ex quo aliud obstat, s. statutū q̄d vult, quòd isti vocātes succedūt vnà cū illis vocatis, vt videt elici ex statuto, ex illis verbis, *uiennēt à succeßions auec celuy*. pō derāda sunt hæc verba, *auec celuy*, quòd ille q̄ vocat alios succedat simul cū vocatis. & fuit ita prioritas gradus offuscata p statutū. & si dicat q̄ inferatur iniuria huic filię, eo q̄ sequētes ī gradu admittāt cū ea, videt q̄ imò est summa ęqtas, q̄ benefaciēti benefaciam⁹. l. sed & si lege. §. cōsuluit. ff. de pet. hær. ex quo ergo statutū vidēs quòd ista filia habuit istud beneficiu à patruis, voluit quòd in aliquo patrui recōpensarent, & ideo illos vocat ad successionē defuncti vnà cū filia, & sic nō erit successoriū iuris, s. in quo cōsideret prioritas grad⁹, vt prædixi, sed erit successoriū edictū ipsius statuti, vbi talis prioritas nō videtur considerari, sed tantū cōmunio. pro certo ista est truffa, & est mirabile successorium edictū, q̄d nūquā fuit excogitatū à stantibus, & ēt quia essent plura specialia quæ circa vnū cōcurrerēt, quod est ꝓhibitū de iure. gl. in l. j. C. de dotis promiss. esset enim vnū speciale quòd ille qui non est proximus succederet. Itē quòd admitteretur remotior in pari gradu cū proximo. Itē ex omnib⁹ supradictis esset nimia interpretatio verborum, quæ est prohibita in statutis. do. meus Ias. in l. nō dubium. C. de legi. fuit tamen dictum per dictum aduocatum, ex quo videt sequi absurditas & iniquitas, eo quòd priuatur quis successione quæ sibi cōpetit secundū dispositionem, videtur quòd ista interpretatio sit permissa, prout videtur tenere Alex. consi. suo lij. in j. volum.

Benefacienti benefaciendum.

Nimia interpretatio vitanda.

SEd pro certo quicquid dictū est, ex quo in fine nostrarum consuetudinum prohibitū est cōsuetudines nostras interpretari nisi secundum dispositionem iuris tollentur illæ interpretationes & impropriationes quæ sunt contra omnem iuris dispositionem.

REstat nunc videre pro qua parte & portione admittetur filia ad succedendū cum patruis & filiis patruorum, si casus esset quòd admitteretur, tangit in fine sui consilij, sed ex quo non teneo quòd admittatur, nec quòd patrui nec filij patruorum succedāt illi defuncto, sed dominus manumortuæ, non insisto. ne tamen videar occultator alienæ laudis hīc post insero opinionem illius aduocati, quam videas.

CIrca casum mihi transmissum duo vertuntur dubia. primum est nunquid filia maritata & separata à domino virtute communionis patruorum suorum, vocetur ad hæreditatem fratris sui mortui. Secundum est & quidem difficile pro qua portione admittetur si vocata sit per patruos.

QVo ad primū mihi videt quòd nulli dubiū, quin ista filia vocetur, & nō repellat per patruos suos ad hæreditatem fratris sui mortui licet separata. moueor primò, quia oēs qualitates requisitæ in statuto nostro, in illo artic. *Quand gens de mainmorte*. in titu. *des mainsmortes*. verificantur & habent locū in patruis istius filiæ, igitur cū oīa requisita à statuto concurrāt, nulli dubium quin locus sit statuto. & quòd requisita à statuto concurrant patet, quia est verū dicere quòd isti patrui sunt cōmunes in bonis cum fratre sororis. Itē sunt proximi istius defuncti. Item sunt de illis qui debent succedere. Igitur cùm ista cōcurrāt, nec plura requirūtur à statuto, nulli dubium quin statutum suū sortietur effectum. nec mirū quòd ista filia possit per alios, quod per seipsam non posset. quia sic videm⁹ in casu l. illud. in §. j. ff. de bono. poss. contratab. vbi filius qui est institutus nunquā posset habere bonorū poss. cōtratabulas, nisi beneficio posthumi nati, vel nascituri prēteriti, qui quidem posthumus prætēritus aperit edictū huic filio instituto. sic in simili ista filia quæ erat penitus incognita per statutū, eo quòd nō erat in cōmunione, virtute cōmunionis patruorū suorū admittet ad hæreditatē fratris sui prædefuncti, quia statutū vidēs quòd erat valde iniquū, & nequaquā consonum, imò iuri cōtrariū, quòd illi q̄ erant successuri ab intestato priuarētur hæreditate proximorū suorum, ob id quòd non erant communes in bonis, illud restrinxit & limitauit, vt haberet locū in omnino separatis tm̄, ita quòd nulli proximi reperirētur, quòd tūc statutū vires suas obtineret, secus verò vbi aliqui proximi reperirentur cōmunes in bonis, quia virtute cōmunionis istorum proximorum alij proximi qui erāt successuri ab intestato vocarētur. Igitur dato quòd istud non esset de iure, cùm statutum expresse concedat illis illud beneficium, non recedemus, à verbis ipsius statuti, cùm in claris non sit opus coniecturis.

ITē cū statuta nr̄a debeāt intelligi ꝓut iacēt, & ad literā, vt cauetur in fine statutorū, imò dico fortī⁹, q̄ isti patrui nō possent in præiudiciū istius filiæ repudiare istā hęreditatē, & facere q̄ esset loc⁹ manusmortuæ. moueor per vnā notabilē & cōem decisionē doctorū quā ponunt in l. posthumo. maximè do. meus do. Ias. may. in iij. col. post medium. C. de bo. pos. contratab. vbi dicit, q̄ cōmunis opinio doctorū est, † q̄ filius prætēritus non posset approbare testamentū in quo ipse est prætēritus in præiudicium filij instituti, & sic facere q̄ alius institutus non possit contratabulare. mouetur p tex. notabilē ad literā in l. si post mortē. §. fi. ff. de bo. pos. cōtratab. vbi dicit tex. ad literā, cū eñ semel beneficio aliorū fuerint ad id beneficiū admissi, iā nō curāt, petāt illi necne bonorū possessionē cōtratab. Nō obstat modò si diceret q̄ imò nō est verum, q̄ oēs qualitates requisitæ à statuto cōcurrāt in istis patruis, & sic q̄ nō sit loc⁹ statuto, sed manumortuæ, q̄a licet vna ex trib⁹ qualitatib⁹ requisitis cōcurrat in illis, scilicet cōio bonorū, tñ aliæ duæ in illis deficiunt: qa isti patrui nō sunt ꝓximi, prout requirit statutum propter istā sororē quæ illos antecedit vno gradu. illi enim dicuntur proximi, quos nemo antecedit. text. in l. proximus. ff. de verb. sig. vbi dicit text. quòd proximus est ille quem nemo antecedit, igitur, &c.

7 Decisio notabilis.

ITē deficit in eis alia qualitas: qa nō erāt successuri ab intestato huic defuncto, ꝓut requrit statutū. & si diceretur quòd statutū nō vtitur isto vocabulo ab intestato, dicēdum est q̄ satis intelligitur, eo q̄ in statutis verba debent capi propriè, & strictè. l. iij. §. hæc verba. cum vulgaribus. ff. de nego. gest. † sed verbum succedere, propriè & strictè capiendo intelligitur ab intestato, vt in titulo de legitim. hæred. C. igitur. &c.

Proximi qui.

8 Succedere.

ET istis non obstantibus dico quòd istud verbum, *prochain*, redactū in statuto debet intelligi secundum communem vsum loquendi. nā verba statuti debent intelligi secundum communem vsum loquēdi. communis enim loquendi vsus est præferēdus omni regulæ, omniq; constitutioni. gl. est no. in l. librorum appellatione. §. quod tamen Cassius, in verbo, nō continebuntur. ff. de lega. iij. pro qua gl. bene facit text. in l. semper in stipulationibus. *la premiere*. ff. de regu. iur. Bar. in rub. ff. de noui ope. nunt. Et idem Bart. in l. Labeo. ff. de supellectili lega. do. Ias. in l. ij. §. appellata. in fi. ff. si cer. peta. cum vul. Sed † de communi vsu loquēdi istud verbum, *prochain*, non intelligitur de illo

Cōmunis vsus loquēdi.

9 Prochain quis dicatur.

BIU Cujas

quia alios antecedit in gradu, sed de illo qui est consanguineus vel affinis, dato quòd sit remotior in gradu, vt est videre per ipsum: igitur est verũ dicere quòd ista qualitas vendicat sibi locum in istis patruis attento communi vsu loquendi.

SEcundò non obstat quod dicitur de verbo, succedere, quod intelligit ab intestato ꝓpriè, sed in statutis verba debẽt capi ꝓpriè. igitur, &c. Quia respondeo ꝙ illud qđ dicit, ꝙ in statutis verba debent interpretari strictè & propriè, est verũ qñ per talẽ interpretationẽ minus recederetur à iure cõmuni: si verò recederemus à iure cõmuni capiẽdo verba ꝓpriè, tũc largo modo & impropriè debẽt capi, vt reuertamur ad iº cõmune. argumẽto eius quod notat Alex. in l. si constante. in iij. col. post princ. ff. sol. mat. est quasi decisio do. Abbatis, in c. dilectus. ij. col. de cõsuet. sed sic est ꝙ si caperemus istud verbũ succedere, propriè, vt intelligatur ab intestato, esset locº manuimortuæ, & sic corrigeretur ius cõmune in duobus, scilicet in successione & libertate, igitur, &c. ¶ Itẽ & secũdò istud statutũ cũ sit dubiũ, debet intelligi secundũ præcedẽs statutũ, quo cauetur, quòd qui sunt cõmunes in bonis, & simul habitãtes, possunt sibi adinuicẽ succedere, aliàs secus: igitur verbũ succedere in statuto posteriori positũ, debet intelligi de successione quæ defertur à statuto, propter cõmunionẽ bonorũ, & habitationẽ cõ-
10 munem, nó aũt de illa quæ defertur ab intestato, † qa statutũ posterius recipit interpretationẽ declaratiuã per aliud præcedens, ne in eodẽ statuto reperiant cõtrarietates. ita no. Bal. in l. fi. C. per quas perso. no. acq. sed in eo. ti. *des mainsmortes*, est vnus articulus, *que gens de mainmorte ne peuuẽt succeder l'un à l'autre, sinon aux demeurans ensemble & en cõmunion des biens*. igitur verbũ succedere, positum in posteriori articulo ipsius statuti, debet intelligi secundũ præcedẽs statutũ, vt intelligatur verbũ succedere, ex statuto ꝓpter cõmunionẽ, ne videantur statuta contraria: quod profectò esset, si intelligeremus verbũ, *succeder*, ab intestato: quia vnde nó esset locus statuto sed manuimortuæ, esset sublatum præcedẽs statutũ, quod non esset dicendum. † Itẽ
11 verba dubia accipiũt intellectũ à præcedentibus, vt l. si seruus plurium. & l. q filiabº. ff. de leg. j. Abb. in c. ex multa. de voto. ¶ Itẽ verba sequentia debẽt intelligi ꝑ præcedẽtia, & scđm qualitatẽ verborũ præcedentiu. arg. c. quod sedes. de reseri. & l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino triti. oleóq; lega. ¶ † Item qñ aliquod verbũ dubiũ reperitur in statuto, sicut est istud verbũ succedere, qđ potest intelligi propriè, videlicet ab intestato, vt dixi, & impropriè, videlicet ex statuto & testamento, licet regula sit quòd in statutis verba debent capi propriè. vt l. non aliter. ff. de leg. iij. & l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerci. ver. in re igitur dubia. & in d. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. tamen istud fallit, si de mente disponentis aliud appareat, vt d. l. non aliter. ff. de leg. iij.

12 Verba dubia in statuto quòmodo intelligenda.

ADDITIO. Et faciunt ad hoc quæ dicit Mat. de afflic. in cõsti. regni Siciliæ quę incipit, post citationẽ. in ij. not. in ij. li. Et quomodo in tabulis possit apparere de mente statuentium vltra proprietatẽ verbũ, vide ibidem eundem Matthæũ, vbi etiã ponderat absurditatem, vel iniquitatem. ¶ Sed sic est quòd de mẽte disponentis dicitur satis apparere, si capiendo propriam significationẽ, talis significatio induceret iniquitatẽ & absurditatẽ, tunc certè non est talis significatio propria capienda, sed impropria, etiam in statutis. ista est nota. decisio Bart. in repet. l. oẽs populi. in xx. col. in fi. & prin. seq. ff. de iusti. & iu. & sic est quòd si acciperemus propriã significationẽ istius vocabuli, succedere, quod intelligitur propriè ab intestato, resultaret maxima iniquitas: quia esset locus manuimortuę, & priuarentur consanguinei hæreditate istius prędefuncti, quod est de directo contra dicta iura, quia hæreditas debetur proximis & consanguineis secũdum gradus prærogatiuam, per totum tit. C. de legi. hær. & habetur in tit. de hære. quæ. ab intesta. defe. in Insti.

ITem capiendo talem significationem corrigerentur duo iura, scilicet ius successionis, & ius libertatis, quod non est in dubio dicendum. per l. præcipimus. C. de appel.

ITem dato † ꝙ statutũ debeat interpretari secũdũ ius cõmune, scđm Alb. in c. causam. de reseriptis. & per Bar. in d. repe. l. oẽs populi. in xx. col. in prin. tñ istud limitat Bald. notan. in l. maximum vitiũ. in vj. col. C. de lib. præte. esse verũ, nisi appareret quòd per talem interpretationẽ corrigatur ius cõmune: sed sic est quòd si interpretaremur istud verbum succedere, secũdum ius cõmune, corrigeretur ipsum ius in duobus, vt dixi, scilicet in successione & in libertate, igitur, &c.

13 Interpretatio statu torũ quomodo facienda.

ITẽ † in statutis debet accipi illa interpretatio quæ
14 nos reducit ad ius cõe, etiã si talis interpretatio sit impropria. arg. eorum quæ not. Alex. in l. si constante, in iij. col. post prin. ff. sol. matr. ¶ Ex istis videtur quòd prima difficultas sit penitus sublata, & sic quòd talis filia vocetur ad hæreditatem fratris sui, virtute communionis patruorum suorum per statutum.

QVo ad secundũ videtur primò dicendũ, ꝙ ista filia postquam fuit vocata, ꝙ debeat excludere patruos suos: quia est in proximiori gradu, puta in secundo, patrui verò in tertio, sed successoriũ edictũ deferẽ omnibus proximis, secundũ tñ gradus prærogatiuã, ita quòd proximiores in gradu excludũt posteriores, vt no. in l. j. & per totũ tit. C. de succes. edi. & latissimè per doc. in l. qui se patris. C. vnde lib. ¶ Or istis nõ obstãtibº puto, ꝙ imò ista filia nõ excludat patruos suos. moueor, † qa beneficio mihi cõpetẽti ex iure alterius
15 nõ possũ vti cõtra eũ. d. l. si post mortẽ. §. fi. ff. de bon. pos. contratab. & ibi latè Bar. l. amicissimos. §. fi. & ibi Bar. in pulchro casu. ff. de excu. tut. sed sic est ꝙ ista filia erat penitus excluſa per statutum, eo quòd non erat in cõmunione cũ fratre, & nunquã fuisset admissa ad hęreditatẽ fratris sui, nisi beneficio istorũ patruorũ, igitur, &c. ¶ Nec obstat qđ dicitur de successorio edicto, quia dico illud habere verũ, nisi aliud obstaret, sed sic est ꝙ obstat statutũ, qđ vult ꝙ isti vocãtes succedant vnà cũ illis vocatis, vt clare elicitur ex statuto in illis verbis, *uiennent à succeßion auec celuy*, põdera verbum, *auec celuy*, vult ergo statutum per ista verba, *auec celuy*, quòd ille qui vocat alios succedat simul cum vocatis, & fuit ista prioritas gradº offuscata per statutũ. ¶ Nec dicẽdũ est ꝙ aliqua iniuria inferatur huic filiæ, imò est summa æquitas ꝙ beneficiẽti & nos benefaciamº. l. sed & si. § cõsuluit. ff. de pet. hære. igitur statutum vidẽs ꝙ ista filia habuit istud beneficiu à patruis, voluit ꝙ patrui in aliquo recõpensarentur, & illos vocat ad hęreditatẽ istius defuncti simul cum ista filia, & sic non erit successoriũ edictũ iuris, in quo consideratur prioritas gradus vt prædixi, sed erit successorium edictũ ipsius statuti, vbi talis prioritas non cõsideratẽ, sed tantùmodo cùm statutũ illius expresse cõcedat istam facultatem succedendi simul cũ vocatis, vt dixi.

¶ Restat postremũ dubiũ, ꝑ qua parte & portione admittatur talis filia: cùm statutũ nõ assignet illi portionem. In hoc dubio dico, quòd cũ statutũ illã admittat virtute communionis patruorũ, nec sibi assignat partem, quòd intelligitur illam vocare pro virili parte & *Dubium.*

portio

portione. Moueor in simili, quia videmus q̃ in dubio plures intelliguntur viriliter obligari, & viriliter stipulari: vnde si plures stipulẽtur summã vnã, intelligũtur stipulari viriliter: & sic pro ęqualibus portionib⁹. l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duobus reis, sic etiam est dicendũ in casu nr̃o. ¶ Itẽ qñ lex vocat aliquos ad successionẽ, in dubio vocat eos pariter & æqualiter. l. cũ ibi no. C. cõia de succes. p ea quę not. in §. si plures sũt grad⁹. inst. de leg. agna. succes. igitur, &c. ¶ Itẽ & tertiò, quia videmus q̃ si plures cõdẽnantur vna sentẽtia, nõ cẽsentur in dubio cõdẽnati insolidũ, sed tm̃ pro virilibus partib⁹, dato quod quilibet teneret insolidũ. l. Paulus. *la seconde*, cũ ibi nota. per Bart. ff. de re iud. & l. j. C. si plu. vna senten. &c. & sic etiam videtur dicendũ in statuto, cũ nullã faciat mẽtionẽ de portionibus, & illos admittat ad successionem: in dubio est dicendũ per prædicta, quòd vult illos admitti pro virilibus portionibus. Ita videtur mihi dicẽdum per prædicta, salua tamen opinione melius & sanius intelligentis.

IN TEXTV IBI,

Les autres.

Alij dictio ADuerte q̃ista dictio alij, est repetitiua similiũ. gl. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. dixi suprà ti. *des iusticces & droicts d'icelles*. §. vij. ver. & aduerte. Ergo intelligendũ est, q̃ tales q̃ vocantur per alios sunt homines manusmortuę, & nõ frãci aut liberę cõditionis, vt posset esse in sorore hominis manusmortuæ nupta homini franco, aut aliàs. In Cãpania tñ licet habeant cõsuetudinẽ, q̃ seruus nõ succedit frãco nec ecõtrà, si vnus vocet alios in successione hominis manusmortuæ vocat etiã frãcos, & ita practicat, vt vidi in pluribus processibus, licet videatur cõtra illã cõsuetudinẽ. Cogita

Casus. si casus euenerit, quia nõ est sine dubio. ¶ Euenit casus hodie ex quadã muliere quæ decessit ab humanis, & in mortis articulo habuit filiũ qui superuixit tm̃ per dimidiã horã, & bene p̃batur q̃ illo die dicta mulier habuit filiũ qui fuit baptizatus, sed quis eorũ superuixerit nõ probatur, & ideo dñs manusmortuæ dicit q̃ debet dictæ mr̃i succedere. Pater verò dicti filij dicit q̃ debet succedere eius filio in mobilibus, & cõsanguinei dicti filij existẽtes in cõmunione cũ eo in hęreditagiis, & sic volunt expellere dñm manusmortuæ. Bar. in l. q̃ de pariter mortuis. ff. de reb. dub. dicit q̃ in dubio præsumitur filius primò mortuus, & ideo incũbit hæredibus probare cõtrariũ. & de materia p̃bationis huius articuli, & quid præsumendũ sit, vide amplè in cõsi. meis, cons. inci. nobilis dominus. Ant. de Bufful.

§. DECIMOOCTAVO.

GEns de cõdition mainmortables, taillables haut & bas, corueables à volonté, iusticiables en toutes iustices, ne sõt point receus en tesmoignage pour leur seigneur, duql ils sõt hõmes & subiects des dessusdictes cõdictiõs, ou de trois, ou de deux d'icelles.

GOnsuetudo tamen comitatus Niuernen. habet, *Que gens de seruile condition sont receus & admis en tesmoignage en tout cas, & tãt pour leur seigneur, comme contre leur seigneur excepté en matiere criminelle contre leur seigneur: & en matiere de franchise pretendue par aucun des hommes de condition contre le seigneur.*

IN TEXTV IBI,

Mainmortables.

VT dictum est in rubrica, consuetudo nostra facit mẽtionẽ de quatuor cõditionib⁹ hominis subiecti, quare autẽ subiecti, quia dñs habet in eis iurisdictionẽ tm̃, de quib⁹ per gl. & doc. in l. idonei. ff. de testi. canonizata iiij. q. iij. cap. si testes. §. idonei. & facit l. eos, quæ est l. iiij. C. de testi. canonizata iiij. q. iij. d. c. si testes. ver. item eos. Et ideo videtur ibi dicere Alb. de Rosa. † quòd si rex habeat causam, quòd nullus de regno possit testificari pro eo, tenet tamen oppositũ cũ Cyno, qui tenuit contrarium in d. l. & in l. etiã. C. eo. vbi dicit, quòd istud quod dicitur in d. l. idonei. nõ habet locum in rege, duce & comite, quia hoc esset durum & inconueniens, quia sequeretur maximum absurdum quòd tales principes & dñi persæpe de iure suo probare non possent, facit l. qm̃. in fi. C. de hæreti. ¶ Et ad l. idonei. respondẽt oẽs quòd loquitur in subdito ratione dñicæ, vel patriæ potestatis, non autẽ iurisdictionis tm̃. & ita dicit Cy. tenere Pet. in d. l. eos. & Bar. in d. l. idonei. remittendo se ad no. per Cy. in d. l. eos idẽ tenet Spe. & Io. And. in tit. de teste. §. j. ver. nũquid ergo socer. & ver. nunquid vasallus. & ita etiam tenet Ant. de Butr. in c. in literis. de testi. & ita refert & sequitur Alex. in cons. suo lxxxviij. inci. qm̃ omne datũ optimũ. in iij. col. in v. vol. vbi dicit, q̃ ita de cõsuetudine obseruatur. ¶ De vasallo autẽ ponit Spe. in loco hîc antè allega. & Albe. de Rosa. in l. idonei. ff. de testi. ¶ Sed quomodo famulus possit esse testis p̃ dño suo, & in quib⁹ casibus, vide plenè in deci. Tholo. decisi. iiij. vbi plenè per Auffre. quem vide. ¶ Sed an dñs pro subdito possit esse testis, vide Bar. in d. l. idonei. & no. in c. causam quæ. de off. dele. ¶ Quid autẽ de adscriptitiis. vide Io. Fab. in §. testes autem. inst. de testa. Et de seruitoribus vide Pan. in c. in literis. de testi. ¶ Et an p̃hibit⁹ testificari in causa sui subditi cõtra Titiũ possit p̃ illo deponere. vide Bar. in l. in legibus. ff. de testi.

Dominus an possit testari pro subdito.

ET ideo clarè patet quòd cõsuetudo nostra habuit hũc respectum, q̃ subditus ratione iurisdictionis tantùm non sit prohibitus testificari pro domino, quia in fine dicit, quòd sit subditus ex duabus conditionibus de prædictis hîc enumeratis.

AVt verò † sunt subiecti, quia talliabiles ad voluntatem. Ioan. Fab. in l. si quis testibus. C. de testib. videtur tenere quòd homines nostri corpore, aut talliabiles ad voluntatem, non possint esse testes pro eorum dominis. tu dic hoc esse verum, quando sunt adhuc subiecti in alia conditione, vt dicit consuetudo. Et aduertendum, quia consuetudo nostra dicit tal liabiles, *haut & bas*. quod quidem homines sunt in hac patria tailliabiles, & horum duplex est conditio: quia alij sunt talliabiles ad voluntatem, alij abõmati.

1 Talliabiles ad voluntatem.

LIcet enim, † vt dicitur, & sonat vocabulum, dñs possit talliare homines suos ad voluntatem, non potest tamen vltra modum consuetum. facit l. j. & ibi Io. de Pla. C. in qui. cau. colo. censi. lib. x. & in l. cùm satis. §. caueat. de agri. & censi. lib. xj. C. & dicit Roffr. in libellis suis super iure ciuili. in titu. de offi. iudi. quòd subuenitur censito & vasallo si dominus exigit vltrà quàm debeat exigere, quòd ad hoc vt possit tale officium implorari, requiruntur duo. Primò, quòd sit censitus vel aliàs subiectus, hoc est talliabilis. Secundò, quòd exigatur aliquid vltrà quàm sit consuetum.

3

ET dicuntur † talliabiles, qui ita se recognouerũt, quibus propterea imponi potest tallia, quia ad eã se adstrinxerunt, & sic dicitur talia alludendo etymo

4 Talliabiles qui.

BIU Cujas

logię vocabuli, vt sic nomẽ sit cõsonans rei, & horum hominũ modus seu vsus potius morib⁹ & ex vsu anti quo quàm alio iure naturali vel gentiũ fuit introductus & adinuẽtus, & talis modus fulcitur iure positiuo ꝓpter pactiones & stipulationes quæ interueniũt, quib⁹ mediantibus quis pót obligare personã, & cõditionẽ deteriorẽ facere. l.cũ scimus. C.de agri. & cẽsi. lib.xj. ita tenet Gul.de mõte Lauduno, & Zabarel.in cle.pastoralis.§.rursus. de re iudi. vbi loquũtur in genere de subiectione & de obligatione personæ. quos refert & sequitur Guido Papa quæst. sua cccxiiij.

5 Qui dicũtur abõmati.

ABommati † sunt q oẽs de vno villagio debẽt certam summã determinatã & taxatam domino, & ꝑ ipsos de villagio cuilibet imponitur portio secundũ magnitudinem prædiorũ: quia illi qui possident magna prædia plus debent portare, quã illi qui possidẽt minora. l.pro locis. C.de anno. & trib. li.x. & dicit ibi Io.de Pla. ꝙ magnitudo cõsideratur respectu fructuũ qui ex illis locis percipiuntur. l.fi. C.de allu. ff.de eui. l.j. ff.de censi. l.cùm possessor, ibi, pro modo prędiorũ. & huius conditionis sunt homines de Auxeyo iuxta ciuitatem Heduen. qui sunt subditi venerabilibus viris dominis decano & capitulo Heduensi in omni iustitia, & cũ hoc debẽt taliã abõmatã. ¶ Quæsitũ fuit, & adhuc nũc dubitatur, nũquid possint esse testes pro ꝓcuratore dictorũ dn̄orũ in loco Dauxei. Dixi ꝙ ex quo de quatuor cõditionibus hîc antè in cõsuetudine nr̃a nominatis, nõ erat nisi vna, s.qa sũt iusticiabiles, ꝙ poterãt esse testes, quia licet sint talliabiles, non tñ sunt ad voluntatẽ, qđ requirit cõsuetudo nostra, cùm dicit, *haut & bas*, sed abommati ideo possunt & debẽt esse testes, & edictũ de testibus est prohibitoriũ, ideo non est extendendum extra suos proprios terminos.

6 Quomodo soluant tallias.

SEd quæro † in prædictis abõmatis an licet soluens nõ possit cõueniri pro se, an poterit cõueniri ꝓ aliis, q nõ soluerũt. Tu dic, ꝙ si talis talia imponat villagio similiter ꝓ rebus abõmatis, ꝙ tũc illud qđ non pót soluere vn⁹, soluet totũ villagiũ, quia ad hoc totũ villagiũ remanet obligatũ. l.proponebatur. ff. de iudi. l. sicut mancipium. ff. quod cuiusq; vniuersi. no. & quod per vnũ non soluitur, alij cogentur soluere: sed eis assignabitur possessio pro qua soluitur. l.iiij. C.de agri. & censi. li.xj. & C.de exacto. tribu. l.fi. secundum Bar. in l.semel. C.de apochis pub. lib.x. si verò cuilibet de vniuersitate imponatur, vnus pro alio non tenetur ipso iure. l. legatorum. in princ. ff.de leg.ij. & l.j. circa princ. C.vt nullus ex vican. pro alienis debitis teneatur. li.xij. sed propter defectum non soluentium posset fieri superindictũ nouum, & sic per consequẽs alij grauarent. vt no. in rubro & nigro. C.de superindi. li.x. & ita loquit gl. in l.semel. C.de apo. pub. li.x. & ita etiam debet intelligi. l. actores. C. de exac. trib. libr.x. ¶ Sed an singuli ꝓ toto debito vniuersitatis vel collegij possint cõueniri, vide Alber. de rosi. in l.j. in fi. ff. qđ cuiusq; vniuersitatis no. vbi ẽt ponit quomodo sit cõsulendũ creditoribus vniuersitatis, qñ nihil habẽt in cõmuni. & vide quæ dixi suprà titu. *des iustices*, §.iiij. in glo. *sur les hommes*. ver. sed iterum. dicit tamen Albe. in d.l. ꝙ pro debito vniuersitatis non pót fieri executio realis, aut personalis contra singulares personas.

Manusmortuæ qui.

ALij sunt homines manusmortuę, & sunt hi quib⁹ de consuetudine nostra domini succedunt, quãdo moriuntur sine liberis vel parentibus existẽtibus in communione cum eis. de quibus dicam infrà in hoc tit. §. *le seigneur prend la succeßion de mainmorte*.

IN TEXTV IBI,

Taillables haut & bas.

HIc antè vidimus ꝙ domini in hac patria habent aliquos homines quos talliare possunt. nã istud ius est ius regale: tit. quæ sunt regalia, in vsibus feudorum. † Sed quæro nũquid istud ius sit de re iure licitũ, hoc est, nunquid princeps seu alius habẽs ius principis in hoc possit exigere tallias ab hominib⁹ suis. Bal. in l. neminẽ. C.de sacrof. eccl. dicit quòd principes debent se primò præmunire de eorũ marsupio, & si marsupium eorum non sufficiat, possunt subditis imponere collectam. idem Bald. in c. conquerente. ad finẽ, de offi. ordi. dixi suprà in titu. *des iustices & droicts d'icelles*, §. *le droict d'indire & imposer*. in j.glo.

7 An liceat Principib⁹ talliare subditos.

ADuertendũ tñ ad dictum Alber. in l. de quibus. in pe. charta. ff.de legi. vbi tenet, quòd † nedũ principes à vassallis feuda tenentibus, sed etiã ab aliis suis subditis possunt exigere collectã pro defensione suæ patriæ. & dicit Ang. in consi. ccvj. incip. inter ordinamenta. quòd princeps, seu habẽs alia iura regalia propter necessitates publicas patrię, potest à subditis suis etiam inuitis exigere præstantias. & ideo vt videmus in hac patria, † cùm Christianissimus rex noster Frãciæ in ducatu Burgundiæ nullas tallias exigat, tamen de triennio in trienniũ pro necessitatibus suis exigit præstantias, quæ dicũtur in vulgari nostro, *emprunts*.

8

9

SEd quę † possit esse causa quare principes & duces Burgũdię, & nũc reges Frãciæ, qui sunt duces, nullas exigãt tallias in Burgundia? nã vt videmus, hæc patria est talliabilis subditis & feudatariis principis, cũ omnes habeant subditos suos talliabiles, & si iterum talliarentur duplici onere grauarentur, quod non debet fieri. l.nauis onustæ. §.cùm aũt. ff.ad leg. Rhod.de iactu. l. Titia cum testamento §.qui inuita. ff.de leg.ij. & ideo dicũt And.de Isernia, & Alua. in c.j. in tit. quæ sunt rega. in vsibus feu. quod allegat Iac.de S.Georg. in tract. homagiorum. in x.col. quòd licet imperator vel rex possit imponere subditis suis superindictum subsistente publica necessitate. l.j. C.de superindi. li.x. tamen vt subditi teneantur dñis suis in simili causa præstare indictum, certè imperator vel rex non potest à subditis illorum dominorum exigere superindictũ, ne ipsi homines duplici onere grauẽtur. Et ideo vt videm⁹ princeps ducatus Burgũdiæ, tallias ordinarias in Burgũdia non exigit, cùm debeantur dominis, sed cũ præstantiæ non debeantur dominis, nec fieri possint per dn̄os super suis subditis, ideo duces Burgundiæ possunt illas facere, sed debẽt fieri pro defensione patriæ, & publica necessitate, & sic cum cã, alias princeps peccat, vt tenet And. in rubrica, quę sunt regalia.

10

11 Quæstio

CIrca hanc † materiã talliarum quęro de vna quęstione. videmus ꝙ licet Christianissimus rex Frãcię qui est dux Burgundiæ, in ducatu Burgundię prout in aliis ducatibus & comitatibus sui regni nullas exigit tallias, tamen de tribus annis in tribus annis præstantias quæ dicuntur *emprunts*, exigit, an ad tales præstantias teneantur nobiles huius patriæ? † aduertendum est ꝙ hæ præstantiæ dicuntur in vulgari nostro *fouages*. ideo dicuntur à foco, hoc est, ꝙ quilibet tenens focũ & laré tenetur ad has prędstantias. Et ideo si tenent focũ & laré, videtur ꝙ teneãtur ad dictas prędstãtias. Nã † si imponat onus patrimoniale, tenentur etiam nobiles pro his quæ possident, & etiam si imponatur collecta pro rebus, tenentur nobiles pro his rebus quæ sunt in illo loco, prout tenet Alber. in rub. ff. de mune. & honori. circa xj. char. ibi, sed quæro nunqd nobiles excusantur à munerib⁹. ¶ Mouetur primò per tex. in l. & qui originen. in §.j. vers. cæteri. & per l. rescripto. §. fi. ff.de munerib. & honorib. Secũdò mouetur

12 Præstantiæ. Fouages.

13 Nobiles quando teneãtur ad collectas.

BIU Cujas

uetur,quia nobiles tenẽtur ad onera personalia.§.pe. in auth.de defenso.ciuita.ergo multo magis debẽt teneri ad munera patrimonialia, qa persona est dignior cũctis rebus.l.sancimus.C.de sacrosanct.eccl. Tertiò facit,quia nobiles circa cõmoda &honores cõmunitatis participant,quia adęquati sunt nobiles plebeis. l.ij.§.deinde cùm post.ff. de orig.iur.Cũ ergo participãt in cõmodis, dignum est & iustũ quod etiam participent in oneribus & incommodis.l.secundũ naturã.ff.de regu.iur.†Et tñ aduerte quòd doctores legẽtes gaudẽt immunitate,quòd ad prædicta munera nõ tenent.l.medicos. C.de ꝓfesso.& medi.li.x.ex quo videretur dicendũ,† quòd nobiles genere deberẽt etiã prædicta immunitate gaudere.l. ꝓximos.C.de proxi. sacro.scrinio.lib.xij.¶ Dic tñ quòd non sequitur:quia priuilegia debent esse suis limitibus contenta.licet ergo concedatur à iure immunitas doctori legenti,non tñ sequitur quòd eodẽ priuilegio debeãt gaudere nobiles.ex quo videt dicẽdũ,ꝙ si fiat collecta ꝙ nobiles teneantur ad contribuendũ, putarẽ hoc esse verum, quando nobiles possident allodialia,quia credo quòd pro illis possunt collectari,secus autẽ si possident feudalia,vel de pertinẽtiis feudaliũ,ex quo in illis iam in pluribus grauantur erga principem: vt dixi in titu.de feudis.§. *le uaſſal eſt tenu*.in gl.j.ne ergo duplici onere grauentur,non tenentur ad aliquod onus ratione bonorum feudalium.ita videtur tenere Iac.de S.Geor.in tract.homagiorũ,in pen.col. vbi videtur etiam facere quandã distinctionẽ,& ponere quandãt heoricam,qñ nobiles volunt se prætendere immunes à prẹstatione collectarũ, aut scilicet præscriptione vel consuetudine,& ipse dicit quòd cõsuetudo patriæ multũ in hoc facit.cùm ergo de consuetudine huius patriæ nobiles non teneãtur ad prædictas collectas,nõ aliter insisto. & dixi aliqua s̃.ti.*des enfans de pluſieurs licts*.§.iiij.in gl. j.in prin.Et vide etiam Alb.de Ros.in rub.ff.de mun. & hono.in vij.col.ver.sed pone ꝙ aliquis habet homines censuales.Concludit etiam ibi Iacobi. de S.Geor. quòd cõsuetudine potest induci, ꝙ domini terrarum possint cogere subditos suos vt veniant ad faciendum custodiam in eorum castro nocturnam,vel diurnam, licet de iure videatur quodammodo impugnare.

14 *An doctores legẽtes teneantur ad collectas.*

15

ITem dictũ est hîc antè,ꝙ † sunt aliqui dñi qui habent aliquos suos subditos qui eis sunt talliabiles, alij ad volutatẽ,alij abommati,puta qa oẽs de vno villagio tenẽtur singulis annis ad quinquaginta libras, dns concedit immunitatem vni ex illis qui tenentur singulis annis ad certã talliã ratione prędiorũ in eorũ villagio existẽtiũ,an illa immunitas seu exceptio prẹiudicet aliis,ita ꝙ teneantur insolidũ soluere illã quãtitatem de quinquaginta,an verò ipse dns terræ tantominus capiet à dictis hominibus suis?Bald.in l.si vnus.§.sed si generaliter.ff.de pac.& Ang.in d.l.si vn⁹. §.itẽ si pactus.dicũt ꝙ talis immunitas seu exemptio nõ præiudicabit cæteris. Et istud tenet Spec.in tit.de censibus.§.nũc dicẽdum.vers.qd si vniuersitas.Henricus Bohic in c. pastoralis.de priuilegiis.melius istud examinatur per Pan.in c.accedẽtes.in pe.col.de præscriptio.Et vide Feli.in d.c.accedẽtes.in pe.& vlt.col. qui ponit nouem conclusiones. mihi tamen plus placet doctrina Pan.qui distinguit, quia quando dicitur quòd quando onus imminet pluribus non insolidũ, sed pro virili portione,& tunc aut incũbit ex contractu,aut vltima voluntate,aut ex dispositione iuris cõmunis,aut ex consuetudine. ¶ Primò casu vno exempto per creditorem,alij tenẽtur pro virili portione,& non insolidum. faciunt dicta Spe.in loco hîc antè allegato. facit l.j.C.si plures vna sententia.secus autẽ si fuissent obligati insolidũ.vt l.fi.ff.de duobus reis.no. Bar.in l.ab omnib⁹ l.ff.de lega.j.facit tex.in l.vnica.C. vt nullus ex vicaneis ꝑ alienis vicaneor.debi.teneat. lib.xj.vbi text.dicit ꝙ exigere onera ab vno pro facto alterius est cõtra naturalẽ æquitatẽ. ¶ Secundo verò casu principali quãdo ex vltima voluntate,tunc exemptio concessa vni aggrauat alios, ita ꝙ alij aliquando tenebuntur insolidũ.tex.est in d.l.ab omnib⁹. in prin. ff.de lega.j. ¶Tertio casu principali quãdo ex dispositione iuris diicit Panor.† ꝙ solus Imperator in tẽporalibus,& Papa in spiritualibus, possunt immunitatẽ & exemptionẽ in præiudicium aliorum cõcedere: alij verò inferiores qui non habẽt iura imperialia,licet possint concedere in præiudicium ipsorũ concedentium,tamẽ in præiudicium aliorũ hoc facere nõ possunt,per not.per gl.in l.vacuatis.C.de decu.lib.x.per Bar.in l.ij.ff.de iure immunitatis.cùm ergo Christianissimus Rex Franciæ habeat iura imperij,cùm nullũ in temporalibus recognoscat superiorem.c.per venerabilem.extrà qui filij sunt legitimi.si concedat exemptionem alicui,ista cõcessio erit in præiudicium aliorum,& non in præiudicium ipsius.nam rex habet iura imperij.quia sicut in omni iuramento intelligitur excepta persona imperatoris.§.fi.de pace iura.firman. & dicit ibi Bal.quòd idem est in rege.

16 *Nota.*

17 *Immunitatem in præiudicium alterius quis concedere valeat.*

ADuerte ad ea quę dicit And.de Isernia in c.j.in ti. de vasallo decrepitæ æta.de quo memini in ti.*des ſucceßions des baſtardz*.§.iij.in gl.*ab inteſtat*. quandò disputaui, an rex Franciæ possit legitimare. & faciunt quæ dicit Corsetus in apostillis ad Panor.in c.quæ in ecclesiarum.in ij.col.de constitutio.

SI verò virtute statuti sint obligati, puta qa statuto cauetur, ꝙ ciuitatenses teneãtur soluere salarium potestati ciuitatis,tũc si vna villa eximat ab illa obligatione,reliqui vero ciuitatenses tenebuntur soluere integrum salarium.ita tenet Bart.in l.ab omnibus.in prin.ff.de lega.j.plenè per And.Siculũ dictum Barbatiã in cõs.suo xiij.inc.sapiẽter scripsit Plato in Timęo. in ij.vol.vbi plenè examinat per duas col.per Ang de Aretio §.sed nostra in ij.col.insti.de succes.liber.

QVarto casu principali quando tenentur virtute consuetudinis,dicit Pano.in d.c.accedẽtes.quòd idem est sicut si erant obligati ex contractu.alleg.not. per Ioan.And.in additio.ad Spe.in præallegato tit.de censibus. §.nunc dicendum.vbi dicit, quòd si virtute consuetudinis forenses qui veniunt ad habitandum in ciuitate, sunt immunes ab omnibus oneribus per statutum nouiter conditum, non poterit fieri quòd obligentur ad onera eis inuitis:per not.per Bart.in l. quod semel.ff.de decre.ab ordine faciendis. Et istam distinctionem refert & sequitur Iacob.de S.Georg.in tracta.suo de homagiis.in xij.col.

Diſtinctio Panormi.

ESTud ius retractus † dicitur ius protomiseos,id est ius congrui, ꝑut dicit And. de Barulo in l.prædia. C. de locatio. prædio. ciuiliũ.lib.xj.super quo iure Federicus cõstitutione nouã edidit quæ incipit, sancimus amodo in omni prouincia,& in omni ciuitate,ꝙ si qs fortè ex parẽtela cõmunẽ agrũ habeat. quam quidẽ constitutionẽ cõmẽtati sunt Matth. de afflict. Neapol. & Bal. de Perusio.de quibus in hoc tit.suis locis opportunis faciã mẽtionẽ,nec laudẽ eorũ occultabo , ne par furi videar.¶Et vtrũ sit permissum,ponit quædã Roma.in consi.suo xxij.dicã infrà.¶Sed aduerte,† ꝙ triplex est retractus.Quidã cõsuetudinarius,vt hîc,& de quo fit mẽtio in c.cõstitutus.de in integ.rest.& in l.dudũ. C. de cõtrah.emp.& in c.Titius.si de feudo defuncti fuerit controuer.& in l.j.ff.de priuileg.creditorũ. & in l. imperatores.cũ gl.&ibi Bart.ff.de pact.& in l.milites prohibẽtur.ff.de re milit.in c.j.in prin.de aliena.feudi paterni.& in c.j.§.porrò.qualiter olim feudũ poterat alienari¶Alius est legalis,de quibus in multis casibus vt infrà dicetur,scilicet in dño census,in emphyteuta, in fisco & in prędiis metrophicis,de quibus dixi iã in hac rub.in prima expositione.¶Tertius est conuẽtionalis,de quo in l.ij.& l.si à te.& ibi doct.C. de pac.inter empt.& vẽdi.de quo dixi ſ. tit. *des rentes uendues à reachapt*.§.j. & in quodã cõsilio quod feci sup hac re.

2 *Retractus triplex consuetudinarius.*

Legalis.

Conuẽtionalis.

ET ex hac cõsuetudine nostra,vt infrà videbimus, est hîc vnus casus,vbi quis præfertur in emptione alicuius rei. nã hic cõsanguineus præferẽ cæteris. ali⁹ est in §.xvj.incipien. *la femme ne peut mettre hors de ses mains*.ſ.in tit.*Des droicts & appartenances à gens mariez*. alius est in casu l.j.C.de metalla.libr. xj. vbi princeps præferẽ in emptione metallorũ. & dicit ibi Bar.ꝙ per illã legẽ colonus debet potius vẽdere fructus domino quam alteri.&ita etiã tenet Lud.Ro.in l.j.ff.sol.matr. ¶Sic etiã est alius casus in fisco vendente rẽ cõmunẽ cũ priuato,quia socius præferẽ.l.ij.C.de communi.re. aliena.l.vnica.C.de vẽdi.rerũ fisca.cũ priuato.lib.x.& ibi dicit Alex.in apostil.ꝙ fiscus debet prius requirere sociũ. ¶Item hæres emphyteutæ debet præferri in renouatiõe inuestituræ,vel cõmissionis emphyteusis. Dixi infrà in tit. *Des censes*.§.fi.in gl. fi. ¶Alius est in l. congruit.& in l.prædia.C. de locatione prædiorũ ciuiliũ.lib.xj. vbi præfertur colonus in talibus prædiis. ¶Item metrocomi præferuntur in prædiis metrocomis,vt per tex.in l.j.C.nõ lic.habita.lib.xj.& facit tex. in l.quemadmodũ.C.de agrico.& censi.lib.xj. ¶Item est alius casus in c.ex rescripto.de locato.

§. PRIMO.

QVand l'homme ou femme a vendu son heritage ancien, le plus prochain du lignage du costé dont meut l'heritage, le peut reacheter dedans l'an & iour en rendant le pris,& les fraiz raisonnables.

DE hac consuetudine & glo.j. vide Boërium in consuet.septenæ Biturice.tit.de consuetudine retractus.§.j.vbi ponit super quo sit fundata.

ISta consuetudo est quasi generalis in tota Gallia.¶Super hac consuetudine generali regni Frãcię cõsuluit in pulchro casu Lud. Bolog.in cõs.suo xxv. q. dicit in iiij.col. ꝙ est magis secũdũ ius cõe quàm cõtra ius. †nã licet de iure cõi regulariter quis nõ cõpellatur emere vel vendere,nisi ad votũ suũ.l.nec emere.C.de iure delibe.tñ rõne consanguinitatis & cõiunctionis lex cõis vult ꝙ magis vẽdatur propinquis,quàm extraneis iusto prętio.l.ad officiũ.& ibi Bal.C.cõmuni diuidũ.Et voluit Salic.in l.dudũ.C.de contrah.emp. Et voluit Bal.in l. ij.in fi.C.de rescin.vendi.vbi dicit hoc esse verũ, dum tamen det iustũ pretiũ.& idẽ voluit etiã Ludo.Rom. in l.j.in ij. col. ff. in ius voca. vt eãt.vbi ponit priuilegia cõiunctionis.& est bonus tex.in l.j. ff.de priuileg. credi.vbi cõiunctus præfertur extraneo licitatori pignoris.& ideo valet hæc cõsuetudo, contra d.l.dudũ. C.de contrah. empt. Et ꝙ valeat probatur per textũ in d.l.dudum.cùm dicit, nisi specialiter, vnde dicit ꝙ istud ius prohibi tũ est generaliter,nisi specialiter, vel specialis loci consuetudo hoc permittat. Ergo ex quo est consuetudo,seruãda est.&ita tenet Bal.ibi,& Host. in c.constitutus.de resti.in integ.& Bal.in l.j.C. communi diuidun.vbi dicit,ꝙ etiam per pactũ potest cõmitti istud ius. l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verbo. oblig.l.iiij.§.vbi verò.ff.de pig.actio. Ergo etiam potest per consuetudinem & præscriptionẽ, cum æquiparantur,secundum Bald. in l. j. C. de serui. & aqua. & quod potest pactum , potest & cõsuetudo , seu statutum.Facit gl.in rub.C.de decretis decurio.lib.x.

1 *Iure communi nemo cogitur emere nec vendere.*

ADDITIO. De materia quando quis cogatur vẽdere,vide Ias.in d.l.nec emere. vide etiam quæstionẽ Tholosa.cccxlvj.vbi quis potest cogi ad vendendum victualia,maximè frumentum tempore caristiæ.

ET videtur esse fundata hæc cõsuetudo de iure diuino,cùm vt habetur Hie. xxxij. cap. vbi dicitur. eme agrum , tibi enim competit ex propinquitate vt emas.vt habetur Leuit.xxv.c. vbi dicitur:Si attenuatus fuerit frater tuus , & vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus eius , potest redimere quod ille vendiderat.etiam habetur Ruth.iiij.ca.nam nostra interest habere res maiorũ & prædecessorum nostrorum,secundum gl.in l.j.in verbo,& reipublicæ interest.ff.solut.matr. quæ alleg. l.libertus qui soluẽdo.ff.de bonis liber.& l.j.§.si quis in fraudem.& in §.

Consuetudo nostra fundatur lege diuina.

BIU Cujas

& aliàs videam⁹. ff. si quid in frau. patroni. & in l. si in emptione. ff. de minori. qui text. est multum notabilis ad hoc ꝙ minor in hoc restituitur. & text. in c. constitutus. de in integ. resti. Et illam affectionem seu interesse considerauit Barba. in consi. suo xiij. in ij. col. in j. vol. allegando d. l. si in emptione.

ADuerte, quia etiam filij in honorem & memoriã patrũ, & suorũ prædecessorũ tenentur cõseruare hæreditatẽ, & illius lares paterni dulces videri debẽt, exẽplo Naboth, de quo habetur iij. Reg. c. pe. qui cùm à rege Achab, vt vineã, quã iuxta palatiũ habebat, accepta meliori, aut pretio iustiori, ei vẽderet, accersit⁹ fuisset, respondit, propitius sit mihi dominus, ne dem hæreditatem patrum meorũ tibi. & de his vide G. Benedicti in repet. c. Ray. in verbo, in eodẽ testamẽto relinquens. nu. 33. & 34. de test. ¶ Vide ad hoc Io. Sãxon. in consuet. Turon. tit. *des retraicts.* §. j. in gl. j. vbi etiã ponit an currat minori, & an minor in hoc restituat. Aduerte tamen quia oportet agnatos esse aduisatos, quia istud tempus labitur silentio. Boëtius in prædictis consuet. tit. de consuet. retractus. §. j. ¶ Et ꝙ minor restitui possit, vt videtur esse tex. ad literam in d. cap. constitutus. de in integrum restitutio.

ADde ꝙ vsque ad hæc tempora non viderã in hac patria impetrari restitutionem in integrũ in tali casu, etiã in minore, sed his diebus domicella Claudia Martin impetrauit vnam à custode sigillorũ pro rege in vrbe Diuionen. in fauorem suorũ filiorum minorũ, contra venerabiles viros dominos decanũ & capitulum ecclesiæ Heduen. Hinc scribens pro ecclesia, dixi videri primò dicendũ, ꝙ talis restitutio in integrum dari nec concedi possit, saltem per simplicem custodem sigillorum. & mouebar his rationibus.

PRimò eo ꝙ consuetudines nostræ ducatus Burgũdię sunt approbatę à Christianissimo rege nostro, & illas iurauit obseruare pro legibus, & fuerunt factę in conuocatione triũ statuum patriæ, & de consensu illorũ, & sic trãsierunt in vim pragmaticæ, ex quo nõ potest illis derogari per quãcunq; clausulam quę apponi possit. notatur per gl. in authẽ. qua in prouincia. in verbo, omni priuilegio. C. vbi de crimine agi oportet. iuncta gl. in l. iubemus nulli. & auth. sed & permutare. C. de sacrosecc. Et ex quo etiam sunt confirmatæ per principem, non possunt tolli, nec illis derogari cum clausula, non obstante. † Cùm clausula, non obstante, non possit tollere consuetudinem seu dispositionem confirmatam per principem, vt tenet Felin. in c. constitutus. col. iij. de rescriptis. Faciunt quæ dicit Alex. in consi. cxxv. in x. col. in j. vol.

2 *Clausula nõ obstãte.*

ADDITIO. Adde Matth. de affli. in constit. regni Siciliæ, quæ incipit, clementiæ. in ij. notab. Et aduerte ad vnum, ꝙ si princeps iurat seruare statuta patriæ, ꝙ per tale iuramentũ dicitur confirmare statuta & consuetudines patriæ, vt tenet Hippol. de Marsiliis singulari suo l. xxj. incip. iuramentũ. ¶ Et etiam quia cõsuetudines nostræ sunt iuratæ ꝑ principẽ, qui iurauit in introitu & aduentu patriæ seruare statuta, priuilegia nostra, & consuetudines, ideo non prę̃sumitur tollere etiam per clausulam non obstan. plenissimè per Iaſ. in l. fi. C. si contra ius vel vtili. publicam. & Ro. consi. vij. Eo etiam ꝙ elapso anno est acquisitũ ius emptori antiqui hæreditagij incõmutabiliter, ideo nõ potest tolli per principem. notatur per doc. in d. l. fi. C. si contra ius vel vtili. publicam. Et sic non potest princeps, nisi tamẽ ex plenitudine potestatis hoc faciat, quod an facere possit, non insisto ex doctrina doctorum in d. l. fi.

3 † tamẽ plenitudo potestatis nunquã prę̃sumitur, nisi expresse dicatur. notatur per Iaſ. in l. quanquam. colũ. ij. C. de testa. milit. & ibi dicit, † princeps debet rarò vti hac clausula. alleg. Bald. in l. ij. C. de communiũ rerum aliena. & † ꝙ populus Romanus nunquam vsus fuit, nec hæc forma reperitur in iure ciuili. vt dicit Bald. in tit. de pace Constantiæ. in xxvij. col. 4 5

ADDITIO. Faciunt plura quæ in simili adducit Matt. de affl. in consti. regni Scicil. quę incip. instrumẽtorũ robur. in xij. q. j. not. vbi quærit an princeps possit dispẽsare cõtra suas cõstitutiones, etiã iuri cõmuni cõtrarias, & reducere partes ad ius cõmune, quãdo est iam ius quæsitũ parti, & in præiudiciũ partis cùm ius est quæsitũ. & ibi per multas bonas rationes tenet ꝙ non, nisi ex graui & rationabili causa, quem vide cùm casus euenerit de rescripto principis contra suas constitutiões post ius quę̃sitũ parti. Sed tamẽ in hoc casu videtur tenere in alio loco ꝙ possit restituere minorẽ, vt habetur in constitutione quæ incip. minorẽ iura. quæ est in ij. lib. in j. not. ex quo ibi quærit intra quod tempus minor debeat petere talem restitutionem. *Plenitudo potestatis non præsumitur.*

ET ideo multo min⁹ poterit custos sigillorũ hanc in integrũ restitutionẽ cõtra consuetudinem nostram concedere, qui non potest esse nisi legatus, nõ à rege, sed à cãcellario tantũ, † qui quæstor dicitur, aut perfectus prętorio simpliciter. † Cũ etiã ipse cancellarius, hoc est præfectus prætorio, nõ potest vti hac clausula, non obstan. quia peculare est solius principis esse supra leges. no. Ang. & Imo. & Iaſ. in l. nemo potest. ff. de lega. j. qui quidem ibi tenet in col. ij. † ꝙ præfectus prętorio, qui æquiparatur regibus, nõ potest vti clausula non obstan. imò põt sol⁹ princeps non recognoscens superiorem, vt est Christianissimus rex noster c. per venerabilẽ. qui filij sint legi. Et solus in hac patria potest vti hac clausula, non obstan. dicit tamẽ text. & gl. fi. in l. j. ff. de off. præfecti præto. † ꝙ perfectus prætorio, & sic cancellarius potest restituere in integrũ. † Cardinalis tamen, qui æquiparat regib. secundũ gl. in d. l. j. etiam si sit legatus de latere, non potest vti tali clausula, vt notatur per Iaſ. in d. l. nemo potest. & in l. omnes populi. in j. lectura. ff. de iustit. & iure. & per Corse. in apostil. ad Panor. in c. j. in j. nota. de rescrip. & ibi Feli. quoniam vt ibi † dicit, omnia tendentia ad violationem iuris sunt prohibita legato. 6 7 *Cancellarius est qui olim præfectus prætorio.* 8 *Præfectus prætorio æquiparatur regibus.* 9 10 *Cardinales æquiparantur regibus.* 11

ET si dicatur pro parte dictæ restitutionis ꝙ princeps potest hoc ex plenitudine potestatis, † cùm etiam princeps possit tollere dominiũ alteri ex plenitudine potestatis. not. per Iaſ. in d. l. fin. C. si contra ius vel vti. pub. Et eo ꝙ est apposita clausula in dicto rescripto, non obstante consuet. ducatus Burgun. dictante in cõtrarium, quæ habet vim clausulæ, de plenitudine potestatis, vt tenet Iaſ. in d. l. quanquam. in ij. col. C. de testa. militis. 12

ET ꝙ ex quo est commissa custodia sigillorum alicui, videtur ei princeps dedisse talem potestatem quã habet cancellarius, cùm vt dicit Bald. in c. scripta. de fide instrumento. in fi. ꝙ omnia quæ consueuerunt committi cancellario imperatoris, videntur & præsumuntur commissa ei cui imperator committit sigillum suum tanquam propriæ personæ.

AD hoc est facilis responsio: primò vt satis constat ex ordiuationibus regiis, & ex potestate & commissione quã habent prædicti custodes sigillorum, non habent eãdem potestatem quã cãcellarius, imò limitatam in his solùm quæ concernunt mandata iustitiæ, & non priuilegiorum, aut derogationis illorum, quoniam ad solum principem superiorẽ spectat derogare per eum concessis aut confirmatis: ergo multo *Solus princeps derogare potest.*

go multo fortius,cũ nõ est verisimile ꝙ tales custodes sigillorum ꝑ quantũcunq; generalẽ & liberã administrationẽ quã habeãt aut habere possint,etiã in derogãdo iuri, possint iuri speciali ꝑ principẽ iurato,& qđ trãsit in cõtractũ, & in pragmaticã,derogare, quia ex hoc sequeret illicitũ,qđ nũquã esset cõcedẽdũ, vt aliquid illicitũ fiat.argu.l.si ꝓcurator. post medium, in verbo,qm̃ nihil de hoc mandasse vr̃.& ibi doc.ad hoc notãt.ff.de cõdi.indeb. Nam huic cõsuetudini iuratæ derogãdo vr̃ facere incidere principẽ in piuriũ,& sic in pœnã,ex quo nõ extenditur,nec extẽdi põt eius po testas,licet sit generalis.no. per Albe.de Rosa.in l.iij. §.si procurator.ff.quod quisq; iuris.& per Ias.in l.iusiurandũ quod ex conuẽtione.§. ꝓcurator.in ij.col.ff. de iureiu.& etiam quia,vt dictũ est,cãcellarius etiã talem clausulã non obstante apponere non potest hoc casu,igitur nec custos sigillorũ.Et quoniã,vt dixi,plura obstãtia,videlicet,quia cõsuetudo trãsit in pragmaticam,& est iurata & cõfirmata per principẽ,non sufficit vna clausula, nõ obstãte:sed requiruntur plures, scilicet nõ obstan.tali consuetudine iurata confirmata per nos,& consensu per nos prẽstito de non illi derogando.arg.eorum quæ not.Bal.in l.si non lex Ælia Sentia.ff.de hære.instit.quem alle.Ias.in l.fi.in vij.col. & in l.j.in iiij.col.ff.de constit.principum.

ET etiã qa talis restitutio in integrũ est cõtra solitum stylũ restitutionis in integ.eo ꝙ dicit,nõ obstãte cõsuetudine ducatus Burgũdiæ, qđ nõ est solitũ fieri:cùm vt dicit do.Ant.de But.& Panor.in c.qđ super his.de fide instru. † literæ cõtra stylũ curiæ impetratæ sunt suspectæ de falso,per tex.ibi, in c.cũ teneamur.de præben.faciunt plura alia quæ dicit Feli.in c. ex parte.versi. stylus curiæ.de rescrip.c.quã graui.de crimine falsi.facit c.porrecta. de confirmatio.vtili vel inuti Ex quibus dixi prędictã restitutionem in integ. etiã fauorę minoris ętatis impetratã nõ esse interinãdã.Nescio qd tandẽ sit,quia sub iudice lis est:& consului amplè in prædicto casu.Facit ẽt,quia ex quo minores tractãt de lucro captãdo,& nõ de dãno vitãdo, quòd non sunt restituendi,vt tenet Pau.de Castr.in l. fi.C.in quib.cau.in integ.restit.non est necessaria.

13 Litera contra stylum curiæ Impetratæ suspectæ.

ADDITIO.Ex quo ad text.in d.c.constitutus.de in integ.resti.est facilis responsio, quoniam ibi illud ius retractus solũ cõpetebat ex quadã consuetudine simplici,quæ nõ habebat vim legis,prout hæc nostra cõsuetudo, saltẽ nõ habebat vim pragmaticæ, nec iuramẽto firmata erat prout est nostra cõsuetudo,quæ est maioris roboris,& efficaciæ, quã simplex cõsuetudo. Et licet vt in fi.harũ consuetudinũ, & in conclusione dicatur,ꝙ habet vim legis,ideo potest cõtra illam rescribere princeps, prout faceret cõtra legẽ cũ clausula non obstan.vt notatur in l.fi.C.si contra ius vel vtilitatẽ publicã.& ibi per Ias. post alios.& per Feli.in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. tamen quia est facta cum consilio curiæ,& procerũ,vt habetur in fine harum cõsuetudinem,ideo requiritur clausula expressa non obstan.faciens mẽtionem de huiusmodi consuetudine,vt dicit Archi.in c.j.de cõsti. in vj. & post eum Bal.in l.humanum.C.de legi. dixi infrà in d.conclusione,in gl.in verbo,*en grand nombre.*

14 Ratiõe vicinitatis considerat. interesse.

ADuerte,† quia interesse ratiõe vicinitatis cõsideratur,ꝓut dicit gl.in d.l.si in emptione.ff.de minorib.xxv.ann.quæ alleg.l.si cui fundus.ff.de leg.ij.& dicit Bal.in l.si fundũ. C.de rei vẽd.ꝙ in cõdẽnatione fructuũ habeẽ rõ vicinitatis loci.Facit tex.in l.hoc iure.§.si aqua.ff.de aqua quoti.& æstiua.vbi alueus fluminis recedẽtis ratione vicinitatis acquirit proximo vicino.Multò ergo fortius si habeatur cõsideratio ratione cõsanguinitatis & affinitatis.nec est mirandũ si quis primò cõpellat vẽdere cõsanguineo quã extraneo,quia multa specialia sunt introducta fauore cõsanguinitatis quæ nõ sunt in extraneo, de quibus aliqua ꝑ Feli.in c.literas.in pe.col.de præsump.ꝑ Lud.Rom. in l.j.in ij.colũ.ff.in ius voca. vt eant. & per Matth. de afflic.plenissimè per quatuor columnas &vltrà,in cõmento constitutionis Feder. super iure protomiseos. super rubrica illius constitutionis nouiter editæ.

COmmunio etiam & connexitas multum operantur,vt patet per ea quæ dicit Ias.in l.j. C. de transac. & in l.si quando.C.de inoff.testa.Faciũt quæ dicit Feli.in c.j.de præscri. Quia non multum ad propositũ non insisto,ne propriam materiam derelinquam.

Cõmunio & connexitas.

IN TEXTV IBI,

L'homme ou femme.

QVæro quid † si ecclesia emat, vel si clericus vendat aut emat,an habeat locum ius retractus? primò quando res ecclesiæ venduntur, vel quando ecclesia emit,videtur ꝙ nõ habeat locũ ius retractus, quia lex ciuilis,vel laicorũ cõsuetudo nihil potest disponere de reb.ecclesiæ vt in c. quæ in ecclesiarũ. & in c.ecclesia S.Mariæ.de constit.¶Tu dic ꝙ si ecclesia emat, ꝙ etiam consanguineus proximus habebit ius retractus quia istud est approbatũ per ecclesiasticos, qui fuerũt vocati quãdo hæ nostræ cõsuetudines fuerunt in scriptis redactæ, cùm vt apparet in initio seu procœmio, tres status huius patriæ fuerunt cõuocati.Sed an possit fieri per statutũ ꝙ istud ius non cõpeteret clericis? Philip.Decius in consil.suo cclxxv.in iij.& iiij. col. tenet ꝙ sic.¶Item ex quo statuitur in regno Francię per principem super hæreditagiis,tale statutum ligat etiã terras & hæreditagia ecclesiæ, cùm omnes res sint de territorio principis in regno Franciæ, prout dicit Bal. in c.cùm venissent.in iij.colu.de eo qui mitti.in poss. causa rei seruandæ.

1 Ius retractus an habeat locum in reb⁹ ab ecclesia emptis,seu vẽditis.

SEcundò verò quando clericus emit vel vendit pro seipso,& nõ pro ecclesia,videtur adhuc ꝙ idem sit ꝙ in ecclesia.Ex quo ius quod est in rebus ecclesię est in bonis clericorũ,vt notat Inno.in c.fi.de vita & hone.cler.¶Itẽ quia laici nihil possunt disponere contra personas ecclesiasticas.xcv.dist.c.bene quidẽ.& doct. in c.fi.de vita & honesta.cler.& in c.ecclesia S.Mariæ. de constit.facit doctrina Hostiẽ.in c.fi. de solutio. vbi dicit,†ꝙ lex municipalis etiã fauẽs clericis, vel ecclesiasticis personis non continet personas ecclesiasticas nisi sit approbata per papam.d.c.bene quidẽ.& c.quę in ecclesiarum.de cõstit.secus in legibus imperialibus quia illę ligant,etiam si nõ sint approbatæ per papam dummodo sint fauorabiles ecclesiis.x.distinc.c.j.& ij. xxxvij.distin.c.si quid.de priuilegiis.c.ij.de noui oper. nunt.c.j.& hoc firmat Cyn.in l.j.circa fi.C.quæ sit lõga consuetu.vbi concludit,ꝙ consuetudo papæ nõ ligat clericos.Et hoc videtur tenere Innoc.in c.auditis. de in integrum restitutio.

2 Lex municip.nõ cõtinet clericos.

IN contrarium tamen ꝙ clerici ligentur hac consuetudine,& si emant,ꝙ cõsanguineus habebit res emptas per eos iure retractus,probatur,quia hęc consuetudo non est inimica canonibus, ergo est etiam seruanda quo ad clericos,vt dicit gl.in c.cæterum.de appellatio.quia etiam appellatione ciuis veniunt clerici vt not.Barto.in l.j.ff. ad municip. ¶Item etiam facit, †quia lex municipalis disponens per verba generalia, non infringens ecclesiasticam libertatem, stringit ecclesiasticas personas. Ita dicit Barto. in l. j. C. de 3

BIU Cujas

summa trini.& fide cathol.per c.cùm venissent. de eo qui mit.in possess.causa rei seruã.& per c.cũ causam de re iud. ¶ Itẽ & in hoc casu allegatur decisio in terminis in c.cõstitutus.de restitutio.in integrũ. vbi consuetudo ciuitatis super iure congrui,seu retractus cõprehendit etiam clericos illius ciuitatis.& hoc videtur tenere Cy.in l.neque.C.de hæredi.instit.quem refert ibi Bal.Io.de Imol.tamen & Panor.in d.c.constitutus. intelligunt hoc esse verũ,quando ius congrui seu retractus respicit cõmodũ clericorũ.alle.Io.de Imol.qđ not.Io.And.in c.dilecti.de foro cõpe.& in c.fi.de offi. 4 deleg.lib.vj.Et sic videtur sentire Io.de Imol. † quòd clericus possit ab illo petere ius cõgrui seu retractus, sed ab eo peti non possit. Et pro hoc facit quod notat 5 gl.in c.nouit.super verbo,quicunq;,de iudiciis. † vbi ecclesia potest inducere legẽ cùm pro ipsa faciat, sed eam in se recipere non teneatur.x.dist.c.lege.Sed pro certo isto modo clericus nõ seruarèt æqualitatẽ quæ seruari debet,iuxta ea quę habẽtur in l.fi.C.de fructi. & litium expen.& esset contra illud præceptum, patere legem quam tu ipse tuleris.Dicit tamen gl.in ca. intelleximus.de noui.ope.nunt.† ℣ leges quę canonibus non contradicunt, tanquam canones sunt seruãdæ, & intelliguntur à papa confirmatę.d.c.bene quidem.& ibi Bar.& tenet Fede.de Senis cons.xcvij.

7 Clericus ligatur iure congrui.

EX quo cõcludendo sequitur, † ℣ clericus ligatur iure congrui seu retractus,cùm tale ius non sit cõtra canones,imò permissum.vt in d.c.cõstitut⁹.& hoc cõmuniter sequuntur doctores, maxime hoc esse debet,quia clerici subsunt principi quo ad tẽporalia.authen.presbyteros.C.de episc.& cle.maxime in regno Franciæ,cùm omnes in regno Franciæ sint de territorio principis,vt tenet Bal.in c.cũ venissent.in iij.co.de eo qui mitti.in possess.causa rei seruandæ.Et prędictas quæstiones voluit examinare Mat.de Affli.in d.tract. de iure protomiseos, in §.j.& in §.vlt.vbi amplissimè de ecclesia, & personis ecclesiasticis,an in eis habeat locũ istud ius congrui seu retractus.& dicit Bal.de vbaldis in commento de iure protomiseos,in iij.co.℣ consuluit isto anno contra clericum. Satis facit cõtra ecclesiã & clericũ cõsilium Bald. ccc.in j.parte in impressione noua.Quando statuta laicorum seruẽtur in curia ecclesiastica⁹, vide Boërium in consuetudin. Bituri.tit.de iurisd.om.iud.§.xj.in gl.j.

Quæstio.

ITem quæro de quæstione quam vidi de facto. Pater habens filium minorẽ etiam in ætate sex aut septẽ annorũ,vẽdidit aliquod hęreditagium antiquũ suorũ parentũ, quidam ex consanguineis existentes in pari gradu cum patre emerunt illud hæreditagiũ, post dictam emptionẽ pater nomine filij impetrauit à principe literas regias, per quas princeps illũ fecit habilem ad acquirendu:& illũ emancipat pater in vim dictarũ literarum, dando ei in præmiũ emancipationis certã summã pecuniarũ, postmodum ex illa pecunia sic eidem data,in præmiũ emãcipationis vult retrahere nomine dicti filij dictũ hæreditagiũ sic emptũ à consanguineis etiã existentibus in pari gradu cum patre, an possit?Et credo ℣ non.nã talis infans est minor septẽnio,vt est in casu posito, & ideo de iure cõtrahere nõ potest, quia non multum à furioso distat.§. pupillus. instit.de inuti.stipulatio. ¶ Et maximè si sit infans qui fari non possit etiam ad sui vtilitatem. l. mulier.& ibi doct.ff.de verb.oblig.l.seruum.ff.rem pupilli saluam fore.Ang.& alij in d.§.pupillus.in vlt.col.

8 An filius minor possit retrahere rem per patrẽ venditam.

IMò facit tex.in l.si venditor.§.sed & si pupillus.ibi, vel filio quem in potestate habet. & ibi,quia nõ est emptio,ff.de in diem adiectio.vbi est tex.† ℣ filiusfanon potest emere fundũ à patẽtibus venditũ. & ratio est, quia pater & filius eadẽ persona censentur.l.fi. C. de impube.& aliis substitutio.§.ei verò qui tuo iuri. instit.de inuti.stipulat.¶ De maiore verò an possit rem venditã per patrẽ retrahere, satis ample per Hẽricum Bohic.in c. constitutus.de in integ.restitu.&per Lud. Bolog.in cons.suo xliij.vbi tenent ℣ sic,sed in minore in casu credo alias esse incapacitates, quia s.ex quo pater seu mater vẽdiderunt,si filius,acquirat, videtur acquirere patri aut matri , eo maximè , quia pecunia prouenit ex patre,qui donauit in prẽmiũ emãcipationis,in qua pater succederet per consuetudinẽ nostrã, suprà in ti.*Des successions.*§.vj.vbi pater & mater succedunt filio in bonis prouenientibus ex eis,nec prodest habilitatio facta per principẽ, cùm sit facta post vẽditionẽ facta,& sic in præiudiciũ alterius proximi, quo casu nõ tenet rescriptum principis.l.ij.§.meritò.ff. ne quid in loco publico.nec potest rescriptũ principis in præiudiciũ tertij retrotrahi.Alex.cons.xxxv.in iij.vo. nec etiã capacitas superueniens prodest,quæ considerari debet tẽpore vẽditionis,vt dicit tex.nostrarũ cõsuetudinum infrà.§.v.incip.*ledict an & iour à compter.* &c.nõ autẽ illa quæ superuenit, aut superuenire põt pẽdente anno,secundũ Bar.in l.vsusfructus.in fi.ff.de stipula.seruorũ.vbi dicit,† ℣ si quis sit inhabilis tempore electionis,nõ iuuatur ex habilitate quæ superuenit antequã administret.& Feli.in c.post cessionẽ.col. j.de proba.dicit,℣ habilitas personę debet cõsiderari tẽpore quo act⁹ incipit,& personę applicat.idẽ & amplius in c.cum dilectus.de accu.vbi decidit per multa † ℣ capacitas personæ cõsiderat eo tẽpore quo dispositio sortitur effectũ, & ideo cũ tẽpore vẽditionis dictus minor nõ fuerit ęapax,nõ potuit postmodũ fieri capax ad effectum retrahẽdi,maximè in hoc casu per priuilegium principis in præiudicium tertij:aliàs hoc casu sequeretur absurdũ,& statuta debent intelligi in capace & habili,vt dicit Bal.in l.j.§.fi.ff.quod cuiusq; vniuer.nomine.& hoc casu si capacitas superueniens pendente anno repellet proximos,cõsuetudo esset in pendenti,& depẽderet à voluntate tertij, qui vellet se efficere capacẽ,quod fieri non debet:cũ statutũ debet sortiri effectu à tẽpore ordinato,nõ aut esse in pẽdẽti. ita Bar.in l.ij.ff.de in diẽ adiec. Ale.amplè in additio. ad Bar.in l.fi.ff.de regula Catoniana.Itẽ etiam capacitas superueniens nihil operatur post ius alteri quæsitũ.tex.& ibi Bar.in l.fi.§.qđ si fortè.C.de epis.& cle.& fuit statim à tẽpore vẽditionis alteri capaci ius quęsitũ, & ille tũc minor excluſus cũ nõ esset ęapax:& sic cùm semel excluſus per admissionẽ alterius in perpetuũ excluditur , licet postea sit sublatũ impedimẽtũ.l. quãdiu.l.ij.ff.de acq.hære.l.æquissimũ.ff.de bo.poss. secundũ tabu.l.Titius.ff.de testa. militis. ¶ Faciunt ad prædicta l.si filiusfa.ff.de verb.obli.l.quæ legata.ff.de regu.iur.l.si alienũ.§.in extraneis.ff.de hæredib. instit. ęa cùm in initio sit alteri ius quæsitũ.nõ poterit istud quæri de cætero.arg.l.vsusfructus.ff.de stipu.seruo.

ALia est incapacitas quæ reddit filium inhabilem ad retrahendum rem venditam per patrem,scilicet si fuerit ingratus , vt tenet G. Benedicti in sua repet.c.Rayn.in verbo,in eodem testamento relinquẽs. ij.nu.27.de testamen.

IN TEXTV IBI, Vendu.

INtellige quòd vendiderit & tradiderit,quia si venditionem fecit à qua statim discessum est,non haberet locũ ius retractus , vt dicit Io.Fab.in §.j.in princ. instit.

BIU Cujas

insti. de emptio. & vẽd. dicam. j. in §. fi. in ti. *des censes.* videtur tamẽ ꝙ per solã vẽditionẽ sit cõpleta vẽditio. insti. de empt. & vẽdit. §. j. facit l. quidã. ff. de fideicommiss. libert. ff. de in rẽ vers. l. si pro patre. §. idẽ quęrit. & l. j. §. si rem. ff. depos. quæ omnia allegat Io. Fab. in dicto loco. ¶ Quid si dederit in solutum? dic idem, vt per Philip. Decium in cons. suo clx. col. x. idem tamen Decius cõs. clxvij. tenet ꝙ in casu c. ad nostrã. de emptio. & vendi. † datio in solutũ non sit venditio, nec idẽ iudicatur de vno sicut de alio. Cogita in casib⁹ emergẽtibus ex dictis suis quid dicendu. vide text. in l. si prædium. C. de euictio. ibi, nã huiusmodi contractus vicẽ venditionis optinet. & ibi Io. Fab. qui dicit, † ꝙ sicut proximior potest de consuetudine rem venditam retrahere, ita in solutũ datam. arg. l. eleganter. in prin. ff. de pign. actio. Sed cùm verba statuti seu cõsuetudinis sint strictè intelligẽda. Bart. in l. quicquid astringẽdæ. ff. de verb. obli. videretur aliud dicendũ in hac nostra consuetudine, quæ videtur esse contra dispositionem iuris, vt dixi suprà in prin. vide Lud. Bolog. in cõsi. suo xxv. qui dicit hoc esse verũ in datione in solutum voluntaria. ¶ Itẽ aduerte, † quòd si detur vna species inæstimata pro alia æstimata, dicitur venditio, ita ꝙ habet locum hæc consuetudo, vt dicit idem Bologninus in prædicto cons. col. iij. & ideo hoc casu habet locum in permutatione, vt ibidem dicit.

1 Datio in solutũ an sit venditio.

2

3 An si detur res inæstimata pro alia æstimata sit venditio.

ADDITIO. De huiusmodi materia æstimationis, quãdo faciat emptionem, vide Bal. & alios, & Ias. in l. ex cõuentione. C. de pactis. vbi facit regulam cũ quatuor limitationibus. eundẽ Bal. in l. si inter virum. C. de iure do. vide Bar. amplè, & post eum Alex. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. cõmodati. vide text. multũ notabilẽ in l. fi. ff. quibus ex causis in posse. eatur. vbi ponit quatuor casus quos assimulat emptori: & inter alios, qñ est quæstio inter aliquos de aliqua re quę est in lite, si detur vni æstimata habetur pro empta, maximè quando datur authoritate iudicis & vocata parte, quia aliàs si pars esset absens, requireret licitatio, secundum Bal. in l. ordo. C. de executio. rei iudicatæ. Et maximè habetur ꝑ empta quãdo ita datur ꝙ nõ ipsa res restituatur, sed pretiũ, vt tenet Bar. in d. l. fi vt certo. §. nunc videndũ. & ibi Alex. ff. commodati. Soci. in cons. lvij. inci. stantibus. vers. tertius casus. & in consi. ix. inci. prosequendo ordinem. vers. viij. & vers. xij. & in cons. cclxxxix. inci. difficultas non parua. in prin. in ij. vol. Aret. in cons. lxxxiiij. & idem Socin. in suis fallentiis, in regula cxlj. vers. æstimatio. Bertrãdi in cõsi. cclxij. in iij. parte. ¶ Itẽ † intellige de vera venditione, non de nulla, vt tenet Boërius in cõsue. Bituricen. tit. de consuet. feudorũ. §. xviij. per ea quæ ibi dicit in glo. quasi in fi. ¶ Quid si dimittatur penes possidentem ex causa transactionis aliquo dato vel recepto? dic ꝙ nõ est alienatio, vt dixi infrà tit. *des censes.* §. j. in gl. in verbo, *retenue.* in additione ibi posita, & ti. *des fiedz.* suprà posito. §. fi. in gl. *en alienation.*

4

ADDITIO. Vide in hoc Bertran. in cons. suo cccxxj. in j. parte. Dicit tamen Philip. Decius in consil. ccc. ꝙ prohibita alienatione prohibetur & compromissum.

5 ¶ † Quid in donatione? dic quòd si est mutua, quòd sic, quia dicitur venditio. Guido Papa singular. suo Dcccclxxviij. ibi, si duo donent sibi. & idem in donatione ob causam. idem Guido pap. q. xlviij. quoniam ex ea debetur laudemium.

QVid si detur ad reditũ annuum? vide infrà in titu. *des censes,* §. iiij. in gl. ibi, in verbo, *fur heritage,* in fi. vbi allegatur Io: Fab. in §. j. instit. de emptio. & venditione. ¶ Quid si venditio annulletur, seu declaretur nulla? Io. Fab. in l. ij. C. quando liceat ab emptione discedere, dicit quòd si declaretur nulla ex causa de præterito, quòd non debentur laudemia: secus si ex causa de futuro.

IN TEXTV IBI,

Son heritage.

Dictio suũ quomodo intelligenda.

ADuerte quia ista dictio, suũ, debet intelligi de illo qui est verus dñs, & q habet verũ dominium, cũ verba in statutis debeant capi propriè & in proprio significato, & non fictè seu improprie. l. si quis aliquid dari. C. de his q veniã ætatis impetra. vbi dicit, ꝙ verba debent intelligi naturaliter, & nõ ciuiliter. Et ideo aliàs volui dicere † ꝙ hæres beneficio inuẽtarij, si vendat rẽ hæreditariã in vim beneficij, inuẽtarij nõ vt ꝑpriã, eius ꝑximus nõ debet habere eã in vim hui⁹ retractus: quia nõ dicitur propriè dñs, sed improprie, ex quo non est simpliciter hęres, sed cum adiectione. per ea quæ dicit Franc. de Aret. & post eum Ias. in l. patris & filij. in j. not. ff. de vulg. & pupi. Et sic etiã quia non est hæres naturalis, sed ciuilis. ¶ Itẽ † in multis differt à simplici, vt nota. in l. scimus. §. & si præfatam. C. de iu. delibe. vbi Ias. ponit septem casus in quibus differt à simplici. si ergo differunt in aliquibus, non sequitur quòd vnus sit alius: cùm si sit dissimilitudo in aliquibus, & similitudo in aliquibus, ergo non est idẽtitas, cũ † nullũ simile sit idẽ. Bar. in l. quod Nerua. ff. depo. ergo si sit similitudo, ergo est improprietas, cùm vt dicit idẽ Ias. in l. de quibus. ff. de legi. † similitudo est subauditus intellectus, & ideo per impropriationem. ¶ Itẽ aliud est vnũ simplex, ahud cu qualitate, vt dicit Præpositus in c. ad id. de sponsa. vt ibi. ¶ Itẽ ex doctrina Bart. in d. l. scimus. §. & si præfata. est differentia an hæres beneficio inuẽtarij vẽdat rẽ vt hęres, an simpliciter vt propriã. ex quo videtur innuere, † ꝙ si vendat vt hæres, quòd non est propria, & ideo non videtur ꝙ sit dñs. & illam distin. Bart. sequuntur ibi omnes. ¶ Itẽ glossator Accur. in d. l. fi. §. in cõputatione. in gl. confundantur. † vocat eũ quasi hæredem, ergo nõ est ver⁹ hæres, cũ dictio, quasi, denotet improprietatẽ. l. ait prætor. §. itẽ. & ibi gl. ff. ex quib. cau. ma. & dicit etiam Bal. in d. l. fi. §. eo. † quòd hæres beneficio inuẽtarij nõ habet merũ nomẽ hæredis, sed bene habet vtilitatem & effectũ, & satis probat eo ꝙ non repellitur à vendicãdo rem propriã alienatã per defunctũ, ex eo ꝙ hæres non possit venire cõtra factum defuncti, sed ex eo ꝙ intantum cõsequitur ex bonis defuncti. & sic ex regula, ex qua persona quis sentit lucru, &c. nõ est idem esse talem, & haberi pro tali. Bar. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adult. Ias. in l. prætor ait. §. siue autem. ff. de no. ope. nun. vbi dicit, ꝙ aliud est esse dominum, aliud loco domini. alleg. l. interdum fur. §. qui tutelam. ff. de fur. l. qui fundũ. §. si tutor. ff. pro emptore. ¶ Item istud ius quod quis habet ex beneficio inuẽtarij est ius speciale apud nos, cũ à principe impetretur: vt suprà tit. *Des succeßions.* §. fi. ergo nõ ita solidum nec firmu sicut ius veri hæredis. Est tamẽ quæd. apostol. ad Bal. in impressione noua, in d. §. & si præfatam. quæ tenet ꝙ est verus dominus. & videtur pro hac opinione facere dictũ Bart. in l. debitori. in princ. C. de pact. vbi dicit, ꝙ actio quam hæres beneficio inuẽtarij habet cõtra defunctu, est extincta ipso iure, sed propter beneficium inuentarij durat effectus, &c. consului amplè in casu emergenti pendente in curia parlamenti Burgundiæ.

1

2

3 Nullum simile idẽ.

4

6 Dictio quasi.

7

EX hoc patet † quòd non habet locum ius cõgrui, seu retractus in rebus mobilibus, nisi sint affixæ domui, prout dicam infra.

8

BIU Cujas

9 Ius retractus an habeat locū in vēditione fructuū pendētium

SEd iuxta hoc † quæro, an habeat locū si vēdantur fructus pendētes? videtur ℘ sic, quia fructus pendētes inter immobilia cōputātur, cùm pars fundi esse cēsentur. l. fructus. ff. de rei vendi. Bar. in l. ij. §. prædiū. ff. de pig. idē Bar. in l. si filiusfami. sub conditione. §. cū fundū. ff. de verb. obli. Angel. in cons. cccxxxj. inc. pro cōsultatione. intātū etiā ℘ actio quæ datur ad fundū, scilicet rei vēdicatio, datur ad fructus, sed hīc dicitur de hæreditagiis, ergo idē dicēdum de fructib⁹ pēdentibus in eis. Bal. in c. j. in vlt. col. de pace tenen. dicit, ℘

10 † si fructus sint pendētes, puta si vendatur frumentū in herba, vel nondū secatū à terra, vel vinū existens in vua, tunc iudicandū est de eis ac de fundo, & inter res immobiles cōputantur. si autē sint separati à solo, licet nōdum sint de spica excussi, vel de vuis nondū sit expressum vinū, idē dicēdum est prout de mobilibus, & tunc in hoc non habet locum ius retractus.

11 Quæstio

ITē † quærit Bal. de pulchra quæstione in l. ea demū. C. de colla. stāte hac cōsuetudine ponam⁹ ℘ inter aliquos post mortē sint bona mobilia ad vnū, immobilia ad aliū, modò euenit ℘ aliqs Sēpronius emit quēdā fundū Titij, quē ꝓximior pōt retrahere, sed tñ ipso viuente Sēpronio nō retraxit, sed eo mortuo retrahit, & offert pretiū, an istud debeat iudicari mobile, an verò immobile? Bal. dicit ℘ debet iudicari mobile, per tex. in l. ij. §. id quoque. ff. de colla. bono. eo ℘ istud ius retrahēdi habet originē, & causam inter viuos, vnde consuetudo talis magis accedit contractui quàm vltimæ voluntati. nota ea quæ ibi dicit, quia quotidie in infinitis casibus euenire possunt.

An in pedagiis vendit.

ITem quæro, quid si vēdantur in pretium pedagia, guidagia, salmagia, & gabellæ, an in istis habeat locū ius retract⁹? videt⁹ ℘ sic, quia ista veniūt ratione immobiliū, vt patet ex no. per Bal. in c. ij. de feu. cogni. in vsi. feu. & in c. j. quæ sint regalia. istæ enim gabellæ solu untur ratione soli publici ex trāseuntibus. vt in c. super. de verb. sign. & in l. j. ff. de publicanis. & soluūtur pro securitate itinerū, secundum Bal. in d. c. j. quæ sint rega. vbi dicit referendo Odofr. in authē. habita. C. ne

12 filius pro patre. † quòd soluēs pedagia nō pōt capi ꝓ represaliis. facit quod dicit idē Bal. in c. j. §. conuenti-

13 cula. de pa. iur. firman. † ℘ colligēs pedagia debet tenere itinera tuta, aliàs tenet⁹ de robaria, vel exhibere malefactorem. & idem dicit ipse in c. j. in vij. co. de his qui feu. da. pos. prædicta dicit Matth. de afflict. in commen. suo super iure protomiseos, in gl. tota hæc lex. in iij. col. cuius verba hīc inserui.

ADDITIO. Vide etiam Guid. pap. q. cccxiij. & dixi suprà in ti. *des iustices.* §. iiij. gl. *indire & imposer.* versicu. adde Bal. in titulo.

14 An in venditione vsusfructus.

QVærit vlterius idem Matth. † an istud ius congrui seu retractus habeat locum, si vēdatur vsusfructus fundi. & dicit ℘ sic, quia vsusfruct⁹ pars fundi est, & consequenter est res immobilis. vt in l. iiij. ff. de vsufru. gl. in l. nō quocunq;. §. fundus. in verb. aberit. ff. de lega. j. & ff. de leg. ij. l. cum filius. §. dominus. & l. quā tuberonis. §. in peculio. ff. de pecu. & in hoc casu concurrit consanguineus cū proprietario. argu. eorū quæ dicit Guil. de Cu. in l. imperatores. ff. de pact. & facit l. fi. C. de iure emphyt. ista dicit Matt. de afflic. in dicto suo commēto super iure protomiseos, in gl. quæ incipit, tota hæc lex in iij. col.

QVid autē si vsufructuarius acquirat proprietatē, an consanguineus præferatur illi? Bal. in l. si maritus. C. de inoffi. testa. Pau. de Cast. in cōs. clxxxix. inci. videtur dicendum dictam dominam. ¶ Vide Boërium in cōsuet. Bituric. tit. de consuet. retract⁹. §. iij. & Frāc. de Crema sing. suo lviij. incip. testator legauit. ¶ Item quid si vendatur vsus, habitatio, vel vsusfructus? Alex. in cons. lij. in j parte, in fine.

15 QVæro vlteriꝰ, † aliquis habet in domo sua vnam magnā columnā affixā, vel habet statuā, & vult illā vēdere, an habeat locū ius retractus? videtur quòd sic, qa ista omnia sunt immobilia, eo quòd affixa sunt terræ. l. datio. ff. de actio. empt. l. rerum mixtura. ff. de vsuc. l. in fideicōmi. §. pe. ff. de vsuris. maximè si perpetuò ad vsum ædificij sunt deputata. vt in l. fundi. in prin. & in §. Labeo. ff. de actio. empt. ¶ Contrarium tñ videretur verius quādo sunt separatæ ab ædificio. nā tunc tanquā res mobiles dicūtur & iudicantur. per id quod not. gl. in d. l. fundi. & ideo nō habet locum ius retractus quādo separantur à domo, & venduntur separatim. ita dicit Matth. de affl. in dicto loco, in vj. col. Vide Pyrrhum in cōsuetudine Aurelian. tit. de retractu vēditionis. c. xxiiij. Vide etiam Albericum de Rosate in l. j. §. si quis de naui. ff. de vi & vi armata. vbi dicit quòd mobilia solo affixa censentur vt immobilia, ex quo dicit quòd vendita vinea videtur venditum torcular solo affixum.

16 Retractus an pro parte fieri possit.

ITem quæro, vtrum † proximior possit rē retrahere pro parte? & videretur esse dicendum quòd sic, quia cui permittitur quod plus est, à fortiori quod est minus: sed proximiori permittitur totum fundum redimere, ergo à fortiori partem: cùm etiā habeamus regulam, quòd idem iuris est de parte quo ad partem, sicut de toto quo ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei vendicatio. cum similibus.

CONtrarium tamen credo verum, quoniā emptio & venditio fuit contracta vno pretio, quia nō tenetur reuendere nisi totum reuēdat. l. quod autē. §. fi. ff. de in diē adic. Nō enim est verisimile emptorē partē vnā velle, si aliā non haberet, cùm res nō afferat tātam vtilitatem in parte respectu partis, quātam cum toto respectu toti⁹. Præterea si res posset pro parte redimi, sequeretur ℘ quis inuitus in cōmunione stare cogeretur. cōtra l. si non sortē. §. si cētum. ff. de condi. indeb. l. fi. C. commu. diui. imò non valet pactum factū in cōtrarium. l. in hoc iudicio. §. si centum. ff. commu. diui. facit etiā, quia consuetudines & statuta sunt stricti iuris, secundū Bart. in l. constitutionibus. ff. ad munici. Bar. in rep. l. Cæsar, si est Bar. in viij. q. ff. de publicanis. voluit Bal. in l. j. C. de succes. edicto. licet aliquādo statuta sint bonæfidei, quādo sunt interposita super aliqua materia quæ est bonæfidei, puta sup contractu bonę fidei illū approbando, vt voluit Bal. in c. j. de constit. qui idem dicit esse in officio iudicis. Si ergo statuta & cōsuetudines regulariter sunt stricti iuris, ista consuetudo quæ loquitur in toto, non erit in parte extendenda, cùm sit odiosa: quia cōtra ius commune, & sic restringēda. l. cum quidā filium. ff. de lib. & posthu. c. odia. de reg. iur. in vj. & ℘ res empta vno pretio non possit pro parte redimi, voluit Bart. in terminis, in l. cui vsusfructus. in fi. ff. de vsufru. lega. idem Bar. in l. si quis aliam. ff. de sol. Bal. in l. ij. C. de pact. inter empt. & vendi. appositis. & quòd res nō possit pro parte redimi, fuit pronūtiatum arrestum in parlamēto Burgundiæ ad vtilitatem greffarij, cōtra Ioannem Mongin. ¶ Vide Boërium in consuetu. Bituricen. ti. de consuetudine retractus. §. vlti. in fine, & post eundem Boërium vide Ioan. Sanxon. in consuetud. Turon. tit. *des retraicts.* artic. xxij. fol. xcix. & Pyrrhum in consuet. Aurelian. ti. de retrahendis venditionibus. capite xxx. vbi est consuetudo talis quòd retractus non pro parte, sed insolidum fit.

In tex

IN TEXTV IBI,

Ancien.

1 Antiquũ hæreditagium quid dicatur.

QVæro, † quid dicatur antiquum hæreditagium? dic ꝙ dicitur illud quod est acquisitũ ab aliquo ex anteceſſoribus noſtris: ſicut dicitur feudum antiquum eſſe, quod eſt acquiſitum ab aliquo ex anteceſſoribus. Ita tenẽt & dicunt omnes, maximè Bal. Alua. Præpoſitus, & Iaſ. in proœmio feudorũ, in ſexta diuiſione feudorũ. Et quomodo iſtud poſſit probari, vide Philip. Decium in conſ. ſuo lxxxviij. in j. & ij. col. vbi notabiliter. ¶ Si in ſtatuto eſſet verbum patrimoniale, non comprehenderetur acquiſitum à patruo, vel aliis tranſuerſalibus. vt tenet Philip. Decius in conſi. cclxxv. in vlt. co. Et quid dicatur antiquum, dixi ſuprà in tit. *Des droicts & appartenances à gens mariez.* §. vj. in gl. *anciens.*

ITẽ quæro, pater aliquis & eius vxor conſtãte eorũ matrimonio acquirũt aliquã domũ, moritur pater relictis pluribus filiis & filiabus, & maximè relicta quadã filia maritata, quæ fuit dotata viuẽte pre & matre, & renuntiatis bonis paternis, & maternis, relicta etiã eius vxore quæ tanquã tutrix, vendidit dictã domũ ſic acquiſitã: nũc quia iſta domus fuit vẽdita nomine dictæ vxoris & ſuorũ filiorũ, ius eſt acquiſitum in illa domo ꝑ dimidia parte, vult nũc altera filia quæ renuntiauit bonis paternis, retrahere dictã domũ, an poſſit illã retrahere pro dimidia parte tãtùm, an verò in totũ? Iſta quæſtio eſt in facto, & quo ad mediã partem non eſt dubium ꝙ illud dicitur antiquum hæreditagium quo ad filios. ex quo ergo nomine illorum fuit vendita, nõ eſt dubium quòd pro illa media parte retrahere potuit tãquã proxima, & proximior, quo ad totam domum ex quo cõmodè diuidi non poſſet, videtur adhuc quòd competat ius retractus. cogita ex his quæ dicit Pet. de Anch. in conſ. ſuo clx.

Quæſtio.

SEd quæro, aliquis cõſanguineus meus proximior, emit à me quoddam antiquum hæreditagium, nõ eſt dubiũ ꝙ eſt acquiſitũ: quia eſt cõtractus emptionis fact⁹ in vita prædeceſſoris, imò vxor haberet dimidiã partem, ſi eſſet acquiſitum cõſtante matrimonio: vult poſtmodũ talis cõſanguineus vẽdere alicui extraneo, an vnus de conſanguineis habeat in illo hæreditagio ius retractus? videretur vt dictũ eſt ꝙ nõ, quia dicitur eſſe nouum acquiſitum factum per illum conſanguineum qui vendit. ¶ Tu dic ꝙ etiam ſi trãſiret per mille manus, ꝙ ſemper cõſanguineus ſi veniret intra annũ, debet habere ius retractus: & poteſt vendicare ab vltimo emptore. Nam bene verum eſt, ꝙ ſi ille cõſanguineus qui emit ab anteceſſore tenuiſſet in manib⁹ ſuis, ex quo erat proximior, non potuiſſet ab eo vẽdicari. Sed ex quo iterũ vẽdidit extraneo, poterit alius cõſanguineus virtute iuris retractus redimere, etiam ſi per mille manus trãſiret. argu. gl. in l. ij. C. de reſcin. ven. & in l. minor. in prin. ff. de euic. & in l. in cauſæ. in fi. ff. de mino. per quas. ita tenet Ludo. Bolog. in conſi. ſuo xxv. in iiij. col. ¶ Vide Boërium in conſuet. Bituri. tit. de conſuet. retractus. §. j. in gl. ij.

Nota.

ITem etiã aduerte. quòd ſi quis vẽdiderit hæreditagium antiquũ cũ pacto de retrouẽdendo, & vigore dicti pacti illud recuperauerit, ſi poſt recuperationẽ ſic factã iterũ vendiderit, agnat⁹ in hac ſecunda vẽditione habebit ius retractus, cũ res recuperata virtute dicti pacti qñ eſt neceſſaria rei vẽdicatio, dicitur eadẽ res, & retinet priorẽ naturã. dixi ſ̃. in §. xxv. in ci. *la femme ne participe point aux heritages.* in ti. *des droicts & appartenãces à gens mariez.* & tenet Philippus Decius per plura in conſi. ſuo lxxxviij. ¶ Sed quid ſi recuperauerit filius per reſciſſionem, eo quòd fuerat pater deceptus vltra dimidiam iuſti pretij, & hoc poſt annum à tempore venditionis, an ſit iterum antiquum hæreditagium? cõſului in caſu emergenti, & tenui quòd non, eo quòd poſt primam venditionem ex quo fuit annus elapſus, exiit extra familiam, ita quòd ſemel extinctum eſt ius retractus quo ad illos de illa agnatione, & maximè hoc caſu: cùm ſi recuperetur per hæredem, eo quòd deceptus vltra dimidiam non eſt neceſſaria rei vendicatio, ſed voluntaria, ex quo erat in facultate emptoris ſupplere verum valorem, & non reſtituere hæreditagium. tex. gl. & docto. in l. ij. C. de reſcindenda vend. amplè dixi & conſului in caſu emergenti conſi. incip. ex proceſſu moto, &c.

IN TEXTV IBI,

Le plus prochain.

SEd quid † ſi ſint plures ꝓximiores, q ſint in eodẽ gradu, & velint retrahere oẽs rem indiuiſibilem, puta camerã vnã quę eſt indiuiſibilis, quid fiendũ? dic ꝙ iſtud inter proximiores eſt ſorte dirimendum quis admittatur. arg. not. per Bar. in l. ſi duobus. C. commu nia de leg. & per Feli. in c. capitulũ ſanctæ crucis. col. xviij. de reſcriptis. & ita tenet Io. Sanxon in conſuetu. Turonen. tit. *des retraicts.* art. vij. & arti. v. 1

ET ſic iſte numerus ſingularis comprehendit pluralem, vt in ſimili dicitur de primo currẽte in bra uio, ꝙ qui primò ingreſſus fuerit caſtrum habeat tantum. Nam ſi plures ſimul ingreſſi fuerint, habebunt præmium omnes. idem ſi detur præmium occidenti hominem talem, nam ſi plures eum occidant, habebunt omnes præmium, vt habetur per G. Benedicti in ſua repet. c. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. in v. deciſi. nu. 47. 48. & 49. extrà de teſtamentis.

ADuerte quòd etiam ſi dictũ fuiſſet ſimpliciter, ꝙ conſanguineus venditoris haberet rem vẽditam iure retractus, ꝙ nihilominus adhuc intelligeretur de proximiori. per Bal. Sal. & Iaſ. in l. fi. C. de verb. ſignifi. pleniſſimè hoc diſputat Iaſ. in l. non ſolum. in prin. ff. de no. ope. nunt. aliquid per eundẽ in l. j. in fi. C. vnde vir & vxo. & in l. tranſactione, l. ij. C. de tranſac. ¶ Nũquid autem filius poſſit retrahere rem alienatam per patrẽ: quia Henric. Bohic. plenè diſputauit hãc materiam in c. conſtitutus. de in integ. reſti. non aliter inſiſto. vbi concludit quòd ſic iſtud etiam tenet Lud. Bolog. in conſi. ſuo xiiij. ¶ Sed quæro, † an ipſe homo q vendidit retrahere poſſit, ſi nullus alius veniat intra tempus debitum ad retrahendum? videtur quòd ſic, quia nullus eſt magis ꝓximus ſibi, modò cõſuetudo loquitur de proximo, ergo retrahet. argu. l. iij. de contrahen. & commit. ſtipu. ¶ Contrarium tamen eſt verius, vt l. poſt mortẽ. ff. de adopt. faciunt not. in c. noſti. de elect. & l. j. C. ne fiſcus rem quam vendid. li. x. & l. ratas. C. de reſcin. vendi. & l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. ij. & l. ſi mandauero. ff. mandat. & ita tenet Rayn. de Marliano in ſuo tract. de retractu. ¶ Item aduerte, † quòd ſi cum antiquo hæreditagio in vna venditione ſint mobilia & acquiſita, omnia veniũt in retractu per conſuetudinem Aurelianen. & quid de iure, vide Pyrrhum in conſuetu. Aurelian. ti. de retractu vendi. c. xxiiij. dixi in gl. præced. ¶ Item ſi filius vendiderit rem patris, & ei ſuccedat, an poſſit retrahere. vide Boërium in loco hîc antè alleg. titu. de conſuet. retrac. §. iij. in fi. gl. 2 *An ipſemet vẽdẽs retrahere poſſit rem venditam.* 3

SEd pone ꝙ † ſunt duo fratres, quorũ vnus eſt maior natu, alter minor, & ſimul volunt habere ius retractus: dicit tñ maior natu, ego debeo habere, quia ex 4

BIU Cujas

quo sum maior natu, sum præferendus. Io. Fab. in §. si plures sunt gradus. insti. de leg. agna. succes. soluit dubia quæ in proprietate gradus solui possunt, & dicit fratres consanguinei simul admittuntur, sed ex vtroque latere præfertur his qui sunt ex vno latere tantũ. vide eundem ibi qui dicit, quòd primò admittuntur illi, ex parte quorum deuenerunt bona vendita. quod dicetur infrà, vbi de hoc est cõsuetudo, & hîc. ¶ Quãdo proximiores sunt pares, quis eorũ præferatur, vide Alex. cons. xxvij. in iij. dubio. in vj. vol. vbi dicit, ꝙ si vnus est magis coniunctus seu proximior, ille præfertur, si verò sunt pares, sed vnus sit coniunctus & consors, præfertur, aliàs pariter admittuntur, nisi vnus præoccupasset litem contestando, quia tunc melior est conditio sua, & præfertur cæteris. Paul. de Castr. in cons. cccxxxiij. incipi. In Christi nomine, in hoc passu duo sunt. & mouetur, † quia tale ius redimendi rem alienatam est indiuiduũ. no. Bar. in l. cũ vsusfructus. ff. de vsufr. lega. & per consequẽs acquiritur cuilibet insolidũ. l. ij. ff. de verb. obl. & per consequẽs debet esse locus præoccupationi per litis contestationẽ. l. si pluribus. ff. de leg. j. l. ex duobus. la ij. ff. de duobus reis.

5 *Ius retractus est indiuiduum.*

6 *An bastardus habeat ius retractus.*

SEd quæro † an bastardi veniãt ad ius retract⁹ virtute huius statuti? dic ꝙ non: quia bastardi nõ habent iura sanguinis, secundum Bar. in l. fi. C. de verbo. signifi. nec possunt dici agnati vel cognati. l. spuri⁹. ff. vnde cognati. nec appellatiõe cõiunctorũ veniunt bastardi, secundũ Io. And. & Inn. in c. nulli. de rescriptis. nec arma domus possunt portare, secundũ Bal. in l. generaliter. C. de insti. & substi. dixi s̃. titu. *Des successions des bastards. §. Le bastard ou bastarde*, in j. gl. Matt. de affi. tamen in commento constitutionis super iure prothomiseos in j. §. in penul. col. limitat hoc duobus modis.

PRimò nisi sint legitimati, quoniã legitimatio tollit oẽm maculã, & oẽm defenctũ. §. si quis verò filios. in auth. quib. mod. naturales efficiũtur legitimi. & in §. si quis verò. in d. auth. colla. vj. dixi plenè s̃. in tit. *Des successions des bastards*, in §. iij. cuius initium est, *Le bastard ou bastarde*, in fine. Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu.

SEcundò limitat, nisi aliàs se haberet cõmunis vsus loquẽdi, qui in regione versetur, ꝙ bastardi portãt arma dom⁹, & cognominãtur cognomine dom⁹ suorum parẽtũ, seu vocãt de casata. puta † in regno Frãciæ bastardi gloriãtur in hoc, ꝙ vocẽtur bastardi talis domus, & portãt arma dom⁹. vnde dicit ꝙ apud Tuscos bastardi sunt de domo, & hoc est, vt dicit, quia cõmunis vsus loquendi præfertur propriæ significationi. l. cùm de lanionis. §. asinã. ff. de fundo instructo instrumentóque leg. l. librorum. §. quod tamẽ Cassius. ff. de leg. iij. non credo quòd secundùm hanc limitationem obtineret bastardus ius retractus in iudicando. Cogita quid fiendum, si casus eueniret.

7 *Bastardi in Francia sunt de familia.*

PLenè de hac quæstione per Philippum Decium in consi. suo cclxxv. in iiij. & v. col. vbi tenet quòd nõ. Et eius opinionem credo veriorem, quã tenerem in iudicando, etiam in legitimatis. ¶ Quòd bastardi in Francia sint de domo & familia, & ꝙ cognominentur sub cognomine domus, tenet Gui. pa. deci. cccccclxxx. Aduerte quia Boërius in suis consuet. Bituricen. ti. de consuet. retractus. §. j. in glo. fi. videtur tenere quòd etiam naturalis admittatur ad istud ius, & etiam adoptiuus, intellige de naturali, nisi sit feudum, vt tenet Io. Sanxon. in consuet. Turon. tit. *des retraicts*. §. j.

8 *An legitimi nati ex bastardis.*

SEd quid † de legitimis & naturalib⁹ natis ex parẽtibus bastardis, an habeant ius retractus tanquam cõsanguinei? dic ꝙ nõ, quia nulla cõsequentia dicitur legitima ex causa corrupta siue ex illegitimo nascẽdi principio, vt in l. fi. C. de natu rali. libe. Et ita tenet per plura Matt. de affl. in loco hîc antè allegato, in xij. col. faciunt quæ dixi in tit. de feudis, suprà §. v. inci. *En choses feodales*. in j. gl. quando dixi, an sicut fœmina excluditur à successione feudi, ita eius filij masculi debeant excludi. Et ibi concluſi quòd sic.

9 SEd quæro, † sunt plures venientes per ordinẽ, primus non vult redimere rem venditam, quid fiendum sit per alium? Cyn. in l. manifestissimi. C. de fur. dicit quòd vltimus debet instare, vt præcedens vtatur iure suo, & petere à iudice vt præfigatur sibi tẽpus ad vtendũ iure suo, intra quod si non vsus fuerit primus, poterit secundus redimere rem venditam iure retractus. arg. l. pe. ff. de cura. bonis dãdo. ita dicit Alber. de Rosa. in j. pag. suorum statutorum quæst. sua xc. Istud tamen non videtur mihi tutum, vt dicam ꝯ. in §. sequen. Vide Io. Sanxon. in consuet. Turon. titu. *Des retraicts*. art. v. in gl. ibi, oritur & alia quæstio.

10 NEc potest † primus facere per pactũ cum emptore quòd non retraher: & si fecerit tale pactũ non nocet secundo in gradu. ita tenet Cy. ibi. ita etiã tenet Matt. de affl. in dicto suo commento, in §. j. in x. col. vbi ad plenum. nam si vnus ex parentibus nolit vti tali iure, accrescit volentibus vti. arg. l. si ex pluribus. ff. de legi. hære. & l. pen. C. quando non petentium partes. ita dicit Matthæus in loco hîc antè allegato.

11 *Quæstio*

SEd quæro, † proximus quidã in priori loco accepit ab emptore ne retraheret, viginti francos, vel quid aliud, secundus vidẽs ꝙ proximus non retrahit, vult retrahere, an teneat̃ soluere emptori illos viginti frãcos datos proximiori ne retraheret? videtur ꝙ sic, quia ex quo retinuit rem venditam, & pro illo iure soluerit dictam summã, videtur ꝙ debeat recuperare ab alio retrahente. argumento text. in l. emptor. ff. de rei vendicatio. & l. cum autẽ. §. Iulianus. & §. fi. cum l. seq. ff. de ædil. edict. ¶ Teneo contrarium, quia ex quo habemus cõsuetudinem nostram infrà, ꝙ proximus non potest cedere alicui ius retractus in præiudicium remotioris in totum, sic nec in parte, cùm idem sit de toto quo ad totum, sicut de parte quo ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendica.

CAutius ageret si retraheretur à primo emptore, & iterum eidem venderet, sed esset fraus, cui est obniandum, & si fieret statim venditio, præsumeretur fraudulenta ex breuitate tẽporis. Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui ope. nunt. & dixi suprà in titu. *des droicts & appartenances à gens mariez*. §. iij. in gl. *des heritages*. Vide Boërium in dictis consuet. tit. de consuet. retractus. §. iiij.

12 SEd quæro, † an agnatione proximioris excludatur ille qui erat proximior tempore contractus initi, hoc est tempore venditionis factæ, qui tamen nondũ petierat ius retractus? videtur ꝙ sic, quia huic proximiori nondum erat ius quæsitum, cùm nondum cœperat agere. §. quòd si facto testamento. insti. tu. de legit. agnato. successio. ¶ † Et ideo si nascatur aliquis proximior ipsi venditori qui ante eius natiuitatẽ habet alium proximiorem, quæritur quis istorum præferatur? videtur quòd ille qui erat proximior eo tempore quo ius retrahẽdi defertur. l. j. §. proximus. ff. vnde cognati. facit pro hac parte, l. si filius familias. ff. de verb. oblig. dixi suprà in hoc eod. §. in glo. *L'homme ou femme*. versic. Item quæro de quæstione. Et adde quæ notantur xvij. q. j. in principio, maximè si post mortẽ venditoris sit filius natus, quia non dicitur vnquam fuisse in patris potestate. l. j. ff. de colla. dotis. l. si pater. ff.

13

ter.ff.de suis & legi.l.fi.ff.de assigna.liberto. Quidam dicere vellẽt ꝙ neuter retrahet ꝓpter perplexitatẽ.l. si Titius.ff.de verb.obl.Alij dicerẽt ꝙ is qui prius agere cœpit.d.l.si Titius & Seius.ff.eod.l.si verò.ff.de pecu.l.quoties.C.de rei vendi.¶ Videt ꝙ imò filius, qa vix fieri pót quin esset conceptus : & ideo quo ad sui commoda habetur pro iam nato.l.qui in vtero.l.pen. ff.de statu homi. † Et etiam dicitur proximior qui in ventre est.l.j.§.si quis proximior.ff.vnde cogn. & sic haberet prædictum ius.facit l. post consanguineos.§. proximum.& l.si vino.ff.de suis & legi.& l.fi.ff.vnde cogna.etiam si proximior iam retractasset per supradicta.

14 Proximior dicitur etiã ille qui est in ventre.

SEd maius est dubiũ,si appareat filium tẽpore venditionis nondũ fuisse cõceptum.argu.l.j.§.si quis proximior.ff.vnde cog.& l.Titi⁹.ff.de suis & legi.hære.quo casu fortè venit dicendũ esse locũ præuẽtioni retractando.d.l.Titius & Seius. & l.si verò.& l.quoties.s̃.alleg.hîc tamen nihil cõcluſiuè dico, sed tantũ causa dandi materiam cæteris cogitandi. consului in casu emergenti,nihil nũc dico,& ex causa.vnum verbum dicit Boërius in consuet.Bituricen.ti.de consue. retractus.§.ij.¶Intellige scilicet dũmodo aliàs sit habilis ad succedendũ, quoniam si esset monachus, aut aliàs inhabilis ad succedendũ, non haberet ius retractus.vt dicit G.Bened.in repet.c.Raynu. in gl.& vxorem nomine Adelasiam.in prælud.nu.220.de testam.

IN TEXTV IBI,

Dont meut l'heritage.

1 Proximitas respectu cuius attendi debeat.

QVæro † an rectè sentiant qui dicunt non debere haberi respectũ in retractu quo ad proximitatẽ ad vẽditorẽ, scilicet vt intelligatur cũ loquitur de ꝓximiore, ꝙ non sit ꝓximior vẽditori, sed intelligitur de proximiore illius à quo originaliter ꝓcessit hæreditagium.verbi gratia.Titius dñs fundi Tusculani decessit relictis duobus filiis,Męuio,scilicet & Sempronio,qui sibi successerunt,& prętertim ipse Sẽpronius in dicto fundo Tusculano.Sempronius deinde decessit relictis etiam duobus filiis,scilicet Petro & Ioãne, qui Ioannes sibi successit in dicto fundo Tusculano. tandem dictus Ioãnes vendidit cuidã extraneo dictũ fundũ,ad cuius retractũ concurrunt dicti Petrus frater dicti Ioannis,& ipse Mæuius ipsorum fratrum patruus,nũquid in hoc casu debeat præferri dictus Męuius,& an sit proximior?videtur ꝙ sic.quia est proximior Titij à quo primordialiter fundus ꝓcessit, quia illius filius,& hoc videntur determinare illa verba, *Le plus prochain du lignage du costé dont meut l'heritage.* Et multum facit ratio propter quã fuit introducta hæc cõsuetudo , quia interest nostra habere res maiorum nostrorum.de qua suprà dixi in j.glo.huius §.

COntrarium tñ est verũ , scilicet quòd proximitas debet attendi,& cõsiderari ad illũ à quo mouetur fundus per venditionẽ,& sic ad venditorem,nec verba aliter sonãt,imò hæc verba solùm fuerunt apposita propter hoc, quia pót esse quæstio inter duos proximiores,ex quibus vn⁹ nõ esset ex latere , ex quo ꝓcessit fundus.verbi gratia,Ioannes de quo suprà , habet alium fratrẽ ex latere matris,quę nihil attingebat Sẽpronio & Titio, quod tñ faciebat Petrus , qui erat frater Ioãnis ex latere patris,ex quo voluit consuetudo,ꝙ in hoc præferretur ille qui erat ex latere illius à quo primordialiter descendit,& proximior tamẽ vẽditoris dũmodo esset ex latere à quo primordialiter processit fundus. ¶ Et facit,quoniã ex quo ad Ioannem peruenit , nõ amplius dicitur ex bonis Sẽpronij per aditionem (quæ semper est in Burgundia statim mortuo defuncto) nec hęreditas,vt tenet Ias.in l.cius. §.ꝙ si stipulatus.ff.si cert.petat.& in l.j.§ veteres.ff.de acquir.poss.Sed dicitur nunc esse ex bonis & in bonis Ioannis .Idẽ Ias.in l.re cõiuncti.ff. de leg.iij. vbi dicit, quòd aliud est hæreditas,& aliud sunt bona. Et ideo cùm sit de bonis ipsius Ioannis,& vendat,debet considerari proximitas illius qui vendit, habendo respectum ad lineam , ex qua dicitur antiquum hæreditagium immediatè & non mediatè , quoniam inspicimus causam immediatam.

Quæstio.

IN TEXTV IBI,

Le peut racheter.

ANista facultas transeat ad hęredes,vide Boërium in consuet. Bituricen.tit.de consuet.retractus. §. iij.Et an facultas transeat ad hæredes , vide quæ dixi infrà.§.fi.huius libri ante conclusionẽ,in gl.fi. Et hæres venditoris potest retrahere. Ioannes Sanxon.in consuet.Turon.tit.*des retraicts*.§.vj.fol.xcij.

1 Rachatus qua actiõe agat, & coram quo iudice.

QVæro qua † actione , an personali , an reali , an mixta?& hoc seruit ad videndum quis in hac materia est iudex, an iudex loci vbi res est situata , an iudex contractus , an verò iudex vbi persona à qua debet fieri retractus,habeat domicilium,& sic iudex domicilij personæ debentis facere transportum rei sibi venditæ proximo in vim huius consuetudinis. Et videtur primò quòd actione personali:quoniam vt certum est † omnes condictiones sunt personales.§.appellamus.insti.de actio. Spec.in titu.de primo & secundo decreto.§.v.versic.sed nunquid missus.sed ista actio quæ competit proximiori est condictio ex consuetudine, quia non est cautum quo genere actionis agatur , sicut declarat Ioan.Fab.in §.ex non scripto.in iij.colu.ibi,circa quartum.instit.de iure natura.gentium,& ciuili.Specul.in tit.de feu.§.fi.circa medium. Guid.pap.decisione sua cclvij.ibi , sed nónne in casu proposito.Et facit text.& ibi Bar.in l.vnica.ff.de condi.ex lege. ¶ Secundò facit, † quoniam per actiones personales petimus id quod nobis debetur,& sic agimus ad id quod nõ est nostrũ,sed nobis debitũ. Ias.in §.quædã.in iiij.col.circa finẽ.insti.de actio.cũ ergo ꝓximior agat ad id quod nõ est propter cõtractũ vẽditionis factũ cũ emptore , sed petat id qđ ibi debetur, est dicenda personalis.¶Tertiò facit,quia constat emptorẽ esse obligatũ ipsi proximiori ad rem restituendam,& licet non ex cõtractu, tamen ex quasi contractu,ex quo nascitur actio personalis mediãte obligatione. §. itẽ si inter aliquos. instit.de obl.quæ ex quasi contractu nascũtur. iuncta l.iij. §. est autem. & ibi gl. magistralis.ff.ad exhi.nec pót dici realis,cùm † actiones reales præsupponunt dominiũ, vel quasi ex parte agentis.l.in rẽ.ff.de rei vendi.quod non habet proximior,sed emptor ratione vẽditiõis,igitur,&c.& ideo non erit iudex situationis rei cùm nõ sit realis , nec etiam iudex loci vbi cõtractus fuit celebratus,eo quòd agitur ad rescissionẽ & resolutionẽ contractus : vt tenent singulariter Bald.& Paul.de Cast.in l.ij.C.vbi & apud quos restitutio in integrum peti possit.vbi dicit ꝙ primo anno quo fuit Paduæ,respondit doctori.† & ideo erit iudex loci domicilij cùm sit generalis & ordinarius.cle.j.vbi gl.in verbo , subditos de foro cõpe. Imò etiam si sit absens , poterit citari corã eo quòd est semper ordinarius. Pan.in c.fi.in xiij.col.de foro compe.ibi, secundo casu principali. Pau.de Cast.in l.fi.C. vbi in rem actio.Dicam latiùs infra.§.xj.

2 Cõdictiones omnes personales.

3

4 Actiones reales præsupponunt dominium.

5 Quod coram iudice domicilij.

SEd an proxim⁹ debeat p se facere?an verò requiratur procuratorium speciale ad petendũ huiusmodi ius ? videtur ꝙ sufficit ꝙ sit procurator tm̃ generalis,

BIU Cujas

cùm persona procuratoris personam domini repræsentet.l.ita autẽ.§.gessisse.ff.de admi.tu.dixi supra tit. *des droicts & appartenances à gens mariez.* §. v. in princ. Quidã tamẽ dicere voluerũt,ꝙ requiritur procuratorium speciale, ex quo est quæstio de paciscẽdo in genere,& de faciẽdo actus obligatorios ex parte vtriusq;: qđ fieri nõ põt sine mandato speciali.text.est in c.qui ad agendũ.§. ꝓcurator.de procu.in vj.Ias.in l.trãsigere.C.de transac.Bal.in l.mandatum.in ij.col.C.mãda. Spec. in tit.de empt.& vendi.Et si requiratur specialitas,tũc persona,res,& causa sunt exprimendę,vt dicit Bar.in l.si quis mihi bona. §.sed vtrũ.ff.de acq.hære. & in l.filiusfa.ff.de dona.& in l.j.§.inter filiũ.ff.de falsis.Ex quo etiam videtur ꝙ persona cõiuncta pro cõiuncta nõ admittetur etiam cũ cautione de rato.Ias.in in l.exigendi.C.de ꝓcu.Et in hoc casu ratificatio post annũ nihil operaretur. ex quo actus debet fieri intra annũ.per tex.in l.bonorũ.ff.rem ratã habe.l.fi.ff. quis ordo in bonorũ possessione seruetur.c.nõ solent.ij.q. vj.Alex.consi.cxxxv.in ij.vol.Bald.in l.j.in xiij.col.C. qui admitti.& ibi Bar.& Bal.in l.fi.C.ad Macedonianũ.¶Aduerte ad vnum quod dicit Bal.cons.cccl xxxv. inci.visis omnibus.in iiij.vol.& Decius in cõs.suo iij.

6 † quòd si cõsuetudo vel statutum dat specialẽ iurisdictionem, vel iudicẽ in aliquibus causis, exclusis quibuscunque aliis iudicibus, ꝙ etiam videtur exclusus habẽs iurisdictionem ordinariã & generalem:de quo vide Boërium in consuet.Bituri.tit.de iurisd.om.iudi. §.ij.in gl.fi.quasi in fi.Ex quo videtur dicendũ,ꝙ apud nos in causis cõcernẽtibus sigillũ cãcellariæ balliuus sit exclusus, quod non est verum, per l.iij.ff.de offic. præsid.& in his cùm sint pares, est locus præuẽtioni. Et cùm iurisdictio cancellariæ videatur esse quædam iurisdictio delegata ad causas concernentes sigillum, potest conueniri per ordinarium,per tex.secundũ cõmunem intellectum,& ibi Pano.& Card.Alex.in c.vt debitus honor.de appellatio.vide Aret.in c.cæterum. col.iij.de iudiciis.faciunt ad prædicta quæ dicit Paris de puteo in trac.de syndicatu,in litera A,in verbo,arbitrium.fol.xxij.Nota quòd ita aliàs allegaui in proposito,& faciunt ad prædicta contra iudicẽ cancellariæ quę dicit Boërius in consuet.Bituric.tit.de iurisd. om.iud.§.v.in gl.licet de consuetudine.

IN TEXTV IBI,
Dedans l'an & iour.

Terminus hic à iure inductus.

DOminus meus Ias.in l.ij.in xxix.colum.C.de iure emphyt.dicit hunc terminum vnius anni esse inductum à iure.per tex.in c.si Titius. si de feudo fuerit cõtrouersia.per quem dicit Bal.notandũ esse & tenẽdũ menti,pro agnatis proximioribus,seu pro consortibus,qui habẽt ex dispositione iuris,legis,vel ex forma statuti potestatẽ reuocãdi alienata per alios agnatos vel consortes, quia perdũt ius suũ, nisi illud intra annũ cõsequantur, cùm alioquin silentio contractus confirmetur. Faciunt quæ dicit idem Ias.in l. prætor. §.si aliquando.in iiij.col.ff.de noui oper.nunt.& ideo dicit Bald.in d.§.& refert Ias.in dictis locis,ꝙ oportet parẽtes esse sagaces & bene aduisatos,ne patiãtur labi tempus anni.Philippus Decius in cons.suo cclxxv. in fi.idem Ias.in l.petẽs.in iiij.col.vbi addit alios text. C.de pac.Feli.in c.quæ in ecclesiarũ.in xxij. colum.de

1 *Silẽtium annale.* consti. † Nam annale silentium habet vim refutationis,scientia scilicet mediante.tex.in §.porro.qualiter olim feudũ poterat alie.& in l.ij.ff.quis ordo in bon. pos.seruc.& in l.j.§.largiùs.ff.de succes.edicto.& text. in l.iiij.C.qui admit.Facit text.in d.c.si Titius.vbi est casus similis ad propositũ. & in l.j.C.de anna.excep.

ADDITIO. Aduerte, quoniam ex quo hîc assignatur certus terminus ad hoc faciendum, post terminũ videtur esse prohibitum, vt tenet Matth. de afflict.in constit.regni Siciliæ,quę incipit,pœnam eorum.in ij. not. in iij.q.in viij. requisito.in ij.li.& istud docet in pluribus.Et aduerte,quia vt dicit idem Matth.in constit.regni Siciliæ,quæ incipit,prędecessorum.in iij.li. dicit,quòd hic terminus vnius anni constituitur à iure in multis casibus. ¶ Et quiadicitur scientia,videndum est an istud tempus currat à die scientiæ tantùm, an à die contractus.Dicam infrà in §.v.incip. *ledict an & iour est à compter.*

SEd quæro,quidam cõsanguineus habens facultatẽ redimendi, vltima die comparet, & præsentat pecunias emptori, qui quidem emptor recusauit recipere, an poterit facere citare de nocte corã iudice ad recipiendum dictas pecunias,& ad faciendum eidem transportũ in vim iuris retractus ? retractãt omnes in l.non minorem.C.de transa.qui actus fieri possint de nocte.Quantũ ad hunc casum licet videatur ꝙ citatio de nocte fieri non possit regulariter,vt not.in d.l.non minorem:credo tamen ꝙ hoc casu fieri possit.nã licet citatio die feriata fieri nõ possit.l.more.ff.de iurisd.om. iudi.tamẽ hoc fallit quando res esset tempore peritura.l.j.& ij.cum ibi no.ff.de fer.Faciunt notata in c.cõsuluit.de offi.deleg.& in simili tenuit Salic.in d.l.non minorem.in solutione quæ debet fieri circa diẽ, quia potest offerri pecunia de nocte,& operabitur illa oblatio interruptionem præscriptionis statutariæ, aut ex pacto.† Et facit,quia quando periculum est in mo-

2 *Propter periculũ,à regulis iuris cõmunis recedi-tur.* ra,receditur à regulis iuris communis,vt per plura tenet Ias.in l.de pupillo.§.si quis riuos.ff.de noui oper. nunt.& in l.si priusquam.in vlti.col.ff.cod.tit.faciunt quæ dicit Felin.in c.ex parte.in iij.col.& in fi.de offic. deleg.Faciunt quæ dicit idem Ias.in l.ij. in v.col.ff.de iurisd.om.iud.

SEd quęro,aliquis vendit aliquam rem extraneo,& lapsum est tempus redimẽdi, post tempus lapsum emptor vocauit proximum vt veniret ad redimendũ: nunquid possit postmodum ei opponere quòd tẽpus redimendi est lapsum?Barth.Veronen.in cautelis suis cautela sua lxxxviij. quæ incipit, si petens se mitti.dicit quòd non.& refert Ias.in l.de pupillo. §.seruo.in j. col.ff.de noui ope.nunt. qui dicit quòd istud est verum & notatu dignum.

SEd an istud tempus currat minori? vide Guid.pa.q. sua cclvij.ibi,sed an illud tẽpus.Dicit tamen Alex. in cons.suo xxiiij.in fi.in iiij.vol. † quòd tale tempus, *Tempus hoc an currat minori* à statuto vel lege municipali præfixum, non potest consensu partium prorogari. quod not. ¶ Istud idem tenet Io.Sanxon in consuet.Turon.titu. *Des retraicts.* art.j.vbi prædicta alleg.Et quomodo currat istud tempus,vide Boërium.in loco hic antè alleg.tit.de consu. retractus.§.j.

ITem aduerte ꝙ ex quo est præscriptio annalis, quæ est inducta à statuto seu consuetudine,quòd nisi in hoc casu proximus retrahere volens cõtestatus fuerit litem,sed solùm aut extraiudicialiter interpellauerit, aut etiam conuenerit emptorem, & non prosecutus fuerit,& steterit absq; alia prosecutione per annum, quòd hæc præscriptio annalis statutaria non erit perpetuata,sed solùm interrupta:& sic si currat aliud tãtum tempus quantum erat ab initio,absq; eo ꝙ fuerit prosecutus ius suum retractus,& exclusus erit à dicto iure per ea quæ dicit Bald.in l.sicut.in j.& ij.col.C.de præscriptio.xxx. vel xl.annorum. Bald. & Alexand.

in l.si

in l.si seruũ. §. sequitur de eo viderc.ff.de verb.oblig. vbi dicit de interpell ationc extraiudiciali,an interrũpat præscriptionem statutariam. Et vide do. meũ Ias. in §.pœnales.in xxj.& xxij.col.insti.de act.

ADDITIO.Vide Mat.de affli.in constitu. regni Siciliæ,quæ incipit,minorum iura.in j.not. & etiam de quæstione præcedenti vide Bar.& Sali. in d.l. sicut in rem.vbi est materia.& ita dixi pluries in contingentia facti de multis qui intentauerãt ius retractus,& ante litem contestatã dimiserant prosequutionem per annum integrum,quòd ius eorum retractus amiserunt. Ex quibus semel dixi,quòd cùm quidam interpellasset emptorem hæreditagij antiqui, & pecunias præsentasset, & consignasset in manibus notarij recipiẽtis instrumentum de interpellatione & cõsignatione, ex quo non fuerat prosecutus ius suum nisi post tres aut quatuor annos à tempore interpellationis, quòd nõ debebat audiri. Et aduerte etiam,quia vt dicit Ias. 4 præceptor meus in l.fi.ff.eo per quem factum erit.† ℣ per interpellationem extraiudicialem non interrumpitur præscriptio statutaria.Et idem do.meus Ias.in d. §.pœnales.in xxij.col.

CRedo tamen ℣ si fuerit in processu, & sic habuerit actionem nouam subrogatam in locũ primæ, per vocationem emptoris in ius ℣ erit perpetuata,secundum tex.singularem in l.quòd debitori.ff.de donatio.causa mortis.de quo per do.meum Ias.in l.certi cõdictio. in fin.viij.col. ff.si cer.peta.Sed credo ℣ hoc tantùm casu esset,quando post annum elapsum cõsentiret emptor quòd consanguineus adhuc posset retrahere,quia tunc facta postmodum oblatione intra illum secundum annum illa actio esset perpetuata.

Casus. FVi interrogatus de casu sequenti. Quidã tam nomine suo q̃ fratris se fortẽ faciẽdo pro ea promittendo facere ratificari venditionẽ per eum facta,vendidit aliquod hæreditagium antiquũ pro pretio trecẽtarũ librarũ Turonen. frater verò nomine cuius in parte fuerat venditũ,ratificat dictã vẽditionẽ mediãte summa quinquaginta librarũ Turon. an cõsanguine9 retrahẽs dictũ antiquũ hęreditagiũ,teneatur restituere dictã summã quinquaginta librarũ Turon.cum dictis trecentis libris?¶Credo ℣ nõ,nã non est dubium ℣ primus venditor frater se fortem fecit pro fratre, & promisit facere ratificari contractũ vẽditionis per iuramentũ per eum prẽstitũ,ex quo tenet præcise.gl.est in l.si pecuniã.§.si seruum.in verbo,necesse.ff.de cõdi. causa data.de qua per do.meum Ias.§.item si quis postulãte.col.ij.insti. de actio. Et ideo ex quo iurauit tenetur præcisè ratificari facere. si ergo frater ratificaue rit etiam licet q̃d vltrà habuerit, est in cõsideratione. Item etiã ex quo vẽditio fuit facta per fratrẽ nomine fratris,& sequuta est ratificatio,retrotrahitur & maximè ratihabitio negotiorum ad illud tẽpus reducit seu refertur in quo contracta sunt.l.donationes.C.de dona.inter virum & vxorẽ.facit regula ratihabitionẽ.de reg.iur.in vj.vide infrà hoc eod. titu.§.v. ¶De hac dictiõe infrà,an sit exclusiua vel inclusiua,vide in c. j. de clericis coniuga. & in ca.pia.de exceptio.& quę notãtur & dicuntur per Alb.de Rosate in auth. hoc ius.C. de ,pcur.vbi ponit dictiones exclusiuas & inclusiuas.

IN TEXTV IBI,

En rendant.

ADuerte quia debet offerre, & in eius recusationem debet pretiũ consignare, & deponere in manibus iustitiæ.vt l.acceptam. vbi Cy. Ioan. Fab. Bald. Ang.& Sali.C.de vsu.& l. si rem alienam.§. fin. & ibi Bar.& Alex.in additio.ff.de pig. & l. si obsignatione. & ibi doc.C. de solu.& dicit Io. Fab.in §.ex non scripto.in ij.col.ver.circa quartũ.insti.de iure naturali.℣ quæritˉ domino & proximiori ius in re vẽdita,p oblationẽ & consignationẽ pretij.sed tu dic,℣ in hoc casu ex quo proximior vult aliquod ius cõsequi,debet offerre,consignare,& deponere.& qũo fieri debeat,vide Ias.in l.si ita quis promiserit.§.Seia cauit.in tertia parte.ff.de verb.obl. ¶Et si realiter offerat, consignet, & deponat,& immediatè recuperat,videtur renuntiasse depositioni & cõsignationi,& dicit Io.Fa.in d.l.acceptam.alle.l.debitor.ff.de vsu.& l.j.C.qui potio.in pig. habeantur.& l.si priusquam.C.de distra.pign.& dicit Ang.de Perusio in d.l.j.℣ si recuperetur pecunia quæ depositа est, est perinde ac si non fuisset cõsignata.Et aduerte quòd consuetudo loquitur per gerundium, quando dicit, *en rendant*, quòd idem est quòd reddendo, & tamen gerundium importat necessitatẽ, prout ample docto.in rub.C.de edendo. & ibi Ias.post alios &etiam importat conditionem.Bar.in l.j.in vlt.col.ff. de condi.& demon. & in l.si tu ex parte. ff. de acquir. hære.debet illud necessariò & in forma specifica adimpleri,aliàs si sit defectus in pretio,nõ habet proximus actionẽ:cùm statuta sint stricti iuris,& qui cadit à syllaba,cadit à toto.ideo caueãt retrahere volẽtes,ne deficiat in cõsignatione sortis principalis etiam in modico, quia non obseruarent formam, ex quo actus esset nullus. ¶De materia huiusmodi oblationis, plenè dixi in consilio statim allegando in gl.seq.

IN TEXTV IBI,

Le pris.

INtellige quòd illud pretium sit de pecunia vsuali, quoniam si esset declamata, oblatio & consignatio non esset valida, & etiam si pecunia esset falsa.notant doct.post.gl.in l.oẽs.in verbo,nõ habẽt.C.de hęretic. Bar. Bal.& Ale.in apostil. ad Bar. in l.elegãter. §. q reprobos.ff.de pig.actio.Io.Fab.in §.item pretium.inst. de empt. & vendit.& ibi Ange. Are. ¶De cursu verò monetæ declamatæ in Francia siue sit debilis,siue nõ, vide Io.Fab.in authen.hoc nisi debitor. C.de solutio. ¶De materia huius gl.vide Boërium in consue. septenæ Bituricen.tit.de consue.retentionis. in §.iij. in gl. fi.Et de mentione in pretio vide eundem in d.tit.§.ij. ¶Vide etiã eũdẽ Boerũ in d.tit.§.iiij.vbi dicit, ℣ quãdo pretium est certum & liquidatũ, tenetur cõsignare realiter id quod certum & liquidatũ est:si verò sit incertum, & nondum liquidatum, sufficit cõsignare, & offerre soluere residuũ quod liquidabitur,per text. multum singularẽ & peculiarẽ in hoc apud practicos Galliæ in l. statuliber rationẽ.ff.de statuliber. & istud nota,quia seruiet ibi ad multa,maximè ad illam oblationem generalem quæ communiter fit in talibus cõsignationibus,quia nihil operatur, nisi quãdo pretiũ non est certũ. & ita pluries dixi in contingentia facti.

QVæro,quid†veniat appellatione pretij?dic ℣ cõtinetur quicquid datum est, etiam si nõ sit pecunia. ff.de contrahend.emp.l. fundi partem dimidiam. & ibi Bald.qui plura ad hoc allegat.l.tenetur.§.j.ff.de action.empt.facit text.in l. debet.ff.de ædili. edicto.l. in tantũ.cum duabus legibus sequentibus.ff.de liberali causa. l. si venditor. ff. de seruis exportand. facit text.in l. si non fuerit. §. j. ff.pro socio.& in l.si ea pactione.C.de vsu,& in l.pen. ff. de hæredi. vel action. vendita.tamen hîc non continetur datum proxenetę, ex quo datur non ex voluntate venditoris, sed emptoris.facit text.in l.ij. ff.de proxene. imò dicit Albe.

1 *Pretij appellatione quid veniat.*

BIU Cujas

de Rosa.in d.l.fundi partem. quòd preces quæ quandoque fuerunt circa venditionem sunt pars pretij.j.q.

Vulgare dictum. j.c.sunt nonnulli.& dicitur concordare illud qđ vulgariter dicitur,nulla res carior est, quàm quæ præcibus,aliàs,pretio empta est. & pro hoc l. si sterilis. §.si tibi.ff.de act.em.l. cum duobus. ff.pro soc. ¶Et ideo aliàs dixi, ꝙ pretiũ datum etiam non scriptum, vel si quid sit solutum pro vinis, quæ communiter esse solent in vẽditionibus,ꝙ debet solui & reddi, & sic offerri.vide infrà eod.tit.in gl.fi.&cõsului in casu emergenti.vide etiam Boërium in prædictis consue. titu. de consue.retentionis rerum feudalium.§.ij.

Quæstio. SEcundò quęro iuxta prędicta,multi faciunt in cõtractu vẽditionis apponere certũ pretiũ,&residuũ valoris rei etiã æstimatũ ad certã summã donant emptori.quæritꝫ quomodo cõsanguine⁹ poterit isto modo redimere:cùm† in donatione non habeat locũ ius retractus,ergo ex quo videtꝫ ꝙ vna pars rei est donata, videtꝫ ꝙ in illa parte nõ habeat locũ ius retract⁹. dicit tñ Panor.in c.fi.in iij.col.de alie. mutãd.iudicij.quòd quando pars rei venditꝫ,& pars donatꝫ,ꝙ præsumitur contractus simulatus. ¶Ex prædictis hîc antè dictis videretur ꝙ hæc clausula,& quod pl⁹ valet,dono,apposita in contractu sit pars pretij,per l.fundi partem. ff.de contrah.empt.& per dictum Albe.ibi.

3 Clausula & quod plus valet. NVnquid†autẽ hæc clausula, & quod plus valet, dono, impediat rescissionem contractus, in quo quis est deceptus vltra dimidiam iusti pretij?Bar.& alij in l.si quis cùm aliter.ff.de verb.oblig.vide Pan. in c.cùm causam.de empt.&vend.vbi dicit,ꝙ quãdo dicitur,quod plus valet dono,siue in parua, siue in magna quantitate,quòd tunc impeditur rescissio cõtractus.Et dicit etiam Alex. in consi. cxxv. incip. visis & consideratis statutis.in vij. col.in j.vol. quod etiam si sciẽter donet,impedit rescissionem cõtractus. ex quo dicit ꝙ cautela est,ꝙ in contractu apponatur ex certa scientia,sciens talem rem valere plus,donat illud pl⁹. & dicit Bal.ita dixisse in l.ij.in vij. quæst.C. de rescinden.venditione.de hac quæstione vide Bal.in commẽto constitutionis super iure protomiseos,in finalibus verbis,vbi dicit, quòd quãdo est data certa quantitas pretij,& reliqua est donata, quòd videtur ꝙ pro rata pretij recepti debeat solui.ita videtur not.gl.in l.pen. ff.de ædili.edi.& videtur in l. si quod ex Pamphila. & in l.qui solidum.§.j.ff.de leg.ij.

ADDITIO. De huiusmodi maiori valentia,in contractu venditionis an donari possit,vt propter hoc cõtractus non præsumatur illicitus.vide Bertrãdi in cõs. suo clxvij.in j.parte,quasi in fi. & dicit idem Bertrandi in consi.suo cclxxxiij.in ij.parte,ꝙ minor valẽtia etiã in excessu dupli,potest irreuocabiliter donari per minorem,& valet nisi in hoc quod appareret eum pl⁹ donare,q̃ crederet.Et etiam idem Bertrandi in consi. suo lxix. eadem parte,ij. dicit ꝙ illa maior valentia in contractu permutationis,etiã si in triplo excedat,potest donari.dicit tñ idem Bertrandi in consi. ccxxxvj. in ij.parte,quòd hæc clausula,quod plus valet,donat, facit præsumere contractum simulatum.

4 Fructus an peti possint in retractu. SEd an retrahẽs†possit petere fructus rei emptæ ab emptore?Io Fab.in §.actionum.in ij.col.ibi,Et ista faciunt secundum eum ad quæstionẽ. instit.de actio. dicit quòd non, nisi à tempore litis contestatæ, cùm fructus non veniant in actione stricti iuris nisi à tempore litis contestatæ:& condictio ex consuetudine est stricti iuris.Et hoc verum, vt fructus : sed vt interesse seu partem rei sic,saltem à tempore moræ.vide plenè Alb.de Rosate in prima parte suorum statutorum quæstione sua xcvij.Guid pap. quæstione sua cclvij.ibi,sed nónne in casu proposito. ¶Dic hoc esse verum, nisi retrahens esset in mora prosequendi, & discontinuata esset instantia ex mora & negligentia retrahentis.vt dicit Pyrrhus in consue.Aurelianen.ti.de retractu venditionis. capite xxxj.

QVia dicitur, † *En rendant le pris*, an sit necessaria consignatio.vide ex his quæ notantur in l. si à te. C.de pac. inter empto. & vendito. & in l.ij.§.fi. C.de iure emphy.vbi doct.ponũt,maximè do.meus Ias. in lxxxv.& sequenti col.quando sufficit sola oblatio ad euitãdum pœnam. ¶Faciunt ad materiã quæ notãtur per omnes in l.acceptã.C.de vsu. vbi Alex.in apostillis ad Bar.quærit,an sufficiat pecuniã offerre in sacculo.vide ad hoc Bar.in l.cùm seruus.ff. de condi. & demonstr. Alex.in consi.cij.in iij.col.in j.vol.Romanum consi.cccx.& cij.in fi.dixi aliàs & consului in casu emergẽti,qui nõdum est decisus. ¶Adde† etiã ꝙ sufficit offerre de nocte,dummodo sit vltimũ tempus,seu vltima nox anni,qui habet annũ integrũ. ita dicit Sali.in l.non minorem.C.de trãsact.& dixi plura de hac materia oblationis in cõs.meo inci.quia casus.& vide Boërium in locis hîc antè alle.tit. de cõsue. retẽtionis feudorũ. §. iij. ¶† Et aduerte etiã qa si nesciatur verũ pretiũ,sufficit offerre certas pecunias,& offerre perficere si maiori pretio reperiatur rem fuisse emptam. vide Boërium in loco hîc antè alleg.tit.de consue.retractus.§.iiij.¶Aduerte tamen quòd oblatio generalis nihil operatur, vt dixi in d. cons. & vide Iac. de sancto Georgio in l. quidam existimauerũt. in fi.ff.si cer.pet.

1 An requiratur cõsignatio pecuniæ.

6 Potest offerre noctẽ.

7

ADuerte † tamẽ ad suprà dicta,quia ex stylo & cõsuetudine pecuniæ realiter consignãtur,& deponũtur penes curiã,imò remanent penes curiã,& ita se habet cõmunis vsus,stylus,& consuetudo quę in hoc ita obseruãtur.dixi in gl.præcedẽti.sola oblatio tamẽ sufficit ad cõstituendũ quẽ in mora.Alex.in cõs.cxxx. inci.in causa strazarolorũ. in iiij.col. in iiij. vol. & debet esse prædicta oblatio realis, quia verbalis nõ prodest,vt dicit ibi.Alex.& in cõs.seq.in vlt.col.& in cõsi. xxj.inci.viso processu satis longo. in pen. col.in j. vol. Barb.in cõsi.xxxvj.in xviij.col.& seq.in 2. vol. Roma. cõsi.clxiij.in fine.& ad superius dicta vide Frã.de Aretio cõsi.lxiij.Anch.cõ.cccxxxj.&Alex.in cõsi.cvj. col. vij.versi.non obstat.& consi.xcviij.col. pen.in iij. vol.

8

SEd quæro † quale sit istud pretiũ quod debet reddi & restitui,an verò istud pretium secũdum valorem rei,an verò pretiũ quod inuenit venditor ab emptore?pone casum.Sempronius aliquis vendidit rem pro xv.vel xx.consanguineus petit illã iure retractus, & offert decẽ pro valore,dicendo esse verũ valorẽ rei, dicit emptor ego inuenio viginti, ego volo tãtum,qđ iuris? Bal.in l.ij. C. de rescinden. venditio. in lectura, dicit hunc cõsanguineum debere dare pretium quod vẽditor habuit ab emptore. sed videtur dicere cõtrarium in l.ad officiũ.C.cõmuni diuidun. do. meus Ias. in l. iij.in vij. col.ver. & propterea per hunc tex.C.de iure emphy.Dicam latius infrà in §.huius tituli.

9 Quale pretium requiratur.

ADDITIO. Vide Matth.de afflictis in constitu. regni Siciliæ, quæ incipit, subiectorum nostrorum.in iij.nota.in iij.libro.

IN TEXTV IBI,

Les fraiz raisonnables.

NAm istud est æquum,† quòd sumptus reficiat, si qui facti sunt in re empta. facit text.in l. intra vtile.§. fin. ff. de mino. Et ideo dicit Alberi.de Rosa. in d.§. fin. qui incipit, vendentibus. quòd ille textus facit,

1 Expen. in re emptæ facta ẽte reficiẽda

BIU Cujas

facit, quòd si res vendita extra agnationem possit recuperari per proximiorem agnatum ex cõsuetudine, & emptor in re empta fecit expensas vtiles & necessarias, ꝙ volens recuperare tenetur eas refundere. Ita etiam dicit in prima parte suorum statutorũ, quæstione sua xcvj. Et sicut minor repetit iure speciali contra ius commune, & refundit expensas vt in d.§.fi.sic & ille qui vult recuperare ex cõsuetudine vel statuto, recuperat contra ius cõmune. l.dudũ. C. de contrah. empt. faciũt ad prædicta l.si sine hærede.§. interposito.ver.item respondit.ff.de administr.tuto.l.penul.in prin.ff.locati. † si tamen iste emptor in fraudem volẽtis recuperare faceret nimis magnas expẽsas, & onerosas, tunc secus esset.l.si seruos.ff.de pign.actio.l.sed an vltro.§.j.ff.de neg.gest.l. in fundo.ff.de rei vendic. & in l.imperatores. ff. de in diem adiectione. Et ideo dicit Albericus in dicto loco, ꝙ putat cautum & vtile volenti recuperare, si denuntiet emptori ꝙ nullas faciat expensas, quoniã eas recuperare intẽdit.arg.eorũ quæ ipse notauit in l.si fundi. C.de rei ven. ¶Vide etiã ad prædicta Ioan.de Platea in l.excellentia.C.de eroga.milita.anno.lib.xij.vbi dicit, † ꝙ tales expensæ qñ sunt magnæ, debent probari per scripturam, vel alio legitimo modo, per illũ tex. secus autem si sint paruę, quia statur iuramento, secundum Bar.in l.j.§. officio. ff.de tutel. & ratio. distrahendis. ¶Et quomodo probẽtur expensæ per iuramentum, vide do.meum Iaſ.in l.fi.§.in cõputatiõe.in ij.col.C.de iure delibe.& in repeti.l.admonẽdi.in xlviij.col.ff. de iureiur. Alexan.in cõſ.xlv.in ij.co.in j. vol. † Si autẽ interuenerit mediator seu proxeneta, cui emptor aliquid dederit, non tenetur soluere ꝓximus.per tex.in l.debet.ff. ædil.edic. & l.ij.ff.de proxenetis. Ang. Aret.in §.in duplũ. in pe. col.insti.de actio.& in l.j.§.videamus.ff.devsu.vbi ponit materiam quãdo teneatur proximus ad expensas. ¶Et nũquid ille à quo res vẽdicatur, teneatur fructus restituere: vide Guid.pa. decisione cclvj.in ij.col. ¶Vide quæ dixi suprà tit. *Des rentes uendues à reachept.* §.j. ibi, secundũ est in additione. ¶† Quid de expensa quæ fit ex communi vsu patriæ, quæ fit in bibendo, vt sunt vina quę soluuntur per emptorẽ, an proximus teneatur soluere. Nam apud eos licet nihil dicatur, nec sit aliquid scriptũ in cõsuetudinibus nostris, tñ cõmuniter solent emptores, & vẽditores aliquarũ rerũ semp apponere vina, & solent emptores soluere talia vina. Et ideo cùm cõtractus simpliciter factus intelligatur secundum cõsuetudinem, licet vina non sint apposita in instrumento, tamen quia de cõsuetudine solui solẽt p emptorẽ, tenetur consanguineus retrahere volẽs illa soluere. arg. nota. per Bar. in l. nemo est qui nesciat. ff.de duobus reis. vbi dicit quòd contractus simpliciter celebratus, intelligitur secundum cõsuetudinem. faciũt infinita allegata per do.meum Iaſ.in l. certi cõditio.§.si nummos.col.iij.ff.si certum peta. Barba. in consi.suo lxvj.col.iij. & in c.cùm M. Ferrarien. in xvj. charta, col.lxj.de constitu.& ibi Feli.in iij. col.& in c. ex literis.col. vij. de fide instrumen. Et ideo licet pretium tale non sit in instrumento, debet tamen solui: quia plus valet quod agitur &c.l.j. C.pl⁹ valere quod agitur. ¶Idem etiam si sit aliud pretium re vera, quod non est positum in instrumento. Sali.in l.fin.& ibi do. meus Iaſ. C.de iure emphyt. consului in casu emergẽti. ¶Dic etiam ꝙ aggeres & fossata sunt impensæ necessariæ. Ioan. Sanxon in consue. Turon. tit. *Des droicts de retraict*, artic. xiiij.

ITem quæro an parens proximus qui petit rem vẽditã ab emptore sibi restitui iure retract⁹, † debeat soluere instrumentũ emptiõis. Albe. de Rosa. in l. dissolutæ. C. de condi. ex lege, dicit ꝙ expẽsę instrumentorum & chartarum spectant ad ipsum, & de iure emptor tenetur soluere instrumentum emptionis, quia istud instrumentum ad prohibitionem iurium suorũ stare debet penes ipsum emptorem. vt in c. j. de probatio. ex quo videtur ꝙ retrahẽs non tenetur illas soluere, eo ꝙ ad ipsum emptorẽ spectãt. Faciunt ad prædicta quæ dicit Bartho. Veronen. in tractatu de simulatione contractuum, in sexta præsumptione.

TAmen aduerte, quia ex quo hîc de consuetudine nostra tenetur facere cessionem seu transportum de iure suo acquisito per emptionem: & cedẽdo seu transportando tradit literas emptionis, tenetur coniunctus soluere illas chartas seu instrumentum. ¶Et aduerte quòd retrahens tenetur soluere, & ab eo petendæ sunt, & non à venditore. facit tex. in l. Titius. *La premiere*. ff. de actio. empt. vbi loquitur in euincẽte. vide Pyrrhum in consue. Aurelianen. tit. de feudis, c. v. vide pariter Boërium in consue. Biturice tit. de cõs. feudorum, & census. §. iij. & dixi infrà in tit. sequen. §. j. in gl. longa. in additione ibi posita. & in tit. de consue. retractus. §. quarto. vbi ponit quas expensas & sumptus possit repetere. & vide ibi quid in datis proxenetæ, seu mediatori.

§. SECVNDO.

SI vn autre du lignage dont procede ledict heritage vendu, & qui ne soit point le plus prochain au reachepteur, & veut reachepter ledict heritage vendu dedans l'an & le iour, le plus prochain dudict lignage le peut retraire & reachepter de luy, ou de l'achepteur, dedans le premier an & iour.

ISta consuetudo est quasi generalis in tota Gallia. videtur tamen in aliquibus contrariari cõsuetudo Niuernen. & multæ aliæ consuetudines, cùm dicunt ꝙ in venditione facta vni ex consanguineis etiam in vlteriori gradu non est locus iuri retractus.

COncludit Io. Fab. in §. si plures. insti. de leg. agnato. successio. † quòd proximior semper præfertur. potest etiam tamen remotior retrahere si primus non retrahat, & potest remotior interpellare proximiorẽ vt retrahat, vel declaret animum suum, an velit retrahere: qui si recusauerit, sequens non habet annum integrum computandum à repudiatione, sed residuũ anni. argumento l.fi. C. qui admit. ne in infinitũ tempus extendatur. l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. ij. l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infect. & l. fi. C. de sacrosan. eccles. cum similibus. Vide quæ in hoc dicit Gul. Bened. in sua repe. c. Ray. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. in prælud. nu. 156. & in v. decis. num. 45. vbi dicit quòd in consuetudine Parisiensi præfertur qui primò citari fecit. ¶ De materia huius §. & quando sunt in eodem gradu, quis præferatur: vide Boërium in consue. prædictis, titul. de consue. retractus. §. ij. vbi amplè ponit quis dicatur proximior, & quomodo remotior potest interpellare proximiorem. dixi suprà §. primo huius tit. in glos. *Le plus prochain*. Et an remotior post repudiationem proximioris, habeat tantum residuum temporis, vel integrum annum. ¶ Et aduerte ad ea quæ ibi dicit idem Boërius, quòd dictum Ioan. Fab. debet intelligi quando

fratres

4 *Proxenetæ data nõ repetũtur.*

5 *Expen. in soluẽdo vinum.*

6 *An instrumentũ emptionis.*

1 *Proximiore recusante retrahere, locus est remotiori.*

BIU Cujas

fratres simul veniunt, secus si vni primò fuisset deliberata, quia tunc alij non admitterentur.

ADuerte tamen quod ista interpellatio non videtur esse alicuius effectus: quia ex quo proximiori datur annus ad retrahendum, per beneficium quod à cõsuetudine vim legis habente sibi datur, non est illi auferendũ. regula iuris, indultum. de reg. iu. in vj. nec credo quòd talis terminus possit per iudicem abbreuiari, nec eidem possit per iudicem præfigi minus tẽpus: quia hoc casu inferior tolleret legem superioris. & quicquid dicant alij, ego semper fui in hac opinione. sed in hoc ꝓuideat sibi remotior quòd offerat ante annum non expectata oblatione proximioris. & hoc casu anno elapso si proximior non superueniat, ius est acquisitum remotiori qui obtulit.

Quæstio. SEd pone quòd vnus consanguineus vult retrahere, puta remotior, & citare facit emptorem ad recipiendum pretium, offert pecunias, cõsignat & deponit, prout solitũ est ante annum, oritur quæstio inter eos, eo quòd ille qui emit, allegat ꝙ non emit: interim labitur tempus vniꝰ anni, an istud tempus currat isti consanguineo? Bal. Sali. & Pau. de Cast. in l. contra maiores. C. de inoff. testa. ex notatis per eos videntur ibi tenere ꝙ nõ, eo ꝙ non habet scientiam certam & firmã ante exitũ cõtrouersiæ. & Bal. ibi in specie q̃rit de hac quæstione quam decidit. vide eum. Vide etiam Guid. pap. q. sua cclvij. in prin. ¶Vide Boërium in cõsue. Bituric. tit de consue. retractus. §. primo, in gl. j. & §. tertiò. in glos. magna. vbi dicit quòd proximior agnatus qui recepit venditionem pro se & alio agnato remotiori, præiudicat sibi in iure prioritatis retractꝰ.

Quæstio. ¶Sed iterum quæro, an si Semproniꝰ emerit antiquũ hæreditagium à Mæuio, & possederit per sex menses, & postmodum eidem Sempronio moueatur quæstio per Titium, super ꝓprietate aut possessione dicti fundi, ita quòd necesse fuerit fecisse expẽsas: an si cõsanguineus velit retrahere, teneatur ad tales expẽsas? Ioã. Sãxon in consuetu. Turonen. *Des retraicts.* artic. v. fol. xcij. mouet hanc quæstionem, vbi tenet quòd sic.

§. TERTIO.

SI l'heritage est vendu à vn du lignage, qui ne soit du costé dont il est mouuant, ou que ce soit vendu à l'vn du lignage, & du costé mesme dõt il est parti, s'il y a plus prochain parent que l'achepteur, & du costé dont est mouuant ledict heritage, il le peut reachepter dedans ledict premier an & iour, en rendant le pris & les fraiz raisonnables.

ISta consuetudo viget etiam in multis locis Franciæ, & maximè in comitatu Niuernensi. ¶Ioannes Fabr. in §. ita demum. instit. de hæred. quę ab intesta. deferun. dicit, † quod si res sit vendita alicui de genere in remotiori gradu, quòd proximior potest retrahere virtute consuetudinis. & dicit ꝙ ille §. facit ad hoc. Et dicit etiã istud esse expressum in feudis. §. Titius. si de feudo defuncti conuentio sit. facit l. vnum ex familia. §. j. ff. de leg. ij. cum ibi no. Et faciunt ad prædicta quæ dicit Petr. de Anch. in consi. suo cccl xxj. quòd incipit, Ante omnia videndum est, cum sequenti consi. ¶Boërius in consue. Biturícen. tit. de consu. retractus §. iij. allegat Petr. de Anch. hîc allegatum, & not. Io. Fab. vide allegata per eum.

SEd quæro an iste secundus † emptor, seu cõsanguineus qui est proximꝰ in gradu, qui retrahit ab alio remotiori, qui iam retraxerat ante annũ, teneatur soluere cõsanguineo remotiori à quo retrahit ante annũ & diem expensas factas per eum in retrahẽdo, scilicet in instrumentis, & chartis confectis super primo iure, an verò tantum expensas factas per primum emptorẽ? nam proximꝰ cõsanguineus habuit annum ad retrahendum de iure in quo non potuit prę̃iudicare remotiori in totum ipsum auferẽdo, ergo nec in parte illiꝰ commodi quod habebat. ex quo in facto dixi, ꝙ cùm remotior nõ interpellauerat proximiorem, sed absq; interpellatione ante annũ retraxerat rem venditã per consanguineum, quòd consanguineus proximior veniens ante annum non tenetur soluere expen. factas in dicto tractatu per ipsum remotiorem. facit l. si quis domum. §. idem quærit. ff. locati. & in l. quibus diebus. §. j. ff. de cond. & demon. quia dicit text. in d. §. idẽ quærit. hoc euenire posse perspicere debuit. quod not. dixit tamen mihi quidam quòd istud erat contra textum nostræ consuetudinis. Cogita. *2 Quæstio.*

QVia hîc dicitur, *si l'heritage est uendu à un du lignage qui ne soit du costé dont il est mouuant.* Aduerte ꝙ si fiat venditio alicuius fundi proximiori, quòd alij remotiores non possunt petere ius retractus. ¶Primò quia in hoc casu ratio statuti cessat, quę est vt nõ exeat extra agnationem. nam ex quo est in manu proximi de agnatione, non habet locum dicta consuetudo. & hanc dicunt Alberi. de rosate, & alij esse rationem huius consuetudinis seu statuti. ita dicunt in l. ad officium. in fi. C. communi diuidundo. ¶Secũdò, † quia non dicitur alienari, quãdo transfertur in proximum cõsanguineum. quod patet. videmus quòd si testator prohibuit rem alienari, dando sorori, non videtur alienare. l. cum voluntas. C. de fideicom. l. vnum ex familia. §. ij. ff. de leg. ij. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. gl. in c. apostolica, in verbo, alienare. extrà, de his quæ fiunt à prælato sine consensu &c. 3

§. QVARTO.

SI l'heritage vẽdu n'est retraict par parent du lignage dont il est mouuant, l'vn des parens de quelque costé que ce soit, le peut retraire dedans l'an & iour, si ledict heritage est vendu à homme qui ne soit du lignage.

IDem in comitatu Niuernen. & in multis locis Franciæ. Ioan. Fab. in §. si plures. insti. de legi. agnato. succes. in fin. dicit, quòd ille §. inducitur ad quæstionem. De † consuetudine proximus potest retrahere rem venditam à suo proximo extraneæ personæ: pone quòd sunt plures qui veniunt ad retractum, qui sunt eiusdem gradus, quidam tamen attinent ex parte patris, aliqui ex parte matris, quis eorum præferetur? dicit quòd si sint plures in quibus sit eadem ratio, omnes admittuntur, vt si sint eiusdem gradus, & qui æquè ad successionem admitterentur, & in hoc vtrinque coniunctus excluderet fratrem ex vno latere tantùm. Et si nulli sint vtrinque coniuncti, tunc agnati in quæsitis ex parte patris, cognati in quæsitis ex parte matris. l. *1 Quid si plures eiusdem gradus retrahere volũt.*

de eman

de emancipatis.C.de leg.hær.vltra fratres & fratrum filios succedũt proximiores pro æquali portione.authẽ.post fratres.C.cõmunia de succes.sic dicit esse seruandum in tractatu de iure:sed dicit quòd de consuetudine si sint æquales,vt fratres cõsanguinei,vel ex eis descendentes,ꝙ æqualiter admittent.si non sint coniuncti cõsanguinei,tunc illi qui attinent ex parte illi⁹ à quo bona deuenerunt vendenti admittẽtur. Si verò nulli sunt attinẽtes ex illo latere,alij ex alio latere nõ veniũt ad prædictũ ius.Et dicit ꝙ ita seruatur de consuetudine. Tu tamen hîc vides ꝙ in hoc vltimo casu consuetudo nostra est in contrarium, quia si non sint ex parte illius à quo deuenerũt bona,admittuntur alij qui non sunt ex illa parte,dummodo sint parentes.& in hoc casu proximi etiam præferuntur cæteris.

PEr hanc consuetudinem quæ post agnatos in bonis agnatorum admittit cognatos,& ecõtrà,dicerem ꝙ cùm ius retractus & ius succedendi quo ad ꝓximitatẽ æquiparentur, ita ꝙ cõsuetudo suprà posita in tit.*Des successions.*§.viij.ex identitate rationis istius habet tantùm locũ quando sunt parentes ex latere patris quo ad bona paterna,& sic in bonis maternis qm̃ si deficiant parẽtes ex vno latere, admittunt alij ex alio latere,in omnib⁹ bonis vndecunq; prouenientib⁹.

DIcit tamē G.Benedicti in sua repet. c.Ray. in verbo & vxo.nomine Adelas.in v.decis.nu 296. ext. de test.ꝙ in ciuitate Caturcēsi est cōsuetudo,ꝙ domini feudales nō habēt ius prælationis.qa ēt nō possunt retinere feuda:eo ꝙ tenētur alios inuestire: vt ibi amplè ēt de principe, qa nō potest retinere feudu sibi cō fiscatū.Sed videtur ꝙ iste textus non probet ꝙ ius retētionis cōpetat domino,sed solu ius reachatus & retractionis,quæ sunt diuersa, licet videatur ꝙ nunquā potest alio modo intelligi iste tex.nisi quòd dominus non præfertur in iure retētionis habenti ius retractus aut reachatus.ergo à contrario si nō sint qhabeāt tale ius retractus aut reachat°, videt ꝙ dominus sit admittēdus in iure qđ sibi cōpetere potest, qđ non pōt esse aliud nisi ius retentionis. ¶Et quātū ad hoc† ꝙ dominus habet ius retentionis an istud si à tēpore contractus,an à tēpore denūtiationis & notificationis, & intra qđ tēpus ,an intra annu, an verò intra xl. dies ? Nā neutrū istorū video decisum, neque per dispositionē iuris, neque per cōsuetudinē, nisi arguamus à simili, quod potest esse in vtroque.Nā primò potest esse consuetudo, ꝙ intra annum possit quis retinere.§.Titius. si de feudo defuncti cōtentio sit. & §. porrò. qualiter olim feudū poterat alienari. Sed hic expresse nihil decliditur p cōsuetudinē nostrā,† nisi dicamus, ꝙ in hoc §.ius retractionis & retractus seu reachatus æquiparātur.Ex quò ergo ius retractus est vnius anni, ideo etiā videretur idem esse in iure reachatus,quod melius diceretur ius retentionis.Sed in hoc dic,ꝙ hîc in hoc §. non parificantur ius retētionis & ius retractus:sed tātū parificātur ius feudi & ius cēsualis. ideo tēpus determinatū in iure retentionis census,extēdetur ad retētionē iuris feudalis.vt dixi in fine harū consuetudinū in conclusione,in gl.*interpretees.*vers.decima conclusio. & ideo etiam curret tale tēpus à tempore denuntiationis.Cùm ergo in Burgundia tēpus iuris retētionis in censu,sit quadraginta dierū post denūtiationem,idem erit in tēpore iuris retētionis in feudo.

2 *Ius retentionis à quo tēpore competat domino.*

3 *Ius retentionis & retractus an æquiparentur.*

SEcundò,† ꝙ in prędicto iure retentionis dominus feudi prędferri debeat domino cēsuali posito ꝙ sit res feudalis & cēsualis vni.quod an possit esse, dicam infrà,in titu.*des censses.*§. iij.inci. *on peut mettre censse sur censse* & hoc hîc probatur ex ordine literę seu scripturæ,quoniam vt dicit Bal.in l.aduersus.C. de furt. † ꝙ qui prior est in ordine scripturæ præsumitur prior in tempore.& Bal.in l.j.C.de impu.& aliis subst.quòd in dubio datur regula ex ordine verborū, & vide Fel. in c.cum dilecta.in iij.col.in vers.ordo scripturę.extrà de rescrip.vbi plura allegat ad hāc materiam.Dicit tñ vnum post Bal.in l.j. C. de edicto diui Adria. tol. ꝙ si vna res non potest competere nisi vni , & sint plures nominati,ille primus nominatus erit præferēdus.Cogita.¶Et de materia ordinis scripturæ,vide do.meum Ias.in l.ij.§.prius.ff.de vulga.& pupil.substitu. in pen. col.& Francis.Are.in consi. clij. Pan. in c. dilectus filius.extrà de præbendis.

4 *Feudalis cēsuali præfertur in retentione.*

5 *Ordo scripturæ.*

ADuerte tamē ad tex.in c.decernimus,extrà,de iudi.vbi nō attēditur ordo scripturæ.Et vide Bal.in l.fi.C.de hær.insti.& in l.j.in iiij.oppo.C. de his quæ pœnæ nomine.vbi dicit, † ꝙ potius ordo intellectus debet attendi,quàm ordo scripturæ.Cogita.¶† An ex vēditione rei feudalis debeātur laudemia domino,de cōsuetudine nostra nihil disponitur,ergo ad ius commune recurrendū est,vt in fine cōclusionū istarum cō suetudinū dicitur,& etiā quia casus omissus remanet in dispositione iuris cōmunis.l.cōmodissimè.ff.de lib. & posth.l.si extraneus.ff.de condict.ob causam.Quid ergo dicēdū est de iure?an dominꝰ debeat habere laudemia?dic ꝙ nō,vt videre potes per Boēriū in cōsuet. Bituricen.tit.de consue.feudi.§.v. valeret tamen consuetudo ꝙ aliquis dominus exigeret pro inuestitura rei feudalis.posset etiā argui ꝙ hic , cùm ex re emphyteutica debeantur : & de emphyteusi ad feudum bonum est argumentum.plenè per Ias.in l.j.col.xj.C.de iure emphyteu.dixi in prin.huius gl.

6 *Ordo intellectus.*

7 *Laudemia an ex vendatione rei feudalis.*

QVæro de quęstione quę euenit his diebus in hac ciuitate Heduē.Aliquis vēdidit quādā domū antiqua extraneo,antequā cōsanguineus vēditoris peteret dictā domū sibi dari iure retractus, ille extraneus emptor iterū reuēdidit primo vēditori cōsanguineo, post quā reuēditionē iterū primo venditori factā per extraneū,consanguineus fecit citare extraneū q priùs emerat,petendo prædictā domū sibi trāsferri iure retractus:dicit extraneus,nō amplùs sum dominus, ego iterū reuēdidi primo vēditori:agas cū eo.quæritur an hęc secūda reuēditio possit impedire & tollere ius retractus quod fuit acquisitū cōsanguineo per primā vēditionē factā?dictū fuit per aliquos ꝙ dictus extraneus,& primus vēditor teneretur iurare,an ista secunda vēditio nō fuisset facta in fraudē iuris retractus, & iuramēto præstito si cessaret fraus,ꝙ ex quo ratio cōsuetudinis cessat(quæ est vt bona antiqua exeāt familiā & agnationē,)quòd cessare debet cōsuetudo, cùm cessante causa,cessare debet & lex. c.cùm cessante. de appel.& ideo nullū erat ius retractus,quia redierat ad illū q est ī pari gradu,imò potiori gradu. hæc quæstio fuit in terminis facta per do. Alber.de Rosa. in prima parte suorū statutorū. in lxxxvij.q.vbi dicit,† ꝙ si antequā fuerit oblatū pretiū emptori p illos de agnatione primus vēditor redemerit, ꝙ sit potior cōditio ipsius redimētis.p l.fi. C. de rerū pmu. per l.qđ dicitur, §.sed si impēsis.ff.de impēsis in reb.dota. factis. l.fi.ff. rerū amota.l.si mulier.ff.sol.mat.l.ex hoc edic.§.si qs. ff.de aliena.iudicij mutandi causa facta. si verò agnati

Quæstio.

8 *Venditor quālo præferatur agnatis.*

præuen

præuenerunt,pretiũ emptori offerendo,tũc nõ est licitũ venditori redimere,quia præuẽtus est.alle.in arg. l.si quis postea.ff.de iud.l.si post mortẽ.§. fi.ff. de bono.possess.contratab.l.insulã in fi.ff.sol.mat.l. stipulatio.ff.de iure do.l.filio.ff.de lib.& posthu.l.si vnus. §. quod in specie.ff.de pac.l.is qui.ff.de cessio. bonor.& l.quẽ pœnitet.& ff.de in ius voc.l.quãuis.& hãc quęstionẽ allegaui,ex quo cessauit processus.¶ De hac recuperatione quid operetur,& quãdo debeat fieri, vide per Philip.Decium consi.suo clx.in fi.vbi dicit, ꝙ debet fieri ante litem motam, vel antè quã aliquis ex proximioribus obtulerit pretiũ, vide Boërium in cõsuetu.Bituricen.tit.de consuetudine retractus allegãtem Alber.hîc per me allegatum.

IN TEXTV IBI, Fait diligence.

Quæstio notabilis.

QVæritur de quæstione quæ euenit inter nobiles & potẽtes viros.Quidã nobilis & potens vir vẽdidit venerabilibus dominis decano,& capitulo Heduẽ.quater centũ libras annui & perpetui reditus,cũ pacto de retrouendendo ad annũ tantùm, quas assignauit in genere super omnibus suis bonis,& cũ hoc fuerunt plures rustici qui fuerũt fideiussores & principales,& quilibet illorũ in solidũ vẽdidit super omnibus suis bonis &c. Et cùm tandẽ hoc deuenisset ad notitiam cuiusdã consanguinei prædicti nobilis venditoris,venit ad hanc ciuitatẽ Heduẽ. & ibi applicuit die xx.Februarij,& die sequenti quę fuit xxij. de mane in capitulo prædictorũ venerabiliũ expressè pro huiusmodi negotio cõgregato, petiit transportũ sibi fieri,offerendo & consignando pecunias pro summa debita, sed ante huiusmodi requisitionẽ per eũ factã in ipso capitulo,& in introitu,& initio quidã ex canonicis rogauit dictos dominos de capitulo,vt ꝑ & nomine nobilis vẽditoris eidẽ vellẽt dare, & prorogare terminũ redimendi dictas quatuor centũ libras ad decenniũ:quod & fecerũt. Quæritur an ista prorogatio termini,seu datio de nouo ad redimendũ intra decenniũ noceat alteri retrahenti in vim iuris retractus?videtur ꝙ nõ,quia ex quo dictus consanguineus fecerat suã diligẽtiã, emptor & venditor nõ poterũt quid facere in præiudiciũ predicti iuris. Or sic est nũc, ꝙ satis fecisse dicitur suã diligentiã, cùm à loco Cabilonen. vbi morabatur, huc & ad hãc nostrã ciuitatem Heduen. applicauerat & venerat pro huiusmodi negotio,& sic iã facto suã volũtatem declarauerat, quod magis est quàm verbo, vt dicit Ias.in l.de quibus.col. viij.ff.de legi.†vbi dicit non esse differentia,an declaretur volũtas verbis an factis, ꝑ illũ tex.& per tex. in l.Paulus.ff.rẽ ratã haberi.ita vt dicit ꝙ fortior est appellatio quæ interponit ad papã facto, quam verbo. puta arripiẽdo iter ad papã.c.dilecti.& c.vt debit⁹,de appel.hinc dicit,† ꝙ facta sunt fortiora ad declarãdũ voluntatem,quàm verba,quæ sæpe proferuntur contra intentionẽ proferentis.in c. dilecti. de appel. & in c.æstimã.xj.q.iij.secundũ Pan.in consi. ccxxiij. incip. Illud de iure quæritur.in pe.col.in prin.& facit tex.in l.si tñ.§.ei qui seruum vinctũ.ff.de ædili.edic. & dicit Bar.& post eũ Ias.in l.de pupillo. §. si qs ipsi prætori. ff.de no.ope.nun.ꝙ etiã vbi requiritur factũ, scilicet in nũtiatione noui operis ad impediẽdũ ne qd postea fiat in appellatione vt impediatur postmodũ, & quæ facta fuerint post tãquã attẽtata reuocẽtur, sufficit arreptio itineris.per plura iura ibi per eum allegata. Ex quo videtur dicẽdũ ꝙ etiã hoc casu prædictus dominus volẽs retrahere,satis,& ad sufficientiã videtur fecisse diligentiã per arreptionẽ itineris ad actũ faciẽdũ, & deueniẽdũ,ita vt post huiusmodi diligentiã venditor & emptor nõ possint quid amplius facere in prę-iudiciũ iuris retractus. Et multũ faciebat in hoc casu pro retrahente,ꝙ vẽditor & retrahẽs sunt de balliuatu Cabilonen.& dictus retrahens ad huiusmodi actũ faciẽdum,à loco Cabilonẽ.secum adduxerat Locumtenen. ipsius balliuatus Cabilonẽ. Ex quo satis videbatur facta protestatio corã iudice partiũ. ꝙ arripiebat iter ad huiusmodi negotium.quod multum operatur,vt dicunt Bart.& Ias.in d.§.si quis ipsi prætori. ff.de noui operis nuntiatio.

¹Voluntatem declarari verbo aut facto an differãt

²

EGo tñ crederẽ dicẽdum, ꝙ ille nobilis in hoc casu nõ debeat habere ius retractus,nisi sub cõditione reachatus.Primò, quoniã vt cõstat,dicti dñi venerabiles dederũt prædicto venditori ius reachat⁹, antequã dictus cõsanguineus petiisset illud trãsportũ sibi fieri: & sic nõ est eidẽ ius q̃situ̇.vt tenet Alb.de Ros.in j.parte suorũ statutorũ,q.lxxxvij.de qua dixi in gl.prędẽti.Ex quo venditor & emptor potuerunt inter eos facere quicquid voluerint,imò etiã posset cogi consanguineus singulis annis dare reachatũ vẽditori soluendo arreragia debita propter infallibilẽ obseruãtiã & modũ cõsuetũ & solitũ fieri infallẽter, à tẽpore cuius initij memoria nõ extat in contrariũ in dicto capitulo Heduẽ.ſ.ꝙ inæternũ & perpetuò datur reachatus vẽdẽtibus reditum annuũ dictis venerabilibus.Et istud vsque nũc,& vsque ad hæc tẽpora,sine aliqua difficultate apud d.capitulũ fuit obseruatum.Ex quo nobiles patriæ facilius audẽt eisdẽ venerabilibus vendere reditus annuos. Et ideo qa quod solitũ est fieri per eos debuit obseruari.arg. corũ quæ de solitis dicũtur, vt per Ia.in l.certi cõdictio.§.si nũmos.ff.si cer.pet. Et facit,†qa frequẽtia actus facit ꝙ actus irreuocabilis sit reuocabilis.l.si olei.in fi.C.locati.Io.de Imo.in l.si finita.in prin.ff.de dam.infe.sic ergo hîc in capitulo,licet cõtract⁹ vẽditiõis redituũ post annũ ad reachatũ, sit in patria cõsuetudinariũ,& de iure irreuocabilis:tamẽ frequẽtia actus in prædicto capitulo facit ꝙ semper sit reuocabilis, soluendo principale & arreragia. quæ frequẽtia actus obligat dictos dominos de capitulo,ergo & illos ad quos trãsit res,cùm res trãseat cũ suo onere, nec plus iuris in aliũ quis trãsferre potest, quàm habeat,iurib⁹ vulgatis.& ideo cũ istud sit in obseruãtia in hoc loco,& morib⁹ vtẽtiũ obseruetur, est tãtę efficacię ꝙ tolleret statutũ in contrariũ. Ita tenet per multa Ias.in l.rẽ nõ nouã.in j.& ij. col.C. de iudiciis.& sic cũ dicatur ꝙ post annũ primũ reachatus,vẽditor sit excluſus,ita ꝙ emptor possit semper retinere rẽ venditã,intellige nisi aliud sit de cõsuetudine introductũ, scilicet ꝙ etiã semper sit consuetũ in loco fieri trãsportũ de re empta,nõ obstãte lapsu reachatus.Cũ sicut ea quæ de consuetudine & cõmuni obseruantia præsumũtur esse apposita, ita etiã omnia intelligũtur excepta,quæ de cõsuetudine solẽt esse & fieri. Ias.in l. iij.in viij.col. C. de iure emphyt. In ꝓposito facit vna singularis decisio Bal.in addi.ad Spe.in rub. de locat. quã alle.& sequitur Ias.in d. §. si nũmos. ꝙ locatio in emphyteusim simpliciter facta per pręlatũ,tamẽ censetur facta in tertiã generationẽ,si erat ita cõsuetũ.sic etiã emptio reditus annui per illos de capitulo simpliciter facta intelligatur cũ reachatu perpetuo, cùm ita sit cõsuetũ fieri.Multa alia hîc dici possent quæ omitto, cùm nõ fuerim alio modo cõsultus, & sub iudicelis est.Vnũ tamẽ nolo hîc omittere quod iã suprà dixi, † ꝙ annuus reditus venditus non iusto pretio etiã post lapsum tẽpus reachatus est ꝑpetuò reachatabilis

³Frequentia actus.

⁴

BIU Cujas

& redimibilis.ita tenet Iaco.de S.Geor.in l.mutuum. in j.col.ff.si cer.pet.dixi suprà in tit. *des rentes uendues à reachept.* §. j.in additione in ci.tamẽ vide Phili. Deciũ.

IN TEXTV IBI,

Le vendeur & l'achepteur.

1 ECce ergo ℘† nõ possunt facere emptor & venditor per pactũ, ℘ consanguineus nõ habeat ius retractus.†Imò etiã nõ possunt facere partes, ℘ proximus habeat maiꝰ tẽpus quàm anni,& diei, quod quidẽ tẽpus partes prorogare nõ possunt, ad instar temporis instantiæ causæ,vt tenet Alex.in cõs.xxiiij. in fi. in j.vo.multominus diminuere,ex his quę notãtur in regula indultum,& ibi per Dyn. de regu. iuris, in vj.

2 *Quæstio notabilis.* SEd quæro † quid de quæstione multũ vtili. Quidã vendidit domum cum pacto vt nonꝰ trãseat dominium in emptorẽ,nisi quousq; sit solutum pretiũ, an interim consanguineus proximus possit domum petere iure congrui seu retractus? Matt. de affli. in dicto suo commento.§. licet enim. in vj. col. quærit de hac quæstione,& dicit ℘ videtur quòd sic. nam licet text. in l.cum manu sata-§.nemo.ff.de contrah.empt.dicat ℘ per dictum pactum desinit esse venditio,& ℘ transit in alium cõtractum, scilicet pignoratitium vel cõmodatitium,vt dicit gl.tamen hoc est verum,quando illud vltimum pactum potest transfundere præcedentem contractum in aliquem validum contractum sed quando per hoc pactum annullatur primus contractus,nec fit transfusio in aliquem,tunc annullatur pactum,& remanet primus contractus. Martinus dicit ℘ hoc habuit à quodam domino Ioanne de Bentiuolis, qui allegabat quoddam consilium Pau.de Ca. quod dicit se non vidisse,qui quidem Pau. consuluit, ℘ si fiat donatio causa mortis vxori, præsentiũ & futurorum,cum iuramento & pacto,℘ non possit reuocari donatio, ℘ si illud pactũ facit illam donationem inter viuos, ℘ ex quo tolleret liberã testãdi facultatẽ, ℘ non conuerteretur in donationẽ inter viuos,sed remanebit donatio causa mortis,&tolletur pactum, & remanet pactũ nullũ.Licet Martinus nõ alleget illud consiliũ,est tamen consiliũ Pauli lxxvj. quod incipit, notandũ est ℘ præfatum statutum, in consiliis nouis, in impressione noua.sic ergo in casu isto de quo quæritur,nõ potest resultare aliquis cõtractus validus,remanente dicto pacto,meritò cõtractus erit perfectus, vt consanguineus possit petere dictã domum iure retractus, non obstante dicto pacto. ¶ Facit ad hoc qđ voluit Ang.in quodã suo cõs. ij. ad illud propositũ de venditione facta pacto apposito ℘ nõ transeat dominiũ.& quod not.idẽ Ang.in l.iuri ſgentium.§.sed cùm

3 nulla.ff.de pac.vbi dicit,† ℘ cõtrahentes non possunt facere ℘ vera stipulatio non sit stipulatio, licet possunt facere vt habeat effectũ nudi pacti. & sic non possunt facere ℘ vera emptio nõ sit emptio,licet possunt aliquid diminuere de eius effectu. & sic patet ℘ hoc casu habebit locũ ius retractus. & licet videatur quodammodo dictum Bal.in rub.C.de contra emp. in cõtrariũ,tamen Matth.ibidẽ plenè respondet,cõcludendo ℘ non obstante dicto pacto,proximus habebit domũ iure retractus.alias,vt dicit,esset aperta via fraudibus.nam qui vellet fraudare proximũ iure retractus, emeret cũ dicto pacto, & secretò postea solueret pretium,& sic nũquã proximus haberet ius retractus:qđ nõ est confitendũ, cùm semper fraudibus sit resistendũ,ne aliquibus fraudes prosint. l.ij.C.qui milita.nõ possunt.lib.xij.cum vulg.& ibi per eum.

Quæstio. ITem quæro, pone ℘ quidam vendidit domum iusto pretio,prout declarabit Titius, vel quãti pretij Titius æstimauerit.secundum quod not.in l.fi. C.de cõtrah.emp.an istud pactũ tacitè impediat ius retractus. si Titius sit mortuus antequam declarauerit? videtur primò ℘ nõ impediat ius retractꝰ,imò ℘ cõsanguineꝰ habebit ius retractus:quia valet venditio pro decẽ, & quãti plus valet.vt l.hæc venditio.§. fi.ff. de contrah. emp.¶ Contrarium tamẽ videtur verius de rigore iuris.nã iste cõtractus nõ est contractus emptionis, sed est innominatus, ex quo oritur actio præscriptis verbis,& sic nõ habet locũ ius cõgrui.℘ hoc facit qđ dicit Bal.in l.cõtractus.C.de fide instr.nu.15.ibi,quęro de secunda perfectione. vbi dicit, ℘ ex quo pretium non est specificè declaratum,non est venditio.& dicit ℘ ita dicit Azo in summa,inst.locati.& dicit ℘ hoc dictum non est alibi.ex quo ergo pretium nõ est specificè declaratum,non est venditio.vt in §.pretium.insti. de emptio.& venditio.& in l.fi.C.de rescinden. vendi tione.& iste contractus resoluitur in contractũ innominatum hoc modo, do tibi rem hanc,vt pretiũ eius mihi iustũ dones,&sic cõtra eum cui res data est,agere possum ad illud pretiũ actione præscriptis verbis, vt dicunt Azo & Bal.ita tenet etia Lud.Ro.in l.sciendũ.in tertia charta.ff.de verb.obl.sed ipse multũ miratur de Bal.qui non allegauit ad propositũ gl.in l. si vt certo.§.nũc videamus.in verbo, locato. ff. cõmodati. tex.in l.si tibi polienda.ff.de præscript.verbis insti.de locato.§.& quæ suprà diximus. ver. qua de causa. vbi decidit,†℘ si res sit locata pro mercede (quæ postmodũ inter cõtrahentes iusta fuerit declarata)iste cõ- 4
tractus nõ erit locatio,sed cõtractus innominatꝰ, do vt des, & ideo ad pretiũ declarandum agitur præscriptis verbis.& ideo cõcludit Mat.de affli.in dicto loco suprà allegato,℘ non habebit locum ius retractus.

LIcet istud possit esse verum de iure,tamen de consuetudine nostra videtur ℘ etiam in tali cõtractu habeat locum ius retractus.nã habemus consuetudinẽ hîc antè positã dictantẽ ℘ si aliquis dederit hæreditagium suum antiquum alicui,vt singulis annis ei det certum quid annuũ, habebit locum ius retractus,ita ℘ proximus dãdo illud annuum habebit rem datam hoc modo,& tamen est cõtractus innominatus do vt des,vt in §. viij. ergo sicut statuitur & disponitur per consuetudinem nostrã,℘ ius retractus habeat locum in tali contractu innominato do vt des,idem propter similitudinem erit dicendum in omnibus contractibus innominatis do vt des, prout est in hoc casu nostro, † cùm cõsuetudo loci ꝓcedẽs in certo casu pro- 5
cedit ad casum similem ex identitate rationis etiã cõtra ius cõmune, multò ergo fortiùs in hoc casu, cùm non sit contra ius commune,sed præter.& faciunt ad propositum quæ dicit Fulg.in l.de quibus. ff. de legi. de quibus do.meus Iasꝰ.in d.l.in iij.col. ibi solus Fulg. hic.& hæc materia posset multum amplè disputari,& esset casus pro amico si euenerit in facto,sed reuertẽdum esset in hoc fundamento ad do. meum Iasꝰ. in dicto loco,quem nunc aliter uon decido,ne fortè in casu emergenti mihi præiudicare possit.

IN TEXTV IBI,

Au preiudice du lignagier.

BEne tamẽ potest facere in præiudiciũ sui, & etiam 1 *Nota.*
aduerte,†℘ emptor antequam proximus petierit ius retractus, potest dare licentiam venditori de retrahendo, quia est dominus hei sibi venditæ,& potest facere in re sua quicquid vult. l. in re mandata.C. mandati.l.etiam.§.licet.ff.fol. mat. de qua regula per

do.meum

do.meum Ias.in l.j.in fi.C.qui testa.facere possunt.&
2 C.ne fiscus vel respu.† & facit etiã quia proximus nõ habet ius in re vẽdita nisi à tẽpore petitionis & oblationis pretij,sed post oblationem factam,& receptionem petitã,non potest emptor venditori terminũ dare,siue reachatum ad habendum suam rem, quia per petitionem ius est quæsitum petenti in re, taliter etiã ꝙ constituitur in mora.l.qui decem.in princ.ff.de sol. & sic in præiudicium retrahentis non potest aliquid emptor facere l.electio.§.si absente.ff.de noxa.c. à nobis.cum ibi no.de simonia.

Quæstio. SEd quæro,pone ꝙ consanguineus proximus dedit licentiã suo consanguineo vendendi cui velit,an iste talis qui dedit talem licẽtiã possit postea agere iure retractus contra emptorẽ?videtur ꝙ sic, quia nondum competebat ius retractus ante venditionem,ergo ei iuri quod nondum competebat renuntiari non potuit.l.in repudiãda.l.q superstitis.ff. de acqui. hær. l.si ita scriptũ.§.si sub conditione.ff.de leg. ij. l. spem. C.quæ res pigno.obl.possunt. itẽ quia cũ emptore nihil actum est,ergo emptor nihil potest accipere de pacto facto:cum res inter alios acta &c.& credo hoc ẽsse verũ cum venditore.licet Mat.de affl. teneat cõtrarium in suo cõmento,in gl.i.in xiij. col. eo ꝙ pactum factum venditori prodest etiã emptori.ff.de pac.l.si tibi decẽ.§.pactum.& l.idẽ in duobus.§.personale.& l. iurisgentium.§.pactorũ.ff.de pac. cogita si casus eueniret.¶
3 †Item quæro,si proximus dicit emptori, ꝙ nolebat retrahere,an si iste emptor iterum vendat alicui alteri, an tunc iste proximior possit habere ius retractus, licet primo emptori renuntiasset?Iac. Rebuf. in l.vnicuique.in fi.C.de proximis sacrorum scrinio.lib. xij.post argumenta hincinde concludit ꝙ sic.

§. VNDECIMO.

LE lignagier qui veut faire la retraicte dudict heritage vendu, peut agir cõtre l'achepteur,ou detenteur dudict heritage.

IN TEXTV IBI, Contre l'achepteur.

IN hoc datur proximo condictio ex lege, quæ quidẽ est personalis.§.sic itaque discretis.inst. de actio. & cõcluditur in hac actione cõtra emptorẽ hoc modo, videlicet, ꝙ est verũ quòd Titi⁹ à tẽpore vnius anni,seu ab anno citrà,vendidit ei talẽ domum pro centũ scutis.Itẽ ꝙ talis domus est antiqua,& antiquũ dicti Titij hæreditagium.Itẽ ꝙ consuetudine cauetur,ꝙ proximus rẽ antiquam venditã per consanguineum potest intra annum retrahere,offerendo pretiũ & fructus rationabiles.Item quòd talis est proximus cõsanguineus Titij.Itẽ ꝙ verum pretiũ vẽditionis est summa centũ scutorũ. Item ꝙ illud pretium offert realiter,& de facto consignat, seu deponit offerendo eidẽ emptori dare & soluere sumptus rationabiles,quos fecit dictus emptor in emptione dictæ rei,ex quo petit, & requirit ꝙ dicta rẽ emptã per eũ velit dictus Titius eidẽ retradere,accipiẽdo pretiũ & sumptus, & de eadẽ eidẽ facere transportũ seu cessionẽ virtute dicti iuris retractus sibi cõpetentis ex consuetudine.Et ita in terminis tenet Ioan.Fab.in §.ex nõ scripto.in iiij. col. ibi,circa quartũ.insti.de iure naturali,gentiũ,& ciuili.

Modus cõcludẽdi cõtra emptorem.

Quæstio SEd quæro an iudex cancellariæ nostrę huius ducatus Burgũdiæ,sit iudex cõpetens in hoc, quãdo instrumentum vẽditionis & emptionis est receptũ sub sigillo cancellarię,quia aliàs nõ esset iudex cõpetens. & hoc est clarũ:sed cùm tale instrumentũ est receptũ sub sigillo, an consanguineus possit petere ius retractus coram iudice cancellarię,& ibi prosequi?nam satis dixi suprà in hoc eo.titu.§.j. in glo. *peut racheter.* ꝙ hæc actio cõtra emptorẽ est personalis,quę cõpetit ex quasi cõtractu & cõdictione ex lege.Et cũ hoc casu agatur ad dissolutionẽ cõtract⁹ ꝙ iudex cõtractus non est iudex,vt dicit Bal.& Pau.de Ca.in l. ij.C. vbi & apud quẽ.contratiũ tñ vidi aliquãdo obseruare, quod nõ mihi videbatur iuridicũ. ¶ Per istã decisionẽ aliàs volui dicere,ꝙ qñ debitor in vim alicuius contractus impetrabat mandatũ contra debitorẽ ad iudicialiter exhibendũ,& exhiberi videndũ literas obligatorias, & ad audiẽdum dici,proponi,& allegari causas, propter quas dictæ literæ obligatoriæ,debent cassari,annullari,aut cõtractus rescindi, ꝙ hoc casu creditor nõ potest obtinere promissionẽ debiti per eum prætensi, contra eius debitorem, quæ solet adiudicari creditoribus in vim sigilli cancellariæ,secundũ ordinationes regias,eo ꝙ cùm tali casu agatur ad dissolutionẽ contractus,videtur esse sublata potestas iudicis cancellariæ. ¶ Ego tñ vidi contrarium iudicare pro Ioanne de la Barre mercatore Diuionen.cõtra Benignũ de cyre, etiam mercatorem dicti loci. Et ita iudicauit nobilis & sapiens vir magister Andræas Brocard,tunc Locũtenẽs cancellariæ in dicto loco Diuionẽ.& nũc Consiliarius in parlamento Burgundiæ.& istud fuit factũ de consilio nobilium ac sapientum virorũ magistrorum Iacobi Arbaleste,Ioannis de Loysie aduocatorũ fiscalium in prædicto parlamento:& Philip. le lieure, & ita etiã cũ prædictis me subscripsi & subsignaui, & hoc quia competit ius per modum agendi,multomagis per modum excipiendi,per regulas iuris. *Regula.*

IN TEXTV IBI, Ou detenteur.

ISta est decisio†quęstionis.Sẽpronius aliquis extraneus emit à cõsanguineo meo antiquum hæreditagiũ,post modum illud vendidit ante annum,an possem illud retrahere ab illo secundo emptore virtute iuris retractus?videtur primò quod nõ, quia à primo emptore non possum retrahere,cùm non habeat.trãsportum enim mihi facere non potest de illa re,quam non habet,nec illam retradere. arg.l.ij.§.si mulier. ff. ad Tertul.qui enim sine re vadit,nulla res sibi cadit.l. hodie. ff. de capi. diminutione. non enim à secundo emptore videtur,quia secundus venditor nõ mihi cõiungitur,nec est meus consanguineus, igitur. ¶ Item videtur mihi imputandum ex quo non retraxi à primo.arg.l.ij.§.si quis ff.si quis cautio.ex quo etiam res non est integra.arg.l.ꝙ si minor.§.Scæuola. ff. de mino. ¶ Sed tamen dic contrarium esse verum, quia ex quo in tali re ante annum est conditio,ꝙ possit retrahi per proximiorem,ad quẽcunque vadat, trãsit cum illa cõditione.arg.tex.in l.via.§.si fundus. ff. de seruit. rusti.prædio.imò etiam transit cum suis priuilegiis.c. cùm non sit.extrà,de deci.c. ex literis. extrà, de priui. Et etiã alienatio fit cũ sua causa.l.alienatio. ff. de contrah.emp.l.emptorem.ff.de actio.empti.facit in simili.l.sed vbi.ff.de mino.facit text.in l.minor.ff. de euic. vbi agitur ad restitutionẽ cõtra secundum emptorẽ. Et intellige prædicta ꝙ recuperabit à secundo emptore pro pretio pro quo primus emptor emit,& nõ pretium qd vendidit.facit tex.in l.postliminium. §. si is q emerat.ff.de capti.& postlimi.reuersis. ¶ Et ideo non est verum id quod dicit Mat.de affl.in trac.de iure ,p-

BIU Cujas

tomi.in const.Feder.§. licet enim. ibi, sextò nota. vbi dicit, ꝙ si primus emptor donauit tertio, ꝙ non potest aduocari ab isto tertio. Vide Boerium in consuetudine septenæ Bituricen.tit. de consuetudine retractus. §. ij. vbi ponit de materia huius §.

2 Actione qua cõtra detẽtorem agendum.

Sed qua† actione aget contra detentorem, hoc est secundum emptorem? tex.in l.minor.ff.de euictio. ibi.facit ꝙ sicut proponit restitutionẽ in integrũ contra primum, ita contra secũdum. & ideo videtur ꝙ sicut consanguineo seu proximiori datur condictio ex lege contra primum emptorem, sic etiam contra detentorem. crederem tamen dicendum ꝙ ista actio sit

3 personalis in rem scripta. & hoc probo. † actio enim in rem scripta semper concomitatur rei possessorem sicut actio realis.l.iij.§.est autem ff.ad exhi. & ibi gl.l. metum.§.fi.ff.quod met.cau.l.j.§.fi.ff.de interdic.Ias. in §.quædam.inst.de actio. sed ista est huiusmodi. qa datur cõtra possessorẽ seu detentorẽ, nõ quia possidet simpliciter, sed qa per cõsuetudinem est obligatus ex possessione, ergo est in rem scripta, nec est dicẽda personalis mera, † qa tales ꝑsonales actiones nõ egrediũ

4 tur ꝑsonã.l.actionũ genera.ff.de actio.& obl. hinc dicũtur sequi personã, sicut lepra leprosum. Ias.in §.omniũ in princ.insti. de actio. Cùm ergo hæc egrediatur ꝑsonã, & detur cõtra possessorẽ rei, dicit in rẽ scripta, & nõ merè ꝑsonalis, sed tñ illa que dat cõtra emptorem, dicitur merè personalis, vt dicit in gl. præcedẽti.

Quæstio. Sed iuxta prędicta posset quæri, quid de iure retractus, an si qs dederit ius retractus alicui de re ei vẽdita si eã trãsferat alteri, an possit primus vẽditor agere cõtra secũdũ emptorẽ, qui nihil eidẽ primo vẽdito ri ꝑmisit? iam suprà dixi in tit. *des rentes uendues à reachept.*§.j.in gl.*rentes*.ibi, tertiũ est vẽditio, dixi aliquid, sed iste tex. mihi videtur facere cõtra opinionẽ Alex. in consi.x.& Frãci.Curtij in consi.xij.& in casu emergenti propter illũ tex.in d.l.minor.dixi ꝙ etiã poterat agere primus venditor contra secundum emptorem.

§. DVODECIMO.

POurce que souuent aduient, qu'aucuns pour frauder le parẽt & le lignagier, de son droict de retractiõ de la chose trãsportée par son parent, font eschange, & apres reacheptent l'eschãge, si la fraude est trouuée par preuue suffisante, ou par le serment des contrahans, qu'ils sont tenus à en iurer, si la partie s'en rapporte à leurs sermens, ledict parent ou lignagier aura la retraction s'il la veut auoir selon la coustume.

IDem in comitatu Niuernensi, & in multis locis Franciæ. Quia sæpè hæ fraudes fiunt, ideo de his tractandum est, vt illis obuiari possit, & vt euitentur: cùm vt dicit text. in l.ij.C.qui milita.non possunt. lib. xij. semper fraudibus est resistendum, imò cõditori legum fraudes multum displicent. C.de repudiis.l.iij.

IN TEXTV IBI,

Font eschange.

3 Quæstio. VIdes hîc† ꝙ in permutatione nõ habet locum ius retractus. quod an sit verũ de iure, vide Luc. de Pen.& Io.de Platea in l.fi.C.de prædiis curia.lib.x. Et per eũdem de Platea in l.j.co.xj.C. de fundis patrim. lib.xj.quos alle.Boërius in consuetudi.Bituric.tit. de consue.feudorum.§.xviij.in gl.pro hac consuetudine. ¶Sed† quid si vendatur per permutantẽ res ꝑmutata, 2 an in ea sit locus retractui? Idem Boërius in dicto lib. tit.de consuetudine retractus.§.j.vbi tenet ꝙ non, & ibi allegat Alberi. de Rosate ad primam quęstionem hîc ante positam.& vide Ludo.Bolo.in cõsi.suo xxv. & dixi plenè in §.ix.huius tituli suprà posito.

IN TEXTV IBI,

Et apres reacheptent l'eschange.

ISta est præsumptio simulationis cõtractus, quando statim res permutata retrouenditur permutanti, de qua simulatione multùm amplissimè do.Lud. Bol. in cõs.suo xxv.in ij.col.vbi in casu emergenti super consuetudine generali Franciæ consuluit.& quibus præsumptionibus præsumantur contractus simulati, ponit ibi plures Lud.Bolo.amplissimè per Bart.Cæpolã in tracta.suo de simulatione contractuum vbi ponit xxvj. præsumptiones simulationis. & inter alias ponit hanc simulationem in xxv.præsumptione, vide ét Bar.in cõs.suo lxv.inc.Petrus Nicolæ. vbi satis amplè. ¶In hoc casu tantum, quando dicitur ꝙ non est permutatio, licet partes fecerint permutationem, tenentur iurare, & non in alio, eo quod consuetudines sunt stricti iuris.Ias.in l.fi. C. de indicta viduita. tollen. Et ideo cùm hæc consuetudo sit cõtra ius, † quia habens 1 instrumẽtum nõ tenetur iurare.c.ij. de probatio. † & qui fraudẽ dicit, fraudem probare debet.vt in gl.seq. dixi in casu, ꝙ cùm semel quædã res immobilis fuisset vẽdita, cuius petebatur ius retractus per proximũ, quæ tamen antequã proximus eam petiisset retrahi, fuit recuperata per venditorẽ in vim pacti de retrouendendo, quod ex quo dicebatur per proximũ ꝙ illa recuperatio fuerat facta in fraudẽ, ꝙ neque vẽditor neque emptor tenebantur iurare in vim huius cõsuetudinis. quia ille casus erat diuersus à consuetudine ista, quæ non erat extendenda vltra ꝺsuum casum.

Cõtractus simulati.

Instrumẽtum habẽs nõ tenetur iurare.

2

IN TEXTV IBI,

Si la faute est trouuée.

NAm qui fraudẽ dicit, fraudẽ probare debet.Spec. in tit.de appella.§.nũc tractemus.vers.sed secundũ præmissa.& idem Spe.in ti.de donatio.§.j.vers.itẽ pone aliquis.ꝑ l.quoties. §.qui dolo.ff.de ꝓba. ¶ Adde† ꝙ in ccxxiij. casibus positis per Lucã de Penna in 1 l.quemadmodũ.C.de agri.& censi.lib.xj. præsumitur fraus, dolus, & malitia, quæ nota, cùm sint multũ singularia.& ibi plenè quomodo nõ ꝓsumat, & quomodo præsumatur esse extra malitiã aliàs præsumptam.

Fraus quãdo ꝓsumatur.

ADuerte tamen† quia contractus simulati probãtur per cõiecturas, indicia, & præsumptiones, cũ huiusmodi simulationes occultè fiãt, & alter de altero cõfidat. ita habetur in l.non omnes.§.à barbaris.ff. de re militari.& in c.illo vos. de pigno. c. ad nostram. extrà, de emp.& vendi.& no.gl.in l.j.ff.de proba.& in l.qui ex liberis.in princ.ff.de bono.poss.secundũ tabulas.per Inn.in c.cũ in officij.extrà, de testa. & per Ale. de Imo.in consil.suo lvij.in v.vol.cum aliis alleg. plenissimè per do.Ludo.Bolo.in consi.suo xxv. in ij. col. & probatio per coniecturas dicitur euidentissima ꝓbatio.l.si tutor.cum ibi not.in gl.C. de periculo tuto. l.licet imperator.ff.de lega.j. Ioan.de Anania in consi. xl.incip.visis statutis.Fel.in rubrica de probat.in j.co. & Lud.Bolo.in d.cons.xxvj.Soci.cõs.xviij.col.ix.& in consi.

2 *Contractus simulatiquomodo probentur.*

BIU Cujas

cons.cclxiiij.col.ij.vers.sed ad præmissa. ¶ De hac simulatione contractuū in hoc casu vide per Io.Sanxon. in consue.Turonē.ti.*des retraicts*.art.xxiiij.fol.cj.& cij.Et etiā Alciatū in l.si qs maior.C.de trāsac.vbi ponit xvj. cōiecturas, ex q̄bus ꝓbatur & coniecturatur fraus in alienationib⁹ & in instrumētis.dixi aliqua in cōs.xxv. inci.ex multis.& in cons.xxxiij.nu.5.& in cons.xxxix. nu.54.vbi dixi, ꝙ donatio ex cedens maiorē quātitatē respectu donātis,& donatarij est fraudulēta,& qa Alciat⁹ in dicto loco addit decē cōiecturas ex se, quas reperio vtiles in practica post alias sex,quæ sunt cōmunes,ideo hīc illas decē inferere volui. ¶ Prima ergo cōiectura,seu primus casus ex Alciato, est quādo in alienatione legitimæ solennitates minus obseruatæ proponūtur.l.si qs.C.de rescindenda venditione. vel cōmunis stylus neglectus.notatur per Feli.in c.ij. in vij. col.extrà,de rescrip. insolitæq; clausulæ addūtur. c. q̄ graui.de crimine falsi.l.cōstitutionibus.in fi.ff.ad municipales. quādo & minimæ cautelæ fraudis meditationē arguūt,secūdū gl.in l.si quis sub cōditione ff.de cōditio.instit.de qua per Feli.in d.c.ij.in vij.col.extrà, de rescrip.& in c.causam quæ in fi.de test.& per Ias.in l.testamentū nō ideo.C.de test.Barb.in cons.j. in xlij. col.in j.vol.dixi suprà in princ.& in cōs.xxv. suprà alleg.vers.vij.ex eo. ¶ Secūdus,quādo in alienatione aliqua ex causa celebrata,sentētiam partes mutassent,& aliū titulū prætexuissent,præsumit⁹ ex variatiōe fraus. gl.in c.j.vt ecclesiastica beneficia. quod & in bigama muliere sancitū est constitutam semel dotē renuente, vt est tex.in auth.de nuptiis.§.de augmētis.iuncta gl. in verbo, vitricū. ¶ Tertius quādo alienatio facta sub nomine vēditionis esset nullo pretio corporaliter interueniēte.l.j.§.si mutuā.in fi. & §. quid si in lite. ff. si quid in fraudem patroni.vel modico numerato.l.per diuersas.& ibi Bar.in ij.q.C.mandati.de qua vide Ias. in §.fuerat.in xvij.col.insti.de actio.Ro.in cōs.lxxxvj. col.ij.in fi.& seq.Pau.in l.fi.pe.col.de aliena.mutandi iudicij causa facta.Et adhuc adde vnū singulare,quod dicit do.meus Ias.in l.si arrogator.in ix.col.ff.de adoptio. ꝙ nō valet confessio partis de debitis in fraudē legitimæ,nisi constet de reali numeratione.idē etiam in casu supradicto,quando interuenisset pretium, sed deinde perfecto contractu restitutum fuisset.l.qui sic. ff.de solutio.vbi dicit tex.qui sic soluit.vbi recuperet, non liberatur,quemadmodū non alienātur nūmi qui sic dantur vt recipiātur. ¶ Quartus, quando alienatio mixtim titulo donationis venditionisque celebrata fuisset,vt sicut tali casu cessio actionum est nulla, annullantque contrahentes ius suum.l.ab Anastasio.C. mandati.ita in aliis contractibus saltem si fraudis suspicio oriatur. ¶ Quintus,quoties alienatio cōdemnationē haberet ex voluntate alienantis resultoriā. arg. l.si ita quis.in fi.de leg.ij. Guli.de Cuneo,Bald. & Cy. in l.si tibi.in prin.ff.de pac. idem si collata esset reuocatio in alicuius voluntatem,qui alias suspectus esset, puta matris vel coniuncti.arg.l.si quis integris, in fi. ff.qui & à quibus. ¶ Sextus,quādo alienatio inter personas prohibitas celebrata est.l.q̄ testamētū.ff. de proba.tūc enim nec cōfessioni quidē iuratæ standū esset. l.cùm quis decedēs.§.pe.ff.de leg.iij. ¶ Septimus,quādo ante alienationē aliqua verba quis effutisset, vnde dolus argui posset.Bar.in l.si ventri.§.fi. ff. de priuile. creditorum. ¶ Octauus,si alienatio priuatis chirographis celebrata apparet suspecta.l.non intelligit.§.tacita autem fideicommissa.ff.de iure fisci. tū quia clādestina,tum quia anticipata,seu(vt veteres dicunt) repetita die fierī potuit l.j.ff.de fide instru.interimque chirographū penes alienantem esset.l.scripturas,& auth. si quis.C.qui potiores in pigno. habeantur. ¶ Nonus quādo alienationis instrumentū eo tēpore exhibetur quo & notari⁹ & testis in eo descriptis in humanis esse desierūt, vel qui superstites sunt magna amicitia ei iunguntur,cui id instrumentū bonū est,vt tenet Curtius in consi.suo liij.in vj.col.vbi dicit, ꝙ instrumentū diu occultatum prę̄sumitur simulatū,secundū Bal. in l.fraus.ff.de legi.allegando Iacobū de Arena ita tenere in l.si filiofamil.ff.fol.mat. Alciatus alleg.cōs.lvj. quod nō inuenio.sed pro hac præsumptione adducta per Alciatū facit dictū Bald. in loco hīc antè allegato, & dictū Ias.in l.sub prætextu.col. ij. C. de transactio. vbi dicit, ꝙ relatio instrumentorū est mala & malam præsumptionē inducit. ¶ Decimus, vt dicit Alciatus, quando ex qualitate personæ vel rei natura alienatio seu promissio suspecta est. qualitas enim personarum præsertim inspiciēda est.l.cū hi.§. sed & personarū. ff. de trāsactio.vt cū qs humilis,& deploratę vitę obligationē exhiberet minoris summæ quā sit verisimile eā speraturū fuisse.l.si quis ex argentariis.§.j.ff.de edendo.alle.idē Alciatus Curtiū in d.cons.lvj.in fi.sed non inuenio ꝙ aliq̄d dicat. ¶ Adde vndecimū casum quando nō reperitur protocollū:quoniā tunc instrumenta reddūtur suspecta, vt dicit Bal.in l.Cassius.ff.de senatoribus.pro qua opinione dicit Iac.de S. Geor. in l.fi. nu.28.C.de edicto diui Adri.tollē.ita vidisse iudicari. dixi in cons.lxiij.vers.& ꝙ reperiatur suspecta. ¶ Duodecimus, quādo instrumēta sunt recepta à notario nō fideli & malè famato,quoniam in talibus diminuitur de fide instrumenti,vt dicit Bal.in l.iubemus. in fi. C. de proba. dixi in dict.cōs.lxiij.hīc antè alleg. ¶ Aduerte,ꝙ si in venditione apponatur clausula, Et q̄d plus valet,donat, præsumitur fraus & simulatio. Bertran. cōsi.ccxxxvj.in ij.parte.Aduerte etiam ad id quod dicit idē Alcia.in d.l.si quis maior.in ix.casu,ꝙ prę̄sumitur fraus,etiā si alienatio priuatis chirographis appareat.q̄d idem est si fiat cora notario & duobus testibus multū domesticis,per ea quę dicū Arg.& Pau.de Ca. in l.in tacitis ff.de leg.j.q̄d nota.qa est multū singulare. ¶ Et aduerte etiā,ꝙ † simulatio seu fraus ꝓbatur ex his quæ gesta fuerūt ante contractū,vel in ipso cōtractu,nō autē ex his quæ post cōtractū fiūt, aut gerūntur.ita tenet Bal.in l.j.versi.x.quæro si seruus. ff. si q̄d in fraudē patroni.& Bart.Veron. in cautela sua clxxj. Ias.in §.itē si quis in fraudē.insti. de actio.in euidētialibus.versi. vltrà præmitto. ¶ Dixi in casu emergenti, ꝙ idem dicendum est si fiat incontinenti post,scilicet quando eodem die,& coram eisdem personis,vel etiā die seq.per ea quæ dicit Fran.Curtius senior in consi. suo hiij. & per multa alia quæ hīc non repeto.

Probatio per coniecturas.

4 Ex gestis antè vel in contractu.

ITem etiam contractus simulati† ꝓbātur per testes, & istis testibus creditur contra instrumētum, secūdum gl.in §.si verò tale.in auth.de fide instru.coll.vj. & in l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.prę̄si.licet aliter dicat l. generaliter.C.de non nu.pecu.tamen Iac.But. ibi, & Bal.in l.j.C.plus valere q̄d agitur.tenent † simulationem instrumenti posse ꝓbari per testes. faciunt quæ dicit Imo.in c.ad nostrā de emptio.& vēd.facit l.multum.C.si quis alteri vel sibi.& l.nō est.C. de dona. inter virum & vxo.& in l.si filij.eo.ti. ¶ Intellige prædicta duobus modis,primò nisi cōtractus sit in scriptis, ita ꝙ scriptura esset de substātia ipsius contractus,qa tunc non posset probari contrarium,nisi per contrariam scripturā.vt notatur in d.l.generaliter.C.de non numera.pecunia.† nam ea solennitas quæ requiritur in actu gerendo & perficiendo,eadem requiritur in a-

5 Per testes

6

7

BIU Cujas

ctu destruẽdo.auth.ecõtra.C. de repudiis. sicut enim in perfectione illius contractus requiritur scriptura, ita in destructione.¶ Et qualiter prædicta intelligantur,vide Ias.in l.sciendũ.i n iiij.col.ff.de verb. obli.vbi dicit hoc esse verũ, quando quis vult probare contra tenorem instrumenti: secus si contra solennitatem, vel præsumptionem, quia sufficiunt testes.

9 *Probatio contra præsumptionẽ iuris.*

SEcundò†intellige si ex scriptura resultaret ꝓsumptio iuris & de iure,quia contra talẽ non admittitur probatio in contrarium.vt notatur in c.is qui.extrà,de sponsa. vbi Panor. dicit hoc verũ esse indirectè sed non directè, quia indirectè potest admitti probatio in co ntrarium.

ADDITIO.Aduerte ꝙ habens probationẽ per scripturã potest probare per testes,vt dicit Mat.de affl.in cõst.regni.Sicil. quæ inci.cordi nobis est. in xiiij. not.

ITem& qđ plus est licet,probatio nõ debeat admitti,tamen si admittitur,valebit,vt dicit Inn. in c.fraternitatis. de testib. & de isto dicto facit festũ Lu. Ro. l.certi condictio.§.qm̃.ff.si certum pet.& hoc est,quia probatio quæ non debet admitti,si admittatur,valet. do.meus Ias.in d.§.quoniã.in v.col.& Ale.in ij.col. & idem do.meus Ias.in l.j.ff.de noui.oper.nuntia.

10 *Probatio per confessionem partis.*

SEd adhuc†prędicta intellige,nisi admitteretur ꝓbatio per cõfessionẽ partis:quia hoc casu etiã si esset præsumptio iuris & de iure, cõtra quam non admittitur probatio in cõtrariũ: admittitur tamẽ cõfessio partis.ita Pan.in d.c.is qui.Ias.in l.admonendi, in lec.in xviij.co.ff.de iureiurãdo.& in l.cũ te.C. de trãsactio.& Fel.in c.quoniã contra falsam.in xiiij.col. extrà,de probat.de qua dicã statim.Et dicit idẽ Fel. in c. vltra tertiam.in fi.extrà de testi.ꝙ post elapsas oẽs dilationes potest quis probare per confessiones aduersarij,quæ possunt fieri in quacunque parte iudicij.

11 ET aduerte, † quia ex quo cõtrahentes habent instrumentum pro se, habẽt præsumptionẽ pro eis, ex quo onus probãdi transferunt in proximum,quia præsumitur pro instrumento.l.cũ precibus.C.de proba.Ias.in l.post diuisionem.in principio.C.de iuris & facti ignorantia.& in repetitione l.admonendi.in lvj. col.ff.de iureiur.& in l.sciendum.in iiij.not.ff. de ver. obl. & ideo dicit ibi dominus meus Ias. in iiij. col. ꝙ

12 *Quot testes requirantur ad reprobationem instrumenti.*

†ex quo quis habet præsumptionem pro se,volẽs probare contrarium, debet probare per tres testes idoneos,aut per duos multum excellentes. allegat Spec. ita dicentem in tit.de proba.§.fi.vers.vlt.no.¶Et dicit Hippo.de Mars.in singulari suo lxj.incip.dictũ, seu testimoniũ.†ꝙ instrumẽtũ nõ potest reprobari nisi per tres testes.alleg.Io.de Imo.in c.cum Ioãnes.extrà, de fide instru.& Alex.in consi.suo xciij.incip.in causa & lite.in v.vol.Et dicit idẽ Hipp.singulari suo lvj.incip. ad validitatem. ꝙ ad valitudinem instrumenti requiruntur testes, nisi in casu quando fit in publico , quo casu non requiruntur testes.

13

EX quo ergo videtur ꝙ ad probandũ cõtra instrumentum tres testes requirantur,aut duo excellẽtes imò quod plus est,dicit gl.in verbo, adiiciatur. in d.§.si verò tale.in auth.de fide instrumen. in §. restat. vers.sed pone.dicit ꝙ duo sufficiũt ꝓ l. vbi numerus.

14 ff.de test.inde est † ꝙ dicitur, ꝙ si ego probo per instrumentũ Titiũ contraxisse mecũ Neapoli , & tu probas per duos testes ꝙ eodem die fuisset Romæ, prævalent isti duo testes instrumento.Idem tenet Bal. in l.in exercendis. C. de fide instrumen.

15 *De vno teste.*

QVid autem de vno teste an sufficeret? Dic † ꝙ vnus testis facit semiplenam probationem, secundum gl.in l.admonendi.ff.de iureiu.& in l. in bonęfidei.C.de rebus credi.& iureiurando. † Et ideo si esset vnus testis de veritate, & duo de fama, ꝙ cõtractus in 16
veritate fuit de vendendo , licet dicat de permutatione, ꝓbata esset semiplenè ipsa simulatio , vt dicit Bal. in simili in c.j.de controuer.inuesti.& Lud. in d.l.admonẽdi.vt no.gl.in c.j. de appellat.& in l.ij.vbi Bar.ff. de excusa.tut.& Spe.in ti.de test.§. restat.vers.quinto.

ITem si testes dicant † ꝙ præcessit tractatus de ven- 17
dendo,& postea incontinenti secuta fuit permutatio,tractatus enim præcedens facit præsumere contra permutationẽ incõtinenti secutã, & illã fuisse factam in fraudem iuris retractus, secundum quod in simili notant Hostiensis & Ant.de But.in c. ad nostram. extrà de emptio.Bal.in l.multum.C. si quis alteri vel sibi.Gulielmus de Lauduno in clement.ex grandi.in §. cæterum.de vsuris.faciũt ea quæ dicit plenissimè Bar. Veronẽ in tractatu suo,in prima præsumptione fraudis vel simulationis contractus.& ponit Mat. de affl. in dicto commento,in gl.nisi quis,in iiij. col. & ibidẽ domi.Matthæus ponit plures alios modos cognoscẽdi fraudem,de quibus vide in locis allegatis per eum, maximè in illa quæ est, quando quis habet domum habentem vnum introitum & duo latera , si vendat medietatem domus retentis duobus lateribus , quia propter domus indiuiduitatem quæ non habet nisi vnum introitum , & ad illas partes laterales non habẽtur introitus nisi per ianuã,quę vẽditur,signũ est ꝙ fuit facta venditio in fraudem iuris retractus. ibidem adducit fundamenta Petri de Ancharan.in consi. suo clx.incipien.pręsupponitur in themate.quem videas.

IN TEXTV IBI,
Par preuue suffisante.

QVia pluribus† modis præsumitur fraus , de quibus per Bar.in l.post contractum. & ibi per Ioã. de Imo.& alios.ff.de dona.& in l.omnes.§.Lucius. ff. quæ in fraudem credi.& per Bar.in l.si pupillus. ff.de autho. tuto.& suprà dixi , an vna ex illis præsumptionibus sit sufficiens probatio , ad hoc vt sit locus huic consuetudini. Cogita ex his quæ dixi suprà in titu.*des iustices.§. l'amende de simple rescousse.*in fi. illius articuli. & hîc antè in gl. præcedenti. 1 *Fraus quãdo præsumatur.*

IN TEXTV IBI,
Ou par le serment des contrahans.

ECce quomodo consuetudo nostra dat consiliũ de ferendi iuramentũ,quia credit nullum suæ salutis esse immemorem.l.fi.C.ad legem Iuliam repetun. *Modus vnus probãdi fraudẽ permutationis.*

ISte est vnus modus probandi contractũ fuisse factũ in fraudẽ iuris retractus,videlicet ꝙ proximus possit exigere iuramentũ à venditore & emptore,an contractus permutationis aut donationis fuerit in fraudẽ iuris retractus simulatè cõceptus.Et si ipsi iurauerint timen.eorũ consciẽn.& periurium ꝙ in veritate inter eos agebatur de vendẽdo , sed vt fraudarent proximũ in iure retractus,fecerũt contractũ permutationis. isto modo probata est fraus,† qa nulla melior est probatio quàm per cõfessionem partis aduersæ. l. qui de inofficioso.in fi.ff.de inoffi.test. c. quoniã per confessionẽ.extrà, de priuileg. & alibi dicitur ꝙ tantũ valet probatio per confessionem partis,quantum per testẽ, vt in d.l.qui de inoffi.& in l.Titia.ff.sol.matr. & l.ij.in fi.C.de in ius vocan.& in l.cum te. C. de trãsactio. & in l.si de possessione. C. de transac. Et not. Andr. de Isernia in c.j.in fin.de milite vasal. qui contumax est. in cap.j.quot testes sunt necessarij. in vsibus feudorũ. † imò quando pars confitetur, non sunt necessarij testes *Probatio per confessionem partis.*

BIU Cujas

testes, secundum Andræam in dicto loco, vt habetur xiiij. & xv. & ibi, qd adhuc egemus testibus? ꝑ quo est tex. in l. illã. ibi, quid opus est testibus. C. de donat. nã confessio partis est ita sufficiẽs probatio, ꝙ licet contra præsumptionẽ iuris & de iure probatio nõ admittatur, tñ admittitur cõfessio partis. dixi in præcedenti gl. Et ita tenet Bar. in auth. sed iam necesse. C. de dona. antè nuptias. Ias. in l. cũ te. C. de transac. vbi plenè. & in l. si priusquã. in xiij. col. ff. de noui ope. nunt. & in l. si duo patroni. §. idẽ Iulianus. in ij. col. ff. de iureiur. in c. quoniã contra falsam. in xiij. col. extrà, de probatio.

ADDITIO. Et faciũt quæ dicit G. Bened. in repet. c. Ray. in verbo, si absque li. ij. de fideicommiss. subst. nu. 50. de testa. vbi dicit, ꝙ si constet de veritate facti per confessionem partis, quæ est melior probatio, etiam nõ habetur respectus ad incertitudinẽ libelli, aut nullitatẽ processus, quæ ad sententiã ꝓcedatur maximè per curias parlamẽtales, quæ plꝰ habẽt respectũ ad veritatẽ facti, quàm ad formalitates. Imò plꝰ dicit Matt. de affl. in consti. regni Sici. quę incip. in causa deposi-siti, ꝙ si quis recognouit signaturã suã, vel schedulã facta in scriptis, habet vim instrumenti publici, ita ꝙ super ea in vim confessionis potest condẽnari, ita dicit idem Matthæus in d. constitutio. in iij. q. in ij. libro.

3 Confessio in præsentia partis facta.

ET istud † intellige de confessione partis quæ fit in præsentia partis quæ acceptauit, quia cõfessio facta in absentia partis non acceptata, non præiudicat. Bar. in l. certũ. §. si quis absente. ff. de confessis. vbi plenè. de qua materia vide per Fel. in c. si cautio. ĩ iiij. & v. col. extrà, de fide instr. Et per Pan. cũ apostil. in c. mulieres. in fi. extrà, de iureiu. Ias. hãc materiã plenè examinat in repet. l. admonẽdi. in lviij. col. cũ seq. ff. de iureiu. Et de cõfessione in præsentia partis nõ acceptata ꝑ partẽ, per cũdẽ in dicta rep. in lx. col. & in l. postquã liti. C. de pact. Aliàs scripsi consulendo, non insisto.

4 ADuertendum † est tamen, ꝙ licet confessio facta in absentia partis nõ inducat obligationem, nec sufficiat ad obligationem inducendam, tamen est potens ad probationem faciendam, vt not. Cyn. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconsul. & legati. & in l. generaliter. C. de non nume. pecunia. per l. Publia. in fi. ff. depositi. & no. gl. in l. cũ de indebito. in fi. ff. de ꝓba. Ex quo ergo non hîc disceptatur de validitate iuris agendi ex confessione extraiudiciali, & in absentia, sed solum de ꝓbatione actus, sufficit ad probandum contractum fuisse simulatum, confessio extraiudicialis partium, scilicet contrahentium, facta in absentia proximi, cùm illa vim probationis habeat,

5 quæ solum in proximo requiritur, & maximè † quia confessio facta in absentia partis est valida, qñ tendit ad declarationem actus qui erat ambiguus, secũdum Bar. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij.

ADDITIO. Imò etiam aduerte ꝙ post omnes dilationes potest probare per confessionem aduersarij, vt tenet Hippol. de Marsi. in singulari suo 110. incip. communis doctorum.

ITem ex his quæ dicit quis extra iudicium parte absente inducitur vera ꝓbatio causa sui, vt dicit gl. in l. Fulcinius. §. qd sit autẽ. ff. quibus ex cau. in possessionẽ eatur. Faciunt quæ dicit Barba. consi. xj. in xiij. col. in j. vol. & glo. in §. aliæ. instr. de actioni. vbi dicit, ꝙ in his quæ depẽdent ex voluntate nostra, statur dicto nostro plenè cũ iuramento. Ex quo sequitur, ꝙ si partes iurauerint esse contractum vẽditionis, ꝙ illa est plena probatio: sed si dixerint extra iudiciũ absque iuramẽto, est semiplenè probatũ. † qa ad minus confessio ex traiudicialis facit semiplenã probationẽ. Ias. in d. repeti. l. admonẽdi. in lviij. col. ¶ Aduerte etiam, quia vt dicit Matt. de affl. in dicto cõmento in §. nisi quis. in iij. col. cõfessio extraiudicialis trãsfert onus probãdi cõtrariũ in cõfitentẽ, & consequenter inducit probationẽ, vt dicit Bald. in l. cum falsa. C. de iuris & facti igno. plures alios effectus cõfessionis extraiudicialis ponũt doc. suprà allegg. & Pan. & Feli. in c. at si clerici. in prin. extrà de iudicijs. ¶ Si tamen talis cõfessio fuerit iudicialis, valet etiam sine causa expressa. Pau. de Ca. in l. j. C. de cõfessis, vbi dicit ꝙ habet vim condemnationis vel absolutionis. ¶ Quæro, † an si iuramẽtũ fuerit præ- 7 An valeat iuramentum sine tactura euãgeliorum valeat? videtur ꝙ non, per gl. in auth. iusiurandũ quod præstatur, colla. ij. ca. hortamur. iij. q. ix. & c. fi. de iuramen. cal. eo ꝙ tale iuramentũ videtur esse delatũ à iure. faciunt quæ dicit Ias. in auth. sacramẽta puberũ. in iij. col. C. si aduersus vendit. Et facit, † qa propriè iuramentũ dicitur quãdo 8 tangũtur sacræ scripturæ. Bal. in l. pe. §. is de præsentibus. C. de reb. credi. Iac. de S. Geor. in d. auth. sacramenta puberũ. in j. col. C. si aduersus venditionẽ. dicit ꝙ valet etiã iuramentum si iuretur super alio libro, vt tenet Ias. in d. auth. propter consuetudinẽ quæ hoc approbare potest. Et vide per Pan. & alios in c. fi. de iuramen. cal. & per Io. de Imo. in c. cũ contingat. extrà, de iureiu. † Et an valeat iuramentum in fide corporis, aut 9 in manibus notarij, vel ꝑ dæmonẽ, vel aliàs, vide Gui. pa. cons. suo xxxj. in vij. viij. ix. & x. col. vbi tenet ꝙ sic. Et de huiusmodi materia poteris videre Lucã de Penna in l. iij. de vendendis rebus ciuitatis. col. iij. lib. xj. C. vbi multa succinctè comprehendit.

ADDITIO. Vide Mat. de afflic. in consti. regni Sicil. quæ incip. puritatẽ. in iij. not. vbi dicit ꝙ in iuramento præstando per officiarios iustitiæ, requiritur tactura euãgeliorum. idẽ in iuramento testis coram iudice, vt dicit idẽ Mat. in constitutione, eo qui sciẽter. in iij. lib. sed quomodocũque iuretur, est periurus, vt ibi dicit. Aduerte etiã ꝙ in Francia obseruatur ex consuetudine generali, propter reuerentiã fidei ne violetur, ꝙ promissio sub fide tantũ operatur quantũ iuramentũ, & ideo vt videmus ꝙ pactũ filiæ mediante dote de non succedendo cũ iuramento est validũ. c. quãuis pactũ. de pactis, in vj. in Francia obseruatur, ꝙ idẽ si fiat pactũ cũ promissione sub fide in manu notarij de non contraueniendo. & ideo iudicatum fuit per curiã parlamẽtalẽ anno 1531. in mẽse Martio, & dictũ per arrestũ curiæ ꝙ renuntiatio facta per Mariam du Breullat successioni patris & matris mediante dote sibi constituta erat valida, licet expressè nõ iurasset: sed tãtum ꝓmisisset per fidẽ ꝓpter hoc præstitã in manibus notariorũ non cõtrauenire ꝑ hęc aut similia verba, *promettant par leur foy donnee es mains des notaires* &c.

SEd quæro, pone ꝙ proximus detulit iuramentum Quæstio emptori & venditori, an cõtractus inter eos factus & passatus sit simulatus, & venditor fatetur simulationẽ, emptor verò nõ, & non appareat aliud de simulatione, an valeat confessio venditoris? Dic ꝙ si aliud nõ sit in fauorẽ emptoris in cõtrariũ, illa confessio faciet semiplenã probationẽ, & tũc habebit locũ iuramentũ suppletiuum. iuxta notata in l. in bonæfidei. C. de reb. cre. & iureiur. & in l. admonendi. ff. de iureiur. ¶ Potest tamen opponi in contrarium contra cõfessionem vẽditoris: puta quia factus est inimicus venditor, vel qd aliud ad repulsandũ ipsum iuramentũ, ꝙ diminuat de fide ipsius venditoris. Nam si contrariæ probationes adducantur, extenuant fidẽ ipsius vẽditoris. not. gl. in l. j. C. qui & aduersus quos. ita tenet Mat. de affl. in dicto commento. §. nisi quis. in fi.

6 Cõfessio extraiudicialis.

Nunquid

NVnquid autem si iuratū fuerit per contrahentes contractū nō esse simulatū, an proximus adhuc post delationē iuramenti posset probare cōtrarium?

10 Excepcio iurisiurandi.

¶ Videtur primò ꝙ non, † quia exceptio iusiurādi est exceptio litis finitę, & ideo impedit litis ingressum. c. j. de litis contest. in vj. no. do. meus Ias. in l. ait pretor. la ij. cum qua legit. l. nā & postea. ff. de iureiu. vbi dominus meus ponit practicam proponendi dictas exceptiones, ad finem impediendi litis ingressum.

ADDITIO. Mat. de affl. in consti. regni Sic. quę incip. exceptiones. in ij. lib. j. nota. dicit ꝙ istæ exceptiones proponuntur per fines nō audiendi, hoc est ꝙ dici debet, tu nō debes audiri, quod tantū est, ꝙ illis denegat audiētia, quod quādo fit, & quomodo, videri potest per eundē Mat. in consti. violētias. in ij. not. in j. q. versi. quint° casus. De exceptione tua nō interest quomodo impedit litis ingressum. vide Aufrer. in decisione Tholos. decis. lxviij. ibi. v. regula, & ꝙ exceptio partiū sit exceptio litis finitę, & impediat litis ingressum vide Hyppolytū de Marsiliis in consi. suo cvij. col. ij.

11 Iuramētum habet vim diffinitiuæ.

¶ † Item iuramentū habet vim diffinitiuæ. vt in l. ij. ff. de iureiu. & ibi notatur. & in l. si duo patroni. §. item si iurauero. ff. de iureiurando. sed sic est † ꝙ sententia

12 prętextu instrumentorū de nouo repertorū nō retractatur. l. sub specie. C. de re iudicata, ergo neq; etiā ex depositione testiū, aut quauis alia ꝓbatione: cùm in exercendis litibus eandē vim habent testes & instrumenta. vulgata l. in exercendis litibus. C. de fide instr.

ADDITIO. Aduerte ꝙ sublata probatione, & exclusa nō tollitur ꝓbatio, quæ potest fieri per instrumentū, vt tenet Mat. de affl. in consti. regni Sicilię quę inci. exceptiones. in vj. q. ij. not. in ij. lib. & in constitu. quæ incip. in pecuniariis. in vij. not. in ij. lib.

13 Et vim probationis.

¶ Item iuramētū † habet vim probationis, vt notatur in l. non erit. §. dato. ff. de iureiu. † imò causa iureiurādo decisa retractari nō pōt. l. j. C. de iureiu. nū quid autē iuramentū sit propriè probatio, nō aliter insisto cùm ponat Ias. in l. iij. §. iurari. in iiij. col. ff. de iureiur. & in §. quadrupli. in vj. col. instit. de actio. & in l. fi. §.

15 licentia. C. de iure delibe. ¶ † Dic prædicta esse vera in iuramento voluntario & iudiciali, secus autē in iuramēto necessario: quia tūc pōt ꝓbari cōtrariū in l. admonēdi. ff. de iureiur. & d. l. j. de iureiu. nā ex quo lex seu statutū nostrū, vel cōsuetudo cōpellit emptorē & venditorē ad iurandum, videtur ꝙ proximus poterit probare contrariū. ego dicerē ꝙ ex quo hoc iuramentū nostræ consuetudinis habet vim probationis, quia dicit, ꝙ si fraus fuerit probata p testes vel iuramentū, quomodo dicit ꝙ iuramentū est ꝓbatio. ergo ex quo est probatū de veritate contractus per veram probationem, quòd non est ampliùs vltrà quærendum.

ET maximè quia ex quo proximus non cogitur deferre iuramētum cōtrahentibus, nisi ex sua voluntate, ideo videtur volūtariū, ex quo nihil vlteriùs quærendū est, per ea quæ antè dixi. Et ideo dicit And. de

16 Nota. Isernia in c. j. §. sacramentum. ij. in additione. de consuetudine recti feudi, in vsib. feud. † ꝙ prætextu periurij nō retractatur negotiū decisum ex sacramēto, sed periurus scienter puniri debet de periurio, quando periurium est alij nociuum. c. quicunque. vj. q. j.

ADDITIO. Videtur tamen dicendū ꝙ si probata fuerit fraus & simulatio sufficiēter, & postmodū deferatur iuramentū reo, licet iurauerit aliter esse quàm probatū fuerit, nō est sublatus effectus verę probationis per iuramentū, quod habet vim probationis. l. nō exit. §. dato, suprà alle. & ibi Alex. & alij fictè tantum. tñ Bal. in l. iij. C. de probationibus. non extinguit aliā probationē verā & sufficientē, cùm inducta ad vnum effectū non operētur contrariū. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. & ficta seu pręsumpta probatio nō tollit verā. Imò per oppositū vera probatio extinguit præsumptā, vt est tex. in l. fi. ff. de probatio. ex quo maximè consuetudo loquitur alternatiuè, sufficit ꝙ actor habeat vnā ex ꝓbatiōibus alternatiuè mētionatis in cōsuetudine: cū ad veritatē alternatiuè sufficiat alterā partē esse verā. l. si is qui ducēta. §. vtrum. ff. de reb. dub. l. cū quidā. & ibi notatur. C. de verb. sig. nec hoc casu de alio operabitur iuramentū, quàm ad docēdū de periurio iurātis: vt tenet Ale. in d. l. aliàs. quā legit cū §. procurator. qui est in l. iusiurādū quod ex cōuētione. ff. de iureiu. super ver. nec multū interest. vbi dicit, itē nota ꝙ si probatur vel iudicatur veritatē aliter se habere, quàm iuratū fuerit, videtur doctū de periurio. & ideo cauere debēt rei si videāt actorē habere facultatē probādi, aut iā fecerint ꝓbationē, ne iurent, imò hoc casu recusare possent iuramētum ex quo per probationē factā aut fiēdā potest detegi periuriū. Bal. & post eū Ias. in l. manifestę turpitudinis. ff. de iureiu. & Alex. in d. aliàs, quā legit cū d. §. procurator. vbi dicit, ꝙ vbicūque potest probabiliter reus timere, ne p quandā cōsequētiā suū periuriū arguatur, nō cogitur iurare. Et ideo si procurator simplex qui nō habet speciale mādatū ad deferendū, iuramētū, vel generale cū libera, vel nō, est ꝓcurator in rē suā, deferat iuramentū, nō cogitur reus iurare, cùm talis delatio nō sit valida. d. §. ꝓcurator. & solū operabitur, qa docetur de periurio rei, vt dictū est, ex quo maximè cōstat de veritate in cōtrariū, p ꝓbationē quæ nō est extincta p illā delationē iuramenti, & ita dixi in contigentia facti.

DE iuramento autē quod ex consuetudine vel statuto defertur alicui qui ad hoc cogitur ex forma statuti, an possit probari contrarium, scripsi suprà in tit. *des iustices & droicts d'icelles*, in §. *Meßiers & sergens.* in gl. *sont creuz par leurs sermens.*

17 Periurus quādo puniatur de periurio.

SEd pone † ꝙ cōtrariū eius quod cōtrahentes iurauerāt, reperitur, an possent puniri de piurio? And. de Isernia in d. c. sacramentū. *le second*, hanc materiam plenè explicat, & qa quotidie versatur in curiis, ideo subnectā hīc eius dicta. & dicit ꝙ secundū vtrāque cōmunē opinionē nō punitur de periurio. prima est, qa aut iuratur super cōtractu seruando & implendo, aut de iuramento ad obligationē contrahentiū faciendo aliquid, & tunc si nō facit, est periurus. facit textus, & ibi Bar. in l. fi. ff. de crimi. stelli. nō tamē est infamis in illo casu qñ de præterito vel prēsenti iurat: secus autē si de futuro ꝓmittit, quia tūc est periurus & infamis. l. Lucius. ff. de his qui notātur infamia. l. si quis maior. C. de transact. vbi plenè per do. meum Iasonem.

AVt iuratur super lite decidenda, vt in hoc casu nostro, & in d. §. sacramentum. vbi cogitur iurare se inuestiuisse vel non: & tunc hoc casu non punitur de periurio, sed solū Deum habet vltorē. l. ij. C. de rebus credi. & iureiur.

ADDITIO. Aduerte ꝙ quo ad partē quæ iuramētū detulit parti aduersæ, istud est indubitatū apud curiā parlamētalē Parisi. quę ita iudicauit anno 1512. die x. Octob. & hoc iuridicū est, qñ iureiurādo delato nō aliud quæritur, quā an iuratū sit, vel non, remissa quæstione an debeatur, quasi ꝓbatū sit iureiurādo. & facit tex. in l. nā & posteaquā. ff. de iureiur. & in l. j. C. de reb. credi. vbi causa decisa iureiurando à parte delato & prēstito, prætextu piurij retractari nō pōt: imò qd pl° est, ēt si pars oppōat, iudex nō debet admittere, cū iudex id agere debeat ne de iureiurādo cuiusquā quę

ratur

ratur.l.aduersus.vbi tex.ad literam.ff.de excep. Et sic cùm per transactionē sit remissa actio, vt dicit text. in d.l.nam & posteaquā.ideo nec etiā reipublicæ cōpetit accusatio, quoniā vbicūq; nō nascitur parti actio ciuilis,nec etiā reipublicæ cōpetit actio criminalis, vt per plura tenet Hyppo.de Marsi. in consi. liij. nu. xij. vbi plura alle.& vide ad hoc Sali.in l.si abducta.in vlt.co. C.de fur.& Bar.in consi.suo centesimo, inci. audiui à do.Cy.& hoc est indubitatū quoad partē. Istud tamē arrestū fuit anno D.M.ccccc). declaratū habere tantū locū quo ad fiscū in casu,in quo ex actu super quo iuratū est,nō resultat delictū publicū, sed tātū priuatū, qđ est in omni casu,vbi est tātū quæstio de restitutione alicuius rei: cùm denegatio restitutionis reiicit furtū.dixi suprà in tit.*des iustices & droicts d'icelles*. §. v. in gl.j.quoniā ex quo hoc casu nō admittitur pars, ideo nec fiscus:cùm in delictis priuatis vbi pars nō admittitur,nec ēt fiscꝰ, vt dictū est antè. Sed in casu in quo ex actu super quo iuratur,resultaret delictū publicū, ex quo in hoc respublica læderetur, tūc si de cōtrario appareat,potest fiscus rōe illius delicti,quod oritur ꝓpter qui non solùm delictū publicū, sed etiā periuriū. arg. l.vim passam.§.præscriptione.ff.ad l.Iuliā de adult.Ex quo anno Do.M.ccccexxxj.in mēse Octobris fuit iudicatum per curiā,ꝙ licet Ioannes Fleuret,seruiēs regius fuerit remissus & absolutus cōtra Michaelem le Bretō,super eo quod inquietabatur p eū de periurio, eo ꝙ iurauerat se nō habuisse à dicto Michaele le Bretō,quādā obligationē de summa octo librarū & decē solidorū,ad executandū Ioannē Faulcōnier pro dicta summa quā debebat dicto le Bretō:Ex quo constabat de cōtrario per informationes,& ideo ex quo tanquā seruiēs regius in hoc decoxerat in officio, & malè versatus fuerat,fuit dictū ꝙ fiscus admitteretur ad prosequendū dictā decoctionem, seu malam versationem in officio cū dicto periurio, quod quidem periurium ratione dictæ decoctionis nō est extinctum, prout in simili dicitur de adulterio, quod ratione incestus cōiuncti cū eo,nō extinguitur prescriptione quinq; annorū. quod tamē secꝰ esset si adulterū esset de per se: vt in d.§.præscriptione.cū ibi nota. Et hoc modo cōcordāda sunt dicta duo arresta, quæ aliàs viderentur sibiipsis esse cōtraria quoad fiscū,cùm vno casu fiscus fuerit admissus,alio nō. sed pro certo declaratio p secūdū arrestū facta est valde subtilis,ideo in dubio stādū esset primo.In alio etiam videbantur dicta duo arresta contrariari, eo ꝙ primò pars agēs ꝓpter periurio fuit condemnata ad omnia dāna,expen. & interesse: & tñ in secundo arresto fuit tantùm condemnata ad certa dāna & interesse à tēpore exhibitionis cuiusdā prætē sæ transactionis p dictū Fleuret:ex quo transegerat cū dicto le Bretō, non poterat aliquid prætendere cōtra dictum le Breton de præteritis ante trāsactionem, ex quo fuit tantum condēnatus dictus le Bretō de damno & interesse post transactionem inter eos factam.

SEcunda est opinio,aut iuratur de prēterito,vel ptē senti, vt rem meam esse vel fuisse, & solum Deum habet vltorem,& nō punitur, licet efficiatur infamis. Albericus de Rosa.in d.l.j.fi.de crim. stelliona.

AVt de futuro implēdo, & tunc punitur de periurio:& tunc qđ plus est,efficit infamis.d.l.Lucius. & l.si qs maior,hīc antè alle.nā qñ super lite deciden. ratio est,qa cōsiderandū est ad qd agitur,qñ iudex vel pars defert in iudicio ob litē dirimendā ad hunc effectū defert,vt cōstat per suū sacramentū de veritate eius rei de qua est lis,& vt secundū suū iuramētū ad li-
18 tis decisionē ꝓcedatur. Et ideo dicit ibi And. † ꝙ idē in teste reprobato vel periuro excipiēdo,quia non est infamis:licet videatur tenere contrariū do. meus Ias. in §.item si quis postulante.in xiij.col.instit.de actio.

ET aduerte† ꝙ nemo conqueri potest de periurio, nisi is cuius interest,cū sit priuatū delictū, nisi iudex reperiat piuriū corā se factū, vt dicit Andreas de Isernia in d.§.sacramentum.in addit.in fi.Et dicit Ale. in apostil.ad Bar.in d.l.fi.ff.de crimi. stelliona.† ꝙ iudex secularis potest declarare quem esse periurum.Et vide Pan.in c.cū sit generale,extrà, de foro cōpe. vbi tractat corā quo iudice sit disputandū de crimine periurij.Et vide quæ dicit Gui.pap.quæst.sua clxxviij.De periurio per totam quæst.

19 *Quis cōqueri possit de periurio.*

20 *Periurus quapœna puniatur.*

SEd qua† pœna puniatur periurus?dic primò,aut loquimur in eo q Deū blasphemat,& sāctos,& dicit aliquod verbū maledictū in contēptū Dei,vel sanctorū,siue sit verū,siue falsum, quādo habet ex cōsuetudine blasphemādi,puniri debet pœna §.j.in fi.inauth. vt nō luxuriētur cōtra naturam.collat. vj. plenè p Ias. in l.iij.§. fi. ff. de iureiur. aut loquimur in iurante per Deū,vel sacras scripturas,vel aliter,& periurante,hoc est falsum iurāte:& dic† ꝙ aut iurauit per iracundiam, & excusatur. notatur in l. ij. C. de rebus credi.facit l. quod calore.ff.de reg.iuris. facit ad calorem iracūdiæ quod dicit do.Ias.in l.filiā tuā.C.de inoffi.test. & Feli. in c.dilecti filij.extrà,de exce.in vij. col. vbi calor iracūdiæ excusat.quod quomodo sit intelligendū, ponit Ias.in l.si duo patroni.in j.col.ff. de iureiu.

21

22 *Periurus ex iracundia.*

ADDITIO.Et etiā vide Mat.de affl.in consti.regni Sici.quæ incip.blasphemāte.in iiij.dubitatione, in iij. lib. vbi ponit quomodo punitur per mēdaciū Deum blasphemās.Et de materia periurij,vide amplè p eundē Mat.in constit.regni Sici.quæ incip. eos qui scienter.& in rub. & ipsa cōstitutione, & in fine illius ponit quomodo periurus in vno, nō admittitur in aliis. & in cōstitutione quę incipit,blasphemātibꝰ.in j.dubitatione.dicit ꝙ ampliùs periuro nō creditur. Et dic idē in mētiēte,vt dicit idē Mat.in cōsti.quæ incip.spōte violātibus.in v.not.vbi ponit pœnas mendacij.

Deliberatio.

AVt deliberatè quis iurauit,& tūc aut nullius prę iudiciū respicit, aut respicit præiudicium tertij. primo casu,puta quando iurauit, nunquam comedere carnes:si posteą comedat,an puniatur.gl.in l. ij. C. de rebus credi.dicit,ꝙ nō, hoc modo exemplificādo. quam docto.sequuntur.Et istud est verum, & cōmunis est opinio.licet Ang.in auth.scænicas nō solùm fideiuss.coll.v. teneat ꝙ etiam isto casu debeat per iudicem extraordinariè puniri.

SEcundo verò casu qñ iurat in præiudiciū tertij,tūc debet puniri extraordinariò arbitrio iudicis.d.l. fi. cū gl.ff.de cri.stelliona.& poterit iudex eū facere fusti gari,vt in d.l.si duo.§.si qs iurauerit.vel faceremitrari, vel poni ad carhenā.prędicta intelligit do.meus Ias.in d.§.si qs iurauerit.in ij.col.quātū ad pœnā criminalē.

23 *Periurii pœna in foro conscientiæ.*

QVid autem † fieri debeat in foro conscientiæ, & quæ pœna sit periuro?textus est in c.quicunque. vj.quæst. j. vbi dicit, ꝙ debet ieiunare p quinquaginta dies.& dicit tex.in c.prædicandum.xxij.quæst.j.† ꝙ pœnitentia periurij est velut homicidij.

24

25 *Pœnæ cīuiles. Priuatio omnis actionis iuris.*

CIuiliter† autē agendo do. meus Ias.in d. §. si quis iurauerit. in ij. col. inuenit septem pœnas. ¶ Prima est,ꝙ aliquis iuret in contractu compromissō, vel transactione,& postea non obseruat iuramentum,cadit in pœnas l. si quis maior.C.de transact. quia ipso iure priuatur ab omni iuris actione, vt plenè per do. meū Iason.in d.l.si quis maior. per Alex.in consi. suo lxxvj.in v.vol.vbi dicit, ꝙ illa lex intelligitur in quocunque

BIU Cujas

cunque alio contractu. faciũt quæ tenet idem domi. meus in d.l.in iij.colũ.& in l.quod te.in viij. col. ff. si certum petatur.

26 *Infamia iuris & facti.* SEcunda ¶pœna est, quia est infamis in facto & iure.c.infames.vj.quæst.j.notant Bar. & Angel. in l. Lucius.ff.de his qui no.infa.do.meus in d.l.si quis maior.in v.col.ideo dicit Cicero lib.ij.de legibus,periurij pœna diuina exitium,humana dedecus.

27 *Priuatio dignitatum.* TErtia pœna est quæ sequitur ex præcedenti, quia ex quo est infamis, † non amplius admittitur ad aliquam dignitatem.l.quoties.C.de dig.lib.xij.& potest priuari dignitate iam obtẽcta. Felinus c. ex parte. j.nu.2.& seq.de rescript.Bal.in l.ij.C.de rebus cre.infamibus enim portæ dignitatum non pateant. dicit tex.in regula iuris lib.vj.

28 *Repulsio à testificando.* QVarta † etiam pœna sequitur, quia periurus amplius non admittitur ad testimonium.c.paruuli. xxij.q.v.c.quicunque fratres.vj.q.j.c.testimoniũ. c.sicut de testibus.c.literas.de præsumptio.cum aliis allegatis per dominum meum in d.§.si quis iurauerit.faciunt quæ dicit idẽ do.meus in repe.l. admonendi. in xxvj col.ff. de iureiuran. facit gl. l. Lucius. in fi. ff. de his qui not.infa.hinc dicit do. Alex.in consi.suo cxxxiij.in vj.col.in j.vol.† ꝙ periurus in vno non admittitur in aliis. Intellige prædicta etiã si nõdũ sit per sententiam condẽnatus:secundũ Bal. in l. si vteris. C. de fide instru. vtrum istud procedat etiã si egerit pœnitẽtiam de suo delicto.do.meus Ias.in d.§.si quis iurauerit.& plenius in l.in arenã.C.de inoff.test.Imò nõ statur cautioni iuratoriæ illius qui est periurus, vt dicit Ias.in l.j.ff.qui sanũ.cogan.Ioa.Sanxon in consue.Turonen.tit.*des droicts de bassse iusticæ.* arti. xxiij.fol.xxvj.

29

30 *Ab agẽdo repulsio* QVinta † pœna est, quia periurus ab agendo repellitur.glo.est in d.c.paruuli.xxij.quæst.v.quod sanè intellige & limita,vt per gl.& doct. in c. dilecti filij.de fo.cõpe. vt dicit dominus me⁹ in dicto §. si quis iurauerit.& dicit Ant.de But.in c.dilecti.in ij. col. de exceptio. † ꝙ exceptio periurij est exceptio litis finitæ:ita quòd impedit litis ingressum, quod esset multum notabile, si esset verum.

3 *Exceptio periurij.*

ADDITIO. Aduerte ꝙ omnis exceptio,per quam altera trium personarum, scilicet iudicis, actoris, vel rei,vel horum per quos litigant, remouetur à limine iudicij, impedit litis ingressum, seu processum causæ principalis:imò quando vna ex tribus prędictis personis funditus est inhabilis,hęc exceptio reddit iudicium retro nullum, & nõ præcluditur via tali exceptioni,quin semper possit opponi, vt tenet Matth. de affl.in consti.regni Sici.quæ incipit, dilationes. in ix. not. Et quomodo opponẽs exceptiones impedientes litis ingressum debet offerre incontinenti eas probare,vide Matth.de affl. in consti.quæ incipit, exceptiones.in ij.not.in ij. lib.

32 *Priuatio beneficiorũ legũ & canonum.* SExta † pœna periurij est,qa periurus perdit omnia bñficia legũ,& canonũ,& statutorũ,qbus cauetur ꝙ credi debeat iuramento alicuius.tex. est in dicto c. paruuli.Bal.in auth.ei qui.C. de bonis authoritate iudicis possiden.Pan.in c.quęstioni.de appellatio. cum aliis alleg.per Ias.in dicto §.si quis iurauerit.

33 *Beneficiati à beneficio remotio.* SEptima † pœna est, quia clericus beneficiatus propter periuriũ remouetur à beneficio.c.ij. & ibi doctores,de rescriptis. & dicit Bald. ꝙ illud clariùs alibi non habetur,sed dicit do.meus in dicto.§.si quis iurauerit.ꝙ similis est tex.in c.cum quidam.& in c.querelã. extrà,de iureiur. † vbi dicitur idem esse in episcopo, qui propter periurium priuari debet episcopatu. notat gl.in c.fi.de iureiur.in vj.Bal.in l. ij. C. de iure-

34

iur.& dicit Bal.in d.c. cùm quidam. † ꝙ etiam doctor propter periurium potest deponi à doctoratu.

35

36 *Collationis beneficij annullatio* OCtaua † pœna est,quia collatio beneficij ecclesiastici facta periuro,est mero iure nulla.secundum Fede.de senis cõsi.50.inci.an colla. allegantẽ Hosti.in c.cũ inter.de excessibus prælatorum.cum aliis allegatis per do.meum in d.§. si quis iurauerit. Et istud etiã tenet Aufre.in Decisio.Tholos.q.xvij.vbi ponit præd. pœnas.do.meus in d.§.Zabarella in d.c.querelam. de iureiur.& Imo.in c.auditis.ad finem,de elec.tenent ꝙ non est nulla ipso iure.

37 *Periura dicitur falsarius.* NOna † pœna periurij est, quia periurus potest dici falsarius,cùm falsum committat.tex. & glo. in c.illud.extrà,de excess.prælatorum.

38 DEcima † pœna, quia tenẽtur ad satisfactionẽ damni illati parti ex eorũ periurio. & ad illud potest agi contra eos.l.qui nomine.ff.de fal.secundũ Pan. & Ioan.Andr.in c.j.de falsis.& tenet do.meus Ias.in §.item si quis postulante.in xij.col.insti.de actio.

VNdecima,qa apud Aegyptios pœna capitis mulctabãtur periuri.vt refert Diodorus Sicul.li.j. relatus ꝙ Gu. Bened.in sua repe.c.Rayn.in verbo,testamentu.iij.nu.xlv.de testamentis. Et de vinculo iuramenti, quod est maximè obseruandũ præcipuè apud principes,vide apud eundem ibi,nu.42.43,& 44.

ADDITIO. Mulctantur etiã imò puniũtur pœna corporali, scilicet amputationis manus apud Neapolitanos,vt habetur in constit.regni Siciliæ quæ incip. eos qui scienter.& ibi per Matt. de affli.post Andr.de Iser.qui illas constitutiones Siciliæ cõmutauerunt in iij.lib.vbi est materia periurij.ibi,in viij.q.ibi, octauò quæro,quid potest opponere reus.& ibi ponit multa quæ excusare possunt à periurio.

39 *De teste periuro.* ET prędicta intellige de parte periurante,qd † autẽ de teste periuro?Ias.in d. §. in fi. ponit qualiter sit puniẽdus.& Fel.in c.cõstitutus.in viij.col.extrà, de rescriptis.Sed aduerte ꝙ testis dicẽs falsum in causa criminali,venit puniẽdus illa pœna, qua puniri deberet pars,si verũ esset dictũ testis.Ias.in d. §. si quis iurauerit.in fi.& in l.& si legibus.in fi.C. si contra ius vel vtilitatem publicã.& in §.itẽ si quis postulante.in xiij. col.insti.de act.Ex quo anno Do. M. ccccxv. in curia parlamẽti Burgũdię, fuit ad mortẽ cõdemnatus quidam,qui in causa capitali ad suggestionem cuiusdam dixerat falsum testimonium, qđ pro certo iuridicum fuit,& plusquam meritorium vt cæteris cedat in exẽplum,qui tale delictũ ausi sunt perpetrare.

ADDITIO. Vide de pœna falsi testis in materia criminali,& aliis materiis ꝙ Hipp.de Marsi.in sua practica causarũ criminaliũ,in verbo.supest. nu. xvj. ¶ Hoc anno 1532.christianissimus rex noster Frãc.prim⁹, propter frequentiã huiusmodi delicti falsitatis testiũ, & notariorũ fecit ordinationẽ seu cõstitutionẽ, per quã cõstituit & ordinauit oẽs falsos testes & notarios passim & indistinctè ad mortẽ cõdẽnãdos, siue sit in causa ciuili,siue in causa criminali,siue in parua causa,siue magna,nõ habita distinctiõe ad magnitudinẽ delicti,vel paruitatẽ,nec ẽt habita distinctione ad vtilitatẽ,& paruitatẽ ꝓsonę aut nõ: secũdũ ꝙ de iure habebatur,& fuit publicata in mẽse Aprili, in curia parlamẽti Parisiensis.Et quia intẽdo hmõi ordinationẽ seu constitutionẽ cõmentari seu glossare,non hîc insisto.

IN TEXTV IBI,
Qui seront tenus à en iurer.

INtellige dummodo deferens non assumpserit in se onus probandi per testes, & exclusus fuerit, quia hoc

hoc casu etiam est exclusus à probatione per iuramẽtum.l.in contractibus.§.illo.C. de non nu. pecun. ita etiam tenet do.meus Ias.in l.ait prætor.§.iurari.in iij. col.ff.de iureiur. cùm dicat ℔ præclusa via omni probationi,nõ postea admittitur iuramentũ.& ibi ponit, an iuramentũ sit vera probatio.& idem Ias.in §. quadrupli.in vj.col.insti. de actio. Item etiam intellige ℔ tales contrahentes tenebuntur iurare vel scilicet referre iuramentum deferenti.per l.manifestæ turpitudinis. ff. de iureiur. dic tamen ℔ in hoc casu non admittitur dilatio , quia coguntur præciſè iurare, cũ sit de facto eorum. notatur in d. l. manifestæ turpitudinis. quia etiam hîc dicitur ℔ tenebuntur iurare contrahentes in odium fraudis commissæ per eos.

Des Censes.

RVBRICA XI.

DIfferunt contractus censualis, emphyteuticarius,præcarię,liuellarius,cõductionis & locationis , prout expressè ponit Ias. in sua emphyteusi in l.j.C. de iure emphyte.

1 *Contractus cẽsualis quis.*

¶Dicendũ est tamen† ℔ contractus censualis est propriè , quãdo quis vẽdit vel alienat ius qđ habet in re, vt si sit directò dominus,vẽdit directũ, vel si habet vtile,vẽdit illud vtile dominiũ,& sic ius qđ habet, puta pro centũ,cũ hoc quod sibi præstetur annuus census, puta duorũ denariorũ. Ita est tex.in c.cõstitutus. extrà,de relig.domi.Bart.in l.j.§.j.ff.de publica. & in hoc differt à concessione in emphyteusim , vel in superficiẽ,vel in libellum , in quibus cõcedẽs non trãsfert ius quod habet in re.& ita declarat Inno.in c. ad audientiã.in ij.col.extrà,de rebus ecclesię non alienã. vbi subiunxit fortius,℔† nisi instrumẽto dicatur, cõcedo tibi rẽ in emphyteusim pro annuo censu,& omne ius quod habeo in illa re.iste non esset contractus emphyteuticus,sed cõtractus censualis.Et illa verba, cõcedo in emphyteusim starẽt impropriè, quod ipse reputat multũ notandũ,maximè propter effectum sequen.videlicet,quia † emphyteuta ecclesiæ si cessat per bienniũ soluere , cadit à iure suo, auth. qui rẽ.C. de sacros. eccle.c.potuit.extrà,de locato.emphyteuta autem priuatur per trienniũ.l.ij.& ibi doct.C. de iure emphy.†tamẽ si censualis staret, nedum per trienniũ, sed etiã per mille annos,℔ non solueret,non tamẽ caderet à suo iure.tex.est iuncta gl.in d.c.constitutus.& idem tenet Io.Fab.in §.adeò , in pe.col.insti. de locat.

2 *Differentia inter emphyteutam & cẽsitarium.*

3

4

¶Et hoc est,quia ponitur natura contractus rei cẽsualis,non emphyteutæ,† & ad iudicandum qualitatem contractus nõ inspicitur sonus verborũ , sed effectus rei, † quia verba potius deseruiunt naturæ cõtractus, quàm natura verbis,vt dicit Philip.Decius consi. suo clx.col.ij.& consi.clxiiij.col.iij. ¶ Et facit , quia verba debent deseruire intẽtioni.l. in conditionibus primũ locum.ff.de conditio.& demonstratio. Plura per Benedict.in repeti.c.Ray.in verbo,eidem impuberi succederent.nu.18.de test.amplissimè per Deciũ in cons. cccl xxiiij.in ij.col.Aduerte tamẽ ℔ defectus verborũ suppletur per sensum,vt dicit Benedicti in dicta repetitione,in verbo,cætera bona. nu. 57. de testamentis.

5

6 *Verba cõtractus.*

7 ET aduerte,†quia in dubio præsumitur potius cõtractus censualis,quàm emphyteuticus,prout dicit dom.meus Ias.in sua emphyteusi.in xxxv.col.quę est xij.col.in l.ij.C.de iure emphy.Socin. in consi.suo cclxvj.in iij. col. Dicam latiùs infrà. Hostien. verò in summa,in titulo de causa possessio.& proprieta. §. fi. in fi.ponit quid propriè sit census.& nota ℔ aliquando denotat subiectionẽ,aliquando exceptionem, aliquando protectionem.Feli.in c.ad audientiam.in vij. col.de præscriptio.

§. PRIMO.

AV regard des censes qu'on dict porter lots,retenue , & amẽde, on ne declare point estre de coustume generale pour la diuersité des vsages , qui sont en diuers lieux , esquels plusieurs seigneurs & autres ont cẽses , lesquels vseront desdictes censes, & desdicts lots , retenue , seigneurie , & amẽde ainsi qu'ils ont par cy deuãt vsé.

1 *Census quo tempore resoluãtur in Frãcia.*

DE generali† cõsuetudine totius regni Frãciç,omnes census dominorũ soluuntur in Martio, in die Annuntiationis beatæ Mariæ virginis. sunt tamen quædã loca particularia,quæ ex conuentione aut aliàs,ex vsantia habent alium terminum.concluſiuè vt dicit tex.nostræ consuetudinis,insequendę sunt consuetudines etiam particulares,si sint prout dicit Bal.in rub. de consuetudine.in iiij.col.

IN TEXTV IBI,

Lots.

1 *Ventæ & audemiũ idem.*

NOta ergo ex tex.nostro , † ℔ census aliqui in hac patria sunt ex quibus debetur laudemiũ,nam vt dicit Ioan.Fab.in §.j.insti.de emp.& vendi.& cõstitutione regni Frãcię debẽtur vẽtæ domino cẽsuali quãdo res cẽsualis vẽditur,vocãtur ventæ alicubi,& alicubi laudemiũ.Et in his attẽdit cõsuetudo, scilicet quãtũ solui debeat.arg.l.domini prædiorum. & ibi Io. de pla.de agri.& cẽsi.lib.xj.C.& tenet Bal. in rub. de cõsuetudine,extrà.†ex quo ergo licet de iure laudemiũ sit quinquagesima pars pretij,per tex.in l.iij.C.de iure emphy.tamẽ quãtũ sit hodie in hac patria, attẽdendæ sunt consuetudines & vsantię locales,secũdũ quas soluẽdũ est laudemium.¶†Et debentur ista laudemia ab emptore,vt dicit gl.in d.l.iij.& ibi Ias.col.xj. vers.j. quæro.C.de iure emphy.& vide Boërium in consuet. septenæ Bituric.in tit.de consue. feudi & cẽsus. §. iiij. Et de materiã huius gl.vide eundẽ Boëriũ. in d. tit. §. xviij.vbi allegat Io.Fab.hîc per me allegatũ. Stephanus Bertrandi in cõsi.suo cccxxj.in j.parte. & in cons. iij.in iij.parte.dicit,℔ laudemia debentur ad causam trãsportus seu alienationis dominij vtilis quod habet emphyteuta in re emphyteuticaria , & pro labore seu pœna,quam assumit dominus directus pro inuestitura emphyteutę,& missione & possessione eiusdẽ,cùm omnis labor optat prẽmiũ,& ideo cũ dns retineat dominiũ directũ,vt dictũ est,videtur ℔ cẽsatari° habeat tãtũ vtile dominiũ apud nos.¶Et aduerte, qa ista consuetudo est satis cruda,& quia cõmuniter in Burgundia ista laudemia capiũtur ex vẽditiõe : intellige istud habere locũ ex vera vẽditione,& nõ ex nulla, vt dicit idem Boërius in loco hîc antè alleg.§. xviij. Cui adde Io.Fab.in l.ij.C.quãdo liceat ab emptione discedere. qui facit differentiã an contractus resoluatur ex causa de præterito an ex causa de præsenti, vel futuro. Et etiã adde id quod dicit Bertrãdi in cõs.suo xlv.in j.parte.vbi dicit , ℔ laudemiũ habitũ ex prima venditione aduenięte casu resolutionis cõtractus,non debet perdominum retineri,sed debet restitui ex secunda.

2 *Laudemiũ quid*

3

ET aduerte ad id quod dicit Bart.in l.si vir vxori.§. cuidam.ff.de condi. & demon. & do. meus Ias. in l.fructus.

BIU Cujas

l.fructus.in vlt.col.ff.solut.mat.& in l.cùm quædã.§. 4 quoties.ff.de iurisd.om.iudi.† ℘ vbi de aliquo contractu soluitur ab emptore de pretio rei venditæ tãtum pro libra,si fundus fuerit venditus centum, & in proxenetis & proclamatibus fuerint expensæ viginti libræ, quòd gabella tantùm debet solui de octoginta, quomodo sit intelligendũ,ponit Bar.in d.§. cuidam, qui est cum l.sed si hoc.

Quæstio. SEd quæro,pone ℘ sint plures domini cẽsuales,qui ratione cẽsus eisdẽ debiti debẽt habere laudemia: vnus tamẽ habet de quatuor partibus vnã,alius duas alius aliã;quomodo debeant diuidere laudemia ex dicto censu prouenientia? Dic ℘ quilibet dominus habebit laudemia, & alia iura census pro illa parte, pro qua habet ius in re censuali.facit tex. in §. illud expeditu.insti.de socie.l.si vsus.§.fi.ff. vsufru. quẽadmodũ caueat.facit l.si fundꝰ.§.si duo.ff.de pig.& §. seruꝰ. insti.de stip.ser.l.q pecuniã.ff.de statulib.l.si plures sint. ff.de vul.& pupil.l.vtrum.§.fi.& ibi no.ff.de reb.dub.

5 Laudemia an debeãtur proprietario an vsufru. ¶Itẽ quẽro,† an laudemia debeantur proprietario,an vsufructuario? vide suprà,in ti.*des droicts & appartenances à gẽs mariez* in §.*femme mariee selon l. generale coustume*.in gl.in verbo,*pour en iouyr sa vie durãt*. Alb.de Ros. in l.vsufructu leg.ff.de vsufruct.Old.cõsi.ccxl.& Gui. pa.q.cccclxxvij.dicit ℘ vsufruct.alleg.tex. l. vsufructu *6 Quæstio* leg.in j.resp.ff.de vsufr.¶Item quæro,† an si frater vẽdat fratri partem suam rei censualis quam habet indiuisam cum dicto fratre,an debeatur laudemium domino? videtur ℘ non,per ea quæ dicit Bal.in l. voluntas. 7 C.de fideicom.vbi dicit,† ℘ si frater vendat fratri rem emphyteuticã,non est seruãda solẽnitas quæ debet seruari in vẽditione rei emphyteuticæ:quia nõ requiritur consensus domini.& ad propositũ de laudemio.vide Ang.de Clauasio in sua summa, in ver. emphyteusis.ibi,tertius casus est prope finem. qui sequitur opi.Bar.in l.& ideo.ff.de condict.fur. alleg. in hoc 8 §.in gl.*retenue* in fi.¶Itẽ an si† dominus retinuerit,debeat habere laudemia?dic ℘ non, vt tenet Boërius in tit.de consue.retentionis rerum feuda.§.ij.in gl. ij.

9 Ius laudemiorum est ius reale. QVia† istud ius concomitatur rẽ,& debetur à possidente rẽ & tenementario,seu ab illo qui illã tenuit & possedit,dicitur ius reale.Et ideo etiã inter ecclesiasticas personas, iudex secularis debet esse iudex in hac causa petitionis ventæ & laudemiorũ:quia oẽs res sunt de territorio regis,& valet cõsuetudo ℘ de rebus etiã clerici agat coram iudice seculari, vt tenet Bal. per illũ tex.in c.cum venissent.extrà,de eo qui mit.in *Quæstio.* pos.cau.rei ser.¶ Sed quæro, an saltẽ possit agi coram iudice ecclesiastico cõtra tenementariũ & emptorem rei cẽsualis ad exhibẽdu acquestus rei cẽsualis,an post modum possit cognosci & probari quãtũ pro laudemiis sit petendũ?dixi semel ℘ nõ quia ex quo dicta actio est præparatoria ad actionem in rẽ, sicut iudex secularis debet esse iudex causę illius realis,& sic etiam debet esse iudex causæ præparantis.prout dicit Felin. in.c. super literis.in xj.colũ. ibi, tertiò facit quod no. Car. extrà, de reseri. na ista causa exhibitionis literarum ad prædictũ effectũ est de dependentia seu connexis à causa reali, quæ potest dari contra tenemẽtariũ, ex quo tẽditur ad præparãdas probatiões ad ius reale.qd debetur per tenemẽtariũ,ergo dicitur depẽ- 10 dens à iure reali,cũ † præparatoriũ dicatur de dependẽte & cõnexis ipsius præparãdi. & probatur in l.or 11 dinarij.in vers.ab eodẽ iudice.C.de rei vendi.† vbi ille q fuit iudex in præparatorio, id est in possessorio, debet esse iudex in petitorio, seu in causa proprietatis. quia præparatoriũ & præparatum dicũtur ad inuicẽ continentia seu connexa.Et quia exhibitio scripturæ semper petitur,vel incidenter in causa principali, vel ad præparationẽ alterius,prout declarat Bal. in l. j. in vlt.col.C. de edẽ. semper exhibitio scripturæ videtur de dependentibus ab ipso principali.Alex.in cõsi.lviij. in fi.j.vol.repetito in consi.cxcvij.in ij. vol. & ideo cũ iudex secularis debeat esse iudex causæ principalis,debet etiã esse iudex causæ connexæ & dependẽtis. & facit tex.in l.vbi cœptũ.ff.de iudi.quia† vbi cœptum est 12 iudicium,ibi finiri debet. ne ergo sequatur vnum inconueniẽs,scilicet ℘ aut derogetur d. l. vbi cœptum. aut iudex ecclesiasticus cognoscat de actione reali, quod facere non potest,debet hæc causa inchoari coram iudice seculari,cùm coram eo debeat finiri.

NVnquid autem iudex ecclesiasticus cognoscere possit de arreragiis? dixi alibi, sed aduerte ad id quod dicitur in quodam libro,qui dicitur,Stylus parlamenti,in quarta parte, arti. xlix. vbi dicitur, ℘ fuit latum,† ℘ quæstio arreragiorũ est personalis: & ideo 13 *Arrera giorũ qua stio est personalis.* cognoscere potest iudex ecclesiasticus. contrariũ fuit iudicatũ anno Do. M. cclxxxv. vt habetur per Ioan. Galli in quæstionibus per arresta,quæstione quinquagesima,vbi plenè disputatur materia.¶Aduerte, quoniam istud est clarũ,† ℘ hypothecaria est realis etiam 14 *Hypothecaria est realis.* si agatur ex conuentione, quia ex illa nuda conuentione causatur ius reale, ita ℘ sicut prælati in regno Franciæ nõ possunt cognoscere de reali,sic nec de hypothecaria.ita tenet Ioan.Fab.in §.item Seruiana.col. ix.insti. de actionib.

ADuerte etiã† ℘ si vendatur res censualis sub gra- 15 tia redemptiua,non debentur laudemia. Io. Fab. in l.fi.C.communia de reg.quod intellige quãdo gratia redemptiua est tẽporalis, secus si generalis & perpetua,vt dicit Ioan.Sanxon in consue. Turonen. titu. *de pied de fied & de parage*.ar.v.fo.lxxj. & Boërius in cõsuet.Bituric.tit.de consue.feu.§.xviij.& vide infrà hoc hoc eo tit.§.vij.qui est fina.in glo.j.in versic. fina.

AN consuetudine particulari aliquorũ locorum in Burgundia,possit introduci ℘ talia abõmata importent laudemium,aut ius retẽtionis? videtur ℘ sic, quia per pactum & conuẽtionem fieri potest,sicut videmus in emphyteusi quę fit ex cõuentione partium illius naturæ.l.j.C.de iure emphyte.ergo idem in tallia. Tamen quo ad nos nulla alia cõsuetudo potest istud introducere nisi sit cẽsus ex quo est prohibitum per cõsuetudinẽ, cùm nõ possint aliæ cõsuetudines allegari quæ nõ sint descriptę in hoc vol. sed recurrendu est ad ius cõmune. dixi plenè in meo monologio.

IN TEXTV IBI, Seigneurie.

QVid importat hoc verbũ, *seigneurie*, & quid vult dicere cõsuetudo nostra, quæ dicit ℘ census importat dominiũ? nã nullum dominiũ remanet penes dominũ censualem,imò omne ius quod habet dominus censualis trãsfertur in censuariu,vt dixi in rub.igitur videtur ℘ istud verbũ sit superfluum.dic prædicta esse vera de iure,sed de consuetudine secus.

AN verò† solutio census seu præstatio inducat pro 1 *census solutio inducit subiectionem.* prietatem subiectionis,aut quasi possessionis? Tu dic breuiter,quòd si vna ecclesia soluat censum alteri ecclesiæ certo loco, & aliquo tempore certo & determinato, quo plures ecclesiæ soluunt censum in signum subiectionis, quòd ex hoc dicitur ex præstatione census illius ecclesiæ probata quasi possessio subiectionis. ita Panorm. in c. fin. in j. colum.extrà, *Casus fa-* de causa possessio. ex quo dixi cùm casus euenisset *ch.*

de curato

BIU Cujas

de curato de Brexis,q̃ renuebat soluere quandã præstationem annuã eccleſiæ Heduẽ.q̃ ex quo ꝓducebãt libri cẽſuales cõtra ipſum,q̃ debebãt facere fidẽ,eo q̃ erat eccleſiæ cathedrali Heduen.ſubditus: quod ſatis conſtabat,eo q̃ tenebatur eidem eccleſiæ ſoluere ius quod dicitur crucum,certo tempore,& certo loco,vt aliæ eccleſiæ.ampliſſimè ſcripſi cõſulendo pro eccleſia,non hîc inſiſto. ¶ Aduerte † quòd dominus cenſus
2 in Francia retinet dominium,vt dicit Io.Fab.§.adeò. inſtitu.de loca. & Boërius in conſuet.Bituricen.tit.de conſuetudine feudo.§.xxiiij.

IN TEXTV IBI,

Retenu.

1 Retẽtionis ius. IStud † ius retentionis,eſt ius quod habet dominus cenſualis:q̃ ſi vẽdatur,poteſt eã retinere ꝓ pretio.l. fina.§.ſed nec hac occaſione.C.de iure emphy.& hoc iure prælationis,quod dictus dñs habet in re cenſuali.intellige tamen quòd poterit eã retinere pro ſe, nõ tamẽ pro aliquo cui cedere vellet,quia hoc ius prælationis cedi nõ poteſt.tenet G.pa.q.ſua cccxj. ¶ Prouinciales tamen habent conſtitutionẽ cõtrariam,per quam diſpõitur, quòd tale ius prælationis poteſt per dominum cedi & tranſportari in alium:quod intelligerem verum in feudis,quando venderet aut cederet capaci & habili,quia non eſſet ſine dubio ſi dominus cederet ius prælationis ſeu retentionis feudi nobilis alicui non nobili,& ſic non capaci,q̃ expellere poſſit nobilẽ emptorẽ feudi,& ſic capacẽ ad tenendũ feudũ, niſi eſſet princeps,qui etiã cederet incapaci,quẽ ſciebat incapacẽ,qm̃ videt cũ eo diſpenſare:p l.quidã cõſulebãt.ff.de re iudic.ſed hoc nõ affirmo,ſed cogitandum eſſet,ſi caſus eueniret. ¶ Idem Gui.pap.deciſ.ſua
2 xlvij.vbi dicit,quòd † non habet locũ ius retentionis in donatione,vide quæ dixi infrà,§.fi.in gl.j.huius tituli. ¶ Et intellige etiã q̃ habeat huiuſmodi ius retentionis ſeu prælationis niſi alia iura ſequẽtia & futura receperit,ſ.cẽſum futurũ, & alia iura, quia p hoc renuntiaſſe videtur huic iuri.vt facit tex.in l.poſt diẽ.ff. de lege cõmiſ.per quẽ textũ ita tenet gl.in l.ij. in verbo,expellere.C.de iure emphy.&ibi do.Iaſ.q̃ tenet,q̃ ſi dominus emphyteuticarius habeat ius cõmiſſi per non ſolutionẽ canonis per trienniũ,ſi tñ recipiat iura futura,videtur illi iuri renũtiaſſe.& ita tenẽt ibi multi,quos refert & ſequitur do.meus nu.124.Quod intellige verum in vero dño:ſed an in hoc tutor aut adminiſtrator poſſit domino præiudicare, cogita ex his quæ dicit Feli.in c.fi.de præſcript.Et quid in receptore qui habet ſolùm poteſtatem recipiendi reditus, an poſſit in hoc præiudicare dño?videtur quòd non, per ea quæ dicit Henri.Bohic in c.vigilanti.in fi.de præſcript.vbi dicit,quòd vicarius non poteſt quid facere in præiudicium domini ſeu rectoris. ¶ Et nunquid res cenſualis poſſit ſine conſenſu domini alienari. idem Boërius vt ſuprà §.xxiij.& idem eo.lib.de conſuet.retentionis rerum feudalium.§.j.vbi ponit quædam ex dictis in hac glo.& ponit certos caſus in quib.nõ habet locum ius retentionis.ti.de cõſue.retractus.in gl. de iure tamen.§.iij. tenet quòd tale ius non põt cedi.

POſſunt tamen facere contrahentes inter ſe, q̃ dñs non habebit rem cenſualem iure prælationis, puta ſi vendatur res inter eos, ſi dñs laudauerit, prout tenet Guid.pap.q.ſua xlviij.& cccxj.& ponit Bart.in l.quod ſæpe.§.ſi quis amico.ff. de contrahen. empt. prout alleg.Guid.papa.in dicto loco, ſed ibi nihil dicit. & ideo dicit Pet.Iac.de Aureliaco in ſuis libellis, in tit.de actione in rem quæ pro re emphy. quæ cecidit in commiſſum.in x.col.ibi,quid ſi dominus directus:† q̃ ſi dominus directus vendiderit ius prælationis & retentionis alicui tertio, & ius laudemij quod ipſe habet,q̃ ille emptor non poterit retinere rẽ ſicut dominus directus:imò quod plus eſt,ſemper remanet pignoris obligatio,nec hoc caſu euaneſcit,quia iſtud ius prælationis eſt ius ſpeciale, ergo in ſuis terminis tenendum,ſcilicet quòd habeat locum in ipſo dominio directo, & non in aliis,licet cauſam habeat ab eo: quia cùm tale ius retinendi ſit odioſum,ergo reſtringendum & non ampliandum.

3 *Ius prælationis & retentionis cedi non poteſt.*

SEd pone † quòd ſint duo dñi directi cẽſuales,quo- 4 *Caſus.*
rum vnus vult retinere rem cenſualem venditam iure prælationis,alter verò nõ: ſed vult inueſtire emptorẽ,quid fiendũ:videtur q̃ quilibet vtetur iure ſuo. arg.l.j.§.ſi alter ex hæredibus.ff. quorum legatorum. Alb.de Roſa.mouet notabiliter hanc quæſtionem in fortioribus terminis,in l.per fundum.in iij.col. verſi. vltimò facit.ff.de ſerui.ruſti.prædio.vbi dicit,Pone q̃ quis tenet in emphyteuſim quẽdã molendina à quodam capitulo pro octaua parte, & à quibuſdã nobilibus pro ſeptẽ partibus:iſte vẽdidit molẽdina cũ conſenſu capituli,& nobiliũ, excepto vno qui vult partẽ ſuã,quã ẽt habet ꝓ diuiſo, retinere, an poſſit:Dicit q̃ ſic,per d.l.nec poſſunt alij conſortes impedire ius retentionis iſti ꝓ parte,nec eſt ſiẽda alia æſtimatio pretij.& nota qa dicit,q̃ euenit in facto, ſed credo q̃ adhuc eueniet intra paucos dies. ¶ Hãc quæſtionẽ examinat Io.Berberij in ſuo viatorio iuris,ti.de loca.verſic.quæritur etiã ecõtrariò.vide do.Io.Sanxon.in cõſuetu.Turonen.ti.*comme hommage ſe doit offrir à ſon ſeigneur*.artic.fi.in ij.col.& in fi.tit.*des retraicts*. xxij.arti. vbi alle.Boëriũ, qui examinat in conſu.Bituricen.tit. de conſue.retentionis rerum feudalium.§.j.& in tit. de conſuet.retractus.

IN cõtrarium tñ videtur facere l. q̃ ſi vno.§.Celſus. ff.de in diem adie.per quem tex.ita tenet Guid.pap. q.ſua cccxj.in fi.& ideo etiã per illum tex. dicit in q. ſua cccccviij.quòd ſi aliquis emat vnũ tenemẽtũ plurium rerũ,ĩ quo ſunt quã plures & diuerſæ poſſeſſiones de cẽſu & emphyteuſi pluriũ diuerſorũ dñorum mouẽtes,qđ quidẽ tenementũ emit vno pretio,& alter dominorum cẽſualium vult aliquam rem, quæ de ſuo cenſu mouetur, retinere iure prælationis, quòd nõ põt,quia oĩm rerum eſt vna vẽditio de facto de omnibus rebus inſimul facta.l.ſcire debemus. cum ibi not.ff.de verb.obli.Ex quo ergo ſi talis dñs retineret, videretur eſſe præiudiciabile cẽſuario vẽdenti, & etiã emptori:cùm in hoc caſu nõ cogeretur emptor alias res in ipſo tenemẽto recipere,niſi omnes haberet.l.ſi quis duos.ff.de contrahen.emp.& ideo ibi concludit Gui.pa.† q̃ dñs nõ põt habere illud ius retẽtionis ſeu 5 *Quæſtio de facto.*
prælationis,qñ per eum prẽiudicaretur cenſuario ſeu emphyteuticario vẽdenti.l.fi.C.de iure emphy. ¶ Iſta quæſtio eſt nunc in ciuitate Heduen.inter nobilẽ virum dñm Dygornay,& nobilem & ſapientẽ virũ magiſtrũ Ioannẽ Milot Locũtenentẽ generalẽ horũ balliuatuum Heduen.& Mõtiſſinerij. Cùm ita ſit quòd prædict⁹ magiſter Ioãnes Milot emerit hoc anno terram & ſeignoriam de Vergoncey, in qua ſunt plures partes feudales diuerſorũ dominorũ, & inter alias eſt quẽdã parua pars quę eſt de feudo dñi Dygornay,quã vult habere iure retentionis, an ſit audiẽdus? ¶ Multa opponit cõtra eũ prædictus Locũtenẽs,& maximè ſupradicta. opponit etiam q̃ ſunt ſex menſes q̃ emptio ſeu acquiſitio dictæ terræ de Vergoncey fuit ei denũtiata, & quòd debuit venire intra quadraginta dies

BIU Cujas

vt j.§.iij.qui in hoc etiã per cõsuetudinẽ nostrã videtur æquiparari,per §.x.inci. *au reachat & retraction.* ſ. tit.j. Ad minus ꝙ tãtum debet habere duos menſes à tẽpore denuntiationis de iure:cùm tantũ habeat cenſualis dñs:vt notant doct.maximè Bar.Ang.Imo.Pau. de Caſt.Alex.in l.qui Romæ.§.cohæredes. ff.de verb. obli.deciſiones doc.in dicto loco nihil ad propoſitũ. quia tantũ loquuntur de eo qui nõ poteſt vẽdere niſi tali:qa debet interpellari, & debet expectari poſt interpellationẽ per duos menſes.& tex.in l.fi.C.de iure emphy.vbi tex.loquitur de duobus menſibus. dic ꝙ ille tex.loquitur in re emphyteutica, & non in feudali,in qua aliud ſpecificè deciſum eſt, ſcilicet in §.porrò.qualiter olim feudũ poterat alienari.in quo eſt annus quo ad dominũ feudi.imò dicit Præpoſitus Mediolanen.dictus Cardinalis Alexãdrinus in d.§.porrò.ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ vaſallus poſſit alienare feudũ,vt ſuprà in ti.*des fiedz.§.en alienation & trãſport.* quòd dñs habebit ius redimendi ſecundũ d.§.porrò. ſecundum quẽ datur tempus vnius anni,igitur.&c. ¶ Poſſet dici quòd cùm nec verè,nec expreſsè ſit ſtatutum tẽpus in feudis,imò ſolũ quodãmodo fit mentio in d.§.porrò. de tempore nõ diſpoſitiuè, ſed exceptiuè ad regulam præcedẽtẽ,ꝙ in hoc caſu bonũ erit argumentũ de emphyteuſi ad feudũ.de quo argumento ſatis amplè per do.meũ Iaſ.in l.j.in xj.& xij.col.C.de iure emphy. Et ideo cùm in emphyteuſi ſint tantũ duo menſes,ꝙ etiã idẽ erit dicẽdũ in feudo. dixi plus ꝙ in Burgũdia dñs feudi habet tantũ quadraginta dies ad retinendũ ſeu redimendum rem feudalẽ venditam.Qui quidẽ quadraginta dies currũt à tẽpore renũtiationis,& nõ antè.Et hoc probo ſic.vbi duo caſus parificãt vi regulæ antiquæ,tũc ſtatutũ diſponẽs aliquid in vno parificatorum,extẽditur ad reliquũ.iſta fuit cõcluſio Bar.in l. Marcellus.§.ꝙ autem.ff.ad Trebel.& Ang.in l. ſi quis ſeruo.C.de fur.dicã plenè in fine harũ cõſuetudinum. ibi, decima concluſio eſt. ſed ſic eſt quòd dominus feudi & dñs cẽſualis,quo ad vnum caſum, ſcilicet ius retẽtionis,æquiparãtur,vt in §.*en reachat & retraction.* ſuprà *des retraicts.*ergo etiam in tempore ſtatuto ad dictum ius retentionis in vno per nouum ſtatutum fiet extenſio ad alium, ſed ſic eſt quòd in dño cẽſuali ſunt ſtatuti quadraginta dies, per cõſuetudinem noſtram poſt denuntiationem,vt infrà eod.ti.§.iiij. Ergo idem erit dicendũ in domino feudi,qui tãtùm debebit habere quadraginta dies. ¶ Multũ facit in cõtrarium, id quod dicitur infrà in fine harũ conſuetudinum quòd in his quæ nõ ſunt diſpoſita per has noſtras cõſuetudines recurrendum eſt ad ius cõmune. Sed poteſt dici ꝙ ſatis ſtatutũ eſt & ordinatũ tẽpus per has noſtras cõſuetudines,ſecundũ prædictã regulã:igitur,&c.cogita quia non eſt ſine dubio.Dixi etiã ꝙ adhuc videbatur quòd cùm non erat ius retractus in dicta terra & ſeignoria de Vergoncey,ex quo eſt de franco allodio, & non eſt locus principalis feudalis, qui quidem inſpiciendus eſt,vt tenent Guli.de Cug.Bal.& Albe.de Roſa.in l.j.ff.de offi.præfecti auguſta.& Phili.Francus in c.cõmiſſa.de cle.vbi dicũt,† ꝙ ille dicitur poſſidere beneficium qui poſſidet eccleſiã, & ſic locũ principalem,non autẽ ille qui poſſidet poſſeſſiones, ſeu depẽdentia ab eccleſia principali.quod nec etiã debet eſſe in dependentibus & acceſſoriis ſeu mẽbris illius terræ. Et ideo ſemel etiam dixi, quòd cùm eſſet eccleſia principalis in comitatu Burgundiæ, & annexa cum omnibus parochianis in ducatu noſtro,quòd talis eccleſia non erat ſubiecta nominationibus,in vim pragmaticæ ſanctionis. ¶ Aduerte ad cautelã, ad euitandum quòd nõ habeat dñs ius retẽtionis,& inter duos litigetur ſuper re cẽſuali,& tandẽ fiat tranſactio vt res apud aliquem remaneat dando certã pecuniæ ſummã alteri,tunc hoc caſu nõ erit ius retẽtionis,quia dimiſſio rei exiſtentis penes aduerſarium ex cauſa tranſactiõis aliquo dato vel recepto nullã inducit trãſlationem dñij,vel alienationẽ.vt eſt text.vnicus & ſing.in l.ſi ꝓfundo.& ibi doc.maximè Bar.C.de tranſac.iuncta gl.in l.pe.C.pro empt.& vide in hoc Io.Sanxon.in conſue.Turo.ti.*cõme hõmage ſe doit offrir à ſon ſeigneur.* artic.fi.fo.lxviij.dixi ſuprà ti.*des fiedz.*§.fi.in gl.*en alienation & tranſport.*ibi, nunquid autem vaſallus poſſit ſuper feudis tranſigere.dixi etiã ſuprà tit.*des retraicts.* §.ix.vbi dixi quòd in tranſactione non habet locum ius retractus.

ITem etiam nõ habet locũ ius prẽlationis ex remiſſione ſeu diuiſione quę fit inter ſocios,vel cohęredes,de re cõmuni,nec etiam laudemium debetur, ſecundum Bart.in l.& ideo.ff.de condi.furti.& Alex.in conſi.x.inci.videtur fortaſſe.in ij.col.in j.vol. Gui.pa. quæſtio.xlvij.dixi in §.fi.huius tit.& §.ix.ſuprà *des retraicts.*quaſi in fi.

ADDITIO. Aduerte quòd in iure ſunt alia iura retentionis, vnũ de quo habetur in l.j.C.etiam ob chirographariã pecuniã. & ibi Albericus fecit pulchram diſtinctionẽ,quã vide.Aliud de quo in l.fi.C.commoda.& in l.in rebus.§.poſſunt.ff.cõmodati.vbi commodatarius poteſt retinere cõmodatum propter impenſas in re cõmodata factas,non tamen prætextu debiti poteſt retinere: vt dicit tex.in d.l.fin. Aliud eſt de quo in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de condi.indebi.Aliud eſt de quo in l.j.§.quòd autem.ff.de ſuperficiebus.& in l.cùm dominus.ff.de reg.iur.Bal.in l.cùm & ſoluta.C.de condi.indebiti.

IN TEXTV IBI, Amende.

SEd quæro,quæ ſit iſta emenda? dic ꝙ videtur ꝙ ſit arbitraria.per ea quę dicit Bar.in l.j.ff.de iure deliberan.Ex quo tamẽ nõ eſt ſtatuta à iure nec determinata,videt, quòd mitior debeat imponi, cũ in pœnis mitiorẽ pœnam adiudicare debemus.l.interpretatione pœnæ.ff.de pœnis.quę quidẽ mitior eſt de ſeptem ſolidis in hac patria.Tu dic ſecundùm tex.noſtræ conſuetudinis, ſeruandam eſſe conſuetudinem loci vbi eſt talis cenſus, ratione cuius debetur emenda.

ITem quæro,pone † ꝙ cẽſuarius vult ſoluere pro viginti annis ſimul,vt euitet emendã,an poſſit? dic vt per Iaſ.in l.ij.xlj.col. C.de iure emphyte.& adde quæ dicam infrà in §.ij.ſuper gl.j.nu.30.verſi.dixi ſuprà. 1 *Quæſtio.*

ITẽ quæro de caſu q mihi euenit in facto. Ego prætendebã quendã annuũ reditũ ſiue cẽſum mihi deberi p tenementarios cuiuſdã fundi, alter pretẽdebat etiã ſibi deberi, & quilibet nĩm dicebat ſe emiſſe illũ cenſum à quodã qui prius habebat. proponebam me eſſe priorẽ cui facta fuerat vẽditio,& dicebã me eſſe in poſſeſſione perceptionis illius cenſus,& probabã per quandã confeſſionẽ,quã mihi fecerat tenementarius, per quã cõſtabat ſe feciſſe cõputum mecum, de dicto cenſu ꝓ octo,aut nouẽ annis,de quibus ſe obligabat, & promittebat ſoluere.Poſtmodũ probabã quòd hoc anno 1510. ipſe mihi ſoluerat sũmã mihi cõfeſſatã & ꝓmiſſam ꝓ dictis nouẽ annis effluxis. Ex aduerſa parte proponitur, ꝙ licet fuiſſet ſecundus emptor,tamẽ erat prior in poſſeſſione, & ſic cui fuerat res tradita, & ſic quòd debebat optinere, per l.quoties.C.de rei vendi.& iuſtificabat quòd antequam mihi fuiſſet facta con *Caſus.*

6 *Poßidere beneficiũ quid dicatur.*

Cautela.

BIU Cujas

cta confessio de receptis, quòd iam actualiter & realiter dictum censum habuerat à dicto tenementario, & sic quòd videbat q̃ deberet obtinere. per ea quæ plenè tradit do. And. Sic. in cons. viij. in xxiij. xxiiij. & xxv. col. in ij. vol. † vbi per actualem solutionem pensionis acquiritur quasi possessio, & non per cõfessionem de recepto. sed tamen quia paria sunt soluere aut promittere soluere. l. fi. C. de cadu. toll. en. ex quo dictus tenementarius non solùm confessus est me recepisse, imò, quod plus est, mecum computum fecit, & promisit soluere, à die computi facti incepit possidere, & ideo non video quare non debeam obtinere. nõ video adhuc mihi moueri processum, sed si moueatur, scribã amplè pro iuribus meis cõseruandis. ¶ Aduerte, quia in contractibus in quibus ius quæritur ex solo titulo, vt in duobus quibus fuit diuersis temporibus hypothecata eadem res, cùm ex sola cõuentione ius hypothecæ absq; traditione possessionis transferatur. l. j. ff. de pig. actio. ideo est præferendus is cui primò res est hypothecata, nõ cui prius fuerit tradita: vt per docto. in c. qui prior. de regu. iur. & l. potior. & l. qui balneum. ff. qui po. in pig. habe. & ita tenent Cy. Bal. Sali. & Pau. de Cast. in l. quoties. C. de rei vend. de qua materia vide Io. Sãxon. in consu. Turonen. ti. *des hypothecques, & comment elles se diuisent.* art. ij. fo. cxxj.

Quæstio. SEd iterũ quæro, quomodo potero probare ad habendum laudemium, quòd talis emptor emit à tali, talem rem mihi censualẽ? dic quòd debet peti vt exhibeatur instrumentum emptionis & venditionis, & cogetur emptor per iudicem ad exhibendum & edendum, vt dicit Bal. in l. j. §. editiones. in iiij. col. ibi, ecce quartũ exẽplũ. ff. de edẽ. & ita practicat in curiis nr̃is. ¶ Adde Spec. in ti. de emphy. §. nunc aliqua. versi. cxlj. intellige dũmodo cõstet q̃ illa res sic vẽdita sit cẽsualis, qđ nõ præsumit, quia omnis res præsumit libera. dixi suprà. §. iiij. ti. *Des mainsmortes.* in gl. j. & in §. iiij. ti. *des fiedz.* in gl. *apres ledict hõmage.* ibi, sed nunquid quælibet res. & ideo cùm sit præsumptio contra prætendentem esse censualem, tenetur probare saltẽ per tres testes: vt dicit do. meus Ias. in l. sciẽdum. col. iiij. ibi, in eadem ibi, an admittatur. ff. de verb. obl. Aduerte tamen † quia qualitas proposita in libello tribuens iurisdictionem iudici, non debet probari ante litẽ contestatam. Lap. allegatione sua lix. & lxvj.

ADDITIO. Contrarium tenet Bar. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilita. publicam. & Imola in c. super literis de rescriptis. de quo per Matt. de afflic. in in çonstit. regni Siciliæ quæ incipit, capitaneorum. in iij. notabili.

PONe quòd pluribus dominis debetur census per plures censuarios ex vna re censuali, & vnus çensuarius soluit vni domino partem suam, & non alteri, an emẽda debeatur integraliter, an pro parte? de hoc videtur casus in c. suam de pœnis. vbi dicit quòd obligatus ad certam quantitatem certo die sub pœna soluẽda, si partem intra terminum soluit, ad pœnam integram nõ tenetur. & ibi plenè ponit quæ sit obligatio diuidua. & indiuidua. de qua materia plenè p̃ scribentes ibi, & in l. stipulationes non diuiduntur. & in l. iiij. §. Cato. vbi do. meus Ias. ff. de verbo. oblig. & l. in executione. ff. eod. l. ij. §. ex his. cum duobus sequentibus. ff. de verb. oblig. ¶ Et si debeo partem ab vno soluente, an aliis non soluentibus præiudicetur soluenti. gl. in c. si. in gl. magna, circa finem. de locato & conducto. & si vnus non est soluendo, an alij soluẽtes teneantur? videtur quòd non. argumento l. iij. in fine. ff. de alimen. & cibariis legatis.

IN TEXTV IBI,

Qui en ont par cy deuant vsé.

IN hoc ostenditur q̃ istud ius quod dñi cẽsuales habent in re censuali percipiendi laudemium, seignoriã, ius retentionis, & emendã, istud habeãt ex cõsuetudine præscripta, seu ex præscriptiõe: & ideo cõsiderãs cõsuetudo q̃ tm̃ præscriptũ quantũ possessum. l. j. §. Iulianus. j. ff. de itinere actúq; priua. & ibi notat gl. quam Bar. ibi in §. si quis hoc interdicto. dicit semper notandam. faciunt plura quę dicit do. meus Ias. in l. de quibus. in vij. col. ff. de legi. in l. non dubium in ij. col. C. de legi. Barba. in l. j. in §. si stipulanti. in xij. col. ff. de verb. obli. Feli. in c. auditis, de præscrip. do. meus Ias. in l. iij. in fin. principij, C. de iure emphy. ponit ad ad hanc regulam aliquas limitationes adde eundem dominum in l. ij. in ij. col. & in l. imperium. in xj. col. ff. de iur. om. iud. voluit quòd in hoc vterentur domini locorum particularium, prout hactenus vsi fuerãt, & non aliter. quod iuridicum est.

§. SECVNDO.

ET semblablemẽt se fera au regard des coustumes, bledz, vins, & autres choses.

SOlẽt in Burgũdia multũ vsitari hæ annuæ præstationes bladorũ, vini & aliarũ rerũ maximè granorũ: & dicunt (coustuma) ex quo materiã annuę prestationis amplectẽs, † Primò quæro, an annua pẽsio possit imponi super re, quæ nõ est potẽs ad supportandũ pensionẽ: & quid fiendũ si fuerit imposita sup re quę est diminuta, ita quòd nõ potest amplius supportare? dic q̃ p̃mittẽs certũ annuũ reditũ, vel pẽsionẽ super aliqua re quę nõ pót supportare reditũ seu pẽsionẽ, q̃ cõstituẽs pẽsionẽ debet supplere sup alia re, per l. Lucius Titius. ff de alimentis & cibariis legatis. & tenet Ioan. Fab. in l. si quis argentum. in prin. C. de dona. & dicit Guid. pap. q. sua viij. quòd ita fuit concluſum. 1 *Annua præstatio.*

INtellige prędicta in eo q̃ dicit nẽ quã onerat reditu, aut pensione, esse sufficientẽ mediante pecunia, aut alia re: secꝰ verò si alicui daret aliqua res mediãte pẽsione tali, anno quolibet super ea præstanda, q̃m hoc casu si nõ possit supportare pensionem, aut quia casmate perit, aut alio modo fuerit deteriorata, poterit renuntiari domino. text. in l. j. C. de iure emphyt.

ET aduerte † quòd annua præstatio cõstituitur per contractum inter viuos, & hoc modo acquiritur per quemcunque contractum de iure approbatum, & per vltimam voluntatem, vt infrà dicam. 2

SEd an † acquirat̃ annua præstatio ex diuturnitate temporis? ista quæstio amplissimè tractatur p̃ Bar. in l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris. per doctores in l. j. C. de fideicommi. per Alex. & doct. in l. si certis annis. C. de pact. vbi amplissimè per dom. meum Ias. qui procedit per regulas & limitationes. 3 *An noua præstatio ex diuturnitate temporis acquiratur.*

SEd vt hæc materia, quæ est multum vsitata in Gallia, & in Burgundia pleniſſimè discutiatur, intendo prius discutere doctrinam Bart. in d. l. cùm de in rẽ verso. ff. de vsur. post illam etiam nõ omittam doctrinam magistri & præceptoris mei domini Iasonis, in hac materia dispersam in multis locis.

DIco ergo sic, quando quæritur an ex diuturnitate temporis acquiratur annua præstatio, quòd aut quis fundat intentionem suam ex temporis cursu, cuius initij memoria non extat in contrarium, & tunc sufficit. l. ex hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua. l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcen. facit text.

BIU Cujas

& quæ ibi notantur in c.j.de præscrip.in vj.Panor.expresse & in specie in cons.suo vij.inci.Iesu Christi saluatoris.in secundo dubio.in v.col.in ij.vol.& in cõsi. suo xxvj.incip.in quæstione quæ ad præsens vertitur. in iij.col.in ij.vol.alle.Io.And.in c.peruenit.de censibus.vbi Henricus Bohic,& Pan.post alios.Et faciunt ad corroborationẽ,quia tali tẽpore probato,probatũ est dñium.do.Ias.in §.omnium .in xiiij.col.insti.de actio.† & habet tale tẽp⁹ vim priuilegij & cõcessionis, ẽt in his quę sunt principi reseruata.c.sup quibusdã.§. præterea.de verb.sig.do.Ias.in l.de quibus.in x.col.ff. de legi.Alex.in cons.xxxv.in ij.vol.Soci.in cõs.cxxvij. in pe.col.& consi.cclx.pe.faciunt quæ dicit Panor.in cons.xx.in j.volu.& Ludo.Bolog.in consil.suo lxxvij.

4 *Temporis immemorialis vis.*

5 † imò non est necessaria tituli allegatio in hoc tempore.Alex.in cõs.suo vj.in ij.col.in j.vol.& in cons.cxxv.

6 & sequenti,in ij.vol.† nec etiã requiritur in præscriptione tãti temporis scientia eius contra quem præscribitur.do.meus Ias.in l.imperium.in viij.col.ff.de

7 iurisdi.om.iud.† imò probata præscriptione tanti tẽporis,an admittitur probatio in contrarium.Felin.in c.cum nobis.in iij.col.de præscrip. & Barba.in cons. xlj.in xj.col.in j.vol.

8 *Præscriptio temporis immemorialis quomodo probetur.*

SEd nunc † stat difficultas, quomodo probabitur tanti temporis præscriptio?gl. istud determinat in cap.j.de præscriptio.in vj.in verbo, memoria.& vide quæ dicit Franc.de Are.in consi.clxvj.& in consil.suo xxxvj.Pan.in c.cum nobis & ibi Feli.in v.col.de præscrip.vbi ponit multos modos.

AVt verò quis fundat intentionẽ suam ex minori tẽpore, & tunc distingue,aut est tempus xxx.vel xl.anno.aut decẽ,aut triũ annorũ. Primo casu quantũ ad tẽpus xxx.vel xl.annorũ,in hoc aduerte:videtur in hoc ꝙ idẽ sit ꝙ in præscriptione tãti tẽporis,† ꝙa post

9 *Malefidei præsumptio quando tollatur*

tale tẽpus nõ põt allegari præsumptio malæfidei, vt dicit Bar.notabiliter in l.fi.C.vnde vi.tex.in c.placuit. ij.ver.ꝙ si mala fide.xvj.q.iij.do.Ias.in l.clàm possidere.§.qui ad nundinas.in ij.col.ff.de acqui. poss.Feli.in c.si diligenti.in ij.col.versi.idem Imo.de præscrip.faciunt quæ dicit Pano.in cons.lxxxix.in ij.col.in j.vol.

10 Barb.in cons.xlj.in xiiij.col.in j.vol.† vbi dicit hoc esse verũ quãdo est solum præsumpta mala fides: quia tunc tẽpus xxx. annorũ tollit illã præsumptã malam fidẽ:secus vbi appareret de vera mala fide, quia tunc hæc præsumptio nõ tollit veritatẽ.¶Dicerẽ in hoc casu nostro ꝙ in casib⁹ nõ prohibitis à iure, puta in his prẽstationib⁹ annuis bladi,vini,pecunię & aliarũ prẽstationũ annuarũ quæ soluũtur,sufficit tẽpus xxx.annorũ,tã per prędicta,quàm etiam per consuetudinem nr̃ã, quę reducit oẽs præscriptiones ad tẽpus xxx.annorum,dummodo sint de his quæ præscribi possunt, vt est in prædictis casibus, nec requirit titulũ,ex quo in prędictis casibus dicerem non esse necesse allegare titulum.dicam fortè latiùs infrà in fi.¶Faciunt ad præ dicta quę dixi de præsumptione bonę fidei,quæ dicit Barba.cõsi.50.in xiij.col.in j.vol. Aduertendũ tamen est ad ea quæ dicit Soci.in cõsi.suo cclxvj.in iiij.col.& consi.suo.cxxij.in pe.col.& ad supradicta faciunt quæ dicit Alex. consi.cc.in ij.col. in ij.vol. & consi.lxxj.in ij.col.in j.vol.do.meus Ias.in §.sed istæ. in xxj. col.insti.de actio.& scripsi ad Ale. meum in d.cõsi.lxxj.Bar. tamen in hoc casu videtur dicere hoc esse verum,quo ad liberationem inducendã.sed nõ quo ad obligatio-

11 *Obligatio nõ inducitur per tempus.*

nem:† quia vt videtur cuidã,nũquã per tẽpus obligatio inducitur.l.creditor. C. de vsu.l.operis.ff. de ope. lib.l.fin.& l.obligationum ferè.§.placet.ff.de actio.& oblig.scd̃m Cy.in l.si certis annis.C.de pact.intellige tñ prædicta vera per se.sed † quia per tempus xxx. annorũ præsumitur omnis negligentia,quæ quidẽ negligentia cũ tẽpore xxx.annorũ est potens ad acquirẽdũ ius,vt iura volũt,ff.& C.de prescri.& inst.de vsuca.sic etiã dicendũ est ꝙ prædictio annua cũ tẽpore obligationẽ inducit.secundũ Hosti.Goffre.Vincen.& Hẽricũ Bohic in c.peruenit.extrà, de censibus. & Archi.in c.seruitiũ.xviij.q.ij.in glo.fi.sicut etiã videmus† quòd patiẽtia cũ tẽpore obligationẽ inducit.l.si quis diutur no.ff.si seruitus vendice.& multo fortius in hac præscriptione xxx.annorũ,cõtra quã nõ põt opponi mala fides,vt dictũ est hîc antè.nec etiã p consuetudinẽ nostram,vlterius quid quærẽdũ est in his quæ præscribi possunt, quia in talibus præscriptio xxx.annorum est verus titul⁹.cùm ergo in prẽstationibus annuis sit dabilis præscriptio,& sint de his quę præscribi possunt, nõ est hæsitãdũ,ꝙ alia causa seu alius titulus requiratur in præstatiõe annua post triginta annos.quãtũ aũt ad liberationẽ inducẽdã qñ ius cõmune nõ resistit,nõ facio dubiũ, put tenet Bart.in d.l.cùm de in rẽ verso. per l.omnes.& l.sicut.C.de præscri.xxx. vel xl.annorum. si verò ius commune resistat, tunc secus.l.cõperit.C.de præscri.xxx.vel xl.anno.dicam latiùs infrà.

11 *Negligentia præsumptio.*

De præscri. minore xxx. annorum.

AVt verò loquitur de præscriptione minoris tẽporis, quàm scilicet tãti tẽporis triginta annorũ, & sic de alia minori,& tunc in hoc dic,aut est præscriptio trium annorũ,de qua in l.j. C.de fideicom.& tũc hæc prẽstatio nihil facit,nisi sit titulus allegatus cum fauore vltimæ voluntatis,vt latiùs infrà dicã:aut verò loquimur de præscriptione decẽnali: & tunc quando quis fundat intentionẽ suam ex illa præscriptione solùm nõ allegãdo titulũ, nihil facit.ista est cõmunis in l.cùm de in rẽ verso.ff.de vsu.& in l.si certis.C.de pac. & hoc quantum ad obligationem inducendã,quantũ verò ad liberationẽ inducendã tunc aut ius cõmune resistit,vt dictum est,& tunc non inducitur:aut nõ resistit,& tũc ex solo cursu tẽporis põt induci liberatio, secundũ diuersas naturas actionũ:quia quædã tollun tur minori tempore,quædã maiori.l.sicut.& l.oẽs.C. de præscri.xxx. vel xl.anno. & l.cũ sex.ff.de ædil.edic. & quod notat in l.j.ff.de diuer.& tẽpo.præscr. Tu dic ꝙ hodie per cõsuetudinem nostrã nõ sufficit tempus x.annorũ,aut aliud maius ad inducendã liberationẽ, quia oẽs prẽscriptiones minores xxx.annorum, sunt redactæ ad præscriptionem xxx.annorum,vt infrà dicam in fine harum consuetudinum.§.pen.vbi videtur decisum quòd præscriptiones trium annorum, & decem,sunt sublatæ per consuetudinem nostram.

AVt verò & secundariè principaliter quis fundat intentionem ex titulo & præstatione decennali, & tũc distingue,quia aut ille titulus est inualidus,aut legitimus. Primo casu qñ quis fundat intentionẽ suã ex titulo inhabili & præstatione, videndũ est an præstatio sequẽs cõfirmet titulũ inualidũ. Bar.in d.l.cùm de in rẽ verso.distinguit,an titulus sit inualid⁹ fauore præstãtis,an fauore eius cui præstat.& vide ibi p eum.

ET quomodo habẽs huiusmodi titulũ inualidum non debeat illũ occultare,& caueant aduocati ne consulant quòd occultetur: aliàs ædificant ad gehennam, vide Gulielm.Benedict.in sua repetitione c. Raynu.in verbo,& vxorem nomine Alelasiam.decis. 5.num.442.& 443.extrà, de testam.vbi dicit quòd periculosum est quandoque producere titulum, quia vitium ex tenore producti apparens omnem executionem impedit, vt ibi.

AVt titulus prẽcedens est inhabilis authoritate iuris publici, puta propter solennitatis defectum, vel quia

BIU Cujas

vel quia ius ei non aſſiſtit, & tunc loquimur de inducenda obligatione, aut de inducenda liberatione.

¶ Primo caſu aut ibi verſatur fauor vltimæ volũtatis, vel alimentorum, aut ſimilis, & tunc per præſtationẽ triũ annorũ cõfirmatur l.j. C.de fideicõ. & nota quia Bar.in d.l.cùm de in rem verſo.extẽdit dictã.l.j.vt ꝓcedat in aliis caſibus habẽtibus ſimilem fauorẽ,vt eſt cauſa dotis,vel ad diem refectionis. Idem tenent alij, videlicet Bald.& Alex.& do.Iaſ.in l.ſi certis annis.C. de pac.licet videatur tenere contrarium. Ang.in d.l.ſi certis annis.in repetitione extẽdit dictam l.primam, in legato facto ꝓ redẽptione captiuorũ, vel aliis piis cauſis.do.meus Iaſ.ibi cõfirmat quibuſdã rationibus, ſubiũgens † ꝙ ſicut ſufficit præſtatio triẽnalis ad inducendã obligationẽ in caſu fauorabili.d.l.j. ita ſufficit ad inducendã liberationẽ in caſu odio vſurarum.l. aduerſus.iuncta glo.ij.in fin.& ibi Bal.C.de vſuris.

14 *Triennalis præſtatio.*

ITẽ dicit ꝙ gl.in c.cũ eccleſia ſutrina. ĩ verbo,ipſorũ.de cauſa poſſeſſio.& proprieta. per illã l.primã,
15 dicit,† ꝙ q triennio poſſedit rẽ,præſumit̃ ius habere. ſed dicit ꝙ illa gl.poterat allegare meliorẽ tex.ĩ c.j.§.ſi verò vaſallus.in ti.qd ſit inue.vbi ꝓ poſſeſſionẽ triẽna lẽ præſumit̃ ius feudale. & etiã quicũq; nõ violẽtus, ſed habẽs coloratũ titulũ pacificè,& ſine lite prælaturã,dignitatẽ,beneficiũ,vel officiũ triẽnio ꝓximo poſſedit,vel in futurũ poſſidebit,nõ põt poſtea in petitorio vel poſſeſſorio,à quocũq; ẽt rõne iuris nouiter impetrati,moleſtari, ꝓut eſt tex. ad literã in pragmatica ſanctione,in ti.de pacificis poſſeſſorib⁹.& ibi gl.multũ notabilis,in verbo,triẽnio,quæ allegat p̃dictã legẽ
16 primã.Et ideo dicit tex.in cle.j.de ſequeſtra.† ꝙ triennalis poſſeſſio pacifica impedit ſequeſtrationem.

DOminus tñ meus Iaſ.in d.l.ſi certis annis.limitat illã legẽ primã, C.de fideicõ.octo limitationib⁹, quas hîc nõ tranſporto,cùm amplè per eũ ponantur.

ADuerte tamen ad id quod dicit Bal.in l.non idcir co. C. de iuris & facti igno. ꝙ ſi quis ſoluit per multos annos cenſum,non tñ per hoc probatur cenſuarius.Et vide dicta Bal.ibi,quæ non tranſporto.

17 *Vide de ſolutione triennali.*

AVt verò loquimur de inducenda liberatione, & tunc Bar.diſtinguit:dic vt per eum. † Aduerte tñ quòd qui tribus annis proximis oſtendit ſe ſoluiſſe, præſumitur vſque retro poſtea ſemper ſoluiſſe.tex.eſt no.in l.quicunq;. quẽ Bar.reputat ibi ſingularem.C. de apochis publi.li.x.& illam l.ad hoc reputat aureã Bal.in c.literæ.ad finẽ,de dilatio.gl.in l.ij. & ibi Salic. & alij,C.de iure emphy.do.me⁹ Iaſ.in d.l.ſi certis annis.C.de pact.Vide Boërium in cõſue.Bituricen.ti.de præſcripti.§.iiij.in glo.& ſic erit tutus pro præteritis. & etiam Io.Sanxon.in conſue. Turonen.tit.*des cenſes & rente cenſiere*.arti.ij.in fi.fo.cxv.

AVt verò allegatur verus titulus & legitimus, & probatur: & in hoc non eſt dubium. Tenent oẽs in d.l.cùm de in rem verſo.& in d.l.ſi certis annis.

AVt verò allegatur titulus, non tamen probatur, ſed tantum præſtatio decennalis,an ex hoc ſit ſufficiẽter probatũ ad obtinendũ in talibus præſtationibus annuis:& hîc pendent leges & prophetæ,ideo eſt aduertendũ plenius. Nam primò videtur quòd probata præſtatione decẽnali præſumẽdus eſt titulus, ita ꝙ debitor poſſit in futurũ compelli ad dictam p̃eſtationem annuã.Ita tenent oẽs in d.l.ſi certis annis.C. de pac.Faciunt ad hanc cõmunem concluſionẽ multa.Primò tex.in l.ſi filius.C.de peti.hære. quẽ Bar.dicit ibi eſſe ſingularem, & neſcire alibi de poſſeſſione decennali quæ in filio facit præſumi iuſſum patris, & aditionem,& ecõtrà.tex.eſt in l.qui in aliena.in prin. de acquir.hære. ex quibus iuribus conſuluit Alex.in conſ.cv.in iiij.vol.inci.Viſo & diligenter conſiderato themate,in pen.col. Et ad prædictã concluſionem faciunt quæ dicit Pan.in c.ſi.de cau.poſſ.& proprie. Faciunt ad hoc plura quæ dicit do.meus Iaſ.in l.ſciendum,in vij. & viij.col.ff.de verb.oblig. vbi plura dicit quæ præſumuntur ex p̃eſtatione decennali.

BArto. † verò diſtinguendo in d.l.cùm de in rem verſo.in hoc caſu an præſumat̃ titulus ex præſtatione decẽnali,dicit,aut ius cõe reſiſtit,& non præſumitur titulus.l.cõperit.C de præſcri.xxx.vel xl.anno. c.j.de præſcri.in vj.puta in decimis, ſi vnus epiſcopus colligeret in epiſcopatu alieno.vt in d.c.j. vel ſi laicus poſſideret decimas,quod eſt cõtra ius cõe,tũc hoc caſu ex diuturnitate tẽporis non præſumeretur titulus. And.Sicu.limitauit hãc ſingularẽ doctrinã Bart.nã vt dicit Barb.in cõſ.ſuo.xxxv.inci.Sapiẽter ſcribit Parali pomenon.in vij.col.ibi,& ſi quiſpiã dixit. in ij.vol.qñ Bar.voluit dicere † ꝙ per eaſdẽ regulas,& ex eiſdẽ cauſis ex quib⁹ inducitur p̃eſcriptio,eodẽ modo inducitur præſumptio tituli, quæ ſolet acquiri ex diuturno tẽpore,& ideo ſicut in rebus ſpiritualib⁹ (vt ſunt decimæ) laicus eſt incapax,nõ præſumit̃ præſcribere:eodẽ modo non præſumatur p̃eſumptio tituli,quia(vt dicit)hoc eſt verum,qñ actus eſt omni tẽpore informis, & tunc ſit vera doctrina Bart.vt ſicut nõ præſcribitur ex tẽpore diuturno, de cuius initio non extat memoria,ita & eodem modo non præſumatur conceſſio tituli.ſed vbi actus non eſt informis omni tempore,ſed variatur ex tempore, tunc iudicatur ſecundum tempus ſibi congruens:quia actus actiuorum ſunt in patiẽte bene diſpoſito.plura ibi adduxit multum ſingularia, ꝙ in beneficialibus & diuturnitate tẽporis inducitur præſumptio tituli.¶ Aut ius cõmune non reſiſtit,& tunc quæritur vtrũ præſumatur cõtra facientem,vt puta contra ſoluentẽ,aut contra patientẽ.Primo caſu ſcilicet contra ſoluentẽ p̃æſumitur titulus: vt eſt tex.in d.l.cũ de in rẽ verſo. & iſte eſt caſus q̃ pl⁹ practicatur,q̃ quicunq; alius,ex quo videndũ eſt quæ diuturnitas tẽporis faciat præſumere titulum allegatum,quia nõ præſumeretur etiam probata præſtatione decennali,niſi eſſet allegatus per agentẽ, prout tenet Iaſ.in d.l.ſi certis annis.in iiij.col. C.de pact.per l. ſi adulterium cum inceſt.§.iidem pollioni.ff.de adul. Faciunt quæ dicit Bart.in l.cũ quid.in vlt.col.ff.ſi cert.pet.& per illũ text.plura ibidem in ij. lec.in v.vol.do. Iaſ.ponit,quæ nõ p̃eſumuntur niſi allegentur,& etiã Feli.in c.cùm ordinem.in xj.& xij.col.de reſcriptis.Faciunt quæ dicit Alex.in cõſ.inci. Viſo themate.in vlti. col.in j.vol.Et dicit Guid.pap.in q. ſua ccccviij.quòd cauſa debet allegari vera & ſufficiens in ſpecie, quæ probatur per præſtationem annuam. Caueat tamen aduocatus aut alius ne hoc faciat:quia multi aduocati, aut alij perdunt animam allegando cauſam quam non vident,nec probare ſcientes niſi probãdo p̃eſtationem annuam fuiſſe factã per longum tẽpus.ita dicit Albe.de Roſa.poſt Odofredum in d.l. ſi certis annis & intellige quòd allegetur in libello,alias nõ ſufficeret poſtea probari, ſecundum Salic.in d.l.ſi certis annis.in pen.col.do.meus Iaſ.in ij.limitatione.

18 *Quando præſumatur titulus ex præſtatione decennali.*

19 *Regulæ.*

Caſus primus.

SEd quæro quod tempus requiratur,an decẽ annorum, an verò xl.vel xxx.?videtur per ea quæ dicit Bar.in d.l.cùm de in rem verſo.quòd ſufficit præſtatio decennalis,& ſic ſufficit tempus decem annorum, & iſta videtur eſſe ſententia legiſtarum.Canoniſtæ verò videntur tenere quòd requiritur tempus xl.anno. de hac diſputatione quid dicẽdũ de iure, vide per Guid.

BIU Cujas

papæ in q.ſua cccevij.& ſeq.& vide Bal.in l.ſolent.§. non verò in totum.ff.de offic.procon.& legati.

20 Omnes præſcript. vniformes

SEd ſtãte cõſuetudine ducatus Burgũdiæ quæ eſt ĩ. in fin.dictãte, † ꝙ oẽs præſcriptiones ſunt vniformes,& redactæ ad præſcriptionem xxx.annorum,an hodie in hac patria requiraꝫ allegatio prę̃ſtationis annuę per xxx.annos,an verò ſufficiat præſtatio decẽnalis cũ allegatione tituli ſeu cauſæ? Et hæc quæſtio eſt multũ neceſſaria,maximè ꝙa in Burgũdia frequenter his prę̃ſtatiõibꝰ annuis vtimur, videlicet cẽſu,reditu, coſtuma,tallia,vel reddebentia,tachia vel tertia,de q̃bus s̃.dixi.¶Et aduertẽdũ eſt,q̃a vt videmꝰ Bar.in d.l. cùm de in rem verſo.dicit,ꝙ ex eiſdẽ cauſis ex quibus inducit̃ præſcriptio,ex illis inducit̃ præſumptio tituli.De qua regula And.Sic.dictꝰ Barb.in cõſ.ſuo xxxv. in vij.col.in ij.vol.s̃.allegato.Sed nõ inducit̃ præſcriptio in Burgũdia,niſi ſpatio xxx.anno.per cõſuetudinẽ nr̃am,ergo etiã minori tẽpore nõ inducet̃ prę̃ſumptio tituli: quæ ſi nõ inducat̃ p̃ probationes præſtationis annuæ,cũ diuturnitate tẽporis, nõ poterit agi, vt cogatur debitor in futurũ,igit̃,&c.Sic ergo ex quo Bar. nõ facit differẽtiã inter inductionẽ præſcriptiõis, & præſumptionẽ tituli,dicendũ eſt ꝙ ſicut in Burgũdia præſcriptio nõ inducitur minori ſpatio xxx.anno. ſic.dicẽdum erit in inductione præſumptionis tituli. Cogita,quia neſcio ſi caſus eſſet pro amico,an poſſet teneri cõtrariũ.¶Cogitauerã cautelã,videlicet ꝙ intẽtetur cõdictio ex l.cùm de in rẽ verſo.ff.de vſu. vel l.ſi certis annis.C.de pac.ſed dictum Bar.in loco hîc antè allegato me reddidit dubium in hoc, & quòd iſtud non eſſet tutum, niſi ſit tempus xxx.annorum.

21 Quid in eccleſia.

REgulã hîc antè enucleatã extẽdũt q̃dã,vt ẽt locũ habeat in eccleſia, quantũ ad res tẽporales, ſc̃dm Sali.in vij.q.in illa l.cùm de in rẽ verſo, per rationem, † quia eccleſia vtitur iure cõi,niſi appareat de contrario.gl.in c.peruenit.de cẽſibus.facit tex.in c.j.de alie. feudi.Et ita tenet do.Iaſ.in d.l.ſi certis annis.quòd intelligitur,ſed tamen do.And.Sicu.in conſ.ſuo ix.inci. Sapienter doctiſſimus.in xv.col.in ij.vol.

ADDITIO.Non tamen habet locum quando ſit in piam cauſam:vt tenet Hippol.de Marſil.in ſingul.ſuo cxcij.incip.diuturna præſtatio.

22 In fiſco quid.

QVid autẽ in fiſco?do.meus. Iaſ.in d.l.ſi certis annis.dicit,† ꝙ ſicut habet locũ in eccleſia, ita in fiſco:cùm fiſcus & eccleſia æquiparentur.l.fi.C.de ſacroſan.eccle.¶ Item quia prę̃ſumitur ſpeciale in fiſco, niſi lex ſpecialiter dicat.gl.in l.item veniunt. in princ. ff.de peti.hære.& in l.j.C.de peti.hære.

In ruſtico & mulie re.

TErtiò extendit do.Iaſ.dictã l. cùm de in rem verſo.in ruſtico & muliere,& in hoc allegat Alex.ita tenentẽ in cõſ.cxxiij.in iiij.vol.& vide do.Iaſ.in l.ij.C. de fideicõ.Spec.tñ in §.nunc dicendũ.verſi.quid dices de reſti.ſpoliato.tenet contrariũ,& cũ eo tenet And. Sicu.in conſ.ſuo ix.in xv.colu.in ij.volu.hoc eſt, quia præſumitur violentia facta ruſtico per dominum ita tenet Guido pap.q. ſua.cccevij.num.2.verſic. Specul. verò in tit.de reſtit.ſpoliat.

PRo quarta extẽſione d.l.cũ de in rẽ verſo.aduerte ad mirabilẽ deciſionẽ Sali.in l.filiæ cuiꝰ.in ij.q. C. fami.erciſc.vbi dicit,† ꝙ ſi filius mortuo pr̃e dicat certũ fundũ ſibi fuiſſe à patre donatũ,eo ꝙ per decenniũ viuo patre & patiente,poſſedit de fructibꝰ p̃ libito voluntatis diſponendo,hoc modo probabitur donatio. iſta extẽſio nõ multũ facit:quia ſumus in caſu ſoluẽtis aliquid annuũ,& nõ in caſu patientis,de quo dicã infrà.Item etiã l.cùm de in rem verſo.non habet locum quando allegatur donatio,vt dicam infrà.

23

QVomodo † autẽ præſumatur donatio,ponitur in l.Procula.ff.de probat.quod eſt tribus concurren.vt per Alex.conſ.xlvj.in fi.in j.vol.& in l.quæ dotis.in vij.col.ff.ſol.ma.& in conſi.lvj.in iiij.vol.Feli.in c.literas.de præſum.Roma.conſ.cxliij.¶ Supradictam regulam limita pluribus limitationibus.

24 Præſumptio donationis.

Predicte regule limitationes.

PRimò limita d.l.cùm de in rem verſo. non habere locum,quando præſtatio eſſet inæqualis:quia vno anno vnum par caponum,alio anno par gallinarum, alio anno par anſerum,quia tũc illa præſtatio diuturna nihil operatur. per gl.in l.Scio.§.medico.ff.de annuis leg.quam ad hoc allegant Bal.Ang.in l.malè agitur.in ij.col.& in l.omnes.in ij.col.C.de præſcri.xxx. vel xl.anno. ¶ Vide plenè per Barto.in l.ſolent.§.non verò.ff.de offi. proconſu. & legati.

SEcũdò limita nõ habere locũ qñ pro multis annis fuiſſet facta vna ſolutio plurimu præſtationũ annuarũ,quia tũc p̃batio illius præſtationis nõ inducit præſumptionẽ tituli.ita limitat Io.Fab.in l.j. C.de fideicõ.in ſuo breuiario.Cy.in d.l.ſi certis annis. in vj. q.do.meus.Iaſ.in l.ij.in xlj.col.C.de iure emphy.& in lxx.co.vbi amplè.& in d.l.ſi certis annis.in ij.co.C.de pac.¶De his duabus limitationibus vide Gul. Bened. in repe.c.Rayn.in verbo,ſi abſque liberis moreretur. ij.nu.81.vſque ad num.190.vbi ponit effectus prę̃ſtationis annalis.de teſtamen.

LImita tertiò vbi agitur de præiudicio tertij, tunc requiruntur xxx.anni.ita videtur text.ſingularis cum gl.in d.c.peruenit.& ibi canoniſtæ maximè Imo. in vj.col.ſequitur do.Alex.in conſ.j.in iiij.vol.cum aliis alleg.per do.meum in d.l.ſi certis annis.in v.limitatione.vbi allegat eundem Alexan.tenentem in hoc contrarium,& prædicta reprobantem in l.qui in aliena.in prin.in iiij.col.ff.de acqui.hære.

LImita quartò prædicta vbi agitur de obligando aliquẽ ad ſeruitiũ perſonale: puta ad ius vaſallagij vel ſubiectionis, tũc requiruntur xxx.anni,ſc̃dm Bar. poſt antiquos in l.litibus.C.de agri.& cenſi.lib.xj.& in d.l.cùm de in rem verſo.in fi.& in d.l.ſolent.& Bal. in d.l.ſi certis annis.& Anto.de But.in d.c.peruenit.

LImita quintò prædictam l.non habere locum in eccleſiaſticis & generaliter in ſpiritualibus,vt tenet Bal.in c. ex parte.in j.col.de reſtit.ſpolia.& in ca. contingit.in xiij.co.de dolo & contu.& do.meus Iaſ. in d.l.ſi certis annis.

LImita ſextò nõ habere locum quãdo allegatur titulus donationis,quia talẽ titulum nõ probat ex præſtatione decennali, nec præſumitur, cùm habeat iuris præſumptionẽ in cõtrariũ, † ꝙ nemo præſumitur donare & ſic iactare ſuũ.l.cùm de indebito. §.fi.ff. de proba.& ita limitat Bal.in l.fi.C.ne de ſtatu defuncto.per gl.in l.ſolent.§.fi.ff.de off.procõ.& legati. Supradictas limitationes cum aliis excepta prima,ponit do. meus Iaſ.in d.l. ſi certis annis.& in §.præiudiciales.in xiij.xiiij.& xv.col.inſti.de actio.

25 Nemo præſumitur iactare ſuũ.

Si neſciatur cauſa quomodo agẽdum.

SEd vna limitatione generali limita non habere locũ in Burgundia,minori tẽpore xxx.anno.vt dictũ eſt,propter conſuetudinem ſequen.in fine noſtrarum conſuetudinum,quod an verum,latiùs dicam ibi.

DIctum eſt hîc antè, ꝙ cauſa debet proponi, & ex illa cauſa propoſita agetur,quæ probabitur probata præſtatione diuturna.Ioan.Fab.vltrà procedendo in §.præiudiciales.in ix.col.inſtit.de actio. quærit, pone quòd nullã cauſam ſcio, niſi quia ego & prædeceſſores cõſueuimus recipere ab antiquo,qua actione agam:nam,vt dicit, ſi falſa cauſa ſupponatur, videtur eſſe periculoſum animæ,prout etiam dicunt Odoffre. & Alberi.

BIU Cujas

& Alberi.in d.l.ſi certis annis.quia vt dicit quomodo poterit actor ſalua conſciẽtia iurare cauſam quã non credit vel nõ ſcit?& ideo dicit,q; ſi cauſam neſcias verã,eſt aduertendum, aut quis agit ad annuum cẽſum, vel ſeruitiũ.quod dicit deberi ratione certæ rei immobilis,quę ad hoc eſt effecta,ſicut ad canonẽ vel cẽſum. vel alia:aut verò non dicitur rem ad hoc effectam.

PRimo caſu quando agitur de reditu annuo tantũ, & dicit quòd credit quòd poteſt agi ex conſuetudine,& ſufficit proponere quòd iſta præſtare cõſueuit ratione talis rei,maximè ſi ponatur tẽpus de cuius initio non extat memoria in contrariũ.imò etiã ſufficeret longũ tẽpus de iure canonico, vt dicit idẽ etiã de iure ciuili,vt l.litibus.C.de agric. & cenſi.lib.xj.idem etiam de cõſuetudine, quia præſcriptione xxx.annorum acquiritur ius:quia omnis præſcriptio eſt ad hoc tẽpus per noſtrã conſuetudinẽ redacta.etiã prædicta tenet glo.in c.fi.de conſuetudine.& Inno.in eũ eccleſia Sutrina.de cauſa poſſeſſio.& proprieta.nec obſtat c.peruenit.de cenſibus.& alia iura quæ dicũt cauſam requiri,quia ſatis ſufficiens eſt cauſa cõſuetudo.Item res pro qua præſtatur,habetur pro cauſa.& dicit ſe dehoc ſcripſiſſe in d.l.ſi certis annis.idem videtur dicẽdum,ſi nõ dicã rem effectã,quia etiã ſufficiens eſt cauſa cõſuetudo.Caueat tñ aduocat⁹ ne dicat, q; ratione certę rei tibi ſoluerit,olim datę ad cẽſum,vel emphyteuſim,quia oportet te probare præſtationes, & q; ratione illius ſoluerit, & ideo ſi hoc non poteſt probari,ſolùm alleganda eſt præſtatio diuturna,nec facienda eſt mentio de aliqua ratione cuius præſtetur.

Cõſuetudo ſufficiens cauſa.

ET prædicta intellige in petitorio, ſed quid in poſſeſſorio?Petr.Iac.in tit.ſuper penſione ſeu reditu libellus,in ver.itẽ credo.dicit† q; in acquirendo quaſi poſſeſſionẽ annuæ præſtationis ſufficiunt duo anni. & illum allegat Guid.pa.q. ſua cccvij.in fi. Lud.Ro. in conſil.ſuo cccxj.in fi.dicit textum eſſe iuris ciuilis. vbi ex duabus ſeu tribus quietis ſolutionibus acquiritur poſſeſſorium, licet ibi videatur cõcludere quòd ſufficiat vna ſolutio.cogita.

26

27 An agi poſſit poſſeſſorio pro annua præſtatione.

SEd quæritur † nunquid poſſit agi poſſeſſorio pro annua præſtatione?Io.Fab.hanc quæſtionẽ determinat in d.§.præiudiciales.in ix. col.inſt.de actio.& vĩ cõcludere,q; vbi præſtatio annua prę ſtat rationẽ certæ rei,q; debet poſſeſſoriũ, ſed qñ debetur ſimpliciter,tũc nõ poteſt agi poſſeſſorio.Legiſtæ & canoniſtæ in hoc contrariantur,vt dicit ibi:quia canoniſtę tenẽt quòd agatur poſſeſſorio,legiſtæ verò non.ſed vt dicit opinio canoniſtarum ſeruatur in curiis. de hoc vide eundem Io.Fab.in §.retinendæ. in v.& vj.col.inſti.de interdictis. & plenè per deciſionem capellę Tholoſanæ quæſtione ſua lix.& Ludo. Roma.in d.conſil.ſuo cccj.Philip.Deci.in conſ.ſuo cxxxvj.in ij.col.

28 An interdicto recuperãdæ.

NVnquid autem †pro annua penſione ſeu prę ſtatione poſſit agi interdicto recuperandæ, contra ſucceſſorẽ illius q; cõſuetus erat ſoluere præſtationẽ annuã?Gui.pa.hãc materiã multũ bene explicauit in quęſt.ſua dcxxix.& licet ibi proponat q; illud interdictũ fuit intẽtatũ corã officiali Viẽnæ, tñ nõ poſſet intentari ſimul interdictũ corã officiali Heduen.ex quo non poteſt cognoſcere de actione reali aut realitatem tangente:vt eſt hoc interdictum,quod eſt in rem ſcriptum, licet ſit perſonale,non eſt tamen ſine dubio,ex quo dicitur quòd ſi ſoluatur annua præſtatio ſimpliciter,ſtylo curiarum Franciæ poteſt intentari interdictũ poſſeſſoriũ:quia hoc caſu nõ eſt in rem ſcriptum, ſed merè perſonale, igitur cogita quid dicendum.de conſuetudine tamen & cõmuni vſu non intentantur interdicta in Gallia,niſi coram iudicibus laicis & officiariis regiis,ex quo vocantur leges regiæ.

ET aduerte,† quia licet de iure annua præſtatio nõ ſit ſeruitus,nec realis,qa nõ debetur à prædio,nec perſonalis,qa nõ debet à pſona pſonæ.arg.l. Caius.ff. de annuis lega.ideóq; nõ cauſet ius in re,nec tertium poſſeſſorẽ ſingulatẽ vt poſſit agi cõtra eũ, innuit l.ſi. §.ſi.ff.de cõtrahẽ.empt.l.fundi Trebatiani.ff.de vſufr. leg.& ſic non ſequitur fundum.l.liberto.in prin.ff.de annuis leg.Alex.in conſ.ſuo.x.in iij.col.in j.vol.& cõſi.xvij.in ij.col.in j.vol.& conſ.xcij.in iiij.col.in j.vol.

29 Annua præſtatio non eſt ſeruitus.

¶ Tñ de cõſuetudine & vſu Burgundiæ ſi ſit certa res aſſignata ſiue obligata pro reſtitutione, vt cõiter fit, creat ius in re,& adhæret adeò q; ſequitur rẽ & fundi poſſeſſorẽ,quod eſt valde æquum. arg.l.imperatores. ff.de pub.ita vt etiã teneat poſſeſſor ad onera præterita,& hoc dicit in ſpecie conſuetudo noſtra infrà ibi, *le ſeigneur cenſier ourentier*,& ibi dicam ampliſſimè.

ITem quia dictũ eſt ſuprà, q; allegato titulo,& probata præſtatione diuturna præſumitur cauſa ſeu titulus allegatus:quæro quæ ſit hæc præſumptio,& an tollat probationem in contrarium? Cy.in d.l.ſi certis annis in x.q.& Paul.de Caſt.& Bal.in l.ij. C.de dotis promiſſio.& Io.And.in c.fi.de cauſa poſſeſ.& propri. & do.Alex.in conſ.cxiij.in iij.col.in j.vol.dicũt quòd eſt præſumptio iuris tantũ,& non iuris & de iure, ex quo poteſt probari contrariũ:probando q; ſolutũ fuit per errorem,vel ex mala cauſa,vt oſtendit Cy.per plures rationes in d.l.ſi certis. C.de pact. Et ita tenet Iaſ. in d.l.ſi certis annis.in iiij.colu.Et ideo aduerte quòd volẽs probare cõtrariũ,tenet ꝓbare p euidentiſſimas ꝓbationes,de quib⁹ per Spec.in tit.de probatio.§.fi.p Iaſ.in l.ſciendum.in xiiij.col.ff.de verb.obli.ibi,in eadẽ gl.ibi,item an admittatur probatio in contrarium.

DIxi ſuprà in §.j.huius tituli,q; nõ ſoluẽs in termino tenetur ad emendã.Quæro,pone † q; Sempronio⁹ debet ſingulis annis duos denarios de cẽſu, quos debet ſoluere in feſto ſancti Martini, vel Annũtiationis noſtrę dominę,quæ eſt in Martio,ſub pœna emẽdæ duoru ſolidorũ:nunc vult ſoluere pro centum annis,dando ducentos denarios ſimul,an dominus cẽſus poſſit cogi ad recipiendum? dixi iam in §.j.ſuprà hoc eo.tit.in glo.in verbo,*amende*.Sed vt clariùs decidatur,dico quòd quantum ad præſtationem annuam vel penſionem, quòd videtur quòd ſic. per text.in l. quod in diem.ff.de ſol.l.eum qui Kalendis.§.quoties. ff.de verb.oblig.l.quod quis. ff. de actio.& oblig.Sed quantum ad cenſum vel emphyteuſim videtur quòd non,quia ex quo habet emendam dominus cenſus,ſi non ſoluatur in termino, videtur appoſitum tempus in fauorem creditorum.Et idem etiam in emphyteuta,quia ſi ceſſauerit per triẽnium à ſolutione canonis, cadit à iure ſuo.Et ita tenet Bar.in l.eum qui rogatus. ff.de annuis lega. & notant doct.in l.qui Romæ.ff.de verb.obl.& in l.ſtipulatio iſta.§.inter certã.ff.de verb. oblig.Spe.iſtud tenet in tit.de emphy.§.nunc aliqua. verſi.xlij.& ſeq.& ibi Ioan.And.in addi. concludunt in emphyteuta quòd dominus non cogitur recipere ſolutionem tot annorum.& Cyn.tenet in d.l.ij.C.de iure emphy.cum pluribus aliis alleg.per dom.meum Iaſ.in d.l.ij.in xlij.col.C.de iure emphy.vbi hanc concluſionẽ limitat primò ex doctrina Bar.in d.l.eũ qui.vbi dicit,quòd ſi dominus prætenderet aliquod intereſſe ex tali ſolutione plurium annorũ,q; emphyteuta admitteretur ad ſoluendũ pro plurib⁹ annis,ſi vellet etiam ſoluere intereſſe quod poſſet prætendere dominus.ſi enim dominus prætendat intereſſe ad pro-

30 *Quæſtio*

BIU Cujas

bandum recognitionem dominij, faciet emphyteuta dño instrumentum. in quo eum recognoscet in dominum. quod multũ notandum dicit ad obseruãtiam practicę, vt pro multis annis solui possit. do. meus Ias. in d.l.ij. dicit hanc limitationem non esse generalẽ, & solùm procedit qñ per istam solutionem tot annorũ factam ante tempus, non posset prætẽdere aliud interesse, puta quia pẽsio soluenda esset in vino & frumẽto, & sua interest quòd soluat suo tempore, quia fortè erit carius vno anno, quàm alio: vel etiã, quia, vt dixi, si nõ soluat certo die, habebit emendã, tũc, vt dicit, indistinctè tenẽdũ est, ℔ solutio nõ potest fieri pro multis annis. mouet vltrà ℔ vnã singularẽ doctrinã Gul. de Cug. in l. plures apochis. quã Bal. ibi ad finẽ cõmẽdat, in fi. C. de fid. instru. vbi vult, † ℔ ille qui debet recipere vinũ vel bladũ ad tẽpus, non cogitur recipere ante tẽpus nec aliquid aliud qđ cursu tẽporis deteriorari possit. & illã doctrinã sequitur & cõmendat Ang. in l. si Titius. ff. quæ res pig. oblig. possunt. & fuit doctrina ordinaria gl. in d.l. stipulatio. §. inter certam. in gl. j. ff. de verb. obl. & in l. in annalibus. C. de legat.

Nota pro practicæ obseruãtia

31

SEcundò limitat do Ias. dictã cõclusionẽ ex doctrina Bar. in l. statuliberis. §. fi. ff. de statuli. vt nõ ℔cedat in tribus annis datis emphyteutę, qa emphyteuta potest soluere saltem pro tribus annis futuris, per tex. in l. placuit. C. de fundis patrimonialibus, lib. xj.

SVbsequenter dicit do. Ias. videndum ad prædictam conclusionem illud quod dicit Bar. in l. si cũ præfinitione. ff. quando dies legati cedit. vbi per illũ text. singulariter voluit, ℔ † si testator relinquit alicui vnã

32 corbem frumenti annuatim vsque ad decem annos, ℔ hæres potest primo anno soluere ℔ toto tempore decẽ annorũ. quæ decisio videt facere cõtra conclusionẽ prædictã. Sed dñs meus videns eã cõtra prædictã conclusionem, dicit, ℔ non est vera. & contra Bart. tenet Bal. in d.l. in annalibus. C. de lega. & facit regula Bald. posita in d.l. plures apochis. C. de fide instrumẽto. in fi. vbi dicit, quòd quis nõ tenetur recipere ante tempus illud quod cursu temporis posset deteriorari.

TV dic hoc esse verum quando tempus esset appositum in fauorem creditoris, vt in casu Bal. in d.l. plures apochis. & in casu cõclusionis supradictæ. sed quando tempus esset appositum in fauorem debitoris, vt est in casu Bar. in d.l. si cum præfinitione. vbi tẽpus censetur appositum in fauorem ipsius hæredis, causa cum exonerandi, ideo non mirum si potest soluere vno anno pro pluribus.

33 *Quæstio.*

SEd iterũ † quæro, pone quòd quis fuit negligens in solutione pẽsionis ℔ xxx. vel xl. annos, & dñs negligens petere, an talis erit tutus præscriptione contra dñm census? dominus Gui. pa. in q. sua cccvj. vbi videtur tenere opinio. Martini in l. cùm notissimi. §. fi. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. Salic. verò dicit indistinctè annuas præstationes præscribi spatio xxx. anno. ¶ De hac materia vide Io. Sanxon. in consuet. Turon. titu. *De prescription en coustume.* art. ij. vbi facit tres census, & etiã Boërium in consue. Bituricen. tit. de præscri. §. iiij. fo. liiij. & lv. & Pyrrhum in consue. Aurelia. tit. de laudemiis. c. x. Et quomodo census debetur aliquando in signũ subiectionis, & aliquando in signũ assumptæ solius protectionis, vide Boërium in loco hîc antè allegato, tit. de consue. feudorum. §. xvij.

Quãdo & cõtra quẽ dominũ census præscribi possit.

SEd aduerte, quia videtur dicendum quòd census contra dominũ non præscribatur, quia præstatur in signum subiectionis, seu recognitionis superioritatis, honoris, & dignitatis, vt in c. omnis anima. & ibi docto. de cẽsibus. & tenet Bal. in l. itẽ si verberatũ. §. si quis. in ij. nota. ff. de rei vendica. do. meus Ias. in præludiis feudorum, in xiij. col.

BReuiter dic, ℔ vbi subiectio non est præscriptibilis contra dominum, vt est in principe, per l. comperit. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. ita nec census eidem debitus, per doctrinã Pan. & Feli. in c. ad audientiam. in vj. co. ibi, inquantũ abbas. de præscri. Sed cùm subiectio in priuato sit præscriptibilis, ideo & census, vt tenet ibidem Pan. & Feli. & ideo expressè dicit glo. in c. tua de decimis. quã alleg. Feli. in loco hîc ante allegato, ℔ d.l. cõperit. nõ ℔cedit censu debito priuato. Et ideo loquẽdo de cẽsu priuato teneo indistinctè, ℔ potest prę̃scribi per tempus xxx. annorũ, quia non dicit in illis, debet ratione subiectionis, aut superioritatis, sed solũ debetur principi habenti superioritatẽ. & ita tenet Raphael Fulgo. in cõsi. suo clxvj. in ij. col. inci. in quæstione quæ vertitur. Et ideo nũc aduerte in hoc cẽsu priuato: quia aut quæritur, an cẽsuarius acquisierit directũ dñim, quod de cõsuetudine remanet penes dñm census, vt dictũ est suprà, & tunc dic ℔ nõ, quia sine possessione nõ currit præscriptio. l. malè agitur. & ibi notat, de præscrip. xxx. vel xl. anno. C. nisi cẽsuarius interuertisset possessionẽ dñi, tunc enim ab illo tempore incipit præscribere xxx. annis. ¶ Qualiter autẽ interuertat possessionẽ, ponit Cy. in l. j. C. cõmunia de vsucapio. & Alber. de Rosa, qui dicit, † ℔ si

34 *Interuertere possessionem.*

colonus dñm ad fundum reuertentẽ nõ admittat, interuertit possessionẽ: sic etiã si cẽsuarius deneget dño petenti solutionẽ, & tunc interuertit possessionem, & præscribit. faciunt quæ dicit Spec. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. vers. xliij. in fi. & hunc vltimũ casum ponit Iac. de Arena, in l. cõperit. C. de prę̃scriptio. xxx. vel xl. anno. arg. l. si quis rẽ. ff. de acqui. pos. l. j. §. quæsitũ. ff. quorum lega. l. colonus. & l. cùm fundum. ff. de vi & vi armata. & ita etiam tenet Alb. de Rosa. in d.l. malè agitur. in ij. col. & in d.l. comperit. vbi dicit Alb. quòd census debitus priuato præscribitur. & ideo si fuerit interuersa possessio domini, præscribitur tantùm ius soluendi spatio xxx. annorum. Et idẽ intellige in colono ecclesiæ. auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Spe. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. vers. xij.

SEd quæro, dicitur hîc in fi. ℔ qñ censuarius nõ interuertit possessionẽ, ℔ non præscribit directum dominiũ, sed tantũ ius non soluẽdi: quæro de duobus, primò an præscribatur in totũ ius non soluẽdi in perpetuum, an verò tantùm sit præscriptum pro annis elapsis per xxx. annos, hoc est ℔ possit petere reliquũ. istud disputãt & determinãt doct. in l. cùm notissimi. §. in his. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. de quo per Gui. do. pap. in q. sua ccccvj. & per decisionẽ capellæ Tholosanæ in decisione sua cccxliij. ego iudicarem in hac patria, quòd sufficiat vna præscriptio pro omnibus, quicquid dicant plures.

SEcundò, quia vt dicitur in prima consuetudine, ℔ cẽsus habet alia iura, s. i⁹ retẽtionis, & i⁹ laudemiorum, & ius dñij, nũquid præscripto iure non soluendi per tempus quadraginta annorũ sint præscripta alia iura, s. ius retẽtionis, vel percipiẽdi laudemia, dictũ est hîc antè, quòd dominium quod remanet penes dñm de cõsuetudine, non præscribitur per non solutionẽ, nisi censuarius interuerterit possessionẽ. idem ergo erit dicendum in aliis, quia si nunquam tali tẽpore ius retentionis, aut percipiendi laudemia fuerit domino denegatum per censuarium, nunquid tale ius præscribitur, credo quòd aut tale ius euenit, & dñs ignorauit se esse dominum, & sua negligentia non petiit, & tũc dicitur esse præscriptum, vel etiam petiit, sed ei fuit

dene

COntrariũ tñ credo de iure dicendũ.†Primò,quia iuramentũ appositũ in contractu regulatur secũdũ naturã illius cõtractus.l.fi. cũ simi.C. de nõ num. pe.Ias.in l.qđ te.in viij.col.ff.si cert.peta. Sed sic est ꝙ de natura huius pacti non est ꝙ impediatur dominij translatio:ergo regulãdo iuramẽtũ secundũ naturam illius pacti,nõ impedietur dominij trãslatio. ¶† Item iuramentũ interpositũ super cõtractu tendit ad illum cõfirmãdũ,& vt illi det robur(si fortè esset inualidus) sed cõfirmatio quæ interponitur in aliqua dispositione illam validat,sed vires illius non extendit l. Aurelius.§.testamento. ff.de libe.lega. per quẽ tex.ita not. Bald.in l. iij.C.si aduer.rem iudi.& in l.nominatiões. C.de appel.& dicit Ias.in l.more.in vj.col.ff.de iurisd. om.iud. † quòd de natura confirmationis est adhibere robur actui,non autem illum extendere.

20 *21*

22 Confirmationis natura.

Addit

BIU Cujas

ADDITIO. De materia confirmationis cuius roboris & effectus sit, vltra Ias. in d.l. more. videat Matt. de affl. in cõstit. regni Siciliæ, quæ incipit, de quæstionibus quas. in ij. not. Et quid operetur cõfirmatio, vide eundẽ Matt. de affl. in consti. quæ incipit, si quando. in viij. nota. vbi dicit, ℔ tria operat, & inter alia ℔ dat robur actui. Et in consti. quæ incipit, dignũ. in iiij. not. in iij. lib. ponit quando dicatur esse facta ex certa scientia: intellige tamen dũmodo actus non sit falsus, quia confirmatio non operatur supplementum defectus ratiõe falsitatis, vt dicit Hippo. de Marsi. in sing. suo clxiij. incip. crimen falsi. Et idem Hippoly. in sing. suo 196. incip. confirmatio superioris, dicit ℔ si confirmatio fiat in actibus validis & inualidis, extenditur tãtum ad actus validos. Pro quo etiam est tex. loquẽs de iuramẽto, in c. pen. de iureiu. & ideo dicit Ias. in l.
23 j. §. & post operis. iniij. col. ff. de no. oper. nũtiat. † ℔ iuramentũ circa vnum non extenditur ad alium, etiam expresso consensu partium, per illum text. in d.c. pen. idem Ias. in l. scire debemus. in j. nota. ff. de verb. obli. in l. Gallus. §. idem credendum. in iij. col. ff. de libe. & posth. & in §. fuerat. in xiij. col. insti. de actio.

SEd si diceretur quòd huiusmodi pactum virtute iuramenti impediret dominij translationem, vires ipsius pacti extenderentur vltra naturam ipsius pacti: quem effectum non potest operari iuramentum, vt hîc antè dictum est.

NEc obstant fundamenta in contrarium adducta. Primò non obstat illud quod dicitur, quòd iuramentũ istud operatur, ℔ quis cogitur præcisè ad factũ, ita ℔ non est aliquod interesse. quia ad hoc dico, quia bene verũ est ℔ præcisè cogitur ad factũ primordiale, sed ad factum accidentale non. probatur in simili in l. item veniunt. §. item prædiximus. ff. de peti. hære. glo. nota. in l. certi condic. in prin. in gl. magna. circa fi. ff. si cert. pet. nam si promittatur factum, primordialis natura est ad factum: sed casu quo non fiat bene accidẽtaliter succedit obligatio ad interesse. ita in simili arguit Ias. in d.l. si pecuniam. in viij. col. ff. de condic. ob caus. sic ergo à contrario (vt cõtrariorum sit eadem disciplina) si promittatur nõ alienare, primordialis natura est ad non alienandum. Si tamen alienaretur accidentaliter succedit obligatio ad interesse.

SEcundò non obstat illud fundamentum dictæ gl. in c. licet mulieres. de iureiur. quia ideo ibi pactum de non alienando fundum dotalẽ impedit alienationem, quia habet concursum iuris communis, cùm de iure communi fundus dotalis alienari non possit. l. j. in §. & cùm lex Iulia. C. de rei vxo. act. non est ergo mirum si impediatur alienatio. §. sancimus. in auth. de aliena. & emphy. colla. ix.

TErtiò non obstat illud quod dictum est, ℔ iuramentum alterat naturam cõtractus, quia per hoc tamen vires illius non extendit, vt satis probaui.

NOn obstat & quartò ℔ iuramentum habet vim iudicij, prout dicit Bal. quia Bal. ibi loquitur quãdo fuit factũ in iudicio, & iudice interponente suam authoritatem, & decernente irritum & inane, si quid cõtrà factum fuerit. non autem loquitur quãdo simpliciter fuit factum de non alienando cum iuramẽto. & ita tenent Ioã. de Imo. in c. cùm contingat. in xxvj. charta. de iureiu. Aret. & do. Claudius de aquis in d.l. ea lege. allegantes ita tenere Spec. in titu. de empt. & vend. §. tertio loco. versi. quid ergo. Archidia. & Ioan. And. in c. si à sede. de rescrip. in vj.

TErtiò limita prædictam conclusionem non habe-
24 re locum, † quando prohibetur res alienari ex dispositione contrahentium, quæ tamẽ ex dispositione iuris communis est prohibita alienari. nam tunc concurrente ista duplici prohibitione, non poterit fieri alienatio in casibus aliàs à iure permissis, & sic impedietur translatio dominij. §. sanctissimus. in auth. de alien. & emphyt. colla. ix.

QVartò † limita non habere locum, quando pactũ fieret in iudicio iudice interponente decretum seu authoritatẽ, & decernente irritum & inane, si quid contrà factum fuerit. Ita limitat Bal. in l. fi. C. de pact. inter empt. & vend. ratio est, quia cùm iudex huic pacto de non alienando authoritatem suam interposuerit, censetur ipse prohibuisse. arg. l. j. in §. omnia. C. de vete. iure enuclean. & c. si apostolicæ. de præbẽdis, li. vj. Ideo talis prohibitio impedit dominij trãslationẽ. l. si sciens. ff. de contrah. empt. Bart. in l. filius fa. §. diui. ff. de leg. j. ¶ Confirmari posset prædicta limitatio, † qa 26
actus facti in iudicio sunt maioris roboris & authoritatis, quàm illi qui fiunt extra iudicium. l. cùm ostẽdimus. §. fi. ff. de fideiuss. tuto. l. cum pro quo. ff. de in ius vocan. faciunt quæ pleniſſimè dicit Ias. in l. pacta nouissima. in iij. col. C. de pac. & in l. si conuenerit. in iij. & iiij. col. ff. de iurisd. om. iud.

QVintò † limita, nisi dicatur in pacto, ℔ nullo modo possit alienari: quia hæc conditio impediet dominij translationem, cùm habet vim decreti irritãtis. ita dicit Imol. cle. j. in viij. col. de caus. posses. & p- prietatis. refert & sequitur Felin. in c. at si clerici. §. de adulteriis. in iij. col. de iud. quæ quidem clausula istud importat, ℔ quicquid fit postmodũ sit nullũ, & nulli⁹ valoris: imo non pót talis actus cõfirmari. facit in argumen. tex. & glo. in c. quorundam. in fin. gl. de elec. quia ex quo text. ibi dicit, quòd si electus fuerit quis à minori parte in illo c. & in c. indemnitatibus. de electio. quòd talis electio est nulla, ita quòd electus non potest præstare cõsensum electioni de se factæ. & cùm dicit tex. si quid attentatum in contrariũ, omnino sit irritum & inane, ex quo dicit gl. fin. quòd si etiam cõfirmatio sequeretur, nihil operaretur, quia † dicit irri- 28
tũ & inane, ecce ergo quomodo clausula decreti irritantis operatur, ℔ quicquid fit postmodum nulli⁹ est valoris. & sic si apponat dictio nullo modo, cùm habeat vim decreti, quicquid fiet postmodũ erit nullũ, & nullius valoris, ex quo si nulla fuerit alienatio, non potest ex ea transferri dominiũ, cùm ex eo quod nullum est, nullus potest produci effectus. l. nõ dubium. C. de legi. l. si cum nullum. ff. de legi. hæred. cum vulg. cogita si istud sit verum, quia nunc non pono pro cõstanti, sed solùm dixi ne dimitteretur. idem ergo posset dici de aliis dictionibus, de quibus per Felin. in d. c. ac si clerici. §. de adulteriis. de iudic.

SExtò † limita non habere locum in pacto de retro- 29
uendendo, quod impedit dominij translationem, secundum Pau. de Cast. in l. si cùm venditor. ff. de pig. actio. per illum text. vbi dicit, quòd venditor cui fuit factum pactum de retrouendendo, potest dictam rem vendicare à quocũque possessore illi oblato pretio, etiam si primus emptor vendidisset rem alteri nondum sibi oblato pretio, qa intelligitur cum sua causa. l. lex vectigali. ff. de pigno. Sed aduertendum, quia istud dictum Pauli impugnat Alexã. in consi. suo. x. in j. volum. per ea quæ not. Bar. in l. filius fam. §. diui. ff. de leg. j. & in l. ea lege. C. de condi. ob causam. de prædicta materia satis & ad plenum consuluit etiam Franciscus Curtius antiquus, in consi. suo xij. & consului in casu emergenti, vt suprà dixi in titu. *Des rentes uendues à reachept.* §. j. ibi, tertium est, venditi fuerunt &c.

¶Nec

25 De pacto in vendicatione facto.

27 Clausula decreti irritantis.

29 Pactum de retrouendendo.

¶Nec obstat ad propositum tex.in d.l.si cùm vẽditor. quia loquitur in creditore alienãte pignus,q nó trãsferebat dominium in accipientẽ,sed duntaxat ius pignoris.istud patet ex tenore pacti initi inter creditorẽ,vendentem, & emptorem,dum fuit dictum, quòd liceret debitori oblato pretio rem suam vendicare.& ita respondit Fulg.in d.l.si cùm venditor.& Alexan.in dicto cons.x.& quod Curtius cons.xij.Ias.in l.ab emptione.in iij.& iiij.col.ff.de pac.

Pactũ post cõtractum appositum.

SVblimita hanc prædictam limitationẽ, nisi pactũ fuisset appositũ post cõtractũ:quia vt dicit Bal.in l. vbi autẽ.§.sed & Marcellus.ff.de in diẽ addictione. q aut pactũ de retrouendendo fuit appositũ in obligatione primi contractus,& tunc resoluto iure datoris, &c.d.l.lex vectigali.vt hîc antè dictum est.aut fuit appositum post obligationẽ primi contractus,& tũc tenet pignoris cõstitutio seu alienatio.Bal.verò in l.& si dotis.in fi.C.de iure do.facit aliquam differẽtiam, an res sit subiecta amissioni in casu alienationis,an vero redditioni, & quædam dicit quæ nunc non refero, cùm de illis habeam necesse agere in proprio casu.

30 Pactum factum cũ verbis resolutiuis cõtractus.

SEptimò † limita prædictã cõclusionem nõ habere locum, qñ dictũ fuit quòd eo casu quo deuentum fuerat ad aliquẽ actum alienationis,res sit inepta, vel vẽditio seu donatio habeatur pro nõ facta,quia istud pactũ resolutiuum habet vim pacti legis cõmissoriæ, ex quo trãsfertur dominiũ ipso iure.l. cõmissoriæ. C. de pac.inter empto.& vendi.per glo.notabilẽ in l.j.in verbo,mortis.ff.de dona. causa mor.ita limitat Bal.in l.ea lege.C.de cõdi.ob causam.Alex.& alij in d.l. qui absenti.§.j.ff.de acqui.vel amit.poss.& fuit priùs limitatio Ia.But.in l. traditionib°.C.de pac.& Cyn.in.l.fi. C.de rebus alie.non alie.¶ Hęc limitatio patitur eandem sublimationem quã præcedẽs,sed quia ista limitatio est vera,quãdo pactum tale fuit factum incõtinenti, secus si ex interuallo.gl.est reputata singularis in l.ab emptiõe.ff. de pactis.quã ibi cõmẽdauit Fulg. Ang.& Pau.qui dicunt illã gl.esse singularẽ,& menti tenẽdam perpetuò,quia declarat totã materiam tituli.ff.de lege commisso.& de in diem addictio.ita dicit Ias.in d.l.ab emptione.in iij.colu.ff.de pact. vbi dicit, quòd vltra prædicta Bal.in l.ij.in ij.notabili.C.communia de legatis.& in l.traditionibus.in pe.col.& ibi Salic.C.de pac.notat illam gl.

ITẽ Ias.in d.l.intelligit prędictã limitationẽ,scilicet quando fit per verba quæ directò cõcernunt resolutionẽ contractus,puta quia dicitur,sit inempta, vel sit infecta, tunc ipso iure operantur resolutionem,vt est gl.in d.l.ab emptione.sec° si essent verba obliqua, puta q res ad me reuertatur,vel mihi restituatur,tunc non trãsfertur dominiũ ipso iure,si pactum fuit incõtinenti appositum producit actionẽ personalem, nec habet vim pacti legis commissoriæ.gl.est notabilis & melior de iure.l.j.& ibi Bar.in vlt.col.ff. de dona.Bal. Sali.& Pau.de Cast.in d.l.ab emptio.Bal.in l.j.C.quãdo lice.ab emptio.discedere.& in d.l.ij.in ij.notab.C. communia de leg.& in d.l.traditionibus.

IDem dicit Ias.esse in pacto de retrouendendo,quod est vt solent vsurarij facere, quia est quo fit per verba obliqua non impeditur dominij trãslatio,& ideo, vt dicit,reprehenditur doctrina Pauli in l.si cùm venderet.ff.de pigno.actio.per Alex.in dicto cõsi.x.suprà alleg.in j.vol.& Franciscum Curtium in consilio xij. vbi plenè.

31 OCtauò † limita quando fuit factũ appositum de non alienãdo:& in casu alienationis fuit cõuentũ, q liceat dictã rem capere propria authoritate,tunc tale pactũ impediet dominij trãslationẽ.& ita videtur tenere Bar.in l.iij.C.de pig. quod sic probatur.nã per pactũ initũ inter aliquos q liceat capere rem propria authoritate,cẽsetur ipsa res hypothecata,vt dicit Bal. in l.iij.C.de pign.allegat text.in l.si creditor.§.fi.ff.de distra.pig.qui tamen textus nõ loquitur de pacto inuadendi rem propria authoritate,sed de pacto vendẽdi ipsam, tunc sic:qñ in re prohibita alienari quis reseruauit ius hypothecæ per pactũ,impeditur trãslatio dominij.l.si creditor.§.fi.ff.de distractio.pig.ergo,&c. dicam statim quid hæc operantur in practica,in limitatione sequen.aduertendum tamen, quia videtur q Panor.voluerit tenere contrarium,in c. verum.in pe. col.de foro competenti.

32 Reseruato iure in re prohibita alienari.

NOnò † limita,& hîc aduertendũ est, quia pendẽt leges & prophetæ in hac limitatione & practica nostra,quãdo videlicet is qui prohibet rẽ alienari,aliquod ius sibi reseruat in re quã prohibet alienari, nã tunc prohibitio facta per eum impedit translationem dominij.l.si creditor.§.fi.ff.de distractio.pig. tenendo q ibi sit litera negatiua,& dicatur nullã esse pignoris vẽditionẽ vt pactioni stetur.per quẽ tex.ita dicit Bar. in d.l.filiusfa.in §.diui.& in l.ea lege.C.de condi.ob causam.& in l.si quis ita stipulat°.§.ea lege.ff.de verb. ob.& in l.qui absenti.in §.j.ff.de acqui.possess.dñs tamen Claudius de aquis in d.l.si quis ita.§.ea lege.dicit q Bal.& Sali.in d.l.ea lege.videntur tenere contrarium.sed tamen quia hæc est communis,nó est ab illa recedendum,& illã teneo verissimam,quã tenent omnes suprà nominati.& dicit do.Claudius in d.§.ea lege.q à tali opinione tanquã à cõmuni non est recedẽdum,& illam tenet & sequitur. eandem etiam tenent Alex.& alij in d.l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.j.& Alex.in in l.qui Romæ. §.cohæredes.ff.de verb.obli.

Sublimitatio.

TEnendo ergo hanc cõmunem conclusionẽ quam omnes tenent,sublimita hanc limitationẽ tãtum procedere in hypotheca speciali,& nõ in generali hypotheca.ita sublimitat & intelligit Io.de Imo.in d.l.si quis ita.§.ea lege.ff.de verb.obl.& in d.l.qui absenti. §.j.& ibi Fran.de Aret.subtilitatũ princeps, qui suprà nominati dicunt Bart.istud sentire in d.l.filiusfam.§. diui.& in d.§.ea lege.dũ requirit specialẽ hypothecã. Pau.tamen de Cast.in d.l.qui absenti.§.j. tenet cõtrariũ,dicens quòd cùm hodie notarij in instrumẽtis apponãt hypothecã generalẽ bonorũ,impediretur semper alienatio appositio pacto de non alienando.¶ Pro cuius cõclusione facit,† quia regulariter idẽ operatur 33 *Regula.* generalis hypotheca quod specialis,vt notatur in l. q generaliter.ff.qui potiores in pign.habean.& in l.si is qui.ff.de iure fisc.facit regula quæ ponit in l.si duo.in prin.ff.de admi.tut.& per Bar.in l. sed si quis,§.quæsitũ.si quis cautio. q tantũ valet genus quo ad genus, quantum species quo ad speciem.Franci.de Aret.in d. l.qui absenti.§.j.respondet ad dicta motiua, tenendo cõtrarium:& dicit q non est verum, q tantum valeat genus quo ad genus,quantum species quo ad speciẽ, vt patet per tex.in c. qui ad agendum.de procura.lib. vj.præterea vt dicit,reperitur q licet alienatio irreuocabilis impediatur per hypothecam specialem,nõ tamen per generalẽ.l.j. cum gl.C.de necess.seruis hære. insti.l.pignori.& quod ibi notatur.ff.de hære.insti.& hanc opinionem expressè seruat Io.de Imol.in d.l.ea lege & in illam videtur inclinare do.Claud.de aquis in d.§.ea lege.eãdem tenet Alex.in l.si filio.§.fi vir.ff. sol.mat.eo q vt dicit d.l.si creditor.§.fin.ff.de distrac. pignor.si exorbitat à iure communi, ideo non debet extendi ad generalem hypothecam.hanc etiam tenet

BIU Cujas

Franc.de Aret.in d.l.qui absenti.§.j. ¶ Mihi tamen videtur ℔ opinio Paul.de Cast.sit verior,& illā videtur sequi Alex.sibi cōtrarius in d.l.qui absenti.§.j.vbi dicit,℔ opinio cōtraria est dubitabilis,eo ℔ d.l.si creditor.§.fi.loquit indistinctè,igitur, &c.& facit,quia ratio d.l.si creditor.in §.fi.secundū doc.est ista, quia is q̄ facit pactum de non alienando,ius hypothecæ in dicta re sibi reseruauit:quę quidē ratio habet locū,qñ in genere fuit cōtracta hypotheca in omnibus bonis illius qui promittit non alienare:similiter habet ius in expresse prohibita alienari.l.fi.C.quæ res pigno.obl. pos.igitur ex rationis identitate debet extendi dispositio d.l.si creditor.in §.fi.dato,non tamen cōcesso, ℔ loquatur in casu,in quo specialiter res prohibita alienari fuerit hypothecata,quia idem operatur genus vt dictum est.Item quis sibi prouidet de hypotheca generali,quia sibi magis cōsultum esse voluit,quàm ꝑuidendo dūtaxat de hypotheca speciali,inducta ergo ad commodum,non debēt ad damnum seu illius incommodum trahi.l.quod fauore.C.de legib.Inducta enim ad vnum effectum non debent operari contrarium.l.legata inutiliter. ff.de adimen.lega.

Seigneurs fonciers. HÆc limitatio multū facit in practica, quia vt videmus quotidie in hac patria, multi sunt qui dicuntur dñi directi in vulgari,*seigneurs fonciers*,hoc est dant eorū terras ad reditum & censum, illas expresse affectando pro dicto censu & reditu,nam tunc in hoc casu si apponatur pactū ℔ non possunt censatarij aut redituales apponere, onus aut alium reditum super dicta re, tunc ista casu impeditur dominij translatio, valet impositio oneris in tali re, in præiudicium dicti domini censatarij.& ita hoc casu retentio hypothecę ad rem hunc causat effectum.

ADde ℔ sicut retentio hypothecæ ad rem causat prædictū effectū,ita & multo fortiùs ius dominij directi retēti in re.hoc sentit Bar.in d. l.filiusfa.§. diui. allegat C.de iure emphy.quē refert Franc.de Aret.in d.l.qui absenti.§.j.de acqui.pos.dicit tñ ℔ illud videt esse verū in illo cōtractu emphyteutico,& in cōtractu feudi, in quibus hoc specialiter cauetur:secus fortè si venderetur vtile dominium,retēto directo, quo casu resultat cōtractus superficiei,secundū Bal.in c.j.§.aut si libellario.ff.quib.mod.feud.amitt.Bal.tamen valde notabiliter dicit idem esse in quocunq; contractu,vt in c.j.§.hoc quoq;.de successione feu.quem videas.Et dicit Aretinus ℔ credit quòd bene arguitur à fortiori, de iure hypothecæ,ad ius dominij.Et ideo aduertentum esse videtur in contractu censuali huius nostræ patriæ, qui de consuetudine est huius naturæ, quòd dominium directum remanet penes dominum cēsus contrarius commune,vt est tex.in §.j.eod.tit. quòd si in tali contractu census apponatur tale pactū de quo suprà,quòd impediet dominij translationem.

IDem Aretinus in d.l.qui absenti. §.j. dicit illud esse addendū ad hāc materiā,videlicet, ℔ ista hypotheca retenta in re non solū operat nullitatē alienationis ex pacto de nō alienando, sed etiā manus iniectionē, id est, ℔ rē alienatā paciscēs, occupare possit propria authoritate.Ita dicit gl.singularis in auth. vt non fiāt commu.eccl.§.j.colla.v.& illam alleg.Bal.in c.j.§.hoc quoq;.de succes.feu.& Ang.in l.nemo. ff.de pactis. & in l.si ita quis.§.ea lege. ff.de verb.obl.tamen Fran.de Aretio non sequitur illam gl.per duas rationes quæ multum vrgent,& credo quòd bene dicat,&ideo credo quòd opus est quòd expresse dicatur quòd possit propria authoritate ad rem recurrere,& illam apprehendere,per l.iij.cum ibi notatis C.de pigno.

ET prædicta limitatio multum vrgebat cōtra me in causa quam habeo contra Nicolaū Esperō, de quatuor francis annui reditus super domo Simonini Droyn.Nam illa domus fuit data eidē Simonino,per patrē dicti Nicolai ad reditū annuū, cum pacto de nō ipsam onerando aliquo reditu annuo aut censu. Et tamen postmodū venerabilis & discretus vir dominꝰ Bartholomæꝰ Munieri,olim canonicus Heduen.auūculus meus, cui successi,emit quatuor francos annui reditus super dicta domo,quos petebā. Opponebant mihi prędicta per dictū Esperō,videlicet ℔ eius pater dederat domum (de qua erat disceptatio) dicto Simonino cum hoc ℔ illam hypothecare,onerare,aut affectare non posset sine voluntate & licentia dicti sui patris,& suorum successorum. ¶ Sed respōdebam quòd prædicta mihi nō obstabant,propter plures rationes, quia (vt fatetur) ipse Nicolaus Esperon dictus Droynus,postmodum dedit partem Hugoni Maillard cum onere soluendi partem reditus. Quod quidem ratificauit & approbauit dictus quondam Ioannes Eperon pater dicti Nicolai: A quo Hugone Maillard, auunculus meus habuit duos frācos cum dimidio annui reditus. ¶ Itē & quod plus est,dictus Ioannes iterum & de nouo approbando dictam venditionem factam Hugoni Maillard per dictum Droynum, emit à dicto Hugone Maillard, vnū francum annui reditus super dicta parte domus, quam tenet dictus Hugo Maillard, cōsensit etiam dictus Ioānes Esperon alienationi factæ, cùm expresse consenserit quòd dictus Droynus leuaret & perciperet tres francos cū dimidio annui reditus à dicto Hugone Maillard,qui partē domus tenebat,in quibusdā reditibus fui subrogatus per literas meas,cùm dictus Droynus vēdiderit auūculo meo duos francos cum dimidio de illis tribus cum dimidio,& sic in illis cùm res sit facta alienabilis semper remanet alienabilis.Dicam statim & quātum ad residuum, ex quo dictus reditus annuus fuit constitutus per Hugonem Maillard dicto quondam magistro Bartholomæo à quo ius habeo,debet illa alienatio remanere firma & valida, & ideo debeo collocari in illis quatuor francis, quia ex quo semel dicta domus fuit hypothecata dicto Ioanni Esperon,sciēte & patiente & non contradicente, vt apparet ex scripturis dicti Nicolai Esperon qui prædicta fatetur. *Casus.*

EX quo pro sustentatione & corroboratione iurium meorū dico pro decima limitatione. ℔ etiā si fuerit pactum appositum in contractu, in quo quis habet ius hypothecæ in re, ℔ res non possit alienari aut aliàs affectari, si tamen semel fuerit facta alienabilis, & teneat illa alienatio, semper poterit alienari, † cùm res prohibita alienari,semel legitimè alienata, 34 potest semper legitimè, & in quemcunq; alienari nō obstante prohibitione alienationis.Ita Bar.per illum tex.in l.pater.§.quindecim.ff.de leg.iij.Bald. in cons. lvij.incip. Item insti.in ij.col.in ij.parte suorum cons. Omnes in d.§.diui.& in d.§.ea lege.Philip.Decius in cons.suo lxxxviij.in fi.ij.col. *Limitatio decima.*

VNdecimo † limita supradictā cōclusionem,nisi in 35 cōtractu venditionis vel donationis vēdatur res ad tēpus certum vel incertum, hoc modo, trado tibi hāc rē retinendā per te,quo ad dominiū & possessionem quousque eā alienaueris: nā dominium & possessio potest cōcedi ad tēpus certum vel incertū, quo finito reuertitur dominiū ipso iure ad cōcedentem.l.fi. & ibi notatur,C.de leg.Istud videtur approbare Ang. in cons.suo cccv.per l.fi.cum sua gl.C.de lega. Franc. de Aretio hanc materiam multum disputat in d.l.qui absen

absenti.§.j.ff.de acqui.possess.in iij.col.ad quem recurrendum est.

Quæstio. ET posset induci ad quæstionē. Videmus in hac ciuitate Heduen. ꝙ venerabiles dñi decanus & capitulū ecclesiæ Heduen. dant pluribus plures domos pro se & suis descēden.in linea descend.an ipsis mortuis sine descenden.in dicta linea, dominiū dictarum domorum transeat aut trāsferatur in ecclesiā ipso iure?an verò si accipiens prædictā domum, eam alienauerit in alium,qui nō est de sua linea descēden.ecclesia teneatur agere,aut rei vēdicatione, aut qua actiōe contra tenētem virtute alienationis eidem factæ?Cogita ex prædictis ex his quæ dicit Francis.de Aretio in loco hîc antè alle.nihil scribam nunc, nisi videam casum euenire.tex.tamen in l.j.§.j.ff.de stipula.seruo.videtur facere quòd est agendum rei vendicatione.

36 DVodecimò †& vltimò limita prædictā cōclusionem nisi cum pacto de non alienādo, apponatur pactū de præstando aliquid pro alimentis, tunc enim fauore alimētorum si fiat alienatio,transfertur dominium ipso iure,per l.j.C.de dona. quæ sub modo. Ita dicit Aret.in d.§.j.vbi dicit dominum suum reprehendisse hanc fallaciam,cùm illa lex non probet.

IN TEXTV IBI,

A la retenue de ladicte rente.

QVid de censu secundò vēdito,an etiā habeat primus dominus istud ius retentionis super censu secundò posito,sicut si haberet de reditu?Credo ex dictis suprà in hoc §.in gl.*au preiudice du seigneur.*ꝙ ex quo ad primum dominum non est census, ꝙ idē erit, quod de reditu.¶ Vide Boërium in consue.Bituricen.ti.de consue.feudorum.§.xxij.vbi facit differentiā inter rem censualem,& feudalem,vide Ioan.Sanxon.in consuetu.Turonē.tit.*de pied de fied*,articu.v.¶ De hoc iure retentionis quod dominus directus habet, vide Ioan.Fab.in §.adeo.instit.de loca.in j.col.ibi, & hanc partem credo veram.

IN TEXTV IBI,

Si auoir la veut.

1 PEt hoc†notatur ꝙ facultas retinēdi cēsum pro eodē pretio cōpetit dño per modum facultatis, ideo non præscribitur ante præsentationē, vel oblationē, quæ debet fieri per hanc nostram cōsuet.Faciunt quæ dicit Bal.Bar.& Sali.in l.cùm notissimi.§.j.C.de præcri.xxx.vel xl.anno.Dicā alibi latiùs.¶ Aduerte,quia contra dominum in facultate retinendi non potest præscribi ante denuntiationem. per ea quæ dicit Io. Sanxon ti.*Comment hōmage se soit offrir*, arti.fi.in prin. fol.lxviij.alle.Guid.pa.q.ccccxj.dominus directus.vide in §.sequen.in gl.iij.Alex.consi.xxvij.vj.vol.

IN TEXTV IBI,

En rendant le prix.

QVid si mentiatur in pretio & in denuntiatione? vide Boërium in consuet.Bituricen.tit.de consuetudine retentionis rerum feudalium.§.ij.

IN TEXTV IBI,

Apres ce que l'achept de ladite rente sera denoncé.

COnstat ergo quòd hæc denuntiatio fit ad effectū aliquid inducendi vlterius, & tunc hoc casu non sufficit scientia.l.denuntiasse. ff.de adulteriis. Ex quo ergo hęc nostra cōsuetudo requirit denuntiationem, sine dubio est necessaria scientia,scientia scilicet facti, & forma ipsius,& cæterorum quæ habēt factum substantiale.l.si quis inficiatus. ff.depositi.ca.causam. de electio.l.j.§.fi.& l.quæro.ff.de actio.empti.Facit clemen.fi. vt lite pendente. & videtur hæc consuetudo esse fundata super tex.in l.fi.C.de iure emphyt.

§. QVARTO.



T si on met rente sur l'heritage qui est censé, & apres on vend ledict heritage, le seigneur censier a la retenue, si bon luy semble dudict heritage vendu, en rendant le prix du vendage dedans quarante iours apres ce que ledict vendage luy sera denoncé par l'achepteur. Et ce faict, se peut acquitter de ladicte rēte, dedans l'an apres ladicte retenue, parmy rendant pour chacun franc de rente, s'il est en bonne ville, vingt frācz & en plat pays, quinze francz, au cas que ledict seigneur censier n'auroit cōsenti à ladicte rente.

HIc §.venit continuatiuè ad præcedentem articulum, & videtur esse vna materia diuisa & distincta per paragraphos, per hanc dictionem, & si,quæ videtur hîc continuatiuè poni, non est magni effectus, non insisto.

IN TEXTV IBI,

Sur l'heritage.

QVæritur †an annua præstatio possit super re assignari,& sic sit illa res hypothecata, puta si dicatur,vēdo tibi decem annua,vel lego super tali fundo. Et aduerte quia aut vēditio seu legatum est super re, vel ex re, & tunc nō est dubiū quin cōtrahatur hypotheca in illa re,& in aliis rebus testatoris legantis vel venditoris vendentis.arg.l.j.C.communia de legatis. Et sic debet intelligi l.Seia.ff.de dote prælegata.idem est si dicatur,relinquo decē super tali fundo, quātum si diceretur.obligo fundum pro decē annis. Bart.in l. fundus quem.ff.de annuis legatis.& in l.codicil.§.instit.vbi tex.ff.de lega.ij.ponit latè & notabiliter Ioan. Fab.in §.item Seruiana.in vlt.colum.instit.de actio.& per ista verba fundus est obligatus obligatione reali, quæ sequitur fundum,ad quemcunq; fundus peruenīat.ita tenet & dicit Spec.in tit.de locato.§.nunc aliqua. versic.lxxxvj.& versic.cxviij. & refert Iason in l. ij.in xxxvj.col.C.de iure emphyt. idem etiam si dicatur,ſuppono † talem rem pro tali reditu annuo,quia etiam contrahitur obligatio realis:cùm supponere sit obligare.ff.de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt,in fine rubricæ.& sic hoc casu obligatio semper sequitur rem.pro qua opinione facit in argumentum §.omnes.institu.de noxalibus actio.idem etiam si dicatur,promitto tibi decē annua, & ea tibi assigno super tali fundo,quia hęc videtur esse mens contrahentium illum fundum obligare,& quæcunq; verba sufficiunt.l.fi.C.quę res pignori obli.possunt.& facit,ne vxor pro marito. C.l.cum te. † nam verbum assigno, transfert dominium.Io. Fab.in l.si quis argentum.C.

1 Quæstio.

2 Suppone-re.

3 Assigno.

BIU Cujas

de dona.l.generali.§.hęredis.ff.de vsufr.legato. idem etiam si quis confiteatur se debere ratione certæ rei. ita videtur notare doctores in c.cùm clerici.de pac. & in c.tua.de decimis.Spec.in ti. de emphyt.§.nunc aliqua versic.lxxxvj. Aduerte quia bonum est vti verbo assignare, secundū Io.Fab.in d.§.itē Seruiana.in vlti. col.instit.de actionibus.Dixi suprà in ti.*Des droicts & appartenāces à gens mariez.*§.xvij.in gl. *par son mary.*& in §.ix.in gl. *De tous debtes.* ¶ An datio hæreditagij ad reditum sit venditio,ita quòd ex ea debeantur laudemia domino? vide Io.Fab.in §.j.instit.de emptione & venditione.& Alber.de Rosate in l.ij.§.mutuum.col. iij.ff. si certum petatur. & in suis statutis quæstione clxxxviij.& consului in casu emergenti.

IN TEXTV IBI,

Si bon luy semble.

ISud ergo videtur esse per modum facultatis,& ideo nunquam huic iuri præscribitur nisi post denūtiationem.Sed si hæc facultas alicui competeret in vim contractus & reseruationis in contractu, adhuc minus esset pręscriptibilis,vt de facultate dixi & consului in casu emergenti.Vide consiliū meum xj.& consil. lxxvj.vbi magis amplè.

IN TEXTV IBI,

Dedans quarante iours.

¶Vtrum idem sit quo ad tempus in domino feudi,dixi in §.j.hoc eo.tit.in gl.in verbo, *retenue.*

1 *Quæstio.* QVæro,pone †℘ dominus cēsus fuit præsens quādo res fuit vendita,an sit necessaria denuntiatio taliter quòd nō currat hoc tempus quadraginta dierum,nisi à tempore denuntiationis?Bart.in l.denuntiasse.ff.de adulteriis.& Pano.in c.si venditori.de emptio.& vendi.dicunt, ℘ quādo fit denuntiatio ad aliquid faciendum,non sufficit sola scientia:secus si fiat solùm ad finē scientiæ.ex quo ergo in hac nostra consuetudine fit denuntiatio ad aliquid faciendum, non sufficeret præsentia & scientia domini,ita ℘ non currit tempus nisi à tempore denuntiationis. de qua doctrina Bart.vide Iaſ.in l.ij.§.fi.ff.solu.matr. ¶ Item an dominus possit purgare moram,vide Boërium in cōsue.Bituri.ti.de consue.retentionis rerum feudalium. §.ij.in gl.ij.aduerte etiam quia huic facultati retinendi,ante oblationem & præsentationem potest renuntiari, vt dicit idem Boërius in loco hîc antè allegato. §.j.dixi in §.præced.in gl.pen.

ADDITIO. An istud tempus currat in minori, an saltem sit restituendus : vide ex his quæ dixi suprà in titu.*Des iustices.*§.viij.in gl.*& iour.*& suprà in ti.*des retraicts.*§.j.in gl.j.

IN TEXTV IBI,

Sera denoncé.

HÆc denuntiatio debet fieri cum tenore emptionis rei, aliàs dominus non tenetur credere emptori,secundum tex.notabilem in clemen.causam.de electio.in clemen.quam Bar.allegat in l.grege.§.cum pignori.ff.de pign. & in l.qui in alterius.ff.de regul.

1 *Denuntiatio quomodo fienda.* iuris.per quem tex.omnes decidunt,†℘ vbicunq; est fienda denuntiatio,seu intimatio,semper est fienda in scriptis,& cum tenore instrumenti rei denuntiatæ.de quo quidem instrumēto debet fieri lectura, & dari co

2 pia.tex.est ibi,q plus dicit †℘ intimatio,denuntiatio, seu notificatio aliter facta est nulla.faciunt quæ dicit Soc.in consi.suo xxiiij.in ix.col.versi.iij.principaliter probatur.in j.vol.Alex.in cons.xcv.inci.visis processibus.in v. col.in ij.vol.Imò dicit gl.in d.clemen.causam.in verbo, porrecto. † quòd debet dari copia ex- 3
pēsis intimātis,aliàs sequitur intimatio nulla.tex. ibi, qui multum fuit aliàs pōderatus ad hoc,† ℘ insinua- 4 *De insinuatione mandatorum apostolicorum.*
tiones mandatorum apostolicorum in forma c.mandatum,cum duobus sequen. de rescriptis.& secundū formam datam per concordata,non valent,nisi dimittantur realiter & cum effectu ordinario copiæ mādatorum seu bullarum apostolicarum. Et idem erit dicendum de literis nominationū,& graduum, & aliis necessariis pro graduatis simplicibus &nominatis.Et licet Specu.in tit.de procurato.§.fi.vers.in summa.teneat quòd prædicta sunt vera, quando petitur per illum cui fit intimatio, causa intimationis,& non aliàs. cui videtur assentire Sali.in l.j.in xij.q.C.de act. & oblig.& in l.iij.C.de nouatio.tamen opinio Bart. est in l.j.in princip.C.de noui oper.nuntia.in versi.xj.quæro.qui tenet cōtrarium, videlicet quòd semper tenor instrumenti, & copia illius est dimittenda etiam expensis intimātis,aliàs intimatio est nulla.d.clem.causam.Et ita fuit iudicatū,& maximè in talib⁹ debet fieri talis denūtiatio seu intimatio, qñ aliquid ex parte denuntiantis est faciendum, aut quando denuntiatio est de substātia,vt in casu in quo per statutum requiritur,vt in terminis nostræ consuetudinis tenet.Alex. in cons.xxvij.in vj.vol.vbi videtur concludere, quòd in terminis huius cōsuetudinis requiritur denuntiatio,nec sufficit scientia.In dubio tamen videtur,quòd hæc denuntiato fit causa certiorationis, & ideo sufficit scientia.Idem Alex.in his sibi contrarius, in cons. suo cxxxviij.in j.col.in vij.vol.vide tamē apud nos iudicatum fuisse,quod requiratur expressa denuntiatio, ex quo in casu in quo dominus cēsualis erat opponēs in materia decreti, & sciebat alienationē fuisse factā, non fuit excluſus à iure retentionis,per duos aut tres annos post interpositionem decreti,eo quòd non fuerat sibi denuntiatum expressè per emptorem. Et ista est practica apud nos, à qua non est recedendum.

IN TEXTV IBI,

Et de faict.

ECce hîc vt videmus, ℘ iste qui emit reditū super re censuali,cogitur vendere illum reditum,quod est contra legem, nec emere. C.de iure deliber.Iaſ.in d.l.post gl.& Alber.de Rosate ponit aliquos casus,in quibus etiam cogitur vēdere rem suam.Bart.etiam in l.fi.C.de fideicom.libe.vide Specu.in tit. de executio. senten.in rubri.Hostien.in c.j.de rerū permutatione. Bal.& Ang.in l.si pendentes.§.si quid cloacarij.ff. de vsufru.quia nō multū hîc ad propositum,non insisto.

IN TEXTV IBI,

Parmy rendant.

QVomodo autem † æstimentur reditus?Textus in 1 *Æstimatio reditū*
l.si quis argentum. §.in reditibus autem.C.de donat.æstimat ad quindecim annos, videtur quòd æstimentur ad viginti annos.prout est glos.in authē.de non alienā.§.si verò alicuius. colla.ij.glo.in auth.perpetua.in verbo,iusta.C.de sacrosanc.eccles.& Ludou. Roma.in consil.suo ccccxxiij. incipien. Pro pleniori discussione.in prin.& si non sit iustum pretium, contractus dicitur vsurarius.ita tenet Guid.pap.in consi. clxxx.in iij. parte.in ij. & iij.col.¶ Et quid sit iustum pretium in talibus, vide eundē singulari suo 938. qñ dicatur.vbi amplè.videtur etiam quòd fiat æstimatio rei ad reditū xxx.annorum, maximè qñ ecclesia vendit pro redēptione captiuorū, quia iustū pretium rei dicitur quantum res valet ad xxx.annos.vt in §.sancimus. in auth.de alie.& emphy.coll.ix.Sed quando alienat

BIU Cujas

lienat certum reditū quē habet extra prouinciā ipsius ecclesiæ, iustū pretiū est quantū ascēdit reditus xxxv. anno. §. sancimus. in auth. de ecclesia. tit. Ad gl. in d. §. si verò alicuius. est dicendū ꝙ illa gl. dicit qñ ecclesia dat in emphyteusim aliquod p̄tiosum prædiū magni valoris, reditus verò nullius aut modici, tunc emphyteuticus redit⁹ debetur statim ita & taliter, ꝙ ipse reditus in xx. annos collecti faciant æstimationē rei. Iustum † etiā pretiū rei dici potest quādo res fuit subhastata in loco publico alta voce, & nō fuit repertū nisi tantum. Bar. in l. j. C. de prædiis curialium & decurio. lib. x. & Ang. in l. in lege Falcidia hoc esse seruandū. §. corpora. ff. ad legē. Fal. Bar. & doct. in l. pretia rerū. ff. ad legē Falci. vbi videtur ꝙ res tm̄ valet quātum vēdi potest. ergo videtur quòd in casu non debeat æstimari talis reditus, imò quòd dñs tenebatur tātum dare, quantum soluerat ille qui talem reditum emerat super re censuali. ¶ Quomodo autem res æstimari possit seu valor, ponit Panor. in c. cum causa. de testibus.

2 Iustum pretium.

ADDITIO. Die xxvij. Martij, anno M.cccccxxx. me existente in palatio & auditorio Parisien. datum fuit arrestū, per quod fuit dictum ꝙ emptio cuiusdam reditus bladi, reduceretur ad pretiū ad ratā xv. pro vno. Ex quo arresto duo notaui, vnū ꝙ redit⁹ granorū debet reduci ad pretium propter varietatem valoris granorum, maximè quādo talis reditus est emptus in pecunia, & hoc vt redit⁹ sit certus & determinat⁹. Aliud notaui, ꝙ pretium emptionis reditus annui debet reduci ad xv. pro vno. Quod tamen est intelligendum, quando emptio reditus annui prouenit originaliter ex primo, sec⁹ si ex hæreditagio vēdito, aut penes cōstituentē reditū annuū, pro certo pretio dimisso: pro quo cōstituitur reditus annu⁹, quia hoc casu habetur pro interesse perceptionis fructuū rei meæ, quos percipit qui debet reditū annuum, secūdum l. curabit. C. de actio. empt. de quo suprà dixi in ti. *des droicts & appartenances à gens mariez.* §. xxiij. in j. gl. versi. iiij. limita. Et in arrestis Pentecostes, in anno M.ccccxxij. fuit dictum ad vtilitatem Caroli Turpin, filij Catharinæ Bosceual, ꝙ reditus annuus constitutus ad rationē de decē pro centū, pro cccxxv. libris Turon̄. quas ipsa Catharina habuerat in diuisione bonorum paternorum, pro certa portione suorum hęreditagiorum paternorum quæ remanserant penes fratres, non reduceretur ad xv. pro vno, imò ꝙ ex quo erat talis reditus annu⁹ cōstitutus pro interesse suo, ratione perceptionis fructuum suorū hæreditagiorū quos percipiebāt fratres, ꝙ solueretur in totū ad rationē de decē pro centum. arg. d. l. curabit. & l. fruct⁹. C. de actio. empti. l. ij. C. de vsu. & l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. emp. & glo. & docto. in c. conquestus. de vsuris. Nec est in hoc fienda differentia, an in contractu in quo datur aut dimittitur hęreditagiū, fiat primū æstimatio illius ad pretiū, & pro pretio cōstituatur reditus, puta talis ꝑ sua parte taliū hæreditagiorū habebit trecētum: pro quibus in casu defectus solutionis tali tempore, cstōituit aut assignat seu promittit assignare tot reditus redimibiles pro dicto pretio. aut verò assignat, aut promittit assignare ꝑ tali hæreditagio, aut sua parte taliū bonorum, tot reditus annuos redimibiles pro tali summa quæ veniat, aut ascēdat ad decē pro centū. prout quidam voluerūt facere talē differentiā, quoniam, in his est consideranda origo & causa obligationis, potius quàm titulus actionis. l. si filius famil. j. C. ad Maced. l. tutor. ff. de fideiuss. cū aliis suprà per me alleg. ad aliud propositum in ti. *Des successions.* §. *les heritages.* in gl. *sont issus*, prout nec fuit in dicto casu, in quo in eodem contractu constabat, ꝙ ex quo dicta Catharina pauca aut nulla habuit hęreditagia paterna, fuit sibi ꝑ missa certa summa soluenda in festo sancti Ioannis sequētis, & in defectū solutiōis, fuit sibi promissum assignare eidem reditū annuū ad decē pro cētum: sed fuit habita cōsideratio ad causam & originem obligationis, quæ prouenichat ex hæreditagio dictę Catharinæ, ꝙ tunc remansit penes fratres, qui percipiebāt fructus ex eis, & tamen nō soluebāt pretium pro quo remanebāt dicta hæreditagia, qui quidem fructus & loco eorū interesse, veniunt in iudicio familiæ erciscūdæ etiā temporis præteriti. l. nō solū. ff. familiæ erciscē. Aduerte tamen ad aliud arrestum latum die xix. Februarij, anno M.ccccxxxj. plantādo causas in palatio, quod videtur huic contrariari, ex quo certi annui reditus bladi fuerunt reducti ad xv. pro vno, & tm̄ proponebatur pro parte cuiusdam Huault secretarij regis, ꝙ licet cōtractus cōtineret ꝙ ille annu⁹ reditus esset empt⁹ ex pecunia numerata, tamen in rei veritate prouenerat ex partagio quorundā hęreditagiorū prouenientium ex hęreditate eorū cōmuni, ex quo inspicienda erat obligatio: quod factum proposuerat post didicita testificata & ad illud petebat admitti ad probandū, ad quod non fuit admissus, sed repulsus, nō quia probatum nō prodesset, quoniam in hoc videretur cōtrariari alteri suprà mentionato: sed quia visum fuit calumniosum, ex quo detegebatur per eū fictio & simulatio contractus qui aliud dictabat, & quòd præsumebatur subornatio testium, ex quo propositum fuerat post didicita testificata, & in hoc cōcordanda sunt dicta duo arresta, & ita intelligenda, ne videantur cōtrariari. ¶ Aduerte tamen quia etiam quādoque lucrum de decem pro centenario consideratur de iure. capi. per vestras literas. de dona. inter vir. & vxo. & etiam de consuetudine nostra in casu suprà posito, in ti. *Des droicts & appartenances à gens mariez.* §. *deniers de mariage.* & ibi est gl. in verbo. *C'est assauoir dix pour cent.* ex quo pretium iustum æstimationis reditus cōsideratur secundū nos secundum diuersos respectus, & ibi allegaui tex. in dicto c. per vestras literas. hîc antè allegatum.

1 Regula. Decem pro centum.

IN TEXTV IBI,

En plat pays.

VIdetur per hanc nostram consuetudinem quòd dispositio auth. nullum credentem agricolę. coll. iiij. sit apud nos correcta, & sic quòd etiam potest vltra siliquam pro solido quis emere reditum super terris agricolarum. Aduerte tamen quia ille textus loquitur in creditore dāte pecunias mutuò ad vsuram, & non in emente reditum annuum.

§. QVINTO.

LE seigneur censier peut recourir aux heritages mouuans de cense par faute de tenemētier, & de cense à luy non payee, & d'iceux leuer les fruicts, profits & emolumens, & les appliquer à son profit iusques à ce qu'il soit payé de sa cense, & des arrerages d'icelle, & si dedans dix ans luy qui

BIU Cujas

tenoit parauant lesdicts heritages à cẽse,vient,& qu'il demande lesdicts heritages censaux,ledict seigneur censier sera tenu de les luy remettre, & deliurer, s'il a esté satisfaict des arrerages par la reception des fruicts, ou sinõ parmy ce que auãt œuure il sera satisfaict desdits heritages,& lesdicts dix ans passez, lesdicts heritages demourront audict seigneur censier, & les pourra bailler & acenser à tel qui luy plaira, sans plus estre tenu de les remettre ou bailler à celuy qui les tenoit à cense de luy par auant, s'il ne luy plaist.

¶ Idem in comitatu Niuernen.& in pluribus aliis locis Franciæ.

IN TEXTV IBI,

Peut recourir.

ANistud sit mero iure & propria authoritate, an verò aditi debeat iudex. vide gl.in l.de pupillo.§. si is cui.ff.de noui ope.nun.quam allegat Iaſ. in repe. 1 Regula. l.admonẽdi.col.v.ff.de iureiur.vbi facit regulam, † ꝙ quotiescunq; lex cõcedit alicui aliquod beneficiũ vel remediũ,& de adeundo iudice nihil dicit,intelligitur mero iure. Cogita ex dictis doctorum in d.§.si is cui.

ADDITIO. Vide in terminis in emphyteuta per Matth.de afflict.in constitu.regni Sicilię, quæ incipit, pacis cultum.in viij.col.ibi, quintò licet.& ibi ponit quid de locatore.& in illa constitutione ponit xxj.casus,in quibus licet alicui ius sibi dicere propria authoritate. quod tamen intellige prout suprà dixi in tit.*Des mainsmortes*.§.xiiij.

IN TEXTV IBI,

Aux heritages mouuans de cense.

AN si dominus ignorauerit quòd sunt hęreditagia de suo censu mouentia, possit cogere cẽsatarium vt ei ostendat, & si nolit ostendere, an omnia præsumantur esse talia? & quid econtrà. vide Spec.titul.de emphy.§.nunc aliqua.vers.lx.lxij.& lxiij.& Ioan.Pet. de Ferra.in forma libel. ad ficti præstationem. & ibi, quid si censatarius nolit demonstrare,quid sit fiendũ. & etiam vide Ioan.Berberij in suo viatorio iuris, titulo de locato.vbi etiam ponit quid operantur recognitiones quę fiunt per rusticos.

IN TEXTV IBI,

Par faute de tenementier & de cense.

Quæstio. QVæro,an sufficiat quòd steterit per decem annos absq; solutione,an verò requiratur cũ hoc quòd nullus sit tenementarius?põdera, quia tex.duo copulatiuè requirit:ideo requiritur concursus vtriusq; copulati,ad hoc vt dñs possit leuare fructus:cùm ad veritatem copulatiuæ, &c.§. si plures.institu.de hæred. instit.& l.si hæredi plures.ff.de condit.instit.& in hoc differt natura huius cẽsus,à censu de iure, & secundũ iuris dispositionem introducto. nam licet de iure habeamus tex.in l.ij.C.de iure emphy.ꝙ si emphyteuta non soluat canonem per triennium cadit à iure suo, † secus tamen est in cẽsuario, quia per nõ solutionem nunquam cadit à iure suo de iure.c.constitutus.& ibi docto.de religiosis domib.sed hîc dicitur,ꝙ si censuarius non soluat censum,vel pensionem,& nullus fuerit tenementarius rei censualis,potest dominus cẽsus ad rẽ recurrere:quia res censualis pro censu est hypothecata,quæ quidem hypotheca trãsit cum re & eam afficit.l.si prædium. & ibi Bal.C.de euic.& est ius acquisitum in re per hypothecam.l.eos.C.de pigno.§. item Seruiana.instit.de actio. & ideo deficiente solutione & tenementario,ad rẽ recurrere potest,& actio hypothecaria est realis, & ideo dari debet ad rẽ,& in hoc est,quia de consuetudine dominus census retinet dominium directum,transferendo solum dominium vtile in censuarium,ratione cuius dominij directi potest ad rem recurrere, deficiente solutione pensionis quæ debetur per dominum vtilem.

ET licet de iure annua præstatio non sit aut realis, quia nõ debetur à prædio, aut personalis,quia nõ debetur à persona personæ, argumẽ.l.Caius.ff.de annuis leg.ideóque non causat ius in re, nec obligat tertium possessorem singularem,vt possit agi cõtra eum immediatè.l.fi.§.j.ff.de contrahen.emptio.cum similibus.tamen istud fallit de cõsuetudine nostra vt hîc, & in consuetudine sequenti, vbi latius dicam & melius ad propositum.

IN TEXTV IBI,

Et de cense à luy non payee.

DIc ꝙ probatur † solutio cẽsus retro, si probetur soluisse per tres annos vltimos.l.quicunque.C. de apo.publicis.lib.x.quod intellige quando solutiones fuerunt factæ per se singulo anno, secus si semel pro tribus.Bal.in l.ij.C.de dotis promiss. Ita tenet Iaſ. qui multum extollit illam l.quicunq;.in l.ij.in lxix.& lxx.col.C.de iure emphy.nam vt dicit ibi do.meus etiam dñs recipiendo solutionem non poterit amplius expellere censatarium. ¶ † Sed quæro, an per solutionem triennalem pensionis debitæ ratione census, & receptionem per dominum census, præsumantur soluta fuisse laudemia? ¶ Sed quæritur † quis probabit solutionem, an censatarius soluisse, an dominus sibi non fuisse solutum? Bar.in l.ij. C.de iure emphy.& Panor.in c.potuit.de locato. Aduerte tamen, quia hoc casu videtur esse de intentione domini quòd censatarius non soluerit.

1 Solutio census præsumitur retro.

2 Quæstio.

3

VIdemus in practica quo ad nos,ꝙ si subditus,aut cẽsatarius non soluat debitũ, quòd domini solẽt facere ponere ad manum eorum fructus hæreditagij cẽsatarij,aut aliàs reditualis,& illos,vt sępe videmus, faciunt leuare & recolligere. An ex hoc subditus possit se dicere turbatũ,& intentare casum nouitatis cõtra dominum talem? Dic ꝙ si ritè fuerit processum ad appositionem talis manus,ꝙ subditus non potest intentare casum nouitatis. G. Benedicti in sua repetit.c. Ray.in verbo,& vxorem.nu.95.de testa.Secus si iniustè & iuris ordine non seruato.c. cõquerente.de resti. spoliato.Ratio est, quia si non ritè processum fuerit, non dicitur iustè possidere, quia authore iudice non possidet.notant Alex.& alij in l.iustè.ff.de acq.possess.

IN TEXTV IBI,

Et les appliquer à son profit.

ADuerte tamen quòd si colonus cẽsuarius aut emphyteuticarius soluat cẽsum,aut reditum,seu pẽsionem,non solùm eidem res non potest auferri, imò nec census,aut reditus seu pensio augmẽtari.per text. in l.fi.C.de alluuio.& in l.j.C.in quibus causis colo-

ni.

ni.lib.xj.Bened.in repet.c.Ray.in verbo,& vxorē nomine Alelasiam.in v.decisi.num.422. & 423 extrà de testam.

IN TEXTV IBI,

Et les dix ans passez.

DE isto tempore decennali quid operetur, vide Io. Sanxon.in consu.Turonen.tit. *Des droicts de basse iustice.art.xxxij.fol.xxx.& xxxj.*

1 *Præscriptio prædij tributarij.* PRædium † tributarium præscribitur spatio duorū annorū,quādo relinquitur incultū & desertum.l. qui agros.C.de omni agro deserto.lib.xj.nam eo ipso ꝙ quis negligit per biēniū,perditur ciuilis possessio, & naturalis,& etiā dominiū, si agri sint tributarij nō de iure,sed ex forma statutorū vel consuetudinis.Bal. in c.j.de præscriptio.nec est dominium directum, sed vtile,quod tali tempore præscribitur. prædicta dicit Feli.in rub.de præscriptio.in v.col.versic.fallit nonò. cùm ex hac cōsuetudine nostra fundi cēsuales sint tributarij ratione census & pēsionis debitæ ex consuetudiñe,æquum est vt per negligentiam præscribatur certo tempore.argu.d.l. qui agros. † cōsuetudo tamē nostra loco biennij voluit esse decēnium,quod est iudicium : † cùm tale tēpus dicatur longum tēpus.gl.

2 *Decennium longum tēpus.*

3 est in l.si filiusfa.C.de petitio.hære.Bal.in rub.de prę scri.longi temporis.& in rubrica quæ sit longa consuetudo.C.Fel.in c.cæterum.de rescrip.Ias.in l.j.in iij. col.C.de fideicom.& idem Feli.in c.vigilanti.in v.col. de præscriptionibus.

4 ADuerte etiam † ꝙ si dominus post decem annos effluxos & transactos receperit solutionem pro vno anno,non poterit amplius expellere dictum censatarium,licet possit agere pro pensionibus annorum præteritorum.ita Spec.in tit.de locato.§.nunc aliqua. versi.xvij. Ias.in l.ij.in lxx.colu.C.de iure emphy.ibi, tertiò aduertite.

SEd quæro,pone ꝙ pendente tēpore decennali cēsatarius nō apparet, sed aliquis procurator pro eo qui soluit semper cēsum, an post decē annos dñs possit adhuc recurrere ad rē censualem,dicendo censatariū esse,ex quo diu stetit,illū esse mortuū,& sic ex quo non apparēt hæredes;res cēsualis debet ad eū redire, nec vult accipere cēsum à procuratore,procurator aūt vult stare in possessione donec certificatus sit de morte,quid iuris?Bal.in auth.qui rem.in fi.C.de sacrosan. eccl.Ias.in l.ij.in xlviij.col.cum seq.C.de iure emphy. quærit de simili quæstione in emphyt.ecclesiæ, q habet rem ab ecclesia in emphyteusim pro se & suis.sed hic casus noster non est similis,nam hīc nō consideratur cessatio pensionis,ex quo nō cessatur à solutione pensionis,non credo quòd dñs post decēnium possit rem censualem dare alteri, etiā si nō appareat cēsatarius,sed solùm eius procurator qui nomine censatarij soluit pensionem. Cogita si casus eueniret, ex his quæ dicit dominus meus in loco hīc antè allegato.

ADuerte tamen ad prædicta, quia videtur ꝙ hæc nostra consuetudo sit cōtra dispositionem iuris, quia communis est post gl.per doct.in c.constitutus. de religio.domib.quòd censatarius cessans etiam per mille annos non cadit à iure suo.& ita tenet Io.Fab.in §.adeo.instit.de locato.& Io.de Imo.in c.ad audientiam.de reb.eccle.non alie.

ADDITIO.Et quomodo si multa instrumenta vicinorum nominent aliquem pro confine,probant dominum,vide Matthæum de affli.in constit.regni Siciliæ quę incipit,baiulos omnes.in xiiij.notabili.in viij. requisito.in j. q. illius requisiti.

4 Limites an possint præscribi.

ITem an† possint præscribi ? dic q̃ sic quando sunt inter priuatos.c.ex literis.extrà,de proba.aut sunt limites seu fines dignitatum temporalium,& tũc quidã dicunt q̃ præscribi non possunt.l. agros. C. de fundis limitro.li.xj.l.in nomine domini.§.pro limitaneis. C. de offic.præfec. prætorio Africæ. tamen tota die contrarium obseruatur de facto,vt tenet Henricus Bohic in d.c.super eo. extrà, de parochiis.

AVt sunt limites,fines,siue termini dignitatũ ecclesiasticarum,& tunc nõ præscribuntur. idem in aliis ecclesiis parochialibus , & ibi per Henr.Bohic,qđ dicit esse verũ in ecclesia affini,quæ non præscribit limites seu fines alterius ecclesiæ, secus autem si nõ sit affinis,ita not.Archi.in c.quicũque.xj. quæstio. iij. & Henri.Bohic in d.c.super eo.vbi plenè post Panor.

ADhanc consuetudinem, & ad superiùs dicta facit quod dicit Alexand.in consil.suo xxxvj. incip. visis his quæ per dominos aduocatos.in pen.colum.j. vol.ibi,non obstat id quod dicitur, q̃ fossatum est fouea quæ fit in cõfinio.l.ij.§.ij.& ibi gl.ff. de aqua plu. arcen.quod dicit esse verum, quando fossatũ est inter duo prædia diuersorum dominorum. nemo enim debet esse ita supinus, vt dicit Alex. dicere, q̃ fossatum intelligatur pro confine iuris illius qui facit fossatum nec fossatum necessariò probat diuersitatem fundorũ vt dicit Ioan.de Anania in cons.xcviij.in iij.colum. & vide Alex.consil.xxxvj. in v. volu. Quod est verum de iure,sed secus de consuetudine quo ad nos, vt hîc videmus.& vide Alexan.in consi.suo liiij.in v.volum.vbi plura de fossato. & dicit glo. in l. iubemus nulli in

BIU Cujas

5 verbo diuidere,quòd † per ſepes,foſſata, & ſulcos fiũt diuiſiones fundorum.C.de ſacroſan.eccle. ſcilicet intellige gratia vberioris culturæ,vt dicit Bart.l.quemadmodum.C.de agric.& cenſitis,lib.xj. & per Fabianum in trac.de emptio.& venditio.in iiij.q.principali,in xxij.q.in xj.articulo.

IN TEXTV IBI, Bonnes.

1 Termini. FAcit ad prædicta de iure † ꝙ fundus non diſtinguitur ab alio,niſi finibus diuidatur.l. ſed & ſi loci.§. 2 cõmunem.ff.finiũ regun. † Et dicũtur in iure iſti fines quandoque termini.vt in l.j.& ij.ff.de termino moto. Quãdoque lapides terminei.d.l.ij.in fi.& Iac. Berberij i ſuo viatorio iuris,ti.de termino amoto. in primo. vbi ponit quomodo de iure ciuili puniri debẽt amouẽtes terminos,& quomodo ſit intelligẽdus ille tituMonumẽta lus.Quandoque etiam dicuntur monumẽta.l.ij. in fi. finium regun.& quæ pœna ſit de iure canonico cõtra amouentes terminos,vide c.tanta.lxxxvj. diſtinct.

IN TEXTV IBI, Par muretz.

1 Paries. ADde † quòd paries inducit diuiſionem,vt ſatis videtur probari per tex.in c.vbi periculum.§.in eo. de electio.in vj.Et facit tex.in c.ligneis.de cõſecra.eccleſiæ vel altaris.& ſatis denotat iſte tex. quòd ad minus quo ad nos,paries ſeu murus inducit diuiſionem & aduerte quòd ex quo præſumitur communis pluribus cõcurrentibus,de quibus per Pau.de Caſt.in conſiliis nouis,conſilio cccxxxj.quòd ſi prædicta nõ concurrant,ꝙ præſumitur illius qui meliùs probauerit,ad minus inducit diuiſionem.

§. SECVNDO.



ON ne peut auoir vſage en bois & riuiere bannal d'autruy, ne droict petitoire,ou poſſeſſoire, par quelque laps de tẽps qu'on en aye iouy, ſans en auoir tiltre, ou payer redebuance.



PAnormitanus in c.dilecti filij.extrà,de arbi.in glo. j. in ij. col. dicit ꝙ poteſt induci conſuetudine,ꝙ homines vnius caſtri vel villę habeant vſum nemoris in alio caſtro vel villa,& ibi Io.de Imo.dicit,ꝙ hoc poteſt induci cõſuetudine temporis, &c.Vide etiam quæ dicit Pan.in conſi. ix. vbi loquitur de iure paſcendi animalia.

ADDITIO.Cæpola in tract.de ſerui.ruſtico.prædiorum,titu.de ſeruitute iuris paſcendi.q. xv. dicit ꝙ cum ſit ſeruitus diſcontinua,requiritur in præſcribendo tantum tempus,cuius initij memoria non extat in cõtrarium,niſi allegetur titulus: quo caſu ſufficit præſcriptio xxx.annorum.

QVero,dixi hîc antè,& in rubri.quid ſit ſylua,nũc quæro in hoc verbo,*riuiere*, quid ſit flumen ſimpliciter,& quid ſit flumen bannale?

1 Flumen perenne. Torrens. ET aduerte,† qa fluminũ quædã ſunt perẽnia,quędam torrẽtia.perenne eſt quod ſemper fluit,vt eſt Araris quod vulgò dicitur *la Saone*,Ligeris, Padus in Italia.Torrens quod in hyeme currit.Si tamen aliqua æſtate aruit,quod aliàs per hyemẽ fluebat,nõ ideo dicitur min⁹ perenne.l.j.§.itẽ fluminũ.ff.de fluminibus & ne qd in flumine publico.facit.l.j.§.duo ſunt genera.ff.de aqua quot.& æſtiua.& dicit Ioan.Fab.in §.flumina.inſtit.de rer.diui.† ꝙ torrens eſt qui fluit tãtùm 2 in hyeme, & qualibet hyeme eſt publicus.

ITem fluminum quædam ſunt publica, quædã ſunt 3 priuata.† flumen eſt (vt Caſſius definit) quod peren Flumen quid. ne ſit.d.l.j.§.fluminũ.ff.de fluminibus. ſed omnia penè flumina perennia ſunt.l.nemo.§.fi.ff. de rerum diui.& dicitur perenne,propter ea flumina quæ ad tempus fluunt.& tex.in d.§.flumina.dicit, † quòd omnia 4 Flumen flumina ſunt publica, quod debet intelligi de perpetuis triplex. ſecundum gl.in d.§.flumina.& poteſt dici flumẽ publicum tribus modis.vno modo flumẽ nauigabile vt eſt Padus,Atheſis,Ligeris,Sequana,Sagona, Rhodanus,Saona.Alio modo non nauigabile,ſed trahitur ex nauigabili.l.j.§.non autem.cum ibi not.ff.de fluminibus Bartol.in l.quominus.ff.de fluminibus.Tertiò dicitur quod non eſt nauigabile , puta ſi eſt quidam alueus paruus.

SEd iuxta † prædicta quæro nunc, an ex talibus li- 5 Quæſtio. ceat aquã ducere authoritate propria ad irrigãda prata?tu dic quòd aut eſt flumen publicũ nauigabile, & tunc non,& qui facit,illicitè facit.Bar.in d. l. quominus.in ij.q.aut non eſt nauigabile,& tũc aut intrat in aliud flumẽ nauigabile,aut non:ſi intrat, aut illud eſt mare,& poteſt ducere.& eſt ratio,quia propter aquarum abundantiam ex vno flumine nõ dicitur recipere incrementum vel diminutionẽ, & ſic propter dictam occupationem nullum detrimẽtum recipere poteſt. aut eſt aliud flumen nauigabile in quo intrat, & tunc aut propter dictam occupationem ductus aquæ auertitur à flumine nauigabili,& facit ꝙ flumen nauigabile efficitur non nauigabile,vel damnificabitur nauigatio,& non poteſt.d.l.quominus.& ibi Bar. & alij in tertia oppoſitione: aut auertitur aqua à flumine nauigabili.Exemplum,ſi aquam duco ex flumine ad fundum meũ, & nihilominus poſtea in flumine nauigabili intrat, & iſtud non eſt prohibitum, & ideo Bononien. licitè ducũt aquam de flumine Rheni,& poſtea intrat Padum,ſecũdum Bart. qui ita not. in d.l.quominus. in principio. in tertia oppoſitione.

SEd quæro,quid de flumine publico,hoc eſt in vſu Quæſtio. alicuius municipij,vel alicuius ciuitatis , quæ vtiẽ illa aqua ad molendũ, prout faciunt Bononiẽ.de flumine in quo ſunt molẽdina communis Bononiæ, vel paruo flumine , ſeu aquariolo , ſeu aluco in quo ſunt molẽdina cõmunitatis Heduen.de quibus poteſt dici prout in gl.in l.inter publica.ff.de verb.ſig.& in l. ſed & Celſus.in princip.ff.de contrahen.emp. nũquid ex illis liceat aquã ducere ad irriganda prata? § Hæc quæſtio quotidie euenit in hac ciuitate Heduẽ.& cùm caſus euenìſſet anno domini M.cccc. inter prioré prioratus ſancti Rachonis , & eius molendinariũ ex vna, & quoſdam alios qui volebãt ducere aquam ex dicto flumine , ad eorum prata irriganda , dixi vt ſequitur: Prioratus ſancti Rachonis prope muros ciuitatis habuit à principe ſeu rege,ſunt fortè quingẽti anni, aut ſaltem eſt tãtum tempus,cuius initij memoria nõ extat in contrarium , facultatem ædificãdi quoddã molendinum iuxta ſuum prioratum,& ad cõmoditatem dicti molendini,cõceſſit eidem priori vſum aquæ fluminis publici iuxta prædictum molendinum trãſeũtis.pro quo quidem vſu ſeu curſu aquę illius fluminis ipſe prior ſoluit regi ſeu principi,certam pecuniarum ſummam de cenſu annuo , ratione cuius conceſſionis,dictus prior ſemper ſoluendo prędictum cenſum gauiſus eſt dicto vſu & curſu aquæ illius fluminis , ad commoditatem dicti ſui molẽdini, nũc aliqui volunt

retinere

retinere aquã illius fluminis, & illã ducere per agros & prata ſua ad illa irrigãda, ita & taliter ꝙ ex hoc molendinũ remanet ſine effectu: plures volunt ita facere in ſuperioribus molendinis, an poſſint?

6 *Flumina pub. in cuiuſlibet vſu*

VIdebatur ꝙ ſic, quia vt dixi, † flumina publica de iuregentiũ ſunt in vſu cuiuſlibet. §. flumina, & §. riparũ. inſtit. de rerũ diui. & in l. fluminũ. in prin. ff. de dãno infec. & maximè quãdo nõ eſt nauigabile, vt eſt iſtud de quo eſt hîc antè dictum, & per dicta hîc antè.

COntrariũ tamen videtur verius de iure in hoc caſu, & moueor per tex. in d. l. quominus. ff. de fluminibus. ibi, ſi modo ea aqua in vſu publico non ſit. qui quidẽ tex. vult per illa verba, ꝙ aqua nõ poſſit duci ſi eſt in vſu publico, imò quod eſt fortius, ducẽs illam vt præmiſſum eſt in caſu noſtro debet puniri pœna confiſcationis prædij, ex quo eã principe vel ſenatuſcõſulto inſcio duxit. l. ſi qs de cætero. vbi tex. cum ibi not. C. de aquæductu. lib. xj. notatur in d. l. quominus. & in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. & in l. ij. in princip. ff. ne quid in loco publico.

NAm vt dicit Cępola in trac. ſuo ſeruitutum ruſticorum præd. tit. de ſerui. aquæductus. in xiij. col. quando flumen eſt publicũ, hoc eſt in vſu publico ciuitatis, vel alicuius municipij, puta quia illa aqua vtitur ad molendinũ, prout faciũt Bononien. de flumine in quo ſunt molendina cõmunis Bononiæ, de quibus habetur in d. gl. in l. inter publica. ff. de verb. ſig. & in l. ſed & Celſus. ff. de cõtrah. emp. vel etiã vtitur ciuitas dicta aqua ad aliũ vſum publicũ, tũc non permittitur aquã ducere: vt eſt caſus ſecundũ vnum intellectũ in d. l. quominus. & ibi Bar. & probatur in l. j. & per totũ. C. de aquæductu. lib. xj. Sed ſic eſt nũc ꝙ illa aqua quę eſt in ciuitate Heduẽ. quæ exit ex ſtagnis Chriſtianiſſimi regis quæ dicuntur, *les eſtangs de la toyſon*, quæ ſunt in mõte ſuprà Heduã, & deſcendit dicta aqua, ſunt ferè omnia molẽdina ciuitatis Heduẽ. & vtũtur Heduẽ. illa aqua ad molẽdina eorũ pro vſu publico totius ciuitatis, ergo non licet illã ducere ex flumine ad prata irriganda, ideo etiã nõ debet permitti Matthæo Chãprier ducere aquã ex illo flumine ad quædã ſua parua ſtagna, quę fecit ſubtus cohardũ à tribus aut quatuor annis, maximè in ęſtate, vbi ſolet eſſe penuria aquarũ, ita ꝙ nõ poſſunt molere molendina: & hoc anno ter aut quater aquã ex dicto flumine extraxit, & ad ſua ſtagna deduxit, quod fieri nõ debebat, ſed debebat puniri, ꝙ reſpublica detrimentũ paſſa fuit. do. tamẽ meus Iaſ. in d. l. quominus. in iij. col. nõ videtur approbare il lũ intellectũ Bar. ad illã legẽ, imò illũ impugnat duobus motiuis. teneo tamen opinio. Bart. & Cæpolæ, in dictis locis, quam tenet Pau. de Caſt. in l. imperatores ff. de ſeruit. ruſti. prædio.

ET ideo cùm vt videmus, dicta aqua ſit deſtinata ad vſum publicũ huius ciuitatis, & ꝙ ex antiqua conſuetudine, & à tali tempore cuius initij memoria non extat in contrariũ, ſunt ibi molendina, non licet etiã deducere aquã ex illo flumine, quia quando hoc fit, fit in iniuriã habẽtiũ molẽdina, ex quo propter penuriã aquarũ patiũtur dãnum: nam in dicto flumine habet nobilis vir Ioãnes Chatuot, receptor regius in hoc balliuatu Heduẽ. vnũ primũ molendinũ, domini de Montieu ſecundũ, ego tertiũ. Ven. domini decanus & capitulũ Heduen. quartũ, & ſubſequẽter plures alij. Si enim aliquis ſupermolẽdina detrahat aquam, & ducat ex flumine ad agrũ ſuũ, aut pratũ irrigandũ, patimur nos qui habemus molendina dãnũ, ex quo non poteſt duci aqua hoc caſu. l. imperatores. in fi. ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. l. j. §. ſunt autem qui putãt. ff. ne qd in flumine publico, & intellige ꝙ eſt in damnũ ſeu iniuriã illorum, qui iam habẽt molendina ædificata: ſecus ſi de nouo ędificarent, quia tunc tales non poſſent dici habere dam num, vt videtur tenere Cępola, in dicto loco ſuprà hîc antè alleg.

ET ideò cùm vt in caſu præmiſſo, à tali tẽpore cuius initij memoria nõ ſit hominũ in contrariũ, ſit molẽdinũ Prioris prioratus S. Rachonis ędificatũ, nõ eſt dubiũ ſi aliquis ducat aquã ex flumine exiſtẽte ſupra dictũ molendinũ ad prata ſua irriganda, ꝙ facit ei iniuriã, ꝙ tex. in d. l. imperatores. vbi eſt tex. ad literam. ꝙ etiã pro agris ſitientibus irrigandis cum iniuria vicinorũ nõ permittitur ducere aquã de flumine. Et maximè † illam deducendo extra ſuũ ſolitum curſum. nam etiam ſine iniuria vicinorũ non debet aqua deduci à ſuo ſolito curſu & naturali, nec debet aliqd fieri in aqua vt diuertatur à ſuo ſolito curſu. l. ij. C. ad l. Aquil. & ibi ꝙ Bal. & doc. & l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi qs aquæductũ. ff. ad l. Aquil. & notatur in l. j. ff. de ſeruit. Et ideo dicit Bal. in c. j. §. ſi quis de manſo. in iiij. col. in fi. de contro. inueſti. in vſibus feudorũ. ꝙ in iſto aquarũ ductu non ſolùm inſpicimus principiũ, ſed etiã loca vnde decurrit, & alueos & meatus, vnde tranſit, & ſi eſt vetuſtiſſimus aquæ curſus, & ſecũdum eorum qualitatem & vſum aquæ iudicare debemus. Et ideo cùm hoc noſtrum flumẽ ad vſum publicum deſtinatum, habeat alueos & meatꝰ antiquos, vnde decurrit, non ſunt mutãdi illi aluei & meatus, nec aqua ab illo cnrſu ſolito antiquiſſimo debet detrahi, aut deduci aliter quàm ſolitũ eſt in ęſtate pręterita. l. j. §. qđ autẽ. ff. de aqua quotidi. & æſti. vt in caſu noſtro. ex quo dico ꝙ in quocunque loco ſit aqua, ex flumine non debet detrahi ad irriganda prata.

7 *Aqua nõ debet deduci à ſuo ſolito curſu.*

ET per prædicta † ſatis viſum eſt quid ſit flumẽ publicũ. Quid autem ſit priuatum, dicit tex. in l. j. §. fluminũ. ff. de fluminibus. ꝙ illa quæ fluunt ad tẽpus ſunt priuata. ¶ Itẽ illa quæ ſunt manu facta. l. j. §. ſi foſſa. ff. de fluminibus. & ita no. gl. in l. nemo. §. j. ff. de rerũ diui. Et ideo etiã dicuntur flumina priuata, vt foſſata in agris poſita quæ creſcũt & decreſcũt. l. j. §. ij. ff. de fluminibus. d. l. nemo. in fi. no. gl. in §. flumina. inſt. de rerum diui. & not. Bal. in l. itẽ lapilli. ff. de rerum diui. qui dicit, ꝙ priuatũ flumẽ eſt quatenus in ſuo ingreditur & nõ ſemper fluit, vt ſunc gurgites, & quædã foſſata quę continuationẽ non habent. quæ enim creſcunt publica ſunt. d. l. nemo. §. j. & Bal. in d. l. item lapilli. in ij. col. ad fi. ¶ Itẽ priuatũ dicitur quando eſſet in dominio vnius tantùm: puta quia incipit ex fonte qui in agro ſuo oritur, & diſcurrit per ſua prædia vſque ad flumen publicum, vel mare, argu. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruitus vendicetur.

8 *Flumen priuatum. quid.*

ITem poteſt dici priuatum cùm proprietas vel iuriſdictio competit vni tantũ domino, vel ciuitati tanquã eius, quia reſpectu aliorum eſt priuati iuris illius domini vel ciuitatis in cuius territorio eſt, vel q in eo habet iuriſdictionem. & propterea per alluuionẽ hoc eſt per adiectionem vel detractionẽ q ę fit à flumine nõ additur vel detrahitur iuriſdictioni. Bar. in tractatu Tyberiadis, in x. col. verſi. item videndum eſt.

Caſus.

HIs diebus fui iterũ de alio caſu interrogatus, in quo cõſului. Nobilis domina, domina Antonia d'Enteuille, domina d'Orram & des Granges ſubtus Grignon habet molendinũ quod dicitur, *le molin moirault*, ſuper flumine quod fluit ex vitello ad locum montis barry, in quo quidem molẽdino decurrit alia aqua proueniens ex alio flumine, quod vocatur, *la riuiere de leſmes*, quod dicitur eſſe priuatum, hoc eſt, in

BIU Cujas

quo plures domini habent ius priuatum,ſcilicet proprietatē & iuriſdictionē:& maximè in parte ſuperiori domini de Venarey habent ius & iuriſdictionem ita ℘ dicunt eum eſſe bannale,& eſſe totaliter in eorum iuriſdictione,& dominio,in loco ſuę iuriſdictionis,& in illo loco Amedeus,& Ioannes Clergeot diuerterūt illam aquam,& deduxerunt ad eorum molendinum, quod eſt ſuprà dictum flumen in parte ſuperiori.

NVnc vt dictū eſt dicti Clergeot habētes molendinū in loco ſuperiori, diuertūt aquam à dicto paruo flumine vulgariter dicto,*la riuiere de leſmes*,de licētia,permiſſione,& authoritate dominorū de Venarey habētes in loco diuerſionis iuriſdictionē & dominiū illius fluminis,& illam ducūt per ſuos fundos & terras ad molendinū eorū,quod dicitur,*le molin Bernard*: dicit dicta domina Antonia d'Euteuille domina d'Orram,℘ iſtud non poteſt fieri.Et ideo ex quo dicti Clergeot ꝓhibēt aquā currere,videt ipſam turbare in ſua poſſeſſione,prout videtur tenere Bal.in rub.ff. de rerū diui.in iij.col.ibi,circa aquā.dicit etiā Bal.in l.ij. in fi.C.ad l.Aquil. ℘ aqua non debet deduci à ſuo ſolito curſu,etiā ſi ea haberet ius priuatū, eo maximè qa in hoc dicta impetrās habet magnū detrimentū in pluribus,tum primò,quia aqua remiſſius deſcendit ad ſuū molendinū. ¶Itē eo ℘ nō habebit tot molētes,& quia dicebat eſſe in poſſeſſione illius iuris, ſcilicet recipiēdi aquā directè fluētē ad ſuū molendinū,abſque eo ℘ ab aliquo impediret,impetrauit caſum nouitatis cōtra dictos Clergeot, qui diuerterūt illā aquā ab anno citra,qui quidē ſe oppoſuerūt,& taliter proceſſum eſt in dicta materia nouitatis:& proceſſu diſcuſſo, mihi trāſmiſſus fuit proceſſus ad conſulendū quis deberet obtinere in poſſeſſorio:& mihi viſum fuit ℘ dicta domina Antonia inpetrans,debuit repelli à finibus poſſeſſoriis, tū primò,quia dictū flumē, *de leſmes*, ex quo aquā deducūt dicti oppon.ad molēdinum ſuū, nō eſt publicū,ſed priuatū,ad eū ſcilicet ſaltē ꝓ maiori parte ſpectās, à quo facultatē habuerunt dicti oppon. aquæ deducendæ.ſatis probāt teſtes pro vtraque parte examinati,ex quo per aliquē impediri nō potuerūt dicti opponētes,quin aquā deducerent quò vellēt, etiā in præiudiciū alterius.tex.eſt in l.fluminū.§.fi. & in l. Proculus.ff.de dāno infe.Et ita dicit & tenet Bal. in l. itē lapilli.in j.col.ff.de rerū diui.& Ang.in l. ſi manifeſtè.C.de ſerui.& aqua.dicit,℘ ex flumine publico poſſum totā aquā non ſolum diuertere & ducere ad molendinū meū,ſed etiā in totū tollere,per dictā l.fluminū,& l.Proculus.ſentit idē Bal.in c.cū eccleſia Vulterana.in ij.col.extrà,de elec.Bar.& Iaſ.in l. quominus. in j.q.ff.de fluminib⁹.maximè quādo diuertitur aqua ad cōmodum diuertentis etiā ſi noceat alteri,dū tamē nō fiat ad æmulationē illius,& in odiū illius,quod nō præſumitur,vt tenēt omnes ſuprà alllegati.& Alex.in cōſi.ſuo clxxiiij.inci.opportunè cōſideratis.in iij.col. in ij.vol.& iſtud extēdit Bal.in cōſiliis.Pet.de Anc.in cōſi.ſuo xj.in ij. col. vbi dicit, ℘ ſicut de loco licitum eſt facere id qđ ſibi proſit,etiā ſi alteri noceat, ita etiā de perſonis.& ideo,vt dicit cōmune Spoleti potuit facere ſtatutū ſeu ordinationē ſuis ſubditis,vel imponere onus propter quod euitādū, vadūt ciues potius ad molēdinū archiepiſcopi, qui ex illo ſtatuto habet magnū incōmodū,& dānū, eo ℘ dicta cōmunitas habet cōmodū ex illo ſtatuto.Et poteſt ordinare ſuis ſubditis illud quod ei prodeſt,etiā licet ſit alij nociuū.cùm ergo in hoc caſu opponen. diuertūt aquā de poteſtate & licētia illius qui eſt dominus, ex quo eſt flumen priuatū, eo ℘ dicti domini de Venarey habent iuriſdictionē & proprietatem,vt probatū eſt, & eſt tale ℘ puſillū in æſtate cōtinet, vt vix interdū lauari poſſint pedes,ex quo dicitur priuatū,vt dicit Bal. in d.l.itē lapilli.in fi.j.col.ff.de rerum diuiſio.& hoc fecerunt, vt dicta aqua eis proſit,potuerunt,& debuerunt facere: cùm rei ſuæ quilibet ſit moderator & arbiter. l. in re mandata,C.mandati.Et ſi dicatur, ℘ ex quo dicti opponen.dictā aquā diuerterunt, & prohibuerūt currere,videtur dictā impetrantē turbaſſe in ſua poſſeſſione,argu. notatorū in l.j.C.vbi de poſſeſ. agi opor. & in l.j.§.interdictū hoc.& §.ædificare.ff.de mortuo inferēdo. ꝓut dicit & allegat ad hoc Bal.in rub.ff.de rerū diui.in iij.col.ibi,circa aquam quæ de cælo.Et ideo ex quo ſumus in poſſeſſorio,prædicta impetrās debet obtinere & reſtitui in ſua poſſeſſione, cùm videatur turbata in illa ſua poſſeſſione.Et ad ea quæ dicta ſunt poſſet reſponderi ℘ loquuntur & habēt locū in petitorio,& nō in poſſeſſorio.ſed dic ℘ etiam dicti opponē. debēt obtinere in poſſeſſorio, cùm illud ius aquæ deducendæ eis cōpetebat,& illius iuris erant poſſeſſores,ex quo nunquā fuerant prohibiti deducere. nō enim per dictā impetrantē potuit queri poſſeſſio impediendi dictos opponē. deducete, niſi prius fuerint ꝓhibiti,& ꝓhibitioni acquieuerint,† cū in acquiſitione iuriū negatiuorū,vt alicui cōpetere poſſint ēt quo ad poſſeſſionē ſolū,iura negatiua duo neceſſariò requruntur.primū prohibitio ſeu cōtradictio illius qui aſſerit ſibi cōpetere tale ius negatiuū, & patiētia ſeu admiſſa prohibitio ex parte illius, cui eſt facta prohibitio ſeu cōtradictio.probatur ꝓ gl. ſolennē.in l.j. in gl. magna,circa prin.C.de ſerui.& aqua.& in l. ℘ lumini bus.in prin.ff.de ſerui.vrb.prędd.Bar. in l.ſi pri⁹. in vij. oppo.ff.de noui oper.nunt.Iaſo.in l.quominus.in vj. col.ibi,ſecundò cōfirmatur.ff.de fluminibus. Alb. de Roſ.in l.ſeruitutes,*la grande*,tit.generali.ff.de ſeru.plenè per do.Iac.de S.Geor.trac. ſuo feudorum. in gl. in verbo,& cū molēdinis.in ij.co.ibi,ſed quæro, dominus loci &c.imò dicūt Philip.Francus,& Card. Alex. in c.ſignificante.in j.not.extrà,de appel.℘ etiam talia iura negatiua non quæruntur conſuetudine,aut præſcriptione:etiā tāti tēporis cuius initij memoria non extat in contrariū,niſi præceſſerit prohibitio & patiētia,aliàs nunquam in talibus quæritur poſſeſſio.

9 Requiſita ad acquiſitionē iurū negatiuorum.

ADDITIO.Matt.de affl.in conſti. regni Sici. quæ incip.maieſtas procuratoribus.in ij.not.videtur tenere contrariū,cùm dicat ℘ ſi probetur cōſuetudo vetuſtiſſima tanti temporis,valet ad hoc etiam ſi non probetur prohibitio. ¶ Nec poteſt dicere dicta impetrās, ℘ ex eo ſolo ℘ aqua dicti fluminis fluebat liberè & directè ad molendinū dictæ impetrātis,potuit dicta impetrās dici eſſe in poſſeſſione prohibendi ne aqua ad aliū locū adducatur, cùm nō poſſit ſolus fluxus aquæ aliquē de nouo in poſſeſſione cōſtituere, licet eū iam conſtitutū poſſet cōſeruare.arg.l.qui fundū.ff.quemadmodum ſeruitut.amitt.& in l.j.§.j.ff.de aqua quot. & æſti.† Per rem enim inanimatam nec proprietas nobis nec poſſeſſio quæritur.gl.ſingularis in §.fi.in verbo,per hanc.inſtit.per quas perſonas not. acquiritur. quam cōmendat do. meus Iaſ.in l.j.in princi.ff.de acqui.poſſeſ.& in d.l.quominus.in xxxv.col. in xxxviij. q.ff.de flumini. Cùm ergo dicti opponentes, quibus ius competebat, aut domini de Venarey à quibus dicti opponentes habēt ius deducendi aquam ex dicto flumine,quod eſt priuatum,nunquam fuerint prohibiti deducere, quia nunquam deduxerant ex quo nō erat eis opus:nō poteſt dicta impetrās dici eſſe in poſſeſſione:cùm hîc agatur de poſſeſſione iuris nō deducendi.

10 Per rē inanimatā dominiū nō acquiritur

cendi,& ſic iuris negatiui,in cuius acquiſitione neceſ ſaria eſt prohibitio præcedens per ſupradicta. Facit quod no.Bar.in l.in filiis.C.de decu.li.x.& Iaſ. in l.fi. in ix.col.ff.de cõſt.prin.& in l.falſò. C.de diuerſis reſcri.& Pan.in c.cum ſit generale.in v.col. extr.de foro compe.& in c.qm̃ frequenter.§.in aliis. in xvj.col.extrà,vt lit.non conteſt. vbi dicunt, ꝙ qñ alicui cõpetit aliqua facultas, ꝙ ſi ipſe ea non vtatur etiã per centũ annos,eo ꝙ ſibi non expediebat vti vel non occurrebat neceſſitas,ꝙ per nõ vſum nõ tollitur ſua facultas, nec in talibus per non vſum introducitur cõſuetudo. ¶Quando per non vſum inducatur conſuetudo, vide doc.in l.de quibus.ff.de legi.& Boërium in conſuetu. ſeptenæ Bituricen.tit.de præſcriptio.§.j.in gl.& nota ꝙ non ſolùm conſuetudo inducitur.

ACce dat pro corroboratione prædictorum illud quod pulchrè not. do. Abbas in c. cùm eccleſia Sutrina.in v.col.de cauſa poſſeſ.& proprieta.vbi dicit
11 ꝙ† per exercitium actuum qui pluries & ſæpenumero facilè conceduntur,non poteſt quæri poſſeſſio vnde cùm de facili dominus aquæ pluries & ſæpenumero ſuum naturalem alueũ fluere permittit,licet ex hoc naturali curſu alter commodũ percipiat, certè per illum curſum naturalẽ nõ debet alteri quæri poſſeſſio impediẽdi dominũ,ne poſſit ipſum diuertere quò ipſe vult. ¶† Confirmatur,quia licet iuriũ incorporaliũ
12 quaſi poſſeſſio per patientiã quæratur.l.quoties, *la ſeconde*.ff.de ſerui.l.ſeruus.§.incorporales. & ibi in glo. ff.de acqui.rerũ domi.tamen cum illa patientia debet eſſe aliquis actus poſitiuus.facit l.iij.§.dare.ff. de vſufru.Nam quaſi poſſeſſio incorporaliũ,facto & animo quæritur, ſicut corpore & animo quæritur poſſeſſio corporaliũ.l.iij.in prin.ff.de acqui.poſſeſ.Ita no. Inn. in c.in literis.de reſti.ſpolia.Refert Bal.in l.j.in ij.col. C.de ſerui.& aqua.& per prædicta teneo & concludo dictam impetrantem debere repelli à finibus poſſeſſoriis,cùm non potuit dici acquiſiuiſſe poſſeſſionẽ illius iuris impediendi,ne aqua diuerteretur ab habente facultatẽ diuertendi & deducendi.Adde ad propoſitũ, caſum multũ notabilem poſitũ per Calcaneum in conſi.ſuo lij.inci.fons oritur.vide eũdem conſi.liij. liiij.& lv.vbi ponit amplè de materia diuertẽdi aquã, aut deducendi de flumine ſiue priuato ſiue publico, ſiue etiam de fonte qui oritur in fundo meo. vide etiã Philip.Decium in conſ. ſuo ccxliij. ad quem recurre in hac materia diuertendi aquam.

13 Ius piſcãdi. ET quia dicitur in hoc §. ꝙ nemo poteſt habere vſum in flumine bannali & ſylua: Aduerte† quia licet ius piſcandi in flumine publico ſit commune omnibus de iure gentium.§.flumina.inſtit.de rerum diui. tamen ſi quis pluribus annis piſcatus fuerit, & alios prohibuerit,acquirit ſibi ius,& poteſt alios prohibere:ſed ſi non prohibuiſſet,quanuis frequentiſſime,& ꝙ tot annis ſolus piſcatus fuiſſet, nõ quæritur ſibi ius ad alios prohibendos ne habeant piſcari.Et ideo dicit Io.Fab.in d.§.flumina.ꝙ licet talia iura negatiua non poſſint præſcribi,tamen poſſunt de conſuetudine acquiri. vnde ſi pluribus annis piſcatus ſolus fuerit, & alios prohibuerit ſciente populo,& non contradicente,videtur ꝙ poſſit ſibi ius quærere ex tacito conſenſu populi.Et ideo dicit ꝙ videmus obtinere hodie de conſuetudine regni Franciæ vbi ſunt piſcariæ & defenſæ in multis locis fluminum ꝙ ius habent domini terrarum,ſcilicet prohibendi hominibus ne habeant piſcari ex conſuetudine regni Franciæ. Et iſto modo flumina & ſyluæ ſunt bannalia, ſcilicet per has prohibitiones illis acquieſcendo per lõgiſſimũ tẽpus, puta per xxx.annos ſecundũ conſuetudinem vel per tẽpus cuius initij memoria non extat in cõtrarium, ſecũdũ Io.de Pla.in l.vſum aquæ.cõiuncta l.diligenter.cũ ſua gl.C.de aquæductu.li.xj.quem alle.Ang.Aret.in d. §. flumina.& de hoc vide plenè per Aegidium bellameram in conſi.ſuo vij.vbi amplè per eum.

SIc etiam poteſt dici molendinũ bannale,& † idem de furno,& multis aliis, ex quo dicit Bal.& alij in l.j. C.de ſeruit.ꝙ ſi per lõgiſſimum tempus iui ad molendinum tuum ad molendum,nõ per hoc potes me in futurum compellere.quum ergo ibi molã propter reditum tui molendini,eo ꝙ iſta itio fuit per modum facultatis.idẽ tenet Cy.in l.ij.C.quæ ſit longa cõſuet. Pan.in c.Abbate S.Syluani.in ij.col.de ver.ſig.cumq; ſint meræ facultatis,non præſcribuntur,nec † ex his quæ fiunt gratuitè poteſt dici ius acquiſitum.& ideo dicit Inn.in c.cũ eccleſia Sutrina.extrà, de cauſa poſſeſ.& proprie.& refert Pan.in c.quod tranſlationem. in ij.col.extrà,de offi.lega.ꝙ ſi aliqui multis annis & ipſe & maiores ſui hoſpitati fuerint in domo alicuius nobilis vel epiſcopi non per hoc cauſaretur conſuetudo vel præſcriptio.per quam in futurum ad hoc teneretur, quia ex his quæ fiunt gratuitè non acquiritur ius.opus eſt ergo ad hoc vt talis vſus, aut tale ius acquiratur,ꝙ volẽtes ire alio ſint prohibiti à domino & prohibitioni acquieuerint per tepus lõgiſſimũ ad præſcriptionẽ complendã,quo caſu acquiritur ius illi qui prohibuit,vt poſſit ad hoc in futurũ cogere ꝓhibitos.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui.vend.l.hæc autẽ. ff.de ſeruit.vrb.præd.gl.& doct.in l.qui luminibus.ff. de ſeruit.vrba.prædio.Pan.in c.ſignificanto.in j. not. extrà,de appell.imò dicit Phili.Francus.& Car.Alex. in d.c.ſignificante.in j.not.† ꝙ tale ius negatiuum nõ poteſt acquiri conſuetudine,vel præſcriptione,etiam tanti temporis cuius initij memoria non extat in cõtrarium,niſi præceſſerit prohibitio aut patientia aduerſarij,aliàs poſſeſſio negatiua nũquã acquiritur.ita tex.not.in l.j.C.de ſerui.& aqua.ſecundum verũ intellectum.& facit l.ſequitur.§.ſi viã.ff.de vſuc. Intellige prædicta etiam in prohibitione quæ fit extrà iudiciũ, etiam ſi fuerit obtemperatum pro bono pacis, ſecundum Pan.in c.abbate ſancti Syluani.in ij.col. vbi per illum tex.iuncta gl.extrà,de verb. ſignif.

ITẽ adde quod dicit Bal.in l.itẽ lapilli.in iij. q. ff.de rerũ diui.vbi quęrit, nũquid aliquis poſſit præſcribere ꝙ ipſe ſolus & poſteri ſui habeãt molẽdina in tali villa,ita ꝙ alius non poſſit ibi facere molendinum? Vidi quæſtionẽ hoc anno inter Reuerendũ dominũ Iacobũ Hurault epiſcopum Heduen.dominũ temporalẽ baroniæ & ſeignoriæ Iſſiaci epiſcopi, qui impediuit dominos de la chapelle, qui volebãt facere molẽdinũ in terra & ſeignoria Iſſiaci,quod videbatur poſſe fieri per l.ſi quiſquã.ff.de diuer.& tempo.præſcrip. Sed aduerte quia requiritur ꝓhibitio facta, & ꝙ obtemperatũ fuit prohibitioni,& tunc poterit per longiſſimũ tẽpus præſcribi tale ius: & ſine prohibitione acquiri nõ poteſt,vt etiam tenet Iaſ.in l.quominus.in vj.col.ibi,ſecũdò cõfirmatur.ff.de flumi. Alb. de Roſ. in l.ſeruitutes,*la grande*,in vj.col.de ſerui.tit.generali. Plenè per do.Iac.de S.Georg. in tract. ſuo feudorum, in gl.in ver.& cum molendinis.in ij.col.ibi, ſed quæro,dominus loci &c.iã ſuprà alleg.in caſu emergenti.

ET dicit do.meus Iaſ.ibi referendo Panorm.ꝙ hoc modo poteſt acquiri tale ius in præiudicium vicinorum,quòd ipſe ſolus poſſit habere molendinum, & erit ſeruitus prędialis. tamen ſubdit ꝙ ex cauſa publicæ vtilitatis poterit infringi illa ſeruitus, quòd

14 De molend nis bãnalibus.

15 In gratuitis nõ acquiritur ius.

16 Ius negatiuũ nõ acquiritur præſcriptione.

Caſus.

BIU Cujas

ſolus habeat molendinum, per l. fin. in fi. ff. de vſucap. Nihil aliud nūc dico, quia non eſt deciſa hæc quæſtio.

17 ¶ Itē adde † ꝙ dominus habēs omnimodā iuriſdictionē poteſt prohibere hominibus ſuis, ne vadāt ad molendū in alio molendino, quàm in molendino ſuę iuriſdictionis. ita Soci. in conſi. ſuo cclxxij. inci. non pro ſequendo ordinem quæſtionū in ij. col. vbi alleg. Bal. in quodam conſi. quod eſt inter conſilia Pet. de Anc. in conſi. xj. quod fuit hîc antè alleg.

ITem adde ꝙ eo quòd quis vadit ad molendum ad aliud molendinū, vel in alio caſu, ſi quis dicat ſe habere ius ꝙ nō vendant carnes tali die, vel victualia, ni ſi in tali loco, ſi vendantur in alio loco, vel eatur ad aliud molendinū, dicitur quis turbari in ſua quaſi poſſeſſione talis iuris ad vnū locū. & pro iſtis iuribus incorporalibus ſeu iuriſdictionibus, datur interdictū vti poſſidetis, ne quis turbetur in ſua quaſi poſſeſſione in ſuo priuilegio. & ita text. not. in c. licet cauſam. in prin. & in fi. extrà, de proba. & facit l. ſi quis diuturno, & l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſerui. vendi. Phili. Fran. in d. c. ſignificante. vbi dicitur, ꝙ tale ius poteſt acquiri priuilegio. Ex quo quæro, qa his diebus audiui ꝙ ſex aut ſeptē macellarij huius ciuitatis fecerunt monopoliū inter eos, ꝙ volebant impetrare à Chriſtianiſſimo Rege noſtro principe, ꝙ nulli alij poſſint vendere carnes in hac ciuitate quàm ipſi, & ꝙ ſint iurati, & ꝙ nulli deinceps poſſint vēdere carnes niſi ſint iurati, an tale priuilegiū hoc modo ſit in præiudiciū reipublicæ, & cōtra vtilitatē publicā? credo ꝙ ſic. quia ex hoc fieret annona carior, nondū vidi. ſi impetretur ab eis, ad minus omnes qui de præſenti ſunt macellarij, debebunt ſemper vēdere carnes, nec poterūt prohiberi, nec credo ꝙ aliter detur. ſi caſus eueniat, fortè dicetur aliqd pro vtilitate reipublicæ huius ciuitatis. vidimus tamē his diebus ꝙ fuerunt deputati noui notarij à rege, ita etiā ꝙ qui erant antè notarij, fuerunt priuati eorū officiis ſine cauſa, qđ obſeruatū fuit apud nos, ſed multi in regno contradixerunt, ita ꝙ obtinuerunt quòd antiqui poſſent ſemper exercere eorū officia: ſed tamē ſuper his debent impetrare literas Regias. an bene ſit factum & iuridicè vel non, cogita, dicam alibi.

Quæſtio. ITem quæro, aliquis habuit per tantū tēpus cuius initij memoria non extat in contratiū, ius, ꝙ omnes de tali loco tenerētur ire ad ſuū molendinū, quod acquiuit prohibitione præcedente, cui obtemperatum eſt ꝑ tale tēpus: poſtmodū ſunt quinque anni aut ſex, ꝙ molendinū eius eſt deſtructū, ita ꝙ tales homines non amplius vadunt ad molendū in dicto molēdino. nunc verò reædificauit molendinū, & iterū facit prohibitiones hominib⁹ illius loci, ne vadāt ad aliud molendinū, ſed vadant ad illud, aliqui ex illis hominibus pēdentibus illis ſex annis fecerūt quoddā paruū molēdinū, quo vtuntur tantùm pro neceſſitate eorū, vel iuerunt ad aliud molendinū, & adhuc molendino reædificato, & poſt prohibitionē vadūt ad aliud, nec obtē perāt ſecundæ prohibitioni, dominus ante annū intētat caſum nouitatis & quærimoniæ, qui dicitur interdictum vti poſſidetis, tales homines ſe opponunt, & dicunt quòd in vltimis annis non iuerūt ad molendinum illius domini, ſed ad aliud, quis debeat obtinere, nunc eſt caſus in facto.

18 *Aſſuetudo.* ADuertendū eſt † quia habemus cōſuetudinē, aſſuetudinem, & deſuetudinem. aſſuetudo dicitur quaſi aſſiduus actus. cōſuetudo & deſuetudo deſcendunt ab hoc verbo ſuetudo, additis ſolū his monoſyllabis con, & de, ex quarū additione reſultat totaliter cōtrarius effectus: quoniā monoſyllaba con, auget & ponit, ſed monoſyllaba de, nō auget nec ponit, imò totaliter diminuit & priuat, † & dī cōſuetudo quaſi cōmunis vſus. c. conſuetud. j. diſt. Azo in ſum. C. quæ ſit lon. conſue. in prin. Et dicit Goff. in ſum. de conſue. in ver. dicitur autē. ꝙ cōſuetudo dicitur qđ in communi vſu eſt. & † deſuetudo dicitur ex monoſyllaba de, quæ priuat & minuit. not. xxxv. diſt. c. epiſcopus. & de hac monoſyllaba de, habetur per Bar. in l. j. §. emācipat⁹. ff. de cōiun. cū emā. lib. & dicitur deſuetudo quaſi nulla aſſuetudo. Et ita ſūt cōtraria cōſuetudo & deſuetudo, qm̄ cōſuetudo reſpicit factū & cōmunē vsū. vt in c. cōſuetudo. j. di. & ff. de legi. l. de quibus. §. j. ibi, in rebus ipſis. & ſic ponit ſeu affirmat aliqd eſſe in rerū natura. ſed deſuetudo reſpicit cōtrariū, videlicet nō factū, & nō vſum. Et ſic nihil ponit, imò negat aliquid in rerū natura eſſe. vt inſti. de iniur. §. ſed pœna quidē. His præſuppoſitis cō deſcēdo ad caſum noſtrū. dominus aliquis ꝓhibitione pręcedēte, cui fuit obtēperatū per tātū tēpus cuius memoria nō extat in cōtrariū, habuit molēdinū bānale, hoc eſt tale cui oēs de tali loco tenebātur ire ad molēdū, nūc verò ceſſauerūt per aliquod tēpus, an poſſint dicere ſe habere conſuetudinē nō eūdi. ſ. nō eūdo, an verò deſuetudinē? nā nō eſt dubium ꝙ cōtra dominū nō allegant factum, ſed ſolum non vſum, quod quidē non factum, ſeu non vſus ipſorum hominū nō tollet ſeu nō priuabit dominū ſuo iure acqſito & ſibi cōpetēti. probat hoc expreſsè plenè Gui. pap. qui hanc materiā meliùs cæteris explanat in q. ſua pen. nu. 11. 12. & ſeq. Et aduerte, quia in hoc caſu eſt ius negatiuum, & non affirmatiuū, & ius quod prætendunt homines eſt affirmatiuum. Et ideo videtur ꝙ dominus perdiderit poſſeſſoriū illius iuris, & in ſua poſſeſſione fuerit turbatus, ex quo homines iuerūt ad molendinū. ex dictis per Phili. Frā. in d. c. ſignificāte. in j. & ij. col. Et ideo ſi iuerint per annum integrū, eſt turbatus per annū, ex quo nō poteſt obtinere in interdicto vti poſſidetis, in quo requirit poſſeſſio vnius anni & vltimi actus, quia in interdicto vti poſſidetis vincit q vltimo anno vſus eſt. ſufficiāt in hoc caſu hæ remiſſiones hîc antè dictæ, cùm nondū ſit caſus deciſus. ¶ Aduerte, quia hoc anno Do. M. ccccxix. fui interrogatus de iſto caſu. Duo habētes molendinū cōmūne quod minabatur ruinā, & egebat reparatione, vnus iſtorū volebat illud reparare pro ſua parte & ſibi cōpetente, alter nō. Quærebat à me ille qui reparare volebat & intēdebat, qd facere debebat, dedi ei cōſiliū vt practicaret l. ſi vt proponis. C. de ædific. priua. de qua etiam facit mentionē Iaſ. in §. ſequens. col. vlt. inſtit. de actio. videlicet, ꝙ interpellet ſocium vt cōtribuat in reparatione dicti molēdini fienda: quod ſi nolit facere, intimet ei cōſequenter ꝙ reparabit, & proteſtetur de vtendo beneficio dictæ legis, & reparatione facta interpellet eū vt pecunias pro ſua parte expoſitas ei ſoluat intra quatuor menſes: quod ſi nō fecerit, ius in alia parte eſt ſibi quæſitum. quod nota, qa eſt tex. mirabilis, de quo ſupra hoc tit. §. præcedenti. in j. gl. in fin. nu. 17. iam fecimus mentionem. Et vide Rom. ſing. 68. & Franc. Cremenſ. ſing. 98.

19 *Conſuetudo.* 20 *Deſuetudo.* *Caſus.* *Aliud caſus.*

21 ADuerte tamen † ꝙ ſi flumen eſt in confinio duarum ciuitatum vel territoriorum, in dubio commune præſumitur eſſe, & iuriſdictio cuilibet ciuitati vel domino competit in ipſo flumine vſque ad mediū fluminis, quia omnia ſunt in confinio eorum qui ab vtraque parte poſſident. l. arbor ff. communi diui. l. ij. §. præterea. ff. de aqua plu. arcen. l. adeò. §. fi. ff. de acquir. re. domi. Cæpola, in tracta. de ſeruit. ruſtic. prædio. tit. de flumi. in fi. vbi dicit iſtud intelligendū, niſi

appareret

appareret cõtrarium, puta quia vnus dominorum totum flumen poſſediſſet dominando ipſum. & vide ad prædicta Bal. in c. ex literis. de proba.

22 Ius piſcandi eſſe commune, limitatur hic.

EX prædictis videmus ꝙ † licet ius piſcãdi ſit cõmune in flumine. §. flumina. inſt. de re. diui. tamẽ fallit vno modo, vt dictũ eſt in caſu prædicto, ſcilicet quando quis piſcatus eſt ſolus per tantum tẽpus, cuius initij memoria non extat in contrarium, à tẽpore prohibitionis factæ etiam, vt dictum eſt hîc antè.

FAllit & limitatur ſecundò, quando flumẽ eſſet priuatum. l. iniuriarum actio. §. fi. in fi. ff. de iniur. vbi dicit tex. in lacu qui mei dominij eſt, vtique piſcari aliquem prohibere poſſum.

TErtiò fallit quando ius piſcãdi eſt priuatum, puta quia eſt venditũ per principẽ, ſicut in lacu Guardæ cõtingit, in quo ſunt aliquæ piſcariæ priuatæ, quæ fuerũt vẽditæ per dominos Veronæ. arg. d. §. fi. cum l. ſeq. quæ incipit, ſanè ſi maris. & arg. c. j. circa fi. ibi piſcationũ reditus. quæ ſunt regalia. in vſib. feud. nam ad practicã deducendo videmus ꝙ multi ſunt domini & principes in aliqbus locis habẽtes ius piſcãdi, aliqui per vnam leucã, alij per duas, alij per tres, & ſic de ſingulis, in fluminibus huius patrię. Et illud ius piſcandi vẽdunt ſingulis, aut de duobus aut de tribus annis, & deliberant vltimo appretiatori, & in hoc videntur habere illud ius regale, de quo in d. c. j. quæ ſint regalia.

QVartò fallit quando eſſet conuentio cum vicino, vt in domum ſuam piſcari non poſſit. l. venditor. in prin. ff. communia prædio. Et iſtud eſt verum etiam in fluminibus publicis, vt dicit Cæpo. intrac. de ſerui. ruſti. prædiorum. in titulo de mari. in prin.

QVintò fallit quãdo princeps, vel habens iura principis, prohiberet ne quis in flumine publico piſcari poſſit, vt eſt in lacu quod quomodo ſit, quia nulla ſunt in hac patria, remitto me ad ea quæ dicit Cæpola pro Italis & Sabaudien. in tract. ſerui. ruſt. præd. tit. de lacu.

SExtò fallit quando eſſet conſuetudo, vt piſcaretur ſolùm pro vſu publico, & non pro priuato, vel pro priuato, ſed certo tẽpore tantùm, vt eſt in flumine noſtro vulgariter dicto, A *rout*, in quo abbas & cõuentus ſancti Martini habent ius impediẽdi ne piſcari poſſit, & vẽdunt ius piſcandi: domini tamẽ eccleſię Heduen. ſingulis annis ſolent ire ad piſcandum certo tempore anni, in qua quidem piſcatione faciunt quædam conuiuia, quæ debentur per vltimum canonicum vltimò receptũ in dicta eccleſia Heduen. Et hoc modo habẽt ius piſcandi certo tempore, ex conſuetudine quæ vicẽ legis obtinet. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. cõmunia prædio. prædictas limitationes ponit Cæpola in trac. ſuo ſerui. ruſtic. prædio. in tit. de piſcatione.

ET ex his videmus de vſagio quod haberi poteſt in flumine tam in piſcando, quàm in ducendo aquã à flumine ad agrum, quàm etiam in ædificando ſuprà flumẽ. de quo pleniùs, ſed de vltimo vide plenius per Cæpolam in dicto loco hîc antè alleg.

IN TEXTV IBI,
Vſage de bois.

ADuerte ad id quod dicit Bart. in l. nulla. §. fi. ff. de alimẽ. & ciba. legatis. ꝙ cõceſſio huiuſmodi vſus nõ eſt ſeruitus, ſed tantùm competit actio perſonalis contra concedentẽ non contra tertium. & ita videtur tenere Cy. in rub. C. de vſufructu. Ale. in conſil. xviij. inci. attentis narratis in themate. in vol. Vide ad hoc Philip. Corneum in conſ. clxxxviij. incip. qua petitio. in verſi. his tamẽ nõ obſtã. in iiij. vol. & an ſit ius reale vel perſonale, vide Paul. de Caſtro in l. iiij. ff. de ſeruitutibus, & in l. vt pomum. eodem tit.

DE vſagio † verò nemoris videndum eſt, & primò quæritur, ſi ruſtici aut homines rei aut alterius iuriſdictionis dicunt ſe vſos fuiſſe nemore tanto tẽpore quo memoria nõ extat, an iuuat eos de iure, vt dicãtur acquiſiuiſſe ius vtẽdi fruendi in illo nemore? Cy. format hãc q. in l. fi. in iiij. queſt. C. de præſcrip. lon. tẽpo. x. vel xx. annorũ. & videtur dicere ꝙ nõ, qa † vſus fructus perditur lõgiſſimo tẽpore. l. corruptionẽ. C. de vſufru. ergo eodem tẽpore quo perderetur, nõ acquiritur. facit l. Titio cùm morietur. ff. de vſufru. dicit tamẽ Cæpo. in trac. ſuo ſeruit. ruſt. præd. in tit. de mõtibus. q. xiij. ꝙ cautela eſt, vt ruſtici non dicant ſe habere, vel acquiſiuiſſe ius vtendi fruẽdi, ſed dicãt ſibi conſtitutã fuiſſe ſeruitutem, ꝙ ius haberẽt vt poſſint incidere ligna in dicto nemore, iuxta l. iij. ĩ prin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ¶ Et ad probãdum iſtam conſuetudinẽ ſeruitutis vel iuris, eã allegent, & probent ſe vſos fuiſſe dicto iure accipiendi ligna per tantũ tẽpus, cuius initij memoria non exiſtat in contrariũ, quia tale tẽpus habet vim cõſtitutionis, & tituli, ſeu priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquę ff. de aqua quot. & æſti. c. ſuper quibuſdã. §. prętera. extrà, de verb. ſignif. c. j. de pręſcrip. lib. vj. Alex. in cõſi. vj. in j. vol. Iaſ. in l. de quibus. in x. co. ff. de legib. idem in §. omniũ. Inſtit. de act. in xiij. col. idẽ Alex. in conſ. ſuo xxxv. in ij. vol. Socin. in conſi. cxxvij. in pen. col. & in conſ. clxxxj. in pe. col. Panor. in conſ. xx. in j. vol. Ludo. Bolog. in conſil. ſuo lxxvij. imò hoc caſu non eſt neceſſaria ſcientia eius contra quẽ pręſcribitur. do. Iaſ. in l. imperiũ. in viij. col. ff. de iuriſd. omn. iudi. nec admittitur in contrarium. Feli. in c. cũ nobis. in iij. col. extrà, de præſump. Barb. in conſ. xlj. in xj. col. in j. vol. imò plus dicit Cæpola in dicto loco, † ꝙ allegãdo titulũ & probãdo poſſeſſionẽ vel quaſi, per decẽ annos inter præſentes, & viginti inter abſẽtes, probaretur titulus & ſeruitus conſtituta, vt probatur per gl. no. in l. ij. C. de ſeruitut. & ibi per doct. in l. j. §. denique. ij. ff. de aqua plu. arcen. & per ea quæ habẽtur per Bart. & doct. in l. qui in aliena. §. ſed ſi nõ adierit. ff. de acqu. hær. per gl. & Canon. in c. peruenit. extrà, de cẽſib. per Bar. & doct. in l. cùm de in rem verſo. ff. de vſuris. & in l. ſi certis annis. C. de pact. hodie de conſuetudine noſtra dic, quòd requiritur tempus xxx. annorum: cùm omnes præſcriptiones in hac patria ſint ad hanc redactę, vt infrà hoc titu. §. penul. ¶ Sed quia dixi hîc antè quòd in tẽpore cuius initij memoria nõ extat in contrarium, allegando ſeruitutem fuiſſe conſtitutam, & probando, tamen tantũ tẽpus ſufficit prout tenet Cępo. in loco hîc antè alleg. dic ꝙ probato tali tẽpore, non eſt neceſſaria tituli allegatio, prout Alex. in d. conſi. vj. in ij. col. in j. vol. & in conſi. cxxv. inci. viſo titulo quæſtionis. in ij. vol. & in conſil. ſeq. ¶ An † ſi vſus nemoris ſit relictus alicui vniuerſitati pro commodo ſingulorum, vtantur æqualiter omnes, vel ſecundum ꝙ ſunt ditiores & digniores? dic quòd ęqualiter omnes, & ſecundum quod vnuſquiſque indigebit. ita tenet per plura Alber. de Roſa. in l. intantùm. §. vniuerſitatis. in vlt. col. ff. de re. diuiſion.

SEd quæro nunquid valeat conſuetudo, † quòd homines alterius iuriſdictionis poſſint incidere ligna in nemore alterius, & infra limites alterius caſtri, vel in fundo alterius? Pan. & Ioan. de Imol. in c. dilecti filij. j. in glo. de arbit. dicunt quòd ſic, dũmodo conſuetudo non ſit inducta per violentiam. ad hoc facit cap. ſuper quibuſdã. de verbor. ſigni. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vendi. etiam vide eos ibi. dixi ſuprà. ¶ Aduerte etiam

23 De nemorum vſagio.

2

Cautela.

15 Seruitutis probatio.

26

27 Quæſtio

etiam, quia vbi ligna vel paſcua non ſufficerent domino,& illi qui conſuetudinem prætẽderet, præferẽdus eſt dominus,& ſic nõ valeret cõſuetudo per quam dominus excluderetur admiſſo extraneo.Facit tex.in l.ſi quis per diuinam. C. de aquæductu lib. xj. & vide ad hoc Ioan.And.in c. dilecti. de arbitris. iuſta enim excuſatio eſt, ſi quis ſuam vtilitatem alienæ præferat. l. præſes. C. de ſerui. & aqua. facit l.ædem C. loca. vbi pro mea vtilitate poſſum te expellere à domo mea tibi locata.vide Matt.de affl.in conſt. regni Siciliæ quæ incipit.cùm per partes Apuliæ.in iij.lib.Ita tenet Rochus Curtius in repe.c.fi.in xxj.fol.col.iij.verſ.ex qua ratione infero. extrà, de conſuetud.

28 Quæſtio

ITem quæro,† Aliquis dominus concedit vſum nemoris aliquibus de villa vel ciuitate perpetuò,an & quantum duret tale tempus?videtur ꝙ fruetur cẽtum annis,quia videtur hoc modo cõceſſus vſusfructus. l. diuus Adrianus.ff.de vſu & habi.qui finitur centũ annis.l.vſusfructus. ff. de vſufru. & quemadmo. quis vtatur.& ideo ruſtici quibus cõceſſus eſt vſus nemoris ſæpe allegant cõtra ſe,quia ſi dominus velit eos prohibere,dicũt non poteſtis,quia vſi ſumus centũ annis& pluribus,& ita allegãt finitum vſumfructũ.per d.l.an vſusfructus.do.Alb.de Roſ.in d.l.an vſusfructus, mouet hãc quæſt.& ad prædicta reſpõdet,dicendo ꝙ d. l. loquitur in ſeruitute perſonali vſusfructus:ſed in caſu prædictæ quæſt.poſſet dici, ꝙ eſſet ſeruitus realis con ceſſa loco,gratia habitãtium nũc & in futurum, & ſic eſſet perpetua.dicit tamen ꝙ adhuc eſt dubium.ſed vide eundem Alb.in l.fi.in ij.col.C.de præſcri.lon.tempo.vbi dicit,ꝙ ſi eſt cõceſſa loco,eſt perpetua, & non finitur tali tempore centum annorum.

29 Quæſtio

ITem quæro† Aliquis habet vſagium in quadã foreſta,vel in quodã nemore,an ſi vti nõ poſſit, vel non velit, poſſit illud alteri vendere vel locare?Ioã.Fab.in §.minus autẽ.inſtit.de vſu & habi.dicit ꝙ ſic,per l.plenum.§.pomis.ff.de vſu & habi.licet cõtrarium obſeruetur.¶Nunc eſſet videndum,an Ioan. Fab. de cõſue. atteſtanti credẽdum ſit.Bar.in l.vt vim.ff.de iuſti.& iure.tenet ꝙ ſic,ſed reprobatur per omnes maximè per do.Iaſ.& ibi,& do.Claudiũ de aquis in ſua repe.d.l.vt vim.& per Phil.Decium in conſ.cxlij.col. ij. ex quo ſi caſus eueniret in facto,neſcio quid iudicaretur in hac patria,niſi ſecundum ea quæ ſcripta ſunt in hoc volumine conſuetudinũ noſtrarum.¶Etiam aduerte ſi debeat vſus ſeu ſeruitus iuris paſcẽdi in nemore aliquibus,an poſſit reduci ad pratum,vel aliam culturam in præiudicium habentium ius paſcendi eis inuitis?vide quæ dicit Bartho.Cæpola in tract.ſeruitutum ruſticorum prædiorũ,titulo de ſeruitute iuris paſcendi. col. xij. & xiij. ad quẽ recurre cùm caſus euenerit. Cogita ad hæc antè dicta ꝙ ſi fiat ad magnã vtilitatem,eſt iuſta excuſatio,ita ꝙ debet præponi alienæ, ideo ſi eſſemus in caſu vbi nõ fieret magnũ incõmodum habenti ius paſcendi,& fieret magna vtilitas domino,ꝙ poſſet mutare ad ſuam vtilitatem.argumẽto eorũ quę dicũtur,quod tibi nõ nocet & alteri prodeſt,poteſt per illum cui prodeſt fieri,vt notatur per Io.Fab.inſtit. de lege Fuſia canin.tollenda.¶Aduerte etiam, ſi habeam vſum in tuo nemore, an poſſis vſum concedere cuidã ſine cõſenſu meo,vide Odo.de Senõ.in trac.de interdict.de aqua quoti.& æſti.vide infrà §.v.in gl.ij.

30 Quæſtio

VLteriùs quęritur† an habẽs vſagiũ in nemore poſſit alteri cõcedere ligna?Dic ꝙ ſic,ſi ligna vtrique ſufficiãt,aliàs nõ.arg.l.j.§.fi.ff.de ſeru.ruſt.prædi. & l. Lucio.ff.de aqua quot.& æſti.Barth.Cæp. in tractatu ſuo ſerui.ruſt.prædiorũ.tit.de mõtibus, quæſtione ix.

ITem pone ꝙ aliquis habeat in priuilegium,vel alio modo quòd poſſit ſcindere ligna in nemore pro ſe & familia ſua,an cõtineãtur filij naſcituri?vide do.Iaſ. in l.fi.in ij.col.C.de verb.ſig.vbi plenè determinat,pone̅do ꝙ talis habens exemptionem, ſi habet plures filios,& vnuſquiſque illorum habet tãtam familiam ſolus quãtam habebat pater omnium, quòd nõ omnes habent hanc exemptionem, ſed ſolùm vnus illorum. ¶Hanc quæſtionem vide plenè examinatam per Ioã. Sanxon.in conſue.Turon.tit.*des droicts de baſſe iuſtice.* arti.xii..fo.xvj.vbi ponũtur plures deciſiones in ſimili.vide Cæpolam in tract.ſeru.vrba.prædiorum,in tit. de furno.in v. q. vbi amplè per eum.

Venatio in nemoribus

DE venatione verò quę fit in nemoribus dominorũ nihil hîc tractãt.Sed quæro an comites, vel barones,vel domini tẽporales habẽtes iuriſdictionẽ poſſint iuſtè facere prohibitionẽ generalẽ,& ſub pœna vt nullus audeat venari in foreſtis & nemoribus ipſorũ? vide Iac.Rebuf.in l.vnica.C.de venatione fera. lib.xj. vbi diſtinguit an foreſta ſit incluſa,vel non:& ibi dicit etiam ꝙ poteſt prohiberi venatio perdicum, quæ fit cum tona,& alio inſtrumento, ex quo poſſunt tot capi ꝙ ſit intereſſe reipublicæ.vide ibi per eum.¶ Et vide infrà in §.vij.huiꝰ tituli, vbi allegaui plura ad hoc.

IN TEXTV IBI, Petitoire ou poſſeſſoire.

ADuerte† an ſi quis agat petitorio intelligatur renuntiaſſe poſſeſſorio.Barto.in l.naturaliter.§.j.in iij.lectu.in verſic.quæro pro declaratione.ff.de acqui. poſſ. & Alex. & alij poſt eum. & ibi de pluribus quæſtionibus an poſſint ſimul intentari, & an poſſeſſorio renuntiato poſſit intentari petitorium,vel ecõtrà. vide Pan.in c.paſtoralis,extrà,de cauſa poſ. & propriet. col.vj.cum multis aliis ſequentibus.

IN TEXTV IBI, Quelque laps de temps.

1 Lapſus temporis nõ obſtat.

QVæro,† quid operentur hęc verba,nõ obſtãte lapſu tẽporis.dixi amplè ſ̃ in tit.*Des mainſmortes.*§. ij.Sed an hoc caſu tollatur præſcriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium, vide Ioan.And.in c.j.de præſcri.lib.vj.Bernard. Landrianũ in addi.ad Panor.in c.ſi diligenti.extrà, de præſcri. & videtur ꝙ licet hîc requiratur titulus ,tamen ſufficit poſſeſſio ſeu cõſuetudo tanti temporis cuius initij memoria non extat in cõtrarium,nec aliter doc̃dum eſt de titulo,cùm tale tẽpus habeat vim tituli.gl.in c. ſuper quibuſdam.§.præterea.in ver.memoria. extrà. de verb.ſig.do.meus Iaſ.in §.omnium. in xiiij. col. Inſti. de actio.dixi plenè hîc antè in gl. præcedenti.

ADDITIO. Vide in hoc Matt.de affli.in conſti. regni Sicilię quę incipit,ſi dubitatio.in x.col.ver.iiij.põdero.in iij.lib.& in conſtitutione quæ incipit,quadrigenalem.in gl.iiij.in iij. lib.

NEſcio tamẽ quid in hoc caſu diceretur, cùm textus noſtræ conſuetudinis,ſeu ſtatuti requirat expreſsè titulum:& verba ſtatuti ſunt propriè accipiẽda & non impropriè.do. meus Iaſ. in l. omnes populi in penult.col.ff.de iuſtit. & iure.& tantum tempus non eſt titulus,ſed tãtùm habetur loco tituli.d.c.j.aliud enim eſt eſſe titulus,aliud haberi pro titulo,ſicut aliud eſt eſſe pater,vel haberi pro patre,vel loco patris.Bar. & Alex.in l.ſi maritus.§.legis Iuliæ.ff. ad l. Iuliam de adult.dom.meus Iaſ.in l.prætor ait.§. ſiue autem.in j. nota.ff.de noui oper.nuntiat.& in l.patris & filij.in j. not.ff.de vulga.& pnp. cogita quid dicendum ſi caſus

eueniret

BIU Cujas

eueniret, quia videtur mihi dicẽdũ cõtrarium, cùm in omnibus tale tẽpus & titulus æquiparentur, ergo ſtatutum diſponens vnũ in caſu vero, ſ. in titulo, habebit locũ in caſu ficto. ſ. in tali tẽpore cuius initij memoria &c. habente vim tituli. faciũt tex. in c. cum dilectus. & in c. ad audiẽtiã. extrà, de cle. nõ reſi. notatur in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſth. Iaſ. in l. j. in ij. col. ibi, ſextò & fortiùs. ff. de vulg. & pup. & in l. omnes populi. in duabus lecturis, in fi. ff. de iuſti. & iure.

SEd multum debent aduertere aduocati cùm propoñũt huiuſmodi tempus, quia debẽt articulare modũ probandi, ita videlicet, quòd fuit ſemper ita viſum & auditum à prędeceſſoribus, & quòd ſemper ita fuit communis opinio & communis vox, & fama publica de tali iure prætẽſo, & quòd nunquam fuit viſum obſeruatum cõtrarium. & ita viſum fuit obſeruari à quinquaginta vel ſaltem quadraginta quatuor annis, & vltra. & hoc vt teſtes ita deponẽt, quia aliàs ita crudè & tam de paruo tempore deponunt, quòd nũquam aut rarò probant tale tempus, ſecundũ quòd requirit gl. & doct. in c. j. de præſcrip. in vj.

QVæro, † aliquis habet terram vacuã iuxta domũ meã, de qua nihil facit, nũquid poſſim eo inuito animalia mea immittere depaſcenda, cùm eum nõ lædant? Ioan. Fab. inſtit. de lege Fuſia canin. tollen. dicit ꝙ ſic. ex quo cùm ſemel fuiſſem interrogatus de quodam, qui emerat mediam partem trium ſtagnorũ, ita ꝙ teneretur ad mediam refectionem, quæ quidem ſtagna diſtabant ab eo per ſeptẽ, aut octo leucas, incuria ſeu negligentia illius emptoris & vẽditoris ſtagna facta ſunt inutilia, nunc vẽditor qui habet domũ ſuam iuxta vnum ex illis mittit animalia ſua depaſcenda in vno ex illis exiſtẽs prope domũ ſuam, & emptor vult eum prohibere, an poſſit? dixi quòd nõ. ex quo etiam ſi nõ mitterẽtur animalia, herba fieret inutilis, nec aliquod commodum afferre poſſet illi emptori, & hoc illo tempore quo dictum ſtagnum non erit in reparatione, per doctrinam Ioan. Fab. in d. loco.

IN TEXTV IBI,
Sans en auoir tiltre.

QVęritur an hoc caſu ſufficiat habere præſcriptionem tanti temporis, cuius initij memoria nõ extat in contrarium? Videtur ꝙ ſic, quia tale tempus habet vim tituli. Dixi in gl. prædenti, non repeto hîc.

IN TEXTV IBI,
Ou paier redebuance.

SEd qualis debeat imponi aut peti ſi non ſit taxata? dic quòd inſpicienda eſt cõſuetudo vicinorum. facit tex. in c. ſuper eo. & in c. ſopitæ. & in c. ex parte. extrà, de cenſibus. vbi quãdo debentur præſtationes, nec apparet de quantitate præſtationum ſtabitur vicinis prouinciis, & ſecũdum quòd ſolitum eſt fieri, aliàs fieret eis iniuſtitia. quoniam vt dicit Bal. in l. j. C. quomodo & quãdo iudex. id quod ſolet fieri, debet fieri. & ſi non fiat, iniuſtè fit. Vide ad hoc Matth. de affli. in conſti. regni Sicilię, quæ incipit, cùm per partes Apulię. in ij. lib. in vij. notab.

§. TERTIO.

TEN bois de couppe & de vendue ne doit paſturer, quelque vſage qu'y ſoit, iuſques apres la quarte fueille.

IN TEXTV IBI,
En bois de couppe.

INtellige tam de lignis priuatorum quàm principis quia eadem pœna punitur. vt dicit Iac. Rebuffi in l. inſignis. C. de paſcu. publi. lib. xj.

SYlua † cędua ab æquinoctio autumnali vſque ad calendas Ianuarias (vt quibuſdam placet) cęditur, maximè pro ædificiis aut nauigiis conſtruendis, vt dicit Frãciſcus Patritius in libro de inſtitutione reipublicę lib. vij. ti. quinto de ſylua. & ibi ponit quomodo architecti cõſiderant & obſeruant lunã in lignis ſcindẽdis, ne ſcilicet pro architectura ligna ſcindantur ante decimumquintũ diem in vna arbore & in materia flaccida ante. xxv. an. arbores enim (vt dicit) & multa alia veluti ſunt cõchilia omnia, ad lunæ curſum augẽtur ſeu decreſcunt. vt ibi habetur, & multa alia, quæ hîc nõ ſunt multum ad propoſitum, ideo aliter non inſiſto. 1 Quo tempore cædatur ſylua cædua.

HAec dicitur cædua de qua dixi in rub. huius titu. ¶ Et qa hîc in hoc §. loquitur de vſagio nemoris quod cõſiſtit in iure paſturagij. Aduerte, quia vt dicit Bartho. Cæp. in trac. ſuo ſeruitutum ruſt. prædio. in ti. de iure paſcendi, cõmuniter fiunt ſtatuta terrarũ quæ prouident quo loco & tempore ſit paſturandũ, vt hic & in duobus §§. ſeq. & conſuetudo in talibus eſt ſeruanda. Bal. in tit. de pace conſtan. §. nos Romanorum. in gl. ſicut. ver. & not. hîc expreſſum Bal. in l. j. §. denique. & l. ij. ff. de aqua plu. arcen. Barth. Veron. in tract. ſuo ſerui. ruſti. prædi. in tit. de ſeruituti. iuris paſcendi. tractans hanc materiam quærit primò, † Quid ſit ſeruitus iuris paſcendi? & dicit ꝙ ſeruitus iuris paſcendi eſt ius pecoris paſcendi in fundo alieno agri mei cauſa. l. prima §. in prædiis. ff. de ſeruitut. ruſti. prædiorum inſti. de ſeruit. §. inter ruſticorum. l. qui ſeruandarum. §. fi. ff. de præſcri. verbis. & quomodo intelligatur illa diffinitio, ponit ibi amplè, non inſiſto. 2 Seruitus iuris paſcẽdi quid.

SEd qa † dicitur quòd eſt ſeruitus, quæro an ſit ſeruitus realis, an perſonalis? ponit Alb. de Roſ. in l. ſi quis binas. ff. de vſufr. & notant gl. & doct. in l. pecoris paſcendi. ff. de ſerui. ruſti. prædio. † Quærit vlteriùs Cæpola quotuplex ſit paſcuum, & dicit quòd eſt duplex, quoddam eſt publicum, quoddam eſt priuatum: vt probatur in rub. & per totum tit. de paſcuis publicis & priuatis. lib. xj. C. 3 4 Paſcuũ duplex.

QVærit vlteriùs, an dominus prædij ſeruientis poſſit loca in quibus debet alteri ſeruitutem, & in quibus debet ius paſcendi, puta paſcua & ligna, reducere ad culturam, inuito domino prædij dominantis, an deberetur ſeruitus iuris paſcendi & econtrà, an ille cui debetur hæc ſeruitus poſſit inuito domino fundi reducere paſcua, ita vt efficiãtur meliora. & ibi plenè diſputat: & cùm multi caſus mihi eueniſſent, ſolitus ſum ſemper recurrere ad Cæpolam in dicto loco, qui optimè diſtinguit, vbi concluſiuè tenet ꝙ in præiudicium illius cui debetur ſeruitus iuris paſcendi, non poteſt alterari ius paſcendi. ¶ Io. Fab. in §. vnico. inſtit. de lege Fuſia canin. tollend. quærit, pone quòd quis habeat vacuam terram iuxta domum meam de qua nihil facit, nunquid poſſum eo inuito animalia mea immittere depaſcenda, cùm illum non lædant? & dicit ꝙ ſic: faciendo quatuor notabiles regulas, quas vide. dixi in §. ptæcedenti, in fi.

QVæritur vlteriùs, plures habent ius paſturandi in aliquo loco: & habent vnum paſcuum, vnus qui habet ibi modicas poſſeſſiones tenet ibi magnam quantitatem beſtiarum, ita quòd habẽtes magnas poſſeſſiones non poſſunt vti illo paſcuo pro quæſtio.

eorum

BIU Cujas

eorum beſtiis, quid fiendum? Albe. de Roſate in l. imperatores. in ij. col. ff. de ſerui. ruſti. prædio. dicit ℣ alij poſſunt intentare vtile interdictum cõmuni diuidundo, quòd ille vtatur pro modo. quod quomodo intelligatur an pro modo iugerum, an pro valore æſtimationum, ponit ibi Alberic.

§. QVARTO.

Viue paſture en bois de haute foreſt, eſt entendu dés la ſainct Michel iuſques à la ſainct André incluz, & durant ledict temps, tous vſages vains paſturiers doyuent ceſſer d'y faire paſturer.

IN TEXTV IBI, Viue paſture.

ADuerte in hoc, quia hoc modo dicitur ſylua paſcua, de qua eſt tex. in l. ſylua cædua. §. fin. ibi, paſcua ſylua eſt q̃ paſcui pecudũ deſtinata eſt. ff. de ver. ſignif. & dixi ſuprà in rub. Et ſi quis in hoc tẽpore ꝓhibito inuenerit animal depaſcẽs, nõ põt retinere iure pignoris, ſed lege Aquilia agẽdum eſt. l. Quintus. ff. ad l. Aquil. niſi diu aluerit: quia hoc caſu retinere poteſt. l. hoc ampliùs. §. de his. ff. de dam. infe. quia in rei vtilitatẽ alimenta verſa ſunt, ideo retinere poteſt. notatur in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condict. indebit. dixi ſuprà in tit. *des cenſes*. §. j. in gl. *retenue*.

IN TEXTV IBI, Haute foreſt.

QVæ dicatur antiqua foreſta, vide Matt. de afflic. in conſtitu. regni Siciliæ, quæ incipit, authoritatem. in iiij. notabili.

IN TEXTV IBI, Dés la ſainct Michel.

VTrum hæc dictio, *dés*, includat vel excludat diem S. Michaelis, vide plenè per Alb. de Roſ. in auth.
1 hoc ius. in ij. col. in prin. C. de procu. † vbi probat eam aliquando includere, aliquãdo excludere. & idem dicit de dictione ab. & dixi infrà, in gl. fi. huius §. aduerte etiam † quia dictio à, iuncta verbo effectiuo & ſubſtãtiuo, vt ſum, es, eſt, dicit & denotat cauſam efficientem, vt filius eſt à patre. ita dicit Bal. in l. ex arrali, poſt principium. ver. adde. C. de actio. empt.

2 A, & ab dictiones.

3 NVnquid † hæc ſeruitus iuris paſcendi ſit ſeruitus continua vel diſcõtinua? doct. iuris canonici & ciuilis diſcordãt in hoc, vt per doc. in c. cùm eccleſia ſutrina. de cauſa poſſ. & proprie. & in c. de quarta. & ibi Feli. extrà, de præſcript. plenè Gui. pap. q. ccccclxxiij. Sed dic ℣ quando licitum eſt depaſcere tantùm certo tẽpore anni, dicitur diſcõtinua. vt eſt in caſu huius cõſuetudinis. Et tũc hoc caſu nõ acquiritᵉ præſcriptione, niſi tanto tẽpore cuius initij memoria nõ extat in cõtrarium. notatur in l. ſeruitutes. *la grande*. ff. de ſer. titu. generali. & in locis hîc antè alleg. dicam in §. ſequ.

4 Seruitus viuæ paſturæ.

SEd quia † hîc dicitur, *viue paſture*, aduertendum eſt ℣ ſunt duo genera ſeruitutis iuris paſcendi. Quędã eſt ſeruitus viuæ paſturæ, quę dicitur eo tempore quo glandes ſunt in lignis & nemoribus, & hoc caſu omnibus eſt prohibita à tẽpore S. Michaelis vſque ad feſtũ S. Andreæ, quo quidem tẽpore glandes ſunt in ſyluis & foreſtis. † Alia eſt ſeruitus vanæ paſturę, quę dicitur eſſe tẽpore quo ampliùs nulli ſunt fructus ſuper terram, ſed ſunt omnes recollecti in lignis poſt feſtum S. Andreæ, in aliis poſt recollectionem fructuum.

§ Vanæ paſturæ.

ET aduerte quia ex quo viua paſtura prohibetur in ſyluis & nemoribus à feſto S. Michaelis vſque ad feſtum S. Andreæ, ℣ ſi aliquis dicat animalia alicuius fuiſſe in lignis & nemoribus tempore viuæ paſturæ, ex quo debet habere emẽdam pro ſuo damno, debet articulare ℣ tali tempore animalia illius fuerunt reperta intra feſtum S. Michaelis & S. Andreæ, in tali ligno ſeu nemore, quod dicitur alta foreſta, in quo erãt glandes, & debet probare neceſſariò prædicta animalia fuiſſe reperta tali tempore, cùm illo tempore factũ ſit punibile, & non alio. Et ideò ſi non probaret, non ſequeretur cõdemnatio. Facit l. eum actum. ff. de neg. geſt. Et ideo dicit Ang. in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. † ℣ vbi certum & determinatum tempus eſt in ſubſtantia diſpoſitionis, punctualiter interuenire debet: aliàs diſpoſitio non tenet. allegat d. l. eũ actum, & l. matrem. C. de probat. per quem text. Bald. ibi decidit multas quæſtiones. Facit quod dicit idem Ang. in l. ij. in ij. col. C. de pet. hær. vbi dicit per illam legem, ℣ vbicunque aliquod tempus punctualiter eſt de ſubſtantia ad victoriam reportandam, ibi illud liquidò probari debet, & punctualiter. alleg. d. l. matrẽ. & d. l. eum. idem eſt dicendum in loco, vt not. Bart. & alij in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de noui oper. nuntia. Et idem Angel. in l. j. §. fin. ff. de incend. rui. & nauf. & quòd vbi lex exigit certum locum vel tempus illud debet deduci & punctualiter probari. & idem Ange. in l. eum qui. §. publiciana. per illum text. ff. de publi. pleniſſimè per do. meum in d. l. non ſolùm. §. ſciendum. ff. de noui ope. nuntia.

6 Tempus ſubſtantiale diſpoſitionis.

CVm ergo in caſu noſtro, ad hoc vt miſſio animalium in lignis & nemoribus, ſeu altis foreſtis ſit punibilis, requiritur quòd ſit à feſto S. Michaelis, vſque ad feſtum S. Andreæ, ideo tale tempus debet adduci & punctualiter probari, vt dictum eſt.

ET ſi tantum articularetur quòd in tali alta foreſta fuerunt reperta animalia, nec articulatũ eſt de tẽpore, ex quo eſt aliquod tempus permiſſum, in dubio intelligitur eſſe tempore permiſſo, & ſic tempore quo talis miſſio nõ eſt punibilis. & hæc eſt præſumptio iuris de qua in l. meritò. ff. pro ſocio. prout dicit Inno. in c. inhibitio. in vlti. col. extrà, de clandeſtina deſpon. & Florianus in l. ſi dominus ſeruum. ff. ad legem Aquil. † Nam quando actus poteſt eſſe validus vno tempore? ſeu permiſſus, alio nõ, prę ſumitur eſſe factus tempore legitimo. Panor. in c. conſtitutus. in iij. not. extrà, de præſcrip. & ibi Feli. in princ. & ibi ponit cui incumbat onus probandi. Ex quo enim hîc in hoc caſu tempus eſt fundamentum, debet probari. Iaſon in d. l. non ſolùm. §. ſciendum. & in rub. C. qui admit. Alex. in conſ. centeſimo. in iij. col. in j. vol. quod incipit, Super primo caſu. idem Alex. in conſi. clxxij. in ij. volu. & domi. Iaſ. in l. j. C. de teſt. Feli. multum amplè ponit infinitos caſus vbi eſt dubium an incumbat onus probandi actori, an reo. Ita ponit in c. ex literis. in pen. & vlti. col. extrà, de probatio. ad quem recurras. Sed ad propoſitum huius materiæ vide Cæpolam in dicto tractatu, in tit. de ſeruit. iuris paſcen. in v. & vj. col.

IN TEXTV IBI, Iuſques à la ſainct André incluz.

QVare † fuit hîc poſita hæc dictio, *incluz*, cum dictio vſque, ſtat incluſiuè ſemper in dilationibus.
1 vſque dicitur.
Bal. in cap. j. §. decedente. in vlt. colum. verſi. extrà no. qui feudum dare poſſunt. Spec. in tit. de diſpu. & alle.

§. poſt

§.post hoc.vers.item dictio vsque.Bal.in auth.hoc amplius in vlt.col.in vers.not.C.de fideic. cũ multis aliis remissionibus,de quibus per Alex. in l. ex facto. in ij. col.ff.de vulg.& pupil.substi.& de hac dictione quòd stet inclusiuè,vide Alb.de Ros.in aut.hoc ius.C.de ꝓcura.†vbi ponit multas dictiones quæ stãt inclusiuè, quæ sunt scilicet a, ab,ex,de,intra,ad,nisi,prꝛeter,antè,in,absque,nũc,tunc,vel,vt,aut,iuxta,quasi, tãquã, ferè,penè,prope,sedsi,atsi,sed & si,de cõsilio, absque cõsilio,sine cõsilio,quæ oẽs dictiones stant inclusiuè, vt ibi plenè per Alb.de Ros.¶De dictione vltrà,an stet inclusiuè vel exclusiuè,vide Guil.Benedicti in sua repet.c.Ray.in verb.Alterochę filię nu.1.2.& 3.de resta.

2 Dictiones inclusiuè positæ.

§. QVINTO.

LEs habitans d'vne ville ou village,ne peuuent pretendre auoir vain pasturage,sur aucune autre ville ou village d'autre seigneurie & parochiage, ne pretẽdre droict petitoire, ou possessoire, sinon par parcours, ou qu'ils en ayent tiltres, ou payent redeuance au seigneur.

IN TEXTV IBI, Habitans.

1 Habitare quis dicatur.

QVæro quis†dicatur habitare, an habentes domũ conductã dicantur habitantes?Dic ꝙ sic.est text. in l.j.§.pe. ibi habitare autẽ dicitur siue in suo, vel in cõducto,vel in gratuito.ff.de his qui deiece.vel effud. & alibi plenè.vide per Alex.in l.si socius.ff.si cer.peta. & ibi Iac.de S.Geor.qui vltra Alex. allegat consilium Bal.ccxij.incip.in Dei nomine,præfati excellentissimi doc.in iij.volu.& per Feli n.in cap. quoniam. in prin. de offi. ordin.

ADDITIO. Vide etiam Albertũ Brunũ in trac.de constitutio.in verbo,habitare.ar.j.iij.& iiij.Et Mat.de affl.in const.regni Siciliæ quæ incipit, quisquis in iij. no.in iij.lib. & ibi facit differentiam inter habitãtem & habitatorem,& an couuersans dicatur habitare.vide Ale.in cons.quinquagesimo.in iij.& v.col.in j.vol. repe.in consi.ccxvij.in ij.vol.

Clerici,an in hac consuetu.comprehendantur.

SEd nunquid in hac cõsuetudine comprehendãtur clerici actiuè & passiuè?actiuè scilicet, vt non possint prætendere ius pecoris pascendi contra alios alterius villæ.passiuè scilicet,ne cõtra eos prætẽdatur tale ius,de quo in hac cõsuetudine.Et aduertendũ primò, ꝙ tale ius concernit & actiuè & passiuè vtilitatem publicã,seu bonũ publicũ,vt amplè dixi suprà in tit. *Des iustices & droicts d'icelles.*§.vj. in gl. *en mesusage.* ex quo videtur ꝙ tale statutum seu consuetudo comprehẽdit clericos,†cùm in his quæ cõcernunt bonũ publicum appellatione ciuiũ continẽtur clerici, qui dicũtur ciues ciuitatis.Bal.in l.j.§.huius studij.ff.de iusti.& iure notatur in c.dilecti.per doc.extrà,de fo.cõp.† vbi appellatione districtualium cõtinentur clerici,facit.c.fi. de off.del.in vj.vbi Io.And.& alij.Lud.Rom.sing.suo 446.incip.habeo casum in facto.Old.verò in cõsi.suo xxxij.& Panor.in c.j.de vita & honestate cleric.dicũt, † ꝙ in fauorabilibus clerici cẽsentur pars ciuitatis.& ibi dicit Pan.†ꝙ veniũt clerici appellatione populi,in materia maximè cõgruente clericis & laicis, qa aliàs in materia cõgruente solis laicis, appellatione populi non continentur clerici gl.in c.fi.de temp. ordi. in vj.de qua materia vide Felin.in c.ecclesia S.Mariæ. in xxij.col.ver.extrà,de consti.†& an clerici veniant appellatione vniuersitatis,vide eundem Fel.in c.eam te. in xij.col.extrà,de rescri. Et vltra adducta per doc. dico vnum†ꝙ appellatione populi cõprehendũtur clerici. pro quo ego allego tex.non allegatum ab aliquo in c.si fortè.lxv.dist. contra quam opinionem quæ est communis,ego facio vnum fundamẽtum.c. duo sunt genera christianorum.xij.q.j.vbi dicit,† duò sunt genera christianorum,laici scilicet & clerici.†sed laicus Latinè dicitur à laos Græcè,quòd est populus Latinè ergo laicus & populus idem sunt,seu idem importãt. sed nemo negabit ꝙ appellatione laici non venit clericus,ergo nec etiam appellatione populi.& istud videtur tenere Feli.in d.loco, sed nõ sumus in his terminis,sed in terminis,† an appellatione habitantiũ cõprehendantur clerici.tu dic ꝙ sic,† quia habitãtes qui dicũtur habere incolatũ habẽtur pro ciuibus:per tex. in auth.de quæstor.in princ.Hinc dicit Barto.in l.j.in iiij.col.ver.quæro etiã an capitulũ.ff.ad muni.†ꝙ appellatione ciuium venit capitulum canonicorũ†imò etiã dicũtur prouinciales,& ciues esse clerici, vt tenet Fel.in c.Rodolphus.in xij.col. ver.& dũ ꝓximè retuli Bal.extrà,de rescrip.† & quando fit mẽtio de natione cõprehenduntur clerici.tex.in c.ad decorem.de insti. †Hinc est ꝙ clerici dicuntur esse de prouincia,vt dicit Card.in d.c.dilecti.& do.Feli.in d.c. ecclesia.Et sic ex his teneo,ꝙ cùm ius de quo fit hîc mentio in cõsuetudine nostra sit pro cõmuni vtilitate & bono publico, appellatione habitantium cõtinẽtur clerici.per Io.de Platea in §.item lex Iulia. Instit. de publi. iudiciis. in iij.col.& etiam quia talis consuetudo est generalis,& non specialis contra clericos,comprehendit clericos, ideo valet.c.ex literis.de iure patronatus.l.quædã. ff. de acquir.rerum do.Feli.in d.c.ecclesia sanctæ Marię. xxvj. col. Cardi. Zabarella in c. decernimus. de iudiciis.plura alia hîc possent allegari, sed cùm in talibus plura dixerim suprà in pluribus locis,non aliter insisto,ne sim nimis prolixus in extraordinariis materiis.

2 Ciuium appel.comprehendantur clerici.

3 Et appel. districtualium.

4 Et populi.

6 An appel vniuersitatis.

7

8 Duo genera christian.

9 Laicus vnde dicitur.

10 An appel habitantium.

11

12

13 Et prouincialiũ.

14 Et nationis.

15

DIctũ est in §.præcedenti de viua pastura, hîc verò loquit de vana, quæ dicitur illo tẽpore quo fructus sunt recollecti in locis vbi fructus recolliguntur, & in lignis,nemoribus,seu forestis altis, alio tempore S.Michaelis vsque ad festum S.Andreæ, & dicitur propriè, *uain pasturage*, quæ nullum affert damnum domino prædij seruientis,nisi in iure pasturandi.

Vain pasturage.

SEd vt†hîc videmus,seruitus realis pecoris pascẽdi non præscribitur per consuetudinẽ nostram,quæro quid dicendum de iure?Dic quòd in hoc canonistę & ciuilistæ sunt contrarij. Nam Canonistæ dicunt ꝙ seruitus pascendi pecoris,siue quæcũq; alia animalia, per aliquos dies cuiuslibet hebdomadæ vel mensis,& per alios dies,talis seruitus & similes dicũtur habere causam discontinuam.Ita dicunt Inn.Hostien.& doc. in c.cùm ecclesia sutrina.in fi.ext.de causa pos.& proprieta.in c.ad aures.& in c.de quarta,extrà,de prescriptio. Si verò quandocunq; voluerint immittere possunt ad pascendum, dicitur habere causam continuã, & hoc casu potest præscribi,dũ tamẽ aduersarius sciat me vti.l.ij.C.de serui.& aqua.gl.& Alb.in l.seruitutes *la grande*,ff.de seruitu.titu.generali.¶ Legistæ verò dicunt quòd talis seruitus dicitur indistinctè discontinuam habere causam, quia in eius vsu requiritur factũ hominis:quia oportet ducere animalia in pascuis & reducere,& ideo nõ prescribitur decem vel viginti annis.dict.l.seruitutes. sed requiritur tãtum tempus,

16 Seruitus pascendi an præscribi possit.

cuius

cuius initij memoria non extat in cõtrarium. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua. Ita dicit Gui. pa. in quæstione sua ccccclxxiij. incip. suprà quæst. 407. ex quo dicit, quòd requiritur probatio cẽtum annorum. Quod quomodo probet, dicit in quæstione ccclxxvj. Et vide Soc. in cons. suo lxxvj. repetito in consilio clxvj. in v. col. vbi dicit, † quòd in pascuis non cadit præscriptio. Et ita dicit Pe'. de Anc. in cons. cclv. quòd tales seruitutes possunt præscribi spatio tãti temporis, cuius initij memoria non extat in cõtrarium, quod quomodo probetur vide suprà in tit. *Des iustices*. §. ij. in glo. *& la preuue estre sienne*. ibi, probatur etiam dominium per tantum tempus, vbi dixi.

17 *In pascuis non cadit præscriptio.*

ADDITIO. An & quando huiusmodi seruitus sit realis aut personalis, vel ius personale tãtùm vide Bertrandi in cons. suo lxj. in iij. col. nu. xiij. in iij. parte.

IN TEXTV IBI,

Ne peuuent pretendre.

ADuerte q̃ etiam quilibet potest prohibere extraneis, in suum territorium ne sibi aut suis præiudiciũ paretur in pascuis vel nemoribus. l. iij. §. j. ff. de acquir. rerum domi. quibus etiam posset manu armata resistere, vt notat Bar. in d. l. iij. facit l. diuus. ff. de serui. rusticorũ prædiorum. cum pluribus aliis allegatis per Bertrã. in d. cons. lxj. hìc antè allegato. vbi ponit quomodo pro hoc iure posset agi possessorio, post inhibitiones factas de non depascendo. hac manu armata vtuntur Itali, & maxime Pedemõtani pro pascuis eorum cõseruandis, quos multoties vidi armatos & cõgregatos pro talibus iuribus conseruandis.

IN TEXTV IBI,

Sinon par parcours.

1 *Ius pascendi consuetudine acquiritur*

DIcit Cæpola † in tractatu suo de serui. rustic. prędio, in tit. de serui. iur. pascendi. quòd ius pascẽdi acquiritur consuetu. seu præscriptione. requiritur tamen tantum tempus, &c. & dicit Panorm. in c. dilecti filij. extrà, de arb. quòd potest induci consuetudo, q̃ vnus nobilis, vel homines alicuius castri, possint incidere ligna seu animalia pascere infra limites alterius castri, vel in fundo alterius, dũmodo consuetudo non sit inducta per violentiã. Ad hoc facit c. super quibusdam. de verbo. sign. l. si quis diuturno. ff. si serui. vendicetur. Nam quemadmodum potest tota res præscribi seu acquiri, ita etiã vsus rei. Ad id facit tex. in l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorũ. vbi probatur, † quòd valet cõsuetudo, quòd quis oblato pretio possit incidere ligna, vel quid simile in fundo alteri⁹.

2

3 Dicunt tamen doctores notãter, † quòd vbi ligna seu pascua non possent sufficere domino, & alteri habẽti de consuetudine quòd possit pasturare, quòd tunc dominus præferendus est arg. c. suggestum. extrà, de decimis. & c. quid per nouale. extra, de verbo. signif. ¶ Et faciunt prædicta in contrarium argumentum, quòd dominus non potest dare noua vsagia aliis habitantibus, quando illa noua datione vsagij, vsus primorum vsagiorum diminueretur, † quia ius seruitutis concessum vni non potest concedi alteri in præiudiciũ primi. l. in concedendo. cum seq. ff. de aqua pluuia arcẽd. & l. Lucio. ff. de aqua quotidiana & æstiua. & ideo si non sit præiudicium primi, potest pluribus concedere ius seruitutis. Ita Bar. in d. l. concedendo. Do. meus Iaſ. in l. rescripta. C. de preci. impera. offeren. & in §. æquè. in v. col. instit. de actio. & d. l. in concedendo. & l. Lucio. alleg. Lud. Roma. in cons. suo xlvij. in fi. ibi, secundò à simili ex textu. ¶ Vide suprà hoc cod. ti. §. ij. in glo. j. nume. 29. quasi in fi. in additione ibi posita inci. Aduerte etiam, si habeam vsum, &c.

4

ET aduerte, † quia ex quo dixi hìc antè, quòd consuetudine potest induci, quòd homines vnius castri vadant ad pasturandum infra limites alterius castri, dummodo non sit violenta, quia videtur quòd etiam valet si sit violenta: nam ex patiẽtia etiam acquiritur possessio, seu quasi, in iuribus incorporalibus, vt est in talibus seruituribus: quod etiam est verum, si sit violenta & coacta. vt dicit Barto. in l. j. §. in operis. in quarta opposit. in fi. ff. de noui oper. nun. & do. meus Iaſ. in l. si priusquam. in vij. col. in prima lectura, & in euidentialibus, in ij. lectura. ff. de noui ope. nunt. Cogita, quia credo hoc esse verum.

SEd iuxta † prędicta quęritur an homines de vniuersitate possint esse testes ĩ causa pasturagij? Albe. de Ros. & Bar. tractant hac quæstionem in l. in tãtum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. Cy. in l. parentes. C. de testib. do. Bar. Cæpo. in tract. suo serui. rust. prędi. tit. de seruitute iuris pascendi. in iij. col. qui multũ bene per distinctiones expedit. Fel. in c. super. extrà, de testib. *quæstio.*

7 REgula est † quòd illi qui sunt de vniuersitate, possunt esse testes in causa vniuersitatis. ita tenẽt gl. Bar. & alij in l. in tãtum. §. vniuersitatis. ff. de rerũ diui. gl. in l. si municipes. vbi Bal. & Ang. ff. quod cuiusque vniuer. nomine. & in §. cogitandum. in auth. de mona. coll. j. & l. iij. & l. idonei. ff. de testib. Cy. Bal. Sal. Alb. in l. parẽtes. C. de testi. Ioan. And. & Spe. in tit. de teste. §. j. ver. sed nunquid in causa vniuersitatis. Pan. in cons. xvj. incip. ad claram decisionem præsentis dubij.

PRimò limita nõ habere locum in vniuersitate seculari, quia licet testes in vniuersitate ecclesiastica admittãtur, tamẽ secus est in vniuersitate seculari: secundum dominum Anto. de Butrio, in c. cùm nũtius. extrà, de testibus. Tu dic quòd ista limitatio nõ est vera, quia idem dicendum est in vniuersitate seculari, vt tenet Soci. in consi. suo cxciij. in iiij. co. vbi dicit quòd communis opinio est contra Ant. *Limitatio. Limitationes regulæ præcedẽtis.*

SEcundò limita, quãdo causa vniuersitatis cõcerneret cõmodum singulorũ in particulari, puta quãdo cõmunitas haberet nemora vel pascua, in quibus quilibet posset immittere animalia ad pascẽdum, & tunc hoc casu quia quilibet in singulari potest percipere vtilitatem, nemo de vniuersitate admitteretur in testẽ. pro hac limitatione Bar. in d. l. in tãtũ. §. vniuersitatis. allegat tex. in l. ciuitatibus. ff. de leg. j. idẽ tenet Bal. in c. insuper. & in c. cùm nuntius. extrà, de testi. Spe. in dicto loco. ita etiam cõsulendo tenuit Andr. Siculus dictus Barbatia, in consi. lj. inci. scripsit gl. in j. col. in ij. vol. & intellige siue cõmodum spectet ad singulos de vniuersitate principaliter, quia singuli depascunt animalia suã, siue effect⁹ vtilitatis principaliter spectet ad vtilitatem vniuersitatis, & in consequentiam singulorũ de vniuersitate, puta quia vniuersitas locat pascua, & recipit pretium, quod diuiditur postea inter singulos. ita dicit Cæpola in dicto loco, vbi dicit „ p hoc facere glo. singularem in l. de iure. ff. ad munici. & quod notatur in l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocatus nõ ierit. & dicit hoc esse intelligendum quando singuli sunt capaces illius vtilitatis, aliàs secus: sicut cõtingit in causa monasterij, quia licet quandocũque de bonis monasterij fiant portiones inter singulos monachos, vt in c. insinuante. extrà, de clericis non residen. & in cap. dilecto. de pręben. tamen nõ singuli monachi habent ius petendi illas portiones. vt ibi not. facit quod habetur in c. ij. de statu monach. & in c. edoceri. de rescript. & propterea singuli monachi in causa vniuersitatis

sitatis potuerũt esse testes. & hoc videtur tenere Car. Zabarella in d.c.cùm nuntius. ¶ Bal.tamẽ in d.c.cùm nuntius. sublimitat prędictam theoricã in pascuis, qñ homines de vniuersitate nõ posſũt aliũdè habere pascua: secus aũt si alibi possint habere, ꝙ tũc admittit eorũ testimoniũ. ¶ Idẽ Bal. in l. parẽtes. C. de testi. iterũ sublimitat, s. hoc esse verũ qñ vtunt pascuis gratis, ꝙ repelluntur: secus aũt si soluãt pretiũ pro vsu nemoris & pascuorũ: ꝙ tũc admittuntur. istas duas limitationes ponit Soci. in suis fallentiis, in regula ccccviij. ibi, testes, prælatus, siue alia persona ecclesiastica.

Sublimita tio.

TErtiò limita quòd licet illi qui sunt de vniuersitate possint esse testes in causa vniuersitatis, nõ tamen eis plenè creditur. ita tenet Archi. in summa xij. q.ij. Bal. & Albe. in d.§. vniuersitatis. & Bal. in d.c.cùm nuntius. Alex. in consil. suo lxviij. in ij.col. in ij.vol. Io. And. & Spec. in dicto loco. & hoc teneas contra Pan. in c. insuper. de testibus. dicit tamen Cæpola in dicto loco, quòd si essent plures, plenam fidẽ facerent: quia quod deficit in fide, supplet numerus. gl.not. in l.iij.§. eiusdem quoque. in verbo, numerus. ff. de testi. & pro hoc gl. in c.cùm à nobis. & ibi doct. de testibus. & tex. cum gloss. in c.cùm causam. de proba. facit quod not. Bar. in l.j.§. idem Cornelio. ff. de quæstio. & Bal. in l. si quis ex argentariis. §.ij. ff. de edendo. nam vt dicit do. meus Ias. in l. dictãtibus. in prin. ij. col. C. de testa. † defectus in teste suppletur ratione numeri. Alex. in cons. suo v. in iij.col. in j.vol. & consi. xliij. in vij.col. iiij. vol. idem etiam si cum testibus existentibus de vniuersitate sint alij probi: † quia ratione adiumenti purgatur suspicio in teste, vt per plura tenuit do.me⁹ Ias. in authen. si verò contigerit. C. de iudi. Feli. in c. causam, ij. de offi. dele. idem do. meus Ias. in l.j. in secũda lectura, in xij. col. C. de sum. trini. & fide catho. Soci. in consil. suo cxxx. inci. visa facti contingentia. in fine. Alexã. in cons. lxxviij. in iij.col. in j.vol. dicit tñ idem Cæpola, quòd ista sunt relinquenda in arbitrio iudicis, an illis testibus sit plenaria fides adhibenda vel non. arg. d.l. testium. §. eiusdem. ff. de testi. vt ibi per eum.

8 Defectus testiũ supletur numero.

9

ADDITIO. Vide de hoc Mat. de affl. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, prosequentes. in xv. not. in ij. lib. vbi etiã dicit, quòd dignitas in teste ampliat eius dictum, secundum Feli. in c. corã. in prin. de testibus.

QVartò limita, quando esset talis causa in qua vniuersitas succumberet, oporteret pro resolutione talis debiti imponere collectã singulis de vniuersitate, cùm aliundè satisfieri non possit, secundum Bal. in c. insuper. de testibus. & in c. tertio loco. de probatio. & notat Ang. in l. omnibus. C. de testibus. ita tenet Alex. cons. suo lxviij. in ij. col. in j.vol.

QVintò, quãdo veritas aliter sciri nõ potest quàm per istos de vniuersitate, tunc indistinctè singuli admittuntur, iuxta c. veniens. *le premier.* de testibus. & l. consensu. §. j. C. de repudiis. aliàs procedit distinctio Bartho. & Bart. in d.§. vniuersitatis. Alex. in dicto consilio lxviij.

SExtò limita, quando causa super qua litigatur, est criminalis vel ardua, secundum Bar. in rub. ff. de rerum diui. in ix.col. & in d.§. vniuersitatis. per do. Ant. in d.c.cùm nuntius. de testibus. Franc. de Curte senior in cons. suo xxiiij. in iij.col. has limitationes ponit do. meus Ias. in l. sed si. §. patronum. ij. ff. de in ius voc.

ET intellige prędicta, quando est quęstio inter vniuersitatem & extraneum: secus autem quando est quęstio inter homines de vniuersitate: quia tunc possunt indistinctè admitti ad testimonium, & vnus deponere pro vno, & pro alio contra alterum, quia hoc casu cessat causæ suspicio, cũ præsumatur in dubio testis diligere vnum sicut alium, ex quo censetur inter eos par affectio. l. non solùm. §. de vno. & qđ ibi notat Bart. ff. de ritu nuptiarũ. & ita tenet Car. Zabarella in d.c.cùm nuntius, in fi. de test. & facit quod notat Bar. in l. extraneo. §. de quæstione. ff. de quæstio. & in l. testium. ad finẽ. ff. de test. pro hoc est tex. cũ gl. magna in fi. q.v. & ita tenet Cæpola in dicto loco hîc ante allegato. Item etiam idem quando est quæstio inter aliquos homines de vniuersitate, & extraneum: quia alij possunt esse testes, nisi sentirent commodum, vel sentire possent. c. quoties. cum ibi not. de testi.

SEd pone ꝙ testis examinat⁹ in causa vniuersitatis, puta pascuorũ, si sentit cõmodum, dicit ꝙ non, an intelligatur falsum dixisse, vel repellatur à testificãdo, vel quãdo colligitur ex præcedentibus? dic ꝙ si reperiatur contrarium, dicit falsum, aliàs secus. Bar. in l. ex quacunq;. in iiij.col. ff. si quis in ius vocatus nõ ierit. ita dicit Cæpola in loco hîc antè alleg. ex quo dicto notandum est, † quòd testes qui non rectè respondẽt super generalibus, committunt falsum. 10

ADDITIO. Contrarium videtur tenere Hippol. de Marsiliis singulari lxxvj. incip. communis conclusio. vbi dicit, quòd licet testis in parte falsus, sit in totum falsus, tamẽ hoc debet intelligi in eo, in quo quid deponit quod concernat eius dispositionem principaliter, non in eo quod negat affinem, quoniam ex quo istud est de generalibus non debet nocere eius dicto: tamen vt dicit, punitur propter mendacium.

IN TEXTV IBI,

Ou qu'il en aye tiltre.

QVæro, an hoc casu prescriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium, quæ habet vim tituli, secũdum do. meum Ias. in §. actionũ. in xiiij.col. insti. de actio. dixi in §. ij. huius tituli in gl. quę incipit, *par quelque laps de temps.* sufficiat ad acquirendum illud ius? dixi hîc antè in §. ij. in gl. *tiltre.* ¶ Itẽ si habeat titulum pro omnibus & quibuscunque suis animalib⁹, an intelligatur de futuris? vide quæ dixi s̃. in ti. *des mains mortes.* §. *Vn meix aßis.* in gl. *s'il n'y a tiltre.*

IN TEXTV IBI,

Ou payent redebuance.

PEtrus Iacobi. in titulo, de seruitute pecoris pascendi. in fine dicit, quòd si homines pascentes eorum animalia, præstitissent domino feudi aliquod tributũ pro quolibet animali, hoc casu sufficerent decẽ anni, nec esset opus præscriptione tanti temporis, quia per hanc præstationẽ corroboratur tacitus consensus domini fundi, qui sufficit ad inducendum seruitutem. ita dicit, refert, & sequitur Guid. pap. in dicta quæstione sua ccccclxxiiij. in j. & ij.col.

IN TEXTV IBI,

Au seigneur.

PEr hoc videtur dicendum, quòd iste §. tantum intelligitur in illo qui est dominus, qui secundum communem vsum loquendi dicitur, qui habet iustitiam & iurisdictionẽ, & non simpliciter in illo qui habet forestam altam in alia iurisdictione, & in loco vbi non habet iurisdictionem. quia secundum nostrum cõmunem vsum loquendi qui propriæ significationi præfertur, dixi supra in tit. *Des iustices.* §. viij. in gl. cùm loquimur de habente dominium tantùm, dicimus ꝙ tali competit, spectat, aut pertinet, & in vulgari dicimus, *Et en est seigneur & maistre.* si verò loquamur de habente iustitiam aut iurisdictionem, ponimus tantũ istud verbum, *Seigneur.* videmus tamen aliquando, ꝙ

De quo dominio intelligatur iste §.

BIU Cujas

in multis locis harum noſtrarum conſuetudinū, qñ ſit mentio de domino habente iuriſdictionem, ponitur pòſt, *Haut iuſticier*. Et credo ꝙ hoc caſu tantùm loquatur in domino habente iuriſdictionem, propter illud quod dicit excipiendum eſſe caſum, De *parcours* q̃ habet locum tantū de vna iuriſdictione & parochia, ad aliam iuriſdictionem & parochiam, vt exceptio ſit de regula. Bar. in rub. ff. de reg. iu. in iiij. q. & do. meus Iaſ. in l. nūmis. in iij. col. ff. de in litem iurando. & propter etiam caſum ſolutionis reditus, qui magis attribuitur dño habenti iuriſdictionē quàm ſimplici dño, qui habet tantùm proprietatem. Quis autem dicatur dominus dixi ſuprà in proœmio in verbo, *Seigneur*.

2 *Verbum ſimpliciter prolatum.*

ET facit, † quia verbū ſimpliciter prolatum intelligitur in potiori & famoſiori ſignificato. l. j. §. qui in perpetuū. ff. ſi ager vectig. vel emphy. ſed iſtud verbum dñs, hîc ſimpliciter prolatum, apud nos intelligitur de habente maioritatē ſiue præeminentiā, non habēte dñium. & ita etiā de iure capitur, vt dicit Bart. in l. cùm ſi exhibuiſſent. ff. de publi. & vectiga. † Et ēt verbum intelligitur ſecundum ſubiectam materiam. dixi ſuprà in tit. *Des droicts & appartenances à gens mariez*. §. vij. in gl. *Suppoſe*. ver. item verba. ſed ex prędictis conſtat materiam potius eſſe ſubiectam in domino habente iuriſdictionem: quia excipitur caſus, & caſus ſolutionis redditur, vt dictum eſt, igitur, &c.

3 *Foreſta bannalis.*

ET aduertendum eſt, ꝙ in hoc tit. in §. primo nō ſit differentia inter altam foreſtā, & foreſtam bānalem. † Sed foreſta bannalis non fit niſi per habentem iuriſdictionem, vt dixi ibi, ſcilicet poſt bannum factū, ne quis vadat, &c. ex qua præſupponit iuriſdictionē.

4 *Dominus dicto ſimpliciter prolata, quomodo intelligenda.*

Ergo † cùm hoc verbum dominus, proferatur ſimpliciter in materia quæ de ſe requirat iuriſdictionem, vt fiat interpretatio ſecundum ſubiectam materiam, debet intelligi de domino habēte iuriſdictionē, & nō de ſimplici dño fundi. Sic ſi ſumus in materia feudali, & fiat mentio de dño ſimpliciter, intelligitur de dño feudi. vt ſuprà, tit. *Des fiedz*. §. j. ij. iij. iiij. v. vj. & viij. Et ſi ſumus in materia manuſmortuæ, & loquatur de dño ſimpliciter, intelligitur de domino manuſmortuæ. vt ſuprà tit. *Des mainſmortes*. §. ij. vj. ix. x. xj. xij. xv. xvj. xx. xxij. xxiij. xxiiij. xxv. & xxvj Et ſi ſumus in materia cēſuali, & etiam loquatur de domino ſimpliciter, intelligitur de domino cenſus, vt ſuprà in ti. *Des cenſes*. §. j. iij. iiij. v. & vj. Et in titulis, *Des iuſtices, et des confiſcatiōs*, loquitur quaſi ſemper cum adiectione. Ex quo cùm hîc vt verba intelligātur ſecundum ſubiectam materiam, cùm foreſta ſit de his quæ ſunt ſubiecta iuriſdictioni, vt in §. j. huius tit. cùm æquiparet foreſtā bānalem & altā, ideo cùm fit mentio de dño altæ foreſtæ, intelligi debet de illo dño qui habet iuriſdictionem, non de illo qui ſolùm eſt dñs fundi. ¶ † Itē etiam verba potius debent capi ſecundum quod idiotæ capiūt, quomodo ad vulgare, quàm ſecūdum diſpoſitionem iuris communis, vt tenet Bal. in c. j. in prin. de ſucceſſione feudi. & Alex. in conſ. ſuo lxxxv. in iij. colu. dixi ſuprà, in tit. *Des mainſmortes*. §. vj. in gloſſ. *Et paye en ſon chef*. in additione incipiente, aduerte tamen.

5

6

Opponit in contrarīū.

POſſent in cōtrarium quædā adduci, quia cū eiuſdem effectus ſint verba à conſuetudine ſeu cōmuni vſu loquendi inducta, cuius effectus ſunt à iure inducta. Bal. Paul. & do. meus. Iaſ. in l. legatis. C. de lega. ideo videtur dicendum, quòd ſicut iſtud verbum dñs ſimpliciter prolatum à iure, cōprehendat etiam poſſeſſorem ſolū, etiam ſecundū cōmunem vſum loquēdi, vt dicit Alex. conſ. ſuo cxxix. in ij. vol. Ant. de Butri. in c. j. de poſtula. prelatorum. Bal. in l. j. ff. de religio. & ſumptibus funerum. quòd etiam idem eſſe deberet in ſtatutis & conſuetudinibus vbi cōmunis vſus loquendi habet locum, vt dicit ibi Alex. Cogita quia quęſtio eſt in facto.

ADDITIO. Aduerte ꝙ in his paſcuis id quod ſtatuitur, aut ſtatui poteſt in paſcuis publicis, habet locū in priuatis, vt eſt tex. & ibi Luc. de Pen. in l. ij. C. de paſcuis publicis vel priuatis li. xj. & ibi etiam Iac. Rebuffi dixi ſuprà in tit. *Des iuſtices*. §. vj. in gl. *En meſuſage*. Et vide Iaco. Rebuffi in dicto loco de ſtatutis quæ poſſunt fieri à dñis terrarū habentibus iuriſdictionē, qm̄ poſſunt ſtatuere in eorum locis circa animalia ne damnū dent: aut in paſcuis, aut in lignis, ex quo ſemp mihi viſum fuit, ꝙ dñi terrarum, aut eorum officiarij debent multum aduertere ad huiuſmodi damna quæ fiunt in paſcuis, & nemoribus, & ſuper his prouidere per ſtatuta & ordinationes, vt prouideatur indemnitati multorum qui patiūtur plura damna & incōmoda ex incuria & mala cuſtodia animalium, quę deuaſtāt & deſtruūt & ligna, & paſcua & ſepes, & clauſuras. & in his ſecūdum penuriam lignorum & paſcuorum debent prouidere iudices, & acrius in vno loco prouidere quàm alio, quod poſſunt vt dictū eſt. ¶ Et etiam quis dicatur dominus, vide Bart. in l. cùm quis decedens. §. Scia. ff. de leg. iij. in authētica, hoc locum. C. ſi ſecundò nupſerit. Idem Barto. in l. j. ff. ad Sylleianum. Alexan. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiurand.

§. SEXTO.

GEns de poete ne ſe peuuent aſſembler, ne faire getz, ne collectes ſur eux, ne faire ou paſſer procuration, ſans l'authorité & licēce de leur ſeigneur haut iuſticier, & en ſon refus & delay doyuent recourir au Prince, ou à ſes officiers.

¶ Idem in conſuetudine de Lorry, & in multis aliis partibus Franciæ.

IN TEXTV IBI, Gens.

QVæro † quot homines faciunt gentem, quot vniuerſitatē, quot collegium, quot turbam, quot cœtum, quot multitudinem, quot populum, quot ciuitatem, quot caſtrum? die per Bart. in l. prætor. ij. ff. vi bonorum raptorum. & ibi apoſtilla plenius quàm Bar. per Ang. in l. ſicut municipū. §. in decurionibus. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. quot gregem. ibi per Angel. allegantem l. fin. ff. de abigeis. & c. primum, de electio. vbi gl. c. j. x. q. j. & in c. j. de decimis. li. vj. Et inquantum dicit, quòd viginti faciūt turbam, dic quòd hodie per ordinationes noſtras regias decem faciunt turbam. & facit d. l. prætor. ij. ff. vi bono. raptorum.

1 *Quot faciāt gentē, vniuerſitatē, caſtrū, &c.*

ADDITIO. Vidi obſeruari in caſu l. hi qui alienas ædes. ff. ad l. Iuliam de vi publica. vbi eſt pœna capitalis ad mortem contra eos qui in turba cum telis alienas ædes expilauerint, effregerint, exportauerint, ꝙ illo caſu apud nos quatuor faciunt turbam: ita quòd anno domini M. cccccxxxj. per curiam fuerunt condēnati ad mortem, Nicolaus de Montigni, & Io. de Cōpans,

BIU Cujas

pans, pro expilatione, effractione, & exportatione. secundum formam d.l. & tamen non erāt nisi quatuor in actu. Et vide Boërium in consue. septenæ Bituric. ti. de consue. matrimo. §. ij. in gl. j.

IN TEXTV IBI, De poete.

MVlti ignorant hunc terminum, qui non videtur habere aliquem bonum sensum, ex quo est satis extraneus terminus: sed si bene aduertatur, est terminus Græcus, aut sumptus ex termino Græco, & bene capiendo non taliter deberet extendi, qualiter multi volunt eum extendere. Nam Greci habent terminum despotan, qui de sui natura & significatione tantum importat, quantum habens dominium in subditos cum omni imperiositate. & ideò videtur quòd solùm comprehendat principes, & non inferiores à principibus, qui non possunt dicere homines suos esse de despota, hoc est *de poete*, nisi habeāt omnimodam imperiositatem. & ita declarat illum terminum Budæus in suo vocabulario, in verbo, despota. ex quo multi inferiores domini errant, qui volunt tenere homines suos *de poete*, nisi consuetudo eis det istud ius prout nostra, quæ dat hanc potestatem etiam habentibus altam iurisdictionem, prout etiam dat eis cōfiscationes quæ sunt de regalibus.

2 *Ciuitates & vici possunt habere bursam cōmunem.*

IOannes Fabri Gallus, in §. vniuersitatis. instit. de rerum diui. dicit, † ℘ oēs ciuitates & vici possunt habere propriū in cōmuni, & bursam cōmunem de iure. l. omnibus. ff. ad Trebel. l. ciuitatibus. ff. de leg. j. & l. si quid. §. fi. & l. si hęres iussus. §. j. ff. eo. de leg. j. † imò secundum Inno. possunt sibi maiorē constituere, qui eos iudicet, vt notatur extrà de offi. ordi. c. cū ab eccle siarū. dicit tñ ℘ credit ℘ tales iudices debēt cōfirmari. §. j. in authē. de defenso. ciui. no. in l. prouinciarum. col. iij. C. de iurisdi. om. iud. sed vt etiam ibi dicit, curia Franciæ de facto præmissa non permittit, nisi villæ habeāt vniuersitatem specialiter approbatā per curiā, imò nec cōgregare seipsos possunt pro faciēdo procuratorium sine licentia domini sui, tamen cum licētia ꝑmittit eos agere, & cōueniri, & facere bursam cōmunē quo ad illud, & non plus. & faciunt quæ dicit Bal. in l. oēs. C. de epis. & cle. in fi. † ℘ vbi est vniuersitas quæ non habet Præpositū, puta aliqua villa, nō posset cōstituere syndicū nisi haberet ibi vicariū, ꝙ teneatur ibi instar iudicis. Faciunt quæ dicit Spe. in tit. de his ꝙ alie. nomine in iudicio interue. † ℘ vniuersitas quę nō est dña, nō pōt cōstituere procuratorē. Faciūt quæ dicit idē Spe. in ti. de syndico. §. j. versic. quid si vniuersitas. cū duob⁹ seq. & versi. fi. & vide Alb. de Rosate in l. j. in iiij. col. ibi, sed nūquid vniuersitas possit cōstituere syndicū sine rectore. ff. quod cuiusq; vniuer. & plenissimè per eundē Alb. in l. nulli. in ij. col. ibi, sed nunquid in cōstitutiōe syndici, vel rectoris. ff. qđ cuiusq; vniuer. noīe. & in d. l. dicit ℘ villę & ciuitates habentes decuriones & cōsiliarios, seu alio modo scabinos, possūt cōstituere ꝓcuratorē. Et credo ℘ tales nō sint *gens de poete*: aliàs sic. ¶ Et prædicta quæ dicit Io. Fab. (vt hîc videm⁹) seruātur in hac patria per hanc nostrā cōsuetudinē quæ fundat̄ super dicto Bar. in l. actor. ff. rē ratā haberi. dicētis, † ℘ vniuersitas nō poteſt se insimul cōgregare sine authoritate superioris. Ita dicit Gui. pa. q. sua cvj. & ratio est, quia sub specie boni, videlicet ℘ cōmunitas indiget, & habet necessitatem, semp se cōgregaret, & sic daret occasio malignādi: & ꝑ tales cōgregatiōes possent machinari, & plura mala cōcipere. ideo regulariter cōgregationes prohibētur, & ratio est, ne quod minus possunt singuli, plus præsumat vniuersi. vt ait Seneca. possent enim cōuenticula & conspirationes facere contra dominū, quod fieri non debet, nisi dñs esset talis, qui propter sua demerita veniret priuādus omni bono & honore: vt in c. sanè. xvj. q. vij. notatur in c. si qui clericorum. xj. q. j. per Archi. in constitutionem. de verb. sign. in sexto.

3 *An cōgregare.*

4 *An cōstituere syndicum.*

5 *An procuratorē.*

6 *An se cōgregare.*

¶ Intellige tamen prædicta, & consuetudinem nostrā in his quæ concernunt tēporalia, & nō in his quæ cōcernunt seruitia Dei: cùm in talibus & circa talia possint se congregare homines, & alia necessaria facere quæ seruitium Dei concernunt, vt tenet Bal. in terminis in l. j. in lectura, in ij. col. vers. opponitur quòd tali collegio. ibi, & ideo dicit Iac. Butrig. C. de sacrosanct. eccl. de quo plenè per Inn. Panor. Anto. de Butrio & Petrū de Anch. in c. dilecta. ext. de excess. prælato. Hinc est ℘ cōmuniter videmus obseruari, quòd parochiani cuiuslibet parochiæ pro necessariis suarum parochiarum, puta pro reparationibus, aut ornamentis emendis seu comparandis, imponunt. sibi collectas sine licentia & authoritate dominorum locorum, vbi sunt sitæ eorum parochiales ecclesiæ. & istud notoriè obseruatur in tota Burgundia. & vidi ita pluries iudicari, non obstante prædicta consuetudine.

7 *An collēctam impōnere.*

SEd an † habita licentia à domino possint imponere talliam siue collectā vt hic dicitur in §. nostro? Videtur ℘ sic, per hūc tex. à cōtrario sensu, etiā non vocato domino, vel suis officiariis dūmodo ipsa tallia siue collecta sit pro necessitatibus cōmunitatis & villæ, dū tamen se insimul cōgregent, & in vnū consentiant. Guid. pa. q. pen. in vj. & vij. col. qui prosequendo materiam amplissimè in d. q. pe. videtur contra istud opponere de notatis per Bart. in l. placet. circa mediū suæ lecturæ, ibi, circa tertiū quis ipsa. C. de sacrosan. ecc. vbi dicit, † ℘ vniuersitates & cōmunitates quę nō habent iurisdictionē: sed sunt subditæ & subiectæ sub alio domino, non possunt facere collectas nec tallias. nimirū cū talia munera procedant ex vi & virtute iurisdictionis, nullique competat munera indicere, nisi habeat iurisdictionē, vt ibi notatur per Bar. & doc. in c. nō minus. de immu. eccl. & in c. innouamus. de cēsi. & in l. j. C. de superindicto. li. x. & ibi Bar. & Io. de Platea qui dicit, † ℘ præses non potest imponere collectam sine superiore, nec etiam ciuitas sine authoritate superioris. Cū ergo homines alicuius vniuersitatis non habent iurisdictionē, imò dominus habet omnimodam, nō possunt imponere collectam, licet Guid. pap. alleget Bart. in d. l. placet. non inuenio in Bar. sed pro hoc fundamēto Bar. facit, quia imponere collectā nemo potest nisi cum authoritate superioris, vt dicit Bart. in l. vnica. C. de mulier. in quo loco. lib. x.

8

9

ADDITIO. Vide Mat. de affl. in const. quæ incipit, dubitationē iurisperitorū. in j. no. & ibi quomodo debet collecta ꝑ modo facultatū imponi, in ij. not. & in iij. quomodo debet citari vniuersitas. & in iij. quomodo sit faciēda executio cōtra vniuersitatē. & in ix. no. quomodo pōt puniri vniuersitas ī multis vltra pœnā pecuniariā. & in viij. no. qñ dicat̄ vniuersitas delinquere. quē videas. Et quomodo cōprehendantur mulieres, vide Bar. in l. j. §. iusgentium. & ibi Pau. de Cast. ff. de iusti. & iure. imò etiam iuniores, ita quòd propter eos vniuersitas restituitur, vt tenet Odofr. in l. sed & si per prætorē. ff. ex quib. cau. maio. & etiam Matt. de affli. in præfatione constitutionum regni Siciliæ, in v. q.

ANtequam condescendā ad solutionē Guidonis, dico quòd mihi videtur, ꝙ stante hac consuetudine nostra, possunt homines talliare & imponere

BIU Cujas

collectã in neceſſitatibus cõmunitatis per gl. & Ang. in auth. quib⁹ modis naturales efficiũ. ſui. in §. ſi qs igitur. ij. in verbo, perſoluat. ꝑ Ang. & Bal. & alios in l. iiij. §. actor. & ibi do. Alex. ff. de re iudica. vbi dicũt, ꝙ collecta pót imponi per villas & caſtra pro neceſſitatibus cõmunitatis. & ideo dicit Bar. in l. j. C. de mulierib⁹ in quo loco, hîc antè alle. ꝙ collecta debet imponi à ciuibus ꝓpter neceſſitatẽ ciuitatis, & ꝓpter neceſſitatẽ publicã & nõ pót imponi ſine licẽtia ſuperioris.

SOluendo tñ alio modo dicit, ꝙ hoĩes habita licentia à ſuo ſuperiore dño, debẽt ſe cõgregare ĩ ſimul: & ꝙ cõſentiãt adinuicẽ, & tũc ꝓpter cõſenſum ipſorũ adhibitũ, emanat quoddã pactũ ſeu cõtract⁹, ſicut ſi ex quolibet alio cõtractu ſeu pacto multi ſe obligarẽt: & hoc modo ꝓpriè nõ dicit collecta, dicit̃q; ex vi, & virtute iuriſdictiõis tm̃ ꝓcedere, quæ nõ in cõſentiẽtẽ & inuitũ exercet. Et ideo deciditur ꝙ adhoc vt homines poſſint cõpelli, ꝙ ſimul oẽs cõgregentur, & inſimul cõſentiãt: ſolẽt tñ in groſſis villis & locis ſyndyci facere, vbi imminet neceſſitas pro debitis cõmunitatis, & eſt magna multitudo hominũ, impetrare à principe poteſtatẽ faciendi talliã ſiue collectã, pro neceſſitatibus cõitatis, & poteſtate obtẽta à dicto ſuperiore pñt dicti ſyndici ſeu ſcabini vocatis maioribus aut ſaltẽ ſenioribus eorũ cõitatis, facere collectã & cõpellere hoĩes, licet nõ cõſenſerint. Et iſta ꝓpriè dicit collecta ſeu tallia, cũ procedat vi & virtute iuriſdictionis. Ita dicit Gui. pa. in dicto loco, quẽ omnino videas.

10 SEd quando † tallia ſeu collecta fit per cõgregationem hominũ inſimul, maior pars cõſentit impoſitioni collectarum, minor verò contradicit, & nõ conſentit, an poſſint illi qui non cõſenſerunt compelli ad ſoluendum? videtur ꝙ nõ, per ea quæ dicit Bar. in l. ij. §. ex his. ff. de verb. obl. tñ veritas eſt in cõtrariũ, per ea quæ tenet Guid. pap. in q. ſua cccxiiij. & in q. pen. in ix. col. ad quem recurre. & Albe. de Roſa. in l. nulli. in ij. col. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomine. vbi dicit, ꝙ minor pars dicat, quòd nõ vult litigare, quia credit quòd maior fouet cauſam iniuſtam. ſi tamen maior pars condemnetur, quod etiam tenetur minor pars.

ADDITIO. Hãc quæſtionẽ etiã latè examinat idem Alberius, vbi arguit ad partes in rub. C. ne filius pro patre. & tandem concludit ꝙ tenetur quo ad emendam. vbi idem dicit de ignorãtibus. dixi antè de mulieribus, & minoribus. & vide etiã Mat. de affl. in præfatione conſtitutionum regni Siciliæ, in iij. quæſt.

IN TEXTV IBI,

Ne ſe peuuent aſſembler.

ADuerte ꝙ congregans gentẽ dicitur incitans, vt dicit Bar. in l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſc. An vnus de vniuerſitate poſſit pro tota vniuerſitate comparere etiam ſine mandato? vide Mat. de affl. in conſtitu. regni Siciliæ, quæ incipit, cùm per partes Apuliæ. in vj. quæſtione. in iij. lib.

IN TEXTV IBI,

Ou paſſer procuration.

Quæſtio QVæritur de caſu qui mihi euenit. Dñs aliquis cõuenit, aut cõuenire fecit ſuos ſubditos corã balliuo Heduen. non poſſunt oẽs cõparere coram balliuo, quia fortè ſunt infirmi, vel ſunt multũ remoti, ita quòd eſſet eis valde damnoſum comparere, ſed congregant & conſtituunt oẽs procuratorem ad comparendum, non petita licentia à ſuo ſuperiore, ſed tantũ procurator qui comparet pro eis dicit, domine iudex ego peto tale procuratorium ꝑ tales ſubdictos factũ & paſſatum, per vos authorizari & approbari, attẽto quòd agitur de cauſa cõtra dñm à quo petere debebãt licentiã. Dicit dñs in oppoſitum, ꝙ tale procuratoriũ non debet admitti, cùm non petierint licentiam eidẽ domino. quid dicendum? cùm caſus mihi euenĩſſet in in cauſa illorum de L'eſpinaſſe contra eorũ dñm, dixi ꝙ eo ꝙ diſtabant à loco Heduen. per xxij. leucas, & erant fortè trecenti homines qui ſine magno incõmodo nõ potuiſſent cõparere in ciuitate Heduen. attẽto quòd dñs eos conuenire fecerat, ꝙ ſufficiebat quòd aliqui ipſorũ cõparerent cũ procuratorio, vt dictũ eſt in facto, petendo illud authorizari in hac cauſa cõtra eorũ dñm tantũ. Et mouebar, † quia faciens citare aliquem videtur eius perſonã approbare, vt cõtra ipſius perſonã nihil poſtea poſſit opponere, vt dicit Inno. in c. cũ inter. de excep. Bart. in l. cũ mulier. in ij. col. ff. ſol. mat. do. meus Iaſ. in l. ſi. in ix. col. C. de edic. diui Adri. tollen. Et ideo dicit tex. in l. de pupillo. §. ſeruo. ff. de no. ope. nun. & ibi Bar. † ꝙ ſeru⁹ op⁹ nouũ nũtiare nõ poteſt, ſed ſi ei nuntietur, poteſt ſe defendere. Faciunt quę dicit ibidem do. meus Iaſ. ponens regulã ſuprà allegatã. Ex quo ergo dominus vocat ſuos ſubditos in iudiciũ, videtur eos approbare, ita ꝙ non poteſt amplius aliquid opponere: cùm etiam ſeruus qui de iure aliàs in iudicio nõ pót. l. vix certis. ff. de iudi. & tamẽ poteſt ſeipſum defendere, ſi ei nuntiatũ fuerit: ergo idem erit in hoc caſu. ¶ † Itẽ in conſiliũ (quod aliàs eſſet neceſſarium) eſt ſuſpectum, omittitur, & ideo ſi perſona quæ aliàs requirẽda eſt, veriſimiliter ſit ſuſpecta in actu propter aliquã affectionem, poteſt omitti requiſitio ſuæ volũtatis. Hinc dicunt doctores in d. c. edoceri. † ꝙ vbi cõſenſus prælati qui aliàs eſſet neceſſarius, omittitur, quando agitur contra eum. Ita per plura tenent Pano. Fel. & alij in d. c. edoceri. de reſcriptis. Multò ergo fortiùs ſi ipſe dominus agat, & tales ſubditi ſe defendant, non eſt ab eo petenda licentia, cùm etiam ſi agendum eſſet contra eũ, videtur quòd non eſſet petenda licentia. per dicta doct. in d. c. edoceri. Cogita ex dictis per Feli. ibi.

1 Citans aliquẽ pro bare eius ꝓ ſonam.

2

3

4

ADDITIO. Faciunt quæ dicit Decius in conſ. ſuo Piſano quod eſt primum in ordine ſecundi vol. auth. de quinquaginta conſiliis in vltimo dubio in ix. col.

ADDITIO. Aduerte ad vnum quòd quando plures agunt aut conueniuntur, cogendi ſunt dare procuratorem. §. ſi duo forſan. in auth. de quæſtore. coll. vj. l. ſi cauſam. C. de procu. l. quod ſi nolit. §. quòd ſi plures. ff. de ædil. edic. Amanellus in ſingul. 104. incip. textus eſt, quòd ſi plures.

IN TEXTV IBI,

Sans l'authorité ou licence.

QVòd autem præcedere debeat authoritas & licẽtia, non eſt dubium, ideo nõ aliter diſputo, quia ſatis dixi in ti. *Des droicts & appartenãces à gens mariez.* §. vij. in gl. *Si ce n'eſt du conſentement.* ver. aliquando requiritur licentia. cum duobus ſequen. & in §. j. in glo. *& authorité.* illo eodem tit. ¶ Sed in hoc caſu in ſpecie aduerte, quia ex quo textus noſtræ conſuetudinis dicit, quòd non poſſunt facere procurationem ſine authoritate & licentia domini, † debet authoritas & licentia præcedere, aliàs procuratio eſt nulla. Ita in ſpecie tenet Ioan. Fab. in §. idem iuris. in ij. col. inſti. de inutili. ſtipulatio. Alberi. tamen de Roſ. in l. j. in iiij. colum. ff. quod cuiuſque vniuer. nomine. videtur tenere contrarium.

1 Authoritas præcedere debet actum.

IDem etiam aduerte, † ꝙ tales habitantes habẽtes licentiam (vt ſuprà) poſſunt conſtituere procuratoré ad certam litem motam vel mouẽdam, de qua debet fieri mentio expreſſa in literis licentiæ & procura-

2

tionis,

tionis, & nō possunt constituere ad oēs lites,& si fiat, non valet.l.ita tñ.ff.ad Trebel.Nota quæ dicūtur in l. neque.C.de procu.Et maior pars habitantium potest cōstituere procuratorē.Alex.in d.l.ita tamen. quā legit cū l.omnibus.arg.l.quod maior. ff.ad municipal.

ET aduerte etiā ꝙ si oēs habitātes, aut maior pars sint in iudicio,& comparent,possunt constituere procuratorē apud acta,etiā non obtenta licentia à domino.quod quomodo fiat,notatur in l.nō est incerti iuris.C.de satis.& l.siue apud acta.C.de transac.Prędicta dicit Masueri⁹ in sua practica, in tit.de procurato.Et ꝙ dixi maior pars,hoc est duæ de tribus, vel ordo decurionum, hoc est cōsiliarij seu scabini,vt tenet gl.in d.l.ita tamen. & ibi doc. Bal.tamen in l.itē magistri.ff.de pac.dicit,ꝙ requiritē cōsensus toti⁹ vniuersitatis,etiā qñ agitē de respectāte omnib⁹ vt vniuersis. & illud sequitē Alex.in cōs.suo clxxxvj.in iiij. col.in ij. vol.& Claudius de Seisello,dictus de aquis in d.l.om
3 nibus.†vbi quærit,an requiratē ꝙ in instrumento syndicatus describantur nomina consiliariorū. Vide per Specu.in tit.de syndico.ver.itē opponitur ꝙ nomina. Bar.in l.j.ff.de albo scriben.Bal.in l.j.in prin.ff.de rebus eorū.& in l. ciuitas.in fi.ff.si cer.pet.Ang.Aret.in §. præterea.in xl.col.insti.de excep.Alex.in cōs.j.in ij. col.in iiij. vol. vbi tenēt ꝙ sic in actibus pōderosis. & dicit Alex. in dicto consil.ꝙ notarius in instrumento ꝓcurationis debet exprimere,ꝙ duæ partes ex tribus partibus consiliariorum interuenerunt.quod nota.

ADDITIO.Aduerte ꝙ quando constituitur procurator,aut syndicus collegij, aut vniuersitatis, debent nominatim constituentes exprimi, vt tenet Pet. Gerard. in sing.suo xlv. Et etiā aduerte ad id quod dicit decisio Tholosana, lxx. quòd si consules seu scabini quondam tempore suo,se obligauerunt propter vniuersitatem & ciuitatem, finito officio non tenentur, imò sequentes in officio tenentur.

§. SEPTIMO.

AV regard du faict de la chasse de gruerie, on s'en remet aux ordonnāces sur ce faictes, & à faire par messieurs les Ducs de Bourgongne, & par monsieur le Duc qui est à present.

REX Ioannes Burgundię,pulchras ordinationes fecit,& eas Carolus quint⁹ in Gallia approbauit, qui plura addidit. Philippus le hardy dux Burgundiæ illas iterum fecit, & ordinauit seruari in ducatu,illas vidi,& fortè ponam eas in fine huius libri post has cōsuetudines.

ADDITIO. Omnes huiusmodi ordinationes hodie sunt expressæ,& vltra eas sunt ordinationes Christianissimi regis Francorum Francisci huius nominis primi,quæ sunt impressæ,quibus standum est quo ad nos,cùm sint vltimæ.

1 Quæstio. QVæro primò † nūquid sit licitum habere guarēnas de iure?Io. Fab.in §.feræ.insti.de rerum diuisione.dicit quòd de consuetudine tollerantur, & hoc modo est licitum venari in aliena guarenna. Gui.pa. quæstione sua ccxviij.

2 Quæstio. SEcundò quæro,† an dñs loci possit facere præconizari,quòd nemo audeat venari capreolos,lepores, & perdices sub pœna? Istam quæstionem mouēt Cardi.& Aluaro.in tit.de pace tenenda.in vsibus feudorū.§.si quis rusticus.verb.nemo retia.& ibi And.de Iser.qui ponūt multos intellectus ad dictum §.nemo. sed verus intellectus est,† ꝙ quia nō licet ingredi fundum alienum pro venando inuito domino. l. diuus Pius aucupibus.ff.de serui.rusti.prædio. habetur in l. iij.de acqu.rerum do. imò si quis inuito domino ingrediatur,pōt actione iniuriarū cōuenire.l.iniuriarū. §.fi.ff.de iniu.& quia per tales actus plerunque oriebantur rixæ,& iniurię,& violationes pacis,in quibus etiam portabantur arma quæ erāt prohibita,& dubitabatur an ad venandum possent arma portari,imperator statuit, ꝙ nō liceat ingredi fundū alienū inuito domino,nec ad venandum portare arma.nisi in venatione quæ fit ad apros,vrsos,& leones,nec etiā tendere retia in venationibus quæ fiūt in fundo alieno, nisi in dicto casu. & idē dicendū de aliis animalibus nociuis,sicut dicitur ibi de apro,lupo,& vrso,vt sunt pātheræ, & leones.l.hi enim.cū duabus seq. ff.de ædil. edi.And.de Iser.secundum vnum intellectū in d.§.si quis rusticus.ꝙ ex quo imperator videtur ibi statuere,ne quis ea ad venandum in prædiis,& possessionibus imperatoris, & per hoc colligitur quòd in forestis regiis non est vēnandum,etiam quoquomodo sit.

ADDITIO.Iac.Rebuffi in l.vnica.C.de venatione ferarū.dicit,ꝙ in forestis inclusis licitū est prohibere, in aliis nō, vel etiā,vt dicit, prohiberi pōt talis venatio quę esset dānosa reipublicæ,puta si esset talis ꝙ esset excessiua.puta si genus aliquorū animaliū vel volucrū deuastaretur,vt dicit in venatione perdicū,quæ fit ad tonā,vel ad aliud instrumentū quod dicitur sauna.multi tñ tenēt ꝙ indistinctè licitū est rusticis prohibere venationē, per rationes supradictas.& videri pōt per doc.infrà allegand. & etiā per Matt.de affl.in cōsti.regni Siciliæ,quæ incipit,ferre volumus.in glo. quasi in fi.in iij.li.Vide etiā in hac materia venationis qñ licitū sit rusticis venari, ita ꝙ eis ꝓhiberi non possit venatio,per Stephanū Bertran.in cōsi.cclv.in j. parte.nu.8.¶ Sed ad prædictā quæstionē redeūdo,dic quòd Hosti.in c.nō est,de decimis.dicit,† quòd si dñs 4 Ad secū-
prohibeat subditis ne venētur, aut aucupētur,dicitur dam quæ-
eis facere violētiam.subdit tñ quòd debēt cauere sub- stionem.
diti ne cogātur soluere pœnā saltem de facto,& ideo aduerte ad cautelā pro dñis terrarū,quòd faciant istas prohibitiones per proclamata pœnalia,quia si subditi non contradicāt, & propter talia proclamata desistant à venando,dominus terræ constituitur in quasi possessione prohibendi.per no.in l.j.& ij.C.de serui. & aqua.ꝓ gl.& doc.in l.j.in verb.qui luminib. C. eo.

CAutela etiam pro subditis est vt immediatè cùm habuerunt notitiam de proclamate,se opponant & appellent.dicit etiam Aluaro. in d.§. nemo. quòd nobiles possunt venari cum cane & aue volante, & hoc vt habeāt exercitium.¶ Vide de prædicta materia plenè per Philipp.Deci.cons.cxcvij.

DE materia venationis videatur amplissimè per Guil.Benedict.in repeti.c.Rayn.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.maximè in v.decisio.nu.307. 312.313.314.353. & 355.extrà de testam.

VLterius quæritur, † Aliquis intrauit fundum meum me inuito, & ibi cepit multas venationes, nunquid efficientur illius capientis? in hoc glo. sunt contrariæ.nam glo.in §.feræ.insti.de rerum diui. dicit quòd non.& gl.in l.iij.ff.de acqui.rerum do. & l.diuus Pius aucupibus. ff. de ser.rusti. prædio.tenet quòd sic. & hanc glo. vlti.approbat Bart.in l.j.§.omnia.ff.de acquir.rerum do.Alber.de rosa.voluit concordare has gloss.in d.l.diuus.& dicit quòd aut intrat quis fundum alterius eo inuito, & quod capit ibi,

BIU Cujas

ſuum eſt. per gl. in d. §. feræ. aut verò eo prohibẽte, & tunc quod capit, non eſt ſuum. Vide Cæpolam in tractatu ſeruitutum ruſti. prædio. de ſerui. itineris. col. vij. & viij. vbi facit regulam cum decem limitationibus, per quas ponit decem caſus in quibus licitum eſt intrare fundum alienum etiam inuito domino.

¶ Et an liceat capere animalia exiſtentia in foreſta circunſepta vel parco, & piſces in ſtagno, vel viuario: vide eundem Boërium in loco ſupradicto, ti. de conſue. prædio. §. v.

SEd aduerte, quia Ang. ibi in d. §. feræ. videtur tenere contrariũ cũ dicat, ꝙ ſemel euenit caſus in ciuitate Peruſij de quodam nobili qui alienum fundũ ingreſs⁹ fuerat eo inuito, & ibi cepit multas venatiões: fuit determinatũ ꝙ erant ipſius capientis nõ obſtante ꝓhibitione facta per ipſum dñm, qui prohibuerat ingreſſum, & ideo Florianus aliter cõcordat: qa aut fructus fundi cõſiſtit in venatione, puta ſi habeã parcum in quo ſint animalia, tũc ſi dñs prohibeat ingreſſum, venationes nõ fiũt occupãtis. & ita debet intelligi gl. in d. §. feræ aut fructus nõ cõſiſtit in venatione, & tũc efficiũtur venationes capiẽtis. ita loquunt gl. cõtrariæ.

6 Venatio quando dicatur fructus fundi. † qñ autẽ venatio eſt in fructu, facit tex. in l. venationẽ. ff. de vſu. vbi venationẽ fructus fundi negauit eſſe, niſi fructus fundi ex venatione conſtet. & facit tex. in litem ſi fundi. §. aucupiorũ. in l. vſufructuarium. ff. de vſufru. Et aduerte, quia Alb. de Roſa. dicit in d. l. vſufructuariũ. † ꝙ vſufructuarius habet venationẽ, quia venatio eſt in fructu, niſi animalia ſint repoſita ĩ viuariis. & ibi dicit, an licita ſit venatio. vide etiã in cle. j. §. porro. de ſtatu regula. per Hoſti. & alios, de clerico venatore. nam vt dicit, venatici canes plus cõſtant q̃ cõferãt. vt ait Berna. in epiſtola in ſeniũ. ¶ † Quomodo ſit triplex venatio, ſcilicet oppreſſiua, arenaria, & ſaltuoſa, & quomodo ſaltuoſa iudicatur illicita ex tẽpore, ex loco, vel ex pſona, & qñ ſit licita, vide doc. in c. ij. de clerico venato. p ſcriben. in §. illud quęſitũ eſt, an ſi fera beſtia. inſtit. de rerũ diuiſo. & l. Põponius tractat. ff. de acqui. rerũ domin. & l. vnicã. C. de venatio. ferarum lib. xj. & in §. nemo retia. de pace tenenda, & eius viola. & per Iaco. de ſancto Geor. in trac. feu. in glo. & & cum venatus & vide Io. Sanxon. in conſuet. Turon. in ti. *Des droicts de chaſtellenie*. arti. j. fol. xlj.

Canes venatici.

8 Triplex venatio.

ET quæ dicta ſunt ſuperi⁹ intellige de prohibitiõe quæ fit p priuatũ, ne quis intret in fundo ſuo: ſec⁹ ſi iudex ꝓhibuiſſet tibi ingreſsũ fundi mei, ad mei inſtãtiã, ne ires venatũ in fundo meo, tũc id quod caperes, ibi nõ efficeretur tui capiẽtis. ita dicit Io. Fab. in §. feræ. inſtit. de rerũ diui. alleg. tex. in l. qui fundum. §. q̃ ſciens. ff. pro empt. l. de pollicitationibus. ff. de pollici cita. & idem videtur facere, vt dicit Io. Fab. conſuetudo quæ hoc poteſt inducere, ſicut prohibitio iudicis.

9 Quæſtio

SEd quæro, † in laqueo detinetur quædã fera beſtia, alius capit eã, quæritꝰ cui⁹ ſit? videtꝰ ꝙ de iure ſit capiẽtis, quia iſtud quod detinetꝰ in laqueis meis nõ eſt meum. l. in laqueũ. ff. de acqui. rerũ. do. dic tñ ꝙ in feris vulneratis quas vulnerãs ꝓſequit, ſeruat cõſuetudo dictũ Trebatij poſitũ in l. naturalẽ. §. illud. ff. de acqui. rerũ do. ſi tamẽ in aliena iuſtitia capiantur, debentur caput & pedes dño iuſtitiæ. idẽ etiã ſeruatur in feris nõ vulneratis, dũmodo ſint canes alicuius eã perſequentes, quia tunc ſi alius eam capiat, poteſt agi cõtra eum ad reſtitutionẽ feræ beſtiæ. & vidi ſemel in facto inter quondã dñm priorem ſancti Symphoriani, qui conuenire fecit Thomã Garnier ad ei reſtituendũ quendam ceruum aut æſtimationẽ, quem abſtulit à canibus illius prioris, qui illum ita coegerunt vt ſe ex ſumitate montis in profundum proiecit, ita quòd ſeipſum interfecit. non fuit deciſa quæſtio, eo quòd dictus prior ſtatim ab humanis deceſſit.

ITem quæro, † dicitur hîc ꝙ ſi fuerit captum animal aut fera beſtia in iuſtitia alicui⁹, ꝙ debẽtur ei caput & pedes: ponẽ ꝙ fuerat capta fera beſtia in iuſtitia alicuius feudatarij, q̃ habet tantũ iuſtitiã mediã & infimã. & ali⁹ baro habet in dicto loco altã iuſtitiã, alter tertius proſequitur in illa iuſtitia ferã beſtiã, & ibi interficitur, quis habebit caput, an dñs altæ iuſtitiæ, an feudatarius dñs habens tantum mediam & infimam iuriſdictionẽ? Itẽ pone ꝙ ceruus fuit fugatus, ita quòd vexatus multũ fuit capt⁹ faciliter ab hominibus ruſticis in iuſtitia media & infima feudatarij, nec reperiũtur aliqui q̃ illũ perſequerẽtur, quæritur cuius erit, an dñi altæ iuſtitiæ, an feudatarij habẽtis altã iuſtitiã? Plures dicunt ꝙ iſto vltimo modo dicitur *eſpaue*: & ſic ſpectaret ad dominum habentẽ altã iuſtitiam, per noſtrã cõſuetudinẽ. ẽ. in ti. *Des iuſtices*. §. j. ego dico quòd nullo modo fera beſtia poteſt dici *eſpaue*. quia id dicitur *eſpaue*, quod oberrat. de quo habetur in l. iij. §. Nerua filius. ff. de acqui. poſ. ꝙ dicit ꝓpriè id qđ fuit alicuius, & nũc neſcitur cuius ſit, quia vt conſtat in §. ij. ſuprà tit. *Des iuſtices*. ſi nõ fuiſſet aliàs in dñio alicuius, non dicitur *eſpaue*, quia nõ conueniunt verba diſpoſitionis d. §. ſecũdi. ex quo ergo dictus ceru⁹ nõ dicitur fuiſſe in dominio alteri⁹, ſed tãquã fera beſtia fuit capt⁹, dicit fieri occupãtis, & quia feudatarius habet fructus, & eos facit ſuos, ideo dicendũ eſt ꝙ poti⁹ erit feudatarij, & ſic dñi habẽtis infimã, ſeu mediã iuſtitiam, q̃ dñi habẽtis altã. & ſic dñs habẽs infimã iuriſdictionẽ, ex quo venatio eſt in fructu, faciet ceruũ ſuum, & ius domini quod eſt, Le *ſymier*, & pedes etiam debent dari domino habenti altam iuſtitiam. argumento l. vſufructuarium. & l. item. §. aucupiorũ. ff. de vſufruc. & dixi ſuprà in hac conſuetud. ſi autem eſſet aper, deberetur caput, ſed in ceruo debetur, Le *ſymier*, & pes.

Eſpaue.

IN TEXTV IBI, Gruerie.

GRuarij † enim dicũtur q̃ aucupio principis præſunt, à gruibus dicti ſunt, quę ſpiculis volãtes cõficiũtur, interdum ex retibus capiũtur, mãſuetæ factæ laſciuiunt. vt refert Plinius libr. x. naturalis hiſtoriæ, & ideo quis dicatur gruarius, vide Pyrrhum in conſu. Aurelian. tit. de feudis. cap. lxxxij.

1 Gruarij qui.

ADDITIO. In Francia & Gallia vtimur his verbis gruaria, graria, & guarenna. & plures ignorant quid importent hæc verba, quãdo reperitur in priuilegiis, aut aliis titulis ꝙ princeps aut quilibet alius habeti⁹ gruariæ, grariæ, & guarennæ, aut aliquod iſtorũ. quoniam ius gruariæ importat iuriſdictionẽ, ꝙ delicta & malefacta ſeu forefacta quę fiunt in foreſta ratione foreſtæ, & non ratione alterius: puta ſi fiat homicidium aut aliquod aliud delictũ, quod non cõcernit foreſtã, non eſt de iuriſdictione gruariæ. Ius verò grariæ eſt quando princeps percipit cõmodum aut partem cõmodi fructuum, prouentuũ & emolumentorũ proue nientium ex foreſta, puta quãdo habet partem ad mediationem glandiũ, & venditionis lignorum, aut partem emendarũ, aut aliorum prouẽtuum foreſtarum. Ius verò guarennę eſt, quia non alteri licet quàm principi in illa foreſta venari, aut licet cum proprietario. & in his iuribus aut aliquo iſtorum, nõ licet proprietario quid facere in præiudicium habentium talia iura. & de hoc ſunt ordinationes Chriſtianiſſimi regis noſtri Franciſci primi, ad quas recurre.

§. OCTA

§. OCTAVO.

De toutes choſes preſcriptibles toutes preſcriptiõs ſont vniformes, & reduictes à trente ans.

ISta conſuetudo eſt multum generalis in tota Francia,& eſt quaſi in his terminis in comitatu Niuernen.& in multis aliis locis Franciæ.Boërius in conſu. ſeptenæ Bituri.§.j.tit.de præſcrip. allegat hanc conſuetudinem.

IN TEXTV IBI, Preſcriptibles.

1 NOtanter † dicit,quia in his quæ non ſunt preſcriptibilia de iure, non ſufficit præſcriptio xxx.annorũ,vt tenet Pan.in conſ.ſuo xxvj.in iij.col.in ij.vol. vbi dicit,ꝙ requiritur in his præſcriptio tanti temporis,de cuius initio memoria non extat in contrarium.

2 *Caſus in quibus nõ currit præſcriptio.* SEd quæro,†quæ ſunt illa quæ non ſunt præſcriptibilia?vide multos caſus in quibus non currit præſcriptio,per gl.& doct.in c.cùm non liceat.de præſcri. Io.Pet.de Ferra.in forma reſponſionis rei conuenti.in gl.præſcriptionis.in vj.col.

ITem an iura cenſualia ſint præſcriptibilia, & præſcripto iure non ſoluendi,ſint præſcripta alia iura, ſcilicet ius retentionis aut laudemiorum, dixi ſuprà, in tit.*Des cenſes.*§.ij.incip.*Et ſemblablement.*ibi,ſed iterum quæro, pone quòd quis fuit negligens.

ITem adde,quòd in his quę ſunt meræ facultatis nõ currit præſcriptio. Feli.in c.cùm acceſſiſſent.in xiij. col.de conſti.do.meus Iaſ.in l.fi.in x.col.ff.de conſtitutio. principum.

ITem reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis non preſcribuntur.do. meus Iaſ.in l.imperium.in ix.co. ff.de iuriſ.om.iud.Vide Bal.in conſ.ccj.in ij. parte.

ITem iuri declarandi voluntatem nunquam preſcribitur.Bal.in l.j.C.de anna.excep.

ITẽ cõtra nõ valentẽ agere nõ currit preſcriptio. Panor.in cõſ.ſuo xxij.in ij. vol.ſcripſi plenè ſ.in titul. *Des cenſes.*§.ij.inci.*Et ſemblablement.*ibi, nunc ſuccedit alia quæſtio.vbi ampliſſimè dixi.& vide Bald.in l.j.in ij.col.C.de bo.mater.ver.quintò opponitur.

ITem iuri agendi nunquam præſcribitur, quando cauſatur à timore. Bal.in l.præſcriptionẽ.C.de preſcrip. xxx.vel.xl.anno.

ITem quando conuentũ eſt inter partes,ꝙ nũquam currat præſcriptio.Bald.ibi, & in l.ſicut. in tex.ibi, xxx.C.de præſcr.xxx.vel.xl.anno.& maximè quando iuramentum appoſitum eſt in conuentione.ita tenet Bartho.Cæpol.cautela ſua lxviij.vbi dicit eſſe bonam cautelam ad impediendum præſcriptionem.Felin.in rub.de præſcrip.vbi amplè.

ADDITIO. Vide Hip.de Marſi.ſing.ſuo cxlj.incip. audiuiſti fortè aliàs, vbi dicit, ꝙ vbi eſt interpoſitum iuramentũ,nunquã currat preſcriptio, quia tale iuramentum perpetuat actionẽ. & iſtud dictum multum extollit quod poſſit quodammodo ſuſtentari quo ad contrahentes,qui tenentur præcisè ratione iuramenti.ſecus quo ad hæredes,aut alios ſucceſſores,qui non obligantur ex iuramento prædeceſſoris.dixi alibi.

3 *Dubium.* SEd magnũ † video dubium videlicet nunquid res quæ non præſcribũtur niſi tãto tẽpore cuius initij memoria non extat in contrarium, vt ſunt ſeruitutes diſcontinuam cauſam habẽtes, vt ſeruitus itineris,vt dicit plenè Alber. in l.ſeruitutes.*la grande.*in ij.& iij. col.tit.generali.ff.de ſeruitutibus.fiant per hanc noſtram conſuetudinem præſcriptibiles,ita quòd ſpatio xxx.annorum præſcribũtur.Iſte caſus videtur euenisſe in facto, quia in caſu emergenti iſtud fuit diſputatum.Quidam enim dicebat ſe habere ſeruitutem itineris ad domum ſuam citeriorem, per porticũ cuiusdam domus anterioris,& probabat quòd per xxx.annos & vltrà iuerat, tam per ſe quàm per ſuos prædeceſſores domeſticos & familiares, per dictum locum eundo ad domum ſuam retro poſitam,ducendo equũ ad ſtabulum,portando neceſſaria ad domum: & allegabat aliàs habuiſſe titulum, ſed nõ probabat,ſolùm enim probabat vſum fuiſſe. *Caſus facti.*

VIdebatur primò dicendũ, ꝙ non ſufficiebat probare ſe vſum fuiſſe tali ſeruitute itineris per xxx. annos,cùm tales ſeruitutes tali tẽpore nõ preſcribantur:vt d.l.ſeruitutes.*la grande.*ff.de ſerui.tit.generali. *Not. pulchra de ſeruitute itineris.*

IMò requiritur tantũ tempus cuius initij memoria non extat in contrarium. vt tenent glo.& doct.in l. ſeruitutes.Alex.conſ.lxix.inci.circa primum.in v.vol. & hoc verũ de iure ciuili, ſed de iure canonico ſecus: vt tenet Ant.de But.in c.peruenit.in iiij. col.de cenſibus. & pro certo nõ credo quòd ſufficeret probare ſe vſum fuiſſe per xxx.annos,niſi allegetur titulus, quia tunc ſi allegetur titulus,& probetur vſus xxx. annor. ſufficit.ita tenet Pau.de Caſ.in d.l.ſeruitutes.& Alex. in conſilio hîc antè allegato. & Feli.in c.de quarta.in pen.col.de præſcri.& Lancelotus Decius in l.ſi certis annis.C.de pac.& intellige dummodo quis probet ſe vſũ fuiſſe ex cauſa allegata,vt tenet Alex.in conſ.cviij. inci.in cauſa & lite vertente.in ij.vol. & in conſ.lxxv. inci.viſis & ponderatis.circa fi.in iiij.vol.Feli.in c.cauſam quæ.in iij.col.verſic. ſed aduerte.de præſcriptio. ¶ De materia præſcriptionis harum ſeruitutum, vide Boërium in conſue.ſeptenæ Bituricen.tit.de præſcriptio.§.v.vbi amplè tractatur materia. vide etiam Io. Sanxon.in conſuet.Turonen.ti.*Des ueues & agoutz de maiſon, goutieres & latrines.*§.j.

IMò etiam aduerte,ꝙ ſi quis vſus fuerit ſeruitute itineris per xxx.annos,& quis agat cõtra eum, & proponat negatoriã, talis qui ſic vſus fuit opponat cõtra eũ ꝙ experitur ſine actione,cùm negatoria ſit ſublata per xxx.annos:& cũ vſus fuerit tali ſeruitute per xxx. annos ſciente & patiente domino prædij, eſt ſublata actio negatoria.vt tenent gl.& Alber.de Roſa. in d.l. ſeruitutes.*la grande.*ff.de ſeruitu.

SEd quomodo ergo aget qui amiſit negatoriam?ponit Alb.in d.l.ſeruitutes.& dicit ꝙ aget & implorabit officiũ iudicis,vt fiat præceptũ tali, ne amplius vadat: aut aget pro intereſſe pro itionibus vltimis, quæ factæ fuerunt à tempore xxx.annorum.

SEd ſi pars non oppoſuit contra agentem negatoria, quòd experitur ſine actione,an iudex poterit ipſum agentem negatoria expellere,etiam ſi apertè nõ opponatur? credo quòd ſic, per gl.in l.vbi pactũ.vbi do.meus Iaſ.in iiij.col.C.de tranſac.& ita etiam tenet idem Iaſ.in l.generaliter.in j.notabi.ff. de verb.oblig. & hoc ſi notoriè ei non conſtat ex libello, ſed aliundè,vt not.Panor.in c.ſi clericus.in j.col.de foro compe.Et hoc etiam debet facere, ne iudicium coram eo factum ſit fruſtratorium,ſecundum not.per Panor.in c.j.in j.col. de libelli oblatio. ¶ In contrarium tamen facere videntur ea quæ dicit idem do.meus Iaſ.in l.vniuerſa.C.de preci.impera.offer. vbi ponit xiiij.deciſiones ad probandum, † quòd quando aliquid com 4 petit alicui, aut quòd iudex debeat aliquid facere,debet intelligi ſi petatur à parte. Adde quòd etiã ſi quid ſit quod debeatur ipſo iure, intelligitur tamen ſi pe-

BIU Cujas

tatur à parte, vt eſt in legitima quæ debet repleri ipſo iure,tamẽ intelligitur ſi petatur à parte.Iaſ.in §.in bonæfidei.in xv.col.inſti.de actio.& vide ibi eundem in xiiij.& eundem in l. admonendi. in lectura, in v.col. ff.de iureiurand.eundem in repetitio. dictæ l.viij.& ix.colum. & in cxij.colum.Felin.in capi.ſciſcitatus.in iij.col.de reſcript.do.meum.Iaſ.in l.certi condictio.§. j.in v.col.ff.ſi cer.peta.& in l.de pupillo.§.qui op⁹ nouum.ff.de noui ope.nun. & in §.pœnales.inſtit. de actio in ix.col.faciunt quæ dicit Felin.in c cùm M.Ferrarien.in xx.col.extrà,de conſtitu. & prædicta omnia procedunt in his quæ reſpiciunt priuatam vtilitatem:

5 † quia in his quæ reſpiciunt publicam vtilitatẽ iudex debet nemine petente opponere.do.meus Iaſ.in l.ita demum. in fi.C.de procurato. ¶ Aduerte tamen ꝙ iſta petitio partis in dubio præſumitur,vt per Areti.in conſilio ſuo xxxviij. alleg. per Bernar. de tenementario in apoſtillis ad Panor.in c.penult.in j.col.de foro compe. Et multũ facit pro hoc caſu,quia præſcriptio debet opponi,nec poteſt ſuppleri per iudicem,vt amplè dixi in fine huius conſuetudinis,igitur,&c.

6 An iudex poſſit quem relevare cõtra præſcript. xxx. annorum.

SEd quæro,nunquid † contra præſcriptionem iſtã xxx.anno.poſſit princeps quempiam releuare?videtur quòd ſic,quia eſt de iure ciuili,& maximè fauore eccleſiæ.per ea quæ plenè tradũtur per doc.in l.fi. C.ſi contra ius vel vtilita.publicam.& in l.j.ff.de conſtit.princip.& in c.quæ in eccleſiarum. de cõſtitu.per

7 Moder.in rub.de præſcrip.eo potiſsimè,† quia omnis præſcriptio eſt contra ius naturale & gentium, & naturalem æquitatem.§.habeat. in auth.vt eccleſia Romana.coll.ij.firmat Bal.in l.ancillæ.C.de fur. & Ang. in l. ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſuca.quia tuetur illũ qui habet ius contra verum dominum rei.& dicit Bal. in l.j.§.pueritiã.ff.de poſtulando. quòd omnes præſcriptiones ſunt cõtra naturalem & poſitiuam iuſtitiam.

8 † cõſiſtunt enim(vt ibi dicit) in iure bono, ſcilicet ꝓpter lites dirimendas, ſed non æquo.l.j.§.j.ff.de iuſti. & iure. & ideo eſt iniqua & odioſa,maximè illa quæ clauditur xxx.vel xl.anno tempore,quo ex ſola negligentia non petentis eſt introducta, & ideo faciliter p principem tollitur.ita Bar.Bal.& Sal.in auth.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.facit dictum Pau.de Caſ. in l.vt inter diuinum.in verſi.nobis quidẽ cordi erat. C.de ſacroſan.eccl.facit dictum Io.And.in ca.cùm dilectus. de ordine cognit.in ij.col.& Rapha.Cuma.in conſi.ſuo clxxxix.imò etiam hoc tenet Ang.in l.Lucius.ff.de euictio.& Franciſ.de Cur.in conſ.ſuo feud. conſi.j.in ix.col.vbi etiam alle.Bal.in l.fi.C. ſententiã reſcin.non poſſe.in j.col.verſi.ſed immediatè oppo.& hoc eſt,quia iſte mod⁹ acquirẽdi fuit inductus ab eo, ergo poteſt ab eo ſine cauſa auferri.Hinc dicit Pan.in c.ex parte.iij.de deci.† q talia reſcripta debẽt latiſſimè interpretari.ex quib⁹ dictis concluditur hoc eſſe verũ etiã in præſcriptione x.vel xx.anno.per prædictas deciſiones,licet quodãmodo Alex.dubitauerit in l.cùm hęredes.ff.de acq.poſ.& in his vltimis eſt mai⁹ dubiũ, eoꝙ dñiũ in illis quęrit,ſed eſt de iure ciuili.¶Facit ẽt, quia licet ex ſentẽtia quę trãſiuit in rẽ iudicatã acquiratur dominium,tamen põt reſcibere contra ſententiam.Bal. in d.l.fin.C.ſenten.reſcin.nõ poſſe.& Fran. de Cur.in prędicto loco,& vide quę dicit Pau.de Ca. in d.l.cùm hęredes.ff.de acquir.poſſeſſ.Alex.in l.Gallus. §. & qd ſi tantum.ff.de liber. & poſthu.in ix.col. & † poteſt princeps tollere dominium quæſitum ex præſcriptione,quando ſ. præſcriptio eſt cauſa immediata acquirendi dominiu.ita do.Alex.in l.j.ver.ſi vir vxori.ff.de acqui.poſ.Ro.conſi.j.circa medium.& Pa-

Reſcripta cõtra præſcript. latè interpretãda.

nor.in c.cæterùm.in ij.col.de reſcrip.& maximè prædicta procedunt,quãdo princeps in ſuo reſcripto ponit expreſsè clauſulam derogatoriam. videlicet, non obſtante aliquo lapſu temporis, vel quacunque alia præſcriptione.not.in l.bene à Zenone. C.de quadriẽ. præſcr.faciunt quæ habentur per Feli.in c.ſuper literis.de reſcri.& multo magis quando facit de plenitudine poteſtatis vel ex certa ſcientia.vt tenet Franci.de cur.in d.conſi.j.in viij.& ix.col.

ADDITIO.Cogita ad ea quæ dixi ſuprà in tit.*des retraicts.*§.j.gl. j. vbi tenui ꝙ videt ꝙ princeps nõ poſſit dare reſtitutionem in integrum contra conſuetudines noſtras,ex quo nõ eſt ſine dubio,an poſſit releuare cõtra ꝓſcriptionẽ cõſuetudinariã.Et vide de huiuſmodi quęſtione Bertran.in conſ.cccj. in iij.parte, num.v.

SEd nũquid hæc reſtitutio in integrũ poſſit dari ex capite ignorantiæ,& quomodo:contra quam præſcriptionem cõſului in caſu emergẽti.Sed videatur etiam amplè Io.Franc.Balbus in ſuo tract.præſcriptionum. in xxix.q.quartæ partis principalis. Et aduerte quòd petens reſtitutionem aduerſus præſcriptionem debet probare ſe læſum ex ea, vt dicit Iacobinus de ſancto Geor.in l.fin.col.iiii.C.in quibus cau. in integ. reſtitu. non eſt neceſſaria.

ADDITIO. Vide etiam Mat.de Affl.in conſti.régni Siciliæ quæ incipit,conſuetudinem.in vij.nota. in ij. lib. Et quomodo concedatur eccleſiæ etiam ex capite ignorantię,vide eundem Mat.in conſtitutione ſequẽti,quæ incipit,quadrigenalem.in fine. vbi dicit ꝙ etiã quandoque abſque ignorantia ex magna læſione cõceditur. & ibi dicit quòd probabilis ignorantia dicitur ex mutatione prælatorum.

Limitationes cõſuetu. noſtræ.

HAec noſtra cõſuetudo fuit limitata anno domini 1512.per ordinationes regias, factas p Chriſtianiſſimum regem Francię Ludouicũ xij.ducẽ Burgundiæ,quia plures ordinationes fecit hãc noſtrã cõſuetudinem limitãtes.primò ſcilicet in omnibus reſciſſionibus ſeu reſtitutionibus quę impetrari poſſunt,quę debẽt impetrari intra x. annos cõputandos à tẽpore cõtractus celebrati, vt eſt in ordinationibus eiuſdẽ ſtatutum & ordinatũ,c.xlvj.Itẽ etiã in omnibus actibus & regiſtris notariorum & greffariorum, & aliis ſalariis eiſdẽ debitis occaſione officij, ne poſſint aliquid exigere poſt triennium elapſum à tẽpore finiti officij ſeu proceſſus, vt eſt in dictis ordinationibus,c.xlviij.

ITem in ſalariis ſeruitorum & famulorum,quæ non poterunt peti niſi intra annum, à tempore exitus à ſeruitio ſuorum magiſtrorum, vt eſt in ordinationibus antedictis. c.lxviij.

ITẽ in mercatoribus,apothecariis,piſtoribus,paſtillariis,fabris,caligatoribus,cauponibus, ſartoribus, calceatoribus,ſellariis,macellariis,&aliis operatorib. alicuius miniſterij,qui erunt mercatores vendẽtes & diſtribuẽtes merces particulariter & in partes, q tenebũtur petere ſolutionẽ intra ſex menſes à tẽpore diſtributionis,alàs dictis mẽſib.trãſactis,nullã amplius habebũt actionẽ:dictis ordinationib.c.lxviij. ¶Et aduerte,qa valent prædictæ ordinationes, ex quo verba in creditorem diriguntur hoc modo, ſcilicet ꝙ niſi tales petierint eorũ debita intrà tale tempus,cadent à iuribus ſuis, ſecus ſi verba dirigerentur in debitores, vt tenet Alex.in conſ.ccxviij.in vlt.col.in vj.vol.Et quia iſta ſunt extrauagantia,ideo circa ea non inſiſto.

ITem etiã in emẽtibus annuum reditũ ſuper aliquo ad reachatum, aut alàs capientibus hypothecam, quòd de prædictis non poterunt petere niſi arreragia quinque annorum, diſpoſitione tamẽ antiqua remanente

nente in reditibus antiqs & cẽſiuis,vt eſt tex.in dictis ordinationibus,c.lxxj. de quibus plenè ibi dicã, cùm intendã eas cõmẽtari.Et ſic ex prædictis ſunt quinq; limitationes ad hanc noſtrã cõſuetudinem.¶ Adde ꝙ iſta exceptio põt opponi poſt quinq; annos,à tpe publicationis p̃dictæ ordinationis,etiã in reditibus annuis emptis aut p̃dictã ordinationem,per no. ꝓ Bart. in l.oẽs populi.col.xv.ibi, aut exceptio cauſat ex aliquo facto.& ibi,ecce alia dicit ꝙ poſſeſſor.ff.de iuſti. & iu.& per Feli.in c.quoniam.in xiiij.col.de conſti.& iſtud pluries allegaui &practicaui.¶ Itẽ aduerte,ꝙ iſtę ordinatiões ſunt cõſuetudines in multis locis in Frãcia,maximè in patria Tutón prout patet in libro cõſuetudinario illius patriæ, tit. *preſcription en couſtume.* art.j.ij.iij.& iiij.& ibi examinantur per Io.Sanxon.

11 *Ordinationes regiæ an tollant cõſuetudines ſpeciales per regem approbatas.*

SEd nõ eſt ſine dubio,† an iſtę ordinationes tũc factæ per regẽ tollãt hanc noſtrã conſuetudinẽ ſpecialẽ,& p principẽ approbatã, & deinde per regẽ iuratã,cũ iurauerit ſeruare priuilegia noſtra,ex quo dicitur ꝙ ſeruet generaliter in toto ſuo regno,& ſpecialiter in locis vbi eſt conſuetudo in contrariũ, ꝓ eũ approbata & iurata?videret ꝙ ſic,qa lex noua corrigit antiquã.l.ſed & poſteriores.ff.de legib.& ibi Alb. ¶Tu dic ꝙ ex quo habemus legẽ ſpecialẽ in contrariũ & iuratã,ꝙ tales ordinatiões generales nõ tollũt hãc

12 *Regula* noſtrã cõſuetudinẽ ſpecialẽ, qa regulã habemus, †ꝙ qñ aliquid diſponitur per legẽ generalẽ, nunquã tamẽ intelligitur loqui in materia in qua habem⁹ legẽ ſpecialẽ.gl.eſt in l.ſciẽdũ.ff.qui ſatiſd.cogã.de qua dixi in §.ij.in gloſ.*quelque part que ce ſoit.* tit. *Des mainſmortes.*¶ Itẽ maximè, quia rex iurauit ſeruare has noſtras cõſuetudines, & ideo ꝓpter iuramẽtũ quod nõ poſſet tollere ſine clauſula non obſtante:vt per plura tenet Iaſ.in l.ſi.in fi.C.ſi cõtra ius vel vtili.publ.Lud. Rom.conſi.ccccxxxv.incip.in præſenti cõſultatione. Alex.cõſ.xxvij.inci.viſo libello.in j.vol.& ĩ cõſ. cxxv. inci.viſis & cõſideratis.eo.vol.idẽ Alex.in conſi. ccv. inci.viſis his.in ij.vol.idẽ Alex.in cõſi.lxij.in pen.col. in j.vol.vbi dicit,ꝙ derogatio generalis per clauſulã generalẽ nõ obſtãte,non tollit ſtatutũ iuratũ & cõfirmatũ.Felin.plenè in c.cõſtitutus.in iij.col.de reſcrip. Rom.in ſing.ſuo vij.inci.ꝙ diſpoſitio. Iaſ.ĩ l.quoties. col.ij.C.de preci.impera.offerẽ.Idẽ.Iaſ.in l.pacta nouiſſima.in ij.col.C.de pac.arg.eorũ quæ dicit Feli. in c.nonnulli.de reſcrip.de priuilegio ſecundo quod nõ tollit primũ quando habet clauſulam derogatoriã, q̃ non poteſt eſſe maior,niſi quia iuramẽtũ eſt appoſitu in primo.tu tñ vide tex.in l.iij.§.diu⁹ Adrianus. ff. de ſepul.vio.vbi lex.generalis ſequẽs tollit cõſuetudinẽ ſpecialẽ.de quo vide Iaſ.in l.de quibus.colũ.xiij.ff.de legi. Et quando princeps poteſt reuocare priuilegiũ conceſſum etiam per modum legis,vide Feli.& Aret. in c.nouit.de iudi.& in c.1.de proba.verſ.& iſtis adde. vbi dicit,ꝙ priuilegium conceſſum in vim ſtatuti vel legis,poteſt princeps,quod ſatis dicitur facere faciendo nouam legem in contrarium,reuocare.

13 *Decimæ à laico non poſſunt præſcribi.*

ITem aduerte,ꝙ hæc conſuetudo nõ habet locũ in laico qui vellet decimas præſcribere,†quia decimę per laicũ nõ ſunt præſcriptibiles.c. cauſa. & ibi Abb. & Feli.de præſcri.Spec.in tit.de præſcrip. verſic.item licet laicus.Nõ aliter inſiſto,quia non eſt materia præſentis ſpeculationis.¶ Vide ad plenum Boërium in conſuet.Bituri.tit.de præſcri.§.1.in gl.1.vbi plenè de ma-

14 *An præſcriptio ſtatutaria requirat bonã fidem.* teria pręſcriptionis decimarũ per laicum perceptarũ.

NVnquid autẽ †hæc præſcriptio ſtatutaria requirat bonã fidẽ?Panor.in conſi.ſuo lxxvj.in fi.in 1. vol.& Iaſ.in l.nõ dubiũ.in viij.col.C.de legi. tenent ꝙ ſic.quod tñ mihi videtur non eſſe verum,eo ꝙ loquitur de præſcriptione xxx.annorum,quæ currit etiam cum mala fide. l. cùm notiſſimi. C. de præſcriptione xxx.vel xl.annorum. & dicit Bar. in l.fi.in fi. C. vnde vi. ꝙ poſt xxx. annos non eſt opponenda mala fides. tex.in c.placuit.ij.xvj.quæſt. iij. Iaſ.in l. clã poſſidere. §.qui ad nundinas. in ij.col.ff.de acquir. poſſ.Soci.in conſi.cxxvij.in pen.col.Iaſ.in §. ſed iſtæ.in xj.col. inſtit. de actio .Alex.in conſ.lxxj.in ij.col.in j.vol.

MAteriã bonæ fidei vel malæ fidei in p̃ſcriptione, bona fides, vel an exiſtens in mala fide præſcribat, ponit amplè Ioan Franc. Balbus in ſuo tract. de præſcriptio.in iij.parte principali.Sed quicqd ſit quo ad nos qui ſumus Chriſtiani,& qui in foro conſciẽtię debemus attendere ius canonicũ,& nõ ius ciuile,dicerẽ ꝙ ſemper & indiſtinctè vbi mala fides põt præſumi ex parte detinentis,ſiue ex titulis apud eu exiſtẽtibus,ſiue aliũdè,ꝙ veriſimiliter ſciuit rẽ alienã,aut reſtitutioni ſubiectã,nũquam eſſet iudicandũ pro prætẽdente præſcriptionẽ,nec vnquam pro eo iudicarẽ.

15. *An curet contra perſonas eccleſiaſticas.*

¶ Item nunquid † hæc conſuetudo cõprehendat perſonas eccleſiaſticas?Dic ꝙ non,imò ſeruãs præſcriptionẽ cõtra eccleſiã minori tẽpore quadraginta annorũ,peccat mortaliter.ita tenet Rayne.ĩ c.illud aũt. de præſcri.Cùm ergo cõtra eccleſiã non currat minor præſcriptio, q̃ quadraginta annorum.c.de quarta.de præſcri.conſuetudo noſtra quæ cõprehẽdit tantũ inferiores xxx.annis,vt dicit idẽ Rayner.in c.cũ eccleſia ſutrina.de cau.poſſ. & ꝓprie.nõ cõprehendit eccleſiã ſeu eccleſiaſticas perſonas.¶ Fallit tñ in actionibus p̃ſonalibus,in quib⁹ currit p̃ſcriptio introducta de iure ciuili, de qua in l.oẽs.& in l. ſicut.C.de p̃ſcri.xxx. vel xl.an.& in hoc cõſuet.ita tenet Corſe.in ſing.219. in verb.præſcriptio.ij.qđ inci.licet regulariter. qui ꝓ hoc alleg.gl.ſing.in c.cũ cauſa.in verſi.reſtituerẽt. de emp.& vẽd.& ibi Pan.& Barb.& dicit ꝙ nõ meminit ſe alibi legiſſe.¶ Credo tamen ꝙ currat etiã cõtra eccleſiã,cùm ita ſit,ꝙ hæc cõſuetudo nõ ſolũ ſit introducta p laicos,imò etiã approbata p viros eccleſiaſticos.ex quo ſeruãda eſt,etiã in his q̃ nõ ſunt in poteſtate laicorum.Feli.in c.eccleſia S.Mariæ.in xxix.col.de conſti.& Alex.in cõſi.ſuo xcj.in vlt.col.in j.vol. Frãc. de Aret.in c. quod clericis.in vlt. col. de foro compe. Et hoc eſt etiam in his quæ non ſunt in poteſtate laicorum, puta in ſpiritualibus aut cõnexis, ſed in his q̃ ſunt tẽporalia, puta in eorũ reditibus, in cẽſu, in emphyteuſi,in bonis tẽporalibus, & eccleſiaſticis nõ eſt dubiũ, cùm ita ſit ꝙ in Gallia & in regno Frãciæ oẽs res ſunt de territorio Regis,etiã ſi ſint res clericorũ, ita ꝙ iudicat in illis ſecundũ conſtitutionẽ Regis. ita Bal.per illũ tex.in c. cùm veniſſẽt.de eo q̃ mit. in poſ. cau.rei ſer.quę deciſio Bald.multũ facit,vbi etiã ſe iuuat,& facit fudamentũ de prima rõne hîc antè poſita.

EGo fui aliàs in hac opinione,ꝙ hęc cõſuetudo nõ tollit præſcriptionẽ xl.annorũ contra eccleſiam, eo ꝙ clarum eſt, ꝙ licet viri eccleſiaſtici iſtius patriæ huic conſuetudini cõſenſerint,tamẽ quia expreſſa nõ potuiſſet iuribus illã introducentibus derogare,cùm ſint conſtitutiones papales,quibus inferiores prælati derogare non poſſunt,ne inferior videatur tollere legem ſuperioris,ꝙ etiam conſenſus eorum tacitus nõ potuit illis iuribus derogare,& credo ꝙ requireretur cõſenſus ſummi pontificis.Cogitate poſteri.¶ De materia quãdo ſtatuta laicorum ligẽt clericos,& eccleſiaſticas perſonas,vide Boërium in cõſuet.Bituri.tit.de iuriſd.om.iud.§.11.in glo.1.& tit.de præſcri.§.1.in gl.1. vbi etiã ponit an requirat bonã fidem. & etiã in hoc

BIU Cujas

vide Ioan.Sanxon.in conſuet.Turon.tit. *Preſcription en couſtume.artic.iiij.*

16 ADuerte etiam quia Bal.in c.j.§.porro.in ti.quali. olim feu.pote. aliena. dicit, † ℔ hæc præſcriptio xxx.annorũ nõ currit contra pupillũ. & eſt notabile dictũ Bal.dicit tñ Alber.de Roſa.in l.tutores.§.ab eo. ff.de admin.tut.† ℔ præſcriptio ſtatutaria currit cõtra pupillũ. qñ præſcriptio ſtatutaria currat cõtra pupillum & minorẽ,dixi ſuprà in tit. *Des fiedz. §. & entant que touche les pupilles.* in gl.j. maximè quæ eſt minoris temporis xxx.annorum ſtatutaria,quę ſuccedit in locum præſcriptionis longiſſimi temporis,tunc tẽpore pupillaris ætatis dormit.teſt.eſt in l.fi.C.in qui. cauſ. reſti.in integ.non eſt neceſſaria. melior tex.in l.ſicut. C.de præſcrip.xxx.vel.xl.anno.vt concludit Bal.in d.

17 *Contra pupillum.*

18 c.j.§.porrò.ſuprà alle.& in c.j.in ti.quo tem. miles. † & talis præſcrip. xxx. annorum ſubrogata in locum alterius longiſſimi non currit cõtra pupillum. Rom. conſi.xxxviij.incip.in caſu propoſito. idem Bald.in l. ſuperuacuam.C.de tempo.in integ.reſti.petend.

19 *Dictũ Bald.* ET aduerte ad id quod dicit Bald. in c.j.in ij. nota. de pręſcri.vbi dicit, ℔ † quando quis eſt in vtero, non poteſt eius nomine agi,& tamen contra eũ currit præſcriptio.& ſequitur ibi Feli.in ij. col. vltra medium,in verſi. ſubdit Bal. quod an ſit verũ, cogita,qa credo ℔ nõ eſt verum,in nondum natis vel cõceptis, quia contra tales non currit, & ideo intelligendo dictum Bal.in conceptis , quia ſæpiſſimè habentur pro iam natis. in l. qui in vtero.ff.de ſtatu homi.

20 *An tollat naturalẽ, & ciuilem obligationem.* ITem quęro,† an iſta pręſcriptio ſtatutaria tollat ciuilẽ & naturalẽ obligationẽ? Bal.in l. bene à Zenone.C.de quadriẽ.pſcri.& in c.eccleſia S.Mariæ.de cõſtit.& in l.omnes.C. de præſcri.xxx.vel xl.anno.Bart. in l. fi. ff. rem ra.habe. Alex.in l.ſi pœnæ.ff.de condi. inde. doct. in c.fi.de præſcrip.dicunt ℔ tollit ciuilem non naturalem,quam elidit,& eius effectus tantùm.

Cautela. EX quo aduerte ad magnam cautelã, ℔ quãdo aliquis pręſcripſit cõtra te,vadas ad principẽ,& impetra reſcriptũ in quo ſit clauſula, ℔ in dicta cauſa ꝓcedatur cũ ſumma æquitate,qa hoc caſu qui eſt obligatus naturaliter , nõ poteſt cõtra te opponere exceptionẽ præſcriptionis.nã vt dicit Bal.in l.j.C.de præ-

21 ſcri.xxx.vel xl.anno. † ſi cauſa eſt cõmiſſo arbitratori qui cognoſcat vt vir æquus, propter hoc verbũ iudex

22 *Præſcriptio. iniquũ præſtidium.* debet reiicere exceptionẽ pſcriptionis, † cùm ſit iniquũ præſidiũ. Soci.in conſi.ſuo lxxxvj. col.pe.verſi.j. quia.& in conſi.ſuo clxvj. col.iiij. circa finẽ.† & reus vtens præſcriptione peccat,& in authẽ.vt eccl.Rom.

23 cent.annor.gaud.præſcrip.coll.ij. ¶Dicit tamen Feli. in rub.de præſcrip.in ij. col.& Lud. Ro.in conſ.cxlix. ℔ videtur ℔ contrariũ ſit verius,per doctrinam Bart. in extrauagan. ad reprimẽdum.in verſi. videbitur. in fi.vbi dicit, ℔ habens poteſtatẽ procedendi de æquitate,vel ſecundũ voluntatẽ ſuã,non tenetur ſequi iura in his quæ oportet facere;ſec⁹ in his quæ iam ſunt facta à iure,adeò ℔ ex hoc iam quæſitum eſt ius parti, tunc enim non poteſt mutare ius alteri ablatũ,& mihi quæſitũ.per l.bona fides,ff.depo.aliàs auferret ius alienum,quod eſt cõtra ęquitatẽ naturalẽ.Cùm ergo per præſcriptionẽ quæſitũ eſt ius præſcribenti miniſterio legis,ſeu ei qui præſcripſit,non eſt per arbitriũ mutabile.& faciunt quæ dicit idem Felin.in c.vigilãti.de pręſcri.vbi dicit,† ℔ præſcribens eſt tutus in fo-

24 ro cõſcientiæ,etiã ſi ſuperueniat mala fides poſt præſcriptionẽ cõpletã.idẽ Feli.in c.nouit.in iij.col.de iudic.& Barba.in xxxv.col.de iudi.Ioan.Pet.de Ferra.in forma reſponſionis rei conuẽti. in gl. pſcriptionis.in xxiiij.fol.& ideo dicit Bart. in l.fi.§.j.in prin.ff.rẽ ratã habe.† ℔ tuus præſcriptione ſi ſoluat poteſt repetere. dicit tamẽ Bal.in l.ſi quis emptionis.in §.j.C.de præ-

25 ſcri.xxx.vel xl.anno.caueat† pręſcribẽs ne perdat poſ-

26 ſeſſionem rei pręſcriptę,quia ſi opponatur ei mala fides,vix poterit recuperare niſi habuerit titulũ.& ſto. iſtud dictum Baldi propter ea quæ dicta ſunt ſuperi⁹, ℔ etiam in præſcriptione ſtatutaria requiritur bona fides. ¶Et ad dictum Bald.in d.l.ſi quis emptionis.vide quæ dicit Ioan.Pet.de Ferra.in forma reſponſionis rei conuenti.in gl.in verſi. præſcriptione.

ADDITIO. Vide etiam ad illud dictum Bal.illud quod dicit Matth.de affl.in conſtit.regni Siciliæ,quæ incipit,conſuetudinem.in vj.not. in iij.lib.

NVnquid autem hæc cõſuetudo aliquid immuret in vſucapione rerum mobilium? Credo† ℔ nõ, 27 quia appellatione præſcriptionis propriè & ſtrictè loquendo non venit vſucapio. l.ij. C. in quibus cauſſat longi temporis præſcriptio.

IN TEXTV IBI, Sont vniformes.

BAl d.in l.j.& ij.C.ne rei dominicę vel templorum. videtur tenere ℔ per hoc ſtatutum iura loquẽtia de vſucapione triẽnali nõ ſunt correcta. faciunt gloſ. Bar.& doct.ĩ l. iij.ff.de vſuc.Dy.in regula,ſine poſſeſſiõe.in prin.de reg. iur.in vj. ergo cũ ſum⁹ in materia ſtricta & correctoria iuris cõmunis,q̃ dicitur odioſa. c.j.de filiis preſby. in vj. facit c.cùm dilectus. cum ibi not.de conſangui. & affini.voluit Panor.in c. fi.de ſimonia.facit text.in l.quod verò contra.ff. de legibus. nõ comprehenditur vſucapio,ſed ſola præſcriptio rerum immobilium & iurium propriè loquendo. ¶Ad quod facit,† ℔ qñ ſum⁹ in materia exorbitãti & odioſa,& reperitur vnum verbum quod poteſt capi in genere & in ſpecie,debet potius capi in ſpecie,quàm in genere,ſecundum Bart.in l.hoc legatum.ff. de leg.iij. Bar.in l.j.§.j.in fi.ff.de edendo.facit tex.in ca. Rodulphus.& ibi Panor.de reſcri. ¶Facit tex. cum glo.& ibi doct.in authẽ.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.vbi verbum præſcriptio in genere non cõprehendit vſucapionẽ. facit etiam,quia in ſtatutis verba debẽt capi propriè.l.iij.§.hæc verba.ff.de nego.geſt. ¶Et facit, quia hæ conſuetudines ſunt introductę ad diminuẽdum lites,vt dicitur in proœmio carundẽ,ex quo nõ eſt veriſimile ℔ voluit auferre vſucapionem,& illã in lõgius tempus protrahere,† cùm ipſa vſucapio ſit inuenta ad hoc vt ſit litium finis l.fin. ff. pro ſuo. & illã in longius tempus protrahere eſſet potius augere lites,quàm diminuere.& dicit Raynerius in c.cùm eccleſia ſutrina.de cau.poſſ.& proprieta. ℔ conſuetudo Burgundię dictans , ℔ omnis præſcriptio reducta eſt ad ſpatium xxx.annorum,intelligitur de pręſcriptione x.vel xx.anno.& inferiore xxx.annorum, ſed non de maiore xxx.annis. probatur vt dicit in l.omnes.& in l.ſicut.C.de præſcri.xxx.vel xl. anno.& in authen. quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.

1 *Verba in odioſis quo modo capienda.*

2 *Vſucapio ad quid inuenta.*

ET aduerte,quia hîc dicitur ℔ vſucapio ad hoc inuẽta eſt,vt ſit litium finis,ex quo dicit Bart.in d.l. fi. ff. pro ſuo. ℔ exceptio præſcriptionis impedit litis ingreſſum.quod an ſit verum,ponũt docto.in c. j.de lit.conteſt.in vj.Ioan.Frã.Balbus in tractatu præſcriptionum in j.parte,in ix.quæſt.Felin.in rubr. de pręſcrip.dixi amplè in meo conſil.incip. *Le cas eſt tel. En l'an mil cccc xxxvij.*&c. in j. parte illius conſilij,ibi,Sed quod plus eſt,videtur.& in ſecunda parte ibi,ad fines autem non recipiendi.

Quid

QVid autē de præſcriptione decē anno. de qua in l.j.& ij.C.ſi aduerſus creditorē.& alias de actione hypothecaria quomodocunq; ſit,an per hanc cōſuetudinē ſit reducta ad preſcrip.xxx.anno.Bal.notabiliter cōſuluit in conſil.ſuo cccclxxvij. incip. recolo me aliàs cōſuluiſſe.cū ſeq.vbi plures ſe inſcripſerunt. in v.parte.& Ang.in conſi.ſuo ccij.¶Idem erit dicendum de aliis præſcriptionibus, vt de illa de qua in l. petendæ.C.de tempori.in integ.reſti.pet.

NOn intendo hīc alio modo inſiſtere in materia præſcriptionis, cùm plures in hac materia pleniſſimè ſcripſerint.& Felin.& doct.in tit.de præſcrip. & ſcripſi in tract.præſcrip. quem feci vt ſuprà dictum eſt,ad dicta ibi me remitto.

ET quantum ad interruptionem conſuetudinariæ præſcriptionis ſeu ſtatutariæ, an interrumpatur his modis quib⁹ prę̄ſcriptio legalis,vide plenè Feli.in c.illud.in ij.col.verſic.circa ciuiles. de præſcrip. ¶Vide Boërium in conſuetudine ſeptenæ Bituric.titu.de præſcriptio.§.j.in gl.quaſi in fine.

3 *De interruptione præſcript. conſuetudinariæ.*

ITẽ aduerte, † ꝙ per hæc verba si in aliqua materia sit consuetudo loquens generaliter, non cõprehẽderet casum specialẽ in iure expressum, nisi de eo etiã fiat mentio in cõsuetu. per regulã gl. multũ notabilẽ in l. sciendũ. ff. qui satisdare cogan. & ibi do. meus Ias. facit l. in testamentis. & ibi Salice. C. de testamen. & do. meus Ias. in l. j. §. sed si mihi. ff. de verb. obl. & in l. postquã. liti. in fi. C. de pact. & in l. iusiurandũ & ad pecunias. §. q iusiurãdũ. in fi. ff. de iureiu. & ĩ l. fratres. in ij. col. C. de inoff. testa. & in l. quoniã in prioribus. in fi. eodẽ. tit. de inoffi. testamen. & in l. hac cõsultissima. in iij. col. qui testa. facere possunt. & per Feli. in c. j. in vij. col. de reseri. p quã regulã dixi in casu emergẽti, ꝙ licet dicatur per cõsuetudinẽ nostrã suprà in tit. *Des confiscations.* §. j. ꝙ cõfiscatio cõpetit domino altæ iustitiæ, in casu in quo corpus cõfiscat, ꝙ ille text. generaliter loquẽs nõ cõprehendit casum specialem. de quo in l. vnica. §. & si quidem. C. de raptu virginum. qui est scilicet, quãdo quis rapuit virginem ingenuã, quoniam vt dicit ibi glo. & Sali. ꝙ speciale est in hoc casu, ꝙ bona confiscata non applicãtur fisco, sed mulieri raptæ. & ista est vna notabilis limitatio ad dictũ. §. primum. in secundo arti. per quam cùm casus cõfiscationis euenit, debet dici in sentẽtia, ꝙ bona illi[s] raptoris declarãtur cõfiscata, & mulieri raptę applicata, non autem domino altæ iustitiæ. Vidi tñ ꝙ curia in casu in quo tantũ fuerat dictũ per quendam iudicẽ, ꝙ bona raptoris declarabãtur confiscata, nec erat dictũ cui applicari deberent, ex se ordinauit certam summã capiendam ex bonis condemnati, & illam applicandam & distribuendam mulieri raptæ etiam muliere non petente per processum, nec requirente.

IN TEXTV IBI, Interpretees selon droict escrit, & non autrement.

ADde ꝙ sunt sex species interpretationum, quædã est imperatoria seu regalis: secunda est senatoria seu prẽfectoria: tertia est iudiciaria & vniuersalis: quarta est consuetudinaria: quinta iudiciaria & particularis, seu specialis: sexta professoria seu magistralis, de quibus amplè, & de materia interpretationum per Luc. de Penna in l. grammaticos. C. de profes. & medicis. lib. xij. & ample notatur in l. j. C. de legi.

BAldus in l. omnes populi in ix. col. ibi, sed quid si cauetur alio statuto. ff. de iusti. & iure. dicit, † quòd si statuto cauet ꝙ statuta nõ possunt interpretari vel glossari, sed præcisè seruẽtur, intelligit de glossis hominis, & non de glossis legis. vt C. de adul. l. quãuis. & ratio est vt dicit do. meus Ias. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. in ij. col. † qa interpretatio legis est necessaria, ergo nõ põt tolli per statutũ: secundũ Bal. in l. fi. ff. de origi. iuris. & in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. vbi ponit quomodo intelligantur hęc verba, ꝙ nõ possunt glossari. ¶ † Item etiam sicut potest interpretari per legem, sic etiam per punctũ rationis. vt dicit Bal. in c. j. in vij. col. de constit. & idem Bal. in auth. ingressi. in j. col. C. de sacrosan. eccle. † quòd verba generalia restringuntur ad id quod est rationis. & ideo dicit gl. in c. ex eo. de elect. in vj. in verbo, rationis. † ꝙ vbi legem nõ habemus sufficit allegare rationem. de qua glo. do. Ias. in l. dedi. *la premiere.* §. si liber. ff. de condi. ob causam. & in l. quoties. in v. & vj. col. C. de rei vend. & in l. illam. C. de colla. & faciunt quæ dicit do. Franc. de Cur. in cons. suo xxxiiij. in v. & vj. col. de quo dixi in glo. præcedenti. faciunt quæ dicit Ant. de But. in c. iij. de prẽben. Panor. in c. proposuit. & in c. suggestum. de appella. vbi dicit, † quòd lex siue statutum generaliter loquens, potest restringi per rationem naturalem quæ habet vim legis. l. scire oportet. §. sufficit. & ibi Bald. ad hoc notat. ff. de excusa. tuto.

1 *De interpretatione consuetudinum.*

2

3

4 *Ratio suficit lege deficiente.*

5

6

ET aduerte † ꝙ iste terminus interpretatio, sumit[ur] duobus modis. vno modo ꝓpriè, secundũ eius ꝓpriã significationẽ: & dicit[ur] legis declaratio. ita tenet Abl. de Rosate in l. j. super verbo, interpretationẽ. ff. de origi. iuris, & hoc modo nõ prohibẽtur hæ nostræ cõsuetudines interpretari, id est declarari. ¶ Alio modo sumit[ur] impropriè, & sic ꝓ interpretatione seu declaratione correctiua, restrictiua, & extẽsiua. gl. est no. in l. j. §. q operas. ff. ad Tertul. & sentit glo. in d. l. j. ff. de origi. iuris. & ibi Alb. de Rosate. & in suis statutis q. cliij. ¶ De interpretatiõe expositiua, correctiua, & restrictiua, vide Io. Sanxon. in consue. Turonen. tit. *Des droicts de basse iustice.* arti. v. fol. ix. & x.

7 *Interpretatio quid*

DE interpretatione correctiua & restrictiua nihil hîc dico, cùm nullum sit dubium quòd nulli sit permissa. de interpretatione extensiua, an scilicet liceat has nostras consuetudines interpretari, vt extẽ-

Conclusiones consue. nostræ an extẽdi possint.

BIU Cujas

dantur, vel extendi possint, videndum est, & in hoc articulo facio xxvij. conclusiones.

8 Ratione identitatis

PRima conclusio est,† q̃ statutũ extenditur ad aliũ casum nõ contentũ in statuto, qñ est eadẽ ratio. ꝓbatur istud pluribus modis. primò probatur p gl. in l. oẽs. in verbo, apostolicæ. C. de feriis. vbi tex. loquens de apostolis, extẽdit idem esse de beata virgine Maria.

SEcundò probatur per gl. in cle. j. de rerũ permutatio. & per Card. Florẽ. in gl. in verbo, conferantur. ibi, puta q̃ nedũ. vbi dicũt quòd sicut collatio facta de beneficio resignato in vim permutationis, alteri quã ei permutanti est nulla. ita est dicendum de electione, præsentatione, & postulatione, ex mente legis.

TErtiò facit gl. in cle. ij. in verbo, beneficiis. de iudiciis. vbi tex. ille loquens de beneficio simpliciter, extẽditur ad hospitalia. de qua materia qñ tex. loquẽs de beneficio habeat locum in hospitali, vide plenè per Felin. in c. de quarta. in ij. & iij. col. de præscrip.

QVartò facit gl. in §. j. in auth. vt ij qui obligatas se habere perhibent res minorum. in verbo, ad curationẽ. coll. vj. vbi dispositio loquens in curatela habet locum in tutela. de qua per Iaſ. in l. j. §. veteres. in iiij. col. ff. de acqu. poſ. & in l. eius qui. §. quòd si stipulatus. in v. col. ff. si cert. pet.

QVintò facit gl. in l. j. ff. de calumnia. in verbo, non faceret. vbi textus loquens in acceptore extenditur in datore.

SExtò facit gl. in §. j. in verbo, hoc obser. in auth. de triente & semisse. coll. iij. & l. qd̃ verò. ff. de legi. & in l. si constante. ff. sol. mat. in prin. vbi textus loquens de viro qui vergit ad inopiam, extenditur ad socerũ.

SEptimò facit gl. in c. non debet. de consan. & affi. in gl. magna, ibi, sed nũquid publica honestas. vbi licet tex. tantũ loquatur de impedimẽto cõsanguinitatis, tamen in illis casibus est sublatum ius antiquũ in consanguinitate & affinitate, est etiam sublatum in publica honestate, ibi per eum: & sic illud ius in consanguinitate habet locum in publica honestate.

OCtauò probatur in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. vbi lex loquens de legitima filiorum, extenditur ad legitimam parentum.

NOnò ꝓbat̃ in c. si postquã. de elec. in vj. in verbo, in ꝓuisione. vbi dispositio illius capituli quę loquitur in petẽdo cõfirmationẽ electionis, quę pẽdẽte appellatione emissa ad papã fieri non pót, & si fiat, est nulla, dicit idẽ esse i postulatiõe admittẽda, q̃ admitti nõ debet pẽdẽte appellatione emissa ad papã. & sicut elect⁹ petẽs cõfirmationẽ suę electiõis, accedẽs ad Romanã curiã virtute appellatiõis illicẽtiatus, si recessit ante finitũ tẽpus cadit à iure suo prætenso virtute electiõis, idẽ est de postulato & de ꝓuiso iure deuoluto.

DEcimò facit gl. in c. ordinarij, in verbo, animarum cura. de offic. ordinarij. vbi dispositio loquens in beneficiis animarum curam hebentibus, habet locũ in aliis, in quibus est eadem ratio.

VNdecimò facit gl. in cle. vt hi qui. in verbo, in eisdem cathredralibus. de ætate & qualitate. vbi dispositio illius c. habet locum in principalibus prælatis ecclesiarum collegiatarum.

DVodecimò probat gl. in c. j. de postu. prælator. in verbo, priuare.

DEcimotertiò facit gl. in c. sciant cuncti. in verbo. alios. ibi, sed nunquid huius decretalis pœna. de elect. in vj.

DEcimoquartò facit gl. in c. fi. in verbo, electione. de elect. lib. vj. de qua Panor. in cons. ccxxj. incip. in quæstione mouenda. & Iaſ. in auth. sacramenta puberum. in iiij. col. C. si aduersus venditio.

DEcimoquintò facit gl. in c. quàm sit, in verbo, vacuetur, de electio. in vj. ibi, & nota secundum Gulielmum, quòd hoc statutum est in electione, idem & in postulatione.

DEcimosextò facit gl. in l. j. §. dolum. ff. de dolo. vbi lex loquens in numero extenditur ad pluralitatẽ & econtrà. & facit l. iij. in §. negotia. ff. de neg. gestis.

DEcimoseptimò facit gl. quæ hoc tenet in cle. & si principalis. de rescrip. in verbo episcopi, vbi illa clementina loquens in vicario episcopi, habet locum in vicario capituli, sede vacante.

DEcimooctauò faciunt not. in §. j. in auth. de filiis ante dotalia instru. natis. coll. iiij. vbi lex interpretans, trahitur ad alium casum in quo ipsa non loquitur, sed loquitur lex interpretata.

DEcimononò probatur l. senatusconsulto. & in l. libertum. ij. §. senatusconsulti. ff. de ritu nup. vbi lex prohibens filium tutorẽ contrahere matrimoniũ cum pupilla ipsius tutoris, extenditur ad hæredẽ extraneum ipsius tutoris. & rationem ponit ibi text. ne puellæ in re familiari circumscribantur, ab his qui rationes gestæ tutelæ reddere compelluntur.

VIcesimò vẽ facere gl. in l. vnica. C. de his qui ante apertas tabulas. quæ extẽdit dispositionẽ illi⁹ legis, vt fiat transmissio ad ascenden. licet lex loquatur de trãsmissionibus ad liberos descendentes duntaxat.

VIcesimoprimò facit gl. in l. quæ propter necessitatem. ff. de reg. iur. vbi lex permittens alienare res ecclesiæ ob redemptionem captiuorum, extenditur ad alienationem ob alimenta.

VIcesimosecundò facit gl. in auth. præterea. in verbo, non extantibus. C. vnde vir & vxor. vbi dispositio illius auth. loquens in descendentibus extenditur ad ascendentes.

VIcesimotertiò facit gl. in l. miles. in verbo, facere. ff. de re iud. vbi lex illa loquens in milite ar matæ militiæ, extenditur ad militẽ cęlestis militię, & ad patronum causarum, qui dicitur miles. quod nota pro aduocatis, si esset verum.

VIcesimoquartò probatur per glo. in l. ob æs. C. de prædiis & aliis reb⁹ mino. vbi etiã licet sit dictio taxatiua tãtùm, extẽditur dispositio ex idẽtitate rationis. & ideo dicit Iaſ. in l. j. in iij. col. C. de bono. possess. contra tabul. & in l. Gallus. §. instituẽs. in fi. ff. de liber. & posthu. quòd dictiones taxatiuę non excludunt similia, vel connexa, vel ea in quibus est eadem ratio.

VIcesimoquintò facit glosſ. in l. illud. in verbo, alia causa à simili. C. de sacrosan. eccl. in prin. illius gl.

VIcesimosextò faciũt notata per Bal. in auth. quas actiones. C. de sacrosſ. eccl. qui dicit statutum debere extendi ad alium casum propter identitatem rationis, vbi ratio est sumpta in statuto. & ibi plenè de materia extensionis per Iasonem.

VIcesimoseptimò & vltimò faciunt quæ notantur per doctores in l. si quis seruo. C. de furtis. & in l. ij. C. de indic. viduita. tollen. & ibi plenè. pe do. meum Iaſ. quem vide.

PLura in contrariam partem possent allegari & adduci, quę omnia sub triginta duabus conclusionibus multum vtilibus explanabo.

PRima ergo erit conclusio.† Statutũ quod est contra ius commune non potest extendi etiã ex maioritate rationis, quando ratio non est expressa in statuto. sed si ratio sit expressa, tunc bene fit extensio, etiam si sit statutum correctorium iuris antiqui. Ita tenet Bald. in auth. quas actiones. in ij. col. C. de sacrosſ. eccle.

9 Statutũ contra ius commune quãdo extenditur.

BIU Cujas

eccl.per l.his solis.in his verbis, tacitè cautum putamus. C de reuo.dona. Ad idem facit tex.in l.cùm mulier.§.j.ff.sol.mat.inducendo vt inducit ibi Raph.Cuma.qui ad hoc notat ibi illum tex.Idem tenet Pau.de Cast.in l.quãuis.C.de fideicom.Idẽ tenet Ias.in auth. non licet.in ij.& iij.col.C.de libe.præte.Hæc fuit conclusio Cy.in l.quicunque.C.de seruis fugiti.

Vnica tãtum ratione existente.

SEcunda cõclusio, ꝙ non solùm statutũ correctoriũ extenditur ex identitate rationis, quando ratio est scripta in statuto & expressa, sed etiam quando vnica tantũ ratio potest assignari in statuto correctiuo, quia idem est, ex quo illa habetur pro expressa. gl.sing.in l. quamuis.C.de fideicom.quam ibi not.Bal.& Paul.de Cast.& Bal.in l. maximum vitium.C.de lib.præte.in iiij.col.Bal.& Imo.in l.fi.ff.de hære.instit.Ias.in l.certi condictio.§.quoniam.in pe.col.ff. si certum pet.& in l.j.§. nunc videamus.ff.de noui oper.nun.& in l.siue apud acta.in ij.& iij.col.C.de transact.Idem do.meus in §.omnium.in viij.col.insti.de actio.vbi dicit glo.in cle.j.in verb.eligatur.de electio.expressius tenet illam regulam quam gl.in d.l.quamuis. Alex.in consil.suo xlviij.in iij.col.in j.vol.Idẽ Ias.in auth.quas actiones. in vij.col.C.de sacrosanc.eccle.idem do.meus.in l.de quibus.in iiij.col.ff.de legi.Feli.in c. cũ omnes.in xiij. col.extrà,de consti.& in c.si quando. in viij.col.extrà. de rescript.& idem do.meus.Ias.in l.j.in iij.col. C. de successorio edicto.

SEd iuxta prædicta insurgit dubium.Dicunt aduocati pro vna parte, qui volunt statutum extẽdere. vna est tantùm,seu vna potest tantùm ratio in hoc statuto assignari,scilicet talis: sed eadẽ est ratio in tali casu,ergo debet in simili casu extendi statutum ex identitate rationis.alij verò aduocati qui dicũt statutũ nõ debere extẽdi,dicũt ꝙ plures rationes quàm illa possunt assignari,& sic ex quo ratio non est expressa,non potest extẽdi statutũ.quid in dubio sit præsumendũ? Dominus meus in d.auth.quas actiones.in vij.col.dicit,ꝙ solus Barthol.de Sali.in l.si serui vestri.in ix.col. C.de noxa.tangit istã quæstionem,& dicit ꝙ non debet præsumi ꝙ sit vnica tãtùm ratio,sed debet præsumi oppositũ.Idẽ do.meus Ias.hoc allegat.in l.j.in iiij. col.C.de successorio edicto.posset tamen sustineri cõtrarium,quod credo verius per ea quæ dicit idem do. meus Ias.in l.eum qui.§.in popularibus.in pen.col.ff. de iureiur.vbi dicit & tenet quòd pluralitas non præsumitur. Ex qua regula ibi reprobat duas authoritates,Io.And.scilicet & Alex. quas vide.

Correctoriũ & pœnale simul

TErtia conclusio, ꝙ statutũ correctorium, & pœnale simul non extenditur ex identitate rationis, etiam quãdo ratio esset scripta in statuto. Istud colligitur ex gl.singulari iũcta cùm tex.in cle.vt hi qui. in verbo,eisdẽ.de ætate & qualita.ibi,mihi tamen est satis ꝙ communiter non comprehendatur, vt probant iura prædicta vt sic hoc ius correctiuũ & pœnale, nõ largissimam,sed potius strictam interpretationem recipiat.& per illam gloss.ita expressè tenet Lud.Rom. consil.cxxix.incip.Licet magna dicta apud me. Et ita tenet dom.meus Ias.in d.authen.quas actiones. C.de sacrosanct.eccle.vbi plures hanc conclusionem tenentes allegat.

Ex larga significatione vocabuli.

QVarta conclusio est, ꝙ statutũ extenditur ad aliũ casum propter identitatem rationis, vel maioritatem rationis, attenta larga significatione vocabuli. gloss.in auth.minoris debitor. C.qui daretur tut.possunt.glo.in cle.j.in verbo, eligatur.de elec.Ias.in l.j.in fi.j.col.ff.de vul.& pup.substi. qui allegat gl.in d.cle. vt hi qui.in princi.idem do.meus Ias.in l.emancipata. in vlt.col.C.qui admit.& in l.fi.in vij.col.C.de edict. diui Adria.toll.Alex.in cons.lxvij.in ij. col.in j.vol.& in cons.xxiiij.in fi.j.vol. per quam conclusionem potest dici quòd consuetudo nostra suprà posita,titu.*des succeßions*.§.xij.disponens quòd fœmina maritata per patrẽ & matrem,existentibus masculis sit exclusa.idẽ sit in nepte,quia de lata significatione, neptis cõtinetur appellatione filiæ.notatur in l. liberorũ.ff.de verbo.signi.& hanc cõclusionem tenet Bal.in l.maximũ vitium.C.de lib.præte.& sequitur Ant.de But.in c.fi. extrà de consuet.vbi dicit ꝙ.l.ij.C.de patri.qui fil.distraxe.quæ loquitur in venditione, extenditur ad pignoris obligationem,& etiam gl.in cle.j.de elec.quæ loquitur in electione, habet locũ in prouisione, quia non differunt in lata significatione.

Ad euitandum absurditatem.

QVinta cõclusio est, ꝙ statutũ etiam correctorium extenditur vt non resultet absurdum.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excu.tut. Ita expressè tenet Imol. in l.si verò.§.de viro.in prima fallentia.ff. sol.mat.vbi ponderat ad hoc gl.j.in cle.fi.in gl.j.& ij.de rescri. Ias. in l.fratres.in ij.col.& in l.omni modo.in j.col.C.de inoffi.test.Felin.in c.translato.in vlt.col.extrà, de constit.Alex.de Immo.in l.si constante.in prin.ff.sol.mat. ¶ Vide per Io.Sanxon.tit.*des droicts de basse iustice*.arti. quinto.versi.quarta conclusio.fol.x.

Et nullitatem vel illusionem.

SExta conclusio est,quãdo statutũ alias nullũ sortiretur effectum,seu esset illusorium, tunc fiet extẽsio ex identitate rationis,etiam si sit correctorium iuris.vt in l.si stipulatus fuero per te.ff.de verb.obliga. Bar.in l.non dubium.C.de legi.& in l.omnes populi. ff.de iusti.& iur.Probatur hæc conclusio ex gl.in cle. j in verbo,sepelire.in fi.de sepul.& est bona gl.in cap. quanquam.in gl.fi.de vsuris,in vj.& hanc conclusionem ponit Io.de Ana.in rubrica,de apostatis.in ij.col. ibi,& pro prædictis facit. do.meus Ias.in d.auth.quas actiones.in viij.col.de sacrosan.eccl.Feli.in c.translato.in ver.iij.not. extrà, de consti. ¶ Ista est tertia conclusio Io.Sanxon.in consu.ti. *des droicts de basse iustice*. articul.quinto.fol.xij. in materia interpretationis extensiuæ.

In correlatiuis habẽtibus eandem rationem.

SEptima cõclusio est,ꝙ statutũ in vno correlatiuorum extẽditur ad reliquum ex identitate rationis. Hæc conclusio probatur in l.fi.C.de indi.vidui.tol.& sic statutũ in marito extenditur ad vxorẽ. vt not.Bal. in l.liberorũ.ff.de his qui notã.infa.Bal. in auth.quas actiones.in ij.col.C.de sacrosan.eccl.Petr.de Anch.in cõmento c.canonum statuta.in x.charta. ver.vlterius quæro.extrà,de constit.Hinc videm⁹ ꝙ statutũ in vẽditore extenditur ad emptorem.l.j.ff.de calumniator. Facit gl.in c.si postquam.de elec.in vj. Hinc etiam videmus quòd lex corrigens in actore,extenditur vt etiam corrigat in reo,& econtrà.gl.est in l.per interual lum.ff.de iudic.gl.est in auth.qui semel.in verbo, per interualla xxx.dierum.C.quomodo & quãdo iudex. ¶ Et quòd statutũ loquens in vno ex correlatiuis extendatur ad aliud:faciunt quæ dicit do.Franc.de Are. in consi.cxxx.Franc.de Curte iunior præceptor meus in consi.vj.post feuda,hanc conclusionem probat do. meus Ias.multis decisionibus in d.l.fi.C.de indi.viduita.tol.& intelligit prædictam conclusionem dominus meus Ias.quãdo est eadem ratio in vno ex correlatiuis,habere locum etiam in pœnalibus,licet pœnæ sint restringendæ.allegat Panor. ita tenere in proœmio Decretalium.& in c.quia clerici.de iurę patro. Ita tenet Bart.in authen.qui semel.C.quomodo & qñ iudex.& in l.vnica.per illum text.C.de cupressis.lib. xj & dicit Panor.in d.c.quia clerici quòd ista est com-

BIU Cujas

munis opinio legistarũ.idẽ Pan.in c.fi.in iij.co.extrà, de rescriptis.Geminia.in c.j.de tẽpor.ordi.in vj.in iiij. col. ¶ Cõtrariũ tñ tenuit idẽ Pan. in c.j.in fi.extrà, de
10 locato.motus,† quia pœna tanquã odiosa nõ egreditur proprium casum.& facit glo.in cle.j.de consan.& affini.vbi pœna imposita contrahenti matrimonium cum moniali,non extenditur ad ipsam monialem.

De correlatiuis diuersas rationes habentibus.

SEcus autem dicit dominus meus esse in correlatiuis,vbi est diuersa ratio,seu nõ est eadẽ ratio, quia tunc dispositũ in vno non habet locũ in alio, & ideo non est mirum si dispositio nostræ consuetudinis suprà in ti.*Des droicts & appartenances à gens mariez*.in §. vj.incip.*femme mariee selon la generale coustume du duché de Bourgongne & douee*,quæ disponit,quòd mulier maritata secundũ consuetudinẽ ducatus Burgundię,habet dohariũ super bonis antiquis,seu in hæreditagiis mariti,nõ habeat locũ in viro, cùm nõ habeat dohariũ super antiquis hæreditagiis suæ vxoris,cùm ratio illius consuetudinis sit, eo ꝙ istud dohariũ non cedit lucro mulieris,sed tantum datur in compensationem dotis,& loco alimentorũ quæ debẽtur ab hæredibus mariti, non soluta dote:secus autẽ esset si maritus caperet vsumfructũ in media parte antiquorũ hęreditagiorũ vxoris,quia tunc cederet ei lucro,& nõ esset æquum cùm videretur habere vim cuiusdam donationis,quæ omnino prohibetur inter virũ & vxorẽ.Non credo istã rationẽ verã,quicquid mihi dixerit quidam magn⁹ aduocat⁹,eo ꝙ si marit⁹ haberet lucrũ ex dote per statutũ, valeret statutũ,nec præsumeret donatio, cùm simile sit statutũ Papię,vbi mariti lucrantur dotẽ integraliter, & Mediolani ꝙ lucrãtur dimidiã partẽ,vt dicit do.meus Ias.in l.cunctos populos,in prima lectura,in xiiij.col.C.de sum.trini.& fide catho.¶ Credẽ ergo ꝙ ratio sit,ꝙa ita scriptũ est de vxore ꝙ habeat,& ideo seruãda est lex,licet sit dura.l. prospexit. ff.qui & à quibus manumiss.libe.nõ fi.& de viro cùm
11 aliter sit obseruatũ,minimè mutandũ,† cùm minimè mutanda sint quæ certam interpretationem ex obseruãtia habuerint.l.minimè. ff. de legi.& durum est recedere ab illo quod diu fuit practicatum. Pan.in c.cũ ad sedẽ.in ix.col.extrà,de restitutio. spoli. & dicit do. meus Ias.in l.rem quę nobis.in primo not.ff.de acqu. poss.quòd minimè mutanda sunt quę in practica certam legem habuerunt.Dixi alibi pluries.

In parificatiũ lege antiquæ.

OCtaua conclusio est,ꝙ quando duo casus æquiparantur per legẽ antiquã,tũc lex noua seu statutũ corrigens in vno ex parificatis, extẽditur ad aliud, & nõ vltra parificata per legẽ antiquam. allegatur gl. in l.si quis seruo persuaserit.C.de fur.melior tex.in l. quod verò contra. ff. de legi.sed illa gl.loquitur in exorbitantibus tantũ.in correctoriis tenet Bart. & alij post eũ in l.Marcellus.in prin.ff.ad Treb.probo meli⁹ hãc conclusionẽ per l.fi.C.de sacros.eccl.quo ad præscriptionem centenariam, parificantur ciuitas & ecclesia in tribus,scilicet in relictis,donatis,& venditis, & nõ in omnibus, & per omnia,tunc ex quo authẽt. quas actiones.C.de sacros.eccl.corrigit in ecclesia dictam præscriptionẽ,videtur etiam corrigere in ciuitate illis trib⁹ casibus,& nõ in omnibus, & per omnia, prout tenet ibi Ias.post alios, qui circa hoc multũ insistit.faciũt quæ dicit Ias.in auth.nouissima. in xj.col. C.de inoffic.test.& in l.j.in vj.col.C.qui admit.facit gl.in authen.de triente & semisse, in §.j.in verbo,hoc obseruando.& videtur esse conclusio Anto.de But.in c.fi.de consuet.per glo.in c.j.ne clerici vel monach.vt hîc statim in conclusione sequenti,quę quasi videtur sonare idem cum hac.

NOna cõclusio est,ꝙ quando per legem antiquam expressè dicitur duos casus parificari in omnib⁹ & per omnia,& ꝙ vnus casus extẽdatur ad alium,tũc nouum statutũ disponens in vno tantũ,extenditur ad reliquum; dũmodo istud statutũ non remanet in diuersa materia, in qua nõ est facta parificatio per legẽ veterẽ.ista est conclusio dñi Ant.de But.in c.fi.de cõsuet.& quod notatur in l.j.ff.de legi.tut.& sic intelligitur gl.in c.j.ne clerici vel mona.lib.vj. in verbo,declaramus. vbi personatus & beneficium curatum solùm parificãtur,in casibus in quibus reperiuntur parificata.sic etiam intelligitur gl.in c.quæ à iure de regulis iur.& in c.statutum,de præbendis,in sexto.

In parificatiũ vi regulæ antiquæ.

DEcima conclusio est, ꝙ vbi duo casus parificãtur vi regulæ antiquæ,tunc statutum disponens aliquid in vno parificatorum, extenditur ad reliquum, ista fuit conclusio Bar.in l.Marcellus.§. quod autẽ.ff. ad Trebel.& Ange.in l.si quis seruo.C.de furtis. facit tex.in c.translato,extrà,de cõstit.& tex.in auth.de nõ eligẽdo secundò nubẽtes.§.hoc autẽ in versi. quia verò.§.colligentes. vbi dicitur cõstitutiones extendi ad extranea pluries assimulata, & in pluribus iuris decisionibus comparata.& sic etiam intelligitur glo.in cle.j.de ætate & qualitate,in verbo,admittẽdis. & gl. in c.ordinarij.de offi.ordi.in vj.in verbo,animarũ cura inducitur ad propositũ, dicitur in d.l.Marcellus.§. ꝙ aũt.ff.ad Treb.ꝙ in quibus cessat Falcidia, cessat & Trebellianica, & ideo cum Falcidia & Trebellianica parificantur,si fiat statutum in vno, extenditur ad reliquum. ¶ Ex quo dixi & dico,ꝙ ex quo per vnam ex nostris consuetudinibus parificantur quo ad ius retentionis,dominus feudi & dominus censualis, vt in tit. *Des retraicts.§. au reachat.* ꝙ etiam tempore parificantur,& ideo quod tempus statutum in domino cẽsuali per §. *& si on met rentes*,in tit.*des censes*.qui est sequens, habet etiam locum in dño feudi, quia habet tantum xl.dies post denuntiationem, eo etiam maximè quia de iure communi nõ reperitur tempus statutum in domino feudi.& quantum ad §.porrò.in titu. qualiter olim feudum poterat alienari.nõ dicit ibi ꝙ dñs feudi habeat istud ius,nec ꝙ sit tẽpus vnius anni, sed dicit, ꝙ erat quædã consuetudo, quã non approbat,& adhuc illam recitat non dispositiuè, sed recitatiuè ad casum suum deueniendo.cogita, quia ita dixi in facti contingentia in ardua causa.

VNdecima conclusio est, ꝙ quando duo æquiparantur in aliqua materia per legem antiquam in omnibus & per omnia, tunc statutum nouum corrigens in vno intelligitur corrigere in alio etiam in materia pœnali:vt probatur ex capite,si postquam. de elect.in sexto.cum gl.vlt.vbi doctores.per Panor.in c. de multa.per gl.ibi,de præben.do.meus Ias.in l.transigere.in v.col.C.de transactio.& in §.ex maleficiis.in x.col.institu.de actio.

Ex fi la.

DVodecima cõclusio est,& aduerte ꝙ sicut lex seu statutum ponens regulam extẽditur ex identitate vel maioritate rationis,ita etiã quando ponit exceptionem.ita tenet do.meus Ias.in d.l.transigere in v. col.C.de transactio.& in l.j.in ij.col.C.de iur.& facti ignorantia.Pan.in c.cùm omnes.in v.col.extrà,de cõstitutio.& ibi Fel.in xiij.co.idem Ias.in l.de pupillo.in prin.in quarta.col.ff.de noui operis nuntia.& in l.j.in vj.col.C.qui admitti. Fel.in c.pastoralis. in tertia col. extrà de rescriptis.

In consecutiuis.

DEcimatertia conclusio est, quòd quando duo sic se hãbent,quòd vnum venit consecutiuè ad alterum,dispositum in vno extenditur ad reliquum.hæc

conclu

conclusio probatur in c.cùm in cūctis.de elect.sic declarādo, certa enim ætas est determinata in dignitatibus inferioribus habentibus annexum ordinē,& certa ætas est determinata ordini nulla existente dignitate:si ætas restringitur in dignitate per aliquod nouū statutum,restringitur ætas in ordine,& sic extenditur statutum.ista etiam fuit conclusio do.Antonij.de Butrio in d.c.fi.de consuet.

In subrogatis loco alterius. DEcimaquarta conclusio, ꝙ quando aliquis casus subrogatur loco alterius contenti in statuto, tūc statutum extenditur ad illum casum subrogatum, loco casus contenti in statuto.gl.est singularis in cle. & si principalis.in verbo, principalis.in fi.gl.de rescrip. Iac.But.in l.placet.C.de sacrof.eccl.& Ant.de Butr.in d.c.fi.de consue.Iaſ.in l.j.col.ij.ff.de vulg.& pupi.substitutione.

In pariter mēſuratis. DEcimaquinta conclusio est,quando duo sic se habent ꝙ vnū mensuratur ad instar alterius,dispositum in vno extenditur ad reliquū.pono exemplum. Tutela legitima defertur ad instar successionis ab intestato, puta quia repellit fœminam à successione de iure antiquo, sic etiā illo iure repellit à tutela.ita voluit Bar.in l.j.ff.de legi.tuto.vbi dicit quòd si agnati in successione præferuntur cognatis, illud statutum etiam extenditur ad tutelam.istam conclusionem ponit Ant.de But.in d.c.fi.de consue.Franc.de Aretio in rub.de acqui.poss.ff.in ij.col.Ang.de Aret.in §.actionum.in vij.col.insti.de actio.

In contrariis. DEcimasexta conclusio est, quia est regula ꝙ contrariorū eadem est disciplina.hoc modo, quia qđ statuitur in vno ex contrariis per vnam rationem,per cōtrariā rationē statuitur in suo contrario opposito. exēplum in l.& si contra.§.fi.ff.de vulg.& pup.substi. & quod ibi notatur.& ideo dicūt philosophi, ꝙ sicut se habet propositum in proposito,ita oppositū in opposito.l.si vt proponis.C.de nup. vt habetur in secūdo ethicorum.ita dicit Franc.de Aret.in rub. ff.de acqui.poss.in ij.col.ibi,contingit etiam.

In se inuicem gradatim sequē tibus. DEcimaseptima cōclusio,ꝙ qñ duo se habent inuicē gradatim,ita ꝙ vnū mēsuratur gradatim ab alio accidēti,vt quia est determinatū certū tēpus ordini diaconatus,& certū tēpus ordini presbyteratus,si fiat mutatio in vno ex gradib⁹ tantū, vī facta & aliis, ita intelligitur gl.in verbo,obseruantiam.in cle. gene ralē.de ætate & qualitate.& Ant.de But.in d.c.fi. ¶ Potest poni aliud exemplū. nam licitū est sine insinuatione donare aliquam quātitatem laico, & duplū ecclesiæ sine insinuatione,si in laico augmentetur qualitas per aliquod statutum nouū, vt possit fieri donatio sine insinuatione,ampliabitur & in ecclesia secūdum Bart.& Cy.in l.illud.C.de sacrosanct.eccles.

In lex interpretantze & interpretata. DEcimaoctaua conclusio est, ꝙ lex interpretās extēditur in omnem casum legis interpretatæ.text. est in §.j.in auth.de filiis ante instru.dota.na. coll.iij. & notatur in c.dispendia.de rescrip.in sexto.

In ordinatis ad eundem finem. DEcimanona conclusio est, ꝙ quādo duo sic se habent quòd vt præambula ordinantur per omnia in eūdem finem,vt cùm postulatio & electio ordinantur ad finem prouidendi ecclesiæ, propter idētitatem rationis dispositum in vno extenditur ad reliquum. Ant.de But.in c.j.post gl.de postu.præla.gl.in c.quàm sit.& in c.sciant cuncti.de elec.li.vj.& Pau.de Leaza. in cle.j.de electio.

In pœnalibus. VIcesima conclusio, quòd in pœnalibus nunquā fit extentio de vna persona ad aliam, nec de vna re ad aliam ex identitate rationis. plenè probatur per do.meum Iaſ.in l.fi.ff.de in ius vocan.& in §.ex maleficiis.in ix.col.institu.de actio.

ADDITIO.In multis tenet contrariū Alciatus in ij. lib.de verb.rerum signi.nu.50.& ibi ponit quomodo statuta aut cōsuetudines interpretāda sunt,& clari⁹ & vtilius in practica ponit Albertus Brunus in tract.de statuto excludēte fœminas à successione.in quinquagesimo articulo principali.vbi ponit xxxvj. regulas.

Lex interpretans. VIcesimaprima cōclusio,quòd lex noua interpretans veterem, extenditur ad aliam legem ex paritate rationis.hoc probatur in gl.penu.in c.qui contra de electio.lib.vj.

Non pœnalis. VIcesimasecunda conclusio est, ꝙ vbi lex non est pœnalis, extenditur propter identitatem rationis,siue ratio sit scripta in lege,siue nō Gemi.& Io.de Imol.in c.si postquam.de elec.in vj.& ita intelligitur doctrina Bar.in l.si constante.in prin.ff.sol.mat.

Pœnalis. VIcesimatertia cōclusio est,ꝙ lex pœnalis ex identitate rationis,quādo ratio est scripta in lege,extenditur.gl.est in verbo,eligatur.in cle.j.de elec.in vj. Idem si nō potest reddi nisi vnica ratio,quia idem est, prout dixi suprà in prima & secunda conclusione, in lege seu statuto correctorio & in casu statuti seu legis pœnalis,quando vnica tantum ratio reddi potest.facit tex.singularis secundum Bal.ibi, in l.ij.ff.de liber. & posth.& ex hoc fiunt duæ conclusiones.

Pro salute animæ. VIcesimaquarta conclusio,ꝙ lex pœnalis ex identitate rationis extenditur, quādo agitur de salute animæ,& euitando peccato.glo.in c.sciant cuncti. de elec.lib.vj.& in c.fi.eo.tit.Pan.in consc.cxiiij.incipiente,in quæstione mouenda inter Anto.in ij.vol.Iaſ.in l.quod te.in xj.colu.ff.si cer.pet.& in l.eius qui.in ij. colu.ff.eodem.& in authen.sacramenta puberum. in iiij.col.C.si aduersus vendi.& in l.Gallus. in x.col.ff. de libe.& posthu.& in l.si quis maior.C.de transa.Felin.in c.translato.in vij.col.ibi,primò quòd licet in nostra.de constitu.

Fauore rei pub. VIcesimaquinta conclusio,lex pœnalis extenditur fauore reipublicæ, & quando agitur de fauore publico.Iaſ.in l.fratres.in ij.col.C.de inoffi.testa.in l. qui se patris.in xxiiij.co.C.vnde libe.tex.sing.in l.hoc modo.ff.de condi.& demon.Bart.in l. quemadmodū. C.de agri.& censi.lib.xj.ex quo infert ibi,ꝙ statutum puniens maleficium extenditur ad mandantē.ita Iaſ. in l.si quis id quod.in viij.& ix.colu.ff.de iurisd.om. iud.& dicit idem Iaſ.in l.j.in princ.ff.de verbo.oblig. de statuto puniente loquentē cum bannitis, vt extēdatur ad mittentē nuntium, & epistolam.& dicit do. meus.Iaſ.in l.nemo.in vij.colu.C.qui testa.face.poss. quòd ex dictionibus taxatiuis non est arguendum, quando sequeretur correctio iuris, imò etiam dictio taxatiua non excludit hęredem.idem do.meus in l.ij. §.item si in facto.ff.de verbo.oblig.imò non excludit ea quæ sunt de consuetudine.idem do.meus Iaſ.in l.si mora.in ij.col.ff.solut.matr.vide ad prædicta eundem do.meum Iaſ.in l.iij.in ij.col.principij.ff.de acquiren. poss.faciunt quæ dicit Paul.de Cast.in l.bona fides.ff. depositi Felin.in c.translato.versic.aliud est.colu.fi.de constitutio.

In taxatiuis fauorabilibus. VIcesimasexta cōclusio, lex seu statutū loquēs per dictionē taxatiuā,tñ extēditur ex idētitate rationis ad casum similē in materia fauorabili.gl.est in l.illud.C.de sacrosa.eccl.& ita etiam intelligitur gl.in l.si mora.ff.sol.mat.Et hęc fuit conclusio Bal.in d.l.illud. & Bar.in l.si constante.in ix.q.ff.sol.mat.do.Alex.in l. certi condictio.§.si nūmos.in ij.col.ff.si cer.pet.& dicit do.Iaſ.in l.Gall⁹.§.institues.in fi.ff.de libe.& posthum.ꝙ dictio taxatiua nō excludit casus sibi similes.

BIU Cujas

In odiosis non. VIcesimaseptima cõclusio, ꝙ statutũ loquẽs in materia odiosa ꝑ dictionẽ taxatiuã, vel etiã sine taxatiua, nõ extenditur ꝓpter identitatẽ rationis. ita intelligitur gl. in l. ij. C. de patri. qui filios distra. quando autem dictio taxatiua impediat extẽsionẽ, vide Bar. in l. si constante. in ix. q. ff. sol. mat. Alex. in l. certi condictio. §. si nummos. in ij. col. ff. si cert. pet. hîc antè alleg.

In exorbitantibus odium priuatum continentibus. VIcesimaoctaua cõclusio statutum siue lex pœnalis exorbitans, à iure cõmuni, cõtinens in se odiũ priuatũ, seu odium personarũ priuatarum, extẽditur propter identitatem rationis. hæc cõclusio probatur in l. filium habeo. ff. ad Maced. in l. si filius. C. eo. nam Macedonianum est introductum in odium creditorũ, & sic priuatarũ personarum. vt l. j. ff. ad Maced. & loquitur in filio cui est pecunia mutuata, extenditur tamen ad nepotem propter identitatem rationis, vt in dictis legibus, & ibi etiam dicitur quòd extenditur ad omnes res in quibus consistit mutuum.

LImita, nisi lex cõtineret priuationẽ status personę viuẽtis quia tunc nõ fieret extẽsio: secundũ Lud. Ro. qui ita probat per l. patri. ff. ad l. Iuliã. de adult. qui tex. est singularis, hoc modo inducendo, nã licitũ est patri occidere filiã repertã in adulterio, continet ista lex odium filiæ, & cõtinet priuationem status personæ viuentis, quia tractatur de morte filiæ, & sic fit extensio de patre ad auum. d. l. patri. cum l. sequen.

In odiũ publicum cõtinentibus non. VIcesimanona conclusio, quòd statutum exorbitans à iure communi, concernens odium publicum per indirectum non extenditur ad alium casum ex identitate rationis. tex. est sing. in l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nup.

In ad ius antiquum reducentibus. TRicesima cõclusio est, ꝙ vbi lex etiã corrigẽs, seu statutum reduceret nos ad ius antiquũ consuetũ, quia res de facili reuertitur ad suam naturã, cẽseretur materia fauorabilis, ideo extẽderet, quãuis correctoria. gl. est in c. statutũ. in ver. numerandũ. de præben. in vj. Ant. de But. in c. olim tibi, de verb. signi. Alex. in l. si constante. in princ. in v. col. ff. sol. matr. Ias. in l. properandum. in prin. in pen. col. C. de iudi. & in auth. quas actiones. in viij. col. C. de sacros. eccl.

In exorbitãtibus fauorabilibus. TRicesimaprima conclusio est, statutum exorbitãs à iure communi, seu lex derogatiua simpliciter loquens, si cõtinet causam fauorabilem, extẽditur propter identitatẽ rationis ad alium casum. probatur per tex. in l. ij. C. per quas perso. no. acquiri. pro quo facit gl. in auth. res quę. C. commu. de lega. probatur etiam hęc cõclusio ꝑ l. senatusco̅sulto. & per l. libertũ. §. senatusco̅sulti. ff. de ritu nup. sic declarando, nã regula iuris cõmunis sic se habet tã ciuilis quàm canonici, ꝙ matrimonia debent esse libera. vt in l. Titia. ff. de verb. obl. & in l. fi. C. de sponsa. & in c. gẽma de sponsa. emanauit postea lex exorbitans ab isto casu, per quã prohibetur matrimonium inter filiam tutoris & pupillũ tutoris, vt in toto ti. C. de interdi. matri. & sic hoc casu impeditur libertas matrimonij, vt non possit cõtrahi cum quacunque persona: & istud concernit fauorem pupilli, ne priuetur commodo iuris sibi competentis, cõtra suum quondam tutorẽ ex administratione tutelæ. Ita lex exorbitans quæ loquitur de filia tutoris, extenditur ad hæredem extraneũ quondam tutoris, & ad neptem, vt in dictis iuribus cõprobatur. Et hoc est propter identitatem rationis.

PRobatur etiam hæc conclusio in glo. l. vnicæ. C. de his qui ante aper. tab. & sic etiã põt intelligi in l. si constante. ff. solu. matri. quæ extendit id quod dicit, si constãte matrimonio, de viro ad socerum, quę repetitio est contra ius commune, disponens dotẽ constante matrimonio non posse repeti. vt in l. ij. in princi. ff. sol. mat. & concernit fauorem mulieris, dotẽ posse repeti propter inopiã cõstante matrimonio, ne dote priuata remaneat. Hanc conclusionẽ ponit Lud. Rom. in repe. d. authen. res quæ. C. commun. de lega. col. j. quã conclusionẽ ipse limitat duabus limitationibus.

PRimò vbi extensio redundaret in præiudicium alterius casus similiter fauorabilis, tunc non fiet extensio. gl. ordinaria, in c. quæ à iure. de reg. iur. li. vj. & in c. constitutionem. de regularibus. ratio huius limitationis est, quia pietas contra pietatem extensionis priuilegio non vtitur. vt in §. sed hæc de præsenti. in auth. de sanctis. episco. coll. ix.

SEcundò limitatur per tex. in l. fi. C. de interdi. matri. cuius limitationis rationem quære.

Interpretatione, via malitiis nõ apperiẽda. TRicesima secunda conclusio est, ꝙ nunquam fiat interpretatio, per quam via malitiis aperiatur. l. in fundo. ff. de rei ven. l. quoties nihil. ff. de reg. iur. Ias. in l. ij. C. de indi. vidui. tollen.

ADDITIO. Imò debita prouidentia obuiandum est maleficiis hominum, vt dicit Matt. de affl. in const. si exceptio. in ij. not. in ij. li. ¶ Hinc dicit Alex. in consi. suo lv. inci. consideratis verbis statuti. in j. vol. ꝙ stante statuto ꝙ tertia pars debeat relinqui hæredibus, tamen ne via fraudandi aperiatur, intelligi debet siue ꝑ vltimã voluntatẽ, siue per donationem: quia etiam si grauentur hæredes per donationẽ, quia reuocabitur donatio. vt dicit ibi Ale. etiam si testator iurauerit. & facit pro hac cõclusione & decisione verbum, *delaisse*, positum in tit. *des successions. §. un chacun habile* &c. quia verbum, *delaisse*, est idem, quòd relinquo', quod licet trahatur ad vltimas voluntates. Ias. in l. cum filio familias. ff. de leg. j. quam legit in secunda lectura.

ADDITIO. Tricesimatertia conclusio est ꝙ statuta etiam extenduntur ad casum, in quo statuẽtes verisimiliter statuissent si de eo cogitassent. gl. est in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Pau. & Bal. ibi. & idem Paul. & Bal. per illum text. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthu. Sali. in repet. l. ij. C. de noxa. facit gl. in cle. j. in verbo, præsidentes. de rescriptis. not. Alex. in cons. suo lxv. col. ij. in v. vol. & idem in rescriptis, in vltimis voluntatibus, & in contractibus, vt dicunt Paul. Bal. Ias. in d. l. tale pactum. §. fi. in ij. not. & in fi. in gl. fi. & vide Alex. in consi. cxxix. in ij. vol. & in consi. suo cij. in iij. vol. & Lud. Ro. in cons. cij.

ALbericus de Rosate in rub. C. quæ sit longa consuet. in xxiij. & xxiiij. col. cum seq. tractauit hanc materiam alio stylo, cùm sit impressus, si materia tibi occurrat recurre ad eum, cùm amplissimè & subtilissimè tractet. ¶ Adde ad materiã cautelam, ꝙ nunquã proponas cõsuetudinem aliquo iure nisi sit scripta in hoc libro, sed proponas tibi aut talibus ius tale cõpetere, seu facultatem, quod quidem ius seu facultatẽ ac quisiuerũt, tam ex priuilegio, quàm ex præscriptione longissima, etiam tãti temporis cuius initij memoria non extat in contrariũ. & in materia prę̃scriptibili sufficiet probare gaudentiam per xxx. annos. In materia autem non præscriptibili sufficiet probare tale tẽpus cuius initij memoria non extat in contrarium, dummodo personæ allegantes præscriptionem tanti temporis, titulum seu priuilegium, sint habiles: quia aliàs tale tempus cum allegatione tituli inualidi nõ faceret eas capaces. dixi suprà in tit. *des iustices.* §. ij. in gl. *& la preuue.* ¶ Quomodo autem differt consuetudo à præscriptione? in præscriptione requiritur titulus, in consuetudine non. vide Iacob. de S. Georg. in repetit. l. de quibus. in iij. col. ff. de legib.

Cautela.

In textu

IN TEXTV IBI,

Et auec ce declarons.

PEr istum tex. dixi, ꝙ ex quo mihi opponebatur cõtra quandam instructionem pro iure regali circa manumissionem seruorum, quæ est videlicet, *Que si aucun hõme de condition serue d'aucuns seigneurs religieux, nobles, ou autres se sont reachetez de leurs dicts seigneurs, & non pas du Roy, ces hommes ou femmes sont, & demeurerẽt enuers le Roy de telle condition qu'ils estoyent enuers leur seigneur, iusques à ce qu'ils soyent reachetez du Roy nostre dict seigneur.* Quòd ex quo talis instructio & ordinatio non erat in consuetudinibus nostris, quòd nullas habeat vires, vt dicit text. hîc antè. vbi dicit quòd nullæ aliæ cõsuetudines possunt allegari, sed recurrendum est ad ius cõmune. tamen quia erat de iuribus regalibus, ꝙ etiã poterat ista allegari: cùm expresè hîc dicatur, ꝙ per prædictas consuetudines non intelligit derogare iurib⁹ suis: quod faceret, si ita esset ꝙ dicta instructio non possit allegari maximè etiam quia est instructio regalis, cui tunc dux Burgundiæ non poterat derogare, nec illam tollere, cùm inferior legem superioris tollere non possit. vulgatis iuribus.

QVid aũt sit de iure, nũquid vasallus possit manumittere seruum sine licentia sui dñi, dixi ſ. in tit. *Des fiedz. §. en alienation & transport.* & consului in casu isto, & posui alibi, qñ prædicta allegaui cõtra abbatẽ S. Martini Heduen. qui quendã seruũ affrãchisauerat sine consensu & literis regis de placet. dictũ mihi fuit etiã, ꝙ illa instructio, seu ordinatio alia ratione nõ valebat, cùm scilicet esset cõtra libertatẽ ecclesiasticã, & maximè inquantũ tangebat ecclesias. c. quæ in ecclesiarũ. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõsti. dixi suprà in pluribus locis scilicet. §. ix. tit. *Des mainsmortes.* dixi tamẽ ꝙ ex quo prędecessores Christianissimi regis fundauerũt abbatiam S. Martini, & illã dotauerunt, ita ꝙ notoriè tenetur de fundatione regali, ꝙ rex tanquam princeps secularis habet omnimodã potestatẽ, super bonis temporalibus illius ecclesiæ: in tantũ ꝙ prælatus ꝓ talibus bonis tẽporalibus tenetur præstare homagiũ eidẽ. ita tenet Pan. in c. veniẽs. de accu. in j. col. Iaco. de S. Geor. in tract. suo feud. in gl. in versi. in feudum. in v. col. & hoc maximè debet habere locum in Gallia & in Francia, vbi rex Franciæ habet omnimodam potestatem in tẽporalibus, imò etiã seruãtur cõstitutiones Regis in bonis clericorũ. ita tenet Bal. per illũ tex. in c. cùm veniſſet. de eo qui mitti. in poſſ. cau. rei ſer. & dixi ꝙ talis instructio debebat obseruari etiam quo ad prędatos ecclesiasticos, seruos ecclesię affranchisantes sine licentia Regis. ¶ Et aduerte, an princeps in patria consuetudinaria ligetur consuetudine. vide Io. Fab. in §. eadem. insti. qui. mo. test. infir. & quãdo habeat locum edictum, quod quisque iuris, in priuilegiatis, vide Bar. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & quando princeps ligetur ex contractu, vide Ias. præceptorem meum in l. ciuitas. ff. si cer. pet. & per Bal. in l. digna vox. C. de legib.

IN TEXTV IBI,

De nos droicts.

VIdetur ꝙ nõ erat necesse istud apponere, quia etiã in generali sermone non intelligitur comprehẽsa persona loquentis, ex quo videtur quòd per has consuetudines non videtur suis iuribus derogasse, licet de his nihil dixisset, vt faciunt dicta per Matth. de affl. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, Monarchiam. in iiij. nota. in ij. libr. Et quomodo princeps ligatur ex sua constitutione, & quando id quod sibi videtur iustum apud subditos, debet sibi videri iustum apud se & fiscum, dicit ibi Matthæus.

IN TEXTV IBI,

Par priuilege.

ECce quomodo nõ intẽdit reuocare priuilegia per eum & suos prædecessores concessa: quod quãdo fieri possit, vide Matth. de affl. in constit. regni Siciliæ, quę incipit, ea quę ad decus. in j. no. & amplissimè per eundẽ in cõstitutione quæ incipit, cõcessione. vbi plura de reuocatione priuilegiorum. & dicit Bal. in l. non plures. C. de sacros. eccl. in fi. ꝙ per legem generalem nũquam derogatur priuilegio speciali. per tex. in l. iij. C. de silẽ. li. xij. quod dictum Bal. allegat idẽ Matth. in dicta constitutione, ea quæ ad decus. Et aduerte ꝙ per concessionem nouorum priuilegiorum, non intelliguntur tolli antiqua statuta, vt dicit idem Matt. in dictis constit. in constitutione quę incipit, circa iustitię. in viij. nota. Et an priuilegiatus contra priuilegiatum vtatur iure suo. vide eundem in constitutione quę incipit, hostici exceptionem. in ij. not. in ij. lib.

IN TEXTV IBI,

Et entendons que lesdictes coustumes.

NOta, quòd lex trahitur ad futura. l. leges & constitutiones. C. de legi. no. amplè Feli. in c. fi. de cõstit. & quando etiam non trahitur ad futura, vide Panor. in c. ij. de constit. ¶ Et de materia vide Moder. in l. iubemus. C. de testa. & vnam limitationem ad l. leges. C. de legi. per Alex. consi. cj. in fi. aliam per eundem cons. vij. col. ij. in ij. volum. † Et si lex trahat se ad t præterita non comprehendit ea quæ sunt decisa sententia, transactione, solutione, vel præscriptione. Areti. cons. ciiij. in vlt. col. nec ad ea de quibus pendet lis. Paul. de Cast. cons. lxxxix. & consil. ccxliij. Alexan. cons. lxxxv. & Barba. cons. lxxxvj.

IN TEXTV IBI,

Pour loix generales.

AN iste Dux Burgundiæ qui erat subditus Regi maximè ratione ducatus, quem tenebat à Rege tanquam primus ex Paribus Franciæ, potuerit facere legem generalem? Ex quo nõ erat sub imperio quo ad ducatum potuit facere leges derogantes iuri Romanorum, sed non derogantes ordinationibus regiis, cùm esset subditus illi, vt satis videtur tenere Matth. de afflict. in prefatione constit. regni Sicilię. in secunda quæstione de regibus non est dubium quòd leges facere possunt. Deus enim dedit potestatem regi faciendi leges, vt in authent. in medio litis. post principium. & in authent. vt hi qui oblig. perhibent haber. res minor. in princip. quibus violatis aut non seruatis Deus exterminat violantes, iuxta illud Hieremiæ xxxj. Si cessauerint leges istę siue statuta coram me, & semen Israel deficiet, vt non sit coram me. Hæc prosequitur Luc. de Pen. in l. j. in ij. col. C. de superindicto. lib. x. Matth. de affli. in constitu. regni Siciliæ, quæ incipit, violentias. in iij. col.

Hieremiæ xxxi. cap. Si defecerint leges istæ coram me, dicit dominꝰ tũc & semen Israel deficiet, vt non sit gẽs corã me cunctis diebus.

IN TEXTV IBI,

Et auec ce declarons.

HIc videtur princeps confirmare priuilegia antiqua iam suis subditis concessa. & quid operetur hæc confirmatio, vide Barto. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccles. i. Barb. & Felin. in c. j. de constitu. in x. col. ¶ Et an per concessionem nouam priuilegio videatur derogatum antiquo? vide Bat. in l. fi. C. de præposi. agen. in rebus. & ibi etiam per Iac. Rebuffi. Luc. de Penn. & alios. lib. xij.

BIU Cujas

IN TEXTV IBI,

Et afin que nul quel qu'il soit.

AQuo tempore,& quando lex incipiat ligare. vide in auth.vt factæ nouę consti.in prin.col.v.c.nouerit.de senten.excom.tex.gl.& Panor.& Feli.in c.ij.de consti.vbi amplè per eos,non insisto.Et si quis postea dicat ad se non peruenisse. vide gl.in c. proposuisti.in glo.non probatur.lxxxij.distin. & de simili modo vide in auth. vt de cætero commuta.eccle.in fi.sub his verbis,tua igitur beatitudo.colla.v.

IN TEXTV IBI,

Soyent publiees.

1 Publicatiõ quid dicatur.

QVæro,quid dicatur publicatum?gl.in cle.cos.de sepul.in versi.publicari dicit,† ꝙ licet actus fiat in loco publico aliquibus præsentibus,non tamẽ pro hoc dicitur actus publicatus : sed si in actu interuenit multitudo,tunc dicetur actus publicatus,& verbum publicatio importat vt fiat talis publicatio,in actibus in quibus populus loci conuenit,puta in publica cõcione populosa,vel in sermonibus,vel in nũdinis, vel in auditoriis publicis,vel in alio actu per populũ frequẽtato.& ex his & aliis multũ singularibus,dicit Geminia.in cons.suo lxxv.incip. in causa magistri Ioã.in iij.col.quòd publicatio prouisionis quę debet fieri secundũ regulã cancellariæ, quæ est xxxiij.in ordine,nõ dicitur facta.nec dicitur satisfactũ illi regulę,per adeptionẽ possessionis etiã corã quatuor testibus, quod est notãdum.& in illa materia videas omnino Geminia.ibi.qui etiam dicit ꝙ non sufficit quòd illa publicatio fiat in ecclesia, cũ debeat fieri in loco beneficij.

ET plenè dixi de huiusmodi publicatione quando dicatur in gl.concordatorum, in tit.de excommunicatis nõ vitandis, in verbo,publicata.post magistrũ Cosmam Guymier,in gl.pragmaticę sanctionis,in loco hîc antè allegato.vbi dicitur quòd non dicitur publicatum,quando iudex agit in bãco suo coram duobus aut tribus testibus.

ADDITIO. An de esse legis sit necessaria publicatio.vide Pet.Bellugam in suo speculo principum.ti.de publicatione focorum.§.sciendum.nu.15.

IN TEXTV IBI,

Et pource aussi qu'il est vray-semblable.

2 Consuetu debent allegari & proponi.

VIdetur per istum tex. † ꝙ licet hæ consuetudines habeãt vim legis,vt hîc antè dictum est: & quòd sit mandatum omnibus iudicibus quòd debeant illas facere obseruari,tamen istud est intelligendum , si allegentur & proponantur , credo quòd per istum tex. debent allegari & proponi,& etiam exhiberi articulus seruiens ad materiam, exemplatus sub sigillo authentico, cum subscriptione greffarij balliui ordinarij loci.Iaco.de sancto Geor.in l. de quibus.col.iiij.ff. de legi.dicit, quòd consuetudines nostræ probantur per aperturam libri, quia sunt redactæ in scriptis authoritate principis.

